16/3

a

6

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
16 — M
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

44.4.5.
44
C
10

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DON IOSEPHI

CACHERANI

TAVRINENSIS,

EX CLERICIS REGVLARIBVS BARNABITIS
CONGREGATIONIS SANCTI PAULI,

THEOLOGIA ASSERTIVA

COMPLECTENS TRACTATVS SCHOLASTICOS,

NOVA METHODO VTILITATI, AC BREVITATI maximè accommodatâ diſpoſitos.

TRACTATVS DVO,

Quorum vnus de Deo Vno; Alter verò de Deo Trino.

EDITIO PRIMA.



SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM·
IHS

LVGDVNI;
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.
M. DC. LXXIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

EMINENTIS. AC REUERENDIS.

S. R. E. PRINCIPI IOANNI CARDINALI BONA.

ROMANO conceptus in ſolo fœtus, Eminentiſſ. ac Reuerend. Princeps, ad clariſſimum Romani cæli Sydus accurrit, vt lumen inde capiat, & robur: vnde tantum orbi litterario decus, tantumque Eccleſiaſticæ Reipublicæ ornamentum accedit: Et verò quem alium obſcurioribus è typis erumpens ambire Auſpicem debuit; quàm cui tàm familiare eſt & proprium ſplendidâ nominis ſui famâ typos illuſtrare, nec glorioſum minùs doctis impalleſcere chartis, quàm ſacrâ latè purpurâ coruſcare? Quotus enim quiſque qui neſciat Sapientum omnium in manibus magnâ cum admiratione verſari, & tuam ad Cælum Manuductionem, & Pſallentis Eccleſiæ Harmoniam, & Rerum Liturgicarum Libros; quorum certè Operum iſta vis eſt & ſignificatio, vt alterum ſocietatem mentis tuæ cum Cælo maximam dilucidis manifeſtet indiciis, alterum & tertium tuæ tum eruditionis plurimæ, tum eximiæ Religionis harmonicam nimiùm conſonantiam omnium ad aures ſuauiſſimè concinant: Tractatum autem Aſceticum de Sacrificio Miſſæ & viam Compendij ad Deum, alios præclari ingenij tui radios, quis non intelligat amplum eſſe compendium hauſtæ à te propemodùm toto pectore diuinitatis, vt tibi iure optimo vindicari Ovidianum illud poſſit

> Mente Deos adiit, & quæ Natura negauit   Metam. 15.
> Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit?

Hincque nil mirum, ſi pulcherrima, & propè diuina ſemperque legenda ſcribas, quod beatum: Si ſcribenda ſemper facias, quod beatius: ſi vtrumque ſimul abſolutiſſimè perficias, quod beatiſſimum. Feciſti vtique ſcribenda, Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Princeps ſcriptis tamen nullis vnquàm ſatis commendanda, Quando in Sacrorum Rituum, in Propagandæ fidei, in ſancti Officij Congregationibus tam multa fudiſti oracula, & in triplici Almæ Vrbis Areopago muneribus illis ſatis vnus ſuperque feciſti, quibus plures ægrè ſufficiunt: Quando intra Clauſtra omnibus Ordinis tui Conſortibus integerrimæ vitæ ratione ad exemplum, ſingularis amœnitate doctrinæ ad portentum, prudentiſſimi regiminis præſtantiâ ad votum præluxiſti, Graduſque alios feliciter emenſus Ampliſſimi Præſulis faſtigium ad duo vſque luſtra decoraſti: Quando extra Clauſtra Inſignium Virorum, Illuſtrium Principum, ipſorum etiam Summorum Pontificum non beneficentiâ modò, & benevolentiâ, ſed exiſtimatione quoque ac conſuetudine Te planè digniſſimum oſtendiſti: Quando Roma modeſtiæ obſecundans Tuæ Aſtenſis Diœceſeos Infulis à Regia Sabaudiæ Celſitudine vltrò delatis Te læta negavit, heroicam Tuam tàm in reſpuendis, quàm in promerendis Honoribus demirata conſtantiam, hocque ſibi maiorem in modum applaudens quod poſſet Te proprio in gremio præſtantio-

Digitized by Google

ribus Inſulis reſervare. Ex eo iam tempore Te etiam reluctantem anhelabat Purpura, Tuamque iam Eruditionem, Prudentiam, Pietatem ambiebat. Quod cum providentiſſimè perfectum eſt: Proh quanto omnium conſenſu, quantáque voluptate optatiſſimas gratulationes Italia viciſſim tota Purpuræ detulit! Vrbs verò tuis vberiùs repleta meritis, quàm vberiùs & ipſa feſtivas ſe ſe in acclamationes effudit, quas vt mihi iucundiſſimum fuit aure avidâ excipere, ſic & auſpicatiſſimum Veſtis oram tuæ ore venerabundo deoſculari, ibique Te Eccleſiæ Principem amica inter Nobiliorum Procerum officia contueri vbi Te ſæpiùs gravia inter Celebriorum Doctorum volumina pro Tua facilitate conveneram, nunquam non ex Te referens & altioris documenta ſapientiæ, & purioris argumenta virtutis, & humanioris teſtimonia benevolentiæ. Hæc me iam Eminentiæ Tuæ, primigenioſque labores meos ſicut omninò deuinxerant, ita & devouerant ſimul. Neque obſequentem animum ab audaci conſilio potuit aut adiecta Purpuræ maieſtas, aut longinquior demandata mihi Provincia deterrere, quando nec Oſtri fulgoribus benignitas Tua perſtringitur, nec poſſum ego Tibi minùs Pariſiis debere quàm Romæ, qui vbicumque gentium futurus ſim nullibi debitor ero ſat gratus. Quoniam verò ea inter, quæ tholis à me Tuis appenſa eſſe geſtirem nihil habeo quod deferam aptius Theologiâ meâ, qualecumque hoc obſervantiæ monumentum æqui, (vt ſpes eſt) bonique conſules, atque eâ præſertim de causâ, quod Indoles ipſa Theologię, quæ illuſtris, quę excelſa, quę divina eſt, quę fidei Magiſtra, & Solis Indagatrix æterni iſtud profectò efflagitat, vt perſpicaces & ſublimè volantes Aquilas, vt auguſtos fidei Chriſtianę Propugnatores, vt viros maximos, ac propè diuinos, breviter vt Tui ſimiles Patronos inveniat. Patere igitur, EMINENTISSIME, *hanc in Te adeundo fiduciam, quam mihi & humanitate Tuâ fretus, & multis meis, multis meę Patrię, multis mei Ordinis nominibus adductus aſſumo. Patere Sacris Manibus admoveri Opus eâ ſaltem ratione placiturum, quod tanto Mecęnati debitum, dicatum, acceptum. Patere denique Theologorum minimum à Theologorum Principe implorare, vnde ſuę inſtauret Theologię detrimenta, ęternúmque ſit*

EMINENTIÆ TVÆ

Pariſiis ex Collegio S. Eligij. Kalendis Auguſti. M.DC.LXXII.

Obſequentiſſimus & Addictiſſimus ſeruus,

Don Ioseph Cacheranvs.

AD LECTOREM
PRÆFATIO.

FVSA nimis in tradendis ſcientiis prolixitas oritur quàm maximè ex prolixiore methodo ; & hæc quidem prolixior, quàm par eſt,facilè euadit, vel ex nimiâ ſolicitudine referendi, & refellendi aliorum placita ; quod eſt alienarum ſententiarum hiſtoriam texere potiùs, quàm jacere fundamenta propriarum;maiorémque impendere operam in exponendo quid diſpliceat, quàm in apponendo quod placeat: Vel ex ſcrupulofiore curâ congerendi, & diſſoluendi ad ſatietatem vſque contraria argumenta, quod eſt ſolum vti clypeis ad declinandum, non armis ad aggrediendum hoſtem ; quaſi verò pugnæ gloria ſita ſit in non vinci magis, quàm in vincere ; & ſufficienter oſtendat ſe verum dicere quiſquis non conuincitur falſitatis. Sæpè etiam officit congruæ breuitati ars quædam affectata præmittendi apparatum notabilium, quibus cùm tituli ſenſus etiam notus ex terminis per voces ſynonymas explicetur, tum quælibet diſtinctio in corpore difficultatis adhibenda in difficultatis capite prænuncietur, adeò vt occaſione vel acceptâ, vel datâ vel ſupponantur plura, vel præponantur, & quandoque apparatus, ac prima frons operis totam eiuſdem molem excedat, & in pygmæum corpus deſinat facies gigantea. Talibus ex capitibus facilè excreſcunt cuiuſcumque ſcientiæ Codices,quorum ſub pondere infirmiores ſuccumbunt,robuſtiores laborant. Amplos huiuſmodi labores non damno, nec maxima paruipendo Volumina: Veneror Auctorum omnium ingenia, omniumque genia de litterariâ Republicâ variè benemereri non ambigo: Plurimum tamen ſcientiarum tum vtilitati, tum congruæ breuitati conſultum fore crediderim, ſi in difficultatibus enodandis potiſſimus labor ſit quid ſentiendum, quid definiendum illicò exponere, idque pluribus, & ſolidioribus, quibus poteſt, argumentis comprobare: Sic quippè ſtudioſus animus nec opinionum varietate diſtractus, nec oppoſitionum multiplicitate obrutus, nec materiæ mole oppreſſus, propoſitæ veritati hærebit firmiùs,eam amplectetur amabiliùs, ſuſtinebit validiùs. Id porrò nulli facultati accommodatiùs eſſe poteſt,quàm Theologiæ,cui(teſtante Apoſtolo 1.*Cor.* Quod *ſapientiam loquimur inter perfectos)* nonniſi perfecta vacant ingenia expetentia ſolidioris doctrinæ eſcam,non ſuauioris explicationis lac. Indignum ſit Theologo aut indigere notitia termino-

Digitized by Google

rum,aut exigere argumentorum longa ſyllogiſmorum ſerie productorum ſtructuram. Incongruum ſit in Theologia recoquere crambem Dialecticæ, & in cuiuſcumque argumenti ſolutione diſtinctionis formam diſtributis per maiorem, minorem, & conſequentiam terminis diſponere.

Propterea ſine aliorum offenſione methodum purè aſſertiuam Theologiæ maximè conſonam,breuitati idoneam,ac vtilitati,arbitratus,Theologicas omnes quæſtiones aſſerendo ſolùm, & probando deſcribam:At non idcircò prorſùs diſſimulabo aut aliena placita, aut aduerſa argumenta; quamlibet enim grauiorem difficultatem pluribus diſcutiam aſſertis, quorum aliqua ſolennioribus aliorum placitis impugnandis, aliqua celebrioribus aduerſariorum oppoſitionibus poſitiuè improbandis deſeruient. In his habebit Lector vberem,probatamque materiam ad reſponſiones (formam afferente Dialecticâ) elaborandas, queis non ſolùm non formidet oppugnari, ſed oppugnet impugnantem; non ſolùm benè reſpondeat, ſed probet ſe benè reſpondere.

Methodi nouitate contentus in aſſertis ſtatuendis quod magis verum videbitur, non quod magis nouum, præeligam; in iiſdem probandis noua argumenta non reſpuam, & nouis probationibus ſtudebo magis,quàm nouis aſſertionibus. Vix vſquam vnicam probationem adhibebo: Solius medij demonſtratiui prærogatiua eſt alterius medij conſortium dedignari iuxta Philoſophum dicentem, *Demonſtrator non multiplicat media*: Vbi demonſtratiuum medium deficit,expedit talem defectum mediorum pluralitate compenſare. Etiam faciliora non ſinam abire improbata; ſæpè enim, quæ faciliùs enunciantur, probantur difficiliùs.

In nullius Magiſtri verbo iuratus liberè, quò veritas vocabit, excurram,illæque opiniones arridebunt magis, quas validior ratio firmat, non quas illuſtrior Schola format. Plurimum tamen deferam auctoritatibus tum inſignium Scholaſticorum, tum SS. PP. harum grauitate conabor ferè ſemper augere rationum pondera,tunc verò maximè cum vel iſta æqualia fuerint, vel propoſitio dogmatica, cuius oppoſita cenſuræ obnoxia ſit,agitabitur: & quidem inſigniores auctoritates ipſis ex fontibus haurire ſatagam, vt & fideliùs in lucem prodeant,& firmiorem apud Lectores fidem ſubeant.

Nullum aſſertum carebit probabilitate,quia nullum carebit probatione. Nullum fidem demerebitur, quia nullum Doctoris fide digni auctoritate deſtituetur,& in aliorum citationibus,ſi quandoque videbor ſobrius,nunquam patiar videri ieiunus; ſpecialiter verò, vbi quidquam velociore calamo attingam, curabo referre probatum aliquè auctorem, apud quem res eadem ampliores paginas occupet. In huiuſmodi citationibus, vix vnquam admouebo calamum

mum dexteræ,quin priùs admouerim auctoris citandi paginas oculo, vt occurram falſarum citationum vitio, ipſique ex ſola aut Amanuenſis aut Impreſſoris ſubreptione locus aliquis relinquatur.

Scholaſtica à Moralibus,quantum Theologica tractatio patitur, ſeiuncta exhibebo; vt & diſtinctiùs ſingula prodeant; & Scholaſticis Scholaſtica, Moralibus Moralia commodiùs ſe præbeant. Nonnulla quandoque intermixta occurrent ad eruditionem magis,quàm ad ſpeculationem pertinentia, at præter quod ſacram doctrinam maxime decet ſacra eruditio, iuuat miſcere dulce vtili: & tum hoc ex capite, tum vt Maiorum meorum nutibus indulgerem, ſingulis Tractatibus ſingulas proluſiones præmittam, quas iuxta noſtræ Congregationis morem pro annuis ſtudiorum initiis dicebam ad excitandos ſtudioſorum animos, ipſoſque leui quadam materiæ exponendæ notitia ſuauius imbuendos.

Primum hunc fœtum edere ſuis partibus integrum, Theologiæ ſcilicet Scholaſticæ curſum, cui per tria luſtra in celebrioribus Italiæ Vrbibus vacaueram, completum prodere meditabar; at noua demandata Prouincia me totum abſtraxit à Muſæo,priuatoque ſtudio,æquè ac à Lycæo,publicoque Magiſterio,& ad implenda amicorum vota vix iis, quæ in promptu erant euulgandis, otium conceſſit.

Quiſquis es, Lector Beneuole, Benignè excipe litterarias haſce obſequentis ingenij primitias; nec de ipſis, quæſo,vnâ tantum, vel alterâ delibatâ paginâ, iudicium feras: Alienas ego elucubrationes ſingulariores quidem cum plauſu, communiores ſine contemptu, omnes ſine cenſurâ perlegi: eodem & tu animo meas perlegas, velim. Vale, & ſi quis error irrepſit, aut condonationis, aut correctionis beneficium impertire,mihique feliciorem Mineruam ad reliqua conſcribenda deprecare, Vale.

FACVLTAS

Facultas Reuerendiſſimi Patris Generalis Congregationis Cleric. Regular. Sancti Pauli.

CVM Librum, cui Titulus eſt *Theologia Aſſertiua*, &c. Tom. I. à R. P. D. Ioſeph Cacherano Præpoſito Prouinciæ Pedemontanogallicæ eiuſdem noſtræ Congregationis compoſitum duo præfatæ Congregationis, quibus id commiſimus, eruditi Viri recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, Nos quantum in Nobis eſt facultatem facimus vt Typis mandetur. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die vigeſimâ nonâ Aprilis M. DC. LXXI.

D. Romulus Marchellus, Præpoſitus Generalis.

APPROBATIO.

ASſertiuam hanc *Theologiam*, quam mihi cenſoriè iniunxit adiudicare Reuerendiſſimus Pater Fr. Hyacinthus Libelli Apoſtolici Palatij Magiſter, archetypam verè dixerim, nihil enim in ea non ſanum, nihil Orthodoxæ Fidei non conſonum; nihil difficile omittitur, nihil doctum deſideratur. Pugnant vtique Auctoris acumen, & doctrinæ profunditas, elegans ſtyli Lepor, & maſcula rationum vis, ſed vt concordi decantent ore præſtantiam Operis, vbi nec parcè ad euitandam obſcuritatem, nec prodigè ad ſubmouendum tædium veritas demonſtratur. Verè Aſſertiua Theologia, nam in hac omnes conuenient, qui pertinaciter rationi detrectare nolunt. Etſi ex D. Ambroſio *Malè ſe habet Liber, qui ſine Aſſertore non defenditur* non niſi fauſta ominari libet hoc de Volumine, vbi publicâ fruetur luce; vbi namque diſputant alij, totus hic Auctor Aſſertio eſt. Hoc meum iudicium. Romæ 6. Ian. 1671.

Epiſt. 63.

Fr. Dominicus Valuaſorius Mediolanenſis S. Theologiæ Magiſter & in Romano Conuentu S. P. Auguſtini Studiorum Regens.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libelli Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

APPROBATIO.

TAnta in hominibus ſciendi cupiditas innata eſt, vt multis inſudent laboribus ad adipiſcendas ſcientias; quod tamen moleſtum mihi videtur, nunquam certam ac veram rerum attingunt cognitionem, eo quod nunquam aſſertiuam opinionem repererunt. Si quis ſit, qui non inanem Theologiæ operam dare percupiat *Aſſertiuam Theologiam Auctore Reuerendiſſimo Patre ac Doctiſſimo Don Ioſepho Cacherano RR. Patrum Barnabitarum Prouinciali meritiſſimo* legat atque relegat, quam ego Doctor Theologus infrà ſcriptus non ſolùm inoffenſo pede percurri, ſed magnâ cum voluptate perlegi, cùm in eâ nihil fidei Romanæ boniſque moribus obnoxium annotauerim; è contrà ſanam doctrinam ſine fuco lucentem, ſine tenebris claram, ſine difficultate arduam ſim admiratus. Idcircò vt quamprimum typis mandetur vehementer peropto, vt lectores publici ex ea fructum percipiant. Datum Lugd. die 14. menſis Auguſti anno Domini 1672.

IOANNES MATHILLION.

REuerendi admodum Patris Ioſephi Cacherani Prouincialis Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli, *Theologiæ Aſſertiuæ Tractatus duo, de Deo* ſcilicet *Vno & Trino*, eruditiſſimâ doctrinâ fidei Orthodoxæ boniſque moribus conſonant. Ita teſtamur nos infraſcripti Facultatis Pariſienſis Doctores Theologi Carmelitæ. Lugduni die 14. Auguſti 1672.

Fr. Paulus Lombard, Prior Carmelitarum.

Fr. Cyrillus Morel, Carmelit. Exprouincialis.

PERMISSIONES.

VIſis Approbationibus præmiſſis, non impedio Regis cauſâ, quominus Liber, qui inſcribitur *Theologia Aſſertiua, Auctore R. P. Cacherano*, Typis mandetur à LAVRENTIO ANISSON huius Ciuitatis Bibliopola, cum prohibitionibus in pari caſu fieri ſolitis. Datum Lugduni Kalend. Octob. 1672.

VAGINAY.

FIat iuxta conſenſum Procuratoris Regis, anno & die ſupradictis.

DE SEVE.

ERRATA

Digitized by Google

ERRATA.

Primus Num. Paginam, Alter lineam, Col. ſec. columnam ſecundam denotat.

PAg.9. lin.44. indiuidualem, indiuiſibilem. 10. 64. videntur, videtur. 10. 41. col. ſec. corroborari, impugnari. 11. 43. vtique, vtitur. 12. 50. col. ſec. diuinæ reuelationi, diuinam reuelationem. 16. 33. Ierocheus, *Ierotheus*. 22. 16. abeſt, obeſt. 30. 24. col. ſec. ſignificata, ſignificatas. 37. 68. Qui eſt, Qui cit eſt. 47. 51. completo ab alio, completi, ab alio; 52. 5. aſeitas, aieitatis. 57. 36. col. ſec. eſſentia, eſſentiam. 64. 25. col. ſec. eſt Deo, eſt in Deo. 74. 51. imperfectionem, perfectionem. 74. 52. col.ſec.finitus, infinitus. 82. 25. à materia, ita ab eodem. à natura, ita ab eadem. 82. 44. col. ſec. purum. primum. 84. 8. ſimpliciter. ſimplicitas. 86. 36.col.ſec.parti ſi ſecunda. partis: Secunda. 87.6.col.ſec. Bal. Pſal.97, 53.col.ſec,&c. ita.103.67. perfectio.perfectior. 104.68.definitur.adde.numerus motus &c.104.11.col.ſec.quam. aut.106.51. explicetur.explicetur. 106.46.col.ſec.vltrà.vlna.110.10.quoſque. quouſque. 110.6. col.ſec. ſitis. Thomiſtis. 119. 63. iuſtitiæ, inſtantiæ, 131.35. col.2. obiectiuè. abſtractiuè. 135.43.col.2.dum.Deum.141.38. creata. certa.144.9.col.ſec.retinere. teriere.144.31.col.ſec.Frigoſium.Trigoſium.145.9.col.ſec.certa. creata.145.34.col.ſec. ſeu. ſui.153.42.col.ſec. id. &.154.68. Alarion.Alarcon.156.27.col.ſec.perfectionem.perfectiorem.157.25.quæ.qua.158.56.fere.fore.158.9.col.ſec.ſui.ſeu.158.19. col.ſec,quod.quod cum.158.38.col.ſec.generalitas.qualitas.159. 53. col.ſec.Alarion. Alarcon.162.23.col.ſec.duo.dico.162. 51.col.ſec.ſpiritualis.ſupernaturalis.163.45.col.ſec.Bauonium.Bacconium. 163.49.col.ſec. Banolis. Baſſolis.164.60.ſubſtantialis. Supernaturalis. 164.27.col.ſec.nec. Hæc.165.60.col.ſec.vt.eſt.168.10.in.id.168.2.col.ſec.viſionemque.ita viſionem. 170.58.probatione.25.probatione ſecundæ.174.16.qui.cui.174.33.connaturale.ſupernaturale.174.56.diſtinctus.diuinus.174. 60.col.ſec.forè.ferè.182.18.humiles.ſimiles.184.2. Bauonus.Bacconus.185.66.volentis vel non volentis. nolentis, vel non valentis.185.1.col.2.diuina.adde.eſſentia.186.35.col.ſec. non communicatâ. communicatâ. 190.68. col. ſec. à ſpeciebus illuſtrationibus.à ſpecialibus illuſtrationibus. 194.55.col.ſec.Cæleſtis Reſpondeo.Cæleſtis Reipublicæ.197.22.col.ſec. quas ſectarias.quos Sectarios.199.26.incitari.imitari.202.33.cauſa. cauſam. 202.34. comprehendis. comprehendi. 202.32. col.ſec. incomprehenſibilitas comprehenſibilitas. 202.66.col.ſec. io ratione.adde, cauſæ. 203.51. col.ſec.duas dicas. 204.39 comprehenſibilitates. incomprehenſibilitas. 206.27.ſi ita. ſita. 206.41.finita.infinita.206.45. col.ſec. tum. totum.208.6.col.ſec. non.tamen.209.5.niſi. ut ſi. 209.36.ſicut. ſi vt. 211.40.Angeli.Angelis.215.1.potentiam.adde, obedientialem. 215. 41. *Concluſio* 3. *Concluſio*: Tertius. 216.66. ſpecialibus. ſpecialius.220.53.in intenſiuam. adde,& extenſiuam.220.54.quales.æquales,221.51.alterius.vlterius.224 26.Gregorius X. Gregorius lib.10.224.36.col.ſec. adæquatè. adæquante.228.11. in verum, potentia volitiua in bonum. in bonum, potentia volitiua in verum.229.61.col.ſec.in pari. impari. 229.62. col.ſec. auctoritatem. auctoritatum. 231.53.col.ſec.penetrabilis leuis.Venerabilis Senis. 232.39.col.ſec. ipſis.ignis.232.40.col.ſec. ſignum, lignum.247.52.in fine.infinitæ.248.58.col.ſec.ſe ipſa. ſe ipſam.252.45.col.ſec.præcipua, inadæquata. præcipuè inadæquata, 264.23.attingentium.attingentiam.274.47.col.ſec.&.eſt.275.43. auctualiter fluunt. actualiter influunt. 282. 36. col.ſec. negare.rogare.282.56.col.ſec.ſi.ſit.ibid.57.renunciatorium.remuneratorium.283.23.col.ſec.tranſiens.tranſitus.287.42.efficere, officere.297.5.nullorum.nulloque.298.16.col.ſec.expertus. expertes.307.68.veri. verò. 309.56. ad faciendam. ad facienda, 312.51.probibito.pro libito.313.28.col.ſec.ſui. ſeu.314.6. è. eſt. 314.46.perfectiſſimum. perfectiuum.314.59.aliqua.alium, 316 3.col.ſec.vnius.cuius. ibid.15.operatur.adde,non poteſt.317.16.col.ſec. Pazarius.Nazarius. ibid.19.opera.obſcura.ibid, 27.dixi.diù. ibid.28.dici.diù.319.6.col.ſec.poſſent.pollent.320.4.col.ſec.quid ſi. quod,ſi. 325.56. col.ſec. habente. nolente, 328.1.col.ſec.viri.veri.329 37.col.ſec.reſpicere.reſpuere. 335.47.parum.puram. 336.39 &. vel.336.51.col.ſec. poſſibile, aut eſſet. poſſibile eſſet. ibid. 55.exercent.exuunt.344.22.col.ſec.abeſſet.obeſſet.ibid.26.abeſſe. obeſſe.347.53.afficit.officit.348. 84.appoſitum.oppoſitum.348.65.col.ſec.de.Deo.350.37.Epicureas,& Stricas Epicureos,& Stoicos. Ibid.relatas. relatos.ibid. 60.delicto.delicta.350.11.col.ſec.ponderem.Reſponderem.ibid.14.res ſpectetur,reſpiciatur. ibid.16. importatiuum. in portatiuam.354.18.neceſſitates.neceſſitas 356.21.col.ſec.voluntatis.voluntas.360.34.quia.quam. 361.55. col.ſec. vnius. cuius 364, 30.præmi, ſi. præmiſi. 364.43.col.ſec.appoſiti.oppoſiti. 368.51.col.ſec.voluntatis.voluntates.373.21. col.ſec. prouidit.præuidit.378.3.præuiſis.præciſis.380.36.inefficaciam. inefficacem.392.57.&.eſt.396.20.hoc.bos.400.25.col.ſec. facturus.futurus.408.49.col ſec.ſuperioris.ſuperius. 413.40. vt in cauſam. adde, ſecundam; adduci etiam poſſe ad probandum purum hominem non poſſe.414.45.col.ſec.producendi.perducendi.421.12.col.ſec.aliquos.aliquas.429.38.col.ſec. mala.mali.435.43. valet.vellet.458.28.col.ſec.Sabellinus.Sabellius.462.3.excederis.exciderіs.479.1. tamen illatio circa. tantum illatio contra, 484.24.vix.vis.486.33.ſoli.ſibi.489.40.quoad.quæ ad.496.39 col.ſec.Nullus.Mulus.501.48.Leonis.hominis.510. lin. vltima.col.ſec.ad relationem.Ad relationum.514.3.origine.rigore.515.27.vti.viſi.526.51. Altaius flauus. Albinus Flaccus. 527. 43.conueniunt.conueniunt.528.4.eſt, quo.vt quo.535.53.vaticinatio.ratiocinatio.537.27.conſideretur.concederetur.538 40, entitatiuè.extenſiuè.543 40.probet.præbet 548.18.relatio.ratio.554.62.ſuperueniensia. ſupereminentia.555.16. probata.prolata.559.19.col.ſec.acceptæ.adde,abſolutè.560.1.col.ſec.ſint.ſi vt.561,67.excitarentur. eritarentur. 562. 19. rationalem.notionalem.563.50.paſſiuas.poſitiuas.569.20.natura.materia.569.27.col.ſec.relatio.ratio.570.46.ſubſtantiæ.ſubſiſtentiæ.571. 25.col.ſec.ſermo ſit.ſermo non ſit.572.14.col.ſec.extrà.ea autem.575.1.col.ſec.ad intrà.ad extrà.576.12.col. ſec.dicitur quidem.dicitur,non quidem.ibid.22.dum.admittendum.577.13.auctoritas.auctoritatis.577.56.col.ſec. verò. rarò.582. 44. col. ſec.ſimile,eſt. ſimile ei.586.17.col.ſec.loco.adde,vel tempore.594.4.ſic.ſi.596.32.col.ſec.*de. Deus*. 598.15. col.ſec. poſſibilem.poſſibilium.599.57.col.ſec.hic.licèt.602.67.col.ſec.tum.tunc 604.32.proprietatis.propriæ. 609.60. col.ſec. *ſuum. tu.* 614.15.col.ſec.paternitatis,opponitur.paternitas,qua opponitur. 620.12.vt.ac.622.51.indeterminatè. determinatè. 626.1. ſi. &. 633.16.col.ſec.dictionem.diſtinctionem. ibid.37. quidem. quod eſt.634.3.quod. quo. 642.18.propoſitione. proportione, 653.57.oppoſitum. appetitum.655.32.col.ſec.conſona.contraria.ibid.37. contra ea. contraria. ibid. 61. Pater.Petrus.656.56. col.ſec.vix.vis.657.53.ſignificat.generat.661.50.col.ſec.rationem.relationem.666.19.viſibilem.inuiſibilem.667.29.volentis, valentis.669.14.procedere.adde,filio conuenit procedere.670.38.in Spiritu Sancto.in Filio.674.26. dici non poſſit. dici poſſit.680 9.col.ſec.ſuppoſito.adde,lumine.684.17.col.ſec.diſtinctio. diſtinctuo. 686.60. quæque. quæ. 688.39. extrà. contrà. 689.65.col.ſec.præciſè. adde,ſecùs. 690.34.extrinſecis.intrinſecis.690.56.col. ſec.vnius. cuius. 692. 42. col. ſec. ſui. adde, obiecti.696.2.teſtimonium.teſtimoniorum.703.60.ſicuti.ſicubi.703.22.col.ſec. intra per. inſuper. 706.57. diuiſæ. diuerſæ. 708. lin. vlt. reſpondeo. rependo.

INDEX TITVLORVM
TRACTATVS PRIMI.

PROLEGOMENA

Jn Vniuerſam Theologiam.

CAPVT PRIMVM,

De Theologiæ diuiſione, & definitione.

§. 1. QVOTVPLEX ſit Theologia vniuerſaliſſimè accepta, pag. 2
2. Quomodo ratione methodi diuidatur Theologia Scholaſtica, ſeu methodica. ibid.
3. Quid ſit Theologia Scholaſtica. p.4
4. An, & quomodo Theologia ſit verè, & propriè ſcientia. ibid.
5. An, & quomodo Theologia ſit ſpeculatiua, vel practica. p.6
6. An Theologia noſtra ſubalternetur Theologiæ, ſeu Scientiæ beatæ; vel alicui ſcientiæ naturali. p.9
7. Quomodo Theologia noſtra ſit ex principiis fidei: Vtrum ſcilicet requirat vtramque præmiſſam de Fide, p.11
8. Vtrum ſit Theologica concluſio deducta ex vna præmiſſa de fide, altera probabili. p.13
9. Vtrum principia Fidei, vt concurrant ad concluſionem Theologicam debeant eſſe credita fide diuina. p.14

CAPVT II.

De Theologiæ perfectione, vtilitate, & neceſſitate.

§. 1. Vtrum Theologia tantam importet perfectionem, vt ſimpliciter ſapientia ſit. p.15
2. Vtrum Theologia ſit certior qualibet ſcientia naturali, , etiam quoad concluſiones deductas ex vna tantùm præmiſſa reuelata, altera naturaliter euidente. p.17
3. Vtrum Theologia omnes ſcientias naturales excedat quoad ordinem, adeò vt ipſa ſupernaturalis in ſubſtantia ſit. p.21
4. De vtilitate Theologiæ. p.23
5. De neceſſitate Theologiæ. p.24

CAPVT III.

De locis Theologicis.

§. 1. Quot ſint loca Theologica. p.26
2. De loco Theologico Sacræ Scripturæ, & primò quid ſit Sacra Scriptura, quid ipſius ſenſus. p.27
3. Quotuplex ſit ſenſus Sacræ Scripturæ. p. 28
4. Secundum quemnam ſenſum Scriptura Sacra ſit locus Theologicus, ex quo ſcilicet habeantur principia certa Theologicæ argumentationis. p.32

LIBER PRIMVS,

De exiſtentia, eſſentia, & attributis Dei.

CAPVT I.

De exiſtentia Dei.

§. 1. An Deum exiſtere ſit per ſe notum ſecundum ſe, & ſecundum nos. p.36
2. An Deum exiſtere poſſit demonſtrari à priori, vel poſteriori. p.39
3. An demonſtrationes exiſtentiæ Dei infirmentur, vel per proceſſum in infinitum, vel per mutuam cauſalitatem. p.41
4. An Deum exiſtere poſſit aliis modis cognoſci. p. 43
5. An Deum exiſtere poſſit inuincibiliter ignorari. p.44

CAPVT II.

De eſſentia Dei.

§. 1. An in Deo diſtinguatur eſſentia à natura. pag. 46
2. Per quid formaliter conſtituatur eſſentia Dei, vt diſtincta à natura. p.47
3. Per quid formaliter conſtituatur natura Dei, vt diſtincta ab eſſentia. p.52

Index Capitum;

CAPVT III.

De attributis Dei in communi.

§. 1. Quid, & quot ſit attributa Dei. p.54
2. Quomodo in Deo attributa diſtinguantur tum ab inuicem, tum ab eſſentia ſeu natura; & primò, an diſtinguantur realiter. p.55
3. An in Deo attributa diſtinguantur ex natura rei ab inuicem, vel ab eſſentia, ſeu natura. pag. 57.
4. An in Deo attributa diſtinguantur ſolâ ratione ratiocinata ab inuicem, & ab eſſentia, ſeu natura. p.59
5. An in Deo attributa diſtinguantur tum realiter virtualiter, tum ratione ratiocinata ab inuicem, &c. p.60
6. Vtrum in Deo vnum attributum ſit de conceptu formali alterius, & quodlibet de conceptu formali eſſentiæ, vel naturæ. p.63
7. Vtrum in Deo attributa ſint inter ſe æqualis perfectionis. p.64

CAPVT IV.

De attributis Dei in particulari. Et primò de vnitate Dei.

§. 1. An Deum eſſe vnum, ſeu vnicum ſit de fide. p.65
2. An Deum eſſe vnum, ſeu vnicum ſit naturaliter demonſtrabile. p.66

CAPVT V.

De bonitate, & perfectione Dei.

§. 1. Vtrum Deum eſſe ſimpliciter bonum, & omninò perfectum, tum fide, tum ratione innoteſcat. p.69
2. Quotuplex ſit rerum omnium perfectio, & quomodo quælibet contineatur in Deo. p.71
3. Vtrum Deus ita contineat rerum omnium perfectiones, vt ſit in omni genere entis infinitè perfectus. p.73
4. Vtrum aliter quàm ex continentia perfectionis rerum omnium probari poſſit Deus in omni genere entis infinitè perfectus p.74
5. Vtrum perfectio infinita, ſeu perfectio, & infinitas, in Deo ſint ſpeciale attributum. pag. 75.
6. Vtrum Deus, & creaturæ ſimul ſint quid perfectius, & maius bonum, quàm Deus ſolus. pag. 76.

CAPVT VI.

De ſimplicitate Dei.

§. 1. Vtrum ſimplicitas Dei excludat omnem compoſitionem ſubſtantialem ex materia, & forma, etiam incorporeis, & ſpiritualibus. pag. 78.
2. Vtrum ſimplicitas Dei excludat compoſitionem, ex partibus integrantibus. p.79
3. Vtrum ſimplicitas Dei excludat compoſitionem ex naturâ, & ſuppoſito. p.80
4. Vtrum ſimplicitas Dei excludat compoſitionem ex ſubiecto, & accidente. p.82
5. Vtrum ſimplicitas Dei excludat aliam quamcunque compoſitionem realem. p.83
6. Vtrum ſimplicitas Dei excludat compoſitionem ex genere, & differentia. p.84
7. Vtrum ſimplicitas Dei excludat compoſitionem ex eſſe, & eſſentia. p.86
8. Vtrum ſimplicitas Dei excludat aliam quamcumque compoſitionem rationis. p.88
9. Vtrum ſimplicitas Dei excludat etiam omnem compoſitionem actiuam, adeò vt nequeat Deus cum re alia compoſitionem facere, ſeu in compoſitionem venire? p.89

CAPVT VII.

De immutabilitate Dei.

§. 1. Vtrum immutabilitas Dei omnem intrinſecam mutationem excludat. p.90
2. Vtrum immutabilitas intrinſeca, præſertim obiectiua, & quoad eſſe ſit propria Dei. pag. 92.

CAPVT VIII.

De immenſitate Dei.

§. 1. Quid ſit formaliter immenſitas Dei. p.94
2. Vtrum Deum eſſe immenſum tum fide, tum ratione conſtet. p.95
3. Vtrum Deum eſſe immenſum ſufficienter probetur ex actuali Dei operatione. p.97
4. Quot modis Deus vbique ſit. p.99
5. An, & quomodo Deus ſit, vel extra mundum, vel in ſpatiis imaginariis. p.100
6. Vtrum immenſitas, vel vbiquitas conuenire poſſit creaturæ. p.102

CAPVT IX.

De æternitate Dei.

§. 1. Quid ſit formaliter æternitas Dei. p.104
2. Vtrum æternitati conueniat ratio durationis, & menſuræ. p.105
3. Quomodo conſtet Deum eſse æternum, & an eſse æternum ſit proprium Dei, p.108
4. Vtrum æternitas Dei ab æterno coëxiſtat omnibus temporum differentiis. p.109
5. Vtrum æternitas Dei habeat ab æterno præſentiam phyſicam in omnibus futuris. pag. 112

CAPVT X.

De Iuſtitia Dei.

§. 1. Vtrum detur in Deo Iuſtitia propria, vt diſtinguitur à metaphorica. p.115
2. Vtrum in Deo detur propria iuſtitia commutatiua. p.116
3. Vtrum in Deo detur propria Iuſtitia diſtributiua. p.118
4. Vtrum ſaltem dependenter à promiſſione, & pacto poſſit dari in Deo obligatio ex Iuſtitia p.119
5. Vtrum ad Deum poſſit dari in creatura obligatio ex rigoroſâ iuſtitiâ. p.121

6. An

6. An iuſtitia vindicatiua ſit diuerſa à rigoroſa iuſtitia particulari, & an detur in Deo. p.125

LIBER II.

De Viſione Dei.

CAPVT I.

De poſſibilitate, & exiſtentia viſionis Dei.

§. 1. Vtrum viſionem Dei conuenire poſſe intellectui creato ſit certum certitudine fidei. p.129
2. Vtrum viſionem Dei conuenire de facto intellectui creato ſit certum certitudine fidei. p. 130.
3. An, & quomodo naturæ lumine conſtet viſionem Dei conuenire poſſe intellectui creato. 131.
4. An naturæ viribus conueniat, vel conuenire poſſit intellectui creato viſio Dei. 135
5. Vnde oriatur reſpectu intellectus creati impotentia videndi Deum viribus naturæ. p. 136
6. Vtrum detur appetitus innatus, vel elicitus naturalis ad viſionem Dei. p.139
7. Quid ſentiendum de poſſibilitate, & exiſtentia viſionis Dei in hac vita mortali. p. 142

CAPVT II.

De Principio viſionis Dei ſe tenente ex parte obiecti.

§. 1. Vtrum Deus poſſit eſſe principium viſionis per propriam eſſentiam immediatè, & ſine ſpecie creata videri. p. 145
2. Vtrum Deus poſſit eſſe principium viſionis mediatè, & per ſpeciem creatam videri. p. 147
3. Vtrum Deus poſſit eſſe principium viſionis tum per eſſentiam ipſam formaliter, tum per omnipotentiam, vt contradiſtinctam formaliter ab eſſentia. p.151
4. Quomodo Deus de facto ſit principium viſionis. p.154
5. Vtrum reſpectu viſionis Dei idem proportionaliter ſentiendum ſit de ſpecie expreſſa, ſeu verbo, quod de ſpecie impreſſa. p. 155

CAPVT III.

De Principio viſionis Dei ſe tenente ex parte potentiæ.

§. 1. Quid intelligatur nomine luminis gloriæ, quo anima indiget ad Deum videndum. p.158
2. Quænam munera præſtet lumen gloriæ. p.159
3. Vtrum lumen gloriæ reſpectu viſionis ſit tota ratio agendi. p.164
4. Vtrum lumen gloriæ ſit cauſa principalis viſionis; & vtrum ipſum ſolum, an etiam intellectus. p.167
5. Vtrum lumen gloriæ ſit de potentia abſoluta ſupplebile tum per auxilium actuale, tum per aſſiſtentiam extrinſecam. p.170
6. Vtrum ſit poſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen gloriæ, aut aliud lumen æquiualens, &c. p.173
7. Ponuntur aſſerta nonnulla, aut conſequentia, aut corroborantia doctrinam §. ſuperioris. p. 177.

CAPVT IV.

De obiecto increato viſionis Dei.

§. 1. Vtrum beati videant de facto omnia, quæ ſunt in Deo formaliter. p.181
2. Vtrum beati videant de facto decreta libera Dei. p. 183.
3. Vtrum Beati de potentia abſoluta videre poſſint eſſentiam, non viſis attributis. p.184
4. Vtrum beati de potentia abſoluta videre poſſint eſſentiam, non viſis perſonis. p. 186
5. Vtrum beati de potentia abſoluta videre poſſint vnam perſonam, non viſis aliis. p. 187

CAPVT V.

De obiecto creato viſionis Dei.

§. 1. An, & quomodo Beati cognoſcant aliquas creaturas in verbo, ſeu ex vi viſionis Dei p. 191
2. Quaſnam creaturas Beati de facto cognoſcant ex vi viſionis, aut formaliter, aut cauſaliter. p. 194.
3. Quænam ſit cauſa phyſica efficiens proxima cur Beatus cognoſcat ex vi viſionis has potius, quam illas creaturas. p.198
4. Vtrum poſſit videri diuina eſſentia, nullatenus attactis creaturis. p.199
5. Vtrum poſſit videri diuina eſſentia attingendo ſimul diſtinctè, & in particulari, omnes creaturas. p. 200.
6. Quomodo ex repugnantia comprehenſionis Dei non probetur repugnans viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas. p.202
7. Quomodo viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas, non probetur repugnans, ex eo quod terminetur ad ſe ipſam. p. 204
8. Quomodo viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas, non probetur repugnans, ex eo quod eſſet actu infinita. p.206
9. Quomodo viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas non probetur repugnans, ex eo quod eſſet de obiecto indeterminato. p.208
10. Quomodo talis viſio non probetur repugnans, ex eo quod eſſet indeſtruibilis à Deo. p.208

CAPVT VI.

De æqualitate, & inæqualitate viſionis Dei.

§. 1. An detur de facto tum æqualitas, tum inæqualitas in viſione Dei. p.209
2. Qualis ſit inæqualitas, quæ de facto datur in viſione Dei, numerica ne tantùm, an etiam ſpecifica. p. 211
3. Quænam ſit cauſa radicalis, & moralis inæqualitatis,

qualitatis, quæ de facto datur in viſione Dei. p. 213

4. Quænam ſit cauſa proxima; & phyſica inæqualitatis, quæ de facto datur in viſione Dei. 213.

5. Vtrum ex inæquali perfectione alicuius intellectus ſaltem poſſibilis haberi poſſit inæqualitas viſionis Dei. p. 217

CAPVT VII.

De repugnantia viſionis comprehenſiuæ Dei.

§. 1. Quid ſit formaliter, propriè, & Scholaſticè comprehenſio ſeu viſio comprehenſiua Dei. p. 219.

2. An ſit de fide repugnare ſimpliciter comprehenſionem, ſeu viſionem comprehenſiuam Dei. p. 223.

3. Vnde oriatur repugnantia comprehenſionis, ſeu viſionis comprehenſiuæ Dei. p. 224

CAPVT VIII.

De repugnantia viſionis Corporeæ Dei.

§. 1. An ſit de fide Deum de facto non videri oculo corporeo, ſeu repugnare de potentia ordinaria viſionem corpoream Dei. p. 226

2. Vtrum repugnet etiam de potentia abſoluta viſio corporea Dei. ibid.

3. Vtrum dari poſſit potentia corporea diuerſa ab iis, quæ de facto dantur, eleuabilis ad Deum videndum, vel ſaltem ad Dei viſionem, aut producendam, aut recipiendam. p. 229

4. Cur potentia materialis nequeat ſpiritualizari, & eleuari ad vitaliter attingendum ſpirituale; ſicuti potentia naturalis poteſt ſupernaturalizari, & eleuari ad vitaliter attingendum ſupernaturale. p. 232

5. Cur potentia materialis nequeat eleuari ad attingendum ſpirituale vitaliter, ſicuti eleuari poteſt ad attingendum ſpirituale non vitaliter. p. 233.

LIBER III.

De Intellectu, intellectione, & Scientia Dei.

CAPVT I.

De actu primo, & ſecundo intellectus, & Scientiæ Dei.

§. 1. AN detur realiter in Deo actus primus intelligendi. p. 236

2. Quomodo in Deo actus primus intelligendi diſtinguatur ab actu ſecundo. p. 237

3. Vtrum detur in Deo actus vel primus, vel ſecundus memoriæ, ſicuti datur actus tum primus, tum ſecundus intelligendi. p. 238

4. Quomodo, & vnde conſtet dari intellectionem, & ſcientiam in Deo. p. 239

5. Vtrum dari in Deo intellectionem, & ſcientiam efficaciter, etiam probetur ex Dei immaterialitate. p. 240

6. Vtrum detur in Deo ſcientia per modum habitus. 245

CAPVT II.

De obiecto neceſſario ſcientiæ Dei.

§. 1. Quomodo, & vnde conſtet Deum cognoſcere, imo etiam comprehendere ſe ipſum. 246

2. Vtrum Deus cognoſcendo ſe ipſum habeat pro obiecto motiuo, & ſpecificatiuo ſolam diuinam eſſentiam, an omnia diuina prædicata. p. 248

3. Vtrum Deus cognoſcat ſe ipſum in creaturis, & ex creaturis. p. 250

4. Vtrum Deus cognoſcendo ſe ipſum in ſe ipſo cognoſcat vnum diuinum prædicatum in alio, & ex alio. p. 253

5. Quomodo, & vnde conſtet Deum cognoſcere poſſibilia diſtinctè, & in particulari. ibid.

6. Vtrùm in ſe ipſo, & in quonam diuino prædicato Deus cognoſcat poſſibilia. p. 256

7. Vtrum ex ſe ipſo, & ex quonam diuino prædicato Deus cognoſcat poſſibilia. p. 259

8. Vtrum Deus cognoſcat poſſibilia immediatè in ſe ipſis. ibid.

9. An, & quomodo Deus cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſis habeat ipſa pro obiecto ſpecificatiuo, & formali diuinæ cognitionis. p. 262

10. Vtrum Deus cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſis, cognoſcat etiam aliqua poſſibilia in aliis, aliqua ex aliis poſsibilibus. p. 263

11. An, & quomodo Deus cognoſcat impoſſibilia, & non-entia. p. 264

CAPVT III.

De obiecto contingenti & abſoluto Scientiæ Dei.

§. 1. Quomodo, & vnde conſtet Deum cognoſcere futura abſoluta contingentia. p. 269

2. Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in ſe ipſis, ſeu in ipſorum veritate obiectiua independenter à diuino decreto. p. 270

3. Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in ſuis cauſis creatis independenter à diuino decreto. p. 272

4. Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in propria eſſentia, vel in propriis ideis independenter à diuino decreto. p. 274

5. An, & quomodo Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in proprio decreto, ſeu in propria eſſentia determinata per decretum. p. 276.

6. An, & quomodo Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in ipſorum phyſica præſentialitate. p. 278.

CAPVT IV.

De obiecto contingenti conditionato ſcientiæ Dei.

§. 1. Vtrum dentur in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa futura contingentia conditionata. p.282
2. Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia conditionata in propriis decretis ex parte actus abſolutis. p.285
3. Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia conditionata, etiam aliquà aliâ ratione independenter à propriis decretis ex parte actus abſolutis; ideſt vel in ipſorum veritate obiectiua, vel in cauſis ſecundis &c. p.286
4. Vtrum ſaltem admiſſis phyſicis prædeterminationibus ſuſtineri poſſit quod Deus cognoſcat futura contingentia conditionata independenter à decretis ex parte actus abſolutis. pag.287.
5. Quibus aliis modis probari poſſit non dari in Deo ſcientiam mediam, qua cognoſcat futura contingentia conditionata independenter à decretis ex parte actus abſolutis. p.288
6. Vtrùm ſupra aſſerta ſcientia futurorum contingentium conditionatorum, dependenter à decretis intuitiua ſit, an abſtractiua. p.291

CAPVT V.

De proprietatibus ſcientiæ Dei.

§. 1. An, quomodo, & quæ ſcientia Dei ſit cauſa rerum. p.292
2. An, quomodo, & quæ ſcientia Dei contineat rerum omnium ideas. p.298
3. An, & quomodo ſcientia Dei ſit inuariabilis. pag.302
4. De reliquis proprietatibus ſcientiæ Dei. p.303

CAPVT VI.

De diuiſionibus ſcientiæ Dei.

§. 1. De diuiſione ſcientiæ Dei in ſimplicem intelligentiam, & viſionem. p.305
2. De diuiſione ſcientiæ Dei in neceſſariam, & liberam. p.306
3. De diuiſione ſcientiæ Dei in ſpeculatiuam, & practicam. p.307
4. De reliquis diuiſionibus ſcientiæ Dei. p.309

LIBER IV.

De voluntate, volitione, & amore Dei.

CAPVT I.

De actu primo, & ſecundo diuinæ voluntatis.

§. 1. Quomodo, & vnde conſtet dari in Deo voluntatem propriè dictam per modum appetitus eliciti. p.311
2. An, & quomodo detur in Deo voluntas, etiam impropriè dicta per modum appetitus innati. pag.313
3. An detur in Deo actus primus volendi, & quomodo diſtinguatur ab actu ſecundo. pagina 315.
4. Quid ſit formaliter actus ſecundus liber diuinæ voluntatis, & primò an ſit liber propriè, & ſimpliciter. ibid.
5. Vtrum actus ſecundus liber diuinæ voluntatis ſit talis in eſſendo: impottet ſcilicet aliquid quod poſſit in Deo eſſe, & abeſſe, aut ſaltem quod potuerit non eſſe. p.317
6. Vtrum actus ſecundus liber diuinæ voluntatis addat reſpectum aliquem rationis actui neceſſario. p.319
7. An actus ſecundus liber diuinæ voluntatis addat actui neceſſario ſolam productionem, ſeu poſitionem rerum ad extra. p.320
8. Quid tandem formaliter, ſit ſeu quid addat actui neceſſario actus ſecundus liber diuinæ voluntatis. p.321
9. Satisfit nonnullis, quæ vlterius dubitari ſolent circa liberum velle Dei. p.323

CAPVT II.

De amore Dei erga ſe ipſum.

§. 1. Vtrum amor Dei ergà ſe ipſum ſit neceſſarius, an liber. p.327
2. Vtrum amor Dei ergà ſe ipſum ſit propriè, & ſtrictè talis, an per modum puri gaudij. pag.329
3. Vtrum amor Dei ergà ſeipſum, vel ſaltem vnius diuinæ perſonæ erga aliam, ſit amor amicitiæ. p.331
4. Explicantur alia nonnulla de amore Dei ergà ſeipſum. p.333

CAPVT III.

De amore Dei erga creaturas.

§. 1. Vtrum detur in Deo amor erga creaturas poſſibiles. p.334
2. Vtrum amor Dei erga creaturas poſſibiles ſit neceſſarius, & inefficax; an liber, & efficax. pag.337
3. Vtrum detur in Deo amor ergà impoſſibilia, vel ergà peccata poſſibilia. p.339
4. Qualis amor detur in Deo ergà creaturas exiſtentes; neceſſariusne, an liber; inefficax, an efficax. p.341
5. Vtrum amor Dei ergà creaturas exiſtentes ſit amor concupiſcentiæ; an amicitiæ ergà creaturas rationales; beneuolentiæ ergà irrationales. p.342

CAPVT IV.

De aliis quibuſdam actibus, ſeu affectibus, & quaſi paſſionibus diuinæ voluntatis.

§. 1. Vtrum detur in Deo odium, tum abominationis, tum inimicitiæ. p.345

2. Vtrum detur in Deo deſiderium, & fuga. pag. 347.
3. Vtrum detur in Deo triſtitia. p.348
4. Vtrum detur in Deo ſpes, & deſperatio.p.349
5. Vtrum detur in Deo timor, & audacia. ibid.
6. Vtrum detur in Deo ira. ibid.

CAPVT V.

De diuiſionibus voluntatis, ſeu volitionis Dei.

§. 1. De diuiſione voluntatis Dei in volitionem, & nolitionem, vtrum ſit ſimpliciter adæquata; an poſſit dari in Deo pura omiſſio. p.351
2. De diuiſione voluntatis Dei in neceſſariam, & liberam, & ſpecialiter, vtrum Deus neceſſariò, an liberè velit, quod melius eſt. p.353
3. De diuiſione voluntatis Dei in voluntatem beneplaciti, & voluntatem ſigni. p.356
4. De diuiſione voluntatis Dei in voluntatem antecedentem, & conſequentem. p.358
5. De diuiſione voluntatis Dei in voluntatem inefficacem, & efficacem. p.361

CAPVT VI.

De voluntate efficaci Dei præſertim ad libertatem creatam comparata.

§. 1. Vtrum voluntas Dei efficax ſemper impleatur. p.363
2. Vtrum independenter à ſcientia media detur in ordine ad actus liberos creatos voluntas Dei efficax prædeterminatiua. p.366
3. Quomodo cum voluntate Dei efficaci prædeterminatiua ad vnum ſtet ex parte voluntatis creatæ potentia ad oppoſitum. p.367
4. Quomodo eum eadem voluntate efficaci prædeterminatiua ad vnum ſtet ex parte Dei præparatio auxilij ſufficientis ad oppoſitum. pagina 370.
5. Quomodo eadem voluntas efficax relinquat locum obiurgationi Betſaitarum & Corozaitarum, ex comparatione ad Tyrios, & Sidonios. p.371
6. An, & quomodo voluntas Dei efficax prædeterminatiua detur etiam ad actus malos. p.372

LIBER V.

De Prouidentia Dei prædeſtinantis, & reprobantis.

CAPVT I.

De Prouidentia Dei ſecundùm ſe, & in communi.

§. 1. Qvomodo, & vnde conſtet dari in Deo prouidentiam rerum præſertim minimarum, & viliorum. p.376
2. In quo formaliter conſiſtat Dei prouidentia in actúne intellectus, an voluntatis, an in vtroque, p.377
3. Quotuplex ſit prouidentia Dei. p.380
4. An, quæ, & quomodo prouidentia ſit neceſſaria Deo. p.381
5. Quomodo ſe habeat prouidentia ad prædeſtinationem; vtrum, tanquam genus ad ſpeciem, an tanquam totum ad partem. p.383

CAPVT II.

De exiſtentia, & eſſentia prædeſtinationis.

§. 1. Quomodo, & vnde conſtet dari prædeſtinationem. p.385
2. Quid ſit prædeſtinatio. p.386

CAPVT III.

De cauſis prædeſtinationis quoad electionem ad gloriam.

§. 1. Vtrum electio ad gloriam potuerit eſſe poſt præuiſa merita prædeſtinati, habendo ipſa pro ratione, ſeu cauſa motiua. p.388
2. Vtrum electio ad gloriam tum ſecundùm ſe, tum etiam vt præmium, & coronam potuerit eſſe ante præuiſa merita prædeſtinati. p.389
3. Vtrum de facto electio ad gloriam ſit ante abſolutè præuiſa merita prædeſtinati. p.392
4. Vtrum electio ad gloriam ſit ante merita prædeſtinati etiam conditionatè præuiſa. p.397
5. Vtrum electio efficax ad gloriam eo modo, quo eſt ante præuiſa merita prædeſtinati, ſit etiam ante præuiſa merita cuiuſcumque alterius puri hominis à prædeſtinato. p.398
6. Vtrum electio efficax ad gloriam tum abſoluta, tum etiam comparatiua ſit de facto ex præuiſis meritis Chriſti. p.400

CAPVT IV.

De cauſis prædeſtinationis quoad ipſius effectus.

§. 1. Recenſentur varij errores hæreticorum circa cauſam moralem, aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte prædeſtinati. p.404
2. Improbantur aliqui alij modi aſſignandi cauſam moralem, aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte prædeſtinati. p.406
3. Vtrum ſaltem præſcientia boni vſus liberi arbitrij, ſit ratio cur prouidentia ſit prædeſtinatio, & non remaneat pura prouidentia ſupernaturalis in beatitudinem. p.410
4. Vtrum detur, vel dari poſſit cauſa moralis, aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte alterius puri hominis à prædeſtinato. p.412
5. Vtrum detur cauſa moralis, aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte Chriſti Domini. p.415

& Paragraphorum.

CAPVT V.

De effectibus prædeſtinationis.

§. 1. De conditionibus requiſitis ad effectus prædeſtinationis. p.417

2. An, & quomodo glorificatio ſit effectus prædeſtinationis. p.418

3. An, & quæ iuſtieatio electorum ſit effectus prædeſtinationis. p.419

4. An, & quæ vocatio electorum ſit effectus prædeſtinationis. p.421

5. An, & quomodo actus ſupernaturales electorum ſint effectus prædeſtinationis. p.423

6. An, & quænam res naturales ſint effectus prædeſtinationis. p.424

7. An, &quomodo permiſſio peceati in electis ſit effectus prædeſtinationis. p.426

8. An permiſſio peecati poſſit eſſe à Deo volita, poſt volitam pœnitentiam, & hae etiam ratione effectus eſſe prædeſtinationis. pag. 428.

CAPVT VI.

De eſſentia, & cauſis reprobationis.

§. 1. Quid ſit reprobatio poſitiua. p.431

2. Vtrum Deus poſſit aliquo modo exeludere creaturam rationalem à gloria ante præuiſa demerita. p. 432

3. Vtrum ſuppoſita eleuatione ereaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem, poſſit Deus poſitiuè exeludere à gloria præcisè ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ. p.433

4. Quomodo ſe habeat peecatum originale in ordine ad cauſandam poſitiuam excluſionem à gloria. p.434

5. Vtrum de facto in quolibet reprobo aliquod peccatum ſit cauſa poſitiuæ exeluſionis à gloria. p.436

6. Quodnam peecatum de facto in reptobo ſit cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria. p.438

CAPVT VII.

De effectibus reprobationis.

§. 1. Vtrum aliquod peccatum, vel aliqua permiſſio peccati ſit in reprobo effectus reprobationis. p. 439

2. Cuiuſnam prouidentiæ ſint effectus permiſſiones peecatorum, quæ non ſunt in reprobo effectus reprobationis. p.442

3. Quænam mala pœnæ ſint in reprobo effectus reprobationis. p. 443

4. An res aliquæ naturales, aut etiam ſupernaturales ſint in reprobo effectus reprobationis. pag. 444

CAPVT VIII.

De libro vitæ prædeſtinatorum, & libro mortis reproborum.

§. 1. Vtrum admittendus ſit reſpectu reproborum liber mortis, ſicuti admittitur reſpectu prædeſtinatorum liber vitæ. p.447

2. Quid ſit liber vitæ, & liber mortis; & quomodo ille à prædeſtinatione, iſte à reprobatione differat. p. 448

3. Vtrum pauciores ſint deſeripti in libro vitæ, quam in libro mortis. p.449

4. Vtrum etiam ex hominibus fidelibus pauciores ſint deſcripti in libro vitæ, quàm in libro mortis. p. 451

5. Vtrum deſcriptio electorum in libro vitæ, & reproborum in libto mortis augeri poſſit, vel minui. p.453

6. Vtrum numerus deſcriptorum tum in libro vitæ, tum in libro mortis ſit certus, & inuariabilis etiam ex parte tei numeratæ. p.455

INDEX TITVLORVM
TRACTATVS SECVNDI.

LIBER PRIMVS,
De Proceſsionibus, & Relationibus Diuinis.

CAPVT PRIMVM,
De Erroribus circa diuinas proceſsiones.

§. I. QVINAM fuerint præcipui errores circa diuinas proceſſiones. 458
2. Impugnatur Error negantium veram diſtinctionem perſonarum, & conſequenter veras proceſſiones. 460
3. Impugnatur error negantium conſubſtantialitatem, & veram diuinitatem perſonarum procedentium. 461
4. Impugnatur error negantium proceſſiones admiſsâ diſtinctione, & conſubſtantialitate perſonarum. 462

CAPVT II.
De numero, & diſtinctione diuinarum proceſsionum. 464

§. 1. Quot ſint proceſſiones diuinæ. 465
2. An, & quomodo poſſit lumine naturæ cognoſci quot ſint proceſſiones diuinæ. 467
3. De diſtinctione proceſſionum tum actiuarum ab inuicem, tum paſſiuarum ab inuicem, tum actiuarum à paſſiuis. 470

CAPVT III.
De principio diuinarum proceſsionum.

§. 1. An, & quomodo diuinæ proceſſiones habeant diuinam naturam, ſeu diuinam eſſentiam pro principio. 472
2. An, & quomodo diuinæ Proceſſiones habeant intellectum, & voluntatem pro principio. 475
3. An, & quomodo diuinæ Proceſſiones habeant intellectionem, & volitionem pro principio. 477
4. An intellectio, & volitio, quæ ſunt proceſſiones,& principia proceſſionum ſint actus eſſentiales. 479
5. Quid addant actus, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum ſuper intellectionem, & volitionem eſſentiales ſecundum ſe præcisè conſideratas. 479
6. Vtrùm relatio requiratur ex parte principij quo diuinarum Proceſſionum tanquam principium, an tanquam para conditio. p.483
7. Quomodo in principio quo diuinarum proceſſionum ſaluetur ſufficiens diſtinctio à termino producto poſita relatione ſolùm tanquam conditione. p.485
8. Satisfit nonnullis quæ vlterius dubitari poſſunt circa principium quo diuinarum proceſſionum. p.487

CAPVT IV.
De diuerſitate proceſsionis Verbi à proceſsione Spiritus ſancti.

§. 1. Vtrùm proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus ſancti. 492
2. Vtrùm poſſit aſſignari ſufficiens ratio cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus ſancti. p.492
3. Vtrùm ſufficiens ratio cur perſona Verbi &c. conſiſtat in eo, quod Verbum primò producitur. p.494
4. Vtrùm ſufficiens ratio cur proceſſio Verbi, &c. conſiſtat in eo, quod Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ fœcundæ. p.495
5. Vtrum ſufficiens ratio, cur proceſſio verbi ſit

ſit generatio, non proceſſio Spiritus ſancti, conſiſtat in eo quod Verbum procedat vt imago. p.497
6. Vtrùm ſufficiens ratio, &c. conſiſtat in eo, quod intellectio per quam procedit Verbum ſit formaliter natura. p.499
7. Vtrùm ſufficiens ratio, &c. conſiſtat in eo, quod Verbum procedat ſimile in proprietate perſonali. p.500
8. Ex diuerſo modo operandi intellectus, & voluntatis præparatur ratio ſufficiens, &c. 502
9. Aſſignatur vera, & ſufficiens ratio cur proceſſio Verbi, &c. p.504
10. Ex ſuperioribus aſſertis aſſignatur multiplex diuerſitas proceſſionis Verbi à proceſſione Spiritus ſancti. p.507

CAPVT V.

De relationibus ad diuinas perſonas pertinentibus: An, & quales ſint. 508

§. 1. Vtrùm dentur in Deo ad intra relationes reales. p.509
2. Vtrùm relationes ad intra in Deo ſint reales etiam ſecundum ad. p.510
3. Vtrùm relationes ad intra in Deo ſint Prædicamentales, an tranſcendentales. p.512
4. Vtrùm relationes diuinæ ad intra terminentur ad terminum formaliter vt relatiuum. p.514

CAPVT VI.

De diſtinctione diuinarum relationum à diuina eſſentia. 516

§. 1 Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur realiter ab eſſentia, ſeu natura diuina. ibid.
2. Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur ex natura rei ab eſſentia, ſeu natura diuina. p. 517
3. Quomodo cum ſuperioribus aſſertis cohærere poſſit principium illud: Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe. p.518
4. Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur tum virtualiter, tum ratione ratiocinata ab eſſentia, ſeu natura diuina. p.521
5. Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur ab eſſentia diſtinctione adæquatè præciſiua, adeò vt nec ipſæ ſint de conceptu eſſentiæ, nec ipſa eſſentia de conceptu ipſarum. p.522

CAPVT VII.

De numero diuinarum relationum, & diſtinctione ipſarum ab inuicem.

§. 1. Quot ſit in Deo ad intra relationes reales originis. p.526
2. An, cur in diuinis quatuor relationes reales originis non poſſint abſolutè dici quatuor res. p.527.
3. An præter quatuor relationes originis dentur in Deo ad intra aliquæ aliæ relationes reales. p.529
4. Quomodo relationes reales, quæ dantur in Deo ad intra diſtinguantur inter ſe: omneſne realiter, an aliquo ſolùm realiter. p.532

CAPVT VIII.

De prædicatis, quæ in Deo plurificantur, & realiter diſtinguuntur iuxta pluralitatem, & diſtinctionem realem diuinarum relationum.

§. 1. Vtrùm diuinæ relationes formaliter acceptæ dicant aliquam perfectionem. p.534
2. Vtrùm perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ intenſiua ſit, an extenſiua. p.537
3. Vtrum perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ ſit ſimpliciter ſimplex, an non. p.539
4. Vtrùm perfectio, quam dicunt, &c. ſit vnica, an verò tres relationes ſint tres perfectiones. p. 540
5. Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes, importent tres realiter diſtinctas vnitates, & veritates. p.543
6. Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas infinitates. p.545.
7. Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas exiſtentias. ibid.
8. Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas æternitates, & immenſitates. p.548

LIBER II.

De perſonis diuinis in communi, & in particulari.

CAPVT I.

De Perſonis diuinis in communi.

§.1. QVid ſit perſona: & vtrum idem ſint idemve ſignificent perſona, hypoſtaſis, vſia. pag. 552

2. Quo

2. Quomodo, & quot perſonæ ponendæ ſint in diuinis p.553
3. An, & quomodo perſonæ diuinæ conſtituantur ex eſſentia, & proprietate perſonali. p. 554
4. Vtrum proprietates perſonales in diuinis ſint abſolutæ. p. 555
5. Vtrum proprietates perſonales in diuinis ſint origines. p. 557
6. Vtrum proprietates perſonales in diuinis ſint relationes. p.558
7. Quonam modo relationes in diuinis ſint proprietates perſonales, & perſonarum conſtitutiuæ. p.560
8. Vtrum tres relationes trium diuinarum perſonarum conſtitutiuæ importent tres poſitiuas rationes ſubſiſtendi, an ſolum tres incommunicabilitates. p. 563
9. An, & quomodo præter tres ſubſiſtentias relatiuas detur in Deo ſubſiſtentia abſoluta. pag. 565
10. Satisfit nonnullis, quæ vlterius dubitari poſſunt tum circa perſonas diuinas in communi, tùm circa ſubſiſtentiam abſolutam diuinæ eſſentiæ. p. 568

CAPVT II.

De prima Perſona diuina.

§. 1. Quomodo primæ perſonæ diuinæ conueniat nomen patris. p.571
2. Quomodo primæ perſonæ diuinæ conueniat ratio principij p. 573
3. Vtrum eo modo quo in diuinis ad intra ponitur ratio principij, poni etiam poſsit ratio cauſæ, initij, Auctoris. p. 575
4. Quomodo primæ perſonæ diuinæ conueniat ratio ingeniti. p. 577.
5. Vtrum ratio ingeniti propria primæ perſonæ importet puram negationem, an etiam aliquid poſitiuum, & quid. p.578

CAPUT III.

De ſecunda Perſona diuina.

§. 1. Quomodo ſecundæ perſonæ diuinæ conueniat nomen filij. p.581
2. Præmittuntur quæ neceſſaria ſunt ad explicandam rationem imaginis in ſecunda perſona diuina. p. 582
3. Quomodo, & quæ ratio imaginis conueniat ſecundæ perſonæ diuinæ. p. 584
4. Vtrum ſecunda perſona diuina ſit imago ſolius primæ perſonæ, & vtrum ſit imago ratione eſſentiæ an ratione perſonalitatis. pag. 585
5. Præmittuntur quæ neceſſaria ſunt ad explicandam rationem Verbi in ſecunda perſona diuina. p.586
6. Quomodo ratio verbi mentalis conueniat ſecundæ perſonæ diuinæ. p.588
7. Vtrum ſecunda perſona diuina ſicut rectè dicitur verbum, ita poſsit rectè dici ſermo. p. 590
8. Præmittuntur quæ neceſſaria ſunt ad definiendum ex quorum obiectorum cognitione procedat ſecunda perſona diuina quatenus verbum eſt. p.591
9. Vtrùm Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt procedat formaliter ex cognitione attributorum, & perſonarum. p. 592
10. Vtrùm Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt procedat ex cognitione perſonarum intuitiua, an abſtractiua. p.595
11. Vtrum Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt procedat formaliter ex cognitione poſſibilum. p.596
12. Vtrùm Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt procedat formaliter ex cognitione futurorum. p.599
13. Vtrùm Verbum diuinum ſit imago intentionalis eorum omnium ex quorum cognitione formaliter procedit. p. 602
14. Expediuntur alia nonnulla, quæ vlterius dubitari poſſunt circa ſecundam perſonam diuinam vt Verbum eſt. p.604

CAPVT IV.

De Tertia Perſona diuina. 606

§. 1. Quomodo tertiæ perſonæ diuinæ conueniat nomen amoris. p. 607
2. Quomodo tertiæ perſonæ diuinæ conueniat nomen doni. p. 608
3. Quomodo tertiæ perſonæ diuinæ conueniat nomen Spiritus ſancti. p.611
4. Vtrum Spiritus ſanctus procedat à patre, & filio. p. 613
5. Vtrum Spiritus Sanctus procedat à Patre, & filio tanquam ab vnico principio, & vnico ſpiratore. p.617
6. Pro quibus formaliter ſupponat vnum principium, ſeu vnus ſpirator à quo Spiritus ſanctus procedit. p.620
7. Vtrum Spiritus ſanctus procedat à Patre, & filio æquè immediatè, & æque principaliter. p. 622.
8. Vtrum Spiritus Sanctus, tum vt talis, qualis de facto eſt, tum vt præcisè procedens per voluntatem petat eſſe à duabus diſtinctis perſonis, p. 625.
9. De diſtinctione Spiritus Sancti à filio, ſi à filio non procederet & primò vtrum vtile, ac neceſſarium ſit huiuſmodi controuerſiam agitare pag. 629
10. Vtrum Spiritus ſanctus diſtingueretur realiter à filio ſi à filio non procederet, pag. 630
11. Vtrum Spiritus ſanctus diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet, & filius eandem omninò, quam nunc habet filiationem, retineret ſolà actuali ſpiratione actiuâ præciſâ. p.635

12. Vtrum

12. Vtrum Spiritus ſanctus diſtingueretur realiter à Patre, ſi à Patre non procederet. pagina 637
13. An, & quomodo Pater, & Filius diligant ſe Spiritu ſancto. p.638
14. An, & quænam alia præter ſe ipſos Pater, & Filius diligant Spiritu ſancto vbi de obiectis ex quorum dilectione Spiritus ſanctus procedit. p.641

LIBER III.

De Notionibus, Miſſionibus, aliiſque nonnullis ad diuinas perſonas pertinentibus.

CAPVT I.

De notionibus & actibus notionalibus.

§.1. Quid ſit notio in diuinis. p. 644
2. Quot, & quæ ſint notiones in diuinis. p.645
3. Vtrum de quinario numero notionum liceat contrariè opinari. p.648
4. Quid ſint actus notionales, & an ponendi in diuinis. ibid.
5. Vtrum actus notionales ſint liberi, an neceſſarij. p.649
6. Vtrum actus notionales ſint voluntarij voluntate antecedente, an comitante, aut ſubſequente. p.652
7. Vtrum actus notionales ſint de aliquo, & quomodo. p.656

CAPVT II.

De Miſſione diuinarum perſonarum.

§. 1. Quid ſit miſſio in diuinis. p.659
2. Quotuplex ſit miſſio in diuinis. p. 661
3. De miſſione viſibili quotuplex ſit, & an eſſe poſſit ſine miſsione inuiſibili. ibid.
4. De miſsione inuiſibili. Per quænam dona fiat, & quamnam diuinarum perſonarum præſentiam inferat. p. 664
5. Quibuſnam Perſonis diuinis, & à quibus conueniat mitti. p. 668
6. Vtrum mitti poſsit vna diuina perſona ſine alia. p.670
7. Quomodo differat reſpectu diuinarum perſonatum mitti, apparere, venire, donari. p. 672

CAPVT III.

De circuminſeſſione diuinarum perſonarum.

§. 1. Quid ſit circuminſeſſio in diuinis, & an detur. p.675
2. Vtrùm diuina eſſentia ſit vnica, aut ſaltem potiſſima ratio circuminſeſſionis diuinarum perſonarum. p.676
3. Vtrùm per circuminſeſſionem vna diuina perſona ſit in alia ſecundùm ſe totam. pagina 678.

CAPVT IV.

De modo cognoſcendi Myſterium Trinitatis.

§. 1. Vtrùm Myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci videnter negatiuè. p. 680
2. Vtrùm Myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè. p. 682
3. Vtrùm Myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci probabiliter. p.686
4. Vtrùm naturæ lumine poſſit etiam haberi probabilitas, aut euidentia negatiua de aliqua Trinitate creata. p. 688
5. Vtrùm de Nyſterio Trinitatis haberi poſſit ſupernaturaliter à viatore aliqua euidentia abſtractiua: & primò vtrum haberi poſſit euidentia in atteſtante. p.689
6. Vtrùm de Myſterio Trinitatis haberi poſſit ſupernaturaliter à viatore euidentia abſtractiua, in aliquo effectu ſupernaturali. p.690
7. Vtrùm per euidentiam abſtractiuam in atteſtante aut in aliquo effectu ſupernaturali haberi poſſit à viatore cognitio quiditatiua Trinitatis. p.692
8. Vtrùm ſupernaturaliter haberi poſſit à viatore cognitio quiditatiua Trinitatis per ſpeciem propriam ipſius. p.693
9. Vtrùm de facto detur in aliquo viatore euidentia Trinitatis per lumen quoddam theologicum medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ. p.695

CAPVT V.

De modo loquendi in Myſterio Trinitatis.

§. 1. An, & quomodo congruè vſurpetur in diuinis vocabulum Trinitatis. p. 697
2. An, & cur congruè vſurpetur in diuinis vocabulum Trinus potius, quàm vocabulum, triplex. p.698
3. Quomodo vſurpanda in diuinis vocabula alius, aliud: Alter alterum. p.699
4. Quomodo vſurpanda in diuinis vocabula vnus, vnum, idem. p.701

5. Quomo

5. Quomodo vſurpanda in diuinis vocabula ſolus, vnicus, ſingularis. ibid.
6. Quomodo vſurpanda, ſeu pro quo ſupponat vocabulum Deus. p.704
7 Quomodo vocabula in diuinis ſint vſurpanda ſingulariter: Quænam poſſint pluraliter vſurpari. p.705
8. Aſſignantur quædam regulæ generales circa modum loquendi in Myſterio Trinitatis. pag. 706

PROLVSIO SCHOLASTICA
IN TRACTATVM PRIMVM,
DE DEO VNO.

VNICVM quamvis Verbum totâ Deus æternitate protule-
rit, vult tamen à rebus creatis verba continuò proferri quàm
plurima, quibus vnum proclametur orbe vniuerſo Numen;
ſic laudem eius concinunt aſtra matutina, ſic cœli gloriam
enarrant, ſic opera firmamentum annunciat: Vbi autem *Iob 38.*
mutæ, & elingues creaturæ loquentur, piaculum certè fuerit obmuteſce- *Pſalm. 18.*
re hominem, qui tam vocalis, & tam loquendi idoneus eſt; ab eóque
ſolùm taceri Deum, cui maximè innoteſcit, dicente Tullio ex tot generi-
bus nullum eſſe animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam
Dei. Huiuſce ego ſilentij noxam, & notam euaſurus mea potiſſima ſtudia *Lib. 1. de*
faciam eſſe verba de Deo; & in tanti promiſſi vadem de Deo prolocutio *legibus.*
ſit præſens hæc qualiſcumque pro annuâ Theologici ſtudij inſtauratione
proluſio, quam quia Romano perago in ſolo placet exordiri cum Ro-
mani eloquij Principe: Nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam
fera, quæ non, etſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen haben-
dum ſciat: gens ſcilicet quæcumque ignara quamvis, & barbara, ita na- *Lib. 1. de*
turalis luminis miniſterio ad cognoſcendam Dei exiſtentiam ducitur; vt *legibus.*
gens quælibet etiam eruditior ſine magiſterio fidei perfectam Dei cogni-
tionem non aſſequatur. Quin imò ſæpè fit, vt quemadmodum Cynicus
olim in frequenti hominum cœtu ſe non inuenire hominem conquereba-
tur, ita plures populi in plurimâ deorum turbâ vero ſe carere Deo verè
ingemiſcant; congruéque ipſis exprobrari poſſit nihil referre, negentne
Deum, an aſſerant?

Deum, mundum eſſe cenſuerunt Stoici, & inuiſibile ſubiecerunt aſpe-
ctui, impartile diuiſioni, indefectibile corruptioni: Deum, mentem fecit
igneam Democritus, qui miror quod non addiderit mundum huiuſce ig-
nis aut fumum eſſe, aut cinerem: Deum, hoc eſt, rem omnium quam-
maximè neceſſariam, in fortuitam, ac temerè ſibi occurrentium atomo-
rum complexionem refudit Epicurus, & ex promiſcuâ corpuſculorum
compage eum conſtituit, qui expers eſt mixturæ & corporis: Gentilium
vulgus in Marte, Baccho, & Venere exemplaria adorans vitiorum pleniſ-
ſima, ſua nedum excuſare, ſed & commendare vitia putat, dum ea ia-
ctare in ſuperos poteſt, & diis communia prædicare. Sunt qui imberbia,
& pubeſcentia; ſunt qui barbata, & caneſcentia; ſunt qui formoſa, ſunt
qui deformia; ſunt qui aurea, ſunt qui lapidea, ſunt qui lignea coluerunt
Numina, nihilque fuiſſe adeò infimæ notæ, & conditionis, quod non
potuerit numinis loco haberi, id certè teſtantur Phœnicum ſerpentes;
Thebanorum muſtella; Ægyptiorum allia, & cæpæ, non ſine humanæ
opprobrio, & diuinæ ludibrio dignitatis. Romana Reſpublica æquè olim

erroris, ac nunc magiſtra veritatis, verita ne deorum congerie obrueretur; ſi quemadmodum ipſa toti præſidebat orbi, ita ipſi totius orbis numina præſiderent, non erubuit ferre legem, quæ Deos alios coli prohiberet, quàm quos Patres Conſcripti iuſſiſſent; adeò ſuperbiit irreligioſa ſenatus illius auctoritas, vt ſui iuris voluerit eſſe vel cœlum quidem, ſuiſque ſanctionibus Deos etiam ipſos contineri. Si tot mundos verus Deus condidiſſet, quot falſos Deos deſipiens homo credidit, plures haberet orbis mundos, quàm mundus homines: ſi tot protuliſſet monſtroſos natura fœtus, quot ars ſuperſtitioſa monſtroſas protulit deitates; nulla vniuerſi plaga aut varietate monſtrorum, aut multiplicitate cederet Africæ: vt non immeritò præmiſerim nullam eſſe gentem, quæ fidei, & Theologiæ lumine deſtituta nouerit, qualem habere Deum deceat; & quando apud antiquos ſic viluit deitas, nil profectò mirum quòd verum numen ſe abſconditum mallet, ſuámque reſpueret prodere deitatem in tot falſarum deitatum vile conſortium. At poſtquam fidei ſplendor ſuperſtitionis cuiuſcumque fugatâ caligine ad inacceſſibilem, quam Deus inhabitat, lucem theologicæ conſiderationis òculo aperuit aditum, proh quàm facilè innotuit, quale habeat religio numen, qualem creatura Creatorem, qualem mundus Deum; & quàm promptum pariter mihi eſt, atque expeditum in præſenti theologica proluſione præfati, qualem habere Deum deceat.

Decet ſcilicet vnum habere, non plures: Vnum vnitate eſſentiæ, non ſubſiſtentiæ; naturæ, non perſonæ: Vnum vnitate, qua in ſe indiuiſus nullum habet Cæſarem, cum quo diuidat imperium; nullum aliud numen, cum quo diuidat deitatem; nihil ſibi ſimile, cum quo diuidat perfectionem. Vnus Dominus eſt, qui omnia poſſidet; vnus artifex eſt, qui omnia efficit; vnus legiſlator eſt, qui omnia regit; vnus omnia eſt, vnus Deus eſt; nec Deus eſt, ſi non vnus, dicente Boëtio, omne quòd eſt, tandiù manet, atque ſubſiſtit, quandiù eſt vnum; ſed interit, atque diſſoluitur pariter atque vnum eſſe deſiſtit. Regnum in ſe diuiſum propinquum eſt ruinæ: annon erit ruinæ propinquius diuiſum in ſe numen? vtpotè in quo diuiſæ voluntates diſcordias parient, diuiſæ mentes gignent ſchiſmata, diuiſæ potentiæ ſceptra dimidiabunt. Deitas quæ multitudinem admittat, quæ numerari patiatur, non niſi contemptui eſſe poteſt, illoque excipienda riſu, quem Prudentius poëticè, verè tamen expreſſit.

De conſol. lib. 3. Proſa 11.

Sunt duo? ſunt: igitur cur non ſunt multa Deorum
Millia? cur numero deitas contenta gemello eſt:
An non in populos diuerſa examina Diuûm
Fundere erat melius, mundumque implere capacem
Semi-Deis paſſim nullo diſcrimine monſtris?

Negas adhuc Deo vnitatem? Ne eodem in ſpatio plura numina confundas, congeris eidem negare immenſitatem, qua omnibus in ſpatiis eſt, & non incluſus; omnia extra ſpatia, & non excluſus; omni extenſione maior, & non extenſus; omnia mouens, ſemper immotus. Nobis noua vbi, noua loca ſuccedunt; diuinum vbi vbiquitas eſt, qua omnia loca complectitur, atque vltrà omnia in ſe ipſo eſt, & quamvis ei cœlum ſedes ſit, non tamen ſine cœlo ſedis indiguit; ſed ipſe ſemper ſibi fuit, & locus, & ſedes. Antigonus quam de ſua præſentia opinionem tremido conceperat animo deſignaturus dicere conſueuit. Me præſentem quot comparas? Sed quàm multo maiore iure cuilibet creaturæ in diuinæ immenſitatis obſequium dici poſſit. Deum præſentem quot comparas? Antimachus de Platonis præſentiâ gloriabundus erupit aliquando in emphaticum illud elogium: Plato mihi vnus ad inſtar omnium: at quid homo affectet cæterorum præſentiam; nunquam adeo ſolus eſſe poteſt,

quin

quin Deo præſente fruens valeat altiùs gloriari: Deus mihi vnus ad inſtar omnium; omnium ad inſtar Principum, omnium ad inſtar numinum: Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis; ita enim adeſt, vt abeſſe non poſſit; ita adeſt vt ſuo nos intuitu, ſuâ nos virtute, ſuâ nos ſubſtantiâ penetret; noſque ſibi triplici inexiſtentiæ modo, quaſi triplici vbique nexu deuinciat. *Deut. 4.*

Huic intimæ inexiſtentiæ & incircumſcriptæ ad quæcumque loci ſpatia præſentiæ alia non impar reſpondet ad quæcumque ſpatia temporis, qua conſtituitur Deus æternus, nimirum realiter cuicumque imaginariæ durationi, indiuiſibiliter cuicumque diuiſioni, permanenter cuicumque ſucceſſioni coëxiſtens: abſque infantiâ primâ ſemper ætate florens, abſque ſenio antiquitate gaudens. In nobis à momento pendet æternitas, in Deo æternitas momentum eſt, ſed momentum ad omnia futura poſthumum, ad omnia anteacta primogenitum. Fons eſt, ex quo omnia fluunt tempora, nec decreſcit; oceanus eſt, in quem eadem omnia refluunt, nec redundat; nunc eſt, ſemper ſtans; inſtans eſt, ſemper durans; duratio eſt, ſemper tota ſimul; cui ſi annos, ſi luſtra, ſi ſæcula, ſi æuum conferas, prætereunt ſingula atomorum in morem, & fulgure citiùs auolant. Hæc vnitatis, immenſitatis, æternitatis, admirabilia quantumlibet, lineamenta, prima tantum rudimenta ſunt proludentis, qualem habere Deum deceat.

Altiora proluſionis argumenta ſuppeditat altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ, qua Deus vno mentis cernit in ictu quæ ſint, quæ fuerint, veniantque ſine memoria præteritorum; ſine præſcientia notitiam habens futurorum; illa protrahens, iſta anteuertens, vtraque ſibi ob oculos æquè præſentia conſtituens. Sine ſigilli violatione ſecreta cordium rimatur; ſine libertatis lectione arbitrij conſilia permeat; ſine vllâ ſapientiæ res altiſſimas per altiſſimas cauſas attingentis iniuriâ inferiora quæque, & minutiora conſiderat. Conditionata abſoluto, variabilia inuariabili, temporalia æterno, contingentia neceſſario actu comprehendit. Continet perfectiſſimæ artis ideas, æternæ legis ſanctiones primæ veritatis regulas, intellectualis cuiuſcumque virtutis prærogatiuas. Mala ſcit, ſed non approbat; entia rationis facit, ſed non fingit; vilia cognoſcit, ſed non vileſcit. Ex creati cuiuſlibet obiecti supercomprehenſione ab obiecti increati comprehenſione minimè retardatur; imò in hac ſola quieſcit, hac ſola beatur, vnâ ſuâ luce diuinus oculus ſatis paſcitur, vno ſuæ eſſentiæ ſpeculo ſpecies diuina ſatis reflectitur; ſcilicet in ſe ſolo intelligibilitatem Deus habet propriæ intelligentiæ parem, & ſcibilitatem ſuæ omniſcientiæ adæquatam. *Boët. de conſol. lib. 5. Meth. 2.*

Omni-ſcientem intellectum æmulatur omni-volens appetitus, qui ſicuti inuenit omne ad intra bonum, ita inueniat licet ad intra omne ſui amoris illicium; vt tamen inueniat etiam ad extra quod amet, bonitatem ad extra profundit; vtque in omnigenum amorem erumpat, omnigenam communicat amabilitatem; vt libertatis, ac neceſſitatis in ſe iura componat, illam à contingentia, iſtam à violentia reddit immunem. Deum porrò eum eſſe ſcito, cuius libertas actus eſt, non potentia ad oppoſita; cuius decreta omnem ad extra cauſant, nullam in ſe habent futuritionem; cuius efficacia non patitur reſiſtentiam; cuius inefficacia non redolet imbecillitatem. Creatum arbitrium prædeterminat, non vt cogat, ſed vt exerceat; non vt captiuum tradat, ſed ne relinquat otioſum. Præcipiendo dat vires implendi, quod præcipit; prohibendo docet vitare, quod prohibet; permittendo non eſt reus culpæ, quam permittit; conſulendo tribuit ſæpe quod conſulit, auxilioque conſilium præuenit; operando nec laborat ipſe, nec labore indiget alieno; optimè ſemper eligit, quamvis non ſemper optima, aliquid deſiderat, quamvis nihil ſpe-

ret; omnivolens eſt æquè ac omniſciens, quamvis non velit omnia, quæ ſcit.

Omniſcientis intellectus, & omnivolentis arbitrij inſignia ſi quaſi in vnum coaleſcant, prouidentia conſurgit, quæ tot habet teſtes, qui ipſam proferunt, quot creaturas, queis prouidet; & dum ſeruat impios, à quibus contemnitur, curatque incautos, à quibus negligitur, etiam aduerſariorum ſuffragiis comprobatur, iaculiſque defenditur, quibus impetitur. Deerit ordo vniuerſo; deerit culpis pœna, virtuti merces, homini ſpes, animæ immortalitas, ſi deſit Prouidentia Deo. Hæc, tanquam naturæ magiſtra, docet ipſam non otiari, nec otioſum quid pati, ſtudere compendio, nec pluribus vti, vbi pauciora ſufficiunt; res omnes arctiſſimo quaſi amicitiæ vinculo colligare, nec vllum admittere vacuum, cuius interiectu talis colligatio diſſoluatur: diſcordia inter ſe elementa ad concordiam erudit; ignis edacitatem retundit, vt aerem ambiat innoxius; aquarum congregationes intra littora continet, ne abſorbeant aridam: variis temporum vicibus certas leges, errantibus aſtris fixas periodos præſcribit; omnibus numerum, pondus, & menſuram conſtituit; adeo vt inexcuſabiles iam prorſus ſint, & deriſione duntaxat digni ob fatuitatem, aut vexatione ob impietatem.

Qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri?

Eadem tanquam gratiæ miniſtra ſine perſonarum acceptione ſupernaturalia dona inæqualiter diuidit, & ſeriem prædeſtinationis fortiter, ſuauitérque: diſponit fortiter factam diſpoſitionem oſtendit infallibilitas, qua prædeſtinati ſuæ tum inconſtantiæ, tum infirmitatis immemores gloriam conſequuntur: Suauiter factam ſuadet connaturalitas, qua voluntate, imò & voluptate ordinem prædeſtinationis exequuntur: Habet quippè prima cauſa in ſuæ ſinu omnipotentiæ varios operandi, varios determinandi modos variæ variarum rerum conditioni accommodatiſſimos; habet pro cauſis liberis modum liberum, cui creatum arbitrium ſuauiſſimè obſequitur, & cum noſtra voluntas melius in Deo ſe habeat, quàm in ſe ipsâ; eâdem ſuauitate à Deo determinatur, qua ipſa ſe primò determinaret, ſi primi determinantis prærogatiuam ſortiretur: At vnicum non eſt diuinæ prouidentiæ priuilegium, quod fortis ſimul ſit, & ſuauis: non minorem ſibi aut commendationem vindicat, aut admirationem, quod munifica ſimul ſit, & remuneratoria; ex gratia ſimul, & ex debito. Qualis enim eâ maior munificentia ſimul, & remuneratio; quæ non labore, non certamine, non curſu, non merito præuiſis, eligit tamen ad beatitudinem, quæ denarius eſt impigrè laborantium, quæ corona eſt legitimè certantium, quæ brauium eſt ſtrenuè currentium, quæ præmium eſt egregiè merentium. Quid eâ liberalius, & regium magis; quæ Dei dona facit eſſe noſtra merita; quæ leue tribulationis momentum computat ad gloriæ pondus æternum; quæ peccati detrimentum vertit in pœnitentiæ emolumenta: quæ præmiat vltra condignum abſque prodigalitatis vitio; punit citra condignum abſque vindicatiuæ iuſtitiæ præiudicio; ante bona opera præuiſa prædeſtinans promouet exercitium beneficentiæ; ante mala opera præuiſa non reprobans amouet inclementiæ ſuſpicionem. O miram ſupernaturalis prouidentiæ œconomiam, nullis vnquam laudibus ſatis celebratam, nec dignis alibi lineis expreſſam, quàm duobus illis in libris inter ſecretiora diuinæ mentis penetralia reconditis; quorum alter liber eſt vitæ, in quo prædeſtinatorum pretioſa nomina, & actiones aureas, auroquè probatiores miſericordia delineat: alter liber eſt mortis, in quo catalogum reproborum, ipſorumque culpas ſtylo quaſi ferreo ſculpit vltrix iuſtitia: Illius in capite coruſcant glorioſa Chriſti Domini inſignia; iacet iſtius in limine luciferi damnata memoria.

Digitized by Google

ria. Vtrumque volumen impreſſum eſt indelebilibus, æterniſque characteribus, quos nulla poteſt ætas eradere, nulla ars inuertere; vtrumque occultis, ac peregrinis ſignatum eſt notis, quas nullus poteſt obtutus diſcernere, nulla peritia dignoſcere extra ſtatum illum omnium bonorum aggregatione perfectum.

Vbi vnita creato intellectui increata ſubſtantia, & quidquid in ſe ipſa continet intelligibili effluuio diſpertiens infirmum humanæ mentis oculum ad ſolis æterni iubar acie irretortâ ſuſtinendum roborat, eâdemque gloriâ, qua incautus ſcrutator opprimitur inſcrutabilia quæque myſteria beatiſſimè manifeſtat. Vbi relucet ſubſtantiale deitatis lumen in accidentali gloriæ lumine, ex quo licet inæquales vibrante radios iuxta inæqualia merita quilibet tamen beatus ſplendorem haurit adeò eximium, vt nullius penitus erroris, nulliuſque ignorantiæ interiectâ nubeculâ omnem veritatem proprio vel ſtatui, vel appetitui congruentem elucidet. Hic creaturarum in ſpeculo ænigmaticè attingitur diuina eſſentia, mutatis ibi vicibus in diuinæ eſſentiæ ſpeculo creaturæ conſpiciuntur, & quod olim Plato affirmauit ſublunaris mundi gemmas cœli eſſe quiſquilias comprobatur in creaturarum cognitione, quæ hic pretioſa eſt, ibi vilis; & diadematis, quo beata mens coronatur, quiſquiliæ potiùs, quàm gemmæ, dicente Auguſtino. Qui te, & illa nouit; non propter illa beatior, ſed propter te ſolùm beatus: Neque enim poteſt creaturarum notitia non vileſcere, vbi increata veritas poſſidetur, & proprio in fonte deguſtatur; vbi nec attributorum infinitas, nec Trinitatis dignitas, nec diuinitatis maieſtas occultatur, vbi vis tota intelligendi ampliſſimè expletur, & latiſſimè exceditur. *Lib. 5. Conf. c. 4.*

Deus quippè ſe videndum tribuit, non comprehendendum; cognitione ſibi proportionatâ, non ſibi commenſuratâ; eiuſdem cum ſe ipſo ordinis, non eiuſdem cum ſe ipſo perfectionis attingi ſe ſinit. Facilius fuiſſet Auguſtino oceanum exhaurire & ſemipalmari inferre foſſulæ; facilius Heraclito ſolem palmo dimetiri; quàm creatæ alicui intelligentiæ etiam totis diuinæ omnipotentiæ conatibus eleuatæ non ſolùm increatæ naturæ, aut oceanum, aut ſolem; ſed nec alicuius increatæ perfectionis, aut riuum vt ita dicam, aut radium omninò complecti: Minor eſt diuinæ vel omnipotentiæ, vel miſericordiæ comprehenſione, cuiuſlibet vel creaturæ producibilis, vel miſeriæ ſubleuabilis plena notitia; & Deo comprehendendo impar eſt quidquid Deo minus eſt. Incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, quanto magis ipſe incomprehenſibilis? Nullo loco comprehenditur eius immenſitas, nullo tempore eius æternitas, nullo amore eius bonitas; quanto magis nullâ intellectione eius cognoſcibilitas? Deſineret infinitus eſſe, ſi poſſet ſcientis cognitione finiri; deſineret perfectiſſimus eſſe, ſi poſſet incomprehenſibilitatis perfectione carere; deſineret lucem inhabitare inacceſſibilem, ſi comprehenſionis acceſſum pateretur. Proh quàm bonum eſt beatis mentibus in obiecti beantis penetratione deficere; Deum non tam ſibi illabentem, quàm ſe ipſas abſorbentem experiri; & quem totum intellectuali acquiſitione poſſident, eundem totaliter poſſidendum contemplari? *Rom. 11.*

Proh quàm glorioſum eſt diſertiſſimis cœleſtis Areopagi oratoribus in incomprehenſi Regis admiratione obmuteſcere? Et aut nullum formare verbum, aut diminutum, & truncum, quo non effentur Deum, ſed ipſum ineffabilem balbutiendo magis, quàm loquendo fateantur, votaque ſua non Ignoto, vt olim Athenienſes, ſed inenarrabili, & innominato Deo ſacrent. Polleant quamvis dono linguarum, omniaque calleant idiomata; non eſt quod conentur Dei nomen reperire, quandoquidem qui omnia nominat, & vocat etiam ea, quæ non ſunt, omnium nominum ſignificationem exſuperat, adeò vt ipſemet de propria appellatione ſciſcitatus per ænigma reſpondeat ſibi nomen eſſe, qui eſt. Malè ſo- *Rom. 4.*

nat, ſi ab humanis ad diuina transferatur vulgatum illud, conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis, & potiùs quod Licinius aliquando de Scipione maiore iocosè protulit; noli mirari, ſi corona non conuenit, caput enim magnum eſt; ſeriò ad rem præſentem accommodaueris dicendo, noli mirari, ſi nomen Deo non conuenit, numen enim magnum eſt; quis enim nomen ſuppeditet tot ſignificationibus opulentum, quod par ſit diuinis prædicatis aptè ſignificandis? Quis nominet perfectiones numero innumeras, duratione æuiternas, præſentialitate immenſas, bonitate optimas, dignitate ſupremas? Quis nominet naturam, quæ extra omne genus exiſtens omne genus perfectionis includit, & in Trinitate adoratur etiamſi ſingularis? Quis nominet perſonas, in quibus oppoſitio commoda diſtinctionis affert, nec infert diſcordiæ ſemina; diſtinctio tribuit numerum, nec adimit vnitatem; ſolitudinem arcet ſocietas, nec contemptum parit familiaritas? Quis nominet intellectum, qui concipiendo generat; quis voluntatem, quæ vnicum actum eliciendo amorem mutuum producit? Quis tandem aliquid nominet? Vbi quidquid eſt, eſt incomprehenſibilitatis, & ineffabilitatis iure innominabile. Neque tamen abſtinendum propterea eſt à diuinorum nominatione; imò nihil frequentiùs nominandum eſt eo, quod non poteſt ſatis nominari: Et ecce in Deo vno, immenſo, æterno, omniſciente, omniuolente, prædeſtinante, beante, incomprehenſibili, ineffabili, innominabili, pro mea tenuitate adumbratum, quod proludere contendebam.

Qualem habere Deum deceat.

PROLVSIO SCHOLASTICA
IN TRACTATVM SECVNDVM,
DE DEO TRINO.

AVDACES fortuna iuuat, canebat ille. Sapientia fortunam ridens complectitur pauidos, gaudetque pleno timoris animo: Initium quippè ſapientiæ timori conſecrat ſacrum vatis omnium ſapientiſſimi oraculum. Hicque occurrit mihi illicò ex auguſtiſſima Triade auſpicatiſſimum ſapientiæ initium, fauſtumque præludium; dum ex eâdem paratur ſolenne timoris auſpicium, & inſigne formidinis argumentum; cuius Symbolum eſt, quod Seraphim nequeant tribus diuinis perſonis ſe ſiſtere, quin duobus alis velent, & obtegant maieſtatem; quod Magi cætera, quæ coram Pharaone Moyſes præſtabat, mirabilia æmulantes in tertio quocumque ſigno deficiant; quod inter Transfigurationis Dominicæ beatiſſima gaudia, dum Trinitatis myſterium voce cœlitus delapſa inſonat, Apoſtoli contremiſcant: & vt theologica magis, magiſque ad rem noſtram accommodata timoris indicia proludamus. Proceſſio, notio, ſpiratio, innaſcibilitas, inſpirabilitas, circuminceſſio, aliaque huiuſmodi innominata extra hanc materiam nomina, nonne, dum inſueto ſono percutiunt aures, inſueto metu concutiunt mentes? & ne facile, ac paſſim obuium perſonæ vocabulum metum leniret, monet Auguſtinus dictum eſſe tres perſonas, non vt illud diceretur, ſed vt non taceretur; adeò vt ſolâ non tacendi neceſſitate vox aliqua familiarior, & à timoris ſuſpicione remotior accommodari poſſit diuinæ Triadi. At ſi in ipſo nominum cortice impreſſa ſunt timoris veſtigia, quis eiuſdem incrementa non ſentiet in medulla Myſterij? Dent timendi experimentum miſerrima illa capita, quibus ſumma pernicies fuit non timuiſſe: Dent Sabelliani, qui Deum trinonymum cenſentes, non trinum; ne ipſum quidem Trinitatis nomen ſatis agnouerunt, & in re turpiſſimè errarunt altercando de nomine: Dent Priſcillianiſtæ, qui Trinitatis Trinitatem inducentes, addenteſque Trinitati Perſonarum Trinitatem eſſentiæ in Polytheiſmum temerè deflexerunt: Dent Arriani, qui inficiantes perſonarum conſubſtantialitatem Trinitatem vel ex Deo, & creaturâ conflarunt, vel ad vnius perſonæ deduxerunt anguſtias: Dent Ioachimiſtæ, qui Trinitatem popularem facturi tres diuinas perſonas vnum eſſe Deum eo ſolùm modo, quo plures homines vnus ſunt populus, declamarunt. Veſtra hæc, ô heretici, inſipientiæ portenta quid aliud prædicant, quàm timore vacuos, audaciáque redundantes animos; quid aliud dolendo nimis argumento demonſtrant, quàm, vbi benigno non fruitur timor hoſpitio, dirum pati exilium ſapientiam, cuius ille in difficilioribus præſertim myſteriis fidus Achates eſt, & comes indiuiſus. Neque hic commendo vilem illum timorem, & languidum, qui inerti otio intelligentiam hebetat; ſed nobilem illum, & feruidum, qui charitatis flammâ ſciendi ardorem excitat; qui non diffidentis animi vitium eſt, ſed obſequentis officium; non abiecti, iacentiſque ingenij ſocordia, ſed docilis, & verſatilis ad omnia mentis prærogatiua. Huiuſce timoris beneficio, & priuilegio feliciter

Lib. 5. de Trinit. cap. 9.

apparent plura Trinitatis monumenta, tum in naturæ ampliſſimis tabulis adumbrata, tum in Sacræ Scripturæ paginis exarata diſtinctiùs: Sunt enim creata natura, & diuina Scriptura duo quaſi volumina, quorum in altero diſcurſus, in altero fides plures diſcernit Trinitatis characteres vel naturalium effectuum, vel ſupernaturalium reuelationum miniſterio deſcriptos. Duplici hoc ex volumine tertium quoddam conſurgit; Theologia ſcilicet, quæ ſupernaturalibus ſuffulta principiis, & naturalibus innixa ratiocinationibus, naturam ſimul, fidemque componit, & quaſi naturæ catenis, vinculiſque diſcurſus intellectum captiuat in fidei obſequium. Hunc auſim dicere Apocalypſeos librum illum ſcriptum intus & foris; intus per principia fidei vtpotè interiora magis, atque latentia; foris per principia naturæ, vt potè apparentia magis & exteriùs elucentia. Tribus hiſce in libris fas eſt, & facilè vario characterum apparatu miris, ſed veris modis deſcriptum lectitare Myſterium Trinitatis, timore illo, qui initium ſapientiæ eſt, præeunte, & facem præferente.

Aperio naturæ librum, cuius omnis pagina, omnis ſcilicet creatura Deo plena eſt, & Trinitatis ſignata veſtigiis. Perlege in primis paginis rerum productionem ex nihilo, diuiſionem lucis à tenebris, ſeparationem aquarum ab aquis. Perlege terram ſuis libratam ponderibus ſiſtere pendulam, & immotam; nec vllo aut innatæ grauitatis, aut extraneæ virtutis impulſu diuelli: Iacent, & ſuauiſſimâ gaudent quiete eius in gremio tum maria, tum flumina in globum coëuntia terraqueum: Hunc vel circumdant, vel coronant regiones aëreæ; de quibus iure dubitaueris, ſintne varietate magis, an vtilitate conſpicuæ? Enim verò in volucrum, in meteororum, in ventorum diuerſitate quàm variæ? In roris efformatione, in pluuiarum opportunâ effuſione, in placidis zephirorum afflatibus quàm vtiles? Ad altiores paginas attollo oculos, & ad ſuperiorum orbium characteres; quibus deſcribuntur errantes ſine errore Planetæ; Cœlo affixa, & per totum vniuerſum ſparſa tum ſolis, tum ſyderum lumina; velociſſimi motus, oculumque etiam linceum citatiſſima rapiditate fallentis, quibus tamen teſtudineam etiam tarditatem dimetimur; calidi influxus frigidis, ſiue humidis temperati; inæqualium temporum æquales viciſſitudines; dierum, ac noctium mutuæ vices. Nec ad vlteriores paginas progredior, dum hæc omnia, & ſingula in ſe abundè continent, & contemplanti oſtendunt, imò oſtentant veſtigia Trinitatis. Trinitatis veſtigium eſt, quod omnia ſui auctoris potentiam, ſapientiam, bonitatem inferant; quarum altera Patrem, altera Filium, altera Spiritum ſanctum ſpeciali appropriatione demonſtrat: Trinitatis veſtigium eſt, quod quælibet creatura vt plurimùm in operatione verſetur; numquid enim creaturis operantibus creator otiabitur? Fuiſſet verò totam per æternitatem quodammodo otioſus, ſi perſonarum triadem conſtituentium productione caruiſſet. Trinitatis veſtigium eſt, quod mutuo inter ſe nexu & innati cuiuſdam amoris vinculo res creatæ copulentur; nunquid enim creatis rebus ſe mutuò diligentibus rerum creatarum auctori amor deerit? Deeſſet autem, ſi negatâ Trinitate negaretur Patrem inter & filium mutui amoris fœtus Spiritus ſanctus. Neque verò Trinitatis veſtigiis tota duntaxat creaturarum collectio, ſed plures etiam ſingillatim creaturæ decorantur. Vno, eodemque in ſydere lux, calor, & motus: Vnus, idemque ſol meteorico prodigio in pareliis triplicatus: Vna, eademque aqua in fonte ſcatens, in omnem effluens, in mare confluens: Vnum, idemque aëris ſpatium tres diuiſum in regiones: Vnus, idemque ſuperlunaris orbis tres diuiſus in cœlos: Vna, eademque Angelorum Reſpublica tres diuiſa in Hierarchias: Vna, eademque Hierarchia tres diuiſa in Choros, quid aliud ſunt, quàm trium vnitatis, trinitatiſve veſtigia? Et ne extra hominem quæratur quod egregiè elucet in

homine,

homine, mundoque ex grandiore petatur quod maximè eminet in Microcoſmo, ſe ipſum quiſque conſideret; & libenti, volentique animo patiar mendacij notam, quoties non ſe totum inueniet indiciis, & vexillis quaſi Trinitatis longè conſpicuum, ac illuſtrem. Si ad animam conſideratio dirigitur, ecce in vna ſubſtantia trinam formam, rationabilem, ſenſibilem, vegetabilem. Si ad corpus, ecce in vna entitate trinam dimenſionem, longitudinem, latitudinem, profunditatem: Si ad affectiones, ecce in vno ſubiecto trinam potentiam, intellectiuam, volitiuam, memoratiuam: Si ad vitales actus, ecce cuiuſlibet actus trinam cauſam, animam, potentiam, obiectum. Si denique placeat naturales ſcientias perpendere, ſingulæ occurrunt aliquo inſignitæ veſtigio Trinitatis: Dialectica tribus propoſitionibus ſyllogizat; Phyſica tria principia corporis naturalis enumerat; Metaphyſica trinum in ſuo obiecto tranſcendens, vnum, verum, bonum recenſet; Moralis triplicem actuum ſpeciem, bonam, malam, indifferentem explicat; Matheſis non ſolùm tres angulos, treſque lineas vnum in triangulum copulat, ſed in ſuper in circulo, quæ potiſſima ipſius figura eſt, triadicum quid repræſentat; in circumferentia videlicet, & centro primam quodammodo, ac ſecundam perſonam; continet quippè circumferentia in gremio centrum, quaſi Pater in ſinu filium; in lineis circumferentiam centro iungentibus tertiam perſonam, quæ duarum aliarum coniunctio, & nexus eſt. Vnico verbo rem expedio cum Philoſopho, omne totum in tribus ponimus: omnia principium, medium, finem; omnia incrementum, conſiſtentiam, decrementum; omnia trinum habent numerum, adeò vt iure in naturæ adagium tranſierit, omne trinum perfectum. Certè vberiora vix poterant Trinitatis veſtigia in naturæ volumine deſiderari: Nec mirum quod his fortè veſtigiis inhærens antiquitas ternarium numerum vt ſacrum veneraretur, eòque maximè vteretur in ſacrificiis: Quod his fortè rudimentis edoctus Triſmegiſtus indicauerit Trinitatis Myſterium illis vocibus, Monas genuit Monadem, & in ſe ipſum reflexit ardorem: Quod his fortè ex ſeminibus pullulauerit Serapidis illud oraculum *Primo de cœlo.*

Principio Deus eſt: tum ſermo, & Spiritus iſtis
Additur: æquæua hæc ſunt, & tendentia in vnum.

Age iam ſi in naturæ libello adeò abundè ſe produnt tanti arcani prima lineamenta; quænam eiuſdem monumenta ex libro Sacræ Scripturæ non erumpent? Hic inopem me copia facit, & ſicuti

Vnda impellitur vndâ;
Vrgeturque eadem veniens, vrgétque priorem.

Ita non aliter multiplici auctoritatum ſe cateruatim vrgentium turbine quaſi & pondere mens iactatur, obruiturque; niſi ſacro quodam timore firmata multitudinem veneretur; & pauca ex multis in ſacro textu Trinitatis teſtimonia percurrat, quæ, vt vel in ipſo limine ſuam commendent affluentiam, in vnâ primâ pagellâ geminantur. Primum ſacri textus vocabulum, in principio, verbo tribuitur, vt verificetur quod verbum ipſum ore prophetico enunciat; In capite libri ſcriptum eſt de me: Creauit Deus, Patri debetur, cui ſolet potentia appropriari: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, ipſo etiam vocum ſono Spiritum ſanctum exprimit. Siſto in eâdem primâ pagellâ: vidit Deus quod eſſet bonum, & ait; ecce in Deo ſingulari vnitatem eſſentiæ: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; ecce pluralitatem perſonarum; quàm enim inſulsè & incongruè fuiſſet Deus locutus, ſi ſolitarius exiſtens alias perſonas in ſui operis conſortium aduocaſſet. Sed ne ſacra teſtimonia meo in ore propemodum vileſcant, ac ſibi congruâ maieſtate, dignitatéque priuentur *Gen. 1.* *Pſal. 39.*

priuentur, ea quæſo nobilioribus linguis, & grauioribus prolata verbis accipite. Primùm autem Angelorum lingua proſiliat; Clamant Seraphim
Iſa. 6. alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, & à voce clamantis commota ſunt ſuperliminaria cardinum, vt vel clamoris energiam, vel myſterij maieſtatem ſuperliminaria ipſa ſenſiſſe videantur.
Pſal. 32. Succedat Angelis Regius Pſaltes, & myſterium concinat Trinitatis, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Pſal. 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Eloquatur hoc idem diuinorum eloquiorum fidus interpres Moyſes, idque teſtetur ſe ex ipſo ore altiſſimi didiciſſe, dum Deum audiit clamantem.
Exod. 3. Ego ſum Deus Patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Clarius proferat oraculum Ioannes: Hauſta de Chriſti pectore eructans veritatum fluenta; tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo Pater,
1. Io. 15. Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres vnum ſunt. Concludat gentium Doctor inſignibus illis verbis ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia; taliſque pluralitatis vnitatem explicet, ac ſingularitatem addendo, ipſi
Rom. 11. gloria in ſæcula. Accerſerem, niſi id Auditorum integerrima pietas, & ſacra eruditio prohiberet, in Patronos eiuſdem veritatis omnes diuinarum litterarum interpretes, excitarem pleniſſima Sanctorum Patrum agmina, quorum vel doctum de cœlo calamum, vel fuſum pro cœlo ſanguinem; vel in vita oracula, vel in morte miracula nulla non Prouincia inhoſpita quamvis, & longinqua ſuſpexit.

Peruolutis naturæ, & ſcripturæ libris ad Theologicum, quem ratiocinatio ſimul, & reuelatio delineant, admoueo mentem proluſionémque deduco; & myſterium cuius natura ſignauit veſtigia, ſcripturáque exarauit teſtimonia, in Theologiâ clariùs, pleniúſque deſcriptum exhibeo. Vt omnia ſapiant Triadem, diuidit theologicus liber doctrinam de Triade tres in partes; quarum in primâ ea, quæ ſunt diuinis perſonis communia; in ſecundâ ea, quæ ſingularum perſonarum ſunt propria; in tertiâ ea, quæ ſunt perſonas conſequentia, perpendit. In iis, quæ ſunt perſonis communia mirum, quàm benè appareat idemtitas ſuppoſitorum in eſſentia cum diſtinctione eorumdem ab inuicem, nec violetur regula dialectica idemtificans inter ſe quæ ſunt eadem in tertio: Quàm benè enumeretur quatuor reales relationes, nec inducatur rerum realiter diſtinctarum quaternitas: Quàm benè cohæreat cum numeri imparitate omnimoda æqualitas; cum perſonarum Trinitate proceſſionum dualitas. Hiſce vero in proceſſionibus quid non licet intueri? Hic eſſentia in aſeitate conſiſtens abalietatis eſt radix, & perſona procedens ſuo eſt coæqualis, ac coæterna Principio: Hinc Conceptio generationem non præcedit, & generatio mente, non ventre conſummatur: Hic exercetur inauditus loquendi modus, qui totus in intellectione perficitur; & inſueta dicendi vis, quæ ipſa dictione producit perſonam, cui dictio fit. Mirari iam deſino, quod noſter ſermo in Sacramentis operatorius ſit; quando etiam ab æterno tam benè operatorius ſermo fuit: Quod in vniuerſi creatione Deus dixerit, & facta ſint; quando etiam quod genitum eſt non factum ex eo, quod Deus dixerit, perfectum eſt. Abſit hinc illud, loquere vt te videam; quandoquidem vnicum, quod Deus loquitur verbum, nec ocu-
1. Cor. 3. lus vidit, nec auris audiuit. Abſit huic verbo inſcribere, volat irreparabile; quandoquidem permanens prorsùs, firmumque ſubſiſtit, & nullum ei ſilentium ſuccedit, quia æternum eſt. Neque diuinæ pelagus infinitatis hoc infinito licet verbo totum exhauritur, haud tanto effœta eſt fœtu diuina fœcunditas: Ne voluntas intellectui cedat, quantum terminum iſte dicendo producit, tantum illa producit diligendo, dum in Patre, & filio fœcunda inter vtrumque conſtituit ſubſtantialem amoris nexum Spiritum ſanctum. De hoc amore ne proferas, quod de amore mundano decantatur.

Non

In Tractatum II.

Non benè conueniunt, nec in vnâ ſede morantur
Maieſtas, & amor. *Ouid. lib. 3. Metam.*

Quinimò diuinus amor ipſa diuina maieſtas eſt; & minus dignè ſe ſe diuinæ perſonæ diligerent, niſi ſe ſe propriâ diligerent maieſtate. In duabus perſonis duplicem amorem ne quæras; eſſet amor vterque diminutus, ſi duplex; & vbi vno omnia dicuntur verbo, vno omnia diligi amore neceſſe eſt. Non minus ſaporis habent, & iucunditatis ea, quæ pertinent ad ſingulas perſonas, in quibus ſi attigero quænam in ipſis perſonarum nominibus contineantur inſignia, ſatis indicauero quid latere poſſit in rebus importatis per nomina. In prima perſona eminet præ cæteris nomen Patris, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur; *Ephef. 3.* cuius fœcunditas in faeundia conſiſtit; cuius filius adultus naſcitur, & nec ætate creſcit, nec ſapientiâ: Si gloria eſt Patris filius ſapiens, glorioſiorem excogitet Patrem quiſquis excogitare poterit filium ſapientiorem. Patris nomine vniuerſalius eſt, non nobilius nomen principij, quod fontalem quandam, ac vniuerſaliſſimam cùm ad intra, tum ad extra virtutis actiuæ perfectionem ſignificat; & cum ab aliò principio Patrem eſſe non ſinat, ipſum non puro numerantis arbitrio, ſed proprio rei numeratæ merito primam perſonam eſſe conuincit. In ſecunda perſona Verbi, & imaginis nomina omnem in me admirationem præoccupant. Verbum quod ſine ſono formatur; quod viſione, non auditione percipitur; quod loquentis conceptum non modo, ſed ſubſtantiam, ne dum repræſentat ſed continet; eiuſdemque inſuper loquentis ſpeculum eſt, & imago. Superbiit Macedo, dum in propria etiam imagine affectans ſingularitatem, vnius Apellis penicillo ſua committebat lineamenta; ac cuiuſnam Apellis artem ad ſe ipſam adumbrandum æternus Pater eligeret? Debuit idcircò ſupplente artem naturâ naturalem ſui exprimere imaginem; vitalem effigiem; exemplar penè dixerim geminatum, ad prototypi identitatem magis, quàm aſſimilationem. Hiſce nominibus argumenta admirationis addant tertiæ perſonæ nomina, amor ſcilicet, & donum. De hoc amore exiſtimauerim locutum eſſe Dionyſium, dum amor, inquit, eſt circulus bonus de bono in bonum perpetuo reuolutus; optimus profectò circulus à Patre in filium, à filio in Patrem circa idem diuinæ eſſentiæ centum ab æterno reuolutus, & in æternum reuoluendus de eodem crediderim locutum eſſe Bernardum dicentem, lex Domini charitas eſt, quæ Trinitatem in vnitatem quodammodo cohibet; præclara amoris vis omnipotentis valens cohibere perſonas, plus quàm ſtrictiſſimus nodus ad identitatem vſque deuinciens. Increati ſupra creatum amoris eminentiam obſtupeſce; ſi creatus aut pares inuenit amantes, aut facit; increatus nullâ paritate contentus in idem vnit, in vnum identificat: Huiuſce ſublimem dignitatem ſi vel leuiter agnouiſſet Philoſophus, non vtique ſcripſiſſet, Iupiter amare non ſuſcipit, nec alienum fore duxiſſet, ſi quis dixerit Iouem amare. Abſoluat diuinarum perſonarum nomina omnia, & impoſitâ quaſi coronide concludat nomen doni, imò fontis donorum, ex quo omnia alia, tanquam perennes riuuli ad irriganda humana corda deriuant: cuius valor nec ſub meritum cadere poteſt nec ſub pretium; cuius collatio ſine vlla alienatione exercetur; cuius poſſeſſio ſolâ ſeruitute à nobis comparatur: Hoc dono omnem ſuam ſubſtãtiam, omnes ſuas diuitias Deus elargitur, & tamen nec prodigus eſt, nec euadit pauperior: Hoc donum neceſſariâ, non gratioſâ emanatione ad intra procedit, & tamen totius gratiæ ad extra origo eſt. Verùm quia neſcit gratia tarda molimina, ad extremam ſui partem proluſio præproperet; ad ea ſcilicet, quæ perſonarum in vnitate eſſentiæ Trinitatem conſequuntur, vbi occurrunt potiſſimè notio, Miſſio, circuminſeſſio. Notio eſt ratio perſonas diuinas notificans, quamvis vix ipſa innoteſcat; ad quinarium

narium numerum peruenit, quamvis ternario perſonarum numero reſpondeat: Miſſio fit ad terminum temporalem manens in ſe æterna; per ipſam perſona miſſa à mittente non diſcedit, perſona mittens perſonæ miſſæ non imperat: luce meridianâ clariùs apparet, quod deliciæ Dei ſint eſſe cum filiis hominum, quandoquidem ſolenniorem quamlibet alicuius diuinæ perſonæ miſſionem ad hominem fieri humanitatis à Verbo aſſumptio, diuinique Spiritus in Apoſtolos illapſus comprobat. Circuminſeſſio explicat diuinas perſonas ſibi inuicem quodammodo inſidentes, & ne miſſioni vnam perſonam quodammodo ab altera egredientem denotanti opponatur; ſicuti iſta egreſſum ſine ſeparatione, ita illa mutuam, intimamque inexiſtentiam ſine vlla, aut permixtione, aut confuſione ſignificat. Et ecce Auguſtiſſimæ Triadis notitiam clariore lumine, illuſtriore apparatu, vberiore doctrina expreſſam theologico in libro, quàm in ſolo vel naturæ vel Scripturæ volumine. Inſurgant iam hæreticorum agmina, & euomant ore vipereo dogmata venenata, ignea vibrent iacula, eruantque ipſo vel ex erebo aſtus, mendacia, & fraudes. Præſto ſunt in theologiæ libro clypei, quibus huiuſmodi tela infringantur; ſuauiſſima ſanioris doctrinæ pharmaca, quibus venenata dogmata depurentur; promptuaria veritatum, quibus aſtus omnes, mendacia, & fraudes eludantur. Enim verò Theologia, quamvis ænigmaticæ ſcientiæ fines non prætergrediatur, ad fugandas hæreſeôn tenebras plus, quàm meridiana lux eſt; & dum in inferiori mundo, quem Deus tradidit diſputationi mortalium, verſamur, nullum aut firmius, aut dulcius habere poteſt conditio noſtra ſolatium, quàm Theologica in diſciplina, quæ Theologiæ ſupernæ æmula nobis audiendum porrigit, quod illa præbet videndum, vt teſtantur illiusmet beatæ ſcientiæ beati profeſſores.
Pſalm. 47. Sicut audiuimus, ſic vidimus in Ciuitate Domini.

THEOLOGIÆ ASSERTIVÆ TRACTATVS PRIMVS, DE DEO VNO.

PROLEGOMENA,

In Vniuerſam Theologiam.

NVLLO ſuauiori illicio ſtudioſus animus attrahi, nullo gratiori edulio ſciendi appetitus excitari, nullo feliciori omine ſcribendi auſpicium inchoari poteſt; quàm ex Theologiæ venuſtate, nobilitate, vtilitate, neceſſitate, inaugurato exordio: Quidquid in Theologiæ limine exhibeas malè ſapidum eſt, niſi Theologiæ ſapiat ſuauitatem; malè formatum eſt, niſi Theologiæ referat formoſitatem; malè natum eſt, niſi Theologiæ iactet nobilitatem; Theologiâ ſcilicet minus eſt, quidquid Theologia non eſt. Hæc quippè, dum de rebus altiſſimis, per altiſſimas cauſas diſſerit, altiſſimum apicem ſuper omnes humanas facultates attollit, & ipſimet beatæ ſcientiæ penè contermina, quamuis mentibus beatitatem non conferat, explicat tamen; Æternæ felicitatis, in cuius aſſecutionem allicit, cognitionem impertit; Diuinitatis myſteria, quæ lumine gloriæ illuſtrantur in Patria, lumine fidei manifeſtat invia: Nihil eſt adeò ſublime, quod non attingat; nihil adeò obſcurum, quod non elucidet; nihil adeò arcanum, quod non penetret. Immeritò propterea, nec ſine reatu grauiſſimæ culpæ huiuſce Theologici operis prima vel lineamenta, vel ornamenta, aliundè, quàm ex ipſius Theologiæ inſignibus prærogatiuis exquirerem. Sit igitur,

CAPVT PRIMVM,

De Theologiæ diuiſione & definitione.

1. THEOLOGIA ex Græca vocabuli origine ampliſſimam ſortita eſt ſignificationem, cum enim Græcæ dictiones Θεὸς, λόγος, ex quibus Theologiæ vox coa-lescit; idem ſint ac, *ſermo de Deo*, tot videtur antiquitas Theologias multiplicaſſe, quot deos; niſi iuxta Athanaſium *oratione contra idola* dicentem: *multitudo Numinum, nullitas Numinum eſt*, placeat veriùs aſſerere omni caruiſſe Theologia, quicumque tentarunt eam habere multiplicem. Huiuſmodi Pſeudo-Theologos ſermonem de Deo, æquè ac Deum ipſum proprio accommodantes arbitrio iure deridet Tertull. loquens ad Romanos, *in Apologet. cap. 5.* illis verbis: *Apud vos de humano arbitratu diuinitas penſitatur, niſi homini Deus placuerit, Deus non erit: Homo*

Margin notes: 1. Theologia ex Græco idem eſt, ac ſermo de Deo.

Homo iam Deo propitius eſſe debebit. Propterea de Theologia ampliſſimè ſumpta vix aliquibus in primo paragrapho delibatis, falſas, ac plures Theologias deriſui relinquemus; & vera ſolum, ac vna præſenti conſiderationi ſubiicietur.

---

§. I.

Quotuplex ſit Theologia vniuerſaliſſimè accepta?

2\. Theologiæ vniuerſaliſſima diuiſio eſt, in Naturalē, Supernaturalem, & Mixtam.

ASSERTVM: Theologia vniuerſaliſſimè accepta diuiditur in naturalem, ſupernaturalem, & Mixtam: Naturalis ſubdiuiditur in Mythicam, Phyſicam, Politicam: Supernaturalis in Infuſam, & Beatam. Mixta in Moralem, Poſitiuam, & Scholaſticam. Colligitur hæc diuiſio partim ex Auguſtino *6. de Ciuit. cap. 5.* partim ex variis Theologis in quæſtione procœmiali, ſeu prologo Theologiæ.

Probatur, & explicatur diſcurrendo per ſingula aſſignatæ diuiſionis, & ſubdiuiſionis membra.

Theologia Naturalis ſubdiuiditur in Mythicā, Phyſicam, & Politicam.

Theologia naturalis eſt quæcunque Dei, diuinorumque notitia naturæ viribus benè, vel malè comparata. Theologia Mythica (quod Latinè idem ſonat, ac fabuloſa) eſt illa, qua vel profana antiquitas de falſis Diis plura fingebat, vel Poëſis ſuis Fabulis diuina involuit. Theologia Phyſica, quæ etiam Metaphyſica dicitur, eſt illa, qua Philoſophi naturalis rationis, innatique luminis ductu, & dictamine, plura de Deo rectè diſſerunt: In hac Theologis ex antiquis maximè excelluit Ariſtoteles, & Plato, qui etiam propterea diuini nomen obtinuit. Theologia Politica, ſeu Ciuilis, eſt illa, qua Sacerdotes, ſeu populi Principes leges diuinas, ad diuinum ſcilicet cultum pertinentes, ſanciunt. Prima, vt aiebat *Marcus Varro*, conuenit Theatro. Secunda Mundo. Tertia Reipublicæ, ſeu ciuitati.

3\. Fides Theologica minus propriè dicitur Theologia ſupernaturalis.

Theologia ſupernaturalis eſt Dei, diuinorumque notitia ſupernaturali lumine, vel aliter vtcunque eleuatis naturæ viribus comparata, ſub qua ſignificatione licèt etiam fides dici poſſit ſupernaturalis Theologia, communis tamen vſus obtinuit, vt fides proprium nomen retineat, idque congruentiſſimè: cum enim fides ſecundùm ſe non magis reſpiciat Deum, & diuina, quam aliud quodlibet obiectum reuelabile minùs propriè Theologiæ nomen ſortiretur. Theologia beata eſt cognitio intuitiua, qua Beati in Patria Deum vident. Theologia infuſa eſt ſcientia ſupernaturalis abſtractiua, qua per ſpecies ſupernaturales infuſas, alienas tamen, Deus cognoſci poteſt.

Theologia ſupernaturalis, ſubdiuiditur in beatam, & infuſam.

4\. Theologia mixta ſubdiuiditur in moralem, poſitiuam, & ſcholaſticā.

Theologia mixta eſt, quæ ex naturali luminé, & aliquo ſupernaturali conſorgit, ſiue hoc ſupernaturale ſe habeat, tanquam principium, ſiue ſolum tanquam materia, circa quam, vt contingit in Theologia morali inſtruente ad mores conſentaneus præceptis, mediis, & fini ordinis ſupernaturalis. Theologia moralis eſt, quæ tradendo, & explicando regulas bonorum motum homines in Deum dirigit. Theologia poſitiua eſt, quæ ſacras Scripturas explanat, legitimos ipſarum ſenſus præſertim literales ex varia eruditione, multiplici interpretum verſione, maximè verò ſanctorum Patrum authoritate eruendo. Poſitiua dicitur, vel quia eſt expoſitiua, vel quia ponit potiſſima, eaque firmiſſima fundamenta veritatis; quapropter etiam ab aliis dicitur fundamentalis, ab aliis Græco nomine Thetica, quod in re idē eſt, ac poſitiua. Theologia Scholaſtica, ſeu methodica eſt, quæ ſcholaſtica methodo, ſcholaſticâ ſcilicet diſcurrendi formâ, ſcholaſticâ diſtribuendæ materiæ ſerie, ſcholaſticæ exercitationis beneficio ad Dei, diuinorumque notitiam, mediante diuina fide, deducit. Huic ſoli Thelogiæ in præſenti proludendum, in ſequentibus incumbendum eſt. Pro hac ſola ſtat Theologiæ nomen abſolutè prolatum. Huius ſolius Profeſſores ſimpliciter Theologi nominantur. Huic proximè accedit Theologia poſitiua, præſertim quia Scholaſticæ plura principia, ac fundamenta ſuppeditat. Ipſius tamen Profeſſores non ſolent appellari Theologi; ſed ſacrarum litterarum interpretes, eò quòd ſermonem Dei in ſacris litteris contentum explicent, quod munus interpretis eſt, non propriè Theologi; hic quippe ex nominis etymologia eſt habens ſermonem de Deo, non explicans ſermonem Dei, vbi obiter ex vi nominis occurrit diſcrimen Theologiæ à Sacra Scriptura, quod iſta eſt ſermo Dei, illa ſermo de Deo. Hæc Theologia ab aliquibus dicitur Theologia Chriſtiana, ab aliquibus Theologia Sacra; ſed huiuſmodi nomina communia ſunt Theologiæ tum Morali, tum Poſitiuæ. Ideò Theologia noſtra propriè, & ſtrictè ſumpta, nullo alio nomine melius exprimitur, quàm ſcholaſticæ, ſeu methodicæ.

Sacra Scriptura eſt ſermo Dei, Theologia eſt ſermo de Deo.

---

§. II.

Quomodo ratione methodi diuidatur Theologia Scholaſtica, ſeu methodica.

5\. Theologia ratione methodi diuidatur dupliciter.

ASSERTVM: Theologia Scholaſtica in amplis olim Sanctorum Patrum voluminibus vagè, confuſéque diffuſa ratione methodi dupliciter diuiditur, ſeu duplicem methodum ſortita eſt; alteram à Petro Lombardo totam Theologiam complectente, quatuor libris, quos *Sententiarum* inſcripſit, vnde & *Magiſter Sententiarum* dictus eſt; alteram à Diuo Thoma Aquinate, eandem diſtribuente in tres partes, quas *Summam Theologiæ* vocauit.

Probatur, & explicatur afferendo in particulari vtriuſque diuiſionis, ſeu methodi ordinem.

Magiſter Sententiarum poſt traditam *initio primi libri, diſt. 1.* generalem diuiſionem eorum, de quibus Theologia tractat; agit primò

Methodus Magiſtri Sententiarū.

Digitized by Google

primò de Deo vt eſt in ſe, tum quoad perſonas, tum quoad perfectiones abſolutas. Secundò de Deo, vt Creatore, ſeu Principio efficiente creaturarum, præſertim rationalium, necnon de iſtarum motibus in Deum, vel contra Deum. Tertiò de Deo mediatore, & reparatore hominis per Incarnationem, necnon de virtutibus,& præceptis ad huiuſmodi reparationem conducentibus. Quartò de Sacramentis, tanquam de inſtrumentis redemptionis, ſeu reparationis humanæ; tandem de reſurrectione, & glorificatione, ad quam redemptionis beneficio peruenimus. Sicque conſurgunt quatuor ſententiarum libri, quorum primus continet diſtinctiones 48. Secundus diſtinctiones 44. Tertius diſtinctiones 40. Quartus diſtinctiones 50.

6. Methodus Doctoris Angelici.

Doctor Angelicus poſt traditam *initio primæ partis, quæſtione proœmiali*, ipſius Theologiæ notitiam, agit primò de Deo ſecundùm ſe, & vt principio efficiente creaturarum. Secundò de Deo vt fine creaturarum, præſertim rationalium, & de mediis ad talem finem conducentibus, eorumque oppoſitis. Tertiò de Deo vt ſaluatore, & de potiſſimis inſtrumentis in ordine ad ſalutem inſtitutis, ſcilicet de Sacramentis. Sicque conſurgũt tres partes, in quas diuiſa eſt Summa Angelica.

Prima pars.

Prima pars continet quæſtiones 119. A quæſtione 2. ad 27. explicat Deum vt eſt in ſe ſecundùm abſoluta. A quæſtione 27. ad 44. Deum vt eſt in ſe ſecundùm relatiua. A quæſtione 44. ad 48. de Deo vt creatore in genere. A quæſtione 48. ad 65. de Deo vt creatore, ſeu vt Principio creaturæ purè ſpiritualis, Angelorum ſcilicet. A quæſtione 65. ad 75. de Deo vt Principio creaturæ purè corporalis. A quæſtione 75. ad 103. de Deo vt Principio creaturæ partim ſpiritualis, partim corporalis, hominis ſcilicet. A 103. ad 119. de Deo vt gubernante tum res omnes immediatè per ſe, tum res aliquas mediis aliis, præſertim mediis Angelis, & corporibus cæleſtibus. Secunda pars, quia in nimiam longitudinem, & molem excreſcens, ſubdiuiſa eſt in duas, quarum altera dicitur Prima Secundæ, id eſt prima pars ſecundæ partis: altera Secunda Secundæ, id eſt ſecunda pars ſecundæ partis.

Prima Secundæ.

Prima Secundæ continet quæſtiones 114. A quæſtione prima ad 6. agit de Deo, vt fine vltimo, ſcilicet de beatitudine hominis. A quæſtione 6. ad 22. de Actibus propriè moralibus, tum bonis ad finem vltimum conducentibus, tum malis ab eodem auertentibus. A quæſtione 22. ad 49. de actibus minus propriè, & participatiuè ſolùm moralibus, id eſt de actibus partis ſenſitiuæ, qui communiter paſſiones animæ nuncupatur. A quæſtione 49. ad 71. de Principiis intrinſecis, & elicitiuis actuum moralium, ſcilicet, de habitibus, ac virtutibus in communi, donis, beatitudinibus, ac fructibus. A quæſtione 71. ad 90. de vitiis, & peccatis tanquam de oppoſitis virtutum. A quæſtione 90. ad 109. de principio extrinſeco actuum moralium ad ipſos ex parte obiecti inſtruente, ſcilicet de legibus. A quæſtione 109. ad 114. de principio extrinſeco humanorum actuum ad ipſos ex parte Subiecti concurrente, eleuando humanam infirmitatem; ſcilicet de Gratia.

Secunda Secundæ.

Secunda Secundæ continet quæſtiones 189. Agit de virtutibus, & vitiis in particulari. A quæſtione 1. ad 47. de virtutibus Theologicis Fidei, Spei, Charitatis, de donis conſequentibus, vitiis oppoſitis. A quæſtione 47. ad 171. de virtutibus Cardinalibus Prudentiæ, Iuſtitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ; de aliis virtutibus minùs principalibus ad ipſas conſequentibus, de donis correſpondentibus, de vitiis oppoſitis. A quæſtione 171. ad 189. de ſpecialibus quibuſdam hominis ſtatibus, quibus in ordine ad vltimum finem ſpeciales quædam prærogatiuæ, operationes, miniſtrationes conueniunt.

Tertia pars.

Tertia pars continet quæſtiones 90. A quæſt. 1. ad 27. agit de Verbo Incarnato, & Incarnatione ipſa ſecundùm ſe. A quæſt. 27. ad 60. de Myſteriis Incarnationem conſequentibus, & de actionibus Chriſti in hac vita. A quæſt. 60. ad 66. de Sacramentis in genere. A quæſtion. 66. ad 72. de Sacramento Baptiſmi. In 72. de Sacramento Confirmationis. A 72. ad 84. de Sacramento Euchariſtiæ. Ab 84. ad 90. de Sacramento Pœnitentiæ; cuius effectibus explicatis, dum eius partibus in generali explicandis incumbit, ſcriptioni immoritur, & ad beatum finem poſſidendum euehitur, antequam ad Summæ Theologiæ finem nobis relinquendum perueniat; ne tamen omninò Summæ Theologicæ complementum deſideraretur, ad compenſanda immaturæ mortis detrimenta, ex ipſius Doctoris Angelici ſcripto in quartum Sententiarum ſuppletum eſt opere, quod propterea nuncupatur Supplemẽtum, & continet quæſtiones 99.

Supplementum.

A quæſtione 1. vſque ad 29. perficitur explicatio Sacramenti Pœnitentiæ. A quæſt. 29. ad 34. agitur de Sacramento Extremæ-vnctionis. A 34. ad 41. de Sacramento Ordinis. A quæſt. 41. ad 69. de Sacramento Matrimonij. A quæſt. 69. ad 99. de iis quæ ſpectant ad reſurrectionem, & glorificationem hominum.

Summa Theologica feliciſſima circuitione à Deo in Deum deſinit.

Sicque Theologica Summa circuitione feliciſſima à Deo in ſe per Deum efficientem finalizantem, & ſaluantem progrediens, in Deum glorificantem deſinit. Eodemque ferè circulo Sententiarum Magiſter ſuorum librorum, & initium, & finem Deum conſtituit.

7. Vtriuſque methodi rationabilem ſeriem, & proceſſum conuenientiſſimum, per ſingulas diſtinctiones, & quæſtiones diſcurrendo amplis paginis probat, & explicat Ioannes à Sancto Thoma *initio ſui Curſus Theologici*: ſpecialiter verò partitio Summæ Angelicæ ſtatim apparet accommodatiſſima, eò quòd ſemper à notioribus ad minùs nota, à communioribus ad minùs communia progreditur; claritate doctrinæ reſarcit breuitatis incommoda, & rationum firmitate multiplicitatem compenſat.

Methodum Magiſtri Sententiarum in Theologia tradenda ſecuti ſunt diuus Bonauentura, Scotus, & ipſe Diuus Thomas, antequam Summã conſcriberet: poſt Summam

verò i, lucem editam omnes ferè Academ æ ſequuntur methodum Doctoris Angelici; cui, & nos quantum patitur propoſitum ſecernendi Moralia à Scholaſticis in præſenti Theologico opere adhærebimus, & poſt Theologiæ prolegomena à Deo ſecundùm ſe, per Deum principium, & finem, ad Deum ſaluatorem, Angelica Summa monſtrante viam, procedemus.

§. III.

Quid ſit Theologia Scholaſt.ca?

Theologia eſt ſcientia de Deo, rebuſque diuinis, ex principiis Fidei.

8. ASSERTVM: Theologia Scholaſtica eſt Scientia de Deo, rebuſque diuinis ex principiis Fidei: Hæc definitio colligitur ex D. Thoma 1. *p. qu.* 1. Et ex Diuo Auguſt. *l.* 14. *de Trinit. cap.* 1. dicente: *Theologia eſt ſcientia qua fides ſaluberrima, qua ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur.* Traditur licèt non ſub iiſdem omninò terminis à Valentia 1. *par. diſp.* 1. *quaſt.* 1. *punct.* 3. Lugo *lib.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 3. Eſparza *in procemio, art.* 3.

Deus, & res diuinæ ſunt obiectum materiale Theologiæ.

Probatur, & explicatur. Dicitur *ſcientia*, quæ particula locum tenet generis proximi, cuius loco *à Lugo, Eſparza*, aliiſque nonnullis ponitur genus remotum, ſcilicet doctrina, ſeu diſciplina; abſtinendo ab expreſſione ſcientiæ, eò quòd non ſatis conſtet inter Doctores, an Theologia propriè ſcientia ſit; verùm quia *infrà* probabitur Theologiam Scholaſticam eſſe propriè ſcientiam; & ex alia parte genus proximum in definitionibus aptiùs ponitur, quàm genus remotum, placuit pro Theologiæ genere ſcientiam exprimere, ſicuti etiam expreſſit Auguſtinus *loco citato.* Dicitur *de Deo, rebuſque diuinis*; quibus particulis aſſignatur Theologiæ obiectum materiale, magis principale quidem, ſeu attributionis in ly, *de Deo*, minùs principale, ſeu attributum in ly, *rebuſque diuinis*; quarum nomine veniunt ea omnia, quæ ad Dei, vel in ſe exiſtentis, vel creantis, & gubernantis, vel finalizantis, & glorificantis, vel reparantis, & ſaluantis cognitionem, conſecutionemve deducunt. Dicitur *ex principiis Fidei*, quibus particulis continetur obiectum formale, & ſpecificatiuum Theologiæ, quod eſt fides, ſeu diuina reuelatio, vt contenta in principiis diſcurſus Theologici, ſeu vt inductiua aſſenſus mediatè, ſeu medio diſcurſu, adeò vt Deus, & res diuinæ ſint obiectum materiale Theologiæ: Deus, & res diuinæ, quatenus cognoſci poſſunt ex principiis Fidei, ſint obiectum formale *quod*: Principia ipſa Fidei, ſeu reuelatio in talibus principiis contenta obiectum formale, *quo*, ſeu ratio formalis ſub qua. Ex hoc capite diſtinguitur Theologia Scholaſtica, quæ eſt præcipua ſpecies Theologiæ mixtæ, tum à Theologia ſimpliciter naturali, tum à Theologia ſimpliciter ſupernaturali: vtraque enim procedit ex principiis diuerſis à Fide; procedit ſcilicet vtraque ex principiis euidentibus. Ex eo quòd principia Fidei, vel reuelationem diuinam non expreſſerit, Theologiam purè naturalem potius quàm mixtam definiit Canus *lib.* 12. *cap.* 2. dicens: *Theologia eſt ſcientia docens quid natura diuina ſit, & quæ eius natura vires, & proprietates.*

Principia Fidei, ſeu reuelatio ſunt obiectum formale Theologiæ.

Allata definitio grauì laborat difficultate 9.
in eo quod videatur inuoluere terminos repugnantes, & ſe inuicem deſtruentes. Cum enim ſcientia iuxta Ariſtotelicam, & communiter receptam definitionem debeat eſſe euidens, non ſolùm ratione formæ; ſed etiam ratione materiæ, & per conſequens debeat procedere ex præmiſſis, ſeu principiis euidentibus: principia verò fidei obſcura ſint, & ineuidentia, difficillimè conciliatur, quomodo Theologia poſſit ſimul coniungere rationem ſcientiæ cum principiis Fidei, & vel vt ſcientia ſit, videtur debere excludere principia Fidei, vel vt ex principiis Fidei ſit, excludere rationem ſcientiæ. Ad ſolutionem huius difficultatis, & vberiorem explicationem aſſertæ definitionis examinabitur in ſequentibus paragraphis, quomodo Theologia verè, & propriè ſcientia, qualis ſcientia ſit; ſpeculatiuane, an practica? ſubalternata, an non? Item quomodo ſit ex principiis Fidei, vtrum ſcilicet vtramque præmiſſam de Fide requirat? &c.

§. IV.

An, & quomodo Theologia ſit verè, & propriè Scientia?

Theologia Scholaſtica eſt verè, & propriè ſcientia.

ASSERTVM: Theologia Scholaſtica viatorũ *in ſuperiori* §. definita eſt verè, & 10.
propriè ſciẽtia; quia ipſius principia euidentia ſunt in ſcientia ſuperiori, ſcilicet in Theologia beata; & aſſenſus ex iiſdem principiis deductus eſt æquè certus, imò certior aſſenſu deducto ex principiis naturaliter euidentibus. Ita Diuus Thomas 1. *part. quaſt.* 1. *art.* 2. 2. 2. *quaſt.* 1. *art.* 5. *ad* 2. & *opuſc.* 70. Diuum Thomam ſequuntur Thomiſtæ communiter, & ex recentioribus Eſparza *in procemio Theologia, artic.* 5. Quoad primam partem præcisè defenditur noſtrum aſſertum *ab Henrico, Toletano, Aureolo, Franciſco de Marchia*, aliiſque; qui tamen à nobis diſcrepant in ſecunda parte, & ex diuerſis ſinguli fundamentis in Theologia ſuſtinent rationem ſcientiæ, vt videre eſt apud Lugum 1. *part. lib.* 1. *diſp.* 3. *cap.* 1. Totum aſſertum eſt contra Scotum *in prologo ſententiarum*, Molinam, Valentiam, Vaſquium, Lugum, De Quiros, Amicum, Arriagam, Gillium, alioſque recentiores magis cõmuniter, *initio Theologia.*

Theologiã eſſe ſcientiã probatur ex Scriptura.

Probatur prima pars, Primò ex Scriptura 1. *Corinth.* 13. *ſiue Prophetia euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur:* quod, licèt à variis variè explicetur, vt *infrà* traditur §. 6. non videtur poſſe intelligi meliùs, quàm de ſcientia procedente ex principiis obſcuris Fidei: de eadem, id eſt de ſcientia ſacra ex ſacris Scripturis deducta, videntur

tur intelligenda verba illa Malachiæ 2. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.* Sapient. 10. *Dedit illi ſcientiam ſanctorum :* Ierem. 3. *Dabo vobis Paſtores iuxta cor meum , & paſcent vos ſcientia , & doctrina.* Quæ loca interpretari de ſcientia impropria , eſt malè conſonum, non ſolùm verbis Scripturæ;ſed etiam rationi , vt patet ex ſequentibus probationibus.

11. Probatur prima pars ſecundò ratione : Theologia eſt verè , & propriè virtus intellectualis , ſed non poteſt eſſe alia virtus intellectualis , quàm ſcientia : Ergo eſt verè, & propriè ſcientia. Maior patet,quia Theologia eſt habitus inclinans intellectum ad benè ſe habendum, in ordine ad aliquam partem proprij obiecti , ſcilicet ad attingendas aliquas veritates , & ſuperandas aliquas difficultates impedientes talem attingentiam. Minor probatur , inducendo per alias virtutes intellectuales , ſcilicet Intellectum, Sapientiam , Prudentiam , Artem. Non eſt Intellectus , quia hic eſt habitus primorum principiorum ; Theologia autem non verſatur circa prima principia, ſed circa deducendas concluſiones ex Fidei principiis:Non eſt Sapientia, niſi ſcientia ſit,cum ſapientia non ſit , niſi ſcientia attingens res altiſſimas: Non eſt Prudentia , quia ſaltem adæquatè, & quoad præcipuam ſui obiecti partem non verſatur circa agibilia , nec dirigit internos actus : Non eſt Ars, quia non verſatur circa ſingularia factibilia , nec dirigit externa opera.

Theologia eſt virtus intellectualis.

12. Dices, vel Theologiam non eſſe intellectualem virtutem ; quia licet inclinet ad verum, non inclinat ad ipſum attingendum euidenter ; vel ſi intellectualis virtus eſt,eſſe virtutem innominatam mediam inter ſcientiam naturalem , & Fidem ſupernaturalem. Primum aſſerunt nonnulli, quos nomine diſſimulato refert Gabriel à S. Vinc. 1. *part. diſp.* 1. *dub.* 4. *num.* 40. Secundum docet Amicus 1. *part. diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 43. Sed contra primum eſt , quia perfectio eſſentialis intellectus eſt veritas , non euidentia , ad rationem igitur virtutis intellectualis ſufficit, quod inclinet ſemper ad verum ; ſiue deinde habeat comitem euidentiam , ſiue non ; & cum in virtute intellectuali ſupernaturali non requiratur euidentia , vt euincitur ex Fide diuina;multo magis requirenda non eſt in virtute intellectuali naturali. Contra ſecundum ; quia ſine neceſſitate inducitur talis virtus innominata;& dum mediat inter ſcientiam naturalem , & Fidem ſupernaturalem , non ſatis apparet , vtrum debeat dici naturalis , quia accedit ad ſcientiam naturalem; an ſupernaturalis , quia accedit ad Fidem ſupernaturalem.

Veritas, non euidentia eſt eſſentialis perfectio intellectus.

13. Probatur ſecunda pars : Dato quod vera, & propria ſcientia iuxta Ariſtotelicam definitionem, communemque acceptionem requirat euidentiam in ſuis principiis ; contenta tamen eſt , quod talis euidentia conſtet lumine ſuperioris ſcientiæ, nec neceſſariò petit quòd conſtet lumine proprio , præſertim quando aſſenſus qui ipſis præſtatur omninò certus eſt. Ergo per hoc quod principia Theologiæ ſint euidentia in ſcientia ſuperiori, & aſſenſus ipſis præſtitus ſit omninò certus , rectè explicatur , quòd Theologia ſit verè , & propriè ſcientia. Antecedens probatur : habitus ſubalterni etiam iuxta Ariſtotelem ſunt verè , & propriè ſcientiæ ; alioqui eſſet æquiuoca diuiſio ſcientiæ in ſubalternantem , & ſubalternatam ; ſed habitus ſubalterni habent principia, vt plurimùm ſaltem euidentia lumine ſuperioris ſcientiæ, non lumine proprio ; ergo.

Scientia requirit principia , vel lumine proprio, vel lumine ſuperioris ſcientiæ euidentia.

Dices habitus ſubalternos habere rationem ſcientiæ ſolùm in ſubiecto habente ſcientiam ſuperiorem , vi cuius euidentia ſunt principia , circa quæ verſantur habitus ſubalterni : ſic Muſica v.g. non habet rationem ſcientiæ , niſi in habente Arithmeticam notificantem euidenter principia Muſicæ : Et ratio eſt , quia , vt docet Ariſtot. 1. *poſt. cap.* 2. Nemo habet ſcientiam , niſi præmiſſas ſcientiâ, vel meliori aliquo habitu teneat; Theologia igitur noſtra , cum non ſit, nec eſſe poſſit in ſubiecto habente ſcientiam beatam , nullatenùs ſcientia eſt, quamvis ipſius principia euidentia ſint lumine ſcientiæ ſuperioris , & beatæ. Sed contra habitus ſubalternus vt habeat rationem ſcientiæ, requirit in proprio ſubiecto conſortium ſcientiæ ſuperioris , quia ſecus non præſtaretur firmus aſſenſus principiis à ſcientia ſuperiori participatis ; at Theologus præſtat firmiſſimum ſuis principiis aſſenſum independenter à ſcientia ſuperiore, & beata, ideò vt Theologia habeat rationem ſcientiæ non requirit in ſuo ſubiecto conſortium ſcientiæ ſuperioris , & beatæ , vt benè notat Siluius 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 2. *in fine.* Neque vrgeas: Ergo ad Theologiam nihil intereſt ipſius principia eſſe euidentia in ſcientia ſuperiore,ſi talis ſcientia ſuperior non inſeruit habenti Theologiam, nec ipſi communicat euidentiam principiorum. Contra enim influxus ſcientiæ ſuperioris cauſantis euidentiam ſuorum principiorum requiritur ſolum ad cauſandam firmitatem aſſenſus, quem Theologus habet firmiſſimũ ex habitu Fidei ſupplentis quodammodo influxum ſcientiæ ſuperioris. Cum igitur Theologia habeat principia in ſcientia ſuperiori euidentia , & ipſis aliunde aſſentiatur tantâ firmitate , quanta aſſentiretur cum conſortio ſcientiæ ſuperioris , ſaluatur in ipſa ex vna parte euidentia principiorum ſimilis ei , quam habeat ſcientiæ ſubalternæ ; & ex alia parte firmitas aſſenſus ſimilis ei, qui cauſatur ex conſortio ſcientiæ ſuperioris ; ſicque ſaluatur vtrumque requiſitum ad veram , & propriam ſcientiam ; nec impertinenter ad ipſam ſe habet euidentia principiorum in ſcientia ſuperiori , deficiente conſortio ſcientiæ ſuperioris , dummodo ipſis præſtetur aſſenſus omninò firmus ; propterea in aſſerto additæ ſunt illæ particulæ : *Et aſſenſus ex iiſdem principiis deductus,* &c. 14.

Habitus ſubalternus non eſt ſcientia, niſi in ſubiecto, in quo ſit habitus ſubalternans.

Scientia inferior requirit conſortium ſcientiæ ſuperioris, quando non aſſentitur firmiter ſuis principiis ſine illo.

Ex his habes Theologiam non ſolum eſſe verè, & propriè ſcientiam ; ſed inſuper eſſe ſcientiam perfectiorem qualibet ſcientia naturali ; quamvis enim Theologia excedatur 15.

Theologia eſt ſcientia perfectior

qualibet ſcientia naturali.

à ſcientiis naturalibus quoad euidentiam principiorum, & materiæ, ſeu conſequentis; quam habent ſcientiæ naturales, vel lumine proprio, ſi non ſint ſubalternæ, vel lumine ſcientiæ ſuperioris in eodem ſubiecto exiſtentis, ſi ſubalternæ ſint, quorum neutrum Theologiæ conuenit; iſta tamen ſcientias omnes naturales excedit quoad certitudinem, quæ eſt ratio principaliùs conſtitutiua ſcientiæ: cum euidentia ſit communis ſenſui, & intellectui apprehendenti, non propria intellectus iudicantis, & ſcientis; item ſit potius conditio prærequiſita ad certitudinem in ſcientiis naturalibus, quàm ratio conſtitutiua, & eſſentialis differentia ſcientiæ. Imò *Argentinas*, *Canus*, *Faſolus*, alijque nonnulli abſolutè docent euidentiam, neque etiam vt conditionem neceſſariò requiri niſi in ſcientia naturali, in qua ſine euidentia haberi nequit certitudo; & quia *Ariſtoteles* ſolam ſcientiam naturalem agnouit, ideò in ſcientiæ definitione, vel tanquam conditionem, vel tanquam rationem minùs principaliter conſtitutiuam, euidentiam appoſuit. Cæterùm in ſcientia mixta, cuius principiis poteſt Fidei ſupernaturalis beneficio, cum obſcuritate præſtari firmiſſimus, certiſſimuſque aſſenſus, nulla apparet neceſſitas euidentiæ, niſi præcisè ad ſaluandam maiorem conuenientiam ſcientiæ naturalis cum mixta, & extendendam definitionem, quam *Ariſtoteles* tradidit pro ſcientia naturali, etiam ad ſcientiam mixtam; ſicque dum in aſſerto Theologiam eſſe ſcientiam explicamus dependenter ab euidentia principiorum in ſcientia ſuperiori, id ponimus non præcisè ad ſaluandam in Theologia veram, & propriam ſcientiam; ſed ad ſaluandam ſcientiam eiuſdem rationis cum ſcientiis naturalibus *ab Ariſtotele* definitis. Nec vllo torqueor ſcrupulo in admittendo Theologiam etiam ſine tali principiorum euidentia eſſe veram, & propriam ſcientiam, cuius formaliſſimus conceptus conſurgat ex diſcurſu (ſubintellige, vel formali, vel virtuali) vi cuius contradiſtinguitur à Fide diuina, & certitudine, vi cuius contradiſtinguitur à fide humana, & opinione; quamvis deinde defectu euidentiæ non ſit ſcientia eiuſdem rationis cum ſcientiis naturalibus *ab Ariſtotele* definitis.

Scientia principaliùs conſtituitur per certitudinem, quam per euidentiam.

Euidentia principiorũ, in ſcientia ſuperiori cõ requiritur, vt Theologia præcisè ſit ſcientia; ſed vt ſit eiuſdem rationis, cum ſcientiis naturalibus.

Scientia formaliſſimè accepta ſufficienter cõſtituitur per certitudinẽ, & diſcursũ.

16.

Theologia habet euidentiam formæ per hanc tamen non conſtituitur ſcientia.

Dixi Theologiam excedi à ſcientiis naturalibus quoad euidentiam principiorum, & materiæ, ſeu conſequentis; nam quoad euidentiam formæ, ſeu conſequentiæ, omninò par eſt, cum iiſdem vtatur regulis in diſcurrendo, ſyllogizando; huiuſmodi tamen euidentia formæ vtpotè conueniens etiam ſyllogiſmis formatis in materia probabili, ſeu topica, non eſt illa, quæ communiter aſſeritur conſtitutiua ſcientiæ; vnde incongruè Aureolus *in prologo ſent. quæſt.* 1. *art.* 3. per euidentiam formæ explicat in Theologia rationem ſcientiæ.

---

§. V.

An, & quomodo Theologia ſit ſpeculatiua, vel practica?

ASSERTVM I. Theologia, nec eſt tantùm ſpeculatiua, nec eſt tantum practica. 17.
Prima pars eſt contra Marſilium *q.* 3. *prologi, art.* 5. Henricum *in ſum. quæſt.* 8. *artic.* 3. De Quiros 1. *par. quæſt.* 1. *art.* 4. *num.* 81. Secunda eſt contra Scotum, *quæſt.* 4. *prologi*, §. *ad quæſt.* igitur, Lychetum, Ballolis, Herinex, alioſque omnes veros Scoti Sectatores, vt ait Rada 1. *par. controu.* 3. *art.* 4.

Theologia nec eſt tantùm ſpeculatum, nec eſt tantùm practica.

Probatur prima pars: Illa ſcientia eſt tantum ſpeculatiua, quæ præcisè quieſcit in cognitione veritatis, habet obiectum totale purè ſpeculabile, nullas habet per ſe, ac propriè loquendo cognitiones, nulloſque actus practicos; Theologia huiuſmodi non eſt, ergo. Maior patet ex communi acceptione habitus ſpeculatiui, & abutuntur vocabulo, qui habitum purè ſpeculatiuum eum vocant, cuius aut finis principalis eſt veritas, aut obiectum attributionis eſt ſpeculabile, aut maior, & nobilior actuum pars eſt ſpeculatiua: huiuſmodi enim habitus; ſi pro fine minùs principali habeat praxim, obiectum attributum operabile, aliquos actus licèt pauciores practicos, dici debet ſaltem minùs principaliter, & ſecundùm quid practicus. Minor probatur: Theologia habet pro fine minus principali praxim; tum quia innititur principiis Fidei, quæ ex Apoſt. *ad Gal.* 5. *per dilectionem operatur*: tum quia reſpicit Deum etiam vt conſequibilem: habet pro obiecto attributo aliquid operabile, ſcilicet actus humanos, virtutes, leges, ſacramenta; habet aliquos actus practicos, eos ſcilicet, quibus præſcribit conditiones pro bonis actibus eliciendis, pro legibus ſanciendis, pro ſacramentis conficiendis, miniſtrandis, ſuſcipiendis requiſitas.

Scientia tantùm ſpeculatiua quænam ſit?

Probatur ſecunda pars: Illa ſcientia eſt tantum practica, quæ præcisè ordinatur ad operationem, habet obiectum totale operabile, nullas habet per ſe loquendo cognitiones, nulloſque actus ſpeculatiuos; Theologia huiuſmodi non eſt, ergo. Maior patet proportione ſeruata ex mox dictis de habitu purè ſpeculatiuo. Minor probatur: Theologia ordinatur potiſſimè, ad Dei cognitionem, reſpicit quippè Deum vt cognoſcibilem per diſcurſum, ex principiis Fidei; habet obiectum attributionis non operabile, nihil enim eſt magis incauſatum, & magis incapax fiendi, quam Deus ſecundùm ſe, nec rectè dicitur Deum eſſe obiectum quodammodo operabile moraliter, quatenùs poteſt terminare operationes morales, eſt ſcilicet attingibilis per actus dilectionis, religionis, laudis, &c. Non, inquam, rectè dicitur, quia huiuſmodi operabilitas eſt Deo omninò extrinſeca, nec dirigitur à cognitione Dei ſecundùm ſe; quod ſi inſtantia aliquid probaret, 18.

Scientia tantum practica quænam ſit?

Deus aliquo modo improprio dici poteſt obiectum operabile.

probaret, probaret nimis; probaret ſcilicet omne obiectum eſſe operabile, quia nullum eſt obiectum non attingibile per aliquos humanos actus; probaret eſſe practicam ſcientiam, quam Deus habet de ſeipſo; viſionem, qua Beati fruuntur in patria. Habet tandem Theologia plures, eoſque nobiliores actus ſpeculatiuos, illos ſcilicet, quibus explicat eſſentiam, & attributa tum Dei, tum Angelorum; myſteria Trinitatis, & Incarnationis, prærogatiuas gratiæ, &c.

Theologia eſt ſpeculatiua ſimul, & practica, magis tamē ſpeculatiua.

19. Assertvm II. Theologia eſt ſpeculatiua ſimul, & practica ſimpliciter. Ita D. Thom. 1. *par. quæſt.* 1. *art.* 4. Et *in prologo ſententiarum art.* 3. Diuum Thomam ſequuntur Thomiſtæ communiter, & ex recentioribus Molina, Valentia, Vaſq. Lugus, Gillius, Arriaga, Eſparza, alijque plurimi *in Theologia primordiis*. Prima pars eſt non ſolum contra Authores, contra quos procedit primum aſſertum; ſed etiam contra Ægidium 4. *part. prologi, quæſt. vnica*, Richardum *in* 4. *diſtinct.* 49. *artic.* 1. *quæſt.* 8. volentes Theologiam eſſe habitum purè affectiuum à practico, & ſpeculatiuo diuerſum. Secunda pars eſt contra Amicum 1. *part. diſp.* 1. *ſect.* 6. *num.* 109. volentem Theologiam eſſe æquè ſpeculatiuam, & practicam: Dio. Bonauenturam, *quæſt.* 3. *prologi*; Gregorium, *quæſt* 5. *art. vltimo*, docentes eſſe magis practicam, quàm ſpeculatiuam.

Probatur prima pars: Theologia nec eſt tantùm ſpeculatiua, nec eſt tantùm practica, nec eſt purè affectiua, ſeu nec ſpeculatiua, nec practica: Ergo eſt ſpeculatiua ſimul, & practica. Conſequentia patet; neque enim aſſignari poteſt, quomodo poſſit Theologia aliter ſe habere ad ſpeculationem, & praxim. Antecedens quoad primam partem, probatum eſt *in ſuperiori aſſerto*. Quoad ſecundam probatur: Habitus purè affectiuus, vt diuerſus à ſpeculatiuo, & practico, nec ſpectat ad genus ſcientiæ, nec eſt habitus intellectus, ſed voluntatis; Theologia ex ſupradictis continetur ſub genere ſcientiæ, & ex conſequenti eſt habitus intellectus, non voluntatis: ergo. Maior probatur: Habitus affectiuus vel ſumitur pro habitu inclinante immediatè ad affectum, & amorem erga Deum, vel pro habitu inclinante ad dirigendum, ſeu excitandum huiuſmodi affectum, & amorem media cognitione; ſi primum, eſt habitus voluntatis, quia immediatè inclinat ad actus voluntatis; ſi ſecundum, eſt habitus practicus, quia inclinat intellectum, qui extenſione fit practicus, ad extendendum ſe, & dirigendum actus alterius potentiæ extra ſe; ergo habitus purè affectiuus, &c.

Theologia non eſt habitus purè affectiuus, diſtinctus à ſpeculatiuo, & practico.

20. Probatur ſecunda pars primò: Theologia eſt ſpeculatiua quoad finem principalem, obiectum attributionis, & plures, ac nobiliores actus; eſt practica quoad finem minùs principalem, obiectum attributum, & pauciores, ac minùs nobiles actus; ergo eſt ſpeculatiua magis, quàm practica: Antecedens probatum eſt *in ſuperiori aſſerto*. Conſequentia patet, eò quia qualitas alicuius habitus non cognoſcitur niſi ex fine, obiecto, & actibus. Ex eo quòd Theologia plures habeat actus ſpeculatiuos, quam practicos, ſuadetur eſſe magis ſpeculatiuam, quam practicam, non ſolùm quoad dignitatem, ſed etiam quoad multitudinem obiectorum, contra Gabrielem à S. Vinc. 1. *par. diſp.* 1. *dub.* 6. Vbi malè ſupponit Theologiam eſſe practicam *tota* 1. 2. *tota* 2. 2. *& tota ferè* 3. *par.* cum tamen nō ſolùm in ordine ad Gratiam, & Incarnationem; ſed etiam in ordine ad explicandam eſſentiam, ac proprietates beatitudinis, humanorum actuum, virtutum, legum, ac Sacramentorum; præſertim dum de eiuſmodi materiis in genere, & abſtrahendo à particularibus circunſtantiis, cum quibus debeat in actu ſecundo exerceri, tractat, ſpeculatiuo modo ſe habeat.

Theologia eſt magis ſpeculatiua, quam practica non ſolum quoad dignitatem, verù etiam quoad multitudinem obiectorum.

Probatur ſecunda pars ſecundò: Theologia eſt ſpeculatiua proximè, & in actu ſecundo, ſeu exercito: Eſt practica ſolùm remotè, & in actu primo, ſeu ſignato; Ergo eſt magis ſpeculatiua, quàm practica. Conſequentia patet: magis enim tale eſt, quod eſt tale proximè, & in actu ſecundo, quàm quod eſt tale remotè, & in actu primo. Antecedens, quoad primam partem innoteſcit experientia; quiſquis enim Theologiæ vacat experitur ſe pluries in actu ſecundo ſpeculari. 21. Quoad ſecundam probatur: Scientia practica eſt idem ac ſcientia cauſatiua, adeóque ſcientia in actu ſecundo, & proximè practica eſt ſcientia in actu ſecundo cauſatiua, & inductiua operationis; ſed Theologia ſecundùm ſe præcisè huiuſmodi non eſt: Ergo. Minor probatur: Theologia non inducit voluntatem ad actus, & opera honeſtatis præceptiuè, & cum vltima determinatione ad hic, & nunc; ſed vt ait Eſparza *in proœmio Theologiæ, art.* 12. oſtenſiuè tantum, & cum indifferentia, & præciſione à circunſtantiis indiuidualibus, loci, temporis, &c. nec euadit proximè practica, niſi accedente imperio voluntatis præcipientis actum, & determinantis ipſius circunſtantias. Quod explicari poteſt exemplo ſcientiæ Simplicis Intelligentiæ in Deo, quæ conſiderata ſecundùm ſe præcisè eſt practica remotè, & in actu primo conſiderata cum conſortio actus voluntatis decernentis exiſtentiam rei, eſt practica proximè, & in actu ſecundo cauſatiua rerum, vt *infrà* tradetur *lib.* 3. *cap.* 5. §. 1. Neque dicas commune eſſe omnibus ſcientiis practicis ſecundùm ſe, dirigere ad operationes ſolùm in vniuerſali, nec eſſe in actu ſecundo cauſatiuas ſine ſubſidio imperij voluntatis adiuncti. Contra enim aliæ ſcientiæ ſimpliciter practicæ, licèt ſecundùm ſe præcisè non inducant actum ſecundum, magis tamen ad ipſum accedunt; quia magis petunt coniungi cum imperio voluntatis determinantis operationes, cum operationes habeant pro fine magis principali; item cognitiones cauſent minùs vniuerſales, & minùs abſtractas à particularibus circunſtantiis: quod confirmat Eſparza *in proœmio Theologiæ, art.* 15. ex differentia vnicuique facilè obuia inter Theologum ſcholaſticum, & moralem, quoad modum iiſdem de rebus agendi vniuerſaliorem in

Theologia ſecundum ſe eſt ſpeculatiua in actu ſecundo, eſt practica ſolùm in actu primo.

Theologi ſcholaſtici, & moralis differentia.

Digitized by Google

in illo, atque abſtractiorem; contractiorem in iſtò, magiſque circunſtantionarum, & materialem.

22\. Allatis argumentis, probatur Theologiam eſſe magis ſpeculatiuam, quam practicam, non ſolum quodammodo extenſiuè, quatenùs plura obiecta attingat, pluresve actus eliciat ſpeculatiuè, quam practicè, verùm etiam, vt ita dicam, intenſiuè quatenus comparando Theologiæ actus ſpeculatiuos ad eiuſdem actus practicos, illi ſunt magis propriè tales, quam iſti; quia illi ſunt de obiecto, & fine principaliori; non iſti. Illi ſunt proximè, & in actu ſecundo tales, & habent modum tendendi perfectè ſpeculatiuum, valdè ſcilicet vniuerſalem, & abſtractum a circunſtantiis. Iſti ſunt tales ſolùm remotè, & in actu primo, & habent modum tendendi imperfectè practicum, ſcilicet modicè contractum, & parum circunſtantionatum. Ad quod exprimendum poſitæ ſunt in aſſerto particulæ illæ: *Et in aliquo ſenſu practica ſecundum quid, ſpeculatiua ſimpliciter.*

Theologia in aliquo ſenſu eſt ſpeculatiua ſimpliciter.

23\. Hucuſque dicta procedunt de Theologia conſiderata ſecundùm ſe, & ſecundùm finem, quem reſpicit ex natura ſua. Quod ſi conſideretur ſubiectiuè, ſecundùm nos & ſecundùm finem, quem reſpicit, vel ſaltem reſpicere debet Theologus, rectè obſeruat Dominicus à Sanctiſſima Trinitate, *in Bibliotheca Theologica, tom. 1. lib. 1. ſect. 2. cap. 6. in fine*, dicenda eſt practica magis, quàm ſpeculatiua; practica ſimpliciter, ſpeculatiua ſecundùm quid; quia Theologus debet habere pro fine principaliori, & magis vltimato non nudam notitiam veritatis; ſed praxim virtutis, amoris, & timoris Dei, ſanctas, & perfectas operationes conducentes ad ſalutem, & Dei conſecutionem, iuxta illud 1. Pet. 1. *reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum veſtrarum.* 2. ad Tim. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, &c. vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* Rom. 15. *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Iacob. 4. *Scienti, & non facienti peccatum eſt illi.* Idem tradunt Sancti Patres, præſertim Auguſtinus *lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 35.* Idem in rigore ſolum probant argumenta eorum, qui aſſerunt Theologiam, vel tantùm practicam, vel purè affectiuam.

Theologia in aliquo ſenſu eſt practica ſimpliciter.

24\. ASSERTVM III. Theologia eſt ſpeculatiua, & practica formaliter. Ita Molina, Valentia, Vaſquez, Lugus, Amicus, Arriaga, alijque recentiores communiter, quibus ex Schola Thomiſtica adhæret Dominicus à Sanctiſſ. Trinitate, *cap. mox citato.* Contra Caietanum, Ioan. à S. Thom. Gabrielem à S. Vinc. & omnes ferè Thomiſtas.

Theologia eſt ſpeculatiua, & practica formaliter.

Probatur: Theologia eſt ſpeculatiua eodem modo, quo aliæ ſcientiæ ſpeculatiuæ; eſt practica eodem modo, quo aliæ ſcientiæ practicæ, quas dicimus formaliter tales: Ergo eſt ſpeculatiua, & practica formaliter. Antecedens probatur tum poſitiuè, quia actus Theologi ſpeculatiui ſunt tales eodem modo, quo actus ſpeculatiui aliarum Scientiarum, & actus Theologici practici ſunt tales, &c. Sed ex actibus à nobis dignoſcitur natura habitus: Ergo Theologia ipſa quoad habitum eſt ſpeculatiua eodem modo, &c. tum negatiuè, quia nulla eſt neceſſitas, nulla ſufficiens ratio diuerſificandi, ſeu ponendi diuerſam, & eminentialem rationem ſpeculatiui, & practici in Theologia comparata ad alias ſcientias; Ergo.

25\. Dices ſufficientem rationem, & neceſſitatem talis diuerſitatis deſumi, tum ex perfectione Theologiæ ſuper alias ſcientias, ratione cuius fit, quod debeat perfectiori; adeóque eminenti modo continere conditiones aliarum Scientiarum; tum ex ipſis differentiis ſpeculatiui, & practici, quæ cum ſint eſſentiales in ordine ad genus ſcientiæ, neceſſe eſt, quod genus ſcientiæ diuidant; nec poſſunt vni, & eidem ſcientiæ conuenire, niſi modo diuerſo, & eminenti, quo ea quæ ſunt in inferioribus diſperſa, in ſuperioribus vniuntur. Sed contra impugnatur Prima ratio, quia eadem ratio formalis patitur latitudinem maioris, minoriſque perfectionis; Ideò quod eſt tale perfectiori modo poteſt eſſe tale in eadem ratione formali, nec eſt neceſſe quod ſit tale modo eminenti, alioqui omnis ſcientia perfectior alterâ eminenti modo contineret perfectiones illius; & ſicuti Theologia ob ſuam maximam perfectionem, non deſinit eſſe formaliter ſcientia eiuſdem rationis genericæ cum cæteris, ita nec debet deſinere eſſe formaliter ſpeculatiua, & practica modo communi cæteris, nec Maior perfectio probat Theologiam formaliter eminenter ſpeculatiuam, & practicam, potiùs quàm formaliter eminenter ſcientia. Impugnatur ſecunda ratio: Primò, Quia Theologia non eſt ſimplex qualitas, nec habitus indiuiſibilis; ſed aggregatum quoddã ex pluribus habitibus partialibus; tot ſcilicet quot ſunt ſpecies relictæ ex actibus Theologicis, neque enim habitus, vt aliundè ſuppono, à ſpeciebus intenſis diſtinguuntur: Ideò quando etiam ſpeculatiuum, & practicum eſſent differentiæ eſſentiales formaliter incompoſſibiles in eadem ſimplici entitate, poſſunt adhuc formaliter Theologiæ conuenire ſecundùm diuerſos habitus partiales, quorum aliqui, ij ſcilicet qui correſponderẽt actibus ſpeculatiuis eſſent ſpeculatiui; Aliqui, ij ſcilicet, &c. Secundò, quia ſpeculatiuum, & practicum non ſunt differentiæ eſſentiales, ſicuti enim accidit obiecto ſcientiæ, quod ad opus ordinetur, vel non: ita accidit ſcientiæ, quod practica ſit, vel ſpeculatiua. Eſt ratio deſumpta à D. Thoma 1. *part. quæſt. 79. artic. 11.* Vbi probat practicum, & ſpeculatiuum eſſe differentias accidentales intellectus; quia accidit obiecto intellectus ordinari, vel non ordinari ad opus. Accedit, quod practicum ſubordinatur ſpeculatiuo; intellectus enim extenſione fit practicus, id eſt cognitio ſpeculatiua; ſi vlteriùs extendatur, & ordinet obiectum ad opus, euadit practica: Ex quo patet ſpeculationem dicere negationem praxis permiſſiuè tantùm, non poſitiuè, poſſe ſcilicet eſſe cum negatione praxis,

Eadem ratio formalis patitur latitudinem maioris, & minoris perfectionis, nec eſt eminenter tale quidquid eſt perfectiùs tale.

Theologia non eſt qualitas ſimplex, nec habitus indiuiſibilis.

Practicum, & ſpeculatiuum ſunt differentiæ accidentales ſcientiæ.

Speculatio permiſſiuè, non poſitiuè negat praxim.

praxis; at non poſitiuè exigere negationem praxis. Tertio quia ſi practicum, & ſpeculatiuum ſunt differentiæ eſſentiales & incompoſſibiles ad ſummum, ſunt huiuſmodi ſumptæ adæquatè; & ad ſummum habitus adæquatè ſpeculatiuus excludit omnem rationem practici, non verò habitus ſpeculatiuus quomodocumque etiam tantùm inadæquatè. Non negauerim tamen hoc argumentum attentiùs conſideratum coincidere cum ſuperiori, & differentiam aliquam reſpectu alicuius generis poſſe eſſe inadæquatã, & admittentem conſortium alterius idem prorſus eſſe, ac vtramque differentiam eſſe accidentalem tali generi; & ſicuti aſſignari non poteſt differentia eſſentialis, quæ non ſit adæquata, & per ſe conſtitutiua ſpeciei, ita aſſignari non poteſt differentia inadæquata, quæ non ſit accidentalis, & perfectiua accidentaliter alicuius ſpeciei iam conſtitutæ, non conſtitutiua nouæ ſpeciei, vt magis explicat, Ioan. à S. Thoma 1. *part. quaſt.* 1. *diſput.* 2. *art.* 10. *n.* 6.

Differentiã aliquam eſſe eſſentialem, & eſſe adæquatam, eſſe accidentalem, & eſſe inadæquatã in re idem eſt.

26. Neque hic eſt ad rem exemplum Lugi 1. *part. lib.* 1. *diſp.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. dicentis, quod ſicuti ſpirituale, & corporeum, quamvis adæquatè ſumpta ſint differentiæ eſſentiales, tamen inadæquatè poſſint confluere ad conſtituendum eundem hominem: ita practicum, & ſpeculatiuum, quamvis adæquatè ſumpta ſint differentiæ eſſentiales, poſſe inadæquatè accepta confluere ad conſtituendam eandem ſcientiam. Non eſt, inquam, ad rem; quia entitas Phyſicè compoſita ex partibus heterogeneis cuiuſmodi eſt homo, vtique poteſt habere quot partes, tot differentias, quarum ſingulæ ſint adæquatè reſpectu propriæ ſpeciei, & inadæquatæ reſpectu totius, cuius eſt pars talis ſpecies; ſic ſpiritualitas eſt differentia adæquata reſpectu animæ, licèt ſit inadæquata reſpectu hominis. At in præſenti quæſtio eſt de duplici differentia inadæquata conſtituente vnam, & eandem ſimplicem, ac indiuidualem ſpeciem, vnam ſcilicet ſcientiam in ſententia aſſerente ipſam eſſe ſimplicem qualitatem, & indiuiſibilem habitum, quomodo eſt prorſus impoſſibile duas differentias eſſentiales poſſe eſſe inadæquatas, & ſimul confluere: eſſent enim, & non eſſent diuiſiuæ generis; conſtituerent, & non conſtituerent diuerſam ſpeciem, componerent veram chymeram.

Differentiæ eſſentiales, neque etiam inadæquatè poſſunt confluere in eandem ſpeciẽ.

§. VI.

An Theologia noſtra ſubalternetur Theologiæ, ſeu Scientiæ Beatæ, vel alicui Scientiæ naturali?

27. ASSERTVM I. Theologia noſtra non ſubalternatur Theologiæ, ſeu ſcientiæ Beatæ. Ita Scotus *quaſt.* 4. *prologi*, & vltra Scotiſtas, Siluius 1. *part. quaſt.* 1. *artic.* 2. Molina *quaſt.* 1. *art.* 2. *diſp.* 3. Valentia *diſput.* 1. *quaſt.* 1. *punct.* 3. §. 2. Vaſquez *quaſt.* 1. *artic.* 2. *diſp.* 6. *cap.* 2. Amicus *diſp.* 1. *ſect.* 7. aliique plures Recentiores, & ex Antiquioribus Henricus, Durandus, Aureolus, &c. contra Caietanum, Capreolum, Nazarium. Ioan. à S. Thoma, & omnes ferè Thomiſtas 1. *part. quaſt.* 1. *art.* 2.

Theologia propriè non ſubalternatur Scientiæ Beatæ.

Dixi *propriè*: Subalternatio alia impropria, alia propria eſt. Illa conuenit cuicumque ſcientiæ inferiori reſpectu ſuperioris, à qua aliqualiter vtcumque dependeat, vel ratione obiecti, quod ſit inferius, qua ratione omnes ſcientiæ naturales poſſunt dici impropriè ſubalternari Metaphyſicæ habenti obiectum vniuerſalius, & ſuperius ad obiectum cuiuſcumque alterius ſcientiæ naturalis, ſcilicet rationem entis; vel ratione principiorum, quæ in ſcientia ſuperiori perfectiùs innoteſcant, & clariori lumine manifeſtentur, qua ratione nõ negatur ſubalternatio Theologiæ noſtræ, ad Theologiam Beatam; & de hac ſubalternatione intelligendus eſt D. Thom. qui propterea 1. *part. quaſt.* 1. *artic.* 2. vocat Theologiam Beatam ſuperiorem, ſeu ſubalternantem; nec Theologiam noſtram vocat ſubalternatam, ſed tantùm facit ſimilem ſcientiis ſubalternatis, *in eo quod procedat ex principiis notis, lumine ſuperioris ſcientiæ*: ex quo patet immeritò Diuum Thomam citari tanquam aſſertorem ſubalternationis propriæ Theologiæ noſtræ ad Theologiam beatam. Subalternatio propria requirit primò quod principia ſcientiæ ſubalternatæ ſint concluſiones ſubalternantis, quapropter illa dicitur incipere, vbi iſta deſinit. Secundò, quod ſcientia ſubalternans, & ſubalternata ſe compatiantur in eodem ſubiecto; cum enim principia ſubalternatæ innoteſcant per ſubalternantem, neceſſe eſt habentem ſcientiam ſubalternatam habere etiam ſubalternantem, cuius beneficio euidentia ſunt principia ſubalternatæ. Tertiò quòd obiectum ſcientiæ ſubalternatæ addat differentiam accidentalem obiecto ſubalternantis: ſic Muſica, quæ ſubalternatur Arithmeticæ, addit iſtius obiecto, ſcilicet numero differentiam accidentalem, ſcilicet rationem ſonori; eſt in eodem ſubiecto compoſſibilis cum Arithmetica, & Arithmeticæ concluſiones aſſumit tanquam principia concluſionum propriarum; eodem modo reperiuntur tres allatæ conditiones in qualibet alia ſcientia, quæ communiter conceditur propriè ſubalternata; & non niſi impropriè, ac cum abuſu vocabuli dici poteſt ſubalternata ſcientia, in qua aliqua ex huiuſmodi conditionibus deſideraretur. Sic explicatum aſſertum.

Subalternatio alia propria, alia impropria.

Subalternatio propria requirit tres conditiones.

28. Probatur: Theologia noſtra comparata ad Theologiam beatam non habet conditiones neceſſarias ad propriam ſubalternationem; Ergo Theologia noſtra propriè non ſubalternatur, &c. Probatur Antecedens: Theologia noſtra nec habet pro principiis concluſiones Theologiæ beatæ, nec ſimul in eodem ſubiecto compatitur Theologiam beatam, nec addit differentiam accidentalem obiecto Theologiæ beatæ; ſed hæ ex mox poſitis ſunt conditiones propriæ ſubalternationis: Ergo.

Theologiæ noſtræ principia non ſunt concluſiones Theologiæ Beatæ.

Probatur Maior quoad primam partem: Principia Theologiæ noſtræ ſunt ſimiliter principia, non concluſiones beatæ; principia enim Theologiæ noſtræ ſunt principia Fidei, quæ pariter ſunt principia Theologiæ beatæ, ſeu viſionis, iuxta illud Pſal. 47. *Sicut audiuimus, ſic vidimus*: Quod non verificaretur, ſi videremus vt concluſiones, quæ audiuimus vt principia. Neque dicas per Theologiam beatam cognoſci rationes, & cauſas Myſteriorum, quæ per Fidem creduntur, neque Myſteria, quæ ſunt principia Fidei & Theologiæ noſtræ eſſe virtualiter concluſiones Theologiæ beatæ. Contra enim dantur aliqua Fidei Myſteria, Trinitas v.g. nullam habentia ſui cauſam, vel rationem; & quæ per conſequens, neque etiam virtualiter ſunt concluſiones: Deinde principia ſcientiæ ſubalternatæ, ita debent eſſe concluſiones ſubalternantis, vt ſubalternans in ipſis ſiſtat, nec ex ipſis perueniat ad concluſiones ſubalternatæ; Theologia verò beata, ita penetrat principia Fidei, vt perfectè attingat concluſiones; quas poteſt ex ipſis inferre Theologia noſtra: Ideò, &c.

30. *Theologia noſtra non compatitur in eodem ſubiecto Theologiam Beatam.*

Probatur eadem Maior quoad ſecundam partem: Theologia noſtra nec permanet, nec permanere poteſt in Patria ſimul cum Theologia beata; ergo ſimul in eodem ſubiecto, non compatitur Theologiam beatam. Antecedens, quod traditur ab Herueo *quæſt. 6. prologi.* Molina 1. *part. quæſt. 2. art. 2. diſp. 3.* Valentia *diſp. 1. quæſt. 1. punct. 3. §. 2.* Amico *diſp. 1. ſect. 8.* Faſolo *quæſt. 1. art. 2. dub. 8.* Fonſeca, Rada, & aliis contra Caietanum 1. *part. quæſt. 1. art. 2. §. Quoad ſecundum*, Ioan. à S. Thoma *quæſt. 1. diſp. 2. art. 5. num. 12.* aliosque, vt ipſe loquitur, Thomiſtas communiter, quibus adhærent etiam nonnulli recentiores. Antecedens inquam probatur in Patria ſimul cum Theologia beata, nec permanet, nec permanere poteſt fides, ſaltem loquendo in aduerſariorum ſententia, præſertim Thomiſtarum, ergo ſimiliter, nec permanet, nec permanere poteſt Theologia noſtra. Conſequentia probatur: Theologia noſtra ſumpta formaliter (ſumpta, inquam, formaliter, quia cum in noſtris principiis habitus acquiſiti non ſint, niſi ſpecies ipſæ magis intenſæ, magiſque perfectæ, adeoque habitus Theologiæ materialiter acceptus non ſit niſi ſpecies concluſionum Theologicarum; huiuſmodi verò ſpecies in Patria perſeuerent, tum quia nec contrarium habent à quo deſtruantur, nec Beatus habere poteſt memoriam concluſionum Theologicarum, niſi iſtarum ſpecies in Patria conſeruaret, tum quia hoc ſaltem videntur ſuadere verba Hieronymi *Epiſt. 103. ad Paulinum*, vbi loquens de rebus pertinentibus ad Sacram Scripturam ait: *Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in Cœlis.* Et argumenta, quibus Aduerſarij contendunt probare abſolutam Theologiæ perſeuerantiam, non videntur poſſe negari, quin Theologia materialiter ſumpta, prout præciſè importat ſpecies concluſionum Theologicarum in Patria perſeueret) eſt habitus inclinans ad deducendas concluſiones, & eliciendos actus ex principiis Fidei: Ergo nec permanet, nec permanere poteſt, vbi nec Fides, nec Fidei principia permanent, aut permanere poſſunt.

Theologia noſtra materialiter ſumpta perſeuerat in Patria, non formaliter.

Reſpondet Ioan. à S. Thom. *loco citato, num. 27.* Theologiam noſtram eſſe ex principiis Fidei, & ineuidentem per accidens, & ex parte ſubiecti, non per ſe, & ex ſua intrinſeca ratione formali; ſed per ſe eſſe indifferentem, vt vel coniungatur cum lumine Fidei, vt ineuidens ſit, vel coniungatur cum lumine ſuperioris Scientiæ, & ſit euidens; in cuius confirmationem afferri ſolet paritas, tum de habitu Charitatis, qui hic in via inclinat ad eliciendos actus medio lumine Fidei, & idem perſeuerans, in Patria inclinat ad eliciendos actus medio lumine gloriæ; tum de habitibus donorum Spiritus Sancti, quæ ex D. Thoma 1. 2. *quæſt. 68. artic. 6.* permanent in Patria, & tamen hic dependent à lumine Fidei, *ibi* à lumine gloriæ.

Dona Spiritus Sancti perſeuerant in Patria.

Impugnatur tamen reſponſio, quia definitio explicat eſſentiam rei per ſe, non per accidens; cum igitur communiter in definitione Theologiæ noſtræ, ponatur quod ſit ex principiis Fidei, ſentiendum omnino eſt id ei per ſe, non per accidens conuenire; & habitus indifferens ad coniungi cum lumine Fidei, & gloriæ, ſi dabilis eſt, debet eſſe infuſus, non acquiſitus, qualis eſt habitus Theologiæ noſtræ, per actus obſcuros elicitos dependenter à lumine Fidei, & ad ſimiles actus per conſequens ſolùm valens inclinare.

Theologia noſtra eſt ex principiis Fidei per ſe, & formaliter, non per accidens, & ratione ſubiecti.

Vtraque paritas allata in confirmationem impugnatur, ex eo quod procedit de habitibus infuſis, qui facilè poſſunt cauſare actus magis diuerſos, & ſub diuerſo lumine, vt habitus acquiſitus non poteſt perſeuerare, niſi ad eliciendos actus ſimiles iis, per quos eſt acquiſitus.

Habitus infuſi, & acquiſiti diſcrimen.

Solet etiam perſeuerantia Theologiæ noſtræ in Patria corroborari ex illo 1. Corinth. 13. *ſiue ſcientia deſtruetur*; Verùm hic textus varias patitur explicationes, vt videre eſt apud Siluium 1. *part. quæſt. 1. artic. 2. & quæſt. 89. artic. 5.*

31. *Theologia noſtra non addit differentiam accidentalem obiecto materiali Theologiæ Beatæ.*

Probatur eadem maior quoad tertiam partem: Theologia noſtra nullam addit differentiam obiecto materiali Theologiæ beatæ; ergo non addit tali obiecto differentiam accidentalem. Antecedens probatur: Obiectum materiale vtriuſque Theologiæ eſt Deus, & res diuinæ. Neque dicas tali obiecto materiali addi à Theologia noſtra differentiam accidentalem obſcuritatis, ſeu obſcuræ cognoſcibilitatis. Contrà enim; obſcuritas, ſeu obſcura cognoſcibilitas transfert Deum, & res diuinas in obiectum formale Theologiæ noſtræ, nec eſt differentia accidentalis obiecti materialis, ſed differentia eſſentialis conſtitutiua obiecti formalis. Quod ſi contendas Deum, vt obſcurè cognoſcibilem, debere dici obiectum materiale proximum Theologiæ noſtræ, de nomine diſputas, nec aliquid obtines, quia teneberis proportionaliter Deum vt clarè cognoſcibilem eſſe obiectum materiale proximum Theologiæ beatæ, cui obiecto materiali addi non poteſt differentia acciden

accidentalis obſcuritatis, nec Deus clarè viſus, & Deus obſcurè cognitus, ſunt obiecta accidentaliter diuerſa, ſed potius oppoſita. Addo hic obiter, Cur obiectum ſcientiæ ſubalternatæ debeat eſſe accidentaliter ſolùm diuerſum ab obiecto ſubalternantis? Ratio eſt ſcilicet, quia obiectum ſcientiæ ſubalternatæ vtpotè inferioris, debet eſſe inferius; ſi autem ſit inferius per additionem differentiæ eſſentialis contrahentis; ſcientia de tali obiecto erit pars illius alterius ſcientiæ, non illi ſubalternata. Scientia v.g. de animali rationali eſt pars ſcientiæ de animali, cùm non poſſit haberi perfecta notitia animalis, niſi cognoſcendo aliud eſſe rationale, aliud irrationale.

Obiectum ſcientiæ ſubalternatæ cur debeat eſſe accidentaliter ſolùm diuerſum ab obiecto ſubalternantis?

32. Assertvm II. Theologia noſtra non ſubalternatur alicui ſcientiæ naturali. Ita Doctores communiter cum D. Thoma 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 5. *ad* 2. contra Vaſquez 1. *part. diſp.* 7. *art.* 3. *cap.* 5. *n.* 10. vbi ait Theologiam ex parte, ſcilicet ſecundùm partem moralem, perfectè ſubalternari morali Philoſophiæ. Vaſquium arguit inconſequentiæ Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 1. *diſp.* 2. *art.* 6. *num.* 9. Eò quòd *num.* 11. *ſequenti*, dixerit ad Theologiam moralia non pertinere; verùm ſi Vaſqu. attentiùs legatur inconſequentiæ vitio non laborat; moralia enim, quæ ait ad Theologiam non pertinere, ſunt ea ſolùm, quæ tractantur dependenter à principijs iuris naturalis, & ciuilis præcisè, vt patet ex antecedentibus Vaſquij verbis.

Vaſquez malè arguitur inconſequentiæ à Ioan. à S. Thoma.

33. Probatur: ſi Theologia noſtra ſubalternatur alicui ſcientiæ naturali, maximè quia in ſuis diſcurſibus deſumit aliquod principium à Philoſophicis diſciplinis; ſed ex hoc capite non ſubalternatur alicui ſcientiæ naturali: Ergo. Minor probatur auctoritate, & ratione D. Thom. *loco citato*, vbi de Theologia ita habet: *Non accipit* (ſubintellige ſua principia) *ab alijs ſcientijs tanquam à ſuperioribus, ſed vtitur eis tanquam inferioribus, & ancillis; ſicut Architectonicæ vtuntur ſubminiſtrantibus, vt ciuilis militari: & hoc ipſum, quod ſic vtitur eis non eſt propter defectum vel inſufficientiam eius; ſed propter defectum intellectus noſtri, qui ex his, quæ per naturalem rationem (ex qua procedunt aliæ ſcientiæ) cognoſcuntur, faciliùs manuducitur in ea, quæ ſunt ſuprà rationem, quæ in hac ſcientia traduntur.* Confirmatur primò; quia tunc ſolùm deſumere principia ab alijs importat ſubalternationem, quando talia principia deſumuntur vt propria, & ſibi neceſſaria; tunc enim ſolùm dicitur ſcientia deſumere ſua principia ab alijs ſcientijs; at Theologia vtitur principijs Scientiarum Naturalium, tanquam extraneis, mutuatis, & ſibi non ſimpliciter neceſſarijs: Ergo. Confirmatur Secundò, Ex eo quod principia aliarum Scientiarum concurrunt ad concluſiones Theologicas, vel ſolùm explicatiuè, & per modum conditionis; vel miniſterialiter, & ex vi aliqualis eleuationis participatæ ex conſortio principij Supernaturalis Fidei, vt mox explanabitur *in ſequenti cap §.* 2.

Theologia non ſubalternatur alicui ſcientiæ naturali.

§. VII.

Quomodo Theologia noſtra ſit ex principiis Fidei. Vtrùm ſcilicet concluſio propriè Theologica requirat vtramque præmiſſam de Fide?

Assertvm I. Concluſio deducta ex vtraque præmiſſa de Fide propriè Theologica eſt, vt tamen propriè Theologica ſit, non requirit neceſſariò vtramque præmiſſam de Fide. Prima pars eſt contra Arriagam 1. *part. diſputat.* 1. *ſection.* 7. *ſubſect.* 1. alioſque plures citandos in quæſtionibus de Fide, exiſtimantes huiuſmodi concluſionem etiam vt formaliter deductam eſſe de Fide: Eſt à fortiori contra Tanoerum 1. *part. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *dub.* 2. dicentem Intellectum eius eſſe genij, vt aſſentiatur ſemper concluſioni maiori certitudine quà poteſt, adeoque concluſioni deductæ ex vna præmiſſa, magis altera minùs certa aſſentiatur, ſecundùm influxum præmiſſæ certioris: hinc infert præſtari aſſenſum Fidei concluſioni deductæ ex vna præmiſſa de Fide, altera naturaliter euidenti; per conſequens talem concluſionem non eſſe Theologicam, ſed de Fide. Idem docent ex diuerſo fundamento nonnulli alij, tacito nomine, relati ab Arriaga *loco citato*, *ſubſect.* 2. *num.* 69. Totum aſſertum ſuſtinetur a Lugo 1. *par. l.* 1. *diſp.* 5. De Quiros, *diſp.* 7. & 8. Hetinex *quæſt.* 3 *prologi*, Dominico a Sanctiſſima Trinitate, *lib.* 2. *Bibliotheca Theologica*, *ſect.* 3. alijſque magis communiter. 34.

Probatur Prima pars, quæ procedit de concluſione vt deducta euidenter; diſcurſus enim non cauſat aſſenſum ſcientificum ſine euidentia formæ: item de eadem ſumpta formaliter, quatenus ſcilicet ei præſtatur aſſenſus vi formæ ſyllogiſticæ; non enim negatur concluſionem deductam ex vtraque præmiſſa de Fide, terminare poſſe aſſenſum Fidei, ſi ſumatur ſecundùm ſe præcisè diſcurſu materialiter ſolùm, vel explicatiuè non motiuè ſe habente. Probatur, inquam, Prima pars: Concluſio euidenter deducta, ex vtraque præmiſſa de Fide formaliter, vt deducta per diſcurſum, neque eſt de Fide, neque ſpectat ad aliquam ſcientiam purè naturalé; ſed mediat quodammodo inter Fidem, & ſcientias purè naturales; quatenùs eius certitudo, eſt minor certitudine Fidei, maior certitudine Scientiarum Naturalium: Ergo eſt Theologica. Conſequentia patet, tum quia non apparet ad quemnam alium habitum reduci poſſit; tum quia Theologia mediat inter Fidem cum qua conuenit in obſcuritate, & ſcientias purè naturales, cum quibus conuenit in euidentia formæ. Antecedens quoad primam partem ſupponitur ex proprijs quæſtionibus, vbi probabitur Fidem eſſe non poſſe diſcurſiuam: Quoad ſecundam probatur; quia nulla ſcientia purè naturalis habet præmiſſas aut Supernatura- 35.

Concluſio euidenter deducta ex vtraque præmiſſa de Fide formaliter ſumpta Theologica eſt.

les, aut ineuidentes, eiuſmodi ſunt præmiſſæ de Fide. Confirmatur ex Diuo Thoma 1. *part. quæſt.1. art.7. in C.* vbi de Theologia ait: *Quod etiam manifeſtum fit ex principiis huius ſcientiæ, quæ ſunt articuli Fidei. Item art.8. in Corp.* de eadem ait: *Hæc doctrina non argumentatur ad ſua principia probanda, quæ ſunt articuli Fidei.*

36. Probatur ſecunda pars, quæ pariter procedit de concluſione vt deducta euidenter, & ſumpta formaliter, ſæpiſſimè enim etiam concluſio deducta ex vnica tantum præmiſſa de Fide materialiter accepta de Fide eſt; quoties ſcilicet in præmiſſa reuelata, ex qua deducitur, continetur vel tanquam particulare in vniuerſali; vel tanquam pars in toto, vel tanquam proprietas in ſubiecto, ſeu eſſentia, vt explicabitur ſuo loco. Probatur inquam ſecunda pars: Concluſio deducta euidenter ex vnica præmiſſa de Fide, altera naturaliter euidenti, formaliter vt deducta, eſt concluſio Theologica. Ergo vt concluſio ſit propriè Theologica non requirit vtramque præmiſſam de Fide. Antecedens probatur, tum quia talis concluſio neque de Fide eſt, neque ſpectat ad aliquam ſcientiam purè naturalem, vt ſuadetur proportionaliter ex ſuperiori probatione; tum quia concluſio, vt ſit Theologica, non eſt neceſſe, quod motiuum ipſius totale ſit diuinum, alioqui nulla concluſio eſſet Theologica; quia in qualibet concluſione formaliter accepta diſcurſus ipſe naturalis, ſeu forma ſyllogiſtica eſt motiuũ partiale aſſentiendi: Ergo ſufficit quod ſit diuinũ, & inuoluens diuinam reuelationem motiuum partiale: Ergo ſufficit quod ſit de Fide vnica præmiſſa. Confirmatur ex D. Thom. 2. *contra Gent. cap.4.* dicente: *Interdum ex principiis Philoſophiæ humanæ Sapientia diuina procedit.* Et certè Theologicis demonſtrationibus ſæpiſſimè adhibere præmiſſam aliquam ſolo naturæ lumine notam leuiter vtcumque in Theologia verſatis ſatis, ſuperque perſpicuum eſt.

Concluſio euidenter deducta ex vna præmiſſa de Fide, altera naturaliter euidenti eſt formaliter Theologica.

37. Addunt hîc nonnulli eſſe propriè Theologicam concluſionem, vt per diſcurſum deductam, etiamſi Deus reuelet non ſolùm, aut vnam, aut vtramque præmiſſam, ſed ſimul cum vtraque præmiſſa reuelet bonum eſſe diſcurſum, & legitimam conſequentiam, ſeu illationem; adhuc enim in dato caſu præſtatur aſſenſus concluſioni, ex vi diſcurſus, & deductionis ſyllogiſticæ, non ex vi reuelationis, & aliud eſt aſſentire concluſioni ex vi reuelationis, ſeu quia reuelata eſt; aliud aſſentire eidem ex vi diſcurſus reuelati, ſeu quia reuelata eſt deductio, & vna, vel vtraque præmiſſa, ex qua facta eſt deductio. Primum requiritur ad aſſenſum Fidei, cuius motiuum debet eſſe reuelatio immediata; Secundùm conſtituit aſſenſum Theologicum, cuius motiuum eſt reuelatio mediata, applicata ſcilicet mediante diſcurſu, tanquam motiuo partiali aſſentiendi. Hinc patet obiter nihil concludere rationem ſuprà allatam ex *Tannero* ad probandum intellectum aſſentiri aſſenſu Fidei concluſioni,

Concluſio reſpectu cuius non ſolùm reuelatur vtraque præmiſſa, ſed etiam bonitas conſequentiæ adhuc eſt Theologica.

Motiuum Fidei eſt reuelatio immediata, Theologiæ mediata.

vt formaliter deductæ ex vna præmiſſa reuelata, altera naturaliter euidenti: dato enim genio intellectus ad aſſentiendum, quàm certiſſimè poteſt; falſum eſt poſſe aſſentiri certitudine Fidei concluſioni vt deductæ, quia in concluſione vt deducta non relucet motiuum Fidei, ſcilicet reuelatio immediata: Falſum inſuper eſt (ex quo vniuerſaliùs impugnatur *Tanneri* doctrina) poſſe aſſentiri Concluſioni, vt deductæ certitudine æquali præmiſſæ certiori; ſic enim aſſentiretur certitudine maiori, quàm ſit certitudo vtriuſque præmiſſæ; quod repugnare probat Arriaga 1. *part. diſp.1. ſect.7. ſubſect.2. num.72.* ex eo, quia vis ſyllogiſtica ex qua oritur aſſenſus concluſionis, pendet à connexione duorum extremorum cum medio, adeoque non poteſt eſſe maior, quàm ſit ipſa connexio vtriuſque extremi cum medio. Quamvis igitur vnum extremum cum medio connectatur firmiſſimè, eo quòd vna præmiſſa habeat certitudinem maximam, ſcilicet Fidei; ſi tamen aliud extremum minùs firmè connectatur, eo quòd alia præmiſſa habeat minorem certitudinem, ſcilicet ſolùm naturalem; connexio vtriuſque extremi cum medio non poteſt eſſe firmiſſima, nec aſſenſus Concluſionis maximæ certitudinis, ſcilicet Fidei, quamvis intellectus habeat genium aſſentiendi maxima, qua poteſt, certitudine: ſicuti duo aſseres medio glutine connexi non poſsunt eſse inter ſe magis inſeparabiles, quàm ſit inſeparabilis quilibet à glutine connectente; & ſi vnus firmiùs altero, glutini hæreat, non propterea, vnus habet tantam inſeparabilitatem ab altero, quantam à glutine; ſed ſolùm tantam, quantam habet à glutine vterque, etſi quilibet haberet genium hærendi alteri maiori firmitate, qua poteſt.

Dato quod Intellectus habeat genium aſſentiendi maiori certitudine qua poteſt, nequit præbere aſſenſum Fidei concluſioni deductæ ex vna præmiſſa naturali.

Assertvm II. Concluſio deducta ex duplici præmiſsa, quarum neutra nec proximè, nec remotè de Fide ſit, non poteſt eſſe Theologica; nomine propoſitionis, ſeu præmiſſæ, quæ remotè de Fide ſit, intelligo in præſenti illam, quæ euidenter deducta ſit ex aliquo principio Fidei, & quæ remotè contineat non tanquam puram conditionem, ſed tanquam motiuum aſsentiendi diuinæ reuelationi. Ita Hertuex *quæſt.3. prologi, num.19.* Dominicus à Sanctiſſima Trinitat. *lib.2. Bibliotheca Theologica, ſect.3. cap.5.* aliique communiter. 38.

Concluſio deducta per diſcurſum, in quo nulla ſit præmiſſa de Fide nec etiã remotè, non poteſt eſſe Theologica.

Probatur: Concluſio deducta per diſcurſum, in quo non ſit aliqua præmiſſa aut proximè, aut remotè de Fide, nullatenùs procedit ſub proprio motiuo, & obiecto formali Theologiæ: Ergo non poteſt eſſe Theologica. Conſequentia patet: quia obiectum formale, & motiuum eſt ſpecificatiuum, conſtitutiuum, & diſtinctiuum. Antecedens probatur: Motiuum proprium, & obiectum formale Theologiæ eſt reuelatio mediata: Ergo Concluſio deducta per diſcurſum in quo, &c. Quod autem ſufficiat præmiſſa, quæ ſit remotè de Fide, ſit ſcilicet euidenter deducta ex aliquo principio Fidei immediatè reuelato; Probatur tum ex

eo,

eo, quia talis propoſitio quamvis certiſſima, eſt in ſe ineuidens, eſt quippe concluſio Theologica deducta ex principio ſecundùm ſe ineuidenti: Ergo inſeruire nequit alij ſcientiæ præterquam Theologiæ; tum ex eo quia ſicut concluſio ſcientifica poteſt eſſe præmiſſa vlterioris concluſionis ſcientificæ; ita non eſt cur Concluſio Theologica, qualis eſt propoſitio remotè de Fide, nequeat eſſe præmiſſa vlterioris concluſionis Theologicæ; & ſicuti aliæ ſcientiæ non requirunt ſemper pro præmiſſis principia per ſe immediatè nota, ita nec debet Theologia ſemper requirere principia per ſe immediatè reuelata.

Concluſio Theologica poteſt eſſe præmiſſa reſpectu alterius concluſionis Theologicæ.

§. VIII.

Vtrùm [illegible] Theologica Concluſio, deducta ex vna præmiſſa de Fide, altera probabili?

39. Assertum: Concluſio deducta ex vna præmiſſa de Fide, altera probabili non eſt propriè, & perfectè Theologica. Hoc aſſertum vocat communem Theologorum ſententiam Dominicus à Sanctiſſima Trinitat. *lib.2. Biblithec. Theolog. ſect.3. cap.6.* Et Faſolus *initio 1. par. dub.6. numer.34.* acriter inuehitur contra id negantes, quorum aliqui volunt eſſe propriè Theologicam huiuſmodi concluſionem, eo quòd Theologiam exiſtimant eſſe habitum opinatiuum, & concluſionem Theologicam eſſe opinionem. Ita Durandus *quæſt. 1. num. 14.* Alij concedunt quidem concluſionem Theologicam debere eſſe certam; ſed exiſtimant poſſe eſſe talem, etiamſi deducatur ex vna præmiſſa probabili. Ita De Quiros 1. *part. quæſt.1. art.2. n.43.* & fuſiùs *tota diſputatione tertia.* Dixi perfectè, & propriè; nam imperfectè, & reductiuè omnis diſcurſus, qui reuelationi aliqualiter innititur, & aliquam continet præmiſſam reuelatam Theologicus eſt, quamvis in re concluſio deducta; ſit potiùs opinatiua, quàm ſcientifica; & quia in Theologia plures ſunt huiuſmodi diſcurſus, non omninò damnandus eſt *Durandus*, ſi comparatioè ad huiuſmodi diſcurſus vocet Theologiam habitum opinatiuum. Nihilominus Theologia rationabiliùs denominatur à parte nobiliori, ſecundùm quam certa eſt; & diſcurſus opinatiui perfectè, & propriè ſpectant ad doctrinam ſacram potiùs, quàm ad Theologiam; licèt ad hanc reducantur, ſicuti diſcurſus opinatiui Phyſici, exerciti ſcilicet in materia Phyſica ad Phyſicam, diſcurſus opinatiui Metaphyſici ad Metapyſicam reducuntur.

Concluſio deducta ex vna præmiſſa de Fide, altera probabili, non eſt Theologica propriè, ſed tantùm reductiuè.

40. Probatur: Concluſio propriè, & perfectè Theologica debet eſſe ſcientifica, vel ſaltem certa; ſed non poteſt eſſe talis concluſio deducta ex vna præmiſſa de Fide, altera probabili: Ergo. Maior patet, quia iuxta noſtrum aſſertum *ſuprà* poſitum, §.4. Theologia eſt verè, & propriè ſcientia, vel ſaltem iuxta aliorum ſententiam à Scientiarum choro non excluditur defectu certitudinis, ſed ſolùm defectu euidentiæ, adeoque eſt ſaltem habitus certus. Minor probatur: Concluſio non poteſt certior vllâ præmiſſâ: Ergo in diſcurſu, in quo eſt vna præmiſſa probabilis, & incerta, non poteſt eſſe certa concluſio: Ergo, Concluſio deducta ex vna præmiſſa de Fide, altera &c. Antecedens probatur, tum quia vt communiter dicitur; concluſio ſequitur debiliorem partem, & ſicuti ex hoc capite concluſio non poteſt eſſe euidens, quando vna præmiſſa eſt ineuidens, & obſcura, Ita concluſio non poteſt eſſe certa, quando vna præmiſſa eſt incerta, & probabilis; tum quia certitudo, & firmitas concluſionis oritur ex connexione medij, non cum vnico, ſed cum vtroque extremo; adeòque ſi ex parte vnius extremi in vna ſcilicet præmiſſa connexio incerta ſit, & vacillet, neceſſe eſt quod incerta etiam ſit, & vacillet concluſio, vt confirmari poteſt ex poſitis, *in §. ſuperiori, ante ſecundum aſſertum.*

Concluſio euidens ex vna præmiſſa ineuidenti, certa ex vna præmiſſa probabili ſequi non poteſt.

Dices ea De Quiros 1. *par. diſp.3. ſect.3. num.* 16. non poſſe eſſe concluſionem certiorem vllâ præmiſſâ; item concluſionem ſequi debiliorem partem quoad certitudinem ſumptam præciſè vi obiecti, aliundè tamen vi principij poſſe quoad certitudinem concluſionem creſcere ſupra præmiſſam; quod probat, ex eo quod ſtat ſimul obiectum proponi debiliter, & eſſe ſecundùm ſe ex modo proponendi ſolùm probabile, & obnoxium falſitati; Nihilominus ob excellentiam principij, & habitus concurrentis elici actum omninò certum, & firmiſſimum: Sic diuina reuelatio reſpectu actus Fidei obſcurè ſolùm apparet, & quoad modum proponendi non excedit probabilitatem Metaphyſicam: Propoſitio enim Eccleſiæ inducit euidentiam ſolùm moralem, deinde inducit euidentiam credibilitatis ſolùm, non veritatis; & tamen actus Fidei ex motiuo reuelationis elicitus ob excellentiam principij, & habitus infuſi concurrentis, omninò firmiſſimus eſt, maximæque certitudinis Metaphyſicæ: Cur igitur etiam concluſio Theologica ob excellentiam principij, habitus ſcilicet Theologiæ, non poterit eſſe certa, & firma, etiamſi obiectum in præmiſſis ſit ſolùm probabiliter propoſitum? Sed contrà inſtantia in multis deficit: Primò malè ſupponit habitum Theologiæ eſſe Supernaturalem, & infuſum; adeò vt æmulari poſſit, & imitari excellentiam habitus Fidei: Secundò ſi paritas, & probatio aliqualiter ſubſiſtit, ſolùm procedit de concluſione materialiter, & ſpecificatiuè ſumpta, qua ratione non negatur poſſe concluſionem eſſe certiorem aliquâ præmiſſâ: Concluſio enim deducta ex vna præmiſſa de Fide, alterâ euidenti, aut etiam ſolùm probabili materialiter, & ſpecificatiuè ſumpta, aliquando de Fide eſt, quod autem inſtantis procedat de concluſione materialiter, & ſpecificatiuè ſumpta, euincitur ex eo quòd 41.

Circa obiectum probabiliter ſolùm propoſitum poteſt aliquando ob excellentiam principij elici actus omninò certus.

Habitus Theologicæ non eſt Supernaturalis.

procedit de concluſione comparata non ad diſcurſum, ſed ad habitum omninò independentem à diſcurſu vtpotè infuſum. Tertiò ſicuti reuelationi obſcurè propoſitæ non præſtatur aſſenſus firmiſſimus niſi ſuppoſito iudicio euidentis credibilitatis, & pio affectu voluntatis imperantis talem firmitatem; ita ad præſtandum certum aſſenſum concluſioni deductæ ex præmiſſa probabili, ſimile iudicium, & ſimilis pius affectus prærequireretur, quod inauditum eſt. Quartò *De Quiros* aſſerens ſupernaturalem concluſionem Theologicam nimis derogat perfectioni ſupernaturalitatis; dum concedit ipſam oriri poſſe ex præmiſſa probabili.

42. Ex his habetur à fortiori, non poſſe concluſionem Theologicam deduci ex vnâ præmiſſâ Fidei, altera falsâ: ſeu concluſionem ita deductam eſſe non poſſe Theologicam; quod maximè concedendum eſt ab iis, qui aſſerunt concluſiones Theologicas eſſe Supernaturales. Vnde de Quiros 1. *part. qu.* 1. *art.* 2. *num.* 45. meritò reprobat Lugum, qui *diſp.* 4. *de Fide* §. 103. inclinat in ſupernaturalitatem concluſionis deductæ ex vnâ præmiſſâ Fidei, alterâ falsâ. Neque aliquid refertet, quòd talis præmiſſa falſa prudenter, & bona fide exiſtimaretur vera. Non referret, inquam; quia veritas deſumitur ab eo quod res eſt, vel non eſt; non ab eo quod res putatur, vel non putatur; & ſicuti reuelatio putata diuina, quæ in re diuina non ſit, non eſt ſufficiens obiectum motiuum ad eliciendum actum Fidei diuinæ: Ita præmiſſa putata vera, quæ in re vera non ſit, non eſt ſufficiens motiuum ad deducendum actum concluſionis veræ. Concluſio igitur Theologica non poteſt eſſe niſi ex præmiſſis, quæ ſint quales putantur, ſint ſcilicet in re reuelatæ, quæ reuelatæ putantur; ſint in re veræ, quæ veræ putantur: alioqui erit Concluſio Theologica ſolùm putata, ſi aliqua ipſius præmiſſa ſit ſolùm putata vera, aut vtraque ſolùm putata reuelata.

Concluſio Theologica non poteſt deduci, ex præmiſſa falsâ, putatâ verâ, nec poteſt eſſe niſi ex præmiſſis, quæ ſint quales putantur.

§. IX.

Vtrùm principia Fidei, vt concurrant ad concluſionem Theologicam, neceſſariò debeant eſſe credita Fide diuina?

43. ASSERTVM: Principia Fidei, vt concurrant ad concluſionem Theologicam, neceſſariò debent eſſe credita Fide diuina. Ita Amicus 1. *part. diſp.* 1. *ſect.* 3. Valentia *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 5. §. 2. Ioan. à S. Thom. *quæſt.* 1 *diſp.* 2. *art.* 2. aliique communiter contra Vaſquez 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 9. docentem ſufficere, quòd huiuſmodi principia ſint credita fide humana.

Probatur primò ex Diuo Thoma 1. *par. quæſt.* 1. *artic.* 5. *in C.* vbi comparans Theologiam ad alias ſcientias ait: *Aliæ ſcientiæ certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanæ, quæ poteſt errare; hæc autem certitudinem habet ex lumine diuinæ ſcientiæ, quæ decipi non poteſt.* Ex quibus verbis ſic arguo: Si principia Fidei concurrentia ad concluſionem Theologicam non crederentur Fide diuina, Theologia ſeu Concluſio Theologica non haberet certitudinem ex lumine diuinæ ſcientiæ; quia lumen diuinæ ſcientiæ ad concluſionem Theologicam non concurrit, niſi mediante lumine Fidei, nec hoc concurrit, niſi cauſando aſſenſum principiorum: Ergo principia Fidei, vt concurrant ad concluſionem Theologicam, neceſſariò debent, &c.

Principia Fidei, vt concurrant ad concluſionem Theologicam, debent eſſe credita Fide diuina.

Probatur ſecundò: Principia Fidei nec vt cognita cognitione euidenti naturali, nec vt credita fide humana poſſunt concurrere ad concluſionem Theologicam: Ergo vt concurrant neceſſariò debent eſſe credita Fide diuina. Probatur Antecedens quoad primam partem: Concluſio Theologica debet eſſe ineuidens, & diſcurſus Theologicus debet habere ratione ſui ſolam euidentiam formæ; per hoc enim maximè ſecernitur Theologia ab aliis ſcientiis naturalibus; ſed ſi procederet ex principiis Fidei cognitis cognitione euidenti naturali, haberet omnimodam euidentiam, & impertinenter ſe haberet Fidei obſcuritas & ineuidentia, ſi eius principia non vt cognita cognitione obſcura per Fidem; ſed vt cognita cognitione clara per euidentiam naturalem, concurrerent. Probatur Antecedens quoad ſecundam partem: Concluſio Theologica debet eſſe certa, & diſcurſus Theologicus, vtporè ſcientificus debet excludere omnem formidinem; ſed ſi procederet ex principiis creditis fide humana, non eſſet huiuſmodi: Ergo. Minor probatur: Principia credita fide humana, non poſſunt mouere ad aſſenſum firmiorem ipſa fide humana; principia enim mouent ad aſſenſum vt cognita, & per conſequens ea firmitate, qua cognoſcuntur. Et ſicuti principia per ſe nota, niſi ſint nota nobis, nequeunt ducere in notitiam alterius; ita principia per ſe certa, niſi ſint certa nobis, nequeunt ducere in notitiam certam ſed fides humana non excludit omnem formidinem, nec poteſt inducere aſſenſum niſi opinatiuum: Ergo. 44.

Nec ſufficit eſſe cognita, aut cognitione euidenti naturali, aut fide humana.

Dices ex primo capite hinc ſequi, Prophetam habentem euidentiam Myſteriorum Fidei in atteſtante, non poſſe formare diſcurſus Theologicos; vnde ex tali euidentia detrimentum quodammodo pateretur: Ex ſecundo capite ſequi, hæreticum carentem Fide diuina, non poſſe pariter tales diſcurſus formare & Theologizare; quod videtur tum contra experientiam, qua Fidelis in infidelitatem lapſus Theologizat eodem modo, quo antea; tum contra rationem, quia non apparet cur propter infidelitatem, quæ Fidei, non Theologiæ opponitur, amitti debeat Theologiæ habitus. Sed contra dico ad primum, habentem euidentiam Myſteriorum Fidei, ſeu reuelationis diuinæ in atteſtante ex vi talis cognitionis, præciſè non 45.

Habens euidentiam reuelationis poteſt for-

poſſe

mare diſcurſus Theologicos ex vi eiuſdem reuelationis, aliundè obſcurè cognitæ,

poſſe formare diſcurſus Theologicos, non tamen detrimentum aliquod pati; quia poteſt aliundè habere notitiam obſcuram reuelationis, credere Fide diuinâ, & Theologizare: Deinde impedimentum Theologizandi ortum ex perfectione, non ex imperfectione cognitionis ad emolumentum, non ad detrimentum debet computari; alioqui viſio Fidem, & Theologiam excludens Beatum redderet deterioris conditionis. Dico ad ſecundum, Hæreticum verè diſcurſus Theologicos formare non poſſe; neque id contra experientiam eſt; apparenter enim ſolùm, & ſimilitudinariè Theologizat eodem modo, quo antea; apparenter ſcilicet ſolùm habet certitudinem propter adhæſionem pertinacem ad propriam ſententiam, in re verò non Theologizat, quia habet aſſenſum opinatiuum ex motiuo Fidei humanæ, & cum formidine, licèt hanc ipſe non ſentiat, imò putet ſe Fide diuina, & ſine formidine, non fide humana, & cum formidine credere. Multò minùs id eſt contra rationem; quia infidelitas, licèt Theologiæ non opponatur immediatè, & formaliter; opponitur mediatè, & cauſaliter; quatenùs remouet ipſius principia, & impedit actus, remotis autem principiis alicuius ſcientiæ, remouetur ſcientia, quæ ab illis dependet, & impeditis actibus deſtituitur habitus ad tales actus inclinans. Amittens igitur ob infidelitatem habitum Fidei, amittit ex conſequenti, inſenſibiliter tamen habitum Theologiæ formaliter acceptum, prout ſcilicet inclinat ad concluſiones ſcientificas, & actus omninò certos. Cæterùm materialiter Theologiæ habitus, ſicuti perſeuerat ſimul cum viſione in Patria, & ſine Fide; ita perſeuerat cùm infidelitate, & ſine Fide in hæretico, magis tamen materialiter, & magis impropriè, quàm in Beato; quia in hæretico ſpecies concluſionum Theologicarum conſtituentes materialiter habitum Theologiæ, facilè declinant in habitum opinatiuum, ſi hæreticus ipſis vtatur ad eliciendas concluſiones, quæ licèt ab ipſo putentur Theologicæ, ſicuti antè hæreſim, in re tamen ſunt opinatiuæ, & ex motiuo Fidei humanæ. Eadem facilitate, quâ huiuſmodi ſpecies declinant in habitum opinatiuum hæretico, perſiſtente in infidelitate, reſurgunt in verum habitum Theologicum, hæretico ab infidelitate reſipiſcente & reuertente ad Fidem; eò ipſo enim recuperant aptitudinem inclinandi ad concluſiones verè Theologicas eliciendas ex principiis Fidei. Vbi aduerte obiter eos qui collocant Theologiæ habitum in ſimplici qualitate diſtincta à ſpeciebus, difficiliùs explicare quomodo ſtatim amittatur ab amittente Fidem, ſtatim recuperetur à recuperante Fidem. Nec improbabiliter iuxta talem ſententiam Herinex *quæſt. 3. prologi, num. 23.* docet Theologiæ habitum, quamuis nequeat ſine Fide acquiri, poſſe ſine Fide conſeruari, nec amitti à labente in hæreſim.

Hereticus ſimilitudinariè ſolùm, & apparenter Theologizare poteſt.

Infidelitas opponitur Theologiæ mediatè, & cauſaliter.

Species Theologicæ in hæretico declinant in habitū opinatiuum.

46.

47. Ex his habes Theologiam noſtram formaliter, & propriè, nec in Beatis, nec in damnatis permanere, quia in neutris permanet Fides; in animabus Purgatorij ſicuti Fides non deficit; ita non eſt, cur Theologia deficiat. In ſtatu viæ ſemel acquiſita per nullum peccatum expellitur, præterquam per peccatum infidelitatis expulſiuum Fidei. Independenter à Fide nec acquiritur, nec exercetur; & licèt quando Theologizamus, nec ſemper recordemur Fidei infuſæ, nec ſemper eliciamus Fidei infuſæ actum, adhuc Theologizamus dependenter à Fide infuſa; quia Theologizamus dependenter à certitudine, ſeu adhæſione relicta, ex actibus infuſæ Fidei, vt colligitur ex eo quod parati ſumus reducere noſtros diſcurſus Theologicos ad principia reuelata, vt Fide infuſâ credita.

Theologia noſtra, nec in Beatis, nec in damnatis permanet, benè tamen in animabus Purgatorij.

CAPVT II.

De Theologiæ Perfectione, Vtilitate, Neceſſitate.

THEOLOGIÆ perfectio perfectè innoteſcet, ſi ad alias ſcientias comparetur explicando; quomodo alijs omnibus ſcientiis naturalibus, & habitibus acquiſitis perfectior ſit; ſpecialiter verò, vtrùm omnes excedat quoad modum procedendi, adeò vt ipſa per altiſſimas cauſas abſolutè procedat, & ſimpliciter ſapientia ſit? Vtrùm omnes excedat quoad certitudinem, adeò vt omnibus certior ſit? Vtrùm omnes excedat quoad ordinem, adeò vt ipſa ſuperioris ordinis, & ſupernaturalis in ſubſtantia ſit? Afferet deinde Theologicæ perfectioni incrementum explicatio vtilitatis, & neceſſitatis; quæ vtraque prærogatiua nota excellentiæ eſt, & argumentum perfectionis.

---

§. I.

Vtrùm Theologia tantam importet perfectionem, vt ſimpliciter Sapientia ſit?

ASSERTVM: Theologia ſimpliciter Sapientia eſt, dummodo nomine Sapiētiæ non intelligatur donum Spiritus Sancti, quod eſt Sapientia infuſa; ſed virtus intellectus, quæ eſt Sapientia acquiſita. Ita D. Th. *1. par. q. 1. ar. 6.* Scot. *q. 3. prologi, §. ex dictis patet,* Thomiſtæ Scotiſtæ, & omnes ferè recentiores, contra Durandum *quæſt. 1. prologi, num. 54. & 55.* 1.

Theologia eſt ſimpliciter Sapiētia, ſumpta pro virtute.

Dixi *ſimpliciter*, pro quo aduerte Sapientiam ſumptam pro virtute modo mox explicando, aliam eſſe talem ſolùm in aliquo determinato genere, aliam eſſe talem ſimpliciter, & abſolutè; cum enim Sapientia procedat per altiſſimas cauſas, eo quod ſapientis ſit ordinare, ac iudicare; & iudicium habeatur per altiorem cauſam de inferioribus,

Sapientia alia eſt talis in aliquo ge-

nere, alia eſt talis ſimpliciter.

tioribus. Sicuti datur cauſa altiſſima in aliquo determinato genere, & cauſa altiſſima ſimpliciter: Ita datur Sapientia in aliquo determinato genere, & Sapientia ſimpliciter. Sic v.g. Artifex diſponens formam Domus, reſpectu inferiorum Artificum dolantium ligna, vel parantium lapides, dicitur habere Sapientiam, ſeu eſſe ſapiens in genere Ædificij: iuxta illud 1. Cor. 3. *Vt Sapiens Architector fundamentum poſui.* Qui verò conſiderat cauſam ſimpliciter altiſſimam totius Vniuerſi, quæ Deus eſt, dicitur ſapiens ſimpliciter, vndè & Sapientia dicitur eſſe diuinorum cognitio, ex Auguſt. *tom. 3 lib. 12. de Trinit. circa finem.*

Sapientia alia eſt Donum Spiritus Sancti, alia eſt virtus intellectus.

2. Dixi *dummodo nomine Sapientiæ*, &c. pro quo aduerte ex Diuo Thom. 1. *part. qu. 1. art. 6. ad 3. & 2. 2. quæſt. 45. art. 2. in C.* ſecundum duplicem modum rectè iudicandi habere duplicem Sapientiam; alteram, quæ donum eſt Spiritus Sancti; alteram, quæ eſt virtus intellectus; quatenùs enim rectum iudicium habetur ex quadam connaturalitate, & inclinatione ad res, de quibus iudicatur, quomodo habens, v.g. habitum Caſtitatis, & inclinationem ad ipſam, rectè iudicat de iis, quæ ad Caſtitatem pertinent (Vndè ait Ariſtoteles 10. *Ethic. cap. 5.* quod virtuoſus eſt menſura, & regula actuum humanorum) conſurgit Sapientia, quæ eſt donum Spiritus Sancti ſecundum *illud* 1. *Cor. 2. ſpiritualis homo iudicat omnia.* Et D. Dionyſ. *cap. 2. de diu. nom.* Ierotheus, *doctus eſt non ſolùm diſcens, ſed & patiens diuina.* Quatenus verò rectum iudicium habetur ex perfecto vſu rationis, & ex rectitudine cognitionis; quomodo inſtructus in Scientia morali, v.g. rectè iudicat de actibus moralibus, conſurgit Sapientia, quæ eſt virtus intellectus, & huic ſignificationi congruit ipſa nominis etymologia, ſecundùm quam Sapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia, & iure merito; quia vt docet Philoſophus *lib. 1. de partib. animalium, cap. 8. plus ſapit & delectat notitia exigua rerum ſublimium, de quibus eſt Sapientia, quàm comprehenſio viliorum, de quibus eſt communis ſcientia;* Proptereà etiam Sapientia à Scientia diſtinguitur, non tanquam habitus oppoſitus, ſed tanquam habitus perfectior, & quaſi ſapidior; vt rectè docet Angelicus *ſuper Boetium, de Trinit. quæſt. 2.* illis verbis: *Sapientia non diuiditur contra ſcientiam ſicut oppoſitum, ſed ſicut perfectiſſima ſpecies ab aliis.* Et in primo, diſt. 35. quæſt. 1. art. 1. ad 3. *Omnis Sapientia Scientia eſt, ſed non conuertitur, quia illa ſola Scientia Sapientia eſt, quæ cauſas altiſſimas conſiderat, per quas ordinantur, & cognoſcuntur omnia ſequentia:* Sic explicatum Aſſertum.

Sapientia dicitur, quaſi ſapida ſcientia. Scientiæ non opponitur, ſed includit tanquam ſpecies perfectior.

3. Probatur primò: Ex Scriptura, Eccleſ. 39. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret Sapiens, & in Prophetis vacabit.* 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos, Sapientiam verò non huius ſeculi, ſed loquimur Dei Sapientiam in Myſterio:* vbi ly, *& in Prophetis vacabit;* Dei Sapientiam in Myſterio, ſuadét allata loca procedere de Theologia, cui proprium eſt Scripturis Prophetarum inniti, & diuina Myſteria elucidare. Fauent etiam verba 1. Cor. 12. *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo Sapientiæ* (circa Deum, & diuina) *alij autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum* (circa creata relata ad Deum) vt expendit Auguſtinus *l. 13. de Trinit. cap. 1. & lib. 14. cap. 2.*

Probatur ſecundò ratione: Sapientia ſimpliciter, vt virtus intellectus eſt, illa eſt, quæ conſiderat cauſam ſimpliciter altiſſimam totius Vniuerſi, & ex rectitudine cognitionis alias omnes Scientias inferiores ordinat, & iudicat; ſed Theologia eſt huiuſmodi: ergo. Maior patet ex præanimaduerſis; Minor probatur: Theologia conſiderat Deum tum ſecundùm ſe, tum ſecundùm quod eſt cauſa efficiens, & finalis rerum omnium: Ergo conſiderat cauſam ſimpliciter altiſſimam: Aliæ ſcientiæ ipſi ancillantur iuxta illud *Prou. 9.* quod Theologiæ accommodat Diuus Thomas 1. *part. quæſt 1. art. 5. in argumento; ſed contra: miſit ancillas ſuas vocare ad arcem:* Ergo omnes ſcientias tanquam inferiores ordinat, & iudicat. Quod magis probatur ex eo quòd Theologia Scientias omnes corrigit, & ſcientias omnes quodammodo continet. Primum traditur à D. Thoma 1. *part. quæſt. 1. artic. 6. ad 2. Quidquid in alijs Scientijs inuenitur, veritati huius Scientiæ repugnans, totum condemnatur vt falſum. Vnde dicitur* 2. Corinth. 10. *Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus Scientiam Dei.* Secundùm traditur ab Auguſtino *Epiſt. 3. ad Voluſianum:* Vbi loquens de Scientia diuinarum Scripturarum ait: *Hic eſt Philoſophia; quoniam rerum naturalium cauſa in Deo ſunt. Hic Ethica; quia vita beata, & honeſta non aliunde ſumitur, quàm cum ea, quæ ſunt diligenda, diliguntur, vt diligenda ſunt, quod docet hæc Scientia: Hic Logica, quia veritas, lumenque naturæ rationalis, Deus eſt.*

Theologia ſcientias omnes naturales corrigit, & continet.

4. Dices ex *Durando* non ſufficere ad Sapientiam, quod conſideret altiſſimam cauſam, niſi etiam procedat ex motiuo altiſſimo, cum Scientiæ dignitas magis penſanda ſit ex obiecto motiuo, quàm ex terminatiuo. Theologia autem non procedit ex motiuo altiſſimo, cum procedat ex reuelatione, quæ vtpotè motiuum obſcurum videtur motiuum valdè imperfectum. Rursùs Theologia non corrigit alias ſcientias; quia cum ad Theologicum diſcurſum ſæpiſſimè concurrat altera præmiſſa naturalis, plura principia aliarum Scientiarum Naturalium ſunt etiam principia Theologiæ, & de iſtis nequit Theologia iudicare, aut ipſa corrigere; quia nulla ſcientia iudicat de ſuis principiis, aut ipſa corrigit. Tandem non continet alias ſcientias, cum non habeat euidentiam, quæ eſt præcipua perfectio aliarum Scientiarum. Sed contra dico ad primum: Theologiam ſufficienter procedere ex motiuo altiſſimo; tum quia altitudo, & perfectio motiui ſcientiæ penſanda eſt ex certitudine, non ex euidentia; cum certitudo non euidentia ſit ratio principaliùs conſti-

totiua

Digitized by Google

tatiua ſcientiæ ex *capite ſuperiori*, §. 4. *circa finem*; tum quia dum innititur diuinæ reuelationi, innititur pariter veritati reuelanti, quæ cum ſit Deus ipſe, vtique eſt motiuum altiſſimum. Ad ſecundum dico Theologiam non vti principiis aliarum Scientiarum tanquam propriis; ſed tanquam alienis, non tanquam principaliter, ſed tanquam miniſterialiter inſeruientibus ex *cap. ſuperiori*, §. 6. *in probatione ſecundi aſſerti*; ideò poſſe iudicare, & corrigere principia aliarum Scientiarum abſque eo, quod corrigat principia propria. Ad tertium iuxta præindicata dico certitudinem, non euidentiam, eſſe potiſſimam ſcientiæ perfectionem, & in Theologia per exceſſum certitudinis ſufficienter, imò ſuperabundanter compenſari aliqualem defectum euidentiæ; ideò ex hoc capite nihil obeſſe, quia Theologia alias ſcientias contineat, & tanquam regula certior, ac ſuperior dirigat.

Theologia non ſolum eſt certa, ſed etiam eſt ex cauſa altiſſima.

Theologia non vtitur principiis aliarũ Scientiarum tanquam propriis.

5. Probatur tertiò: Theologia ſimpliciter, & perfectiſſimo modo habet omnes conditiones ad ſapientiam requiſitas *ex Ariſtotele* 1. *Metaphyſica*, aliiſque communiter: Ergo Theologia ſimpliciter, & perfectiſſimè ſapientia eſt. Probatur Antecedens: Huiuſmodi conditiones quinque ſunt. Prima eſt quòd ſit circa omnia, omnia aliquo modo attingendo. Secunda: Quod ſit circa difficilia, & remota à ſenſibus. Tertia, quod procedat ex certiſſimis, & altiſſimis cauſis. Quarta, quod ſit gratiâ ſui. Quinta, quod alias ſcientias dirigat, & iudicet, non ab aliis dirigatur, & iudicetur: ſed Theologia ſimpliciter, & perfectiſſimo modo habet huiuſmodi conditiones: Ergo. Minor quoad tertiam, & quintam conditionem habetur ex prædictis, quoad ſecundam ſatis patet experientia. Quoad primam facilè ſuadetur, tum ex obiecto materiali, in quo omnia continentur, ad quod omnia ordinantur tum ex obiecto formali, ſub quo poſſunt omnia cadere, cum nihil ſit quod à Deo reuelari abſolutè repugnet. Quoad quartam probatur, ex eo quod Theologia eſt maximè per ſe expetibilis, habetque obiectum maximè abſolutum, & independens. Nec refert quod Theologia ex *capite ſuperiori*, §. 5. ſit partialiter practica, ſcientia autem practica ſit gratiâ operis, non gratiâ ſui. Non refert inquam, quia ad ſummum eſſe gratiâ operis vtilis, aut delectabilis dicit imperfectionem incongruam Sapientiæ; at verò eſſe gratiâ operis honeſti, ſeu gratiâ honeſtatis non dicit huiuſmodi imperfectionem, cum hoc nihil ſit aliud, quàm eſſe gratiâ vltimi finis, quod perfectionem auget potiùs, quàm minuat. Cùm igitur Theologia vt practica eſt, tota conducat ad opus honeſtum, tota ſit gratiâ honeſtatis, etiam vt practica eſt, habet perfectiſſimam rationem Sapientiæ.

Sapientia quinque requirit conditiones.

Theologia quomodo etiam vt practica eſt, poſſit eſſe Sapientia.

6. Ex his habes primò Theologiam eſſe perfectiori modo Sapientiam, quàm ſit Metaphyſica. Primò quia habet obiectum vniuerſalius, quia ens naturale, quod eſt obiectum Metaphyſicæ totum reduci poteſt ad obiectum Theologiæ, quia totum eſt reuelabile; non ſic obiectum Theologiæ, quod complectitur etiam entia ſupernaturalia, totum reduci poteſt ad obiectum Metaphyſicæ. Secundò, quia Theologia eſt ſapientia in genere ſpeculatiuo, & practico; Metaphyſica ſolùm in genere ſpeculatiuo. Tertiò, quia Theologia procedit ex principiis certioribus, principia quippè Fidei certiora ſunt principiis naturæ. Quartò, quia Theologia habet perfectiorem modum procedendi, & ſimiliorem cognitioni diuinæ: Primò enim Deum conſiderat, & à Deo ad creaturas procedit; cum è contra Metaphyſica Deum non attingat, niſi procedendo ad ipſum ex creaturis: Videatur D. Thomas 2. *contra Gentes*, *cap*. 4.

Theologia eſt perfectiori modo Sapientia, quam Metaphyſica.

7. Habes ſecundò: Eos qui negant Theologiam eſſe verè, & propriè ſcientiam, minùs conſequenter aſſerere quòd ſit ſimpliciter, & propriè Sapientia; cum hæc non ſit niſi ſcientia ſuprema, & perfectiſſima, vt *in limine*, §. *poſitum eſt*.

Qui negant Theologiam eſſe ſcientiã, minùs conſequenter eſſe concedunt Sapientiam.

8. Habes tertiò: Theologiam hucuſque explicatam, optimè poſſe Theoſophiam, quod nomen Sapientiam, vel ſcientiam de Deo importat, nuncupari; & congruentiſſimè tali nomine inſigniretur, vt ſpeciali ipſius perfectioni ſpecialis nomenclatura reſponderet, & ab imperfectioribus Theologiis non minùs voce, quàm re ſecerneretur.

Theologia Scholaſtica rectè dicitur Theoſophia.

9. Habes quartò Theologiam poſſe non ſolùm Scientiam, & Sapientiam, ſed etiam Prudentiam nuncupari; directiuè tamen, & architectonicè; quatenùs non eſt præcisè ſcientia practica directiua humanarum actionum ad honeſtatem; ſed inſuper eſt Sapientia omnes alias ſcientias practicas dirigens, ipſamque Prudentiam: Propterea Theologia, ex eo quod ſit ſcientia practica, eſt Prudentia: ex eo quod ſit Sapientia, eſt Prudentia directiuè, & architectonicè, vt magis explicant Ioan. à S. Thoma 1. *par. quæſt*. 1. *diſp*. 2. *art*. 10. *num*. 17. Dominicus à Sanctiſſima Trinitat. *lib*. 1. *Bibliotheca Theologica*, *ſect*. 2. *cap*. 6. *circa medium*, vbi etiam rectè ait, *Imprudentem*, & *Peccatorem in Iniuſtitia Theologiam detinere*.

Theologia eſt architectonicè Prudentia, in iniuſtitia detinetur à peccatore.

§. II.

Vtrùm Theologia ſit certior qualibet Scientia naturali, tum quoad concluſiones deductas ex duplici præmiſſâ reuelatâ, tum quoad deductas ex vna reuelata, altera naturaliter euidente?

ASSERTVM I. Theologia quoad concluſiones deductas ex duplici præmiſſâ reuelatâ eſt certior qualibet ſcientiâ naturali certitudine obiectiuâ, & formali, & in aliquo ſenſu etiam adhæſionis; ſeu obiecti, actus, & in aliquo ſenſo etiam ſubiecti. Ita Lugus 1. *part*. *lib*. 1. *diſp*. 3. *cap*. 5. & 6. Molina *quæſt*. 1. *diſp*. 3. *art*. 5. Herinex *quæſt*. 6. *prologi*; aliique

Digitized by Google

alijque communiter, licèt ſub terminis aut diuerſis, aut minùs expreſſis contra Durandum *quaſt 6. prologi, num.* 24. abſolutè docentem Theologiam non eſſe certiorem aliis ſcientiis. Et *in 3. diſt. 23. quaſt 7. num.* 12. aſſerentem certitudinem Fidei, & conſequenter etiam Theologiæ minoré eſſe intenſiuè, & extenſiuè certitudine ſcientiæ, vtpotè magis mixtam dubitationibus: Eſt etiam contra Vaſquez *1. par. q. 1. diſp. 9. art. 5. n.* 80. vbi negat dari certitudinem obiectiuam, ſeu obiecti: volens res non dici certiores, aut minùs certas; ſed magis, aut minùs neceſſarias. Eſt tandem contra Albertum, Caietan. Capreolum abſolutè negantes in Theologia maiorem certitudinem adhæſionis.

11. Antequam aſſertum probetur; Aduerte pro notitia terminorum, ex quorum varia acceptione facile eſt labi in quæſtionem de nomine, certitudinem propriè acceptam duo eſſentialiter importare, ſcilicet neceſſariam connexionem cum veritate, & firmam adhæſionem ad obiectum; hinc nonnulli, inter quos Molina *loco ſuprà citato, §. Cum igitur*, ad primum principaliùs attendentes dicunt, certitudinem nihil aliud eſſe, quàm infallibilitatem. Alij, quibus fauet Diuus Thomas *in 3. diſt. 23. quaſt. 2. artic. 2.* attendentes principaliùs ad ſecundum, dicunt ipſam eſſe firmitatem quandam, & determinationem intellectus ad vnum. Nihilominùs vtraque eſt diminuta certitudinis explicatio, nec infallibilitas ſine firma adhæſione ſufficit ad certitudinem; quia aſſenſus ſolùm probabilis poteſt eſſe infallibilis, & neceſſariò connexus cum veritate; nec item ſufficit firma adhæſio ſine infallibilitate; quia opinatiuus etiam aſſenſus poteſt habere firmam adhæſionem, dicente Ariſtotele 7. *Ethic.* 3: *Nonnulli eorum, qui opinantur non ambigunt, ſed arbitrantur exactè ſe ſcire, & ſunt qui non minus opinioni ſuæ, quàm ſuæ ſcientiæ credunt.* Neque dicas firmam adhæſionem debere eſſe ex merito obiecti, & rationabili imperio voluntatis, non ex affectu arbitrario, vel irrationabili, vt ſufficiat ad certitudinem. Contra enim hoc idem eſt, ac dicere debere eſſe connexam cum infallibilitate, ſolùm enim vbi apparet infallibiliter veritas, voluntas rationabiliter imperat firmam adhæſionem, & ſolùm obiectum infallibiliter verum eandem meretur. Stet igitur certitudinem propriam eſſe infallibilitatem cum firma adhæſione coniunctam; adeoque poſſe creſcere, vel ex incremento infallibilitatis, vel ex incremento firmæ adhæſionis: Et quia infallibilitas magis attenditur penes obiectum, firma adhæſio penes ſubiectum, oritur diuiſio certitudinis in obiectiuam, & ſubiectiuam, ſeu obiecti, & ſubiecti; ex qua vtraque conſurgit quodammodo infallibilitas formalis, ſeu actus. Sicque certitudo obiectiua eſt neceſſitas quædam, ſeu immutabilitas obiecti, quod fallere non poſſit, & ex conſequenti firmam exigat adhæſionem; ſitque regula certitudinis intellectus; qua de cauſa, quidquid in contrarium ſentiat Vaſquez *ſuprà citatus*, non incongruè tribuitur obiecto certitudo, ſicuti pari de cauſa eidem non incongruè tribuitur veritas; quæ æquè, ac certitudo formaliter cõuenit ſoli intellectui, eiuſque actibus. Certitudo ſubiectiua eſt proportio quædam ſubiecti ad obiectum, ratione cuius propendet ad firmiter ipſi adhærendum, & in actu ſecundo eſt firma ipſa adhæſio, ſuppoſita tali præuia proportione, quæ præcipuè oritur ex euidentia, ad quam intellectus maximè inclinat, & in qua ſola conquieſcit. Huiuſmodi firma adhæſio, & certitudo ſubiectiua poteſt eſſe maior, aut accidentaliter, & intenſiuè, quatenus ſcilicet intenſior ſit; aut ſubſtantialiter, & appretiatiuè, ſeu prælatiuè quatenus intellectus præferat talem adhæſionem aliis. Certitudo formalis eſt actus ipſe vitalis infallibiliter & firmiter adhærẽs obiecto; qui actus ſicuti mediat inter obiectũ, & ſubiectum, ita vt tangit obiectum habet infallibilitatem, vt tangit ſubiectum habet firmitatem. Addi poteſt certitudo, quam Thomiſtæ participatiuam, alij affectiuam vocant, ad voluntatem pertinens, & ſignificans determinatum voluntatis affectum, ſeu conatum in obiectum. De hac certitudine, quæ minùs propriè certitudo eſt, loquitur D. Paulus *Rom.* 8. dicens: *certus ſum, quia neque mors, neque vita,* &c. De eadem loquuntur, qui ſpem certam vocant. De eadem tandem cum aliqua maiori ampliatione loquitur D. Th. *in 3. diſt. 26. q. 2. art. 4. ad 1.* dicens, *quod certitudo per ſimilitudinem, & participatiuè eſt in omnibus operibus naturæ, & virtutis.* His animaduerſis, Aſſertum

Aſſenſus probabilis poteſt eſſe infallibilis. Aſſenſus opinatiuus poteſt habere firmam adhæſioné.

Certitudo propria eſt infallibilitas coniuncta cum firma adhæſione.

Certitudo triplex, obiectiua, ſubiectiua, formalis.

Addi poteſt quarta ſcilicet affectiua, ſeu participatiua.

Spes in quo ſenſu dicatur certa.

Probatur primò quoad certitudinem obiectiuam: Concluſio deducta ex duplici præmiſſa reuelata habet principia obiectiuè certiora, quàm quælibet ſcientia naturalis: Ergo etiam concluſio ipſa eſt obiectiuè certior: Ergo Theologia quoad concluſiones deductas, &c. Conſequentia patet; quia certitudo præmiſſarum, eſt menſura certitudinis concluſionum. Antecedens probatur: Principia Fidei ſunt obiectiuè certiora quibuſcumque principiis naturæ, habent enim pro obiecto formali lumen ſupernaturale ſuperius, & infallibilius quolibet lumine naturali, & obiecto formali principiorum naturalium; obiecto, inquam formali, à quo ſicuti ſumitur actuum ſpecificatio, ita ſumenda eſt actuum obiectiua, vt ita dicam, certificatio: vnde ſaltem in modo loquendi diſplicet Lugus *1. part. lib. 1. diſp. 3. cap. 5. num. 9.* vbi conſiderans certitudinem obiectiuam penes obiecta materialia, ait: Theologiam quoad certitudinem obiectiuam excedere ſcientias naturales, quatenùs agit de iis, quæ conueniunt Deo ſecundùm ſe; non ſic quatenùs agit de aliquibus aliis minùs neceſſariis, quàm ſint obiecta aliquarum ſcientiarum naturalium. 12.

Theologia quoad concluſiones deductas ex vtraque de Fide, eſt obiectiuè certior omni ſcientia naturali.

Certitudo obiectiua ſumenda eſt ab obiecto formali, non materiali.

Probatur ſecundò quoad certitudinẽ formalẽ: Certitudo formalis ex prænotatis coaleſcit quodãmodo, & cõſurgit ex certitudine obiectiua, & ſubiectiua; ſed Theologia quoad concluſiones deductas ex duplici præmiſſa reuelata 13.

Theologia quoad concluſiones, &c. eſt formaliter certior omni ſcientia naturali.

reuelata eſt certior qualibet ſcientia naturali certitudine obiectiua, vt probatum eſt; & certitudine ſubiectiua, vt mox probabitur: Ergo eſt certior etiam certitudine formali.

14. Probatur tertiò, quoad certitudinem ſubiectiuam, ſeu adhæſionis. Huiuſmodi certitudo poteſt eſſe maior, aut accidentaliter, & intenſiuè, aut ſubſtantialiter, & prælatiuè ex prænotatis; ſed Theologia quoad concluſiones, &c. habet maiorem, quam quælibet ſcientia naturalis, certitudinem ſubiectiuam, ſeu adhæſionis ſubſtantialiter, & prælatiuè, licèt non accidentaliter, & intenſiuè: Ergo in aliquo ſenſu etiam certitudine adhæſionis, ſeu ſubiecti, quoad concluſiones, &c. Theologia eſt certior qualibet Scientia naturali. Minor probatur, & explicatur. Sicuti intellectus maiori, intenſiorique propenſione fertur ad veritatem, quam magis penetrat, & quæ magis apparet; ita eidem maiori, intenſiorique adhæſione ſe vnit; & quia obiecta Scientiarum naturalium magis penetrantur, & magis apparent, quàm obiectum Fidei, & Theologiæ, ſolet intellectus huiuſmodi obiectis intenſiori adhæſione ſe vnire; ſicque certitudo adhæſiua ſolet eſſe intenſiuè maior in alijs ſcientiis, quàm in Theologia; quia tamen principijs Fidei, ex quibus oritur Theologiæ certitudo, intellectus aſſentitur ex pio affectu voluntatis aſſenſum imperantis, & huiuſmodi pius affectus ex ſupernaturali Dei motione tantæ efficacitatis eſt, vt voluntas ſit parata imperare diſſenſum ad omne quodcumque aliud obiectum potiùs, quàm ad principium Fidei, ſeu veritatem reuelatam, fit quod intellectus ex ſubiectione, quam habet ad voluntatis imperia, ſit diſſenſurus cuilibet alij obiecto potius, quàm principio Fidei, quod eſt adhærere principio Fidei maiori adhæſione prælatiua, quàm cuilibet alij obiecto; hanc maiorem certitudinem prælatiuam ex pio liberoque affectu deriuatam requirunt Sancti Patres docentes præſtandum eſſe firmiorem aſſenſum veritati reuelatæ, quàm ſcitæ; non enim loquuntur de aſſenſu firmiore, ſeu certiore obiectiuè, quia certitudo obiectiua non eſt in noſtra poteſtate, nec poteſt à nobis maior, minorve exigi. Sic Chryſoſt. *hom 12. in Epiſt. ad Heb.* ait: *Fides dici non poteſt, niſi cum circa ea, quæ non videntur amplius, quàm circa ea, quæ videntur certitudinem, quis habuerit.* Richardus à S. Victore 1. de Trinitate *cap. 2. Quotquot veraciter fideles ſumus nihil certiùs tenemus, quàm quod Fide credimus.* Nec ab huiuſmodi auctoritatibus experientia diſcordat: nullus enim eſt vetus fidelis, qui non malit veritatem quamlibet naturalem, vtcumque euidentem negare, quàm articulum aliquem Fidei Auguſtino præeunte exemplo, & verbo, *dum 7. Confeſſ. cap. 10.* ait: *Audiui, & non erat prorſus vnde dubitarem, faciliùſque dubitarem viuere me, quàm non eſſe veritatem.*

Theologia quoad concluſiones, &c. eſt in aliquo ſenſu ſubiectiuè certior, &c.

Adhæſio prælatiua, eſt maior in Fide, & Theologia, quam in omni ſcientia naturali.

15. Dices maiorem adhæſionem prælatiuam hucuſque probatam, nec eſſe certitudinem intellectiuam, nec conuenire Theologiæ magis, quàm cuilibet ſcientiæ naturali. Non eſt certitudo intellectiua, quia eſt certitudo affectus voluntatis, non actus intellectus. Non conuenit Theologiæ magis, &c. Quia circa quodlibet obiectum etiam falſum, & erroneum poteſt voluntas imperare huiuſmodi adhæſionem prælatiuam, & de facto Hæreticus ex propriæ voluntatis imperio adeò hæret pertinaciter ſuis erroribus, vt aſſenſum quem ipſis præſtat, præferat aſſenſui Myſteriorum noſtræ Fidei, & aliarum veritatum. Sed contra falſum eſt vtrumque inſtantiæ membrum. Falſum eſt primum; Quia explicata adhæſio prælatiua eſt certitudo affectus imperatiuè, elicitiuè verò eſt certitudo actus intellectus, & dici poteſt certitudo affectiua imperatiuè, intellectiua formaliter, & elicitiuè. Falſum eſt ſecundum; Quia licèt circa quodlibet obiectum poſſit voluntas imperare adhæſionem prælatiuam, non poteſt tamen id præſtare rationabiliter, & iuxta obiecti meritum, & exigentiam; ſicuti præſtat in aſſenſu Theologiæ, & Fidei; vnde prælatiua adhæſio circa alia obiecta ex voluntatis imperio deriuata eſt valdè diuerſa à Theologica, & eſt potiùs temeraria pertinacia, quàm certitudo: Quod explicari poteſt paritate amoris prælatiui, ſeu appretiatiui, & ſuper omnia; qui rationabiliter ſolùm poteſt circa Deum imperari, & exerceri, quamvis irrationabiliter, & deprauatè à peccatore impendatur creaturæ.

Certitudo Fidei, & Theologiæ eſt affectiua imperatiuè, intellectiua elicitiuè.

Aſſenſus appretiatiuè, maximus ſicut, & amor appretiatiuè talis, ſoli Deo debetur rationabiliter.

16. Dices inſuper non eſſe verè prælatiuam adhæſionem à nobis explicatam, tum quia D. Thomas 1. *part. quæſt. 1. artic. 5. ad* 1. ait: Theologiam comparatam ad alias ſcientias, *eſſe quid certius ſecundùm naturam, eſſe verò quoad nos quid minùs certum propter debilitatem intellectus noſtri*; quod ſi haberet Theologia certitudinem prælatiuam adhæſionis, & ex parte ſubiecti, eſſet quid certius etiam ſecundùm nos, tum quia circa veritates euidenter apparentes intellectus ſæpiſſimè neceſſitatur, nec poteſt vacillare, aut dubitare circa veritates Fidei, & Theologiæ non neceſſitatur, facilè vacillat, & dubitat, non apparet autem quomodo poſſit eſſe maior adhæſio appretiatiua circa iſtas, quàm circa illas veritates; & quomodo aſſenſus liber, & admittens vacillationem, ac dubitationem debeat præferri aſſenſui neceſſariò excludenti vacillationem omnem, ac dubitationem; Tum quia denique ſcientia naturalis magis penetrat, obiectum ſuum, quàm Theologia; adhæſió autem, quæ magis penetrat, videtur præferenda ei, quæ minus penetrat obiectum. Sed contra ad primum dico D. Thomam, præterquam quod poteſt intelligi de minori certitudine intenſiua, appellaſſe Theologiam ſecundum nos quid minùs certum, quia principia certitudinis Theologicæ, ipſorumque cognitio propter dependentiam ab affectu libero voluntatis, faciliùs poſſunt amitti, quàm principia Scientiarum naturalium, quæ ratione euidentiæ intellectum magis determinant; & quoad ſpeciem

Theologia eſt minus certa, quàm ſcientiæ naturales, non quandiu de-

Digitized by Google

rar, ſed quia faciliùs poteſt ceſſare,

ſpeciem neceſſitaot; non quia Fides, & Theologia, dum perſiſtunt, minori adhæſione prælatiua ferantur in propria obiecta, quàm Scientiæ naturales; & ſicuti, licèt amor Charitatis, vtpotè liber; poſſit faciliùs ceſſare, quàm amor appetitus ſenſitiui vtpotè neceſſarius; tamen quia ille quamdiu durat, habet prælationem ad iſtum, dicitur ſimpliciter; prælatiuè, & appretiatiuè major: Ita ſimiliter &c. Ad ſecundum dico ſolùm probari quod Theologia, & Fides poſſint faciliùs ceſſare, quam Scientiæ naturales; non quod quamdiu durant non habeant mediante pio affectu voluntatis certitudinem prælatiuam ad quamliber certitudinem naturalem. Ad tertium dico Adhæſionem, quæ magis penetrat eſſe præferendam, &c. Quando reliqua paria ſunt, at non ſunt paria in noſtro caſu, in quo adhæſio Fidei, & Theologiæ, licèt minùs obiectum penetret, habet aliundè, ſcilicet ex firmiore obiecto formali, & ex pio affectu voluntatis fundamenta certitudinis prælatiuæ.

17. Assertum II. Theologia quoad concluſiones deductas ex vna præmiſſa reuelata, altera naturaliter euidente, licèt non habeat tantam certitudinem, quantam habet quoad concluſiones deductas ex vtraque præmiſſa reuelata, eſt adhuc certior qualibet ſcientia naturali certitudine obiectiuâ, ſubiectiuâ, & formali. Ita Ioan. à S.Thom. 1. *part. queſt.*1.*diſp.*2.*art.*9. *num.*6. Gabriel à S. Vinc. *diſp.*1. *dub.*7. *num.*85. Dominicus à Sanctiſſima Triuit. *lib.*1. *Biblioth.Theolog. ſect.*3. *cap.*3. Alijque Thomiſtæ communiter contra Lugum. 1. *part. lib.*1. *diſp.*3.*cap.*5. *num.*13. Herinex *queſt.*6. *prologi*, *num.*41. &c. & à fortiori contra aduerſarios primi aſſerti.

Concluſio Theologica deducta ex vna præmiſſa reuelata, altera euidenti, eſt certior qualibet ſcientia naturali.

Probatur: Si Theologia quoad concluſiones deductas ex vna præmiſſa reuelata, altera naturali, non eſt certior qualibet ſcientia naturali, maximè quia non eſt certior præmiſſis naturalibus, ex quibus ſimul cum reuelatis concluſiooes inferuntur, & quæ præmiſſæ naturales, vel ſunt concluſiones Scientiarom naturalium, vel non habent ſaltem vt plurimum certitudinem maiorem, quàm tales concluſiones; ſed hæc ratio nulla eſt, & malè aſtruitur concluſionem Theologicam deductam ex vna præmiſſa reuelata, altera naturali, non eſſe certiorem tali præmiſſa natorali: Ergo. Minor probatur: ſi Cooclusio Theologica deducta, &c. ooo poteſt eſſe certior præmiſſa naturali, maximè quia, vt communiter dicitur, concluſio ſequitur debiliorem partem, & vt probatur, *capite ſuperiori*, §.7 *antè ſecundum aſſertum*, non poteſt eſſe firmior concluſio, quàm ſit connexio cuiuſlibet ex extremis cum medio, cum ex cuiuſlibet extremi defectu concluſio deficiat; ſed hæc ratio nulla eſt in præſenti: Ergo. Minor probatur; dato quod quando vtraque præmiſſa ſecundùm ſe concurrit, concluſio ſequatur partem, & præmiſſam debiliorem (quod tamen negant nonnulli, quibus fauet Amicus 1. *part. diſput.*1. *ſect.*4. *num.*72. intelligentes axioma dialecticum vel conditionatè, non abſolutè; quod ſcilicet concluſio ſequatur debiliorem partem, quatenùs ſi ſit debilior, id habet à præmiſſa debiliore, eo modo quo effectus dicitur ſequi debiliorem cauſam, quatenùs ſi ſit debilior, &c. vel negatiuè, non poſitiuè; quod ſcilicet concluſio ſequatur debiliorem partem, quatenus non attingat gradum certitudinis præmiſſæ fortioris, non quatenùs præcisè perueniat ad certitudinem præmiſſæ debilioris) quando tamen præmiſſa debilior concurrit vt roborata à præmiſſa fortiori, optimè poteſt concluſio eſſe certior præmiſſâ debiliore ſecundum ſe conſideratâ; quia concluſio ſequitur præmiſſas non materialiter, & ſecundùm ſe conſideratas; ſed formaliter, & conſideratas ſecundùm exercitium, & modum, quo ad ipſam concurrunt: At præmiſſa naturalis in diſcurſu Theologico concurrit vt roborata à præmiſſa de Fide: Ergo abſque detrimento dialectici axiomatis concluſio Theologica, &c. poteſt eſſe certior ipſa præmiſſa naturali. Minor probatur. Præmiſſa naturalis in diſcurſu Theologico concurrit vt regulata, & approbata a Fide, in cuius conſortium aſſumitur ad concluſionem deducendam; ſed à ſuperiori lumine regulari, & altiori quodammodo Tribunali approbari eſt roborari, & aliqualiter eleuari. Rurſus præmiſſa in diſcurſu Theologico, dum aſſumitur in conſortium præmiſſæ Fidei; explicat ſe ſubordinatam eſſe Fidei, & cum ipſa connexam; adeoque participat aliqualiter Fidei certitudinem; ſed hoc eſt roborari, & aliqualiter eleuari: Ergo præmiſſa naturalis in diſcurſu Theologico concurrit vt aliqualiter eleuata, & roborata à præmiſſa Fidei.

Concluſio quando, & quomodo ſequatur debiliorē partem.

Effectus quomodo ſequatur debiliorem cauſam.

Præmiſſa naturalis poſita in diſcurſu Theologico eleuatur à præmiſſa de Fide.

18. Dices Præmiſſa Fidei ex conſortio præmiſſæ euidentis non participat euidentiam: Et concluſio deducta ex vna præmiſſa de Fide altera euidenti, quoad euidentiam ſimpliciter ſequitur præmiſſam debiliorem: Ergo Præmiſſa naturalis minùs certa ex conſortio præmiſſæ Fidei non participat maiorem certitodinem; & concluſio deducta ex vna reuelata, altera naturaliter certa, quoad certitudinem ſimpliciter ſequitur præmiſſam debiliorem. Sed contra: Præmiſſa Fidei, nec eſt capax euideotiæ, nec concurrit vt ſubordinata, & regulata à præmiſſa naturali, ſicuti præmiſſa naturalis eſt capax certitudinis, & coocurrit, vt ſubordinata, & regulata à præmiſſa Fidei; ideò &c. ex primo capite præmiſſa opinatiua ex conſortio præmiſſæ certæ certitudinem non participat: Ex ſecundo capite ſcilicet ex defectu ſubordinatioois, & paſſiuæ regulationis præmiſſa ſpectans ad habitum ſcientiæ non ſumit incrementum certitudinis ex coniunctione ad præmiſſam ſpectantem ad habitum primorum principiorum.

Præmiſſa ineuidens, vel opinatiua cur non participet euidentiam, vel certitudinem ex conſortio præmiſſæ euidētis, vel certæ.

19. Ex dictis habetur primo, Theologiam eſſe certiorem qualibet notitia naturali, at oon aut Fide, aut ſcientia beata: non eſt certior Fide; quia principia ſunt certiora concluſionibus, Fides autem Theologicis concluſionibus

Fides, & ſcientia beata maiorem certitudinem habent,

quàm Theologia,

nibus principia ſuppeditat : non eſt certior ſcientiâ beatâ, quia hæc immediatè nititur diuino lumini reuelanti, quod valet etiam de Fide; Theologia ſolùm mediatè. Scientia beata nititur lumini euidenti inducenti non ſolùm prælatiuam; ſed etiam neceſſariam adhæſionem: Theologia nititur lumini obſcuro non inducenti adhæſionem firmam, niſi dependenter ab affectu libero voluntatis. Deinde Fides, & ſcientis beata habent certitudinem entitatiuè ſupernaturalem, Theologia entitatiuè naturalem *ex ſequenti §.*

20. Theologia eſt certior aliis ſcientiis certitudine materiæ, non certitudine formæ.

Habetur ſecundò: Theologiam eſſe certiorem qualibet ſcientia naturali certitudine materiæ, quatenus eſt ex certioribus principiis, & de certiori obiecto; non certitudine formæ, cum forma ſyllogiſtica eiuſdem omninò rationis ſit in Theologia, ac in aliis ſcientiis, ex quo infert Herinex *quæſt.6.prologi, num.*41. Concluſionem Theologicam, qua talem, ſcilicet formaliter deductam vi formæ ſyllogiſticæ, non eſſe certiorem, quàm ſit certum conſequentiam eſſe bonam, nec quàm ſint certa principia naturalia, quibus innititur vis formæ ſyllogiſticæ.

21. Theologia eſt certior aliis ſcientiis poſitiuè, non negatiuè.

Habetur tertiò, Certitudinem Theologiæ eſſe maiorem certitudine aliarum Scientiarum non negatiuè, ſed poſitiuè. Non eſt maior negatiuè, quia etiam certitudo aliarum Scientiarum omnem prorſus negat incertitudinem, omnemque formidinem, & quoad hoc certitudo propriè accepta conſiſtit in indiuiſibili, nec vna poteſt eſſe maior alia. Eſt maior poſitiuè, quatenus eſt ſubſtantialiter perfectior, æquiualet quodammodo certitudini plurium Scientiarum; pluribus, ac efficacioribus titulis incertitudinem, ſeu formidinem excludit; tandem ex ſuperioribus, ac perfectioribus cauſis deriuatur.

---

§. III.

Virùm Theologia omnes Scientias naturales excedat quoad ordinem, adeò vt ipſa Supernaturalis in Subſtantia ſit?

22. Theologia de facto non eſt ſupernaturalis in ſubſtantia, ſed ſolùm in modo extrinſeco, ſeu præſuppoſitiuè.

ASSERTVM: Theologia de facto, neque quoad actus, neque quoad habitum eſt in ſubſtantia ſupernaturalis; ſed ſolùm talis eſt præſuppoſitiuè, radicaliter, ſeu vt ita dicam, quoad modum extrinſecum. Ita Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 1. *diſp.*2. *art.*8. Dominicus à Sanctiſſima Trinit. *lib.*1. *Biblioth. Theolog. ſect.*4. *cap.*3. Lugus 1. *par. lib.*1. *diſp.*6. *cap.*2. De Quiros *diſp.*6. *ſect.*2. Vaſquez *diſp.*4. *cap.*8. *num.*23. Siluius *qu.*1. *art.*2. *in fine.* Arrubal, Arriaga, Martinon, aliique plures contra Scotum *in* 3. *diſt.*15. *quæſt. vnica*, Aureolum, alioſque nonnullos non diſtinguentes habitum Theologiæ, ab habitu Fidei infuſæ. Item contra Molinam 1. *part. quæſt.* 1. *art.*2. *diſput.*2. Amicum *diſp.*1. *ſect.*4. alioſque apud ipſum docentes Theologiam eſſe habitum ſupernaturalem per ſupernaturales actus acquiſitum.

Theologia de potentia abſoluta poteſt eſſe ſimpliciter ſupernaturalis.

Dixi *de facto*, quia nulla apparet abſoluta repugnantia Theologiæ ſupernaturalis; tum quoad actus, tum quoad habitum. Non apparet repugnantia Theologiæ Supernaturalis quoad actus. Concluſio enim Theologica nec ratione obiecti, nec ratione principiorum, nec ratione diſcurſus pugnat cum ſupernaturalitate. Non ratione obiecti; quia tale obiectum ſupernaturale eſt, & quando etiam naturale eſſet non repugnat naturali obiecto ſupernaturali actu attingi, & de facto actus ſupernaturales Fidei in via, & viſionis in Patria ad multa obiecta naturalia feruntur. Non ratione principiorum, quia actui ſupernaturali ſufficit habere aliquod principium ſupernaturale, in diſcurſu autem Theologico ſemper eſt aliquod principium ſupernaturale, quia altera ſaltem præmiſſa debet eſſe de Fide, à qua vt vult Amicus 1. *par. diſp.*1. *ſect.*5. *num.*73. vel ab habitu Fidei, vel ab alio ſupernaturali habitu, aut auxilio eleuari poterit præmiſſa naturalis, ſi dicatur neceſſe eſſe, quod etiam ipſa ad concluſionem effectiuè concurrat: Addit De Quiros 1. *par. diſp.*5. *ſect.*2. poſſe eſſe ſupernaturalem concluſionem, etiamſi in conſortium præmiſſæ Fidei aſſumatur præmiſſa probabilis; ſed cum ex *Superiori capite*, §.8. talis concluſio non ſit Theologica, parum refert ad præſens inſtitutum, quod poſſit, vel non poſſit eſſe ſupernaturalis. Non ratione diſcurſus; quia ſicuti ſupernaturalis notitia admittit diſcurſum virtualem, ita admittere poteſt etiam formalem, & fortè datur de facto præſertim in Chriſto aliqua Scientia Supernaturalis diſcurſiua. Accedit quod multi aſſerunt diſcurſiuam Fidem diuinam, abſque eo quod ſuſpicentur obeſſe ipſius ſupernaturalitati, non apparet repugnantia Theologiæ ſupernaturalis quoad habitum.

Præmiſſa naturalis in diſcurſu Theologico poteſt concurrere vt eleuata.

Diſcurſus nō pugnat cum ſupernaturalitate.

23\. Primò, quia licèt de facto habitus Fidei vtpotè habens pro motiuo formali reuelationem immediatam; nequeat eſſe ſimul habitus Theologiæ reſpicientis reuelationem mediatam, non videtur repugnans alius habitus ſupernaturalis reſpiciens reuelationem, & immediatam, & mediatam, qui dici poſſit habitus Fidei, & Theologiæ, idque valdè conforme eſt perfectioni habitus infuſi imitantis potentias, & ad actus valdè diuerſos ſe extendentis, vt magis explicat Lugus 1. *par. lib.*1. *diſp.*6. *cap.*1. Secundò, quia eſt dabilis habitus ſupernaturalis Theologiæ, diſtinctus ab habitu Fidei, vel infuſus, vel acquiſitus: Eſt dabilis infuſus, nec proptera in omni iuſto (quamvis poſſet hoc etiam dici ſine abſurdo; ſicuti enim infantibus infunditur habitus Fidei, etiamſi nil credant defectu ſpecierum; ita poteſt cenſeri infuſus iis etiam, qui non theologizant, habitus Theologiæ ſimul cum gratia, vt cenſet Ripalda *diſp.*55. *num.*55.) ſimul cum gratia infunderetur; quia non datur in quolibet iuſto quilibet habitus ſupernaturalis poſſibilis, vt patet in Scientis infuſa, & ali-

Poſſibilis eſt habitus, qui ſit ſimul Theologia, & Fides.

Non eſt neceſſe cum gratia infundi omnem habitum ſupernaturalē.

Digitized by Google

quibus donis Spiritus ſancti. Eſt dabilis acquiſitus, quia ſicuti in noſtris principiis habitus naturales non ſunt niſi ſpecies relictæ ex actibus naturalibus, ita non eſt cur ſpecies relictæ ex actibus ſupernaturalibus, dici non debeant habitus acquiſiti ſupernaturales, & dum dicitur habitus ſupernaturales

Habitus aliquis ſupernaturalis poteſt eſſe acquiſitus.

eſſe per ſe infuſos, id procedit de habitibus ſupernaturalibus datis ad ſimpliciter poſſe, & neceſſariò prærequiſitis ad actus, non de habitibus ſupernaturalibus datis ad meliùs, faciliúſque poſſe, & non neceſsariò prærequiſitis ad actus, qua ratione ſupernaturalis, & acquiſitus aſſeritur habitus Theologiæ ab Amico *loco citato, num. 76*. Et Molina *loco pariter citato ad 4*. His præmiſſis quoad potentiam abſolutam; quoad potentiam ordinariam; & de facto.

24\. Nihil eſt aſſerendum ſupernaturale, niſi cogente neceſſitate.

Probatur prima pars Aſſerti quoad actus; Nulla ratio, nullaque auctoritas cogit aſſerere ſupernaturales in ſubſtantia actus, ſeu concluſiones Theologiæ: Ergo de facto ſupernaturales in ſubſtantia non ſunt. Conſequentia patet, nihil eſt aſtruendum ſupernaturale ſine neceſſitate; quia hoc eſſet diuerſificare ſine neceſſitate entia, multiplicare ſine neceſſitate miracula, recurrere ſine neceſſitate ad cauſam primam, imò ad Authorem ſupernaturalem. Antecedens probatur: Et quidem quoad Authoritatem quæcumque aſſeratur ad ſummum cogit aſtruere Theologiam Supernaturalem præſuppoſitiuè, & radicaliter ratione principiorum, vt in ipſo aſſerto exprimitur; nullatenùs verò intrinſecè, & quoad ſubſtantiam.

Concluſio Theologica non poteſt probari ſupernaturalis in ſubſtantia.

Quoad rationem, nulla cogit, vt breui facta inductione demonſtro; & quidem admittere ſupernaturalem in ſubſtantia Theologicam concluſionem, ſeu Theologicum actum non cogit primò ſupernaturalitas obiecti, quia modo ſupernaturali non attingitur, ſed diſcurſu, ac illatione naturali; modus quippè diſcurrendi Theologicus eſt eiuſdem rationis, iiſdemque principiis naturalibus innititur, ac modus diſcurrendi quarumcumque Scientiarum Naturalium.

25\. Obiecti ſupernaturalitas non arguit ſemper actus ſupernaturalitaté.

Secundò non cogit ſupernaturalitas Fidei ſuppeditantis alteram ſaltem præmiſſam ſupernaturalem diſcurſui Theologico; aliundè enim conſtat, ex præmiſſa ſupernaturali non neceſsariò ſequi concluſionem ſupernaturalem; alioqui concluſio probabilis, imò falſa eſſe poſſet ſupernaturalis, quia in conſortium præmiſſæ ſupernaturalis Fidei aſſumi poteſt ad inferendam concluſionem præmiſſa probabilis, vel falſa, vt latiùs tradit De Quiros *1. par. diſp. 5. ſect. 2.* magis vrget Fidei ſupernaturalitas, quando vtraque præmiſſa ſupernaturalis, & de Fide eſt, cum enim in tali caſu vtraque præmiſſa concurrat ad concluſionem vt de Fide; adeoque vt ſupernaturalis; item concurrat effectiuè, nihil videtur deeſſe ſupernaturalitati concluſionis; nec apparet quomodo poſſit eſſe non ſupernaturalis effectus effectiuè procedens à principio ſupernaturali, vt formaliter tali: Nihilóminùs nihil adhuc euincitur, quia in dato caſu vtraque præmiſſa

Principia Fidei non concurrunt ad concluſioné effectiuè immediate.

concurrit quidem vt ſupernaturalis; at præſuppoſitiuè ſolùm, & mediatè; immediatè verò vtraque concurrit modo naturali, quia mediis naturalibus ſpeciebus, & diſpoſitione ſyllogiſtica regulata lumine naturali; quod additur de efficientia præmiſſarum in concluſionem; nec verum eſt, quia ſuppono præmiſſas concurrere ſolùm illuſtrando, dirigendo, & determinando intellectum ad concluſionem; nec probat intentum, quia efficientia principij ſupernaturalis, quando eſt ſolùm remota, & applicatur modo, ac medio naturali, non tribuit ſupernaturalitatem effectui.

26\. Res naturalis poteſt exigere aliquid ſupernaturale exigentia præpoſtera, non præuia.

Tertiò non cogit exigentia alicuius ſupernaturalis præmiſſæ, ſcilicet Fidei; quia naturalitati abeſt exigentia præuia, & ius antecedens ſupernaturalitatis; non exigentia præpoſtera ſupernaturalitatis, & ius ſubſequens tanquam effectus ad cauſam; cum enim effectus poſſit reſpicere tanquam cauſam aliquid ſuperius; non eſt mirum, quod effectus naturalis poſſit reſpicere tanquam cauſam aliquid ſupernaturale, vt magis explicat de Quiros *1. part. diſput. 5. ſect. 4. à num. 24.* Et Dominicus à Sanctiſſima Trinit. *lib. 1. Biblioth. Theolog. ſect. 4. cap. 3.*

27\. Theologiæ notitia ratione ſui non conducit ad actum ſupernaturalé.

Quartò non cogit conducentia ad aliquod ſupernaturale, puta quia notitia Theologica dirigere poſſit, ſeu conducere ad Amorem Dei ſupernaturalem, & meritorium: Enim verò vel concluſio Theologica dirigit ad amorem tantùm naturalem, vel ſi dirigit ad amorem ſupernaturalem, id habet aut ex ſpeciali Dei eleuatione, aut ex conſortio ſupernaturalis præmiſſæ de Fide.

28\. Quintò: Denique non cogit certitudo excedens quamcunque aliam certitudinem naturalem, quia ad talem exceſſum ſufficit, quod certitudo Theologica ſit ſupernaturalis præſuppoſitiuè, & in principium aliquod ſupernaturale vltimò reſoluatur: quod nulli alij certitudini purè naturali conuenire poteſt.

29\. Probatur ſecunda pars Aſſerti quoad habitum: Pro actibus naturalibus non eſt ponendus habitus ſupernaturalis; ſed actus, ſeu concluſiones Theologiæ ſunt naturales: ergo non eſt ponendus in ſubſtantia ſupernaturalis Theologiæ habitus. Minor patet ex mox dictis. Maior probatur; non eſt ponenda cauſa æquiuoca, & diuerſa vbi aſſignari poteſt cauſa vniuoca, & eiuſdem rationis: Ergo.

Cauſa æquiuoca ponenda non eſt vbi poni poteſt vniuoca.

Accedit, quod cum in noſtris principiis habitus conſiſtat in ſpeciebus ab actibus relictis, & ex actuum frequentatione factis intenſioribus, cum actus naturales relinquant naturales ſpecies; neceſſe eſt pro naturalibus actibus ponere habitum naturalem. Mitto alia argumēta, quibus improbari ſolet ſupernaturalitas habitus Theologici; vel ex eo quòd non eſſet habitus acquiſitus; vel ex eo quod deberet reperiri in omni homine iuſto; vel ex eo quòd non diſtingueretur ab habitu Fidei, quæ & ſimilia nec poſſunt ſufficienter probari, nec ſi probentur abſurda ſunt; vt patet ex iis, quæ præmiſimus ad noſtras probationes. Mitto à fortiori argumentum *Vaſquij* probantis

Theologiam eſſe naturalem, quia eſt ex principiis Fidei cognitis notitia naturali, & aſſenſo Fidei humanæ, quod eſt omninò falſum ex *capite ſuperiori, §. vltimo.*

30. Probatur tertia pars aſſerti quoad ſupernaturalitatem præſuppoſitiuam, & radicalem; tum quia concluſio Theologica neceſſariò prærequirit vnam ſaltem præmiſſam ſupernaturalem, tum quia radicalem ſaltem ſupernaturalitatem euincunt argumenta, quibus aduerſarij conantur probare ſupernaturalitatem intrinſecam, & in ſubſtantia: Verba Diui Thomæ 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 1. *in C.* appellantis *Theologiam doctrinam ſecundùm reuelationem diuinam*, art. 3. ad 2. dicentis *ipſam eſſe quandam impreſſionem diuinæ ſcientiæ* art. 1. in argumento *ſed contra*, attribuentis Theologiæ illud 2. ad Timoth. 3. *omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata* art. 5. in C. *refundentis certitudinem Theologiæ in lumen diuinæ ſcientiæ*: neceſſitas ſecernendi Theologiam noſtram à Theologia purè naturali, quæ pars eſt Philoſophiæ: congruentia negandi in Catholico Fidem repudiante, permanentiam Theologiæ iuxta probata *in calce capitis ſuperioris.*

Radicalis Theologiæ ſupernaturalitas ſuadetur.

31. Dices ſicut ſe habet finis in practicis, ita ſe habent principia in ſpeculatiuis: ergo ſicuti electio mediorum propter finem ſupernaturalem eſt ſupernaturalis in ſubſtantia, & intrinſecè; non in modo ſolùm extrinſeco, & præſuppoſitiuè; ita erit ſupernaturalis in ſubſtantia, &c. Aſſenſus concluſionis propter præmiſſas ſupernaturales, quales ſunt Theologicæ. Sed contra commune illud axioma in aliquibus, non in omnibus verificatur; & in præſenti deficit ob diſparitatem ſitam in eo; quod bonitas finis, & eius intentio eſt tota ratio ſpecificatiua, & proxima electionis mediorum: veritas verò præmiſſarum, & ipſarum aſſenſus eſt ratio partialis ſolùm, & remota aſſenſus concluſionis, qui cauſatur etiam à forma ſyllogiſtica, & veritate in ipſa concluſione relucente diſtincta à veritate præmiſſarum.

Principia in ſpeculatiuis, & finis in practicis, nõ ſemper eodem modo ſe habent.

32. Ex his habetur actum Charitatis, v.g. non eſſe ſupernaturalem ex eo præcisè quod prærequirat, & præſupponat cognitionem ſupernaturalem; ſed ex eo quod habeat motiuum formale proximum ſupernaturale, & prærequirat aliquid ſupernaturale, tanquam principium immediatè influens, nec inueniat in potentia naturali virtutem actiuam adæquatam ad ſui productionem; cæterum quoties effectus habet in cauſa naturali virtutem actiuam adæquatam, ſicuti habet aſſenſus concluſionis deductæ ſecundùm naturales regulas diſcurſus, nullatenùs in ſubſtantia ſupernaturalizatur, ex eo quòd aliquod ſupernaturale præſupponat; quia hoc præſupponi poteſt etiam tanquam omninò indebitum ipſius cauſæ, adeoque tanquam ſuprà exigentiam, & ſupernaturale; ſic peccatum contra præceptum ſupernaturale habet virtutem adæquatè actiuam in voluntate, & tamen præceptum ſupernaturale non eſt debitum voluntati, viſio coloris replicati habet virtutem adæquatè actiuam in oculo, & tamen replicatio non eſt debita; imò eſt ſuprà exigentiam, &c.

Effectus non eſt in ſubſtantia ſupernaturalis quando habet in cauſa naturali virtutem ſui adæquatè productiuã.

§. IV.

De vtilitate Theologiæ.

33. ASSERTVM: Theologia Scholaſtica non ſolùm quoad ſubſtantiam, id eſt quoad veritates in Theologia contentas & explicatas; verum etiam quoad modum, id eſt quoad ordinem, & methodum, quibus præſertim poſt Magiſtrum ſententiarum, & Doctorem Angelicum in Scholis tradi ſolet, vtiliſſima eſt. Hoc aſſertum Hæretici acriter improbant, onerantque calumniis, quas refert Valentia 1. *part. quæſt.* 1. *punct.* 2. §. *Alteram verò aſſertionem*, ſed ex eo, vel maximè amplectenda eſt tanquam vtilis, quod ab hæreticis reſpuatur vt noxia, dicente Tertulliano *in Apologetico aduerſus gentes cap.* 5. *Talibus dedicatoribus damnationis Theologia etiam gloriemur: qui enim ſcit illos, intelligere poteſt non niſi aliquod bonum grande ab hæreticis damnatum: Probatio eſt enim veritatis noſtra accuſatio ipſorum atque calumnia. Tenebræ ipſorum veram Theologiæ lucem non comprehendunt, nec obſcurant.* Vltra Sectarios ſcholaſticam Theologiæ tradendæ methodum reprehendit Eraſmus, *præfatione in Diuum Hilarium*, tanquam nimis curioſam, & ſuperuacuam; ſed hoc vitium Pſeudo-Theologorum eſt, non Theologiæ: abuſus, non vſus methodi.

Theologia Scholaſtica etiam quoad methodum, qua in Scholis traditur, eſt vtiliſſima.

34. Probatur; & quidem quod Theologia Scholaſtica vtiliſſima ſit quoad veritates, quas continet, ſeu quoad ſubſtantiam, patet ex eo quòd huiuſmodi veritates, aut ſunt veritates Fidei; aut Fidei proximæ: item ex eo quod quoad ſubſtantiam Theologia fuit ſemper eadem apud antiquiores quoſcumque Sanctos Patres, Theologos, Doctores, Prophetas, & habitâ in Vniuerſi primordiis origine nullo temporis decurſu defecit, vt explicat Dominicus à Sanctiſſima Trinit. *lib.* 1. *Biblioth. Theologica, ſect.* 1. *cap.* 2. texens ab orbe condito vſque ad D. Thomæ tempora nunquam interpolatam inſignium Theologorum ſucceſſionem, & ſeriem. Quod verò vtiliſſima ſit, etiam quoad præſentem ordinem, & methodum, probatur ex eo quod præſens methodus Theologiæ quoad ſubſtantiam conſideratæ addit diſtinctionem, formam ſcholaſticam, & vſum Scientiarum Naturalium propter principia naturalia, quæ ſæpiſſimè diſcurſus Theologici Fidei principiis intermiſcent; ſed hæc omnia vtiliſſima ſunt, quia accommodatiſſima ad faciliùs percipienda, efficaciùs perſuadenda, tutiùs defendenda Myſteria Fidei: Nec aliundè Hæretici in Theologiam adeò ſæuiunt, niſi quia norunt vel inuiti quàm vtilis ſit fallacibus ipſorum nodis diſſoluendis, captioſiſque enodandis argumentationibus. In huius rei teſtimonium Vaſquez 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 1. *diſp.* 3. *cap.* 2. affert Scholam Pariſienſem, quæ Theologiæ Scholaſticæ beneficio

Theologia fuit ſemper quoad ſubſtantiam eadem, & cum mundo originem ſortita eſt ſuam.

Digitized by Google

beneficio ciuitatem illam, maximamque Galliarum partem inter hæreſeôn procellas ſeruauit incolumem. Confirmatur Theologiæ vtilitas ex ipſius mox aſſerenda neceſſitate, neque enim eſſe poteſt ad finem aliquem inutile, quod eſt ad eundem neceſſarium: interim pro luculentioribus præaſſertæ vtilitatis argumentis videri poteſt Valentia, *loco ſuprà citata.*

§. V.

De Theologiæ neceſſitate.

55.
Neceſſitas Theologiæ qualis ſit?

ASSERTVM.: Theologia in aliquo ſenſu eſt neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem non ſolùm toti Eccleſiæ, ſed etiam ſingulis hominibus: In aliquo ſenſu eſt neceſſaria ſimpliciter toti Eccleſiæ, non ſingulis hominibus: In aliquo ſenſu neque etiam toti Eccleſiæ eſt ſimpliciter neceſſaria. In quolibet tamen ſenſu eſt neceſſaria ſecundùm quid, & ad melius eſſe. Hoc aſſertum communiter a Theologis recipitur, quamvis à variis varie explicetur.

Probatur, & explicatur: Theologia poteſt ſumi dupliciter, vel præcisè pro habitu, & notitia concluſionum, vel pro habitu, & notitia concluſionum, & principiorum. Hoc ſecundo modo Theologia eſt neceſſaria ſimpliciter etiam ſingulis hominibus, quia includit Fidem, ſine qua ex Heb. 11. *impoſſibile eſt placere Deo.* Eſt verò neceſſaria neceſſitate medij, ſi ſumatur vt includit articulos Fidei neceſſitate medij neceſſarios, qui ſunt ſaltem duo illi expreſſi ab Apoſtolo, verbis ſequentibus ad mox citata: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit*: Eſt neceſſaria neceſſitate ſolius præcepti, ſi ſumatur vt includit reliquos articulos. Primo modo ſumi poteſt vel pro notitia talium concluſionum deductarum, & diſpoſitarum ea ratione, & methodo, quæ poſt Magiſtrum Sententiarum, Doctoremque Angelicum obſeruatur in Scholis, & ſic Theologia nec eſt neceſſaria ſingulis hominibus ſimpliciter, vt per ſe patet; nec etiam toti Eccleſiæ, cum hæc non ſolùm in Lege Naturæ, & Scripta; ſed etiam per duodecim circiter ſæcula in Lege Gratiæ ſine huiuſmodi Theologia permanſerit; vel pro notitia earundem concluſionum quoad ſubſtantiam; & ſic eſt neceſſaria ſimpliciter toti Eccleſiæ, ſcilicet ſimpliciter neceſſarium eſt in aliquibus Eccleſiæ membris talem Theologiam reperiri: neque enim poteſt ſine ipſa Fides ſufficienter proponi, explicari, defendi, & Arriaga 1. *par. diſp.* 1. *num.* 29. negans huiuſmodi neceſſitatem ſimpliciter, malè ſupponit nullam fuiſſe Theologiam in Lege Naturæ; cum *ex Superiori*, §. Theologia quoad ſubſtantiam inceperit in Adamo, nec vnquam tota defecerit; verum quidem eſt in Lege Scripta, & à fortiori in Lege Naturæ, in qua pauciora Fidei Myſteria explicitè credebantur, fuiſſe etiam pauciores, minúſque explicatas Theologicas concluſiones, adeoque Theologiam magis diminutam.

Theologia ſumitur pro-vt dicit ſolas concluſiones, vel pro vt dicit etiam principia.

Theologia in Lege Naturæ, & Scripta, fuit valdè imperfecta.

Addit De Quiros 1. *par. diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 10. Theologiam partialiter, & quoad aliquas concluſiones eſſe ſimpliciter neceſſariam etiam ſingulis hominibus, quod ſic probat: Nullus adultus poteſt apprehendere veritatem Fidei euidenter credibilem, niſi aliquas notiſſimas conſequentias apprehendat abſurdas non eſſe, hæc enim eſt natura Intellectus quamvis ruſtici, vt audita aliquâ veritate procedat diſcurrendo ſaltem ad notiſſimas conſequentias, quæ niſi appareant non abſurdæ, Fides credibilis non apparebit; & conſequenter nec Fides obtinebitur, nec ſalus; ſed aſſentiri concluſioni ex reuelatis deductæ, vt non abſurdæ, eſt formaliſſimè actus Theologicus: ergo ipſe neceſſarius eſt ſimpliciter. Verùm valdè impropriè dicuntur Theologicæ notiſſimæ illæ conſequentiæ, quibus qui aſſentitur ſæpiſſimè non reflectit ad vim diſcurſus, nec habet actum explicitum diſtinctum ad ipſas terminatum; & innata illa vis intellectus non eſt neceſſe, quod ſemper exeat in actum ſecundum; alioqui in quolibet omnino aſſenſu intellectus procederet ad vlteriorem conſequentiam, ſicque abiret in infinitum. Non eſt igitur recedendum à communi ſententia; qua docetur 56.
Theologiam quoad concluſiones non eſſe ſimpliciter neceſſariam ſingulis hominibus, ſaltem immediatè; mediatè enim ſuſtineri poteſt ſimpliciter neceſſaria, quatenùs licèt non ſit neceſſe ſingulos eſſe Theologos; ſingulis tamen neceſſe eſt Eccleſiam habere Theologos, quod eſt Theologiam non eſſe neceſſariam ſingulis immediatè, ſed mediatè, mediante ſcilicet aliquo alio. Hoc probat Valentia 1. *par. diſp.* 1. *queſt.* 1. *punct.* 2. §. *Ac oſtendit*: quia nullus poteſt prudenter credere aliquid non per ſe notum, niſi ſufficienter explicetur, & confirmetur; Fidei autem Myſteria, nec ſunt per ſe nota, nec poſſunt ſufficienter explicari, & confirmari ſine Theologia. Accedit quod (& eſt ratio *Tanneri*, quamvis non multùm diuerſa à probatione *Valentiæ*) nemo poteſt prudenter credere, niſi ſibi perſuadeat eſſe in Eccleſia viros doctos, valentes ſatisfacere difficultatibus omnibus, & obiectionibus contra Fidem militantibus. Huiuſmodi neceſſitatem mediatam Dominicus à Sanctiſſima Trinit. *lib.* 1. *Biblioth. Theolog. ſect.* 1. *cap.* 3. §. *Dixi in aſſertione*, limitat ad tempus, quo deſiiſſet eſſe Fides.

Intellectus audita aliqua veritate ex natura ſua diſcurrit procedendo ad conſequentias ſaltem notiſſimas.

Theologia quomodo mediatè ſit ſimpliciter neceſſaria ſingulis hominibus.

Ecce explicatum, & probatum aſſertum: 57.
Theologia ſcilicet eſt ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria, non ſolùm toti Eccleſiæ; ſed etiam ſingulis hominibus; ſi ſumatur vel mediatè, vel vt dicit etiam principia. Eſt ſimpliciter neceſſaria toti Eccleſiæ, non ſingulis hominibus; ſi ſumatur pro notitia concluſionum quoad ſubſtantiam. Non eſt ſimpliciter neceſſaria neque toti Eccleſiæ, neque ſingulis hominibus; ſi ſumatur pro notitia concluſionum eâ, quæ modo tradi ſolet, methodo deductarum. Eſt in omni ſenſu, & omni modo, etiam ſcilicet quoad

præſen

præſentem methodum neceſſaria ſecundùm quid, & ad melius eſſe, quia vtiliſſima, vt probatum eſt *in antecedenti* §. & confirmari poteſt ex Sixto V. *in Litteris decretalibus*, quibus Diuus Bonauentura inter Eccleſiæ Doctores annumeratur, vbi habetur nihil Eccleſiæ eſſe fructuoſius eâ Theologiâ, quæ Scholaſtica appellatur, eiuſdemque plura emolumenta egregiè recenſentur; vt videre eſt initio operum Diui Bonauenturæ, quo loco referri ſolent ad verbum Literæ illæ decretales.

Theologiæ vtilitas confirmatur.

38. Huc vſque eſt explicatum quomodo neceſſaria ſit Theologia conſiderata reſpectiuè, & in ordine ad finem humanæ ſalutis; quod ſi eadem Theologia conſideretur abſolutè, & ſecundùm ſe, non habet neceſſitatem pluſquam moralem; quatenùs ſuppoſita procliuitate, & innata propenſione humani intellectus ad diſcurſum eſt moraliter impoſſibile, quòd ex principiis Fidei aliquis intellectus non diſcurrat, adeoque non Theologizet; ſicuti propter eandem procliuitatem eſt moraliter impoſſibile, quod aliquis homo non moueatur, aliquis non rideat, aliquis non peccet venialiter, &c. Non habet autem neceſſitatem Phyſicam exiſtendi, quia non habet cauſam Phyſicam neceſſariam, non enim intellectus Phyſicè neceſſitatur ad diſcurrendum, præſertim circa principia Fidei; quibus aſſentitur dependenter à libero pio affectu voluntatis, non neceſſitatus ab euidentia manifeſtæ veritatis. Vtraque porrò neceſſitas, quam habet Theologia conuenit ei de lege ſolùm ordinaria, & ſpectato ordine præſentis prouidentiæ. Cæterum de potentia abſoluta, & prouidentia extraordinaria nec habet Theologia neceſſitatem vllam ſecundùm ſe, & in exiſtendo; quia aut negatis principiis Fidei, aut impedito exercitio diſcurſus circa ipſa facilè poteſt diuinitus contingere, vt creatus intellectus ex principiis Fidei non diſcurrat, adeoque non Theologizet. Nec item habet neceſſitatem in ordine ad finem humanæ ſalutis, quia non deſunt Deo modi conducendi humanum genus ad ſalutem abſque Theologiæ beneficio, vel ſcilicet non exigendo ab homine Fidem; vel emolumenta, quæ Theologia Fidei præſtat ſupplendo per nouas reuelationes, vberiores illuſtrationes, efficaciores motiones internas, &c.

Theologia abſolute, & ſecundùm ſe habet neceſſitatem moralem exiſtendi.

Tota Theologiæ neceſſitas eſt ſolum ſpectato ordine præſentis prouidentiæ.

39. Ex eo quod ſupradictum fuerit Theologiam ſumi poſſe, vel pro habitu, & notitia concluſionum, & principiorum; vel pro habitu, & notitia concluſionum præcisè, dubitatur quomodo ſumenda ſit, dum Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 1. de ea agens ſub nomine Sacræ doctrinæ concludit neceſſariam eſſe cuilibet homini ad ſalutem? Ex vna parte videtur debere ſumi pro habitu, & notitia principiorum, ſimul & concluſionum; quia hoc modo meliùs ſaluatur eſſe neceſſariam ſingulis hominibus ad ſalutem; ex alia parte videtur debere ſumi pro habitu, & notitia concluſionum præcisè; quia hoc modo ſumpta Theologia eſt ſcientia. Eandem verò Sacram doctrinam, quam Diuus Thomas *in* 1. *articul. citat.* definit eſſe homini neceſſariam ad ſalutem, in ſequentibus articulis definit eſſe Scientiam, Sapientiam, digniorem aliis, &c. Huic parti adhæreo cum Siluio, & pluribus Thomiſtis *in commentariis citati articuli*, contra Molinam 1. *part. quæſt.* 1. *artic.* 1. *diſputat.* 3. Vaſquez, &c. ad rationem dubitandi in oppoſitum dico ex ſuprà poſitis Theologiam, etiam vt eſt notitia concluſionum præcisè, eſſe ſimpliciter neceſſariam ad ſalutem ſingulis, licèt ſolùm mediatè, ſeu vt loquitur Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 1. *diſput.* 2. *artic.* 1. *num.* 5. eſſe neceſſariam pro omnibus, ſed non vt exiſtat in omnibus; niſi quodammodo paſſiuè, & tanquam in regulatis, qua ratione pro omnibus requiritur gubernatio in Principe. Aduerte hic obiter nomine doctrinæ vniuerſaliter acceptæ *ex* 1. *Poſt. cap.* 2. intelligi quamcumque cognitionem probatiuam, quæ in docente doctrina, in diſcente diſciplina nominatur; ſicque Sacra doctrina ex vi nominis importat ſolùm cognitionem probatiuam in materia Sacra, ſiue procedat probabiliter, ſiue ſcientificè: in hoc ſenſu alibi dixi concluſiones deductas ex vna præmiſſa reuelata, alia probabili, ſpectare ad Sacram Doctrinam, non ad Theologiam, quæ propriè accepta ſcientia eſt, & procedere nullatenus poteſt ex probabilibus.

Sacræ doctrinæ nomine, quid intelligat D. Thomas.

Theologia eſt ſimpliciter neceſſaria ſingulis, at non vt exiſtens in ſingulis.

40. Doctrina eſt cognitio probatiua in docente.

CAPVT III.

De locis Theologicis.

LOCORVM Theologicorum nomine intelliguntur præcipua quædam capita, & communia, vt ita dicam, promptuaria; ex quibus eruuntur præmiſſæ Theologicis argumentationibus inſeruientes; & quia Theologicæ argumentationes propriè, & rigurosè *ex cap.* 1. §. 7. *&* 8. debent conſtare, vel ex vtraque præmiſſa reuelata; vel ex vna reuelata, altera naturaliter euidenti; ſtatim conſtat duo vniuerſaliſſima loca Theologica eſſe diuinam auctoritatem, ex qua habentur præmiſſæ reuelatæ, & rationem naturalem, ex qua haberi poſſunt præmiſſæ naturaliter euidentes; clarioris tamen doctrinæ gratia ſolet aſſignari maior locorum Theologicorum numerus, eorum præſertim, quæ ſe tenent ex parte diuinæ auctoritatis quæ potiſſimum, propriiſſimum, & copioſiſſimum eſt principium, & caput Theologizandi; nam ratio naturalis plurimam quidem & ipſa præbet præmiſſarum copiam; at ipſarum minor habetur conſideratio, quia in Theologicis diſcurſibus miniſterialiter potiùs, & tanquam principia extranea; quàm principaliter, & tanquam principia propria adhibentur; cum non concurrant niſi vt ſubordinata, roborata, & aliqua- 1.

Loca Theologica vniuerſaliſſima ſunt Auctoritas diuina, & ratio naturalis.

Præmiſſæ naturales nō ſunt principia propria Theologiæ.

liter eleuata ex conſortio alicuius præmiſſæ reuelatæ; item non per ſe requirantur ad Theologicas concluſiones, nec in ipſas vnquam Theologia vltimò reſoluat ſuas veritates, vt *ſupra* explicabatur *cap. 1. §. 6. in fine, cap. 2. §. 2. circa finem.*

§. I.

Quot ſint loca Theologica?

2.
Loca Theologica ſeptē benè aſſignantur.

ASSERTVM: Loca Theologica ſeptenario numero benè comprehenduntur. Sunt ſcilicet. Primò, Scriptura Sacra. Secundò, Traditiones Apoſtolicæ. Tertiò, Decreta [illegible] rum Pontificum. Quartò, Definitiones Conciliorum Oecumenicorū. Quintò, Sententiæ Sanctorum Patrum. Sextò, Communis ſenſus Fidelium. Septimò, Veritas certa, & euidens naturaliter. Ita Valentia 1. *par. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 5. §. 1.* Eſparza *in proœmio, art. 26.* alijque nonnulli. Dixi, benè comprehenduntur, ad innuendum me approbare hanc locorum Theologicorum enumerationem tanquam bonam, non damnare reliquas ſiue parciores, ſiue vberiores ſint, præſertim quia Loci Theologici nomen nonnulli latius vſurpant, nimirum pro principijs etiam ſolum probabilibus; qua ratione recenſent inter Loca Theologica Philoſophorum auctoritates, humanas hiſtorias, &c. Sic Diuus Thom. 1. *part. quæſt. 1. art. 8. ad 2.* videtur indicare quatuor Loca Theologica, ſcilicet Sacram Scripturam, rationem naturalem, auctoritatem Philoſophorum, Auctoritatem Doctorum Eccleſiæ. Siluius *ſuper citatum articulum* Diui Thomæ, ad loca à nobis aſſerta addit Auctoritatem Theologorum Scholaſticorum, & octonarium numerum conſtituit. Canus quem ſequuntur Vaſquez, Molina, alijque plures, *in opere integro, quod de locis Theologicis in ſeptem libros diuiſum compoſuit*, huic octonario numero adiungit dicta Philoſophorum, Narrationeſque hiſtoricas; & decem loca conſtituit, quæ additis auctoritate Angelica, & Iuriſperitorum ſenſu, ad duodenarium vſque numerum producit Gillius *lib. 1. tract. 7. cap. 1. num. 6.* His Omiſſis Septenarius numerus à nobis præeligitur; tum quia inter cæteros quodammodo medius, adeoque nec parcitate, nec nimietate laborat; tum quia continet omnia, & ſola loca magis propriè Theologica, ex quibus ſcilicet concluſio ſcientifica, quæ ſola propriè Theologica eſt, deduci poteſt. Nec maiori aſſertum indiget probatione; ideò ſolùm breuem ſingulorum locorum explicationem ſubiicio.

Loci Theologici nomē iuxta aliquos importat etiam principium probabile.

3.
Loca Theologica ſunt Sacra Scriptura.

Probatur, ſeu potius explicatur, Sacra Scriptura, quæ dicitur etiam verbum Dei Scriptum, ſicuti eſt diuinæ reuelationis, ſub qua Theologia tota procedit, excellentiſſimum monimentum, ita eſt Theologicæ argumentationis firmiſſimum fundamentum, locumque tenens inter Theologica loca ſupremum, tum materiarum, tum ſenſuum multiplicitate plurima ſuppeditat Theologiæ audi principia, vt, ne nimium calamo parcam, diſtinctis *infrà* paragraphis attingam. Traditio Apoſtolica, ſeu Sacra, quæ dicitur etiam verbum non Scriptum, ſeu traditum, eſt diuina reuelatio facta viuâ voce, vel facto; à Deo; vel Chriſto, Prophetis, vel Apoſtolis, & ab his in Eccleſia, ab Eccleſia in Poſteros ſucceſſiuè tranſmiſſa: Huiuſmodi ſunt in materia doctrinæ, Virginitas perpetua Deiparæ. In materia morum, Ieiunium Quadrageſimale: habet eandem infallibilitatem, quam Sacra Scriptura, quia habet eundem Auctorem, cui æquè repugnat fallere verbo dicto, ſeu tradito, ac ſcripto: accedit quod ipſa Sacra Scriptura nititur Traditioni, quia vt notat Eſparza, *in proœmio, art. 28.* iuxta præſentem prouidentiam non niſi ex traditione habemus eſſe diuinas Scripturas, quas vt tales colimus, & Fide diuina credimus: pauciora, & faciliora docet, quàm Sacra Scriptura, quia cum traditio conſeruetur in notitia, & memoria multitudinis Fidelium, ſi obſcuriora doceret, eſſet parum conſona notitiæ; ſi quamplura, eſſet parum conſona memoriæ multitudinis Fidelium, inter quos ſemper multi ſunt craſſioris intelligentiæ imparis ad obſcuriora percipienda, memoriæque difficilioris ineptæ ad retinenda quamplura. Scio tum antiquiores, tum recentiores hæreticos traditionibus aduerſari, aſſerentes verbo Scripto ſufficienter contineri omnia credenda, ſed ipſos luculentè impugnat Macedo *in Theologia Poſitiua, Schola decima.* Dominicus à Sanctiſſima Trinitat. *lib. 3. Biblioth. Theolog. ſect. 2.* Alijque plures ex minùs Neotericis vt Bellarminus, *tom. 1. Controuerſiarum, lib. 4.* Decreta ſummorum Pontificum, ſubintellige loquentium ex Cathedra, quomodo errare non poſſunt ob ſpecialiſſimam aſſiſtentiam Spiritus Sancti; loquitur autem ex Cathedra Pontifex, quoties loquitur vt Pontifex, vt Chriſti Vicarius, vt Petri ſucceſſor, ex quo obiter conſtat poteſtatem loquendi ex Cathedra eſſe affixam Perſonæ, & per conſequens non poſſe à Pontifice alicui alij delegari, quod corroboratur ex eo quod poteſtas ſuprema, & omnium maxima; & ita cenſetur loqui, quoties id quod loquitur, vult haberi pro decreto vniuerſali, & obligat omnes Fideles ad id credendum, vel recipiendum. Definitiones Conciliorum Oecumenicorum, quorum nomine intelliguntur Concilia Vniuerſalia congregata Autoritate Summi Pontificis graues Perſonas Eccleſiaſticas; præſertim verò Epiſcopos, & Antiſtites Epiſcopis maiores conuocantis; horum Conciliorum definitiones dummodo Summi Pontificis auctoritate confirmentur omnimodam ſortiuntur auctoritatem ob Spiritum Sanctum ſpecialiter aſſiſtentem Summo Pontifici congreganti, & confirmanti. Sententiæ Sanctorum Patrum, in quibus ſcilicet Sancti Patres, & Eccleſiæ Doctores vnanimi conſenſu conueniunt; hi enim cum ex Apoſt. *ad Epheſ. 4.* ſint nobis [illegible] diuinitus

Traditiones Apoſtolicæ.

4.
Decreta Pōtificum.

5.
Definitiones Conciliorū.

6.
Sententiæ Sanctorum Patrum.

diuinitùs conceſſi, vt nô circumferamur omni vento doctrinæ, ſintque ſal condiendis populis, & lumen iiſdem illuſtrandis præparatum, in rebus ad religionem, Fidemque pertinentibus, nullam poſſunt admittere erroris ſuſpicionem. Communis ſenſus fidelium; hi enim, vt fideles formaliter ſunt, in rebus Fidei Eccleſiam repræſentant, imò conſtituunt, ideò communis ipſorum ſenſus eandem ſortitur infallibilitatem, quam ſenſus totius Eccleſiæ. Veritas certa, & euidens naturaliter; cuius nomine intelligitur propoſitio, aut per ſe nota, aut demonſtrata, aut ſaltem corroborata communi Philoſophorum, & peritorum virorum auctoritate generante ex ſe moralē euidentiam, moralemque certitudinem, quæ ex conſortio præmiſſæ reuelatæ confortata apta eſt cauſare certitudinem Theologicam, & inſeruire diſcurſui illatiuo Theologicæ concluſionis.

7. Communis ſenſus Fidelium.

8. Veritas euidens naturaliter.

9. Ex ſeptem aſſertis, & explicatis locis Theologicis ſolùm ſeptimus dici poteſt Theologiæ extraneus; reliqua omnia ipſius propria ſunt, cum ſingola deriuentur ex ipſius ratione formali, ſcilicet ex diuina reuelatione; vnde inter loca Theologica collocauimus decreta Pontificis, non quomodocumque; ſed ex Cathedra loquentis: definitiones Concilij, non qualeſcumque, ſed œcumenici, & à Pontifice confirmati: Sententias Sanctorum Patrum, non quaſcumque; ſed vnanimi ipſorum conſenſu decoratas. Communem ſenſum fidelium non vtcumque, ſed formaliter vt fidelium. Qua ratione, & Decreta Pontificum, & definitiones Conciliorum, & ſententiæ Patrum, & communis ſenſus fidelium non cadunt niſi ſupra veritates implicitè ſaltem reuelatas, & de Fide vel credendas, vel credibiles vt explicare ſolent *Authores* 2.2. Quod ſi ſumantur Decreta Pontificis non loquentis ex Cathedra: Definitiones Concilij non confirmati: Sententiæ Sanctorum Patrum non vnanimiter conuenientium: Communis ſenſus Fidelium materialiter acceptorum, & in re ad Fidem non pertinente, non excedunt robur Fidei humanæ; nec ſunt loca, ex quibus erui poſſint principia Theologiæ propria; ſed ad ſummum, ſi communi hominum Auctoritate firmentur, inſeruire poſſunt vt principia extranea applicabilia ſimul cum præmiſſa de Fide ad cauſandam Theologicam Concluſionem, ſicque loca huiuſmodi continentur ſub loco ſeptimo naturalis veritatis, non ſub loco communiſſimo Diuinæ auctoritatis.

Sex priora loca enumerata ſunt Theologiæ propria, ſolùm ſeptimus locus eſt extraneus.

§. II.

De loco Theologico Sacræ Scripturæ & primò: Quid ſit Sacra Scriptura? Quid ipſius ſenſus?

10. Sacra Scriptura eſt

ASSERTVM I. Sacra Scriptura eſt Doctrina de Deo, rebuſque diuinis à Spiritu Sancto ſpecialiter inſpirata, & in communem Eccleſiæ vtilitatem conſcripta.

Doctrina de Deo rebuſque, &c.

Probatur, & explicatur: Dicitur *Doctrina*, quia habet pro Auctore Deum nos docentem, ac inſtruentem, & quod ait D. Thomas 2.2. *queſt.2. art.3. in C. Ad viſionem homo pertingere non poteſt, niſi per modum addiſcentis à Deo Doctore*, poteſt etiam Fidei proportionaliter applicari; & iure Sanctus Doctor ibidem nonnullis interpoſitis habet, ad viſionem præexigi, *quòd homo credat Deo tanquam diſcipulus Magiſtro docenti*. Dicitur *de Deo, rebuſque diuinis*; quia nihil eſt in Sacra Scriptura, quod ad aliquod Dei attributum, vel diuinum Myſterium manifeſtandum non collimet, atque per huiuſmodi particulas Sacræ Scripturæ myſteriis, eiuſque ſuper omnes de rebus humanis doctrinas eminentia exprimitur. Dicitur *à Spiritu Sancto ſpecialiter inſpirata*; quia Sacra Scriptura Spiritu Sancto Autore, non quomodocumque aſſiſtente, ſed ſententias ipſas, & verba ſuggerente conſcripta eſt; in quo differt à definitionibus, & decretis Conciliorum, ſummorumque Pontificum; quæ Spiritu Sancto aſſiſtente, non tamen ſpecialiter inſpirante, & verba ſuggerente conſcribuntur, vt conuenit Scripturæ; in qua licèt Sixtus Senenſis *lib.8. Biblioth. hæreſi* 12. Vega *lib.15. in Trident. cap.* 17. Bellarm. *lib.1. de verbo Dei, cap.15.* exiſtiment eſſe plura verba non dictata, & in pluribus ad Hiſtorias pertinentibus fuiſſe Scriptores Sacros ſolùm diuinitus excitatos ad ſcribendum ea, quæ viderant, & audierant, Spiritu Sancto ſpecialiter aſſiſtente, ne errarent; videtur tamen dignitati Scripturæ Sacræ magis conſonum arbitrari ſingula verba eſſe de facto à Spiritu Sancto immediatè, & ſingillatim dictata; vt fuſiùs tradit Dominicus à Sanctiſſima Trinitate, *lib.3. Biblioth. Theolog. ſect.1. cap.5.* Dicitur *& in communem Eccleſiæ vtilitatem*, quia Sacra Scriptura ad ſalutem conducit, ad pietatem excitat, ad ſupernorum cognitionem, & contemplationem euehit, ad bonos mores inſtruit, aliiſque pluribus inſignibus emolumentis Fidelium vniuerſitatem cumulat. Dicitur *conſcripta*, quæ particula ſecernit Scripturam Sacram à Sacris Traditionibus, & opponitur Libertinis verbũ Dei ſcriptum, tanquam litteram occidentem reprobantibus, contra quos conuenientias conſcribendi ea, quæ ad Fidem pertinent, affert Dominicus à Sanctiſſima Trinit. *lib.3. Biblioth. Theolog. ſect.1. cap.3.*

Sacra Scriptura quomodo differat à definitionibus, & Decretis Conciliorũ, & Pontificũ.

Scripturæ omnia verba ſingillatim immediatè dictata ſunt à Spiritu Sancto.

Sacræ Scripturæ vtilitas.

Aſſerta, & explicata Scripturæ Sacræ definitio per quatuor ipſius cauſas tradita eſt. Per ly *de Deo, rebuſque diuinis*, exprimit cauſam materialem. Per ly *à Spiritu Sancto ſpecialiter inſpirata*, exprimit cauſam efficientem: ſubintellige principalem; nam cauſa minùs principalis fuerunt ipſi Sacri Scriptores, quos nonnulli vocant pura Spiritus Sancti inſtrumenta; at incongruè, quia principio animato, & libero malè congruit ratio puri inſtrumenti. Per ly *in communem Eccleſiæ vtilitatem*, exprimit cauſam finalem. 11.

Sacræ Scripturæ quatuor cauſæ.

Per ly, *conſcripta*, exprimit cauſam tormalem; ad cuius pleniorem notitiam ſpectaret inquirere qua lingua; quo Caractere, quo ſtylò, quo ordine Sacri Cudices fuerint primò conſcripti, ſed hæc tranſcendunt præſentis Inſtituti metas; & eruditè pertractata videri poſſunt apud Dominicum à Sanctiſſima Trinitate ferè *toto lib.5. ſuprà citato.*

12. Scriptura Sacra nun ſulùm quoad res pee nomen ſignificatas; ſed etiam quoad nomen ipſum, quod multiplex, vt inſigniorum rerum proprium eſt, obtinet, conſideratione digna eſt: Nominatur Scriptura ſacra nun ſolùm quia Spiritus Sancti Sacto afflatu inſpirata de rebus Sacris agit; ſed etiam quia maximâ reuerentiâ pertractanda eſt: vnde olim in Eccleſiis aſſeruabatur, vt colligitur ex Diuu Paulinu *Epiſt.* 12. *ad Seuerum*, & D. Borrumæus eximiu religioſiſſimæ pietatis eaemplu eam nonniſi nudo capite, & flexo poplite lectitabat: à fortiori nũ ſunt Scripturæ verba prufanè vſurpanda, & meriio huiuſmodi temeratores verbi Dei grauibus pœnis coercendus decernit Tridetinum *Seſſ.* 4. *in fino*: Numinatur Biblia, id eſt, libri, non ſolùm quia pluribus partibus, & libris diſtincta eſt; ſed etiam quia tanquam libris umnibus dignior huiuſmodi nomenclaturam antonomaſticè expoſcit; qua ratione etiam aliquando per excellentiam, & Antonomaſiam dicitur abſolutè Scriptuta. Nominatur Teſtamentum, quia Chriſti tanquam Teſtatoris morte intercedente nos cæleſtium bonoeum hæredes inſtituit; & licèt in duo Teſtamenta vetus alterum, alterum nouum diuidatur, propriè vnicum eſt; cum nouum Teſtamentum non ſit à veterę diuerſum, ſed veteris impletio. Numinatur Inſtrumentum, vel quia nos inſtruit ad ſalutem, vel quia eſt Scriptura Authentica probatiſſimis ſcribis, & Teſtibus obſignata.

Scriptura Sacra cur dicatur Sacra, cur Biblia, cur Teſtamentum, cur Inſtrumentum.

13. Aſſertvm II. Senſus Sacræ Scripturæ eſt res concepta per Sacræ Scripeutæ voces proximè, vel remotè ſignificata.

Senſus Sacrę Scripturę eſt res concepta, &c.

Probatur, & eaplicatur: Dicitue *res concepta*, ſeu *res, vt ſubeſt conceptui*, ſubintellige Dei loquentis, & dictantis verba Scriptutæ: Munus enim vocis eſt ſignare conceptum eius, qui loquitur, & rem, quæ tali conceptui ſubeſt; & minus propriè Valentia 1. *part. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 5. §. 3. docet etiam conceptum noſtrum cuuformem conceptui diuino dici poſſe ſenſum, ſeu ſignificatum importatum per Sacræ Scripturæ Voces: cum tamen voces ex genere ſuo ſignificent ſulùm conceptum loquentis, non aliorum. Huiuſmodi conceptus loquentis per voces ſignificatus appellari ſulet ſenſus; quia ex Quintiliano *lib.*8. *cap.*5. *Quamvis ſenſus, corporis proprius ſit; conſuetudo tamen obtinuit, vt menso concepta ſenſa, ſeu ſenſus vocaremus, ſicut intelligere vocamus ſentire*: Dicitur *per Sacra Scriptura vocos proximè, vel remotè ſignificata*: Quia Sacræ Scripturæ voces duplicem habent modum ſignificandi, alium proximè, & immediatè per ſe; alium remotè, & mediatè per res à ſe ſignificatas; & hinc deriuatur duplex Scripturæ ſenſus peo cuius explicationē ſit

§. III.

Quotuplex ſit Senſus Sacræ Scripturæ?

Aſſertvm I. Senſus Sacræ Scripturæ duplex eſt, alter Hiſtoricus, ſeu Literalis, alter Myſticus, ſeu Spiritualis. Ita communiſſimè Theologi omnes tum Scholaſtici, tum Poſitiui cum D. Thom. 1. *part. quæſt.* 1. *artic.* 9. *&* 10. Diuo Dionyſio *cap.* 2. *cæleſtis Hierarchiæ*, D. Auguſtino *lib.* 1. *Geneſ. ad litteram*, aliiſque Sanctis Patribus contra Hæreticos, quorum aliqui damnatunt ſenſum Litteralem, vt Sebaſtianus Tranchius, *in præfatione ad ſua paradoxa*, Vbi ſenſum Litteralem vocat gladium Antichriſti; alîqui alij, ijque plures damnant ſenſum Spiritualem, vt Porphyrius *apud Euſebium, lib.* 3. *hiſt. cap.* 17. Celſus apud Origenem *lib.* 4. & ea Neotericis Eraſmus *in præfatione ſua paraphraſis ad Imperatorem*; Lutherus de Diunyſio Areupagita ita imprudentiſſimè ſcribens, *Ludit in allegoriis quod eſt otioſorum hominum ſtudium*, &c. 14.

Senſus Sacræ Scripturæ alter litteralis, alter ſpiritualis.

Probatur, & eaplicatur ratione, & veebis D. Thom. *artic.* 10. *citato. Auctor Sacræ Scripturæ eſt Deus, in cuius poteſtate eſt vt non ſolùm voces ad ſignificandum accommodet (quod etiam homo facere poteſt) ſed etiam res ipſas, & ideò cum in omnibus ſcientiis voces ſignificent; hoc habet proprium iſta Scientia, quod ipſa res ſignificata per voces etiam ſignificant aliquid: Illa ergo prima ſignificatio, qua vocos ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum, qui eſt ſenſus hiſtoricus, ſeu Literalis: Illa verò ſignificatio, qua res ſignificata per voces iterum res alias ſignificant, dicitur ſenſus Spiritualis*: Quod etiam breuiter, elegauterque eapreſſit Diuus Gregorius 20. *moralium, cap.* 1. aſſerens *Sacram Scripturam hoc cæteris omnibus præſtare ſcientiis; quod eodem ſermono, dum narrat geſtum, prodit Myſterium*: In eandem veritatem vnanimiter adeò reliqui Sancti Patres cunſpirant, vt Eſparza *in proœmio, artic.* 34. Domiuicus à Sanctiſſima Triuit. *lib.* 3. *Biblioth. Theolog. ſect.* 1. *cap.* 99. meritò exiſtiment de Fide eſſe, quud Scripturæ Sacræ vterque aſſertus ſenſus conueniat.

De Fide eſt dari in Sacra Scriptura ſenſum Literalem, & Spiritualem.

Dices, quamvis vterque Senſus Scripturæ Sacræ verè conueniat, eſſe tamen adhuc incongruam, & inſufficientem diuiſionem; eo quod vltrà duos aſſertos detur Tertius ſcilicet accommodatitius, qui eſt res aliqua à nobis concepta, ad quam ſignificandam rectè aptantur, ſeu accommodantur verba Scripturæ, & dicitur ſenſus accommodatitius per alluſionem; vel res ſignificatæ pee verba Scripturæ, & dicitur Senſus accommodatitius per extenſionem. Primo modo ſenſus accommodatitius imitatur Literalem: Secundò modo imitatur Spiritualem, 15.

Senſus accommodatitius eſt res aliqua, &c.

à

à quo tamen vtroque differt, eo quòd ſit præter intentionem Dei loquentis per Scripturam, tanquam per verbum Scriptum, adeoque Dei conceptum non manifeſtet; ſenſus verò tum Litteralis, tum Spiritualis ſit res à Deo concepta, & quam Deus ſignificare intendit, vel immediatè per voces ipſas in Scriptura exaratas, vel mediatè per res huiuſmodi vocibus ſignificatas: In vſu eſt huiuſmodi ſenſus accommodatitius, & ab Eccleſia frequenter adhibetur in diuinis officiis; ſic illud: *Inuentus eſt iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*: Quod *Eccleſ.44.* de Noë profertur; Eccleſia in Officio cuicumque Confeſſori accommodat: Illud *Ab initio; & ante ſæcula creata ſum*, quod de Incarnata Sapientia dicitur *Eccleſiaſt.24.* Accommodat Deiparæ. Sed contra cum Valentia 1. *par. diſp.1. quæſt.1. punct.5.* §.3. De Quiros *diſp.15. ſect.1 num.6.* Ioan. à S. Thoma *quæſt.1. diſput.2. artic.12. num.17.* Dominico à Sanctiſſima Trinit. *lib.3. Bibliotb. Theolog. ſect.1. cap.99. Aliiſque Theologis ferè omnibus*: Dico ſenſum accommodatitium eſſe æquiuocè, & impropriè, non verè, & propriè ſenſum Scripturæ; ſenſus enim proprius ex ſuperiùs poſitis eſt res ſignificata, vt concepta à loquente, ſeu iuxta mentem, & intentionem loquentis; ſenſus autem accommodatitius non eſt huiuſmodi, cum ſit ad arbitrium accommodantis potiùs, quàm iuxta intentionem loquentis; imò aliquando eſt contra talem intentionem, vt cum improbi homines verba Scripturæ ad profana; imò ad turpia accommodant. Cum igitur ſenſus accommodatitius poſſit eſſe prauus, & indecens, ſentiendum omninò, quòd verus Scripturæ ſenſus non ſit; ſed ſit vſus quidam verborum Scripturæ, non ipſorum ſenſus, ſit ad Scripturam alluſiuus, non Scripturæ expoſitiuus. Non damnatur tamen ſenſus accommodatitius, ſeu vſurpatio locorum Scripturæ facta per accommodationem; dummodo vel ingenio, vel genio nimis non indulgeatur; ne accommodatio aliqua ipſius diuinæ Scripturæ contextui, vel Sacrorum Interpretum, aut Sanctorum Patrum expoſitioni diſſona ſubrepat: Propterea laudabile eſt, & conſulendum concionatoribus, quibus ſenſus accommodatitius vberem ingenioſorum conceptuum copiam ſuppeditat, nullam afferre accommodationem, niſi graui aliqua autoritate roboratam. Cauendum etiam diligenter aliquos ſenſus exiſtimari accommodatitios, qui re verâ accommodatitij non ſunt, cum enim nobis non innoteſcat omnis intentio Dei loquentis, facile eſt aliqua loca Scripturæ exiſtimari vſurpata præter Dei intentionem, quæ re vera iuxta intentionem vſurpata ſint, licèt à nobis ignoratam; ex quo capite Authores ſuprà citati docent contra Vaſquez 1. *par. quæſt.1. art.10. diſp.14. cap.3.* in ipſa Sacra Scriptura quando affertur vnus textus ad confirmandum alium nunquam id fieri per puram accommodationem, ſeu vſum ſenſus purè accommodatitij.

Senſus accommodatitius frequenter vſurpatur etiam ab Eccleſia.

Senſus accommodatitius non eſt verus ſenſus Sacræ Scripturæ.

Senſus accõmodatitius eſt cautè vſurpandus.

In ipſa Sacra Scriptura nũquam ponitur ſenſus purè accommodatitius.

16. Assertvm II. Senſus Litteralis, ſeu Hiſtoricus eſt ille, quem Auctor Scripturæ Spiritus Sanctus per verba vel ſub propria, & vſitata, vel ſub aliena, & tranſlatitia ſignificatione primò ſignificare intendit; vnde Litteralis ſenſus benè diuiditur in Proprium, ſimplicem ſeu Grammaticalem; & Metaphoricum; Figuratiuum, ſeu Parabolicum. Ita Theologi communiter cum D. Thoma 1. *par. quæſt.1 art.10. ad 3.* contra Lyranum, *prolog. 3. Bibliorum*, non agnoſcentem ſenſum Litteralem Metaphoricum, cui licèt videantur fauere aliqui Sancti Patres, re vera tamen loquuntur de ſenſu Litterali non abſolutè, ſed grammaticaliter accepto.

Senſus Litteralis quis? Alius proprius, alius Metaphoricus.

Probatur; Senſus Sacræ Scripturæ in genere eſt id, quod Auctor Scripturæ Sacræ Spiritus Sanctus ſignificare intendit: ergo ſenſus Litteralis eſt is, quem intendit ſignificare primò, id eſt immediatè, & proximè per Litteram ipſam, ſeu vocem, vel ſub propria & vſitata, vel ſub aliena, &c. vt magis patebit ex explicatione ſenſus Spiritualis, *in ſequenti aſſerto*. Neque dicas *pro Lyrano* quod ſignificatur Metaphoricè, non ſignificari proximè, & immediatè: adeòque non benè cohærere, quod ſenſus Litteralis poſſit eſſe Metaphoricus, & tamen ſit is, qui primò, immediatè, & proximè per verba ſignifica-
tur. Contra enim, ſenſus Metaphoricus, 17.
ſeu ſignificatio Metaphorica, æquè ac propria, & ſimplex, vocibus immediatè conuenit, hoc eſt alio non mediante; ſi enim conueniret alio mediante, maximè mediante ſignificatione propria, at hoc non: ergo. Minor probatur; Riſus prati, v.g. ſignificans ſignificatione Metaphorica ipſius virorem, non hunc ſignificat mediante ſignificatione propria; adeò vt dum dico riſum prati velim priùs ſignificare hilaritatem hominis, & media tali hilaritate virorem prati, ſed æquè immediatè riſus prati ſignificat ipſius virorem ſignificatione Metaphorica; & tranſlatitia; ac riſus hominis ſignificet ipſius hilaritatem ſignificatione propria, & ſimplici. Malè igitur ſenſit *Lyranus* ſignificationem Metaphoricam non eſſe immediatam, ſenſum Metaphoricum non eſſe Litteralem, & verba Scripturæ, quæ in ſignificatione Metaphorica tantum verificantur, non in propria, Litterali ſenſu carere; ex quo cogitur dicere huiuſmodi verba in Scriptura eſſe mutos, & inutiles ſonos; ſi enim Litterali ſenſu carent, conſequens eſt quod careant etiam Spirituali, cum ex D. Thom. 1. *part. quæſt.1. art.10. ad 1.* Senſus Spiritualis fundetur in Litterali: Propterea ſentiendum omninò eſt quodlibet Scripturæ verbum ſuum ſenſum Litteralem habere, & quoties verba aliqua in ſignificatione propria falſum ſenſum redderent, eſſe Litteraliter intelligenda in ſignificatione Metaphorica, & hoc innuunt Gregorius *lib.4. moralium, cap.2.* Origenes 4. *Periarchon cap.2.* dicentes, vbi deficit Littera recurrendum eſſe ad Myſterium; quod nihil eſt aliud, quàm deficiente Littera grammaticaliter, & in ſenſu proprio (qua ratione verificatur etiam illud Pauli 2. Corinth. 3. *Littera occidit*) eſſe recurrendum ad ſenſum

Significatio Metaphorica eſt immediata, æquè ac ſimplex.

Quodlibet Scripturæ, verbum habet ſenſum Litteralem, alioqui eſſet mutus ſonus.

Littera occidit, quo-

modo verificetur.

Metaphoricum. Ex his non ſolùm remanet probatum aſſertum, ſed etiam nonnulla dubia ad ſenſum Litteralem ſpectantia facilè ſoluuntur.

18. Dubitatur primò, Vtrùm idem Scripturæ locus plures ſenſus Litterales admittat? Communiſſima eſt affirmatiua reſponſio, adeò vt Abulenſis *quæſt.* 57. *in cap.* 2. *Matth.* cenſeat eſſe de Fide, *Banaes, & Zumel* temeritatis notam oppoſitæ inurant; certè plurimâ Doctorum auctoritate confluente in partem affirmatiuam minùs, quàm par eſt, ipſi fauet De Quiros 1. *part. diſp.* 11. *ſect.* 2. *num.* 13. ſolam ei tribuens probabilitatem. Probatur ratione, & verbis Diui Thomæ 1. *part quæſt.* 1. *artic.* 10. *in C. Quia ſenſus Litteralis eſt, quem Auctor intendit: Auctor autem Sacræ Scripturæ Deus eſt, qui omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit: non eſt inconueniens,* vt dicit Auguſtinus 12. *Confeſſ. ſi etiam ſecundùm ſenſum Litteralem in vna Littera Scripturæ plures ſint ſenſus.* Nec refert quod *ibidem ad* 1. ipſe Diuus Thomas, ad vitandam æquiuocationem, recurrat ad vnitatem ſenſus Litteralis: id enim præſtat, quia argumentum obiiciebat æquiuocationem ex ſenſu Litterali, Allegorico, Tropologico, Anagogico; cui benè ſatisfit eludendo æquiuocationem, per hoc quod alij plures ſenſus vni Litterali nitantur, & ſubordinentur. Cæterùm etiam datâ pluralitate ſenſuum Litteralium omnis abeſt æquiuocatio, tum quia illa plura, quæ per huiuſmodi ſenſus importantur, non ſunt omninò diuerſa, & diſparata, ſed aliquam ſemper conuenientiam habent, ſaltem Analogicam; tū quia ſingula vera ſunt, & iuxta intentionem loquentis, verba autem non ſunt æquiuoca, niſi quando ex pluribus ipſorum ſignificatis aliquod falſum eſt, & contra, aut præter intentionem loquentis. Inſigne exemplum pluralitatis ſenſuum Litteralium eſt locus ille: *Iſa.* 53. *Generationem eius quis enarrabit?* de Generatione æterna; & temporali: *Pſal.* 2. *Ego hodie genui te.* De Chriſti reſurrectione, de eius generatione æternâ; & etiam temporali; vt probat Siluius 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 10. ex Doctore gentium, & Angelico.

Idem locus Scripturæ plures ſenſus Litterales admittit.

Pluralitas ſenſuum Litteralium, cur non pariat æquiuocationem.

19. Dubitatur ſecundò, Vtrum ſenſus Litteralis Parabolarum ſit ille, quem importat ſignificatio vocum propria, an ille quem importat ſignificatio vocum Metaphorica. Reſpondetur duplex eſſe genus Parabolarum in Scripturis; alterum, in quo Parabola abſolutè, & abſque comparatione profertur: talis eſt illa Matth. 13. *Exiit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum:* Alterum, in quo Parabola per ſimilitudinem, & comparationem exprimitur; talis eſt illa alia, *eodem cap.* Matth. *Simile factum eſt Regnum Cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen.* Parabolæ primi generis habent ſenſum Litteralem in ſignificatione Metaphorica: Parabolæ ſecundi generis duplici parte conſtant, alterâ affertur ſimilitudo; alterâ, quæ ſæpiſſimè implicita eſt, & non expreſſa, fit applicatio ſimilitudinis; quoad hanc partem, quæ principalior eſt, huiuſmodi Parabolæ Litteraliter intelligendæ ſunt in ſenſu Metaphorico; quoad illam in ſenſu ſimplici, & proprio; nihil enim aliud innuit Scriptura, quàm Regnum Cœlorum, v.g. huic vel alteri rei eſſe ſimile, quod veriſſimum eſt vocibus in propria ſignificatione vſurpatis: nec eſt neceſſe (vt ex Alphonſo de Caſtro, obſeruat Vaſquez 1. *par. quæſt.* 1. *art.* 10. *diſp.* 15. *cap.* 4.) ad veritatem Parabolæ illud, quod in ſimilitudinem adducitur eſſe reuerâ geſtum, quia non narratur tanquam geſtum, aut gerendum; ſed vtrumque ſupponitur, & affertur per modum exempli; vnde deſeruit aliquando Parabolæ res etiam impoſſibilis, & fabuloſa, vt apparet ex illo *Iudicum* 9. *Iuerunt ligna, vt vngerent ſibi Regem,* &c. Idque abſque vlla ſuſpicione falſitatis, & mendacij; ſicuti nec falſum dicit, nec mentitur referens fabulam, vt ex ipſa deducat documentum morale.

Parabolarum in Scripturis duo ſunt genera.

Parabolæ aliquę habēt ſenſum litteralem, partim in ſignificatione propria, partim in Metaphorica.

Assertvm III. Senſus Spiritualis; ſeu Myſticus eſt ille, quem Auctor Scripturæ Spiritus Sanctus non per voces, ſed per res à vocibus ſignificata ſignificare intendit ſecundùm ordinationem, quam huiuſmodi res habent ex diuino beneplacito. Rectè diuiditur in Allegoricum, Tropologicum, qui etiam moralis dicitur, & Anagogicum. Ita Theologi communiter cum D. Thoma 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 10. *in C.* aliiſque Sanctis Patribus, qui eandem diuiſionem ſi minùs quoad terminos, ſaltem quoad rem tradiderunt, vt ſpecialiter quoad Diuum Auguſtinum probat Dominicus à Sanctiſſima Trinitate *lib.* 3. *ſect.* 1. *cap.* 103.

20. Senſus Spiritualis quis? Alius Tropologicus, alius Allegoricus, alius Anagogicus.

Probatur, & explicatur: Deus ratione ſuæ omniſcientiæ, & omnipotentiæ omnia videt, omnia ordinat, idcò facilè poteſt ad ſignificationem futuri euentus, & cuiuſcunque veritatis occultæ rem aliquam ordinarę; cum igitur ipſe, Auctor ſit Scripturæ poteſt ex ſuo beneplacito ipſaſmet res à Scripturæ vocibus ſignificatas ordinare ad ſignificandum aliquid aliud occultum, & ſpectans ad ordinem ſupernaturalem (ex quo patet obiter quomodo verificetur id, quod indicat Diuus Thomas *loco citato*, ſcilicet hominem non poſſe accommodare res ad ſignificandum; ſubintelligi enim debet ad ſignificandum veritates occultas, & ordinis ſupernaturalis) eaſque de facto ordinaſſe euincitur ex vnanimi Autoritate Doctorum, & communi ſenſu Fidelium, imò habetur ex Scriptura, in qua exprimitur ſenſus Allegoricus *ad Galat.* 4. *Quæ ſunt per Allegoriam dicta.* Tropologicus *Rom.* 15. *Quæcumque Scripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* Anagogicus *verbis ſequentibus, vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* Et ecce non ſolùm probatam definitionem ſenſus Litteralis, ſed etiam indicatam explicationem triplicis ſenſus in aſſerto aſſignati. Senſus ſcilicet Allegoricus eſt, quando res Scripturæ vocibus ſignificata ex ordinatione diuini beneplaciti ſignificat aliquid ſpectans ad Fidem. Tropologicos, ſeu moralis, quando res Scripturæ vocibus, &c. ſignificat aliquid

Homo in quo ſenſu poſſit accōmodare res ad ſignificandum.

ſpectans

Digitized by Google

ſpectans ad mores. Anagogicus, quando ſignificat aliquid ſpectans ad ſpem, ſeu gloriam, quam ſperamus; quod totum ſimul cum ſenſu Litterali Liranus *in 1. & 3. Prologo Bibliorum*, ita expreſſit:

Litera geſta docet: Quid credas Allegoria;
Moralis quid agas: quid ſperes Anagogia.

Eoſdemque ſenſus ibidem exemplificat in hac voce, *Ieruſalem*, quæ in ſenſu Literali ſignificat præcipuam Paleſtinæ ciuitatem: in Allegorico Eccleſiam ſub Chriſti Lege Militantem: in morali animam humanam: in Anagogico Cœleſtem Patriam, ſeu Eccleſiam Triumphantem: nec minùs illuſtre exemplum affert D. Thomas *in cap. 4. Epiſt. ad Galat. Lect. 7.* quo in loco videri poteſt. Interim pro pleniori ſenſus Spiritualis & Myſtici intelligentia nonnulla dubia propono.

21. Dubitatur primò, Vtrùm cuilibet Scripturæ loco tres explicati ſenſus Spirituales conueniant. Reſpondetur negatiuè, imò dico aliqua Scripturæ verba habere ſolum ſenſum Litteralem, nullum ſpiritualem; huiuſmodi ſunt verba, quibus exprimuntur præcepta Decalogi *Deuter. 6.* vt diliges Dominum Deum tuum; huiuſmodi etiam D. Thom. *quodlib. 7. art. 15. in fine*, ait: *eſſe illa, quæ ſecundum ſenſum Litteralem pertinent ad ſtatum gloriæ.* Neque dicas illa habere ſenſum moralem, quia ſignificant mores, ad quos inſtruunt; iſta Anagogicum, quia ſignificant gloriam, ad quam pertinent. Contrà enim, vt verba habeant ſenſum moralem debent ſignificare mores, eorumque inſtructionem non immediatè, & per ſe, vt ſignificant verba præceptorum Decalogi; ſed mediatè, & per res à ſe ſignificatas, quòd verbis illis non conuenit; idem proportionaliter dicitur de ſenſu Anagogico reſpectu verborum ſignificantium gloriam. Quod confirmatur ex D. Thom. *artic. cit. ad 3.* vbi ita habet: *dicendum quod Moralis ſenſus non dicitur omnis ſenſus, per quem mores inſtruuntur: ſed per quem inſtructio morum ſumitur per ſimilitudinem aliquarum rerum geſtarum; ſic enim moralis ſenſus eſt pars Spiritualis, ita quod nunquam eſt idem ſenſus Moralis, & Litteralis.* Sentiendum igitur quatuor ſenſus ſuperioribus verſiculis expreſſos ita eſſe Sacræ Scripturæ attribuendos, vt cuilibet Scripturæ loco aliquis ex iis conueniat, ſcilicet ſaltem Litteralis; non vt cuilibet conueniat quilibet. In vniuerſum verò Myſticis ſenſibus præſertim Allegoricis fœcundior eſt veteris, quàm noui Teſtamenti Scriptura; quia omnia propemodum quæ in veteri Teſtamento narrantur figura ſunt eorum, quæ acciderunt in nouo; habet tamen etiam iſtud ſuos ſenſus Myſticos, præſertim morales; quia omnia Chriſti geſta ſunt ſigna compoſitionis morum, cui debemus incumbere iuxta illud 1. Petri 2. *Vobis relinquens Exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Ideò verba illa: *Prouerb. vltim. omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Et Apoc. 5. *Vidi librum Scriptum intus, & foris*; quibus nonnulli volunt duplicem ſenſum, Litteralem, & Spiritualem inſinuari, vtriuſque Teſtamenti Scripturis congruunt.

Aliqua verba Scripturæ ſolum habet ſenſum Litteralem, nullum Spiritualem.

Teſtamentū vetus fœcundum eſt ſenſibus Allegoricis, nouū moralibus.

22. Dubitatur ſecundò, Vtrùm ſenſus Myſtici Scripturarum Sacris ipſarum Scriptoribus innotuerint? Reſpondetur aliquos ſaltem ſcilicet principaliores ſenſus Myſticos Sacris Scriptoribus innotuiſſe; congruum enim fuit, vt dum Spiritus Sanctus verba ſuggerebat, intellectum illuminaret ad dignoſcenda Myſteria ſub verborum velamine recondita; innotuerunt iiſdem à fortiori principaliores ſaltem ſenſus Litterales; quia ſecus nullum ſenſum attingendo, & nullatenus intelligendo quid ſcriberent, ſe habuiſſent vt inſtrumenta inanimata, & puri amanuenſes: Dixi ſaltem principaliores, quia cum ſæpiſſimè eadem Littera plures ſenſus habeat tum Litterales, tum Myſticos, non eſt neceſſe quod illos omnes ſcribentibus Spiritus Sanctus manifeſtaret, in cuius confirmationem adduci poteſt auctoritas S. Th. 2. 2. *quæſt. 173. artic. 4.* dicentis: *Etiam veri Prophetæ non omnia cognoſcunt, quæ in eorum viſis, aut verbis, aut etiam factis Spiritus Sanctus ſignificare intendit.* Ratio quæ ibidem affertur, quia ſcilicet in *Reuelatione Prophetica mouetur mens Prophetæ à Spiritu Sancto ſicut inſtrumentum deficiens*, æquè procedit de quolibet Sacro Scriptore.

Sacris Scriptoribus aliqui, non omnes ſenſus Scripturæ innotuerunt.

23. Dubitatur tertiò, Vtrum ſenſus Spiritualis, ſeu Myſticus ſit præſtantior Litterali. Reſpondetur ſe habere tanquam excedens, & exceſſum; ſcilicet quoad aliqua ſenſum Spiritualem eſſe præſtantiorem Litterali, quoad aliqua Litteralem præſtantiorem Spirituali: Spiritualis eſt præſtantior Primò, in eo quod ſit proprius Dei; nam licèt loquutione profana etiam homines poſſint vti rebus ad loquendum cum antiquitus Pythagoreorum Symbola, Ægyptiorumque Hieroglyphica nihil aliud fuerint, quàm res ad alia ſignificanda accommodatæ, & ad loquutioni inſeruiendum idoneæ; loqui tamen per res loquutione Spirituali, & Sacrâ, manifeſtando ſcilicet mediis rebus veritates occultas, & ſupernaturales eſt modus loquendi omninò proprius Dei; at ſenſus Litteralis eſt in Scriptura Sacra eiuſdem rationis regulariter loquendo, ac in qualibet alia Littera; ideò non eſt proprius diuinæ loquutionis, ſed communis humanæ. Secundò in eo quod latiùs patet, non ſolùm quia in plura membra diuiditur, verum etiam quia ad plura, eaque magis diſparata, & diuerſa ſignificanda ſe extendit, quapropter vt refert Michael Medina *de recta in Deum Fide, lib. 4. cap. 25.* Apud Hebræos ſenſus Myſticus dicitur *verbum grande*, ſenſus Litteralis *Verbum paruum.* Tertiò: In eo quod iucundiùs intellectum paſcit, quatenùs grauiora, ſublimiora, & digniora ſemper ſignificat, cum ſenſus Litteralis ſæpè deſinat in narrationes rerum leuiſſimarum, imò etiam turpium factorum, ſicque cortex Litteræ ſine Medulla Myſterij ſæpe euadit iniucundus; Ideò nonnulli Sancti Patres ſenſum

Præſtantia ſenſus Spiritualis.

Digitized by Google

24. ſenſum Litteralem reprehendunt, ſi in ipſo ſiſtatur; & hinc explicant illud Apoſt. 2. Corinth. 3. *Littera occidit, Spiritus viuificat;* licèt horum verborum communior explicatio, & conformior textui per Litteram occidentem, legem, per Spiritum viuificantem, gratiam intelligat; vt fusè tradunt Bellarm. *tom. 1. controu. lib. 1. cap. 3.* Dominicus à Sanctiſſima Trinit. *lib. 3. Biblioth. Theolog. ſect. 1. cap.* 100.

Littera occidit, Spiritus viuificat quomodo explicetur.

E contra Litteralis eſt præſtantior Spirituali. Primò in eo quod ſit ſenſus primarius, & immediatè per voces ſignificatus; cum ſenſus Spiritualis ſit ſecundarius, & ſignificatus per voces mediis rebus; vnde, quia ſignificatio media immediatam ſupponit, ſenſus Spiritualis ſupponit Litteralem, & iſto non præmiſſo ad illum procedere periculoſum eſt, æquè ac ædificium conſtruere non præiacto fundamento, dicente Gregorio *Homil. 40. in Euang. In verbis Sancti Eloquij prius ſeruanda eſt veritas Hiſtoriæ, poſtmodum requirenda Spiritualis intelligentia, Allegoria: tunc namque Allegoriæ fructus ſuauiter capitur, cum prius per hiſtoriam in veritatis radice ſolidatur.* Secundò: In eo quod eſt magis expreſſus, eiuſque intelligentia magis neceſſaria; eſt magis expreſſus, quia immediatè, & ex ipſis terminis innoteſcit, cùm ſenſus Spiritualis, & Myſticus ſit implicitus magis, & reconditus; dicitur quippe Spiritualis, quia in Littera, tanquam Spiritus in corpore continetur; Dicitur Myſticus, quia tanquam arcanum Myſterium ſub Litteræ velamine reconditur: Eius intelligentia eſt magis neceſſaria, quia ſine ipſa ad ſenſus Myſticos rectè non proceditur, ex ipſa efficaciora Theologiæ argumenta deſumuntur, in ipſa potiſſimum Fides ad ſalutem neceſſaria conſiſtit. Tertiò, In eo quod latitudine, vt ita dicam, ſubiectiuâ latiùs patet, nam & à pluribus ignorantur ſenſus Myſtici, à paucioribus Litterales; & aliqua Scripturæ loca carent ſenſu Myſtico, nulla carent Litterali.

Præſtantia ſenſus Litteralis.

Præſtantia vtriuſque ſenſus.

Vltra has proprias ſingulorum ſenſuum prærogatiuas habet vterque ſenſus plures communes excellentias; putà quod à Deo Auctore, & ex Dei intentione procedat: quod ſummæ auctoritatis, & infallibilitatis ſit: quod non niſi ſpeciali Spiritus Sancti aſſiſtentia eruatur iuxta Apoſtolum 1. Cor. 12. *Alij interpretatio ſermonum ſecundùm eundem Spiritum:* quod antiquitatis, & vtilitatis præclaris inſignibus decoretur.

25. Ex præmiſſa multiplicitate, ſublimitate, & excellentia ſenſuum Sacræ Scripturæ clarè elucet huius obſcuritas; ipſiuſque intelligendæ difficultas contra Lutherum, Brentium, aliosque plures hæreticos, qui vt ſibi licentiam facerent priuato Spiritu Scripturam interpretandi facillimam prorsùs, apertiſſimam, & omnium Sanctorum Patrum commentariis clariorem aſſeuerarunt; hunc errorem latè impugnant Michael Medina *de recta in Deum Fide, lib. 7.* Bellarm. *tom. 1. controu. lib. 3.* & alij apud ipſos. Nobis Scripturæ obſcuritate, & difficultate ſuppoſita ſufficiat breuiter talis obſcuritatis, & difficultatis vtilitates afferre. Prima eſſe poteſt, vt ad Deum frequentiùs accedamus pro petenda intelligentia. Secunda, vt attentiùs, diligentiúſque Scripturarum ſtudio incumbamus. Tertia; vt plurium interpretationum beneficio diuina eloquia noſtris mentibus ſuauiùs illabantur. Quarta, vt diuina Myſteria obſcuritatis, velamine cooperta nobis nec vileſcant, nec faſtidium pariant. Quinta, vt labore, & difficultate intelligendi ſuperbia noſtra frangatur. Sexta, vt veritas laborioſiùs eruta meliùs mente percipiatur, firmiùs memoria retineatur. Septima, vt Fidei Sacra Arcana in fidelibus, profaniſque hominibus occultentur, nec illorum exponantur irriſioni. Has omnes vtilitates, ſingulas Sanctorum Patrum ſuffragio aliquo confirmatas recenſet Valentia *1. part diſp. 1. quæſt. 1. punct. 5.* §. 3.

Obſcuritas Sacræ Scripturæ plures habet vtilitates.

Vltra huiuſmodi vtilitates conuenientes obſcuritati Scripturæ in genere, 26.
dantur aliæ quædam ſpecialiter conuenientes obſcuritati cauſatæ ex ſenſu Metaphorico, ſeu ex vſu Metaphorarum conſiſtentium, vt plurimum in tranſlatione vocum propriè ſignificantium res corporeas etiam viles, ad ſignificandas res Spirituales ſublimiſſimas, & diuinas. Talium Metaphorarum; Prima vtilitas eſt, vt diuina Myſteria etiam rudioribus proponantur, quibus vix aliter, quàm ſub ſpecie corporaliuo videntur poſſe proponi. Secunda, vt nobis ad Deum aſſurgentibus per ſimilitudines rerum valdè inferiorum innoteſcat, nos de ipſo in via attingere magis quid non eſt, quàm quid eſt; & ex hoc capite quò res ſunt viliores eò aptius transferuntur ad ingerendam notitiam diuinorum; vt ex D. Dionyſio, magis explicat Diuus Thomas *1. part. quæſt. 1. art. 9. ad 3.*

Metaphorarum vſus in Sacra Scriptura ſpeciales habet vtilitates.

Dixi Metaphoras Scripturæ vt plurimum conſiſtere in tranſlatione vocum ſignificantium res corporeas, &c. non tamen negatur dari in Scriptura aliquos ſenſus tranſlatiuos ortos ex aliis tropis, quibus verba vtcumque transferuntur ad minùs propriam ſignificationem, ſic per vſum hyperboles dicitur Geneſ. 11. *Faciamus turrim cuius culmen pertingat vſque ad Cœlum:* per vſum Ironiæ Gen. 3. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.* Per vſum Antiphraſis, Iob. 2. *Benedic Deo, & morere*, vt exemplificat Molina *1. par. q. 1. art. 10. diſp. 3.*

Sacra Scriptura vtitur etiam Hyperbole, Ironia, Antiphraſi.

§. IV.

Secundùm quemnam ſenſum Scriptura Sacra ſit locus Theologicus, ex quo ſcilicet habeantur principia certa Theologicæ argumentationis?

ASSERTVM I. Scriptura Sacra tum ſecundùm ſenſum Litteralem, tum etiam ſecundùm Spiritualem, dummodo de vtroque certò conſtet eſſe legitimum Scripturæ ſenſum, eſt locus Theologicus ex quo habentur 27.

Senſus cum Litteralis, cū Spiritualis mixtus Theologiæ.

argumentationi.

bentur principia certa Theologicæ argumentationis. Ita Valentia 1. *part. diſp.1. quæſt.1. punct.5. §.3.* Lugus *lib.1. diſp.2. cap.3. num.13.* Vaſquez *quæſt.1. art.10. diſp.16. cap.5.* alijque communiter; & licèt quamplures doceant ex ſenſu Spirituali non haberi certa principia Theologicæ argumentationis, id ſolùm docent, eo quod vix conſtet de ſenſu aliquo Spirituali, quòd ſit legitimus, & à Spiritu Sancto intentus; ideò ſuppoſita reſtrictione à nobis aſſerta nobis non aduerſantur, & quando ipſi abſolutè loquuntur, benè monet Valentia *loco citato*, quod oportet ipſos dextrè intelligere.

28\. Dixi *dummodo de vtroque certò conſtet*, &c. pro quo aduerte, vt aliquis Textus Scripturæ Sacræ concluſioni verè Theologicæ inſeruiat, non ſatis eſſe quòd certò conſtet ipſum eſſe Scripturæ Sacræ textum, & verbum Dei Scriptum, niſi eàdem certitudine conſtet, ſenſum ſecundùm quem vſurpatur eſſe legitimum, & à Spiritu Sancto intentum; auctoritas enim Dei loquentis non tribuit infallibilitatem verbo ſuo, niſi ſecundùm eum ſenſum, ſecundum quem ipſe intendit loqui, cum non niſi ſecundum talem ſenſum verbum illud ſit loquutio Dei. Sufficienter autem conſtat ſenſum aliquem eſſe legitimum, & à Spiritu Sancto intentum, quando ipſius interpretatio habetur, vel ex alio textu Scripturæ, vel ex Sacra traditione, vel ex Decreto Pontificis loquentis ex Cathedra, vel ex definitione Concilij à Pontifice confirmati, vel ex vnanimi conſenſu Sanctorum Patrum, vel ex communi ſenſu Fidelium formaliter. Vltra hos modos, quibus æquè haberi poteſt certa notitia de legitimitate ſenſus Spiritualis, ac Litteralis, datur alius modus inſeruiens ſolùm ſenſui Litterali; & eſt Grammaticalis ipſa ſignificatio vocabulorum; quoties enim talis ſignificatio, nec eſt diſſona contextui, nec affert aliud inconueniens, certum eſt ipſam eſſe ſenſum Litteralem à Spiritu Sancto intentum; & hac potiſſimùm de cauſa longè frequentiùs conſtat legitimitas ſenſus Litteralis, quàm Spiritualis; frequentiùs item legitimitas ſenſus Litteralis proprij, quàm Metaphorici, quia ſignificatio vocabulorum propria eſt communi hominum conſenſu determinata, ſignificatio eorundem tranſlatitia eſt ad plura indifferens, & ex loquentis intentione, beneplacito, arbitrio determinanda. Multò magis eſt indifferens ſignificatio Spiritualis, & Myſtica conueniens rebus, cùm talis ſignificatio non conueniat ipſis ab intrinſeco, nec ex determinatione hominum, ſicuti conuenit vocibus ſignificatio propria, & licèt magis confuſè, ac cum aliqua indeterminatione etiam ſignificatio tranſlatitia; Ideò ſignificatio Spiritualis difficillimè nobis conſtat, & ex conſequenti etiam difficillimè nobis ſuppeditat principia certa ad efficaciter arguendum. Quod totum docuit D. Thom. *quodlib.7. art.14. ad 4. Non eſt propter defectum auctoritatis, quod ex ſenſu Spirituali non poteſt trahi efficax argumentum; ſed eſt ex ipſa natura ſimilitudinis, in qua fundatur Spiritualis ſenſus, vna enim res pluribus ſimilis eſſe poteſt; vnde non poteſt ab illa, quando in Scriptura Sacra proponitur procedi ad al quam illarum determinatè.* His ſuppoſitis, Aſſertum

Modi dignoſcendi, quinam ſit ſenſus à Spiritu Sancto intentus.

Senſus Litteralis cur frequentiùs certò conſtet quàm Spiritualis.

Probatur: Senſus tum Litteralis, tum Spiritualis eſt à Spiritu Sancto intentus, & ſummæ omninò, ac irrefragabilis autoritatis vt patet *ex Paragrapho ſuperiori*: ergo, dummodo de vtroque certò conſtet eſſe legitimum, ex vtroque habentur certa principia Theologicæ argumentationis. 29.

Dices ex Molina 1. *part. quæſt.1. art.10. diſp.5.* De Quiros *diſp.11. ſect.4. n.25.* nunquam certò conſtare de legitimitate ſenſus Myſtici, & Spiritualis; niſi ex alio textu Scripturæ in Litterali ſenſu intellectæ ſenſus ille Spiritualis innoteſcat; vnde ait D. Thomas 1. *part. quæſt.1. art.10. ad 1. Nihil ſub Spirituali ſenſu continetur Fidei neceſſarium, quod Scriptura per Litteralem ſenſum alicubi manifeſtè non tradat*: Ergo ſenſus Spiritualis efficacia reducitur ad ſenſum Litteralem, nec ille vnquam ſecundùm ſe, & vt ſpiritualis inſeruit Theologicæ argumentationi; ſed contra ſicuti habetur ſufficiens certitudo ſenſus Litteralis Metaphorici non innoteſcentis vi terminorum independenter ab alio textu Scripturæ, vel ex traditione, vel ex vnanimi conſenſu Patrum, &c. ita proportionaliter haberi poteſt ſufficiens certitudo ſenſus Spiritualis independenter ab alio textu Litteraliter intellecto, vt præindicatum eſt. Verba D. Thom. non obſtant; aliud quippè eſt ſenſum Spiritualem alibi tradi per Litteralem; aliud eſt hunc eſſe neceſſarium, vt ille ſufficienter innoteſcat, alioqui etiam quando idem ſenſus Litteralis alibi Litteraliter traditur non poſſet ſufficienter innoteſcere, niſi dependenter à ſeipſo alibi tradito. 30.

Senſus Spiritualis etiā independenter à Litterali inſeruit Theologiæ.

Assertvm II. Faciliùs, & frequentiùs habentur certa principia Theologicæ argumentationis ex ſenſu Litterali, quàm ex Spirituali: Ex ſenſu Litterali proprio, quàm ex Metaphorico. Ita Theologi magis communiter contra Molinam, De Quiros *locis mox citatis*, alioſque nonnullos quibus videtur fauere D. Thom. 1. *par. q.1. art.10. ad 1.* abſolutè docens ex ſolo ſenſu Litterali trahi argumentum Theologicum, nihilominus Diuus Thomas eſt cum aliqua reſtrictione intelligendus, & in re ſolùm intendit faciliùs, & frequentiùs trahi ex ſenſu Litterali, vt iam præindicatum eſt, & magis 31.

Argumenta Theologica eruuntur ex ſenſu Litterali magis, quàm ex Spirituali.

Probatur: Ex ſenſu aliquo Sacræ Scripturæ ſolùm habentur certa principia Theologicæ argumentationis, quando certò conſtat ſenſum ipſum eſſe legitimum, & à Spiritu Sancto intentum; ſed hoc faciliùs, & frequentiùs conſtat de ſenſu Litterali, quàm de ſpirituali; de Litterali proprio, quàm de Metaphorico: ergo. Maior, & minor patent ex dictis.

Dices non adeò facilè conſtare de ſenſu Litterali proprio, quòd ſit legitimus; ſæpè enim in Scripturæ Littera introducitur ad 32.

loquendum Perſona fallibilis autoritatis. Vt cum Geneſ. 3. introducitur ſerpens dicens mulieri *Nequaquam morte moriemini*, &c. quorum, & ſimilium verborum ſi ſenſus Litteralis proprius ſit legitimus; ſenſus legitimus Scripturæ erit fallibilis, quia innixus Auctoritati fallibili Perſonæ introductæ ad loquendum. Sed contra Perſona, quæ in Scripturis introducitur ad loquendum vel digna Fide eſt, & talis conditionis; vt ipſam dedeceat mentiri, vel non. Si primum Deus ipſius verba Sacris Scriptoribus dictat non recitatiuè tantùm; ſed enunciatiuè, & approbando; ideo de ipſorum ſenſu, & infallibilitate, eodem modo ſentiendum, quo de aliis quibuſlibet verbis Scripturæ. Si ſecundum Deus ipſius verba recitatiuè tantum dictat, & ſenſus Litteralis ipſorum eſt talia verba fuiſſe dicta ab illa Perſona, quod veriſſimum eſt, etiamſi verba ipſa in ſe falſa ſint, & mendacia; vt in allatis verbis Geneſis contingit.

Vbi Scriptura narrat dictum alterius quandonam tale dictum ſit infallibiliter verum.

33. Sensus accommodatitius quomodo inſeruiat Theologicæ argumentationi.

33. Assertvm III. Senſus accommodatitius nullatenùs inſeruit, vt ex ipſo habeantur certa principia Theologicæ argumentationis; ſed ad ſummum inſeruire poteſt, vt habeantur principia probabilia argumentationis non ſcientificæ, ſpectantis ad Sacram doctrinam genericè acceptam, non ad rigoroſam Theologiam; & huiuſmodi principia haberi poſſunt etiam ex ſenſu Litterali, & Myſtico, de quo legitimum eſſe & à Spiritu Sancto intentum ſolùm probabiliter conſtet.

Probatur prima pars: Senſus accommodatitius nec eſt ſenſus Scripturæ, nec eſt intentus à Spiritu Sancto *ex §. ſuperiori, aſſert.* 1. Ergo nec habet in ſe infallibilem certitudinem, nec ex ipſo poſſunt ſumi certa principia. Conſequentia probatur: Certitudo infallibilis ſenſuum Scripturæ oritur ex autoritate Dei talem ſenſum intendentis: Ergo.

34. Probatur, & explicatur ſecunda pars: Senſus accommodatitius, dummodo rationabilis ſit, & immunis à vitio nimiæ licentiæ, ſemper ſupponit paritatem aliquam, & proportionem inter id, quod accommodatur, & id, cui fit accommodatio: ergo ipſius beneficio poſſunt haberi ex Scriptura paritates, & exempla ad arguendum, adeoque principia probabilia, &c. debiliter tamen, quia vt monet Eſparza *in proœm. art.* 47. Argumentum à pari valdè infidum, & debile eſt, nec habet efficaciam niſi arguens (vtor Eſparzæ verbis) intimè, & adæquatè calleat, ac exprimat rationes vltimas differentiales vtriuſque extremi: ſi enim imperfectè, ac inadæquatè illæ innoteſcant, neceſſè profectò erit, vt argumentum vacillet ſub dubio, an ratio differentialis ſpecifica vtriuſvis extremi, qua parte adhuc deliteſcit, contineat in ſe rationem diſcriminis.

Argumentũ à pari infidũ eſt, & debile. Cur?

35. Ex ſenſu Spirituali, & Myſtico quandonam habeantur principia probabilia.

35. Probatur tertia pars: Senſus Litteralis, & Myſticus, quando de vtroque certò conſtat, quod legitimus ſit, & intentus à Spiritu Sancto, ſuppeditat principia certa Theologicæ argumentationis: ergo ſimiliter vterque, quando probabiliter conſtat, quod legitimus ſit, & intentus à Spiritu Sancto ſuppeditat principia probabilia: ergo huiuſmodi principia haberi poſſunt etiam ex ſenſu Litterali, & myſtico, &c. Conſtat autem probabiliter legitimitas ſenſus Litteralis, aut Myſtici; quando ipſius interpretatio habetur, vel autoritate Pontificis ex Cathedra non loquentis; vel ex ſententia Multorum, licèt non omnium Patrum; vel ex Concilio Prouinciali tantùm, non œcumenico; vel ex pio Fidelium, licèt non omninò vniuerſali ſenſu; vel ex alio ſimili capite.

36. Theologia eſt argumentatiua, etiam Symbolica.

36. Ex hucuſque poſitis facilè eſt ſoluere nonnullas quæſtiunculas in prolegomenis agitari ſolitas; & quidem Primò ſi quæratur, vtrum Theologia ſit argumentatiua? Reſpondetur affirmatiuè, & colligitur reſponſio tum ex dictis primo capite, dum probaretur eſſe ſcientiam, eiuſque concluſiones eſſe per diſcurſum deductas ex præmiſſis omninò certis, & infallibilibus; tum ex explicatione locorum Theologicorum ſuppeditantium Theologiæ principia ad arguendum; & quia huiuſmodi loca complectuntur ſenſum etiam Myſticum, & Symbolicum; Theologia etiam Myſtica, & Symbolica eſſe poteſt argumentatiua.

37. Theologia eſt adhæſiua, non declaratiua tantum.

37. Secundò, ſi quæratur vtrùm Theologia ſit adhæſiua) & cauſatiua aſſenſus, an præciſè explicatiua, vt vult Aureolus *quæſt.* 1. *prolegi, artic.* 3. *propoſit.* 2. *&* 3. docens Theologiam abſque omni adhæſione facere ſolùm imaginari melius res credendas? Reſpondetur eſſe adhæſiuam; colligitur ex eo quod ſit argumentatiua, & procedat per diſcurſum, qui ex genere ſuo cauſat adhæſionem; nec refert, quod concluſiones Theologicæ ſæpè ſint propoſitiones reuelatæ, quibus vi Fidei præſtatur firmiſſima adhæſio: non refert inquam, quia adhæſio minor, præſertim quando eſt diuerſæ rationis, & ex diuerſo motiuo formali, non pugnat cum maiori. Deinde Theologia eſſet ſaltem adhæſiua circa concluſiones, quæ non ſunt reuelatæ; vel, ſi reuelatæ ſunt, non terminant actu actum Fidei.

38. Tertiò, Si quæratur vtrùm Theologia ſit argumentatiua etiam in ordine ad ſua principia, adeò vt poſſit argumentari non ſolùm deducendo concluſiones ex principiis reuelatis, ſed etiam probando ipſa principia reuelata? Reſpondetur negatiuè per ſe loquendo, tum quia commune eſt cuilibet ſcientiæ ſupponere, non probare ſua principia; tum quia cum concluſio Theologica debeat procedere ſaltem ex vno principio reuelato, neceſſe eſt quod Theologia in quolibet diſcurſu vnum ſaltem principium reuelatum ſupponat, & per conſequens quod non poſſit omnia huiuſmodi principia probare. Si deinde Aduerſarius aliquod principium concedat, poterit ſæpiſſimè Theologia ex tali principio probare ad hominem aliquod aliud, at hoc non conuenit illi per ſe; quia cum non poſſit conuincere negantem ſibi omnia ſua principia, non conuenit

Theologia per ſe loquendo non probat ſua principia.

ei

ei per ſe, quod Aduerſarius aliquod principium concedat.

39. Quartò, Si quæratur vtrùm Theologia non ſolùm ſit argumentatiua, ſed etiam ſit defenſiua,& quomodo: Verùm ſcilicet poſſit euidenter defendere Fidei veritates contra impugnantes? Reſpondetur poſſe illas euidenter defendere, non quidem poſitiuè, benè tamen negatiuè. Non poteſt euidenter poſitiuè, quia nec habet poſitiua fundamenta, quibus Fidei veritates demonſtret, nec quibus contrarias rationes falſas conuincat; ſi enim poſſent poſitiuè conuinci falſitatis omnia argumenta, quæ contra Fidem fiunt; cum huiuſmodi argumenta ſæpiſſimè contineant propoſitiones contradictorias propoſitionibus Fidei;& ex contradictoriis euidens ſit, ſi vna eſt falſa, alteram eſſe veram; dum conuinceretur poſitiuè falſitas talium argumentorum, conuinceretur poſitiuè veritas propoſitionum Fidei. Poteſt defendere euidenter negatiuè; quia poteſt negatiuè ſoluere omnia argumenta contraria, abſque eo quòd Intellectus ipſorum efficacia conuictus ſuccumbat, & licèt quia lumen Fidei eſt ſuperius ad lumen naturæ, nequeat lumine naturæ probare euidenter propoſitiones Fidei; quia tamen lumen Fidei non eſt contrarium lumini naturæ, poſſunt lumine naturæ veritates Fidei defendi, vt non falſæ, & nequeunt vt falſæ euidenter probari; iure propterea D. Thom. 1. *part. quæſt.* 1. *artic.* 8. *in* C. ait: *Manifeſtum eſt probationes, quæ contra Fidem inducuntur, non eſſe demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta.*

Theologia poteſt defendere veritates Fidei euidenter negatiuè, nõ poſitiuè.

Lumen Fidei eſt ſupra, nõ contra lumẽ naturæ.

LIBER PRIMVS, DE EXISTENTIA, ESSENTIA, ET ATTRIBVTIS DEI.

MATERIALIS oculus corporis cæcutit maximè in perſpiciendo obiecto ſecundùm ſe maximè luminoſo, maximéque viſibili: non aliter Spiritualis Oculus mentis maximè fatiſcit in intelligendo obiecto ſecundùm ſe maximè noto, maximéque cognoſcibili: Dei exiſtentiam, quam ignorare vix poteſt, vix etiam poteſt demonſtrare, & in ipſius tum neſcientia, tum Scientia cogitur laborare: ſol ne Phaetontis Oculos omninò perſtringeret,

Circum caput omne micantes,
Depoſuit radios, propiuſque accedere iuſſit. Ouidius lib. 2. metamorph.

At neſcit ſol diuinus proprios radios exuere; imò, ſi exuat, omninò inuiſibilis eſt, cum non niſi proprio lumine videri poſſit. Pſal. 35. *in lumine tuo videbimus lumen:* Hoc Scientiæ beatæ, quam diuinum gloriæ lumen illuſtrat, priuilegium affinitatis quodammodo iure Theologia noſtra ipſi beatæ Scientiæ affinis, & cognata participat; & vt diuino lumine Deo attingendo ſe ſiſtat, diuina Fide naturam corroborat: Sicque gemino Fidei, & naturæ lumine diuinum in ſolem ſuis nitidum radiis, ſuis ſcilicet redimitum attributis primum quodammodo mens noſtra figit obtutum, dum in primo Theologiæ limine Dei exiſtentiam, eſſentiam, & attributa contemplatur.

CAPVT PRIMVM, De Exiſtentia Dei.

1. Scientia in quo ſenſu non debeat demonſtrare eſſentiam ſui obiecti.

NIHIL magis quælibet Scientia ſupponit, quàm proprium obiectum, ipſiuſque exiſtentiam; propterea rectè tradit Ariſtoteles 1. *poſt. text.* 2. Nullam Scientiam demonſtrare exiſtentiam ſui ſubiecti: Debet id tamen intelligi ex propriis principiis; nec incongruè Theologia Dei, quem pro obiecto ſortitur, exiſtentiam probat, dum id præſtat mutuando à Philoſophia principia; vel ſi aliquando propriis ad id principiis vtitur, vt eum Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 2. art. 2. in argumento.* Sed contra probat Deum eſſe ex illo Exodi 3. *Ego ſum qui ſum*, erit quoad hoc Theologia melioris conditionis, quàm cæteræ ſcientiæ; & ſicuti quia reuelatio, per quam procedit, eſt certior quolibet alio medio, maiorem habet certitudinem, quàm quælibet alia ſcientia; ita quia eadem reuelatio eſt vniuerſalior quolibet alio medio, maiorem habebit Theologia vniuerſalitatem, quàm quælibet alia ſcientia, ad plura ſcilicet ſe extender, & inter cætera ad probandam exiſtentiam proprij obiecti.

Theologia eſt melioris conditionis, quam cæteræ ſcientiæ.

§. I.

An Deum exiſtere ſit per ſe notum ſecundum ſe, & ſecundùm nos?

ASSERTVM I. Deum exiſtere eſt per ſe notum ſecundùm ſe: Ita Diuus Thom. 2.
1. *part. quæſt. 2. art. 1.* 1. contra Gent. *cap.* 11. *quæſt.* 10. *de Veritate, art.* 12. Thomiſtæ, Valentia *diſput. 1. quæſt. 2. punct. 1.* Lugus *lib.* 1. *diſp.* 14. *cap.* 2. Amicus *diſput. 2. num.* 12. &c. Contra Scotum *in 1. diſt. 2. quæſt.* 2. quem cum Scotiſtis ſequitur Molina 1. *part. quæſt. 2. art. 1. §. Addebamus*, Arriaga *diſp. 2. ſect. 1. num.* 2.

Probatur 1. Hæc propoſitio, Deus eſt, ſeu Deus eſt exiſtens, dicit immediatam connexionem prædicati cum ſubiecto: ergo Deum exiſtere eſt per ſe notum ſecundùm ſe; Antecedens patet; tum quia tanta eſt connexio inter terminos illius propoſitionis, quanta inter terminos iſtius, omne totum eſt maius ſua parte; tum quia exiſtentia conuenit, Deo independenter à quolibet alio, adeoque immediatè per ſe ipſam; imò ex *infrà* dicendis, *cap. 2. §. 2. Aſſert.* 5. eſt ratio ſimpliciter prima conſtitutiua Dei; non poteſt autem non conuenire immediatè, quod conuenit ſimpliciter primò: Conſequentia probatur.

probatur : Propoſitio, quæ ſecundùm ſe eſt immediata, ſecundùm ſe caret medio, quo innoteſcat, & demonſtretur : ergo ſecundum ſe eſt nota per ſe, & indemonſtrabilis. Antecedens probatur : Cognoſcibilitas ſecundùm ſe ſequitur ad eſſe rei : ergo illa, quæ ſecundum ſe ſunt ſibi immediata in eſſe, ſeu carent medio, quo connectantur in eſſe, carent etiam medio, quo innoteſcant, & demonſtrentur ; ſuntque ſecundùm ſe ſibi immediata in cognoſci. Confirmatur, videnti Deum vt eſt in ſe, ſeu ſecundùm ſe, exiſtentia Dei per ſe immediatè innoteſcit ; Beatus enim in Patria videndo Dei eſſentiam vt eſt in ſe, videt etiam immediatè exiſtentiam : Ergo quia Deum exiſtere ſecundùm ſe eſt per ſe notum, etſi nobis in via ſit notum per aliud, id prouenit ex imperfectione noſtri modi cognoſcendi, non ex conditione exiſtentiæ Dei ſecundùm ſe exigentis ita cognoſci.

Deum non eſſe per ſe notum ſecũdũ nos prouenit ex imperfectione noſtri modi cognoſcẽdi.

3. Probatur ſecundò, ſpecialiter impugnando citatos Auctores negantes poſſe eſſe per ſe notum ſecundùm ſe, quod non eſt per ſe notum ſecundùm nos, ideoque improbantes diuiſionem propoſitionis in per ſe notam ſecundum ſe, & nos ; & in per ſe notam ſecundum ſe tantùm. Vt propoſitio ſit per ſe nota ſecundùm nos, non ſatis eſt, quod poſſit quantum eſt de ſe per ſe immediatè innoteſcere connexio terminorum, verùm etiam debent per ſe immediatè innoteſcere ipſi termini, ſed dantur aliquæ propoſitiones, quibus illud, non iſtud conuenit : Ergo. Maior probatur : Non præſtatur aſſenſus propoſitioni, niſi termini innoteſcant ; adeoque non præſtatur aſſenſus immediatè, & per ſe ; niſi termini innoteſcant immediatè, & per ſe, id eſt vel per ſenſum, vel per primam intellectus conceptionem, vel per ſimplicem explicationem abſque diſcurſu ; vnde eidem propoſitioni ſub diuerſis terminis aliquando præſtatur, aliquando non præſtatur aſſenſus immediatè, & per ſe ; prout termini diuerſi aliquando innoteſcunt immediatè per ſe, aliquando indigent diſcurſu (vbi aduerte obiter propoſitionem Latinis vocibus expreſſam poſſe dici per ſe notam Græco, quia termini Latini, vt innoteſcant Græco, non indigent diſcurſu, ſed ſola ſimplici explicatione per voces græcas ſynonymas) vt explicari poteſt in hac propoſitione ſecundùm rem, ſeu ſecundum ſe eadem, Nix eſt alba, Nix eſt diſgregatiua viſus : primo enim modo innoteſcit immediatè, & per ſenſum ; ſecundo modo indiget diſcurſu probante diſgregatiuum viſus eſſe idem, ac album. Rurſus eadem propoſitio ſub iiſdem terminis, Nix eſt diſgregatiua viſus, poteſt ſortiri immediatum aſſenſum ab vno ; non ab alio intelligente ; quia terminus ille, diſgregatiua viſus, vni non alteri intelligenti poteſt immediatè, & ſine diſcurſu innoteſcere. Propterea Boetius *lib. 1. de hebd.* rectè ait, *quod quædam ſunt animi conceptiones per ſe notæ apud ſapientes tantùm, vt incorporalia in loco non eſſe.* Eadem maior confirmari poteſt ex hac propoſitione. Qui eſt, in qua connexio terminorum per ſe nota eſt, cum videatur identica, & ſynonyma ; non tamen eſt per ſe nota ſecundùm nos ipſa propoſitio, quia ſignificatum illius termini, qui eſt, nobis non innoteſcit ſine diſcurſu. Minor primi argumenti probatur : Connexio per propoſitionem importata inuariabilis eſt, ac ſemper eadem, ſub quibuſcumque terminis, & reſpectu cuiuſcumque intelligentis : ergo in propoſitione, quæ per ſe aliquando immediate innoteſcit, connexio terminorum eſt ſemper apta per ſe immediatè innoteſcere, & ſi aliquando non per ſe immediatè innoteſcit, eſt quia non per ſe innoteſcunt termini.

Termini per ſe noti ſecundum nos quinam ſint.

Eadem propoſitio ſub diuerſis terminis, vel reſpectu diuerſi intelligentis poteſt eſſe, & non eſſe per ſe nota.

Qui eſt, cur non ſit propoſitio per ſe nota.

4. Probatur tertiò : Licèt propoſitio non poſſit dici nota niſi in ordine ad aliquem intellectum cognoſcentem, ſeu niſi alicui intellectui innoteſcat, quod eſt potiſſimum aduerſariorum fundamentum ; vt tamen ſit per ſe nota ſecundùm ſe, non eſt neceſſe, quod quomodocumque cuicumque intellectui per ſe innoteſcat ; ſed ſufficit quod per ſe innoteſcat alicui intellectui, & ſub aliquibus terminis ; alioqui nulla poſſet aſſignari propoſitio per ſe nota ; quia nulla eſt propoſitio, quæ vel ſub obſcurioribus terminis, vel reſpectu imbecillioris intellectus non indigeat prænio diſcurſu ad trahendum aſſenſum : ergo propoſitio per ſe nota ſecundùm ſe optimè poteſt, vel ex imperfectione noſtri intellectus, vel ex conditione terminorum non eſſe per ſe nota ſecundùm nos, adeoque benè aſtruitur propoſitio aliqua per ſe nota ſecundùm ſe, non ſecundùm nos ; & talis eſt illa Deus eſt, vt magis patebit ex ſequentibus aſſertis.

Propoſitio per ſe nota ſecũdùm ſe, poteſt non eſſe per ſe nota ſecundùm nos.

5. Dices hoc argumentum nimis probare, probaret enim etiam has propoſitiones Nix eſt alba, omne totum eſt maius ſua parte, non eſſe per ſe notas, quia etiam iſtæ alicui intellectui malè diſpoſito per ſe non innoteſcunt, cum ab aliquo huiuſmodi intellectu negari poſſint, & de facto aliquos negare omne totum eſſe maius ſua parte refert Arriaga 1. *part. diſput. 2. ſect. 1. num. 7.* Sed contra vt propoſitio ſit non per ſe nota ſecundùm nos, non ſatis eſt quod poſſit ei quomodocumque non præſtari aſſenſus, ſed debet poſſe ei aſſenſus non præſtari rationabiliter, quatenùs ſcilicet explicatis terminis non appareat intellectui ſufficiens motiuum aſſentiendi. Cæterùm non deſinit propoſitio eſſe per ſe nota ſecundùm nos, eo quod quis ei negat aſſenſum, vel ex errore ſenſus, vel ex proteruia animi, aut non attendentis, aut nolentis acquieſcere ſufficienter propoſito motiuo, & qui negaret aut niuem eſſe albam, aut totum eſſe maius ſua parte non indigeret diſcurſu, & & ratione, ſed aut ſenſu, aut pœna.

Propoſitioni per ſe notæ ſecundùm nos poteſt quis non aſſentiri, vel ex errore ſenſus, vel ex proteruia animi.

6. Assertvm II. Deum exiſtere ſub conceptu aliquo communi, & valdè confuſo eſt per ſe notum etiam ſecundùm nos. Ita D. Thom. 1. *part. quæſt. 2. art. 1. ad 2. & 3.* Ioan. à S. Thom. *diſput. 3. art. 1. num. 11.* Siluius *quæſt. 2. art. 1. ad 2.*

Probatur primò ex Sanctis Patribus ali-

qua cognitio exiſtentiæ Dei eſt homini naturaliter inſita, nec alicui deeſſe poteſt; at hoc nec verificatur de cognitione, qua per ſe innoteſcat Deum exiſtere ſecundùm proprium, & particularem conceptum, quia patebit oppoſitum ex ſequenti aſſerto; nec de cognitione, qua exiſtentia Dei innoteſcat per diſcurſum ex creaturis, quia talis cognitio eſt acquiſita, non inſita naturaliter, & alicui ſaltem rudiori, imò culpabiliter etiam ſapientiori deeſſe poteſt: ergo intelligi debet de cognitione, qua per ſe innoteſcat Deum exiſtere ſub conceptu communi, & confuſo. Maior probatur ex Damaſc. 1. *de Fide, cap.*1. *Cunctis cognitio quod Deus ſit ab ipſo naturaliter inſita eſt, atque ingenita*: Ex Auguſtino *tract.*106. *in Ioan. Hæc eſt vis vera diuinitatis, vt creaturæ rationali iam ratione vtenti, non omninò, ac penitus poſſit abſcondi*: Ex Hieronymo *tom.*6. *in Comment. Epiſt. ad Galat. Perſpicuum eſt natura omnibus Dei ineſſe notitiam*: Ex Hugone *lib. de Sacram. part.*3. *cap.*1. *Deus ab initio ſic cognitionem ſuam in homine temperauit, vt ſicuti nunquam quid eſſet, poterat ab homine comprehendi; ita nunquam, quia eſſet, poterat ignorari.* Ex Oroſio *lib.*6. *Hiſt. cap.*1. *Deum quilibet hominum ad tempus contemnere poteſt, neſcire in totum non poteſt.*

Cognitio Dei in quo ſenſu ſit homini naturaliter inſita, nec poſſit ei deeſſe?

7. Probatur ſecundò ratione: Homo quæcumque vult, vult propter vltimum finem formaliter, & in communi, vt tradunt Theologi communiter cum D. Thom. 1. 2. *quæſt.*1. *artic.*6. ſeu quod idem eſt homo naturaliter deſiderat beatitudinem in communi, dicente Auguſtino *lib.*10. *Confeſſ. cap.*20. *Nonne ipſa eſt vita beata, quam omnes volunt, & omninò qui nolit nemo eſt*: Ergo vltimus finis, ſeu beatitudo in communi per ſe naturaliter omnibus innoteſcit, quod enim per ſe naturaliter ab omnibus appetitur per ſe etiam, & naturaliter ab omnibus cognoſcitur. Vndè *eodem capite* ait Auguſtinus de beata vita, *neque enim amaremus eam, niſi noſſemus* (& Paulò *infra*) *nota eſt igitur omnibus, quia vna voce, ſi interrogari poſſent, vtrùm Beati eſſe vellent; ſine vlla dubitatione velle reſponderent*; Sed ſub conceptu beatitudinis in communi Deus includitur: ergo ſicuti eſt nobis per ſe notum exiſtere beatitudinem formaliter, & in communi; ita ſub conceptu communi, & confuſo eſt nobis per ſe notum exiſtere Deum. Minor ſubſumpta probatur: Beatitudo in communi includit confuſè omne bonum, & omnem beatitudinem, ſiue veram, ſiue apparentem: ergo qui illam cognoſcit, cognoſcit confuſè etiam Deum, qui eſt ſummum bonum, & vera beatitudo, licèt ipſum non diſcernat ab aliis incluſis ſub conceptu communi Beatitudinis. Confirmatur ex Catechiſmo *tract. de Sacramento Ordinis*: Homines naturali inſtinctu cognoſcunt Deum colendum eſſe: Ergo eodem inſtinctu, & conſequenter per ſe abſque vlla indigentia diſcurſus cognoſcunt Deum eſſe ſaltem ſub conceptu aliquo communi, & confuſo; implicat enim cognoſcentem Deum eſſe colẽdum nullo prorſus modo cognoſcere Deum eſſe; & quamvis qui cognoſcit Parentes eſſe honorandos, poſſit in particulari non cognoſcere, quinam ſint Parentes; non poteſt tamen non cognoſcere confuſè, & in communi Parentes aliquos eſſe; ita ſimiliter, &c.

Beatitudo in communi ab omnibus appetitur, & omnibus per ſe innoteſcit.

Beatitudo in communi includit confuſè Deum.

Deum eſſe colendum eſt per ſe notum.

Assertvm III. Deum exiſtere ſub conceptu particulari, & proprio non eſt per ſe notum ſecundùm nos in ſtatu viæ. Ita locis ſupracitatis D. Thomas, Scotus ac cum Thomiſtis, & Scotiſtis Recentiores communiter contra Ægidium, Thomam de Argentina, Antiſiodorenſem, alioſque nonnullos apud Vaſquez 1. *part. diſp.*19. *cap.*1. 8.

Dixi *in ſtatu viæ*, in ſtatu enim Patriæ, vt in confirmatione primi Aſſerti iam dictum eſt, Deum eſſe ſecundum particularem, & propriiſſimum conceptum erit per ſe notum etiam ſecundùm nos: Et hic obiter diſplicet quod habet Arriaga *diſp.*2. *ſect.*1. *numero* 2. nimirum Angelo (eadem eſt ratio de homine beato) & Deo omnia eſſe per ſe nota: diſplicet inquam, quia, vt aliquid ſit ſimpliciter per ſe notum, debet eſſe tale ex conditione propriæ cognoſcibilitatis carentis medio; non ex eminentiſſima perfectione cognoſcentis non indigentis medio; & ſicuti obiectum quando ſecundùm ſe medio caret, etiamſi ex imperfectione cognoſcentis per medium cognoſcatur, adhuc dicitur per ſe notum ſecundùm ſe; ita quando ſecundùm ſe medium habet, etiamſi ex perfectione cognoſcentis independenter à medio cognoſcatur, adhuc debet dici non per ſe notum ſecundùm ſe. Accedit quod ea, quæ ſecundùm ſe medium habent, licèt cognoſcantur immediatè immediatione cognitionis, cognoſcuntur tamen mediatè, & cum diſcurſu virtuali ex parte rei cognitæ, ſicque non ſunt ſimpliciter nota immediatè & per ſe. Exiſtimandum igitur propoſitiones per ſe notas alias eſſe tales ſecundùm ſe, & nos: alias ſecundùm ſe tantùm, non ſecundùm nos: alias ſecundùm nos tantùm, non ſecundùm ſe; & huiuſmodi ſunt multa, quæ cognoſcuntur per notitiam intuitiuam, adeoque per ſe immediatè: poſſunt tamen ex natura ſua cognoſci abſtractiuè, mediatè, & per diſcurſum formalem, aut virtualem procedentem à priori, qualis eſt in genere Phyſico hæc propoſitio Ignis eſt calidus; in genere Metaphyſico, homo eſt riſibilis; illa enim nullatenus eſt per ſe nota ſecundùm ſe, cum detur medium, & cauſa Phyſica, qua poteſt probari ignem eſſe calidum; iſta eſt per ſe nota etiam ſecundùm ſe in genere Phyſico, cum careat medio Phyſico, quo à priori probetur, at non eſt per ſe nota ſecundùm ſe in genere Metaphyſico, cum detur in homine cauſa Metaphyſica riſibilitatis. Ideo cum D. Thom. 1. *part. quæſt.* 2. *art.* 1. dicit propoſitionem in qua prædicatum eſt de quidditate ſubiecti eſſe per ſe notam ſecundùm ſe, debet intelligi ſaltem in genere Phyſico huiuſmodi propoſitionem eſſe ſecundùm ſe per ſe notam; & inſuper non debet intelligi excluſiuè adeò vt huiuſmodi ſolæ propoſitiones ſint per ſe notæ ſecundùm

Beatis in Patria eſt per ſe notũ Deum eſſe, non tamen ſunt iiſdem ſimpliciter per ſe nota omnia alia obiecta.

9.
Propoſitio alia eſt per ſe nota ſecũdùm ſe & nos, alia ſecundùm ſe tantùm, alia ſecundùm nos tantùm.

Propoſitio etiam in materia contingenti poteſt eſſe per ſe nota ſecundùm ſe, & nos.

dùm ſe, cùm etiam propoſitiones in materia contingenti, in qua prædicatum non eſt de quidditate ſubiecti dentur propoſitiones ex ſe carentes medio, quo a priori probentur, adeoque per ſe notæ ſecundum ſe, vt paries eſt albus: quæ propoſitio, ſi immediatè per notitiam intellectiuam experimentalem attingatur, erit per ſe nota etiam ſecundùm nos.

10. Probatur Concluſio primò: Hæc propoſitio, *Deus eſt*, ſumendo Deum ſub conceptu particulari, & proprio, non eſt per ſe nota ſecondùm nos in ſtatu viæ: ergo Deum exiſtere, &c. Antecedens probatur in propoſitione illa, *Deus eſt*, aſſumitur terminus, qui ſub conceptu particulari, & proprio non eſt per ſe notus ſecundùm nos: ergo hæc propoſitio *Deus eſt*, ſumendo Deum, &c. Conſequentia patet ex ſecunda probatione primi aſſerti. Antecedens probatur: Terminus ille, *Deus*, ſub conceptu particulari, & proprio, quatenùs ſcilicet ſignificat ens ſupra omnem ordinem creatum, neque per ſenſum, neque ex prima conceptione intellectus, neque ex ſimplici explicatione abſque diſcurſu innoteſcit: non per ſenſum, vt conſtat experientia; non ex prima conceptione intellectus, quia intellectus pro ſtatu viæ primò ſolùm concipit ens ſibi proportionatum, ſcilicet ens creatum, & Deus pro hoc ſtatu nequit eſſe reſpectu noſtri primum cognitum, vt probat Gabriel à S. Vincentio 1. *part. diſp.* 2. *dub.* 2. Non ex ſimplici explicatione abſque diſcurſu, quia ſimplex explicatio ſine diſcurſu non poteſt notificare niſi aliquid, quod vel per ſenſum, vel per primam intellectus conceptionem innoteſcat, neutro autem modo innoteſcit Deus: ergo. Hæc probatio, quæ in re eſt S. Doctoris, non differt ab illa *Vaſquij* probantis Deum nobis non innoteſcere per ſe, quia non innoteſcit, niſi relatè ad creaturas, licèt *Vaſquez* iſtam afferat tanquam diuerſam, imò contendat infirmare rationem S. Doctoris, in quo propterea ipſum impugnat Ioan. à S. Thom. 1. *part. diſput.* 3. *artic.* 1. *num.* 7.

Deus non eſt primum cognitum reſpectu noſtri pro ſtatu viæ.

11. Probatur ſecundò: Maior eſt perfectio obiecti non eſſe nobis per ſe notum, quàm eſſe per ſe notum: Ergo Deus, qui eſt obiectum perfectiſſimum debet eſſe obiectum nobis non per ſe notum: Antecedens probatur. Perfectio obiecti eſt, quod ipſius cognitio ſit aliqua fœlicitas; & maior perfectio eſt, quod talis fœlicitas ſit donum ex ipſius eiuſdem obiecti gratia, & liberalitate pendens; ſed ſi Deus eſſet obiectum per ſe notum nobis, fœlicitas ex ipſius cognitione in nobis conſurgens eſſet donum omninò naturale, nec penderet ex ipſius gratia, & liberalitate: ergo. Maior probatur: Perfectio eſt cauſare fœlicitatem, & maior perfectio eſt cauſare eandem gratioſè, & liberaliter, quàm ex debito, & naturaliter, ergo cum obiectum cauſet cognitionem eſt perfectio obiecti, quod ipſius cognitio ſit aliqua fœlicitas, & maior perfectio eſt, &c.

Obiecti imperfectio eſt eſſe per ſe notum nobis.

§. II.

An Deum exiſtere poſſit demonſtrari à priori, vel à poſteriori?

ASSERTVM I. Deum exiſtere nullatenus poteſt demonſtrari à priori. Ita communiter cum D. Thom. 1. *part. quæſt.* 2. *art.* 2. contra nonnullos relatos à Gillio *lib.* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. Dixi *nullatenus*, ad excludendam non ſolum demonſtrationem, quæ eſt à priori per medium prius Phyſicè, ſed etiam eam, quæ eſt per medium prius ſolùm Metaphyſicè. 12.

Probatur; reſpectu exiſtentiæ Dei nulla eſt aſſignabilis cauſa, nullaque ratio non ſolùm Phyſicè, ſed neque etiam Metaphyſicè prior: ergo Deum exiſtere nullatenùs, id eſt neque Phyſicè, neque Metaphyſicè demonſtrari poteſt à priori. Antecedens quoad primam partem patet, quia Deus nullam habet cauſam Phyſicam ſui eſſe, cum ſit prima cauſa incauſata, & non ſolùm ipſius exiſtentia, ſed quodlibet aliud ipſius prædicatum ſit à ſe, prout eſſe à ſe dicit non eſſe Phyſicè ab alio: quoad ſecundam partem probatur, tum quia exiſtentia Dei formaliter, & Metaphyſicè eſt prima Dei perfectio; cum ex *infra* dicendis, *cap.* 2. §. 2. *aſſert.* 5. aſeitas, ſeu exiſtentia à ſe ſit ipſa formaliſſima eſſentia Dei: ergo nullam habet rationem Metaphyſicè priorem; tum quia exiſtentia Dei ſi eſſet Metaphyſicè ab alio, maximè ab eſſentia, cuius conciperetur eſſe Metaphyſica paſſio, at hoc non, quia ſic eſſentia Dei eſſet cauſa Metaphyſica ſuæ exiſtentiæ; adeoque eſſet ſibi cauſa Metaphyſica eſſendi; eandem verò inuoluit contradictionem eſſe cauſam Metaphyſicam ac eſſe cauſam Phyſicam ſui ipſius. Confirmatur: Si poteſt aſſignari aliquid prius exiſtentia Dei, per quod aliqualiter à priori probetur, maximè poſſibilitas, ſeu non repugnantia; ſed hoc non: ergo. Minor probatur; tum quia non datur in Deo poſſibilitas Logica, vt diſtincta ab exiſtentia actuali, ex dicendis *infrà, cap.* 6. §. 7. tum quia poſſibilitas ab exiſtentia poſſibili nullatenùs diſtinguitur; cum exiſtentia actuali, vel non neceſſariò connectitur, vt in contingentibus; vel ſi neceſſariò quandoque connectitur, vt in ſimpliciter neceſſariis, neque etiam diſtinguitur; in neceſſariis quippè idem eſt eſſe, ac poſſe: ergo poſſibilitas, vel defectu neceſſariæ connexionis, vel defectu ſufficientis diſtinctionis nunquam eſt medium aptum ad demonſtrandam exiſtentiam.

Exiſtentia Dei neque etiam Metaphyſicè poteſt probari à priori, nec poteſt eſſe Metaphyſica paſſio ſuæ eſſentiæ.

Exiſtentia Dei non poteſt probari ex poſſibilitate, ſeu non repugnantia.

ASSERTVM II. Deum exiſtere demonſtrari poteſt à poſteriori ex creatis effectibus, ſeu ex creaturis. Ita Doctores communiter cum Diuo Thoma 1. *par. quæſt.* 1. *art.* 2. & 3. 1. contra Gent. *cap.* 12. & 13. *quæſt.* 10. *de Veritate*, *art.* 12. & alibi contra Protagoram, Diagoram, Melium, Theodorum, & alios Atheiſtas: inſuper contra nonnullos ſuppreſſo 13.

ſo nomine relatos ab ipſu S. Doctore *cap.12. citato*, volentes Deum per Fidem ſolùm, non per rationem cognoſci poſſe.

Probatur primò ex Scriptura, Iob 36. *Omnes homines vident eum, vnuſquiſque intuetur procul.* Pſal. 108. *Cœli enarrant gloriam Dei.* 88. *Confitebuntur Cœli mirabilia tua.* Sap.1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia Scientiam habet vocis* 13. *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* Rom. 1. *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*, &c. *ita vt ſint inexcuſabiles*, &c. In hiſce Auctoritatibus notant Doctores ſpecialiter verba illa *intuetur, videri, conſpiciuntur, inexcuſabiles*; quæ videntur omninò importare notitiam Dei non quamcumque, ſed euidentem, demonſtratiuam, & ſcientificam; propterea varij variis cenſuris, afficiunt ſententiam negantem haberi poſſe ex creaturis ſcientiam, & demonſtrationem exiſtentiæ Dei S. Thom. *quæſt.10. de veritate*, dicit eſſe manifeſtè falſam, & 1. *contra Gent. cap.12.* dicit eſſe errorem, Bannes hic dicit eſſe temerariam in Fide, Valentia *diſp.1. quæſt. 2. punct.2.* dicit eſſe erroneam in Fide, ſi non apertam hæreſim: Molina *quæſt.2. art.2.* dicit in Fide minùs tutam, Lugus è contra *lib.1. diſp.14. cap.2.* cum Gillio, & Vaſquio aſſerit ſententiam illam nullâ cenſurâ dignam eſſe; & vult allata Scripturæ loca ſolùm probare, quod Deus poſſit aliquo modo ex creaturis cognoſci, hocque eſſe de Fide; quoad cognitionem verò euidentem, & demonſtratiuam nihil ex Scriptura concludi; cum verba illa *intueri, videre, conſpicere*, paſſim in Scriptura vſurpentur ad ſignificandam quamlibet intellectus notitiam cum aſſenſu determinato, & vt homo ignorans Deum ſit inexcuſabilis, ſatis eſt quod poſſit habere notitiam probabiliſſimam, & moraliter certam. Poſſunt allatæ Scripturæ autoritates roborari, autoritatibus Patrum. Ex Greg. *lib.27. moral. cap.5. Omnis homo eo ipſo quod rationalis eſt conditus, debet ex ratione colligere eum, qui ſe condidit Deum eſſe.* Ex Euſebio *lib.7. de Præparatione Euangelij, cap.2. Sicut domum ſine artifice, & ædificatore; ita mundum ſine Deo non eſſe factum certum eſt.*

Dei exiſtentiam poſſe euidenter, vel ſaltem probabiliſſime ex creaturis cognoſci, eſt de Fide.

14. Probatur ſecundò ratione: Deum exiſtere eſt veritas demonſtrabilis, creaturæ ſunt medium proportionatum ad talem demonſtrationem, Intellectus humanus in via eſt potentia ſufficiens ad ipſam formandam: ergo Deum exiſtere demonſtrari poteſt à poſteriori, &c. Antecedens probatur quoad primam partem, quia Deum exiſtere eſt veritas neceſſaria, & non per ſe nota ſecundùm nos; quoad ſecundam, quia effectus neceſſariò pendentes ab aliqua cauſa ſunt medium proportionatum ad demonſtrationem talis cauſæ; nec refert quod creaturæ ſint effectus contingentes, & non adæquati Deo; enim verò ſunt contingentes quoad exiſtentiam, non quoad vim illatiuam fundatam in dependentia à Deo, quæ creaturis eſſentialis eſt, & neceſſaria; non ſunt effectus adæquati Deo entitatiuè, benè tamen cauſatiuè, & quamvis non ſint ſufficiens medium ad demonſtrandum Deum quoad quid eſt, quia non habent cum ipſo proportionem in eſſe, ſunt ſufficiens medium ad demonſtrandum Deum, quoad An eſt, quia habent cum ipſo proportionem in cauſari. Quoad tertiam partem; Quælibet potentia eſt ſufficiens ad conſecutionem ſui finis naturalis; ſed Intellectus creatus in via habet pro fine naturali cognitionem perfectiſſimam, quæ de Deo per diſcurſum ex creaturis haberi poteſt, adeoque demonſtratiuam: ergo. Minor probatur: Intellectus quatenùs potentia cognoſcitiua eſt, reſpicit vltimò Deum tanquam obiectum maximè cognoſcibile; quatenùs in via eſt alligatur diſcurſui, adeoque reſpicit Deum vt cognoſcibilem per diſcurſum: Ergo. Confirmatur ex præaſſertis, §. *ſuperiori*, innata eſt, & quaſi naturaliter inſita homini rudis quædam, & confuſa Dei cognitio: ergo, ne cogatur perpetuam quodammodo violentiam pati, debet poſſe ex accurata rerum creatarum contemplatione peruenire ad aliquam Dei euidentiam: ergo ſaltem ad euidentiam quoad An eſt; cum hæc ſit minima, & prima euidentia, quæ de qualibet re haberi poſſit.

Creaturæ ſũt contingẽtes quoad exiſtentiam, non quoad vim illatiuam Dei, habent cum Deo proportionẽ in cauſari, quamvis non in eſſe.

Intellectus creatus pateretur violentiam ſi non poſſet habere euidentiam exiſtentiæ Dei.

15. Probatur tertiò, quinque viis allatis à D. Thom. *art.3. ſupra citato.* Prima deſumitur ex motu: Ex eo enim, quod conſtet aliqua moueri, & omne quod mouetur debeat moueri ab alio, infertur deueniendum tandem eſſe ad aliquid quod moueat, & non moueatur, ſeu ad Motorem immobilem. Secunda, deſumitur ex ordine cauſarum efficientium: Ex eo enim quod inueniatur in cauſis efficientibus Ordo per ſe, & in per ſe ordinatis nequeat procedi in infinitum; ne aliquid cauſari poſſit à ſeipſo, infertur debere dari aliquam cauſam efficientem incauſatam, adeoque primam. Tertia, deſumitur ex poſſibili, & neceſſario: Ex eo enim quod poſſibilia non eſſe aliquando non fuerint, & repugnet omnia aliquando non fuiſſe, quia secùs nihil fuiſſet à quo aliqua determinarentur ad eſſe; infertur repugnare, quod omnia ſint poſſibilia non eſſe; ſicque infertur ens neceſſarium, ſeu ſemper neceſſariò exiſtens. Qoarta, deſumitur ex gradibus rerum: ex eo quod inueniatur in rebus aliquid magis, vel minùs bonum, verum, nobile, &c. Et magis, ac minùs tale dicantur de diuerſis ſecundùm quod diuerſimodè accedunt ad aliquod maximè tale; infertur ens maximè bonum, maximè verum, maximè nobile, &c. Quinta, deſumitur ex gubernatione rerum; ex eo enim quod res aliquæ naturales cognitionis expertes operentur propter finem, adeoque ex intentione finis, & res cognitionis expertes nequeant tendere in finem, niſi ex directione alicuius intelligentis, vt ſagitta, ex directione ſagittantis; infertur intelligens ſupremum dirigens res omnes naturales in finem.

16. Has Diui Thomæ rationes validiùs proponunt, & fuſiùs elucidant ex Recentioribus, Valentia *diſp.1. quæſt.2. punct.3.* Amicus

diſp.2.

*diſp.*2. Eſparza *quæſt.*2. ex Thomiſtis Ioan. à S. Thom. *diſp.* 3. *quæſt.*2. *art.*2. Gabriel à S. Vinc. *diſp.*2. *dub.*4. ſpecialiter verò quintam rationem latiſſimè proſequitur Campanella *in Atheiſmo Triumphato, cap.*3. Immeritò verò Molina *quæſt.*2. *art.*3. §. *adiicienda tamen*, contendit apertiùs demonſtrare exiſtentiam Dei, cum re vera ea, quæ affert, vt notat *Ripa* hîc, ſint potius explicationes rationum Diui Thomæ, quam nouæ rationes. Prima *Molinæ* ratio ſic procedit nulla earum ſpecierum, quæ intra orbem Lunæ continentur habet eſſe ex ſe, cum nullum indiuiduum earum habeat eſſe ex ſe: ergo aliqua cauſa ſuperior eſt in rerum natura, à qua eſſe acceperunt; hæc verò non eſt corpora Cœleſtia, cum experientia conſtet, talia corpora non habere ex ſe vim producendi aliquod indiuiduum alicuius ſpeciei perfectæ, vt hominis, Leonis, &c. Rurſus hæc ſubſtantia, ne detur proceſſus in infinitum, non debet habere eſſe acceptum ab alio: ergo datur aliqua ſubſtantia excellentioris naturæ, quam corpora cœleſtia, corporis expers, ex ſe habens eſſe, & dans eſſe aliis omnibus. Secunda: ſubſtantia imperfectiſſima omnium tam completarum, quàm incompletarum non habet eſſe ex ſe, quia cum eſſe ex ſe perfectius ſit, quàm eſſe ab alio, ineptiſſimè diceretur ſubſtantiam imperfectiſſimam habere id, quod eſt perfectius; ſed talis ſubſtantia imperfectiſſima eſt materia prima: ergo materia prima non habet eſſe ex ſe, ſed non habet eſſe ab alio aliter, quàm per creationem; cum enim ſit ſubiectum primum non poteſt eſſe ex præſuppoſito ſubiecto: ergo ponenda eſt cauſa, quæ materiam creauerit, & cui competat virtus creatiua; hæc verò cauſa debet eſſe corporis expers, cum experientia conſtet nulli corpori conuenire virtutem creatiuam; debet item eſſe ex ſe, cum nec poſſit eſſe à ſubſtantia corporea, quæ inferioris ordinis eſt; nec ab alia ſubſtantia corporis experte, ne abeatur in infinitum. Tertia: Anima rationalis immortalis eſt, & independens à materia, vt ſupponitur euidens ex propriis quæſtionibus: ergo producitur per creationem, ſed creatio ex mox dictis infert cauſam corporis expertem, & habentem eſſe ex ſe: ergo datur huiuſmodi cauſa, &c. Hæ rationes, ſi benè perpendantur in eo, in quo vim aliquam habent, non differunt à ſecunda, & tertia Diui Thomæ; ſicuti quarta quæ ab eodem Molina affertur deſumpta à gubernatione, & prouidentia diuina non eſt niſi ampla explicatio quintæ rationis Diui Thomæ. Ab hac eâdem quoad materiam vix etiam differt demonſtratio, quam ex Scoto tradit Gabriel à Sancto Vincentio *hic diſp.*2. *dub.*4. *num.*69. Datur ens finibile, id eſt ad finem ordinabile; ſed in huiuſmodi ente finibili non poteſt in infinitum procedi: ergo datur ens finitum, & non finibile per aliud; quod ſcilicet ita cætera finit, ad quod ita cætera ordinantur, vt ipſum non poſſit per aliud finiri, non poſſit ad aliud ordinari; vno verbo: ergo datur finis vltimus. Minor probatur ſi in finibus infinitè procederetur, omnia haberent rationem medij, quia omnia ad aliud ordinarentur; at hoc eſt impoſſibile, quia media ſe habent vt inſtrumenta, & inſtrumenta nequeunt eſſe ſine cauſa principali, à qua moueantur: item quia creaturæ rationales in mediis, ſeu finibus intermediis nunquam plenè quieſcunt; adeoque cogerentur deſperare quietem: Hæc demonſtratio quoad materiam continetur in quinta; quoad formam in prima, & ſecunda via Diui Thomæ, cuius demonſtrationes propterea non ſolùm ſunt efficaces; ſed etiam ſunt efficaciores, & validiores quibuſlibet aliis, quæ ab ipſis diſtinctæ, & diuerſæ afferri poſſint.

Creatio infert ſubſtantiam corporis expertẽ, & habentem eſſe ex ſe.

Proceſſus infinitus in finibus dari nõ poteſt.

Certè efficaciores ſunt tum ratione Diui Athanaſij *libro contra Gentiles*, probantis Deum eſſe ex conflictu perpetuò elementorum inter ſe his verbis: *Fieri non poſſet, vt iſta omnia inuicem confligentia, & contraria durarent, & conſeruarentur; niſi ſummus aliquis eſſet moderator, ac Dominus, qui ea ſociaret, cui & elementa ipſa velut hero famuli ad nutum obtemperarent*; tum ratione Diui Ioannis Chryſoſtom. *tom.*5. *orat.*4. *de Prouidentia*, vbi ne virtutes præmio, & vitia ſupplicio careant, dum plurimi virtutibus præditi infœliciter; vitiis verò infecti fœliciter præſentem vitam tranſigunt, infert aliam vitam, Deumque in ipſa præmiantem virtutes, punientem vitia; vnde concludit his verbis: *Curam habeamus præſentis vitæ, & credamus Deum præeſſe, & prouidentiam cuncta gubernare, & poſt hæc omnia, ex hac vita demigrantibus promiſſis nos bonis frui poſſe*. Efficaciores ſunt primâ, quia vt notat Abellis *in Medulla Theologica, tract.*2. *cap.*1. *ſect.*1. popularis eſt, adeoque ſolùm popularem certitudinem cauſat: Efficaciores ſunt ſecundâ, quia vtpotè deſumpta ex Philoſophia morali non inducit certitudinem niſi moralem: cum illæ D.Th. inducant certitudinem ſaltem Phyſicam. 17.

Exiſtentia Dei probatur ex elementorum cõflictu, necnon ex præmio virtutũ, & ſupplicio vitiorum.

§. III.

An demonſtrationes exiſtentiæ Dei infirmentur, vel per proceſſum infinitum, vel per mutuam cauſalitatem?

ASSERTVM I. Ille Proceſſus in infinitum, qui probabiliter admitti poteſt, nullatenùs infirmat demonſtrationes exiſtentiæ Dei. Ita Autores *ſuprà citati*, tanquam fautores rationum D.Thomæ. 18.

Probatur primò: Proceſſus in infinitum, qui probabiliter admitti poteſt, eſt proceſſus in infinitum in cauſis, aliiſve rebus per accidens ordinatis, cuiuſmodi eſt infinita ſeries generationum, quarum vna per accidens eſt ab alia, & quælibet poteſt eſſe à quali-

Proceſſus infinitus in cauſis per accidens ordinatis non infirmat demonſtratio-

nes exiſtentiæ Dei.

ber indifferenter: vel infinitus aceruus lapidum, inter quos nullus eſt ordo eſſentialis, & per ſe; ſed admiſſo huiuſmodi proceſſu infinito, præſertim in cauſis per accidens ordinatis non infirmatur demonſtratio exiſtentiæ Dei: ergo. Minor probatur: tota collectio eorum, quæ mouentur (etiamſi admittatur proceſſus in infinitum, & infinita ſit) mouetur ab alio (eodem modo proportionaliter dici poteſt tota collectio eorum, quæ efficiuntur, efficitur ab alio; tota collectio eorum, quæ poſſibilia ſunt, non eſſe determinatur ab alio ad eſſe) ergo datur aliud extra totam collectionem eorum, quæ mouentur; & ab hoc alio mouetur tota collectio: ergo hoc aliud quia eſt id, à quo mouetur tota collectio eſt mouens, quia eſt extra totam collectionem eorum, quæ mouentur; non mouetur, adeoque eſt motor immotus, ſeu immobilis: Antecedens probatur: Omne, quod mouetur, mouetur ab alio: ergo etiam tota collectio, quamvis infinita, eorum, quæ mouentur, mouetur ab alio. Conſequentia probatur: valet argumentum à diſtributiuo ad collectiuum per ſe, & ſimpliciter loquendo, cum collectiuum per ſe, & ex natura ſua nihil ſit aliud, quàm omnes partes ſui diſtributiui: ergo quod conuenit ſingulis indiuiduis collectionis neceſſe eſt, quod conueniat toti collectioni, & è contra quod nulli indiuiduo collectionis conuenit, neceſſe eſt quod toti collectioni non conueniat: ergo collectio cuius omnia indiuidua mouentur ab alio; & nullum eſt immotum, aut motum à ſe, neceſſe eſt, quod moueatur ab alio; & neque ſit immota, neque mota à ſe. Dixi valere argumentum à diſtributiuo ad collectiuum per ſe, & ſimpliciter loquendo: quia in prædicatis dicentibus ordinem ad quantitatem, vel conſurgentibus ex ſola vnione partium, argumentatio, (quæ tamen potius eſt à diſtributiuo ad copulatum, quàm à diſtributiuo ad collectiuum) non valet, ſic non valet omnis pars eſt minor toto: ergo tota collectio partium eſt minor toto; nullus miles eſt exercitus: ergo neque collectio militum eſt exercitus. Quòd fuſiùs tradunt Eſparza *de Deo, quæſt. 2. art. 2.* Albertinus *tom. 1. corollariorum*, Dominicus à Sanctiſſima Trinitate, *in Biblioth. Theologica, lib. 2. ſect. 2. cap. 4.*

Argumentũ à diſtributiuo ad collectiuum valet per ſe, & ſimpliciter loquendo.

19\. Probatur ſecundò: Proceſſus infinitus in cauſis per ſe ordinatis euidenter demonſtratur impoſſibilis, ſed hic ſolùm proceſſus ſi daretur infirmaret demonſtrationes exiſtentiæ Dei: ergo ille proceſſus infinitus, qui probabiliter admitti poteſt, &c. Ad probationem maioris, & minoris, aduerte cauſas aliquas eſſe ſubordinatas per accidens, aliquas per ſe. Illæ dicuntur ſubordinatæ per accidens, quarum vna ita pendet ab alia in produci, vt nullatenùs pendeat in conſeruari, & operari; ſed in hoc eodem modo ſe habet, quo cauſa à qua accepit eſſe, imò talem cauſam potuiſſet ipſa producere, ſi ad illam producendam fuiſſet applicata: huiuſmodi ſunt omnes cauſæ vniuocæ, quarum vna eſt eiuſdem, non ſuperioris rationis ad alteram. Illæ dicuntur ſubordinatæ per ſe, quarum vna dependet ab alia non ſolùm in produci, ſed etiam in operari, dicente Scoto *in 1. diſt. 2. quæſt. 2. in cauſis per ſe ordinatis cauſa ſecunda, in quantum cauſat, dependet à prima*; Adeò vt nequeant operari, niſi ex actuali motione, ſeu influxu alterius cauſæ; ita ſe habent cauſæ ſublunares reſpectu corporum cœleſtium, inſtrumenta reſpectu cauſarum principalium, & in vniuerſum omnes cauſæ æquiuocæ, quarum vna ſit inferior ad alteram. His animaduerſis patet minor primi argumenti, quia dum ex creaturis probatur Deus ſub ratione cauſæ primæ non intenditur probari, tanquam cauſa eiuſdem rationis cum creaturis, & cui creaturæ per accidens ſubordinentur: qua ratione admiſſo proceſſu in infinitum in cauſis per accidens ordinatis, non poſſet ad ipſum deueniri, ſicuti admiſſis infinitis hominibus, quorum vnus generetur ab alio, non poteſt deueniri ad primum hominem generantem; ſed intenditur probari Deus ſub ratione cauſæ æquiuocæ ſuperioris; ideò ad eludendam vim argumenti deberet admitti proceſſus in infinitum verſus cauſam æquiuocam ſuperiorem, & per conſequens in cauſis per ſe ordinatis, quem proceſſum in infinitum repugnare mox demonſtro, & eſt probatio maioris primi argumẽti.

Cauſæ quænam dicantur ſubordinatæ per accidens, quænam ſubordinatæ per ſe.

Primò, ſic cauſa per ſe ſubordinata alteri dependet in omni ſua operatione ab actuali influxu illius, ſed non poteſt ita pendere; ſi inter hanc, & illam medient cauſæ infinitæ, ſeu procedatur in infinitum: ergo non poteſt in cauſis per ſe ordinatis procedi in infinitum. 20.

Maior patet ex præuia animaduerſione: Minor probatur; talis influxus deberet cum ordine, adeoque cum ſucceſſione pertranſire infinitas cauſas intermedias: ergo vel talis influxus nunquam perueniet ad huiuſmodi cauſam, vel infinitum erit pertranſitum, illud eſt contra ſuppoſitionem, iſtud eſt euidenter falſum.

Proceſſus infinitus in cauſis per ſe ordinatis demonſtratur repugnans.

Probatur eadem maior ſecundò: in rebus per ſe ordinatis infinitum dari non poteſt: ergo in cauſis per ſe ordinatis eſt impoſſibilis proceſſus infinitus. Antecedens probatur, etiam in ſententia admittente infinitum non admittitur poſſibilis infinita intenſio per gradus heterogeneos, & eſſentialiter ſubordinatos, quia, cum ratione ſubordinationis vnius gradus ad alterum, debeat dari primus gradus, & vltimus, daretur infinitum clauſum terminis; infinitum cum primo, & vltimo; cum principio, & fine. 21.

Probatur eadem maior tertiò, ſi in rebus, & cauſis ſubordinatis, ſeu per ſe ordinatis admitteretur infinitus proceſſus, tales res eſſent, & non eſſent ſubordinatæ; eſſent, vt ſupponitur; non eſſent, quia non deueniretur ad aliquod, cui omnes ſubordinarentur; & ſicuti repugnant inſtrumenta ſine cauſa principali, ita repugnant res ſubordinatæ ſine aliqua non ſubordinata. Cum igitur dentur in vniuerſo aliquæ cauſæ ſubordinatæ, neceſſe eſt admittere cauſam non ſubordinatam, & hanc dicimus Deum. 22.

Dices hinc ſolùm probari dari cauſam non ſubordinatam, & non habentem aliam 23.

cauſam

cauſam ſuperiorem, à qua ſit; quia ſic eo ipſo deſineret eſſe non ſubordinata; at non probari quod non habeat aliam cauſam vniuocam; & eiuſdem rationis, à qua ſit: ſicuti tamen requiritur, vt talis cauſa non ſubordinata poſſit dici Deus. Sed contra: hæc inſtantia procedit contra Dei vnitatem, non contra Dei exiſtentiam; & cauſam nulli ſubordinatam debere eſſe vnam, ſeu vnicam *infrà* probabitur *cap.* 4. cum de Vnitate Dei.

24. Assertvm II. Vel nulla mutua cauſalitas in eodem genere efficientis admitti poteſt, vel ſi quæ admitti poteſt non infirmat demonſtrationes exiſtentiæ Dei. Ita Auctores ſupracitati tanquam fautores rationum Diui Thomæ.

Mutua cauſalitas in eodem genere efficientis demonſtratur repugnans.

Probatur prima pars, demonſtrando, ni fallor, repugnantiam mutuæ cauſalitatis, præſertim in eodem genere efficientis, quamuis difficillimè explicari poſſit à Thomiſtis eandem repugnantiam non militare in diuerſo genere. Nulla res poteſt eſſe formaliter exiſtens, quia operatur; ſed ſi aliqua res produceretur à ſuo effectu, eſſet formaliter exiſtens, quia operatur: ergo nulla res poteſt produci à ſuo effectu, in quo conſiſtit mutua cauſalitas. Minor patet; quia ſi res produceretur à ſuo effectu, eſſet formaliter exiſtens, quia producit effectum; adeoque eſſet formaliter exiſtens, quia operatur. Maior probatur; prius eſt formaliter eſſe, quàm operari, vt traditur etiam *infrà cap.* 2. §. 1. in probatione primi aſſerti; imò ab eſſe, ſeu exiſtentia cauſæ denominatur poſſibilis effectus, potentia Phyſicâ, & proximâ ſi minùs potentiâ Logicâ, & remotâ: ergo. Confirmatur primò, effectus indiget cauſa, & continetur in cauſa; ſed repugnat mutua indigentia, & mutua continentia: ergo repugnat mutua cauſalitas. Probatur minor quoad primam partem: Indigentia eſt ſemper reſpectu alicuius habentis ſufficientiam ſecundùm eam rationem, ſecundùm quam aliud habet indigentiam; ſed ſi daretur mutua indigentia, talis indigentia eſſet reſpectu alicuius ſecundùm eandem rationem indigentis, non ſufficientis: ergo. Probatur minor quoad ſecundam partem; quod habet continentiam alterius, habet etiam continentiam eorum omnium, quæ continentur in altero; ſed ſi daretur mutua continentia, habens continentiam alterius non haberet continentiam eorum omnium, quæ continentur in altero; quia non haberet continentiam ſui ipſius, & tamen ipſummet contineretur in illo altero, quatenùs ab illo altero cauſaretur. Minor patet ex terminis; Maior, vt probat Pallauicinus t. 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *art.* 14. eſt primum principium Metaphyſicæ, & Mathematicæ. Confirmatur

Mutua indigentia, & mutua continentia repugnat.

25.

26. ſecundò: Si daretur mutua cauſalitas, nunquam poſſet humanus intellectus peruenire ad aliquod, de quo non poſſit quærere cur eſt; quia quælibet cauſa poſſet cauſari mutuò à ſuo effectu; adeoque haberet in ſuo effectu ſuum cur eſt; ſed hoc eſt abſurdum, quia eſt ponere in intellectu appetitum ſciendi prorſus inexplebilem, & curioſitatem contorquentem, non perficientem: ergo. Ex harum rationum efficacia patet, quàm benè ſcripſerit Diuus Anſelmus, *cap.* 3. *Monologii. Irrationabilis cogitatio eſt quod aliqua res ſit per illud, cui dat eſſe.*

Intellectus debet habere aliquid de quo non poſſit quærere cur eſt.

Probatur ſecunda pars: Si quæ eſt dabilis mutua cauſalitas non eſt dabilis niſi inter cauſas, quæ non ſe primò determinent mutuò ad exiſtendum, ſed quæ primò determinentur ab alia cauſa ſuperiore per ſe, & ex ſe determinata ad exiſtere; nam, ſi etiam iſta determinaretur ab alia, quam mutuò determinaret, etiam hæc vtraque indigebit determinari ab alia cauſa ſuperiori, adeoque per proceſſum in infinitum, non per mutuam cauſalitatem tentabitur eludi demoſtratio exiſtentiæ Dei. Maior probatur: Cauſa primò determinans aliam ad exiſtendum eſt cauſa ſimpliciter prima; adeoque, ſi darentur duæ cauſæ ſe primò mutuò determinantes, darentur duæ cauſæ ſimpliciter primæ, & tamen quælibet eſſet ſimul ſecunda, quia quælibet eſſet cauſata ab alia. Deinde experientia patet à poſteriori quamlibet cauſam ſecundam indigere alia ſuperiori, à qua determinetur ad indiuiduationem effectus: ergo mutua cauſalitas ad ſummum concedi poteſt inter cauſas, quæ non ſe mutuò primò determinent; ſed primò determinentur ab alia cauſa ſuperiore. 27.

Mutua Cauſalitas ad ſummum eſt poſſibilis inter cauſas, quæ non ſe mutuò primò determinent.

---

§. IV.

An Deum exiſtere, poſſit aliis modis cognoſci?

Assertvm: Vltra allatum modum ſcientiæ abſtractiuæ naturalis, quo Deum exiſtere per demonſtrationem à poſteriori cognoſcitur, aliis modis cognoſci poteſt; ſcilicet naturaliter per Fidem humanam, & opinionem; ſupernaturaliter per Fidem diuinam, per ſcientiam ſupernaturalem abſtractiuam, & per ſcientiam ſupernaturalem intuitiuam, ſeu beatam. 28.

Probatur explicando ſingulos huiuſmodi cognoſcendi modos: Cognoſcitur Deum exiſtere per fidem humanam, quatenùs ex Parentum, aliorumque autoritate in vno quoque à pueritia generatur notitia exiſtentiæ Dei, & ſucceſſiua omnium hominum, cum quibus quiſque verſatur, approbatione adeò connaturaliter augetur, adeò firmiter hæret animo, vt Vaſquez 1. *par. diſp.* 19. *cap.* 3. *n.* 11. innuat ex hoc etiam capite videri nobis per ſe notum Deum eſſe. Addi hic poteſt Fides Angelica, quorum etiam autoritate conſtat Deum exiſtere Angelis ipſis tum quandoque cum hominibus, tum frequentiùs inter ſe de Deo colloquentibus. De hac Fide intelligi poteſt illud Iacobi 2. *Dæmones credunt.*

Exiſtentia Dei cognoſcitur fide humana, & Angelica.

Cognoſcitur per opinionem, quatenùs rudiora præſertim, tardioraque ingenia, quæ ad difficiliores ratiocinationes demonſtra- 29.

Exiſtentia Dei cognoſ-

citur per opinionem, & probabiliſſimam notitiam,

tiuas exiſtentiæ Dei ex creaturis eruendas peruenire, vel nequeunt, vel negligunt, probabiliſſimam ſaltem, & opinatiuam notitiam ex ipſo primo aſpectu ſymmetriæ vniuerſi, conſeruationis, & gubernationis rerum ſtatim concipiunt. Vndè ait: Cicero *de reſponſis Aruſpicum: quis eſt tam vecors, qui cum ſuſpexerit in Cælum, Deos eſſe non ſentiat?* Et *lib. 1. Tuſc. quæſt. Nulla gens eſt tam fera; nemo hominum tam immanis, cuius animum non imbuerit deorum opinio.*

30. Exiſtentia Dei cognoſcitur per Fidem diuinam.

Cognoſcitur ſupernaturaliter per Fidem diuinam, quia ex D. Thoma 1. *part. quæſt. 2. art. 2. ad* 1. Exiſtentia Dei licèt non ſit articulus Fidei, eſt tamen quid præambulum ad Fidem; & ab eo ſaltem, qui demonſtrationem non percipit, accipi poteſt, vt credibilis, & de iſto ſaltem procedit illud Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt.*

31. Exiſtentia Dei cognoſcitur per ſcientiam abſtractiuã ſupernaturalem, ad quã reduci poteſt Theologia noſtra.

Cognoſcitur per ſcientiam ſupernaturalem abſtractiuam, tum in Patria; quatenùs Beati maximè verò Chriſtus, habent ſpecies ſupernaturales infuſas plurium obiectorum, quæ cognoſcunt in proprio genere, & in iſtis obiectis, tanquam in mediis cognitis attingunt cognitione ſupernaturali abſtractiua exiſtentiam Dei; tum aliqualiter etiam in via, quatenùs Theologia noſtra poteſt dici radicaliter ſupernaturalis, ſicque reduci ad ſcientiam abſtractiuam ſupernaturalem.

32. Exiſtentia Dei cognoſcitur per ſcientiam ſupernaturalẽ intuitiuam.

Cognoſcitur per ſcientiam intuitiuam ſupernaturalem, ſeu beatam, cum enim ſit de conceptu notitiæ intuitiuæ attingere exiſtentiam ſui obiecti, æquè certum eſt dari in Beatis notitiam ſupernaturalem, notitiam intuitiuam exiſtentiæ diuinæ, ac certum ſit dari in ipſis ſupernaturalem cognitionem intuitiuam, ac viſionem diuinæ eſſentiæ 1. Cor. 13. *tunc autem facie ad faciem.*

33. Ex ſex allatis modis aſſurgẽdi in cognitionem diuinæ exiſtẽtiæ, quorum tres naturales ſunt demonſtratio, fides humana, opinio: tres ſupernaturales, Fides diuina, ſcientia infuſa, ſcientia beata præeminent cæteris reſpectu hominis in via conſtituti demonſtratio, ſeu ſcientia naturalis, & Fides diuina; quæ duæ notitiæ licèt ratione euidentiæ, & obſcuritatis videantur ſibi contrariari; reuera tamen ſe inuicem fouent: fouet ſcientia Fidem, quia apparente in cognitione exiſtentiæ Dei conſonantiâ naturalis luminis ſcientiæ, & ſupernaturalis luminis Fidei, Myſteria quæcumque difficiliora libentiùs creduntur. Fouet Fides ſcientiam, quia conuenientiſſimum eſt homini diuina, ea etiam, quæ per rationem aſſequi poteſt per Fidem ſuſcipere, vt certiùs, citiùs & communiùs habeatur per Fidem notitia diuinorum, quæ per ſcientiam non niſi cum multorum errorum aut mixtione, aut ſaltem ſuſpicione; non niſi cum diuturni temporis, & laboris in ratiocinationibus efformandis, & demonſtrationibus inquirendis impendendi iactura; non niſi à perſpicacioris, & ſtudioſioris ingenij viris haberi poteſt, vt tradit D. Thom. 1. *par. quæſt. 1. ar. 1. & 2. 2. quæſt. 2. art. 4.*

Scientia naturalis, & Fides ſupernaturalis ſe mutuò fouent.

§. V.

An Deum exiſtere poſſit inuincibiliter ignorari?

ASSERTVM I. Deum exiſtere ſub conceptu aliquo communi, & valdè confuſo à nemine habente vſum rationis, poteſt inuincibiliter ignorari, neque etiam ignorantiâ negatiuâ, niſi ad ſummum pro breui tempore. Ita Ioan. à S. Thoma 1. *par. diſp. 3. quæſt. 2. art. 1. num.* 19. Gabriel à S. Vincen. *diſp. 2. dub. 3. num.* 38. & 43. & à fortiori Amiens 1. *par. diſp. 2. num.* 18. *tom. 3. diſp. 17. ſect. 6.* Victoria, Granadus, alijque negantes ignorantiam inuincibilem Dei etiam ſub conceptu proprio, ſaltem reſpectu alicuius communitatis, & nationis. 34.

Dixi *neque etiam ignorantiâ negatiuâ*, cuius nomine intelligitur mera inaduertentia, ſeu incogitantia; & hanc pro breui tempore dari poſſe in ordine ad Deum euincitur, ex eo quod, nec tenetur homo, nec poteſt habere ſemper vſum rationis in actu exercito; præſertim circa obiecta, in quibus aliquod Dei prædicatum confuſè reluceat.

Ignorantia negatiua eſt inaduertentia, ſeu incogitantia.

35. Non datur ignorantia inuincibilis Dei ſub cõceptu communi, neque etiam negatiua.

Probatur primò: Habere vſum rationis eſt habere notitiam eorum, quæ conueniunt rationi, eaque diſcernere à diſconuenientibus; eſt operari propter vltimum finem formaliter, & in communi; nec poteſt haberi vſus rationis ſine tali notitia, & tendentia; ſed talis notitia, & tendentia eſt notitia, & tendentia in Deum ſub conceptu communi, & confuſo, vt ſuprà explicabatur, §. 1. *aſſert.* 2. ergo non poteſt haberi vſus rationis ſine notitia Dei ſub conceptu communi: ergo Deum exiſtere ſub aliquo conceptu communi, &c. De Deo ita conſiderato ſub conceptu communi beatitudinis, & honeſtatis intelligit Ioan. à S. Thoma *loco citato*, procedere obligationem, quam ex Sancto Doctore vnuſquiſque habet conuertendi ſe ad Deum in primo inſtanti vſus rationis. In ordine ad Deum ita conſideratum nullus eſt Atheus, vt notat Pallauic. 1. 2. *diſputat. 9. quæſt. 1. art. 5. num.* 3. Quamvis etiamſi aliquis Atheus in ordine ad Deum ſub tali conceptu admitteretur; non inferretur ignorantia inuincibilis Dei ſub eodem conceptu; & Atheiſmus ſub ea ratione, ſub qua eſt Atheiſmus ſuſiſtit cum ignorantia Dei etiam craſſa, & vincibili.

Atheiſmus non infert ignorantiam inuincibilẽ Dei.

Probatur ſecundò: Deum exiſtere ſub conceptu aliquo communi, & confuſo nec defectu excitationis ſpecierum, nec defectu notitiæ terminorum poteſt ad longum tempus inuincibiliter ignorari: ergo Deum exiſtere, &c. Probatur Antecedens quoad primam partem, quia res ad ipſum hominem pertinentes, vt beatitudo, bonum rationi conforme, & alia huiuſcemodi, quæ moraliter impoſſibile eſt ſæpius humanæ menti non occurrere, ſufficiunt ad excitandas ſpecies exiſtentiæ Dei ſub conceptu communi, 36.

&

& confuſo ſub quo in beatitudine, in bono rationi conformi continetur. Probatur Antecedens quoad ſecundam partem: Deum exiſtere ſub conceptu communi, & confuſo ex §. 1. *Aſſert.* 2. eſt per ſe notum ſecundùm nos, non ſecundùm quid, & ſecundùm ſapientes tantùm; ſed ſimpliciter, & ſecundùm omnes etiam maximè rudes, maximeque incultos, vt patet ex probationibus illius aſſerti: ergo. Quod ſi quis in ea ſupponatur ignauia iacere, vt dari beatitudinem, & honeſtatem etiam in communi ignoret; hic vtique ignorabit ſub quolibet conceptu Deum, at à talis ignorantiæ monſtro non læditur noſtrum aſſertum, quod procedit de habente vſum rationis, qui haberi non poteſt ſine notitia aliqua boni, & honeſti, eiuſque diſcretione à malo, & inhoneſto.

Deum exiſtere ſub cõceptu communi eſt per ſe notum, etiam maximè rudibus.

37. Assertvm II. Deum exiſtere ſub conceptu aliquo particulari, & proprio expreſsè cognito, Metaphyſicè loquendo poteſt ignorari inuincibiliter ignorantia negatiua ab aliquo Indiuiduo, ſi minùs à tota aliqua natione, aut communitate hominum. Ita Molina 1. *part. quæſt.* 2. *artic.* 1. §. *Ex dictis.* Gabriel à S. Vinc. *diſput.* 2. *dub.* 5. Granadus aliique adeò communiter vt Arriaga 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 3. notet ex Auctoribus Scholaſticis vix vllum eſſe in contrarium, & quamvis Amicus *tom.* 1. *diſput.* 2. *num.* 18. & *tom.* 3. *diſp.* 17. *ſect.* 8. inuincibilem Dei ignorantiam neget, vix tamen contrarius eſt; quia in primo loco videtur loqui de Deo ſub conceptu confuſo, & implicito. Secundò loco videtur id limitare ad tempus, quo quis peccat: eſt autem diuerſa difficultas à nobis alibi agitanda quærere; vtrum cum inuincibili ignorantia, aut inaduertentia Dei poſſit committi peccatum.

Probatur primò, ex Auguſtino *tom.* 9. *in Ioan. tract.* 106. *Exceptis paucis, in quibus natura nimium deprauata eſt, vniuerſum genus humanum Deum mundi huius fatetur Auctorem*, vbi ly, *exceptis paucis*, apertè fauet aſſerto, cum præcipuè allata verba intelligi nequeant de ignorantia vincibili; hac quippe; præſertim antiquitus, non adeò pauci laborarunt, & inter cæteros omnes Braſiliani ante nauigationem Luſitanorum in illas oras, vt certa multorum relatione acceptum eſſe tradit Molina 1. *part. quæſt.* 2. *art.* 1. §. *Ad hæc.* Confirmatur ex Diuo Thoma 2. 2. *quæſt.* 10. *artic.* 1. docente, *infidelitatem negatiuam magis pœnam eſſe, quam peccatum*; de qua infidelitate loquens Suarez *diſp.* 17. *de Fide*, *ſect.* 2. ait excuſare etiam à peccato ignorantiæ contra præceptum naturale.

Braſiliani dicto Deum penitus ignorarunt.

38. Probatur ſecundò ratione: Dabilis eſt aliquis, qui nec propria inuentione, nec aliena diſciplina valeat aſſurgere ad Dei notitiam ſub aliquo ipſius proprio, & particulari conceptu: ergo Deum exiſtere ſub conceptu aliquo particulari, &c. Conſequentia patet, quia ignorantia inuincibilis eſt, quæ vinci non poteſt; vinci autem non poteſt ignorantia illius obiecti, cuius non poteſt haberi notitia. Probatur Antecedens quoad primam partem: Poteſt aliquis eſſe, vel hebetis adeò, & craſſæ Mineruæ, vt ad deducendam per diſcurſum alioqui facilem ex creaturis ſub proprio conceptu Dei exiſtentiam impar ſit, ſicuti ſolent imbecilliora ingenia res etiam faciliores non percipere; vel adeò extraneis occupationibus, curiſque implicitus, vt nec excitandæ, nec acquirendæ ſpeciei de Deo det locum: ergo. Probatur Antecedens quoad ſecundam partem: Poteſt quis eſſe vel enutritus in ſyluis extra omnem humanam diſciplinam, vel educatus inter Parentes, & mutos; qui vel ex ignorantia, vel ex errore, vel ex malitia nihil prorſus loquantur, nihil doceant de exiſtentia Dei: ergo.

Deum exiſtere quomodo poſſit inuincibiliter ignorari ignorantia negatiua.

Fateor Moraliter vix poſſe huiuſmodi caſum contingere; attenta præſertim ſuauitate diuinæ Prouidentiæ, & ideò appoſitæ ſunt in aſſerto illæ particulæ *Metaphyſicè ſaltem loquendo*, Multò minus poteſt id contingere in tota aliqua Natione ſeu communitate, cuius omnia indiuidua eſſe vel Mineruæ craſſioris, vel humanis curis prorſus implicita, vel alienâ diſciplinâ omninò deſtituta eſt naturaliter impoſſibile, & contra conditionem Naturæ rationalis, quæ reſpuit eſſe in ingenti ſuorum indiuiduorum multitudine adeò defectuoſa; cum præcipuè in qualibet communitate innoteſcant plura alia, quæ faciliùs admittunt ignorantiam inuincibilem, quàm Deus, quem omnis creatura loquitur, quem Cœlum ipſum, quod, vt dicere ſolebat *Antonius*, liber Idiotarum eſt, enarrat. Meritò idcircò ſcripſit Cicero 1. *de legibus: Nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem habere Deum debeat, tamen habendum ſciat.* Nec certè Idololatræ errarunt quia ignorauerint, quòd Deus eſſet; ſed quia ignorauerint quid eſſet. 39.

Idololatræ ignorãt quid Deus ſit, non quòd ſit.

Assertvm III. Deum exiſtere ſub conceptu aliquo particulari, & proprio à nemine habente vſum rationis poteſt inuincibiliter ignorari ignorantiâ poſitiuâ, qua ſcilicet poſitiuè quis erret circa Dei exiſtentiam, & poſitiuè affirmet Deum non eſſe. Ita Gabriel à S. Vincent. 1. *par. diſp.* 2. *dub* 2. & Doctores communiter cum Diuo Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *artic.* 1. Vbi dum negat poſitiuam infidelitatem inculpabilem, vtique negat etiam inculpabilem ignorantiam poſitiuam Dei, & conſequenter negat inuincibilem; licèt enim dari poſſit ignorantia vincibilis, & non culpabilis; eo quod nulla ſit obligatio habendi oppoſitam notitiam, non tamen è contra poteſt dari ignorantia culpabilis, & non vincibilis; ne imputetur ad culpam quod vitari non poteſt: ſi igitur ignorantia poſitiua exiſtentiæ Dei ſemper eſt culpabilis, nunquam inculpabilis, ſemper eſt etiam vincibilis, nunquam inuincibilis. 40.

Ignorantia vincibilis nõ ſemper eſt culpabilis, benè tamen ignorantia culpabilis ſemper eſt vincibilis.

Probatur primò Auctoritate Scripturæ ex Pſal. 13. *Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.* vbi, vt notat Ripa 1. *part. q.* 2. *art.* 1, nomine inſipientis non intelligitur carens vſu rationis, ſed peccator; quia ſine pecca-

cato negari nequit exiſtentia Dei, & rectè peccator inſipiens dicitur, cum careat vera ſapientia de qua habetur Sap 1. *In maleuolam animam non introibit ſapientia.* Eodem ſenſu vſurpatur inſipientis nomen, vt notat Eſtius *in 1. diſt.* 3. §. 3. Sap. 14. vbi de creaturis

41\. Dei dicitur: Quod *factæ ſunt in muſcipulam pedibus inſipientium*, ſcilicet peccantium, qui creaturis ex ſe ordinatis ad inducendam veram Dei notitiam, abutuntur ad negandam prauis operibus diuinitatem: Ergo Deum exiſtere non poteſt negari, ſeu poſitiuè ignorari ſine peccato, & inculpabiliter, adeoque nec inuincibiliter.

Ignorantia poſitiua exiſtentiæ Dei non poteſt eſſe inuincibilis.

41\. Probatur ſecundò ratione: Qui poſitiuè ignorat Deum non eſſe, ſeu poſitiuè affirmat non eſſe, non poteſt non habere aliquod dubium rationabile, quod Deus ſit; ſed cum tali dubio ſtare nequit ignorantia inuincibilis: ergo. Minor patet, quia ignorantia inuincibilis eſt aſſenſus præſtitus vni contrario ſine rationabili dubio alterius, & in propoſito rationabiliter dubitans de exiſtentia Dei (ex quo obiter probatur neque etiam dubium poſitiuum de exiſtentia Dei poſſe eſſe inuincibile) tenetur indagare, & facilè poteſt ex creaturis aſſurgere ad notitiam exiſtentiæ Dei probabiliter ſaltem, quod facillimum eſt, ſi minùs demonſtratiuè, quòd eſt valdè difficile. Maior probatur: Qui poſitiuè affirmat Deum non eſſe, vtique id præſtat excitata ſpecie Dei, & occurrente ratione aliqua, quæ ſuadeat non dari vel primam cauſam, vel primum motorem, vel ens ſimpliciter neceſſarium, &c. Sed ex vna parte talis ratio nequit eſſe euidens, & excludens dubitationem oppoſiti; ex alia parte excitata ſpecie Dei, vel primæ cauſæ, vel primi motoris, &c. ergo non poteſt non haberi dubium rationabile de Dei exiſtentia, imò nequit haberi dubium niſi irrationabile de non exiſtentia, quod nouit etiam Ariſtoteles dicens: *1. topic. capite 9. Quod in dubium reuocare, an oporteat Deum honorare pœna dignum eſt.* Et expreſſius D. Cyprianus *de Vanitate Idolorum: Summa delicti eſt nolle eum agnoſcere, quem ignorare non poſſis.*

Ignorantia poſitiua exiſtentiæ Dei non poteſt eſſe inuincibilis, imò nec dubium poſitiuum.

CAPVT II.

De Eſſentia Dei.

1\. Essentia Dei ſumi poteſt, vel Phyſicè, vel Metaphyſicè: Primò modo includit quicquid materialiter, & Phyſicè Deum conſtituit, quidquid eſt idem cum Deo, ſeu quidquid Deus eſt; & quia omne, quod eſt in Deo, Deus eſt, & identicè de eſſentia Dei, explicare eſſentiam Dei materialiter, & Phyſicè eſt explicare potiùs quid ſit de eſſentia, quàm quid ſit eſſentia Dei; eſt explicare omnia, quæ in Deo ſunt, quod totius Theologiæ Scholaſticæ conſiderationem, non primas ſolùm paginas requirit. Secundo modo eſt prædicatum illud Dei primum, & potiſſimum, quod cæterorum omnium diuinorum prædicatorum radix eſt, quo Deus in ſe primò conſtituitur, & diſtinguitur non ſolùm ab ente creato, ſed etiam à propriis attributis, aliiſque prædicatis increatis non ſimpliciter priuatiis; & de eſſentia hoc modo ſumpta ſermo eſt in præſenti, de qua antequam explicetur in quo formaliter conſiſtat, præmittendum eſt, An diſtinguatur à natura diuina; ex diſtinctione enim, vel indiſtinctione diuinæ eſſentiæ à diuina natura maximè pendet determinatio prædicati, in quo formaliter diuina eſſentia conſiſtat, vt ex progreſſu magis patebit: Ideò ſit

Eſſentia Dei vel Phyſice, vel Metaphyſice ſumi poteſt.

---

§. I.

An in Deo diſtinguatur Eſſentia à Natura?

Assertvm: Eſſentia rigoroſè loquendo in Deo diſtinguitur a Natura, non ſola ratione ratiocinante, ſed ratione ratiocinata cum fundamento: dixi *rigoroſè loquendo*; in communi enim, latiorique ſignificatione eſſentia, & natura pro eodem ſumuntur, vt patet tum ex Ariſtotele *5. Metaphyſica, cap. 4.* dicente: *tranſlatione autem iam, & omnis omninò ſubſtantia* (nomen ſubſtantiæ, vt exponit ibi: *Fonſeca*, ſumitur pro eſſentia) *natura dicitur*, tum ex Sanctis Patribus paſſim ſumentibus eſſentiam pro natura, naturam pro eſſentia, & indiſtinctè vtentibus vtroque nomine. Hoc aſſertum à paucis ex profeſſo agitatur, traditur tamen à Lugo *hic lib. 1. diſput. 16. cap. 5.* Corneio *1. part. quaſt. 14. contra Salmant. in eundem articulum, diſput. 4. dub. 1. §. 2.* Gabriel à S. Vincet. *1. part. diſp. 14. dub. 9.* 2.

Eſſentia, & natura in lata ſignificatione ſumuntur pro eodem, rigoroſe diſtinguūtur ratione, ratiocinata etiam in Deo.

Probatur primò: Conceptus eſſentiæ rigoroſè ſumptus eſt ſecundùm ſe prior conceptu naturæ: ergo diſtinguitur ratione ratiocinata à natura etiam in Deo; etiam inquam in Deo; quia licèt minor debeat poni diſtinctio in diuinis, quàm in creatis, non ideò tamen ea, quæ in creatis ſola ratione ratiocinata diſtinguuntur, carent huiuſmodi diſtinctione in diuinis, alioqui ipſa carerent vnitas, veritas, bonitas: Item Intellectus, & voluntas, quæ in creatis non diſtinguuntur niſi virtualiter; ſeu ratione ratiocinata cum fundamento: debet igitur poni minor diſtinctio in diuinis, quàm in creatis, vel comparatiuè ad ea, quæ in creatis diſtinguuntur omninò realiter, aut non ſecundùm ſe, & ex natura ſua, ſed ex limitatione ſubiecti; vel quandoque ſolùm in eodem genere diſtinctionis virtualis, quatenus aliqua, quæ diſtinguuntur ſolùm virtualiter in creatis, habeant etiam diſtinctionem virtualem, minorem tamen in diuinis, eo quod cæteris paribus intellectus minus habeat fundamentum diſtinguendi diuina, quàm creata; ex quo patet benè inferri in 3.

Diſtinctio minor eſt in diuinis, quā in creatis, ea tamen, quæ diſtinguūtur virtualiter in creatis, quādoque diſtinguuntur virtualiter etiā in diuinis.

conſequen

conſequentia diſtingui ratione ratiocinata etiam in Deo eſſentiam à natura, ſi probetur ab inuicem diſtingui ſecundum ſe, ſeu vnam eſſe priorem, aliam ſecundùm ſe; idcircò probatur antecedens primi argumenti: ſimpliciter, & ſecundùm ſe priùs vnicuique rei conuenit eſſe, quàm operari, aut operari poſſe; ſed eſſentia dicitur per ordinem ad eſſe, natura per ordinem ad operari rigorosè loquendo: ergo conceptus eſſentiæ rigorosè, &c. Maior videtur conſtare ex eo, quod communiter dici ſolet prius res eſt in ordine ad ſe, quàm in ordine ad aliud, adeoque prius conuenit eſſe, quod eſt ipſiſſima res, & ponit rem in ſe, quàm operari, aut operari poſſe, quod aut eſt, aut connotat quid ab eâdem re diſtinctum, & extrahit quodammodo rem extra ſeipſam. Minor probatur quoad primam partem ex D.Thom. 1. *par. queſt.* 39. *art.* 2. *ad* 3. *Eſſentia ab eſſendo dicitur*: ex D. Auguſt. *lib.* 5. *de Trinitat. capit.* 2. *ſicut ab eo quod eſt ſapere dicta eſt Sapientia, ab eo quod eſt ſcire dicta eſt ſcientia; ita ab eo quod eſt eſſe, dicta eſt eſſentia.* Probatur quoad ſecundam partem tum ex eodem Diuo Thoma *loco citato* dicente: *Natura deſignat principium actus*, tum ex etymologia nominis; dicitur enim natura eo quod naſci faciat, tum ex definitione, ſecundùm quam cum *Ariſtotele* communiter dicitur principium motus, &c.

Eſſe, prius rei conuenit, quàm operari, & operari poſſe.

Eſſentia dicitur per ordinem ad eſſe; natura per ordinem ad operari.

4. Probatur ſecundò: In creaturis natura, & eſſentia ratione ratiocinata cum fundamento diſtinguuntur: ergo etiam in Deo. Conſequentia patet, quia ex vna parte diſtinctio rationis ratiocinatæ nullam ponit in obiecto imperfectionem; & ex alia parte eſſe, & operari, quod eſt fundamentum diſtinguendi eſſentiam à natura in creatis, reperitur etiam in Deo. Probatur Antecedens primò: Eadem res vt eſſentia, & vt natura diuerſimodè definitur; ſic ab *Ariſtotele* anima, vt eſſentia definitur actus primus corporis, vt natura definitur, qua primò viuimus: ergo. Probatur idem Antecedens ſecundò in Angelo, v.g. qui maximè accedit ad Deum, diuerſa aſſignantur prædicata correſpondentia eſſentiæ à prædicatis correſpondentibus naturæ, tribuitur enim naturæ prædicatum intellectualitatis, eſſentiæ verò prædicatum entis ſpiritualis, completo ab alio; vnde meliùs dicitur hominem conuenire cum Deo, vel homine in natura, quàm in eſſentia; & qui dicit naturam Angeli ſtatim concipit principium intelligens, qui dicit eſſentiam potius concipit ſubſtantiam ſpiritualem completam, vel quid ſimile ſpectans ad eſſe. Neque in hoc ſit pura quæſtio de nomine; nam licèt veteres, *qui*, vt notat Auguſtinus *tom.* 1. *lib.* 2. *de moribus Manichæorum. cap.* 2. *hæc nomina* (id eſt ſubſtantiæ, & eſſentiæ) *non habebant, pro eſſentia, & ſubſtantia naturam vocarent*; nos tamen, qui iam habemus diuerſa nomina, & apud quos, vt loquitur idem Auguſtinus 12. *de ciuit. cap.* 2. *nouum quidem eſt; ſed iam noſtris temporibus vſitatum nomen eſſentia*; non poſſumus amplius in rigore loquendo ad diuerſa ſignificata hiſce diuerſis nominibus correſpondentia vſurpare idem nomen: & ſicuti Græci, qui eodem nomine hypoſtaſis ſignificabant eſſentiam, & Perſonam, aliquando dicebant eſſe vnam, aliquando tres in Deo hypoſtaſes; nos verò qui habemus diſtincta nomina, non poſſumus confundere eorum ſignificatum, & vſurpando nomen eſſentiæ ad ſignificandam ſubſtantiam dicere eſſe tres in Deo eſſentias; ita ſimiliter, &c.

Anima diuerſimodè definitur vt eſſentia, & vt natura.

Eſſentiæ, & ſubſtantiæ nomine veteres non vtebantur.

Probatur tertiò: Iuſti per gratiam, & Beati per gloriam dicuntur eſſe participes diuinæ naturæ; at non eodem modo dicuntur eſſe participes diuinæ eſſentiæ, non niſi quia fiunt participes Dei potius in operari, quàm in eſſe, vt de Beatis ſpecialiter exprimitur 1. Ioan. 3. *Similes ei erimus, quia videbimus eum, ſicuti eſt*, ſcilicet ſicuti ipſemet ſeipſum videt: ergo quia Dei natura diſtinguitur ab eſſentia, & illa dicitur per ordinem ad operari, iſta per ordinem ad eſſe. 5.

Gratia cur dicatur nos facere participes diuinæ naturæ potiùs quàm diuinæ eſſentiæ.

Dubitari hic poſſet vtrum eſſentia, & natura in Deo eo modo, quo diſtinguuntur inter ſe, habeant etiam inter ſe propriaa exiſtentias; ſed quoad hoc eſt eadem ratio, ac de cæteris diuinis prædicatis inter ſe diſtinctis, vtrum ſcilicet attributa diſtincta in Deo habeant diſtinctas exiſtentias? de quo *infrà*.

---

§. II.

Per quid formaliter conſtituatur eſſentia Dei, vt diſtincta à Natura?

ASSERTVM I. Eſſentia Dei non conſtituitur formaliter per collectionem omnium diuinarum perfectionum: Ita Theologi communiter contra De Quiros 1. *part. tract.* 2. *diſput.* 17. *ſect.* 6. alioſque nonnullos, quos Ioan. à S.Thoma 1. *part. diſp.* 16. *art.* 2. *num.* 6. ait ſe excuſare potius, quam attingere punctum difficultatis: Quod iure dicitur etiam de collocantibus eſſentiam Dei in radice omnium attributorum, neutri enim explicant id, quod inquiritur; nam primi explicant id, in quo materialiter, & Phyſicè, non id in quo formaliter, & Metaphyſicè conſiſtit eſſentia Dei. Secundi non aſſignant prædicatum in quo ſpecialiter conſiſtat eſſentia Dei, ſed id, quo in communi conſtituitur eſſentia cuiuſcumque rei. 6.

Eſſentia Dei nec conſiſtit formaliter in collectione omniũ perfectionum, nec in radice omnium attributorũ.

Probatur primò autoritate Sanctorum Patrum, qui loquentes de diuinis attributis, ea explicant tanquam quid circumſtans, & conſequens eſſentiam, non tanquam quid eſſentiam ipſam Dei formaliter conſtituens. D.Damaſcenus *lib.* 1. *de Fide, cap.* 4. *Si bonum, ſi iuſtum, ſi ſapiens, ſi quidvis aliud dixeris, non naturam* (naturæ nomen latiùs ſumitur, prout ſignificare poteſt eſſentiam) *dicis Dei, ſed ea, quæ ſunt circa naturam.* Diuus Gregorius

gorius Niſſenus ad *Ablabium*, *pagina* 93. *Dicimus*, *v.g. numen eſſe incorruptibile*; *vel potens*, *vel quacumque alia*, *ſed reperimus cuiuſcumque nominis peculiarem eſſe ſignificationem*, *quæ ſignificatio tamen non illud ſignificat*, *quod natura iuxta eſſentiam eſt* (nonnullis interpoſitis) *eodem modo*, *ſi vel viuificum dixerimus*, &c. Diuus Maximus *in panoplia apud Euthymium*, *part.* 1. *tit.*3. *In Deo bonus*, *& opifex*, *& infinitus*, *& immortalis*, *& quæ his ſimilia*, *non dicimus eſſe differentias eſſentiam conſtituentes*, *ſed appellationes quaſdam*, *quibus aliqua eorum*, *quæ circa ipſam ſpectantur*, *patefiant.*

7. Probatur, ſecundò ratione: Eſſentia Dei formaliter conſtituitur per aliquid, quod ſit prima radix aliorum diuinorum prædicatorum, & quo Deus diſtinguatur non ſolùm ab ente creato, ſed etiam a propriis perfectionibus increatis non primariis; ſed huiuſmodi non eſt collectio omnium diuinarum perfectionum: ergo. Maior patet ex conceptu communi eſſentiæ cuiuſcumque formaliter, & Metaphyſicè ſumptæ. Minor probatur: Collectio omnium diuinarum perfectionum eſt totus Deus, ſeu eſt omnia diuina prædicata; ergo non poteſt eſſe radix aliorum diuinorum prædicatorum, nec ab aliis diuinis prædicatis diſtinguere; alioqui eſſet radix ſui ipſius, & diſtingueret ſe à ſe. Confirmatur, collocando eſsentiam Metaphyſicam Dei in collectione omnium diuinarum perfectionum, intercluditur modus diuerſificandi in Deo eſsentiam Phyſicam à Metaphyſica; & Deum formaliter ſumptum à ſeipſo ſumpto materialiter: ergo non debet formaliter collocari eſsentia Dei in collectione, &c. Confirmatur inſuper exponendis *in calce præſentis* §.

8. Assertvm II. Eſsentia Dei non conſtituitur formaliter per infinitatem, vt vult Argentinas *quæſt.*1. *prologi*, §. *Sed illud*, nec per eſse infinitum, & illimitatum, vt vult Gillius *lib.*2. *tract.*1. *cap.*14. Amicus *diſp.*3. *ſect.*4. *num.*79.

Infinitas in Deo duplex, alia in omni genere, alia in aliquo genere determinato.

Probatur prima pars: Infinitas in Deo vel ſumitur omninò illimitatè prout dicit eſse in omni genere infinitum, vel ſumitur cum aliqua limitatione, prout ſcilicet dicit perfectionem infinitam in aliquo ſolùm determinato genere; ſed neutro modo infinitas eſt formale conſtitutiuum eſſentiæ Dei: Non primo, vt patebit ex probatione ſecundæ partis; Non ſecundo, vt mox probo. Infinitas in determinato genere eſt in Deo attributum tranſcendens omnes diuinas perfectiones; nulla enim eſt in Deo perfectio, quæ non ſit in ſuo genere infinita, & quæ non contineat omnem ſui generis perfectionem: ergo non eſt formalis, & propria ratio conſtitutiua eſſentiæ Dei; & diſtinctiua ipſius ab attributis, aliiſque prædicatis ſecundariis. Confirmatur, talis infinitas non poteſt eſſe radix omnium diuinarum perfectionum: ergo non poteſt conſtituere formaliter eſſentiam Dei. Antecedens probatur: Talis infinitas imbibitur formaliter in omni diuina perfectione, cum omnes Dei perfectiones tranſcendat ex mox dictis, & omnis diuina perfectio ſit formaliter infinita in ſuo determinato genere: ergo non poteſt, &c. Conſequentia probatur: Talis infinitas ſe haberet ad quamlibet diuinam perfectionem vt totum, & pars; vt continens, & contenta; vt totum, & vt continens, quia reſpiceret quamlibet diuinam perfectionem, vt radix ipſius, & aliarum; vt pars, & vt contenta, quia reſpiceret quamlibet diuinam perfectionem vt imbibita, & incluſa in ipſa: Idem autem reſpectu eiuſdem eſſe continens, & contentum, totum & partem, maius & minus etiam formaliter, & Metaphyſicè repugnat: Ergo.

Infinitas in aliquo determinato genere tranſcendit omnes diuinas perfectiones, nec poteſt eſſe ipſarum radix.

9. Probatur ſecunda pars: Eſſe infinitum, & illimitatum prout dicit eſſe ſimpliciter infinitum in omni genere, nihil eſt aliud, quàm collectio omnium diuinarum perfectionum, ſolùm enim in tali collectione reperitur omnis infinitas; nec poteſt à tali collectione auferri aliqua diuina perfectio, quin auferatur infinitas in aliquo genere; adeoque quin deſinat eſſe in omni genere infinita, ſed collectio omnium diuinarum perfectionum non conſtituit formaliter eſſentiam Dei ex ſuperiori concluſione: ergo.

10. Dices eſſe infinitum, & in omni genere illimitatum differre à collectione omnium diuinarum perfectionum, ſaltem penes implicitum, & explicitum; quatenus collectio illa importat omnes diuinas perfectiones æquè primò, & explicitè; eſſe verò infinitum, in omni genere non importat omnes diuinas perfectiones niſi implicitè. Sed contra, vel eſſe infinitum ſimpliciter importat aliquam perfectionem explicitè, alias implicitè; vel nullam explicitè, ſed omnes implicitè: ſi primum ergo ſolùm illa perfectio explicitè importata eſt formalis, & Metaphyſica eſſentia, quia ipſa ſola eſt formaliter prima, & radix aliarum; quod nihil eſt aliud, quàm alias implicitè continere; hæc autem ratio adhuc remanet aſſignanda, nec collocari poteſt in eſſe ſimpliciter infinito, quia huiuſmodi eſſe inuoluit æquè primò infinitatem cuiuſque generis, nec explicat vnam perfectionem magis, quàm aliam. Si ſecundum: ergo eſſe ſimpliciter infinitum eſt collectio implicita, quamvis non explicita, omnium diuinarum perfectionum; quod eſt aſſignare pro eſſentia Metaphyſica Dei illud, quod aſſignat ſententia in ſuperiori aſſerto impugnata; ſed magis confusè, & minùs intelligibiliter.

11. Probatur aliter eadem ſecunda pars: Eſſentia Dei formaliter, & Metaphyſicè ſumpta eſt ſolùm infinita in linea eſſentiæ, nec eſt formaliter omnis perfectio: ergo non conſtituitur formaliter per eſſe infinitum, & illimitatum in omni genere. Antecedens probatur: Eſſentia Dei, eo quod ſit eſſentia Dei, non debet extrahi à ſua linea: ergo eſt ſolùm infinita in linea eſſentiæ; rurſus debet eſſe radix aliarum perfectionum, cum hoc ſit de conceptu vniuerſaliſſimo cuiuſcumque eſſentiæ, ſed radix non poteſt eſſe formaliter id, cuius eſt radix; alioqui vel eſſet

Eſſentia Metaphyſica Dei debet eſſe ſolùm infinita in linea eſſentiæ, nec eſt omnis perfectio.

eſſet radix ſui ipſius, vel eſſet, & non eſſet radix: ergo eſſentia Dei non eſt formaliter omnis perfectio. Confirmatur vnum attributum, quamvis identificatum cum alio, non eſt formaliter aliud, nec eſt infinitum niſi in ſua linea, vt patebit cum agetur de diſtinctione ponenda in diuinis: ergo pariter eſsentia Metaphyſica, licèt identificata cum omni perfectione, non eſt formaliter omnis perfectio, nec eſt infinita, niſi in ſua linea.

12. ASSERTVM III. Eſsentia Dei non conſtituitur formaliter per actum primum intelligendi; ſeu per eſse radicaliter, & per eſſentiam intellectiuum. Eſt contra Arrubal 1. *part. diſp.* 18. *cap.* 3. *&* 4. Albertinum *corell.* 24. *de relatione, quaſt.* 14. *dub.* 2. &c.

Eſſentia Metaphyſica Dei nõ conſtituitur formaliter per actum primum intelligendi.

Probatur primò: Actus primus intelligendi, ſeu eſse per eſsentiam intellectiuum, importat formaliter ordinem ad operationem, ſed eſsentia, cum ſpectet ad eſse, non ad operari, & per hoc diſtinguatur, & differat à natura ex dictis, §. *ſuperiori*, non poteſt formaliter conſtitui per aliquod dicens ordinem ad operationem: Ergo actus primus intelligendi non poteſt eſse id, per quod formaliter conſtituatur eſsentia Dei.

13. Probatur ſecundò: Eſse per eſsentiam intellectiuum non eſt in Deo prima ratio continens radicaliter omnes alias perfectiones: ergo per ipſum non conſtituitur formaliter eſsentia Dei. Probatur Antecedens quoad primam partem, quòd non ſit prima ratio: eſse intellectiuum in Deo ſupponit aliquam aliam rationem priorem ſe: ergo non eſt ratio prima. Antecedens probatur: eſse intellectiuum non poteſt eſse prius, quàm eſse intelligibile, nam ſi daretur intellectiuum prius intelligibili, daretur intellectiuum ſine intelligibili, quod omninò repugnat; ſed eſse intelligibile in Deo ſupponit aliquam aliam rationem priorem: ergo etiam eſse intellectiuum. Minor probatur: Eſse intelligibile coincidit cum ratione veri; ſed ratio veri in nullo ente eſt omnium prima, cum ſit ſemper attributum, & paſſio entis: ergo. Probatur Antecedens quoad ſecundam partem, quod ſcilicet non ſit ratio continens radicaliter omnes alias perfectiones. Inter alias Dei perfectiones eſt, quod contineat omnes perfectiones creatas non ſolùm in eſse intelligibili, verum etiam in eſse entitatiuo; ſed eſse intellectiuum nullatenùs poteſt ſecundùm ſe formaliter continere aliquid entitatiuè, cum continentia entitatiua ſit omninò extra lineam intellectiuitatis, cui tantùm conuenit continere intentionaliter: ergo. Nec refert quod eſse intellectiuum ſibi identificet eſse entitatiuum Dei, in quo omnia entitatiuè continentur, hoc enim non ſaluat eſse intellectiuum Dei continere omnes alias perfectiones ex vi propriæ lineæ, & ratione ſui; ſed aliquas ratione ſui; aliquas ratione alterius ſibi identificati; & per conſequens non ſaluat eſse conſtitutiuum Dei ſimpliciter ratione ſui.

Eſſe intellectiuum non poteſt eſſe prius, quàm eſſe intelligibile, & in nullo ente poteſt eſſe ratio omniũ prima.

Eſſe intellectiuum per eſſentiam nõ poteſt radicaliter continere omnes Dei perfectiones.

ASSERTVM IV. Eſsentia Dei non conſtituitur formaliter per actum ſecundùm intelligendi, ſeu per ipſum intelligere per modum actus puriſſimi; eſt contra Ioan. à S. Thoma *part.* 1. *diſp.* 16. *art.* 2. Gabrielem à S. Vincent. *diſp.* 14. *dub.* 10. Salmant. *tract.* 3. *diſp.* 4. *dub.* 2. & omnes ferè Thomiſtas; extra Scholam Thomiſticam verò contra Aureolum *in* 1. *diſt.* 35. *art.* 3. Faſolum *q.* 4. *art.* 1. *dub.* 7. Herice *tract.* 1. *diſp.* 3. *cap.* 3. Ribas *tract.* 1. *diſp.* 2. Suarez *in Metaphyſica, diſp.* 30. *ſect.* 15. *num.* 14. 14.

Probatur primò, Autoritate Diui Thomæ 1. *part. quaſt.* 26. *art.* 2. *In Deo eſſe, & intelligere eſt idem ſecundùm rem, ſed non ſecundum intelligentiæ rationem*: ex primo ad Annibaldum *diſp.* 35. *quaſt.* 1. *art.* 2. *ad* 3. *Sicut intelligere eſt idem re cum eſſentia, ſed differens ratione; ita & velle*: ex qua ſecunda auctoritate euincitur Diuum Thomam non loqui de diſtinctione rationis ratiocinantis. Confirmatur ex Diuo Chryſoſtomo *hom.* 1. *de incomprehenſibili Dei natura: non à ſapientia ſubſtantia eſt, ſed ex ſubſtantia ſapientia*: Ex Nyſſeno *in lib. quod non ſunt tres Dij: ea, quibus Deum nominamus, non ſunt Dei eſſentia; ſed quaſi circunſtant ipſum, vt intelligere*; ex D. Damaſceno in verbis *ſuprà* allatis in prima probatione primi aſſerti.

Probatur ſecundò ratione: Actus ſecundus intelligendi, ſeu ipſum intelligere eſt eſſentialiter, & formaliſſimè operatio; ſed eſſentia Dei non conſtituitur formaliter per operationem: ergo. Minor probatur, tum quia ſermo hic eſt de eſſentia vt contradiſtincta à natura, quæ ſola dicit ordinem ad operationem; tum quia videtur vniuerſaliſſimè verum: operari ſupponit eſſe; ideò res operatur quia eſt. Maior etiam probatur, intellectio ex ſuo formaliſſimo conceptu reddit operantem: ergo formaliſſimè operatio eſt. Antecedens probatur: Intellectio reddit formaliſſimè intelligentem; ſed intelligens eſt formaliſſimè operans, quia intelligens eſt viuens, vigilans, & ſe mouens, non autem mortuo modo ſe habens, otians, & quieſcens. 15.

Intellectio eſt formaliſſimè operatio, & intelligens eſt operans.

Dices aliam eſſe operationem, quæ aliquo modo diſtinguitur à ſuo principio, & ſe habet per modum egreſſionis ab ipſo, & de hac benè procedere argumentum; aliam eſſe operationem per modum puriſſimi, & actualiſſimi actus ſecundi carentis actu primo, & nullam importantis diſtinctionem, aut egreſſionem à ſuo principio, huiuſmodi eſſe diuinam intellectionem; & de tali operatione non procedere argumentum. Sed contra primò, quia *lib.* 3. *cap.* 1. §. 1. *&* 2. probabitur in diuino intellectu actus primus, & diſtinctio actus ſecundi ab ipſo. Contra ſecundò, operationem debere aliquo modo diſtingui à ſuo principio tradit expreſsè Diuus Thomas *in quaſtionibus diſputatis, quaſtion.* 1. *de pot. articul.* 1. *ad* 1. dicens: *eſt de ratione operationis habere principium, non de ratione eſſentia: vnde licèt eſſentia diuina non ha-* 16.

Operatio omnis debet eſſentialiter habere principium, & ab ipſo aliqualiter diſtingui.

beat aliquod principium, neque re, neque ratione tamen operatio diuina habet aliquod principium ſecundum rationem. Contra tertiò: Origines ſunt operationes diuinæ ad intra non minùs, quàm intellectio; ſed origines habent ſua principia, ſe habent per modum egreſſionis, & viæ, & ex hoc capite nequeunt eſſe conſtitutiuæ Perſonarum: ergo etiam intellectio habet ſuum principium, ſe habet per modum egreſſionis, & viæ, & non poteſt eſſe conſtitutiua eſſentiæ.

17\. Probatur tertiò: Eſſentia diuina eſt primum intelligibile, ſed intellectio diuina non poteſt eſſe primum intelligibile: ergo intellectio diuina, ſeu actus ſecundus intelligendi non poteſt eſſe id, per quod formaliter conſtituatur eſſentia diuina. Maior patet, quia intelligibile ſe habet eodem modo quo ens, eſſentia autem diuina eſt primum ens.

Intellectio non poteſt eſſe primum intelligibile, nec volitio primum volibile.

Minor probatur primò, ex Diuo Thoma 1.2. *quaeſtion.* 1. *articul.* 1. *ad* 2. *Impoſſibile eſt quod primum viſibile ſit ipſum videre, & primum appetibile ſit ipſum velle*: ergo etiam impoſſibile eſt quod primum intelligibile ſit ipſum intelligere, nec rectè dicitur cum Ioanne à S. Thoma 1. *part. diſp.* 16. *articul.* 2. *numero* 38. ibi Angelicum loqui de videre, & velle creato; enim verò ratio, quam ibi aſſignat, *quia ſcilicet omne videre eſt alicuius obiecti viſibilis*, militat etiam de velle, & intelligere diuino. Probatur eadem minor ſecundò: Quamvis omnis cognitio cognoſcat ſeipſam, & ſit ſuprà ſeipſam reflexiua, nulla tamen poteſt aut habere ſeipſam pro obiecto primario, aut cognoſcere ſeipſam præcisè, vt docent quamplures relati à Lugo *hic libro primo, diſputat.* 16. *cap.* 7. *numero* 11. & à nobis tradetur *infrà, lib.* 2. *cap.* 5. §. 7. Sed ſi diuina intellectio eſſet primum intelligibile haberet ſeipſam pro obiecto primario: ergo.

Cognitio nõ poteſt habere ſe ſeipſam pro obiecto primario.

Probatur eadem minor tertiò: Primum intelligibile non ſolùm debet eſſe obiectum terminatiuum, ſed etiam obiectum motiuum diuinæ intellectionis præciſis imperfectionibus, ſed diuina intellectio non poteſt eſſe obiectum motiuum ſui ipſius, alioqui eſſet prior ſeipſa: ergo. Maior probatur, tum quia obiectum motiuum eſt prius terminatiuo, adeoque neceſſe eſt quod intelligibile primùm, & non ſuppones aliud prius ſit obiectum motiuum, tum quia Diuus Thomas 1. *part. quaeſt.* 14. *art.* 4 *in c. expreſsè ait: Dei eſſentiam eſſe etiam ſpeciem intelligibilem*, quod idem eſt, ac eſſe obiectum motiuum. Nec refert quod paulò *infrà*, addat: *& id quod intelligitur, & ſpecies intelligibilis, & ipſum intelligere ſunt omninò vnum, & idem*: loquitur enim de vnitate, & identitate reali.

Primum intelligibile debet eſſe obiectum nõ ſolum terminatiuum, ſed etiam motiuum.

18\. Assertvm V. Eſſentia Dei formaliter conſtituitur per eſſe ſimpliciter à ſe. Ita Vaſquez 1. *parte, diſputat.* 59. *cap.* 3. §. *Duo ſolum.* Aucrſa *quaeſt.* 2. *ſection.* 2. Granadus *diſputat.* 3. *ſection.* 3. Eſparza *lib.* 1. *quaeſt.* 5. & alij præſertim recentiores, quibus vt fauetur Ioan. à S. Thoma 1. *part. diſput.* 16. *artic.* 12. *num* 4. fauent nonnulli etiam Thomiſtæ, vt Capreolus, & Bañez contra Autores citatos, *in ſuperioribus aſſertis*, & inſuper contra Siluium 1. *part. quaeſtion.* 14. *artic.* 4. conſtituentem diuinam eſſentiam per eſſe ſimpliciſſimum, immateriale, neceſſariò exiſtens, per ſe viuens, à nullo dependens: Contra Arriagam *tract. de Scientia Dei, diſput.* 16. *ſect.* 4. aſſignantem pro conſtitutiuo diuinæ eſſentiæ ens ſpirituale à ſe ſubſiſtens.

Dixi per eſſe ſimpliciter à ſe; Aſeitas enim, ſeu eſſe à ſe ſumi poteſt dupliciter; vel prout ſolùm negat eſſe ab alio realiter, ſeu per veram cauſalitatem, & hoc modo aſeitas eſt quid in Deo tranſcendens, conueniens omnibus diuinis prædicatis, ſiue abſolutis, ſiue relatiuis; vel prout negat eſſe ab alio etiam virtualiter, & per rationem, & hoc modo aſeitas non eſt quid tranſcendens, cum plura diuina prædicata ſint virtualiter, & per rationem poſteriora aliis, adeoque virtualiter, & per rationem ab alio. Illa dici poteſt aſeitas ſecundum quid; iſta aſeitas ſimpliciter; vtraque eam negationem eſſendi ab alio, quam importat, importat ſolùm de conſequenti, cæterum eſt in ſe poſitiua perfectio, non quia ſignificet poſitiuam cauſalitatem, quam Deus in ſeipſum exerceat, in quo ſenſu Deus dicitur non eſſe à ſe poſitiuè; ſed quia ſignificat rationem poſitiuam oppoſitam negationi ſufficientiæ ex ſe ad eſſe, & defectui neceſſitatis exiſtendi.

Aſeitas in Deo alia ſimpliciter, alia ſecundũ quid.

Aſeitas quomodo ſit perfectio poſitiua, licet negatiuè explicetur.

Probatur primò, ex Scriptura Exod. 3. *Ego ſum, qui ſum. Qui eſt miſit me ad vos.* Vbi Deus explicat ſuam eſſentiam per hoc quod ſit ſuum eſſe, ſeu per hoc quod habeat eſſe à ſe ſibi conueniens. Confirmatur ex Diuo Thoma 1. *part. quaeſt.* 13. *art.* 11. vbi explicans hoc nomen, *qui eſt*, ait: *Vnde cum eſſe Dei ſit ipſa eius eſſentia, & hoc nulli alij conueniat manifeſtum eſt, quod inter alia nomina hoc maximè propriè nominat Deum*: & primo contra Gent. *cap.* 22. *In Deo non eſt aliud eſſentia, vel quiditas, quàm ſuum eſſe.* 19.

Probatur ſecundò ratione: Ratio entis, eſt ratio omnium communiſſima, & vniuerſaliſſima; ratio aſeitatis ſimpliciter eſt ratio quaſi differentialis diſtinctiua conceptus primarij Dei à quolibet alio: ergo per rationem entis, & rationem aſeitatis ſimpliciter, ſeu per eſſe ſimpliciter à ſe optimè explicatur, & conſtituitur eſſentia formaliſſima, & Metaphyſica Dei. Antecedens quoad primam partem patet ex terminis; quoad ſecundam cognoſcitur tum ex prænotatis, tum ex aliis probationibus *infrà* ponendis. Conſequentia probatur; quia definitio, quæ eſt oratio explicans eſſentiam rei, tradi ſolet per genus, & differentiam, & vbi defectu vniuocationis deeſt genus, & differentia, per quaſi genus, & quaſi differentiam, id eſt, per prædicatum commune, & per prædicatum proprium. 20.

Definitio vel traditur per genus, & differentiam, vel per quaſi genus, & quaſi differentiam.

Dices

21. Dices contra rationem entis: Eſſentia rei debet explicari, & definitio debet tradi per genus, vel quaſi genus magis immediatum; ſed ratio entis, vtpotè vniuerſaliſſima, & communiſſima, eſt quaſi genus remotiſſimum, & maximè mediatum: ergo. Maior patet, tum inducendo per alias definitiones, tum quia genus immediatum magis explicat eſſentiam rei. Sed contra vera eſt maior de eſſentia, & definitione rerum, quæ parum diſtant; ſecus loquendo de iis, quæ maximè diſtant; nam in iis, quæ parum diſtant debet explicari parua diſtantia, adeoque debet aſſumi genus minùs diſtans, & magis immediatum; in iis quæ maximè diſtant debet explicari maxima diſtantia; adeoque debet aſſumi ratio maximè diſtans, remotiſſima, & minùs immediata; vt exemplificari poteſt in ſubſtantia, & accidente, quorum illa definitur ens per ſe, iſtud ens in alio; cum igitur Deus, & creaturæ maximè diſtent, benè dicitur Deus ens à ſe; creatura ens ab alio; quod ſi deberet explicari eſſentia Dei præcisè, vt diſtinguitur à ſuis prædicatis ſecundariis, ſufficienter explicaretur per aſeitatem ſimpliciter, adeò vt ly *Aſeitas* præſcindens à ſimpliciter, & ſecundùm quid, ſe haberet vt ratio communis, & quaſi generica; ly *ſimpliciter*, vt ratio propriiſſima, & quaſi differentialis.

Definitio aliquando debet continere genus immediatius, aliquando non.

22. Dices contra rationem aſeitatis, iſtam nec benè aſſignari pro prima ratione quaſi differentiali, & diſtinctiua; nec quando talis eſſet, id ſufficere, vt ſit conſtitutiua eſſentiæ Metaphyſicæ Dei. Ratio primi eſt quia ly *à ſe*, præcisè non exprimit aliquod ſpeciale prædicatum, ſed præcisè negat eſſe ab alio: ergo debet aliquod aliud ſpeciale prædicatum addi, & propter hanc rationem addit *Arriaga* à ſe ſubſiſtens, ſicuti fortè ad limitandam rationem generaliſſimam entis, & conficiendum genus magis immediatum, appoſuit ens ſpirituale. Ratio ſecundi eſt quia poteſt aliquid eſſe adæquatè diſtinctiuum, abſque eo quod ſit adæquatè conſtitutiuum, vt patet in compoſito conſtante ex materia eſſentialiter alligata vni ſoli formæ reſpectu cuius compoſiti talis materia eſſet adæquatum diſtinctiuum, non adæquatum conſtitutiuum; ratio inſuper eſt, quia primum conſtitutiuum debet eſſe radix omnium perfectionum rei, quam conſtituit, quod non importatur in conceptu primi diſtinctiui. Sed contra ad primam rationem dico, Aſeitatem ſimpliciter, licèt per negationem explicetur eſſe poſitiuam perfectionem diſtinctam, & diuerſam ab omni alio Dei prædicato; ideò deeſſe terminos poſitiuos ad ipſam explicandam indicium eſt ipſius perfectiſſimæ conditionis ſuper alia Dei prædicata: ſolùm enim, quæ perfectiora ſunt ſolent à nobis negatiuè explicari, vt patet in attributo infinitatis, incomprehenſibilitatis, &c. Ad ſecundam, tranſeat quod præmittitur; non inde infertur aſeitatem non eſſe rationem Dei conſtitutiuam, cum aliunde probetur ipſam eſſe etiam radicem cæterarum omnium Dei perfectionum, vt mox patebit ex iis, quæ ſubiiciuntur.

Diſtinctiuũ adæquatum non ſemper eſt conſtitutiuum adæquatum.

Probatur tertio: Aſeitas ſimpliciter eſt in Deo ratio prima, eſt radix omnium diuinorum prædicatorum, eſt ex ſuo conceptu formali perfectior quolibet conceptu cuiuſcumque alterius diuinæ perfectionis: ergo per ipſam conſtituitur formaliter eſſentia Dei. Probatur Antecedens: Eſt prima ſecundùm nos, quia prima ratio, quæ innoteſcit inquirentibus Deum, eſt ratio primæ cauſæ, ſeu entis incauſati ex ſe ſufficientis ad eſſe, & ex ſe exiſtentis; eſt prima ſecundùm ſe, quia eſt radix, & virtualis quodammodo cauſa aliorum omnium; enim verò ex ratione eſſendi à ſe inferuntur omnia prædicata Dei, quod ſic probo: Ex eſſe à ſe infertur eſſe ſimpliciter infinitum, & illimitatum in omni genere; ſed in eſſe ſimpliciter infinito, & illimitato continentur omnia prædicata Dei: ergo. Maior probatur, tum quia eſſe finitum, & limitatum prouenit ex eſſe ab alio finiente, & limitante, ideoque creatura finita eſt, quia eſt ab alio à quo finitur, & tali modo limitatur; tum quia quod eſt à ſe, eſt omni perfectiori modo quo poteſt; nihil enim ſibi negat aliquam perfectionem, alioqui eſſet ſibi inimicum, & contrarium; ſeu, quod idem eſt, omnis res tendit in maximum bonum ſui, & appetit ſibi perfectiſſimum eſſe ſecundum ſe, *ea autem, quæ appetuntur ſecundum ſe*, vt tradit Ariſtoteles 1. *Polit. cap. 6. appetuntur ſine vlla menſura, & limite:* ergo quod eſt à ſe, quia eſt à ſe, eſt ſine omni menſura, & limite; adeoque infinitum, ac illimitatum in omni genere, vt confirmari poteſt ex iis, quæ habentur *infra, cap. 5. §. 4.* Et hinc probatur tertia pars primi antecedentis, quod ſcilicet Aſeitas ſit ex ſuo conceptu perfectior omnibus aliis diuinis prædicatis, principium æquiuocum, vt patere poteſt inducenti, eſt perfectius, & præeminet ei omni, cuius eſt principium; ſed Aſeitas in Deo ſe habet vt principium, vel potiùs vt radix æquiuoca omnium aliorum diuinorum prædicatorum; ſe habet enim ad ipſa, vt radix diuerſæ, non eiuſdem rationis cum ipſis: ergo. Accedit quod aſeitas opponitur maximæ imperfectioni creaturarum, quæ conſiſtit in eo quòd ſint ex nihilo, & à ſe habeant ſolùm nihil eſſe, ſeu inſufficientiam ad eſſe: ergo cum oppoſitorum eadem ſit ratio, neceſſe eſt, quod aſeitas ſit maxima perfectio Dei. 23.

Aſeitas eſt in Deo ratio prima ſecundùm nos, & ſecundùm ſe.

Aſeitas eſt radix omnimodæ infinitatis, & illimitationis in omni genere.

Aſeitas eſt ex ſuo conceptu perfectior omnibus aliis diuinis prædicatis.

Ex iis patet aſeitatem hucuſque explicatam non ſolùm eſſe rationem priorem illis prædicatis, quæ propriè dicuntur Dei attributa, & ſe habent præciſis imperfectionibus, vt accidentia Metaphyſica Dei, ſeu conueniunt Deo cum aliqua proportione ad accidentia creata; ſed etiam aliis omnibus prædicatis ſecundariis, ſiue hæc ſint ſubſtantialia, aut eſſentialia, vt eſſe ſubſtantiam, eſſe viuens; ſiue ſint perſonalia, aut relatiua, vt origines, notiones, relationes. Huiuſmodi omnia prædicata conueniunt 24.

Prædicata Dei alia attributalia, alia ſubſtantia, alia perſonalia.

niunt Deo, quia eſt à ſe, & quia cum à ſe habeat eſſe neceſſe eſt quod habeat omne eſſe, ſeu eſſe in omni genere infinitum. Trinitas ipſa Perſonarum Deo conuenit ratione aſeitas; & eſſentia formaliſſima Dei ſicuti, quia eſt à ſe habet omne eſſe, ita quia eſt à ſe, habet eſſe commune, & communicatum tribus Perſonis. Neque dicas Aſeitatem in diuinis Perſonis conuenire ſoli Patri, tum quia ſoli Patri conuenit ratio ingeniti, & innaſcibilis; tum quia communiter dici ſolet quicquid habet filius habet à Patre. Contra enim aſeitas ratione perſonalitatis, habere ſcilicet perſonalitatem realiter improductam, conuenit ſoli Patri, & hoc importat ratio ingeniti, ac innaſcibilis; cæterum habere aſeitatem eſſentiæ conuenit etiam Filio, & Spiritui Sancto; & quicquid habet Filius (idem procedit de Spiritu Sancto reſpectu Patris, & Filij) habet à Patre negatiuè, quatenùs nihil eſt in Filio ab aliquo alio principio diuerſo à Patre, non poſitiuè, quatenus Pater ſit Principium productiuum eorum omnium, quæ in Filio ſunt nihilque ſit in Filio improductum, & ſimpliciter à ſe. Neque vrgeas quamvis ſit aliquod in Filio ab alio non productum, nihil tamen eſt ab alio non communicatum, adeoque eſſentia formaliſſima Dei, vel non eſt in Filio, vel non eſt ſimpliciter à ſe, cum habeat in Filio eſſe ab alio, ſaltem communicatum. Contra enim in rigore; eſſentia in Filio eſt communicata non ab alio, ſed à ſe; non minùs, quàm in Patre; dicitur tamen in Filio ſicuti etiam in Spiritu Sancto communicata ab alio, quia eſt identificata cum aliquo, quod eſt ab alio, ſcilicet cum perſonalitate; non quia ex ſe præcisè ab alio eſt.

Eſſentia Dei quomodo ſit à ſe ſimpliciter non ſolùm in Patre; ſed etiã in Filio, & Spiritu Sancto.

25. Pro cumplemento huius aſſerti videntur ſolùm ſupereſſe poſitiuè improbandæ ſententiæ *Arriaga*, *&* *Siluij* in ipſo aſſerto relatæ, ſed prætetquam quod ex poſitis argumentis patet alia prædicata, quæ citati Autores ponunt pro conſtitutiuo Dei profineto ab eſſe à ſe, Sententia *Arriaga* eſt ſpecialiùs improbata in impugnatione ſecundæ inſtantiæ ſuperioris ſecundæ probationis. Sententia verò *Siluij* videtur valdè accedere ad ſententiam improbatam in primo aſſerto, & ibi poſitis ſolùm placet addere, quod collectio plurium perfectionum nunquam poteſt eſſe conceptus primus, ſed eſſentia formaliſſima Dei debet eſſe conceptus omnium primus: ergo non poteſt conſurgere ex collectione omnium perfectionum, vel plurium. Maior probatur: Omnis collectio eſt poſterior ſuis partibus non minùs, quàm omne totum; & quo ex pluribus partibus conſurgit, eò pluribus eſt poſterior: ergo collectio plurium nunquam poteſt eſse conceptus primus.

Collectio plurium, ſeu aliquod totum non poteſt eſſe conceptus primus.

§. III.

Per quid formaliter conſtituatur Natura Dei, vt diſtincta ab eſſentia.

ASSERTVM I. Natura Dei, vt diſtincta ab eſsentia, formaliter conſtituitur non volitione, ſed intellectione præcisè. Ita expreſsè Lugus 1. *part. lib.* 1. *cap.* 7. & a fortiori illi, qui per intellectionem conſtituunt ipſam diuinam eſsentiam. 26.

Probatur primò auctoritate, ex Diuo Maximo *apud Euthimium in Panoplia, part* 1. *tit.* 3. *Dicamus Deum eſſe ipſam per eſſentiam intelligentiam, & totam intelligentiam ſolam, atque omni intelligentia præſtantiorem*: ſed ex ſupradictis non poſsunt talia verba procedere de eſsentia Dei præcisè ſumpta, vt diſtincta à natura: ergo debent procedere de eſsentia ſumpta pro natura, ſeu de natura Dei. Eadem proportionaliter de cauſa ad roborandam hanc concluſionem afferri poſſunt omnes Auctoritates Diui Thomæ, quibus vtuntur Thomiſtæ ad probandum eſſentiam Dei in intellectione conſiſtere, illæ præſertim, quæ difficiliùs ſumi poſsunt in ſenſu materiali, & identico; non deſunt tamen apud Sanctum Doctorem aliqua loca quibus expreſsè, & in terminis aſſignatur intelligere pro conſtitutiuo naturæ diuinæ, 1. *part. quæſt.* 18. *art.* 3. *Illud, cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere, & cui, &c. tale autem eſt Deus*, & quæſt. 13. art. 11. ad 1. *Hoc nomen qui eſt, eſt magis proprium nomen Dei, quàm hoc nomen Deus, quantum ad id, à quo imponitur, ſcilicet ab eſſe; ſed quantum ad id, ad quod imponitur nomen ad ſignificandum, eſt magis proprium hoc nomen Deus, quod imponitur ad ſignificandum naturam diuinam*; cum autem *eadem quæſt. art.* 8. *in corpore* habeatur. *Hoc nomen Deus eſt nomen operationis, quantum ad id, à quo imponitur ad ſignificandum.* Conſequens omninò eſt per ordinem ad operationem formaliter naturam diuinam conſtitui, hæc verò operatio non eſt niſi intellectio, vt magis *infrà* probabitur, & ſuaderi poteſt ex Diuo Damaſceno 1. *de Fide, cap.* 12. vbi docet Deum dici à *θέειν*, quod ſignificat intueri, perſpicere, curare; adeoque operationem intellectus.

27. Probatur ſecundò ratione: Natura diuina, vt diſtincta ab eſsentia debet formaliter conſtitui per ordinem ad operari ex poſitis, §. 1. Sed hæc operatio non poteſt eſse, niſi intellectio præcisè: ergo. Minor probatur: ſola intellectio in Deo eſt operatio prima, & radix aliarum, etiam ipſius volitionis, quæ cum non feratur, niſi in præcognitum, non poteſt non habere præuiam cognitionem: ergo confirmatur. Natura Dei non poteſt formaliter eſse natura, aut mortua, aut non viuens, ne ſit inferioris conditionis ad naturam

Intellectio in Deo eſt operatio prima, & radix omnium aliarum.

naturam hominis, & Angeli: ergo debet eſſe natura viuens, & formaliter conſtitui per gradum aliquem vitæ, eúmque perfectiſſimum; eiuſmodi eſt ſolus gradus vitæ intellectualis, qui eſt ſupremus inter gradus viuentium, ſolus tribuit perfectiſſimè, id eſt beatè viuere, ergo, ex ratione beatitudinis occurrit obiter confirmatio aſſerti: Ex Diuo Thoma 1. *part, quæſt.* 26. *art.* 2. *in c. & ad* 1. Deus eſt beatus ſecundum ſuam eſſentiam (latios ſumpto eſſentiæ nomine pro natura) ſed eſſe beatum habetur formaliter per intellectionem, vt cum Diuo Thoma 1. 5. *quæſt.* 3. à nobis infrà tradetur *in tractatu de beatitudine*; ergo natura Dei conſtituitur formaliter per intellectionem, vel per ordinem ad ipſam.

Natura diuina eſt ex ſuo cōceptu formali viuens.

28. Probatur tertiò in particulari quod natura Dei non conſtituatur formaliter per volitionem. Linea volitionis non conſtituit formaliter gradum vitæ diuinæ, in quo gradu Dei natura conſiſtit. Antecedens probatur: linea volitionis eſt linea appetitus; ſed omnis appetitus ſupponit formam, ad quam conſequitur: ergo non poteſt eſſe forma per ſe primò conſtituens; ergo ſupponit gradum vitæ formaliter conſtitutum, & ad ipſum conſequitur. Minor probatur: Omnis appetitus ſe habet per modum inclinationis, & ponderis; ſed omnis inclinatio ſupponit formam vel naturalem, ſi ſit inclinatio innata; vel apprehenſam, ſi ſit inclinatio elicita; vt docet Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 19. *art.* 1. ergo: Nec ſibi aduerſatur idem ſanctus Doctor concludens corpus citati articuli, his verbis: *ſicut ſuum intelligere eſt ſuum eſſe, ita ſuum velle* quod repetit *quæſt.* 54. *art.* 2. *ſolum eſſe diuinum eſt ſuum intelligere, & ſuum velle.* Non inquam ſibi aduerſatur, quia loquitur in ſenſu identico, intendit quippe ſolum probare, quod Deus ſibi identificet ſuum velle, vt patere facile poteſt conſulenti textum.

Volitio non poteſt formaliter conſtituere gradum vitæ.

Appetitus omnis neceſſario ſupponit formam.

29. Assertvm II. Intellectio conſtitutiua diuinæ naturæ; vt diſtinctæ ab eſſentia eſt intellectio radicalis, vt dicit actum primum, non verò ipſe formalis actus ſecundus. Ita à fortiori Auctores aſſerentes intellectionem radicalem eſſe conſtitutiuam ipſius diuinæ eſſentiæ formaliter, *citati* §. *ſuperiori aſſert.* 3. contra illos omnes, qui vel negant diſtingui in Deo eſſentiam à Natura, vel non admittunt in diuinis intellectionem radicalem per modum actus primi, inter quos Lugus 1. *part. diſput.* 16. *cap.* 4.

Natura Dei conſtituitur formaliter per intellectionem radicalem.

Probatur: Natura ex ſuo formaliſſimo, & vniuerſaliſſimo conceptu importat ordinem ad operationem per modum principij, & actus primi, ergo vbi datur non ſolum operatio, & actus ſecundus, verùm etiam principium, & actus primus talis operationis, melius aſſeritur formaliter conſtitui per rationem formalem principij, & actus primi, quàm per rationem operationis, & actus ſecundi; ſed diuina intellectio, vt ſuppono *ex lib.* 3. *cap.* 1. §. 1. non ſolum, dicit operationem, & actum ſecundum, verum principium, & actum primum: ergo. Antecedens probatur, tum quia Natura communiter definitur principium motus, & quietis, &c. tum quia Natura eſt prima radix omnium operationum; melius autem collocatur ratio primæ radicis in actu primo, vbi datur huiuſmodi actus primus, quàm in actu ſecundo, & reipsà omnes difficultates, quæ in contrarium militant; collimant magis ad negandum actum primum intellectionis in Deo, quàm ad negandum huiuſmodi actum, ſuppoſito quod detur eſſe conſtitutiuum Naturæ Dei; ideo firmitas huius aſſerti innititur fundamentis infrà loco citato ponendis, pro ſtabiliendo actu primo diuinæ intellectionis.

Natura ex genere ſuo conſtituitur per actum primum.

CAPVT III.

De attributis Dei in communi.

1. Attribvtvm ex vi nominis idem ſignificat, ac aliquid alicui tributum, ſicque attendendo præcisè ad vocis ſignificationem, exceptâ ratione primò conſtitutiua, quæ cum ſit primum eſſe rei nihil rei ſupponit, cui tribuatur; alia omnia prædicata, attributa, ſeu alicui ideſt eſſentiæ, vel naturæ rei tributa dici poſſunt; in hoc ſenſu omnia alia prædicata, præter eſſe ſimpliciter à ſe dici poſſunt attributa diuinæ eſſentiæ, & ea omnia, quæ aliqualiter ſpectant ad operationem, præter eſſe intellectiuum, dici poſſunt attributa diuinæ Naturæ. Communiter tamen attributi diuini nomen ſtrictiùs ſumitur ad ſignificandam perfectionem contra diſtinctam non ſolùm à ratione formaliſſima eſſentiæ, vel naturæ; ſed etiam à prædicatis ſubſtantialibus, eminentibus, non communibus omnibus Perſonis: Gillius *lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. addit etiam non conuenientibus creaturis, & vult attributum, ſicuti eſt prædicatum, quod Deo ex creaturis tribuitur, ita debere eſſe prædicatum Deo, & creaturis commune, at hoc nimis arctat rationem attributi, quod non dicitur Deo ex creaturis tributum, quia in creaturis exiſtens ad Deum transferatur; ſed quia per diſcurſum ex creaturis deductum, in Deo eſſe cognoſcitur, & ſicuti ex creaturis cognoſcitur Deus tanquam cauſa ſuperior; ita ex iiſdem cognoſci poteſt aliquod aliud prædicatum ſuperius, & non commune creaturis, quodque ſit Dei attributum, & nullatenus creaturis conueniat.

Attributum ex vi nominis quid ſignificet.

Attributum Dei non eſt neceſſe quod ſit prædicatū commune creaturis.

§. I.

§. I.

Quid, & quot ſint attributa Dei?

2\. ASSERTVM I. Attributum diuinum eſt perfectio formaliter in Deo exiſtens, diuinæ eſſentiæ, vel naturæ quaſi adiacens ad modum proprietatis. Hæc definitio colligitur ex Diuo Damaſceno 1. *de Fide, cap.* 4. & 12. ex Diuo Thoma *pluribus in locis*, ſpecialiter verò 1. *part. quæſt.* 13. Iiſdem ferè verbis traditur à Salmanticenſibus 1. *part. tr.* 3. *diſp.* 4. *dub.* 4. §. 3.

Attributum diuinum quid ſit?

Probatur, & explicatur: Dicitur *perfectio*, quæ eſt ratio communis omnibus diuinis prædicatis, & locum tenet quaſi generis: Dicitur *formaliter in Deo exiſtens*, ad indicandum attributum debere eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, & ad excludendum tum creaturas, tum eas perfectiones creaturarum, quæ in Deo reperiuntur eminenter, vt eſſe corporeum, eſſe diſcurſiuum, &c. Dicitur *diuina eſſentia, vel natura*, ad indicandum, quod ſicuti diſtinguitur in Deo formaliter eſſentia à natura, ita aſſignari poſſunt tum attributa conſequentia formaliter eſſentiam, & ſunt illa, quæ ſpectant ad eſſe, vt Bonitas, Immenſitas, Æternitas, &c. tum conſequentia formaliter naturam, & ſunt illa, quæ ſpectant ad operari, vt Omnipotentia, Prouidentia, Voluntas, &c. Dicitur *quaſi adiacens*; quia quodlibet attributum prædicatur de eſſentia, vel natura diuina, quaſi in quale, & adiectiuè; non verò in quid, & ſubſtantiuè, non enim Deus formaliter eſt immenſitas; ſed Deus formaliter eſt immenſus, v.g. Hinc excluduntur à ratione attributi prædicata illa, quæ licèt non ſint formaliſſima eſſentia, quia tamen ingrediuntur conſtitutionem eſſentiæ tanquam rationes quaſi genericæ, dicuntur de Deo in quid, & ſubſtantiuè; huiuſmodi ſunt ens, ſubſtantia; ſpiritus, vita. Dicitur *admodum proprietatis*, adhibito vocabulo proprietatis potius, quàm accidentis proprij, quia nomen accidentis in diuinis minùs vſitatum eſt, & apud rudiores fortè ſuſpectum, quamvis quoad rem accidentia Metaphyſica nullam dicant imperfectionem, ratione cuius debeant à Deo excludi; & ſine ſcrupulo in diuinis admittuntur ab Arriaga 1. *par. diſp.* 16. *ſect.* 1. *n.* 8. Ex vi huius particulæ excluduntur à definitione attributi relationes, & notiones, quæ cum non conueniant omnibus perſonis, ſicuti conuenit eſſentia, vel natura, nec ſunt proprietates eſſentiæ, nec naturæ; ſed alicuius, vel aliquarum tantùm perſonarum. Excluduntur actus liberi ſecundùm illud, quod importare poſſunt contradiſtinctum ab actu neceſſario, quia proprietas ſemper, ac neceſſariò conuenit, adeóque non importat perfectionem, niſi neceſſariam. Excluditur ſubſiſtentia, quia eſt terminus eſſentiæ, non proprietas; excludi tamen etiam poteſt ex alio capite, quia ſcilicet dicitur de Deo in quid, non in quale. Excluduntur tandem prædicata quædam tranſcendentia, vaga, & imbibita in omnibus diuinis perfectionibus, quæ cum nullum prorſus habeant eſſe per ſe, ſeu ratione ſui extra cæteras perfectiones, non ſunt proprietates diſtinctæ à cæteris; imò ſunt potius rationes communes cæteris proprietatibus, quàm proprietates. Huiuſmodi ſunt eſſe in ſua linea infinitum, eſſe increatum, eſſe tranſcendenter bonum, verum, &c. ad quas propterea perfectiones excludendas Salmant. *loco citato*, & Gabriel à S. Vincentio *diſp.* 11. *dub.* 2. *n.* 21. ſuperfluè ponunt in definitione attributi quòd debeat eſſe aliquid in certa quadam ſpecie atoma conſtitutum.

Attributa Dei aliqua conſequuntur eſſentiã, aliqua naturam.

Accidens in diuinis eſt nomen minùs vſitatũ, quoad rem tamen non excludendum.

3\. Dixi ex Arriaga admitti poſſe in diuinis accidentia Metaphyſica, ad excluſionem accidentium phyſicorum, de quibus intelligendus eſt Damaſcenus *lib.* 1. *Fidei, cap.* 18. vbi de Deo loquens ait: *neque fas eſt illi accidens adſcribere*; cuius propoſitionis rationem antecedenter aſſignat his verbis; *nam in ipſo nihil accedit, aut abſcedit*, quibus omninò exprimitur ſermonem eſſe de accidente Phyſico: De eodem ſermonem habet D. Thomas 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 6. dum concludit manifeſtè apparere, quod in Deo accidens eſſe non poteſt, de quo *infra, cap.* 6. §. 4.

Accidens Phyſicum Deo adſcribere nefas eſt.

4\. ASSERTVM II. Attributa diuina rectè diuiduntur in poſitiua, & negatiua. Eſt diuiſio deſumpta ex Sanctis Patribus; ſpecialiter verò ex Diuo Damaſceno *lib.* 1. *cap* 13. *Diuina nomina alia quidem ſecundùm negationem dicuntur ad ſignificandum ſuperſubſtantiale illud; veluti inſubſtantialis, ſine tempore, ſine principio, inuiſibilis: quæ verò ſecundum affirmationem dicuntur ea, veluti de rerum omnium cauſa, prædicantur.* Ex Areopagita, *de diuin. nomin. cap.* 7. *Itaque in omnibus Deus noſcitur, & ſine omnibus: ſcientiáque Deus cognoſcitur & ignoratione.*

Attributa diuina, alia negatiua, alia poſitiua.

5\. Probatur, & explicatur concluſio, aduertendo negationem aliam eſſe puram, aliam mixtam. Pura eſt quæ nullatenùs importat aliquod poſitiuum, neque etiam indirectè: talis eſt negatio poſſibilitatis. Mixta eſt, quæ cum eo quod negat ſimul etiam aliquod poſitiuum importat, vel tanquam ſubiectum; vt tenebræ, quæ negant lucem in aëre, adeoque important quid negatiuum ratione formæ, quid poſitiuum ratione ſubiecti; vel tanquam fundamentum, vt irrationalitas in equo, quæ importat hinnibilitatem excluſiuam rationabilitatis, adeoque ſignificat quid negatiuum ratione excluſionis, quid poſitiuum ratione eius in quo fundatur excluſio; vel tanquam terminum, vt deſitio ſubſtantiæ Panis in Sacramento, quæ ita abit in nihil ſui, & ſubiecti vt remaneat ſecundùm aliquid termini, adeoque importat quid negatiuum ratione ſui, & ſubiecti, quid poſitiuum ratione termini, ſcilicet ratione Corporis Chriſti. His præmiſſis probatur, & explicatur aſſertum: Attributa ex genere ſuo ſunt perfectiones formaliter in Deo exiſtentes, ſed huiuſmodi perfectiones

Negatio alia eſt pura, alia eſt mixta.

à

à nobis cognoſcuntur vel affirmatinè aſtruendo ipſas poſitiuè in Deo, vel negatiuè, ſubintellige negatione mixta, negando de Deo perfectiones ſecundùm quid, & diminuras creaturarum; fundando tamen huiuſmodi negationem in perfectione poſitiua, quamvis, vt plurimum uobis in ſe ſub nomine poſitiuo ignotá, & innominatá, quod indicat *Dionyſius* loco ſuprà citato, dicens Deum etiam ignoratione cognoſci, clariùs idem *Dyoniſius* expreſſit negationes in Deo eſſe mixtas, & in poſitiuis perfectionibus fundatas *cap. 2. cæleſt. Hierarch. circa medium*, vbi ait de diuinitate *eam quidem non eſſe eo modo, quo aliquod eorum, quæ ſunt, verè dicimus, ſed ignoramus eius interminatam naturam.* Alio etiam ex capite negationes diuinæ mixtæ ſunt, ipſiuſque attributa negatiua non purè negatiua; ſed partim etiam poſitiua; non ſolùm ſcilicet ratione fundamenti, vt mox dictum eſt; ſed etiam ratione termini, quatenus dum negatur de Deo aliqua perfectio creaturæ, non negatur tota; ſed ſolùm ſecundùm illud, quod dicit imperfectionis admixtæ, & quia imperfectio negatio eſt, & carentia perfectionis; omnis negatio, quæ in Deo ponitur videtur eſſe negatio negationis, adeóque in re affirmatio, & per conſequens attributa negatiua dicunt negationem potiùs ſecundùm dici, quàm ſecundùm eſſe. Ad hæc duo diuiſionis membra omnia attributa diuina facile reducuntur, vt patet conſideranti, ideo bona eſt diuiſio.

Negationes, quæ de Deo dicuntur sũt mixtæ.

Attributa negatiua in Deo nõ ſunt purè negatiua, imò ſecundùm eſſe ſunt potiùs ſimpliciter poſitiua.

6. Assertvm III. Attributa diuina in particulari ſecundùm nos ſunt in multitudine finita, & intra determinatum numerum; ſecundum ſe probabilius eſt eſſe in multitudine infiita, & innumera. Ita conciliari videntur ſententiæ oppoſitæ Amici *diſp. 3. ſect. 9. num. 161.* Eſparzæ *quæſt. 6. art. 5.* abſolutè aſſerentium attributa diuina eſſe in multitudine finita, & ex aduerſo Gabrielis à S. Vincentio *diſp. 11. dub. 1. num. 30.* ac nonnullorum *Nominalium* abſolutè aſſerentium eſſe in multitudine infinita.

Probatur prima pars: Attributa diuina in particulari, & prout ſunt perfectiones inter ſe, quaſi ſpecie atoma diuerſæ, nobis non innoteſcunt niſi ex perfectionibus, & imperfectionibus creaturarum; quatenus ex illis via affirmatiua, ex iſtis via negatiua ad cognitionem diuinarum perfectionum aſſurgimus; ſed perfectiones, & imperfectiones creaturarum nobis notæ inter ſe ſpecie, & notabiliter diuerſæ, ſunt in multitudine finita, & intra numerum determinatum, ergo. Nec refert ex creaturis viâ cauſalitatis affirmari de Deo aliquas perfectiones poſitiuas in ipſis creaturis formaliter non relucentes vt eſſe Primam cauſam, primum Motorem, Omnipotentem, &c. non refert inquam quia huiuſmodi perfectiones in exiguo numero ſunt, & cum in creaturis nullum ſit veſtigium multitudinis infinitę, nõ poteſt ex ipſis ſufficiẽter colligi multitudo infinita in diuinis attributis.

Attributa diuina ſecundum nos ſunt in multitudine finita.

7. Probatur ſecunda pars: Melius explicatur abſolutiſſima infinitas diuinæ eſſentiæ, ſi dicatur ipſam eſſe infinitam non ſolum intenſiuè, quatenus quælibet ipſius perfectio in ſua linea infinita ſit, ſed etiam extenſiuè quatenus ſit infinita multitudo, & extenſio diuinarum perfectionum, nec videtur poſſe includere omnes quaſi ſpecies perfectionum; ſi non includat perfectionum quaſi ſpecies infinitas. Confirmatur, Deus ad extra eſt participabilis à creaturis infinitis in multitudine, ergo ad intra eſt participabilis ab attributis infinitis in multitudine, alioqui videretur magis extenſiuè participabilis ad extra, quàm ad intra.

Attributa diuina ſecundùm ſe ſunt in multitudine infinita.

---

§. II.

Quomodo in Deo Attributa diſtinguantur tum ab inuicem, tum ab eſſentia, ſeu Natura? Et primò an diſtinguantur realiter?

8. Assertvm: In Deo Attributa nec ab inuicem, nec ab eſſentia, ſeu Natura diſtinguuntur realiter, ſumendo ly *realiter* propriè, rigoroſè, prout importat diſtinctionem rei à re. Ità Diuus Thomas *1. part. quæſt. 13. art. 4. & 12. in prima diſt. 2. quæſt. 1. art. 3. 1. contra gent. c. 36. quæſt. 7. de pot. art. 6.* aliique Doctores, & Scolaſtici communiſſimè contra Gualterum relatum à Nipho *12. metaph. diſp. 13. cap. 3. &* Iacobum de Viterbo relatum ab Argent. *in 1. diſt. 8. quæſt. 1. art. 4.* quorum ſententia à Zumel *1. part. quæſt. 28. art. 2.* Suario *lib. 1. cap. 10. num. 1.* vocatur hæretica, & contra rationem naturalem; ab Ægidio Luſitano *lib. 5. quæſt. 5. art. 2. §. 3.* Vaſquio *diſp. 116. num. 5.* manifeſtus error in fide à Gillio. *lib. 2. tract. 5. cap. 4. n. 4.* abſurda à fide, & à vera Philoſophia aliena.

Attributa in Deo non diſtinguuntur realiter propriè, & ſententia oppoſita varijs cenſuris notatur.

Probatur primò ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. *cap. firmiter, & cap. damnamus, de Summa Trinitate*, vbi Deus definitur eſſe vna res ſimpliciſſima, non eſſet autem res ſimpliciſſima, aut certè non eſſet res vna, ſed plures; ſi eſſent res abſolutè diſtinctæ attributa, & eſſentia: *ex Concilio Remenſi ſub Eugenio III.* in quo ſtabilitur Deum eſſe ſuam ſapientiam, ſuam magnitudinem, ſuam æternitatem, &c. Et licet, vt notat Vaſquez *1. part. diſput. 120. cap. 2.* Eugenius huiuſmodi definitionem, tanquàm factam ipſo, & Cardinalibus inconſultis, non approbauerit tanquam regulam fidei, & ſolùm decreuerit contra Gilbertum non dari in diuinis quaternitatem rerum, & diſtinctionem realem Perſonarum, ſeu relationum ab eſſentia, adhuc tamen propter grauem authoritatem eorum, qui Concilio intererant, plurimi habenda eſt talis definitio, cui etiam fauet decretum ipſum Eugenij: cum enim propter oppoſitionem ſit maior ratio diſtinguendi

Quaternitas rerum in diuinis damnata eſt ab Eugenio III.

guendi relationes ab eſſentia, quàm attributa, non poteſt negari diſtinctio realis Relationum, ſeu Perſonarum ab eſſentia, quin à fortiori negetur diſtinctio realis attributorum, tum ab eſſentia, tum ab inuicem. Confirmatur ex Sanctis Patribus D. Bernard. *lib.5. de conſid. cap.7. multa dicuntur eſſe in Deo, ſed multa vnum, alioqui ſi diuerſa putemus, non quaternitatem habueris, ſed centenitatem. Verbi cauſa dicimus bonum, magnum, iuſtum, & innumera talia, ſed niſi omnia vnum in Deo, & cum Deo conſideres, habebis multiplicem Deum.* Diuus Auguſtinus *in lib. de cognitione vera vita, cap.7. Deus ſpiritus eſt totam vitam, &c. poſſidens; idem ipſa vita, ipſa Sapientia, ipſa veritas, ipſa iuſtitia, ipſa æternitas exiſtens*, D. Iſid. *lib.1. de ſummo bono, Sententia 5. Pulchritudo, & magnitudo Dei ipſe Deus eſt*, Diuus Gregorius *lib.16. Moralium, cap.21. Deus hoc eſt, quod habet; æternitatem quippè habet, ſed ipſe eſt æternitas; lucem habet, ſed lux ſua ipſe eſt; claritatem habet, ſed ipſe claritas ſua*, &c.

10. Probatur ſecundò, ex communiſſimis quibuſdam propoſitionibus, vt penè dixerim Theologiæ adagiis, vt quicquid eſt in Deo Deus eſt: In diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio; ſed hæc non verificantur poſita reali diſtinctione attributorum ab inuicem, & ab eſſentia: ergo. Probatur minor: Non verificaretur quicquid eſt in Deo Deus eſt, quia attributa eſſent in Deo, & tamen non eſſent Deus, vnum enim diſtingui ab alio nihil expreſſius importat, quàm vnum non eſſe aliud; & æquè primò ſequitur mutua negabilitas ad diſtinctionem, ac mutua affirmabilitas ad identitatem: Nec verificaretur in diuinis omnia eſſe vnum, vbi non obuiat, &c. quia attributa, & eſſentia, vtpotè abſoluta carent oppoſitione relatiuâ, & tamen ſi realiter diſtinguuntur ſunt multa, non quid vnum: extrema enim realiter diſtincta nequeunt eſſe quid vnum, niſi compoſitum; Deus autem ſimpliciſſimus eſt.

Diſtingui vnum ab alio nihil expreſſiùs importat, quàm vnum non eſſe aliud.

11. Probatur tertiò: Deus habet omnem perfectionem modo perfectiſſimo; adeoque habet etiam modo perfectiſſimo attributa, perfectioneſve attributales, ſed modo perfectiſſimo non haberet, ſi haberet cum diſtinctione reali: ergo. Maior patet, quia Deus eſt ens perfectiſſimum quoad ſubſtantiam, & modum. Minor probatur: melius eſt habere perfectionem aliquam cum identitate, quàm habere cum reali diſtinctione. Primò quia melius eſt eſſe tale per ſe, quàm eſſe tale per aliud, cum hoc denotet indigentiam alterius, & inſufficientiam ſui; ſed quod habet aliquam perfectionem cum identitate, habet ipſam per ſe, quia per aliquod, quod eſt idem cum ipſo, quod habet aliquam perfectionem cum diſtinctione reali, habet ipſam per aliud, quia per aliquod diſtinctum ab ipſo, adeoque quod non eſt ipſum; ergo. Deinde propter quod vnumquodque tale, & illud magis: Ergo quod eſt tale per aliud, ſeu propter aliud, habet aliud magis tale; ergo non eſt in ſe maximè, & perfectiſſimè tale, quod verò eſt tale per ſe, non habet aliud magis tale, adeoque eſt in ſe maximè, & perfectiſſimè tale. Secundò habere aliquid cum reali diſtinctione (eâ exceptâ, quæ fundatur in oppoſitione relatiua) eſt habere cum limitatione: ergo non eſt habere modo perfectiſſimo. Antecedens probatur: Diſtinctio plurium ab inuicem prouenit ex eo, quod ſingula ſint ſecundùm ſe inſufficientia, ſingula alio indigeant, ſingula alius perfectione careant: ergo. Tertiò habere cum minore diſtinctione eſt habere cum maiore perfectione: ergo habere abſque vlla reali diſtinctione, eſt habere modo perfectiſſimo, & meliùs eſt habere cum identitate, quàm cum diſtinctione reali. Antecedens probatur; quanto aliqua reperiuntur in natura ſuperiore, tanto minùs diſtinguuntur inter ſe, & à natura; ſic vegetatiuum, & ſenſitiuum, quæ ſunt realiter diſtincta in plantis, & brutis, ſunt realiter idem in homine; virtutes cognoſcitiuæ diuerſorum ſenſibilium, quæ realiter diſtinguuntur in ſenſibus externis, realiter identificantur in ſenſu interno; & in vniuerſum, quæ in inferioribus diſperduntur, in ſuperioribus adunantur. Accedit quod, vt communiter dici ſolet, ſtudet natura compendio, nec præſtat per plura, quod præſtare poteſt per pauciora: ergo natura perfectior magis ſtudet compendio, magis refugit pluralitatem: ergo natura perfectiſſima ad ſummum compendij apicem pertingit, omni caret pluralitate, & diſtinctione reali; ſola gaudet vnitate, & identitate.

Melius eſſe habere perfectionem aliquam cũ identitate quàm cum reali diſtinctione, probatur multipliciter.

Natura ſtudet compendio, & paucioribus gaudet tum in operando, tum etiam in eſſendo.

Dices naturam ſtudere compendio, & gaudere pauciotibus in operando quodammodo, non in eſſendo; diſtinguere ſcilicet, & multiplicare minùs, quàm poteſt ſuas operationes, ſecus verò ſuas perfectiones permanentes, proprietates, & potentias; imò has multiplicare, & diſtinguere quantum poteſt in plures entitates, tum quia hoc redundat in maius bonum naturæ, ſicuti eſt quodammodo maius bonum diuitis habere theſaurum in pluribus mõnetis, quàm in vnica tantum, qua ſola amiſſa euaderet mendicus; tum quia, ex Ariſtotele 1. *polit.* habetur *prouenisſe ex paupertate Fabri Delphici, quod eodem ferro vteretur ad plures vſus*: ergo cum natura inopiam non patiatur, debet quantum poteſt ſua inſtrumenta, ſuaſque perfectiones multiplicare, & diſtinguere. Sed contra cæteris paribus etiam in eſſendo, & in ordine ad perfectiones permanentes ſtudet natura compendio, & ſi quandoque natura ſuperior magis plurificat, & diſtinguit ſuas proprietates, & virtutes, eſt quia tendit in finem perfectiorem, reſpectu cuius eſt minùs proportionata, & minùs perfecta, quàm natura inferior reſpectu ſui finis imperfectioris, quem propterea paucioribus attingit, vt egregiè expreſſit Dinus Thomas 1. *part. quæſt. 77. artic. 2. in* 1. dicens; *quæ ſunt in rebus infima non poſſunt conſequi perfectam bonitatem, ſed aliquam imperfe-* 12.

ctam

Google

Ex diuerſo modo acquirendi finem arguitur diuerſa perfectio rei.

ctam conſequuntur paucis motibus: ſuperiora verò his adipiſcuntur perfectam bonitatem motibus multis: His autem ſuperiora ſunt, quæ adipiſcuntur perfectam bonitatem motibus paucis: ſumma verò perfectio inuenitur in his, quæ abſque motu perfectam poſſident bonitatem, &c. Ad illud Fabri Delphici, dico eodem ferro vti ad plures vſus prouenire ex paupertate Artificis, quando non æquè benè plures vſus exercentur, ac exercerentur pluribus inſtrumentis; at ſi diuerſa artificiata æquè perfectè eodem ferro elaborarentur, ac diuerſo; eſſet perfectio, & excellentia Artificis eodem ferro vti ad plures vſus; diſtinctio igitur realis inſtrumentorum, & perfectionum, non eſt maior perfectio, niſi ex ſuppoſitione imperfectionis.

13. Argumenta mox poſita, & alia infra ponenda ad probandam Dei ſimplicitatem, non ſolum euincunt Dei attributa non diſtingui ab eſſentia realiter abſolutè, tanquàm res à re, ſed etiam non diſtingui realiter modaliter, tanquàm modos à re; diſtinctio enim realis modalis, non limitat diſtinctioné realem abſolutam, niſi in eo quod non dicat mutuam ſeparabilitatem, & res poſſit eſſe ſine modo, non modus ſine re: at hoc nihil intereſt in præſenti, cum fuerit oppugnata realis diſtinctio diuinorum attributorum independenter ab omni ſeparabilitate, vel inſeparabilitate.

Dei attributa non diſtinguútur ab eſſentia realiter modaliter.

Diſtinctio realis modalis in quo differat à reali abſoluta.

---

§. III.

An in Deo Attributa diſtinguantur ex natura rei ab inuicem, vel ab eſſentia, ſeu Natura.

4. ASSERTVM: ſi diſtinctio ex natura rei eſt diuerſa, & maior diſtinctione virtuali infrà explicandà, attributa Dei non diſtinguuntur ex natura rei ab inuicem, nec ab eſſentia, ſeu natura. Ità cum tota Schola Thomiſtica Bacconus, *quæſt.1. art.1. conc.2.* Aliacenſis, *quæſt.6. art. 2.* Aureolus *in primo diſt.8.part.3.art.5.* Siluius *1.par.quæſt.13.art.4.* Amicus *diſp.3.ſect.2.* Arriaga *diſp.41. ſect. 1.* Lugo *diſp.15.cap.2.* Suarez, Vaſquez, Molina, Valentia, & alij communiſſimè.

Dixi ſi diſtinctio ex natura rei eſt diuerſa, & maior diſtinctione virtuali, ſeu rationis ratiocinatæ cum fundamento: enimverò diuerſam non eſſe ſentiunt ex Scotiſtis Herrera *tom.1.diſp.8.quæſt.13.* Faber *in primo diſtinctione 2. quæſt. 4.* Longus *quæſt. 3. art.2. ex recentioribus* Lugus *1.par. lib.1. diſput.15. cap.2.* Suarez *in Metaphyſica diſp. 7. ſect.1.* aliique nonnulli.

Diſtinctio ex natura rei diuerſa ne ſit à diſtinctione virtuali in quæſtione eſt.

5. Fundamentum ità mitiùs interpretandi diſtinctionem Scoticam, & habendi ipſam tanquàm indiſtinctam à virtuali, vel rationis duplex potiſſimum occurrit: Primò, quia, vt notat Lugus *mox citatus cap. 1. numero 2.* apud Ariſtotelem, & antiquiores Philoſophos diſtingui ratione idem erat, ac diſtingui definitione, ſeu quidditate; propterea cum definitio ex-

plicet naturam rei, & Scotus velit ea diſtingui ex natura rei, quæ habent diſtinctas definitiones, videntur pro eodem ſumi diſtingui ex natura rei, diſtingui definitione, & diſtingui ratione. Secundò quia Scotus ipſe diſtinctionem ſuam vocat diſtinctionem rationis, & virtualem: *in primo* enim *diſt.2. quæſt.7. §. ſed hic reſtat circa medium*, ità habet: *Poteſt autem vocari differentia rationis, ſicut dicit Doctor quidam; non quod ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu; ſed vt ratio accipitur pro quidditate ſecundum quod quidditas eſt objectum intellectus; vel alio modo poteſt vocari differentia virtualis, quia illud quod habet talem diſtinctionem in ſe, non habet rem, & rem; ſed eſt vna res habens virtualiter, ſeu eminenter, quaſi duas realitates, &c.* Nihilominus, quia ferè tota Schola Scotiſtica vult diſtinctionem ex natura rei ſimpliciter præcedere omnem operationem intellectus, item eſſe actu, non virtute tantum, & potentia; dicente Scoto paulò antè relata verba, *non eſt realis potentialis, quia nihil eſt ibi in potentia, quod non eſt in actu*; & paulò infrà: *In eſſentia Diuina ante actum intellectus eſt entitas A, & eſt entitas B, & hæc non eſt formaliter illa*; videtur veriſimilius Scotum per diſtinctionem ex natura rei, ſeu formalem intellexiſſe diſtinctionem aliquam minorem quidem diſtinctione reali abſoluta, vel reali modali, maiorem tamen tum diſtinctione rationis, tum diſtinctione virtuali, & in hoc ſenſu impugnanda eſt in præſenti inter diuinam attributa ad inuicem, & eſſentia; in eodem ſenſu ab Arriaga *1.par. diſp 41 ſect.1.num.5.* Vocatur temeraria Scoti Doctrina, à Valentia *1. par. diſp.2. quæſt.13. punct.1.§. Quibus non obſtantibus* exiſtimatur fidei parum conſentanea, & à nonnullis aliis aliter notatur; certè tamen nimis rigidè, & non ſine iniuria celebris Scholæ Scotiſtarum.

Diſtinctio ex natura rei probabilius eſt, quod ſit maior diſtinctione virtuali.

Probatur primò auctoritate. In Concilio Rhemenſi Eugenius III. quamvis alia Concilij acta non approbauerit, definiuit tamen ſpecialiter contra Gilbertum: *Ne aliqua ratio Theologica inter Perſonam & Eſſentiam diuideret*, vbi vt notat Vaſquez *1. par.diſp.120.cap.4.num.19.* Amicus *diſp. 3. ſect.2 num.26.* Ioan. à S Thoma *diſp.4. art.6. num. 7.* ly, *ratio Theologica*, ſumitur ſecundùm phraſim Gilberti; ſecundùm quam importat diſtinctionem ex natura rei, & opponitur rationi Mathematicæ, quæ eſt ſola diſtinctio rationis; ergo inter Perſonam, & Eſſentiam non datur diſtinctio ex natura rei, ergo multò minus datur inter attributa, & eſſentiam, vel attributa inter ſe: vndè quoad rem plures in Deo aſtruit diſtinctiones Scotus quam Gilbertus, qui locutus eſt ſolum de Eſſentia, & Perſonis; quo ad modum vix eſt inter vtrumque diuerſitas; nam ſicuti Scotus vult quidem in diuinis ante opus intellectus vnum non eſſe aliud, at præbet ſe difficilem in concedendo antè opus intellectus vnum eſſe diſtinctum ab alio, vt patet ex verbis ipſius *in 1.diſt.2.quæſt.7.§.ſed* 6.

Scotus quo ad rem plures ponit diſtinctiones in diuinis, quam Gilbertus; quo ad modum diſtinctionis vix differt ab eodem.

hic reſtat poſt medium. Ante actum intellectus, hæc realitas formaliter non eſt illa, vel non eſt eadem formaliter illi. Numquid igitur debet concedi aliqua diſtinctio? Reſpondeo melius eſſe vti iſtâ negatiuâ, hoc non eſt formaliter idem, quàm hoc eſt ſic, & ſic diſtinctum. Sed nonne ſequitur A, & B, non ſunt idem formaliter, ergo ſunt formaliter diſtincta. Reſpondeo, quod non oportet ſequi, quia formalitas in antecedente negatur, & in conſequente affirmatur. Ita Gilbertus nihil expreſsè loquitur de diſtinctione reali Perſonæ ab Eſſentia; ſed ſolum dicit ante opus intellectus Perſonam non eſſe Eſſentiã, teſte Vaſquio *diſp.*116. *n.* 16. & *diſp.*120. *n.*11. & licèt quoad mitiorem hanc Gilberti interpretationem Vaſquio non adhæream, tamen multum obeſt diſtinctioni ex natura rei, quod ſuſpicionem aliquã nigeat diſtinctionis dãnatæ in Gilberto.

7. Probatur ſecundò ratione: Diſtinctio ex natura rei, ſiue formalis, eſt diſtinctio actualis ante omne opus intellectus, ergo eſt inter extrema actualiter diſtincta ante omne opus intellectus, ergo attributa tum comparata ad ſe inuicem, tum comparata ad Eſſentiam ſunt extrema actualiter diſtincta ante opus omne intellectus, ſi diſtinguuntur ab inuicem, & ab eſſentia ex natura rei, ſed ex hoc ſequitur in Deo actualis compoſitio, quæ nihil eſt aliud, quàm vnio plurium actualiter diſtinctorum: ſequitur eſſe actu plures Deos, ſi omne quod eſt actu ante opus intellectus in Deo Deus eſt: ſequitur non omnia eſſe vnũ in diuinis, vbi non obuiat relationis oppoſitio; quia attributa, inter quæ non obuiat relationis oppoſitio, ſunt actu ante opus intellectus plura, non vnum: ſequitur Deum non continere omnia modo ſimpliciſſimo, & perfectiſſimo; vnico verbo, ſequitur cumulus illorum omnium abſurdorum, quæ ex ſuperiori aſſerto militant contrà diſtinctionem realem ſimpliciter, & abſolutè ſumptam. Primum antecedens conceditur ab omnibus admittentibus diſtinctionem ex natura rei diuerſam, & maiorem tum diſtinctione virtuali, tum diſtinctione rationis ratiocinatæ. Prima conſequentia probatur: Impoſſibile eſt ponere diſtinctionem ſine extremis diſtinctis non minùs quàm impoſſibile ſit ponere ſimilitudinem ſine ſimilibus, relationem ſine relatiuis, ergo etiam impoſſibile eſt ponere talem diſtinctionem, puta actualem antè opus intellectus ſine extremis taliter diſtinctis, actualiter antè opus intellectus. Accedit, quod diſtinctio denominatur, & taleixatur à ſuis extremis; ſi ſcilicet extrema ſint qualitates dicitur diſtinctio qualitatiua; ſi quantitates, quantitatiua; ſi eſſentiæ, eſſentialis, ſi ſubſtantiæ, ſubſtantialis; ergo talis diſtinctio non poteſt eſſe ſine extremis taliter diſtinctis.

Diſtinctioni Scoticæ obijciuntur in diuinis omnia abſurda diſtinctionis realis.

Diſtinctio talis non poteſt eſſe ſine extremis taliter diſtinctis.

8. Reſpondebis, vel diſtinctionem ex natura rei non inferre extrema diſtincta, quia eſt potius non identitas, quàm diſtinctio, vt videtur ſentire Scotus verbis relatis in prima probatione; vel ſi attributa, & eſſentia ſunt in diuinis extrema antè opus intellectus actualiter diſtincta, adhuc non componere, quia non ſe habent per modum actus, & potentiæ. Impugnaberis quo ad primum, quia vel ſenſus eſt quod diſtinctio ex natura rei ſit non identitas ſecundùm quid ſolum in primo modo dicendi per ſe; adeò vt attributa ex natura rei diſtingui ab inuicem, & ab eſſentia, ſit attributa nec ſibi nec eſſentiæ eſſe idem ſimpliciter, ſeu in primo modo dicendi per ſe, ſicuti eſt eſſentia ſibi quamvis deindè ſint idem in ſecundo modo dicendi per ſe, ſicuti paſſiones Metaphyſicæ ſunt idem ſibi, & ſuæ eſſentiæ: vel ſenſus eſt quod diſtinctio ex natura rei ſit non identitas ſimpliciter: ſi primum huiuſmodi non identitas eſt quidem fundamentum diſtinctionis, at nullatenùs dici poteſt actualis diſtinctio, qualis eſt diſtinctio ex natura rei; quia diſtinctio actualis in indiuiſibili conſiſtit, & negat omnem identitatem, & ſicuti licet poſſit dari maior, vel minor lux, tenebra negat omnem lucem; ita licet poſſit dari maior, vel minor identitas, diſtinctio actualis in eo genere in quo eſt actualis, negat omnem identitatem. Si ſecundum imperceptibile eſt, quod non inferat extrema ſimpliciter diſtincta; quæ enim ſimpliciter, & nullo modo ſunt idem, neceſſe eſt quod ſimpliciter, & omni modo ſint diſtincta, nec medium datur ſeruata proportione inter idem, & diſtinctum; vnum, & multa, cum priuatiuè opponantur ex Ariſtotele 10 *Metaph. a text.*9. *ad* 26. 9.

Diſtinctio ex natura rei non eſt pura non identitas ſecundum quid.

Diſtinctio actualis conſiſtit in indiuiſibili & negat omnem identatem.

Impugnaberis quoad ſecundum, quia ex eo quod attributa, & eſſentia non ſe habeant per modum actus, & potentiæ, ſequitur ad ſummum non componere vnum per ſe, at non ſequitur, quod peius eſt, non componere vnum per accidens reſultans ex qualibet vnione, & aggregatione plurium. Neque dicas identitatem realem obſtare compoſitioni: contrà enim non poteſt obſtare compoſitioni, niſi obſtet etiam actuali diſtinctioni & inintelligibile eſt plura actualiter diſtincta coaleſcere in vnum, quod neque ſit vnum per ſe, neque vnum per accidens. Neque dicas inſuper eodem modo probaretur ex relationibus, ſeu perſonalitatibus diuinis conſurgere vnum per accidens: contrà enim relationes, ſeu perſonalitates diuinæ, etiamſi ab inuicem realiter actu diſtinctæ, nullatenùs componunt per accidens; tum quia in tertio identificantur, quod non conuenit componentibus per accidens; tum quia inter ſe opponuntur, adeóque nullo modo ſunt vnum, niſi numeraliter, puta vnus ternarius; & ad ſummum dici poſſunt componere numerum, de quo redibit ſermo *infra capite* 6. §. 5.

Relationes diuinæ quãvis realiter diſtinctæ cur non componant.

10. Probatur tertiò: Diſtinctio Virtualis §. 5. explicanda, ſufficienter ſaluat ea omnia, quæ per Scotiſtas inferunt neceſſitatem diſtinctionis ex natura rei, & vtpotè diſtinctio minor diſtinctione ex natura rei, magis recedit à diſtinctione ſimpliciter reali, magis fauet ſimplicitati Dei, & illimitationi diuinorum prædicatorum; ergo abſtinendum omninò à diſtinctione ex natura rei: antecedens probatur, tum ex infrà ponendis in præſenti; tum à fortiori *ex tractatu ſequenti, lib.* 1. *cap.*6. §. 2. Vbi improbabitur diſtinctio ex natura rei inter Relationes, & eſſentiam.

§. IV.

§. IV.

An in Deo Attributa diſtinguantur ſola ratione ratiocinante ab inuicem, & ab eſſentia, ſeu Natura?

11\. Diſtinctio rationis ratiocinantis, dicitur etiã rationis ſignificãtis, & cõcipientis.

ASSERTVM: Attributa in Deo non diſtinguuntur ab inuicem, & ab eſſentia ſola ratione ratiocinante, vel, vt alij loquuntur, ſignificante, & concipiente; cuius nomine intelligitur diſtinctio orta præciſè ex noſtro modo concipiendi abſque vllo fundamento in rebus ipſis. Ita D. Thomas *in 1. diſt. 2. quæſt. 1. artic. 3. opuſ. 9. quæſt. 1. 2. 3. 1. part. quæſt. 13. art. 4. in C.* Ioannes à Sanct. Thoma *1. part. diſp. 4. art. 6. num. 11.* Lugus *lib. 1. diſp. 16. cap. 3.* vbi etiam deſcribit Catalogum aliorum idem ſentientium contra Aëtium, Eunomium, alioſque nonnullos, qui, vt referunt San. Epiphanius *hæreſi 76.* & Sanct. Baſilius *libro contra Eunomium*, diuina prædicata permiſcentes prorſus, & confundentes, volebant omnem illorum diſtinctionem in ſola vocum varietate conſiſtere; qui dicendi modus erroneus eſt, vt probat Abelly *in medulla Theologica, tract. 2. cap. 2. ſect. 1.*

Nominales nullam admittunt diſtinctionem rationis. Vaſquez ſolam diſtinctionem rationis cum fundamento.

Eſt etiam contra *Nominales* nullam agnoſcentes diſtinctionem, niſi realem. Eſt inſuper contra Vaſquez 1. *part. diſp. 117. num. 8. & diſp. 121. num. 17.* contendentem omnem diſtinctionem rationis eſſe cum fundamento in rebus, & nihil diſtingui ſola ratione ratiocinante, adeoque negantem diſtinctionem rationis diuidi poſſe in illam rationis ratiocinantis, quæ ſit ſine fundamento in rebus; & illam rationis ratiocinatæ, quæ ſit cum fundamento.

12\. Probatur primò: Ea diſtinguuntur ſolâ ratione ratiocinante, quorum diſtinctio oritur præciſè ex modo concipiendi rem omninò eandem, quam vt ſubſtantem diuerſis conceptibus ſynonymis, vel pluribus ſecundis intentionibus prædicari, ſubiecti, medij termini, diuerſimodè concipimus, plures formando propoſitiones omninò identicas, vel ſaltem non diuerſas, niſi ſecundùm maiorem, minoremve expreſſionem, ſeu conceptum magis, minuſve explicitum, vt cum dicitur *Enſis eſt gladius, Petrus eſt Petrus, Homo eſt animal rationale*; Sed attributa in Deo non diſtinguuntur ab inuicem, & ab eſſentia hoc tantum modo: ergo, maior communiter admittitur contra Vaſquez, quia non videtur aſſignabile quodnam fundamentum habeat intellectus diſtinguendi enſem à gladio, Petrum ſubiectum à Petro prædicato, &c. Nec benè dicitur habere pro fundamento alias propoſitiones, in quibus conceptus obiectiuus prædicati eſt diuerſus à conceptu obiectiuo ſubiecti; enim verò huiuſmodi fundamentum eſt omninò arbitrarium, nec intellectus formans propoſitiones prorſus identicas cogitat ſemper ad aliquam propoſitionem non prorſus identicam. Minor probatur: Nomina diuinæ eſſentiæ, & diuinorum attributorum non ſunt ſynonyma, vt expreſſè concludit Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 13. art. 4.* & tradit Diuus Baſilius *libro contra Eunomium, dicens nullum eſſe nomen, quod totam Dei naturam comprehendat, & quantum ſatis eſt explicet; quare multa eſſe, ac diuerſa, quæ ſingula propriam habent ſignificationem.* Item Diuus Gregorius Niſſenus *lib. 1. aduerſus eundem Eunomium*, dicens: *Vniuſcuiuſque nominis, quod de Deo dicitur, propriam, ac ſingularem eſſe notionem*: Idem colligitur ex Scriptura, in qua diuerſorum attributorum nominibus diuerſa tribuuntur prædicata, puta punitio Iuſtitiæ, indulgentia miſericordiæ; aliter de Iuſtitia, aliter de miſericordia, aliter de omnipotentia, aliter de eſſentia fit ſermo; & qui ex diuinis nominibus, vel attributis per diuina nomina ſignificatis vnum pro aliu promiſcuè acciperet ſenſum omnem Scripturarum confunderet, & euerteret. Ratio huius à priori eſt eminentia diuinæ infinitatis, quæ nullo nomine ſufficienter exprimitur, ideò quodlibet nomen relinquit alteri aliquid diuerſum exprimendum; & datur locus reſpectu diuinarum perfectionum multiplicandi in infinitum nomina non ſynonyma.

Nomina diuinæ eſſentiæ, & diuinorum attributorum nõ ſunt ſynonyma.

Dices cum Nominalibus diuerſitatem terminorum, & nominum non ſemper ſumi ex diuerſitate rei ſignificatæ, ſed aliquando etiam ex diuerſitate connotatorum, & nomina diuinorum attributorum eſſe diuerſa, ac non ſynonyma, non quia ſignificent aliquid diuerſum in Deo ipſo, ſeu in diuinis attributis, ſed quia ſignificant rem omninò eandem cum diuerſa connotatione; ſed contra primò malè hæc inſtantia conſonat auctoritatibus allatis in ſuperiori probatione. Contra ſecundò, vel datur in re illa omninò eâdem fundamentum aliquod diuerſæ connotationis, vel non, ſi primum quicquid in tali re aſſignetur pro fundamento diuerſæ connotationis, aſſignari eodem modo poteſt pro fundamento diſtinctionis rationis, & multiplicis ſignificati correſpondentis multiplicitati diuinorum nominum, nec apparet quomodo poſſit res eadem habere verè, & realiter diuerſa connotata; niſi intellectus habeat fundamentum, vel ex diuerſis perfectionibus rei procedendi ad diuerſa connotata; vel ex diuerſis connotatis transferendi in rem diuerſas perfectiones. Si ſecundum, gratis penitus, & nimis arbitrariè inuehuntur diuerſæ connotationes; & fruſtra, nullatenus ex merito rei ſignificatæ, multiplicantur diuina Nomina. 13.

Attributa diuina nõ ſunt diuerſa præciſè ex diuerſa connotatione.

Probatur ſecundò ex æquiualentia diuinæ entitatis ad plura ex verificatione diuerſorum prædicatorum de eadem diuina entitate, ex diſtinctione tum reali virtuali, tum rationis ratiocinatæ, vel vt alij loquuntur ſignificatæ, & conceptæ mox in diuinis expreſſiùs ſtabiliendæ. 14.

Diſtinctio rationis ratiocinatæ dicitur etiam rationis ſignificatæ, & conceptæ.

§. V.

An in Deo Attributa diſtinguantur tum realiter virtualiter, tum ratione ratiocinata ab inuicem, & ab eſſentia, ſeu Natura?

15. ASSERTVM I. Attributa in Deo diſtinguuntur ab inuicem, & ab eſſentia, ſeu natura realiter virtualiter. Ita contra Auctores, contra quos actum eſt tribus ſuperioribus aſſertis. Caietanus *libro de ente, & eſſentia, cap 6. quæſt.12.* Ioan. a S.Thoma *1. part. diſp.4. art.6. numer.16.* Gabriel à S. Vincentio *diſp.11. dub.2* §.2. Siluius *qu.13. art.5. Conc.2.* Valentia *diſputat. 1. quæſt. 13. punct.3.* Molina *quæſt. 28. artic.2. diſput. 3.* Arriaga *diſp.42. ſect.5.* Lugus *lib.1. diſp.16. cap.3.* Eſparza *lib.1. quæſt.4.* aliique plurimi; inter quos tamen eſt aliqua diuerſitas partim de nomine, quatenùs prædicta diſtinctio à variis variè nominatur: Dicitur ſcilicet initiatiua, aptitudinalis, fundamentalis, eminentialis. Vndè Ioan. à S. Thoma *1. part. quæſt.28. diſp.13. art.1. num.20. huiuſmodi diſtinctionem iure vocat pluribus nominibus opulentam*; partim de re, quatenùs variè explicatur; Thomiſtæ volunt ea diſtingui realiter virtualiter, quæ ſunt ab intellectu cum fundamento diſtinguibilia; Lugus ea vult diſtingui realiter virtualiter, quæ æquiualēt pluribus præſertim realiter actualiter diſtinctis; Arriaga ea vult diſtingui realiter virtualiter, quibus conueniunt prædicata, ex ſe contradictoria, ſalua reali identitate. Idem ſentit Eſparza, qui diſtinctionem virtualem explicatam per ſolam æquiualentiam ad plura vocat virtualem extrinſecam, quatenùs fundamentum, quod præbet intellectui, formandi diſtinctionem rationis ratiocinatæ, eſt in extrinſecis connotatis, non in intrinſeca entitate rei, cuius prædicata diſtinguit. Verùm hoc diſplicet, & exiſtimo eminentiam diuinæ perfectionis præbere intellectui ſufficiens fundamentum diſtinctionis independenter à connotatis extrinſecis, & per conſequens inter ea etiam, de quibus non verificantur prædicata ex ſe contradictoria dari poſſe diſtinctionem virtualem intrinſecam; & de hac procedit aſſertum, quod

Diſtinctio virtualis eſt pluribus nominibus opulenta.

Attributa in Deo ab inuicem, & ab eſſentia diſtinguūtur realiter virtualiter intrinſecè.

16. Probatur primò: Diſtinctio realis actualis in creaturis eſt perfectio ſecundùm quid, ſeu eſt perfectio mixta cum imperfectione: eſt perfectio, quia beneficio diſtinctionis realis actualis habent creaturæ modum, ſpeciem, & ordinem; item quia ex rebus actu diſtinctis conſurgit quoddam totum perfectius plures perfectiones continens: Eſt mixta cum imperfectione, quia oritur ex limitatione, ratione cuius nulla creatura omnem perfectionem ſibi identificat; item quia importat compoſitionem, non enim ſine aliqua compoſitione plura actu diſtincta vnum conſtant, ſed omnis perfectio ſecundum quid reperta in creaturis reperitur eminenter, & depurata ab omni imperfectione in Deo, vt *cap.5. §.2.* explicabitur: ergo etiam diſtinctio realis actualis reperitur in Deo eminenter, adeoque datur in Deo diſtinctio realis virtualis, ſeu eminens, ratione cuius ſimpliciſſima Dei entitas æquiualet præciſâ imperfectione limitationis, & compoſitionis, entitati compoſitæ; & toti conſurgenti ex perfectionibus actu diſtinctis: ergo huiuſmodi diſtinctio virtualis, & eminens datur inter attributa ad inuicem, & eſſentiam, cum in Deo attributa, & eſſentia apta ſint præſtare præciſis imperfectionibus quicquid præſtarent, ſi reperirentur cum diſtinctione actuali extra Deum.

17. Dices: ſi attributa, & eſſentia reperirentur cum diſtinctione reali actuali extra Deū, eſſent apta terminare prædicata contradictoria ex ſe, & poſſet vnum de alio realiter negari; ſed attributa, & eſſentia, vt ſunt in Deo, nec ſunt apta terminare prædicata ex ſe contradictoria, nec poteſt vnum de alio realiter negari: ergo vel malè aſſeritur attributa in Deo ab inuicem, & ab eſſentia virtualiter, ſeu eminenter diſtingui, vel malè explicatur diſtinctio virtualis, & eminens. Minor quoad ſecundam partem habetur à fortiori ex probatione primæ partis, quæ ſic probatur: Attributa inter ſe, & cum eſſentia adæquatè identificantur, cum ſit ſpeciale priuilegium relationum non identificari adæquatè cum eſſentia; & ideò poſſe non communicari communicata eſſentia; ſed ea, quæ adæquatè identificantur non poſſunt terminare prædicata ex ſe contradictoria, cum iſta non poſſint realiter identificari, & eſſe idem, vti tamen identificarentur, & eſſent idem ſi conuenirent rebus inter ſe adæquatè identificatis: hanc, & alias eiuſdem minoris probationes acriter proſequitur Eſparza *lib.1. quæſt.4. ab artic.4. ad 9.* vbi commendat *Adamum in primo diſtinct.1. quæſt.12. art.3. dub.2. §.Secundò dico*, dicentem, quod admittere prædicata contradictoria in Deo inter ea, quæ non diſtinguuntur realiter vllo modo, eſt *imponere Fidei inconueniens, eſt exponere Fidem deriſioni infidelium.* Sed contra, ſicuti diſtinctio virtualis, & eminens non diſtinguit actu, & formaliter, alioqui relaberemur in diſtinctionem Scoticam; ſed ſolùm diſtinguit potentiâ, & æquiualenter; ita ea, quæ ſunt diſtincta virtualiter, debent præſtare potentiâ, & æquiualenter, non actu, & formaliter id, quod præſtant diſtincta actu: Non eodem igitur modo debent terminare contradictoria, & de ſe mutuo negari illa, ac iſta; Sed iſta actualiter illa virtualiter: ſic ſi intellectio, & volitio diſtinguerentur realiter actualiter, benè diceretur. Verbum procedit per intellectionem, Spiritus Sanctus non procedit per intellectionem, ſed per volitionem; Item benè diceretur intellectio non eſt volitio; at dum diſtinguuntur tantum virtualiter debet dici: Verbum procedit per intellectionem exercentem munus intelle-

Attributa inter ſe, & cū eſſentia idētificantur adæquatè.

Intellectio in diuinis nō eſt virtualiter volitio.

ctionis

ctionis, & non æquiualentem volitioni, ſeu procedit per intellectionem virtualiter, referendo ly *virtualiter*, non ad ipſam intellectionem, ſed ad intellectionis diſtinctionem Spiritus Sanctus non procedit, &c. Item intellectio non eſt virtualiter volitio. Hinc in forma ad inſtantiam concedo maiorem; diſtinguo minorem; eſſentia & attributa, vt ſunt in Deo, non ſunt apta terminare actualiter contradictoria, concedo; non ſunt apta terminare virtualiter contradictoria, nego minorem. Ad cuius probationem, quidquid ſit de identitate inadæquata relationis cum diuina eſſentia, de qua in quo ſenſu admitti, in quo non admitti poſſit, tradetur *tractatu ſequenti*, *lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. dico beneficio diſtinctionis virtualis etiam ea, quæ adæquatè identificantur terminare poſſe prædicata ex ſe contradictoria; & cum dicitur prædicata contradictoria non poſſe realiter identificari, vel ſenſus eſt non poſſe realiter identificari inter ſe, quod eſt non poſſe eſſe idem ipſos terminos contradictorios, quorum vnus affirmatio, alter negatio eſt, & hoc veriſſimum eſt, & in tali ſenſu identificare prædicata contradictoria eſſet exponere Fidem deriſioni infidelium; vel ſenſus eſt non poſſe realiter identificari in tertio, & hoc ſolùm verum eſt de tertio, quod vel ratione limitationis, vel ratione oppoſitionis relatiuæ carere poteſt illâ differentiâ poſitiuâ, in qua fundatur extremum negatiuum contradictionis; ſecus de tertio omninò illimitato, & abſoluto, quod eſſentialiter imbibat omnem poſitiuam perfectionem, nullamque relinquat extra ſe poſitiuam diuerſitatem, *ſuprà* quam cadere poſſit extremum negatiuum contradictionis. Propterea abſque ſcrupulo prædicata ex ſe contradictoria conuenire diuinæ entitati, etiam vt dicenti ſolas perfectiones abſolutas admittit Arriaga 1. *part. diſp.* 43. *ſect.* 5. *ſubſect.* 3. *numer.* 7. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 16. *cap.* 3. *n.* 2.

Contradictoria non poſſunt identificari inter ſe, benè tamen in tertio.

Contradictoria conueniunt diuinæ entitati, etiam vt dicenti ſolas perfectiones abſolutas.

18. Probatur ſecundò: Attributa diuina puta Vnitas, Veritas, Bonitas, Sapientia, &c. verè ſunt in Deo realiter ſecundùm proprias rationes formales, & verè æquiualent perfectionibus realiter actualiter diſtinctis: ergo ex ipſis habet intellectus independenter etiam à quolibet extrinſeco connotato fundamentum multiplicandi ſuos conceptus formales, & formandi diſtinctionem rationis ratiocinatæ, ſed in hoc conſiſtit diſtinctio virtualis propria, & intrinſeca: ergo. Probatur prima conſequentia ſpecialiter, quoad ly *independenter*, etiam à quolibet extrinſeco connotato ex Diuo Thoma *in* 1. *diſtinct.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. vbi ita habet: *Quidam dicunt quod iſta attributa non differunt niſi penes connotata in creaturis, quod non poteſt eſſe; tum quia cauſa non habet aliquid ab effectu, ſed è contrario. Vnde Deus non dicitur ſapiens, quia ab eo eſt ſapientia; ſed potius res creata dicitur ſapiens, in quantum imitatur diuinam ſapientiam; tum quia ab æterno creaturis non exiſtentibus, etiamſi nunquam futura fuiſſent, fuit verum dicere, quod Deus eſt ſapiens, Bonus, & huiuſmodi, nec idem omninò ſignificatur per vnum, & per aliud, ſicuti idem ſignificatur per nomina ſynonyma.* Item ex *diſtinct. eâdem art.* 3. *Non ex hoc quod bona facit, vel quia ad modum bonorum ſe habet, bonus eſt; ſed quia bonus eſt, ideò bona facit. Vnde ſi nullam creaturam feciſſet nec facturus eſſet ipſe in ſe talis eſſet, vt poſſet verè conſiderari ſecundùm omnes iſtas conceptiones, quas habet nunc intellectus noſter ipſum conſiderando.* Idem fere repetit *in* 1. *diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 3. 1. *part. quæſt.* 13. *art.* 3. *& alibi.* Probatur eadem conſequentia ratione, præciſa qualibet creaturarum connotatione diuina attributa præſtant in Deo ſuos, eoſque diuerſos effectus formales: Sapientia ſcilicet facit ſapientem, æternitas æternum, bonitas bonum, &c. ergo præciſa qualibet connotatione creaturarum datur in ſimpliciſſima Dei entitate æquiualentia; & continentia plurium perfectionum; adeoque diſtinctio virtualis, & eminens.

Attributa diuina virtualiter, & cum fundamento diſtinguuntur independenter à Connotatis.

Dices: licèt res ita ſe habeat ſecundùm ſe, ſecus tamen ſe habet ſecundùm nos, qui cum non poſſimus ad Deum aſſurgere, niſi ex creaturis, indigemus diuerſis creaturarum connotatis, vt diuerſitatem, & diſtinctionem aliquam diuinorum attributorum attingamus. Sed contra id ſolùm probat nos indigere creaturis in prima cognitione alicuius diuini prædicati, non autem indigere ipſis, aut in cognitione ſecunda; cum poſſit ſecunda cognitio haberi per ſpeciem relictam à prima cognitione independenter à quolibet alio extrinſeco connotato; aut in cognitione omnium diuinorum prædicatorum, cognito enim ex creaturis aliquo Dei prædicato, poſſumus deinde ex ipſo abſque noua creaturarum indigentia aliqua alia prædicata deducere, puta ex aſeitate infinitatem, ex intellectu voluntatem, &c. 19.

Attributa Dei cognitione ſecunda, ſi non prima, aliqua, ſi non omnia poſſunt à nobis cognoſci independenter à creaturis.

Probatur tertiò: Attributa diuina ad inuicem, & cum eſſentia, non habent omnimodam identitatem: ergo ab inuicem, & ab eſſentia aliqualiter diſtinguuntur; non vlla diſtinctione reali actuali, vt in ſuperioribus probatum eſt: ergo diſtinctione reali virtuali, ſeu eminenti: conſequentia patet, quia licet inter eſſe non idem, & eſſe actualiter diſtinctum, detur medium; ſcilicet eſſe diſtinctum virtualiter; nihilominus inter eſſe non idem, & eſſe diſtinctum, ſaltem virtualiter nihil diuerſum videtur mediare poſſe. Antecedens probatur: Attributa diuina ad inuicem, & cum eſſentia non habent tantam identitatem, quantam habet eſſentia, & quodlibet attributum ſibi ipſi; & nemo non concipit non dici magis idem, dum dicitur aſeitas eſt aſeitas; Sapientia eſt ſapientia, quàm dum dicitur, v.g. Sapientia eſt bonitas, Aſeitas eſt infinitas: ergo. Pro cuius maiori intelligentia aduerte ex Ioan. à S. Thoma 1. *part. diſp.* 4. *art.* 6. *num.* 17. Negationem identitatis duplicem eſſe, aliam quæ conſequitur; aliam quæ deſtruit vnitatem; iſta importat diſtinctionem actualem, illa diſtinctionem virtualem, quæ vnitatem, 20.

Negatio identitatis, alia conſequitur, alia deſtruit vnitatem.

& identitatem actualem compatiuur. Neque dicas huiuſmodi negatio identitatis, ſeu omnimoda non identitas datur actu in Deo, ergo ſi in ipſa conſiſtit virtualis diſtinctio, huiuſmodi diſtinctio datur in Deo actu: Contra enim ly, *actu*, vel ſumitur, vt actualiaat diſtinctionem, ſeu facit diſtinctionem actualem, & hac ratione diſtinctio virtualis non eſt actu, alioqui eſſet virtualis, & actualis eſſet virtualis, &non eſſet: vel ſumitur vt actualiaat exiſtentiam illius, in quo conſiſtit virtualis diſtinctio; & in hoc ſenſu diſtinctio virtualis eſt actu, exiſtit ſcilicet actu in Deo fundamentum diſtinctionis, ſeu diſtinguibilitas, cum hoc nihil ſit aliud quam ſumma infinitas, & omnimoda illimitatio Dei. Eodem ferè modo, ſi quæratur vtrùm diſtinctio virtualis ſit in Deo formaliter: reſponderi debet negatiuè, ſi ly *formaliter* formaliaet ipſam diſtinctionem; ſecus ſi formaliaet exiſtentiam illius prædicati, in quo conſiſtit diſtinctio; ſicuti calor virtualis poteſt dici eſſe in ſole actu, & formaliter, ſi ly, *actu*, & formaliter actualiaet, & formaliaet entitatem, in qua conſiſtit calor virtualis, ſcilicet lucem. Porrò ad tollendas æquiuocationes, huiuſmodi diſtinctio virtualis melius diceretur diſtinguibilitas, & attributa melius dicerentur diſtinguibilia, vel diſtincta in potentia; ſicque abſolutè dici poſſet dari in Deo actu, & formaliter diſtinguibilitatem, quamvis detur virtualiter ſolum, & eminenter diſtinctio actualis, & formalis.

Diſtinctio virtualis in aliquo ſenſu eſt in Deo actu, & formaliter.

Diſtinctio virtualis melius diceretur diſtinguibilitas.

21. Assertvm II. Attributa in Deo diſtinguuntur ab inuicem, & ab eſſentia, ſeu natura, ratione ratiocinata: Ita authores citati pro primo Aſſerto.

Attributa in Deo ab inuicem, & ab eſſentia diſtinguuntur ratione ratiocinata.

Probatur: Diſtinctio rationis ratiocinatæ nihil eſt aliud, quàm diſtinctio rationis cum fundamento; ſed attributa ab inuicem, & ab eſſentia diſtinguuntur ratione cum fundamento, ergo. Maior communiter conceditur; Minor probatur, tum quia diuina illimitatio, & infinitas, vt potè quolibet creato conceptu maior, & inadæquabilis præbet creato intellectui fundamentum multiplicandi conceptus non ſynonymos; tum quia diſtinctio virtualis præaſſerta nihil eſt aliud, quàm fundamentum diſtinctionis rationis, nec dicitur diſtinguibilitas, & diſtinctio in potentia, ſeu in actu primo, quia reſpiciat, tanquam actum ſecundum diſtinctionem realem actualem, ſed quia reſpicit, tanquam actum ſecundum diſtinctionem actualem rationis ratiocinatæ. Hinc habes quid reſpondeas quærenti, vtrùm diſtinctioni rationis ratiocinatæ cor-

Diſtinctio virtualis eſt diſtinctio in potentia ad diſtinctionem rationis non realem.

22. reſpondeat aliqua diſtinctio in re: dicito ſcilicet reſpondere in re diſtinctionem in potentia, non in actu, ſeu diſtinguibilitatem potiùs, quàm diſtinctionem: Neque ex eo, quod detur diſtinctio actualis in intellectu, in re ipſa verò ſolum diſtinctio in potentia, ſeu diſtinguibilitas, ſequitur aut intellectum cum fictione, & falſitate diſtinguere, aut rem aliter eſſe in intellectu, ac ſit in ſe. Non ſequitur primum, quia fictio, & falſitas non contingit ſine iudicio, vnde eſt illud Ariſtotelicum *abſtrahentium quod eſt in re, non eſt mendacium*, intellectus autem diſtinguens diuina prædicata apprehendit vnum non apprehenſo alio abſque eo, quod iudicet vnum non eſſe realiter aliud, ſeu abſque eo, quod neget vnum eſſe realitèr aliud, & hoc fortè indicare intendit Diuus Anſelmus *cap. 16. Monologi* dicens: *Quicquid eſt in Deo, eſt vnum etiam conſideratione*, ideo, &c. Non ſequitur ſecundum, quia rem eſſe in ſe ab intellectu diſtinguibilem, & eſſe in intellectu diſtinctam eſt eſſe in intellectu eo modo, quo eſt in ſe in ordine ad intellectum, quamvis non eo modo, quo eſt in ſe in ordine ad ſe; hoc autem commune eſt cuilibet obiecto iuxta Doctrinam Diui Thomæ *1. par. quæſt 12. art. 4. in corpore* dicentis: *cognitum eſt in cognoſcente, ſecundum modum cognoſcentis.* Accedit quod obiectum non eſſe in intellectu adæquatè, non eſt abſolutè eſſe in intellectu aliter, ac eſt in ſe; ſed ſolum aliter, ac eſt in ſe adæquatè, cum quo ſtat, quod ſit in intellectu, ſicuti eſt in ſe inadæquatè.

Ad maiorem probationem diſtinctionis tum virtualis, tum rationis ratiocinatæ afferri poſſunt ea omnia, quibus Scotiſtæ contendunt euincere diſtinctionem ex natura rei, puta quod diuina prædicata ſint diffinibilia diuerſis definitionibus, quod prædicata aliqua realiter diſtincta in creaturis ſecundum eandem rationem formalem reperiantur in Deo; quod diuina eſſentia ſit ex natura rei pelagus omnium perfectionum, quod non videtur eſſe poſſe, niſi detur in Deo multitudo perfectionum, ex natura rei; adeoque ex natura rei perfectionum diſtinctio, quæ, & ſimila ſuadent quidem diſtinctionem, aut virtualem ante opus intellectus, aut actualem poſt opus intellectus, at non actualem ante opus intellectus, qualis eſt diſtinctio ex natura rei. Enim verò diuerſæ definitiones diuinorum prædicatorum ſunt inadæquatæ, & res ſimpliciſſima ratione illimitationis, & æquiualentiæ, ſicuti poteſt abſque actuali ſui diſtinctione terminare inadæquatos conceptus, ita etiam inadæquatas definitiones. Prædicata aliqua in creaturis realiter diſtincta reperiuntur in Deo ſecundum eandem rationem formalem perfectionis, non ſecundùm eandem rationem formalem diſtinctionis. Diuina eſſentia eſt pelagus omnium perfectionum, ſed modo perfectiſſimo, adeoque cum diſtinctione, & multitudine eminenti, non reali, aut formali ex natura rei. 23.

Fundamenta diſtinctionis ex natura rei obiter eluduntur.

Hucvſque dicta de diſtinctione virtuali, & rationis ratiocinatæ procedunt de perfectionibus ſimpliciter, quæ ſunt in Deo formaliter, non de perfectionibus ſecundùm quid, quæ ſunt in Deo eminenter, hæ enim cum ſecundùm proprios conceptus in Deo non ſint, neque etiam poſſunt ſecundum proprios conceptus in Deo diſtingni; diſtinctio quippè vnius ab alio ſupponit formalem rationem vtriuſque, vt notat Molina *1. p. quæſt. 28. diſp. 2. art. 2. §. illud eſt.* 24.

Perfectiones, quæ ſunt in Deo eminenter, neque etiã virtualiter diſtinguuntur.

§. VI.

Google

§. VI.

Vtrùm in Deo vnum attributum ſit de conceptu formali alterius; & quodlibet de conceptu formali eſſentiæ, vel Naturæ?

25. ASSERTVM: In Deo vnum attributum non eſt de conceptu formali alterius, nec quodlibet eſt de conceptu formali eſſentiæ, vel naturæ; ſeu quod idem eſt in Deo Attributa, & eſſentia, ſeu natura, non ſe mutuò formaliter tranſcendunt, & includunt; ſed vt à nobis concipiuntur cum fundamento in re, adæquatè ab inuicem differunt. Ita Vaſquez 1. *part. diſput.*109. *cap.*x. Lugus *lib.*1.*diſp.*16.*cap.*6. Capreolus, Richardus, Gillius, & alij, quibus fauet Diuus Thomas *in* 1. *diſt.*33. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 5. contra Molinam 1. *part. quæſt.* 28. *diſput.*4. Amicum *diſp.*3.*ſect.*7. Auteolum *in* 1. *diſt.*1. *quæſt.*1.*art.*x.

Attributa & eſſentia in Deo non ſe mutuò formaliter includunt.

Probatur primò Auctoritate Sanctorum Patrum ex Diuo Thoma *loco citato: In diuinis alia eſt ratio ſcientiæ, & ſubſtantiæ ſicuti in creaturis, alia eſt ratio ſcientiæ, & qualitatis:* ex Diuo Bernardo 5. *de conſideratione, cap.*5. *Deus amat, vt charitas; nouit, vt veritas; ſedet, vt æquitas; dominatur, vt maieſtas; regit, vt principium; tuetur, vt ſalus; operatur, vt virtus; reuelat, vt lux; aſſiſtit, vt pietas.* Ex Diuo Auguſtino 15. *de Trinitate, cap.*6. *ſi dicam Æternus, Immortalis, Iuſtus, Bonus, Beatus, Spiritus, horum omnium nouiſſimum, quod poſui, videtur ſignificare ſubſtantiam, cætera verò huius ſubſtantiæ qualitates.* Quibus, & ſimilibus verbis omninò exprimunt Sancti Patres per attributa, & eſſentiam diuerſos conceptus importari, & ſe mutuò formaliter excludere potius, quàm includere. Nec ſatisfacit *Amicus* dicens hæc procedere de eſſentia, & attributis in eſſe explicito, cum quo ſtat deinde ſe mutuò includere in eſſe implicito. Non ſatisfacit inquam, quia gratis limitat ad ſignificandum ſolùm eſſe explicitum voces abſolutè prolatas; imò non ſolùm gratis, & ſine ratione, ſed contra rationem, vt patet ex ſequentibus probationibus.

26. Probatur ſecundò ratione: Illud ſolùm eſt de cóceptu formali, tum explicito, tum etiam implicito alicuius, quod eſt de eſſentia illius, ſine quo ſcilicet non habetur ſufficiens illius conſtitutiuum; ſed in Deo vnum Attributum non eſt de eſſentia alterius, nec quodlibet de eſſentia eſſentiæ, & habetur ſufficiens conſtitutiuum, tum vnius attributi ſine alio attributo; tum eſſentiæ, ſeu naturæ ſine quolibet attributo: ergo. Maior patet, tum inductione in rebus creatis, tum quia, ſi latiùs explicetur eſſe de cóceptu formali, omnes proprietates Metaphyſicæ, & omnia identificata erunt de conceptu formali eius, cũ quo identificantur. Minor probatur quoad primam partem: Eſſentia cuiuſlibet attributi habetur ſufficienter per prædicata ſpectantia ad lineam talis attributi, & ratio infinitatis cum non faciat rem tranſgredi ſuam rationem formalem, non facit eandem ingredi lineam alienam; nec valet hic obiicere infinitatem in omni genere, talis enim infinitas, vt probatum eſt *cap.*2. §.2. *aſſert.* 2. eſt collectio omnium diuinarum perfectionum, non reperitur in qualibet diuina perfectione ſeorſim. Probatur minor quoad ſecundam partem, ſine proprietatibus habetur ſufficiens conſtitutiuum eſſentiæ, ſed attributa ad eſſentiam diuinam ſe habent tanquam proprietates, vt probatum eſt loco mox citato, *aſſert.* 5. *& cap.*3. §.1. *aſſert.*1. ergo. Quod corroborari poteſt auctoritate Diui Maximi *apud Euthymium in Panoplia part.*1. *tit* 3. *cap. in Deo*, vbi habetur *Bonus, & opifex, & infinitus, & immortalis, & quæ his ſimilia ſunt, non dicimus eſſe differentias eſſentiam conſtituentes, ſed appellationes quaſdam, &c. quædam enim diuinæ naturæ congruentia ſignificant, non autem indicant ipſam naturam, quod quidem differentiarum eſſentiam conſtituentium proprium eſt.*

Illud eſt de cóceptu formali alicuius, ſine quo non habetur ſufficiens illius conſtitutiuum.

Nulli diuinæ perfectioni ſeorſim conuenit eſſe infinitum in omni genere.

Dices: hinc ſequeretur cuilibet attributo ſine alio correſpondere ſuum conceptum formalem adæquatum, & per conſequens quodlibet attributum ſine altero poſſe definitione adæquata definiri contra dicta *in Calce §. Superioris*, ſed contra ibi dictum eſt diuerſas definitiones diuinorum prædicatorum eſſe inadæquatas iiſdem prædicatis, ſecundùm totum illud, quod dicunt identicè à parte rei ante omne opus intellectus; cum quo ſtat quodlibet attributum, vt ſubeſt rationi ratiocinatæ, poſſe ſecundùm ſe adæquatè concipi, & adæquatè definiri: ſimpliciter tamen, & abſolutè huiuſmodi definitiones dicendæ potius ſunt inadæquatæ, quàm adæquatæ; quia definitio magis traditur ad explicandam rem, vt eſt in ſe; quàm ad explicandam rem, vt eſt in noſtro intellectu: ob eandem cauſam, quia ſcilicet ferè ſemper potius enunciare volumus id quod re ipſa in Deo eſt, quàm quod eſt in noſtra cogitatione: monet Vaſquez 1. *part. diſp.*119. *num.*7. Propoſitiones in quibus aut attributum de eſſentia, aut vnum attributum de alio prædicatur, frequenter concedendas eſſe. 27.

Attributum diuinum ſecundùm ſe, vt eſt à parte rei, non poteſt definiri adæquatè; ſecus vt ſubeſt rationi ratiocinatæ.

Probatur tertiò: ſi vnum attributum eſſet de conceptu formali alterius, & quodlibet de conceptu formali eſſentiæ, ſequerentur plura abſurda: ſequeretur primò quodlibet attributum reſpectu alterius, & eſſentiæ ſe habere vt partem, ſeu vt quid contentum, & incluſum, tanquam exiſtens de conceptu tum alterius, tum eſſentiæ; & ſimol ſe habere vt totum, ſeu vt continens, & includens tanquam reſpiciens tum alterum attributum, tum eſſentiam vt quid de conceptu ſui: eſſe autem reſpectu eiuſdem totum, & partem repugnat æquè, ac repugnet totum non eſſe maius ſua parte: Eſſe continens, & contentum includens, & incluſum infert mutuam continentiam, de cuius repugnantia 28.

Mutua cõtinentia repugnat etiam in genere metaphyſico.

tia iam actum eſt *cap.* 1. §. 3. *in prima probatione ſecundi aſſerti*: Neque dicas mutuam continentiam in genere ſaltem metaphyſico malè aſſeri repugnantem, cum ſit ab omnibus tum in creatis, tum in diuinis neceſſario concedenda inter prædicata tranſcendentia cuiuſmodi ſunt ens, vnum, verum, bonum: vnum quippè v.g. bonum continet, quia bonum reſpicit tanquam quid de conceptu ſui in bono continetur, quia eſt de conceptu ipſius. Contra enim quod continet aliud, vel in alio continetur, quod eſt de conceptu alterius, vel de cuius conceptu aliud eſt, debet ab alio diſtingui, & cum alio componere; inter tranſcendentia autem neque etiam in genere metaphyſico datur aut perfecta diſtinctio, aut perfecta compoſitio: nec tranſcendentia ſunt diuerſæ formalitates, quarum vna ſit continens, alia contenta, ſed ſunt vna, & eadem formalitas ſub diuerſa tantummodo, maiori ſcilicet, minoríve expreſſione; contendere deinde, quod omnia diuina attributa ſint vnica formalitas ſub diuerſa ſolum expreſſione eſt negare in ipſis perfectam diſtinctionem virtualem contra ſupradicta, eſt aſtruere in omnibus diuinis prædicatis tranſcendentiam; & ecce ſecundum abſurdum, quod ſequeretur contra communem diuiſionem diuinorum prædicatorum in tranſcendentia, quæ per omnes Dei perfectiones vagantur, vt eſſe æternum, eſſe increatum, eſſe infinitum, eſſe tranſcendenter vnum, tranſcendenter verum, &c. nec ſpecialia attributa conſtituunt; & non tranſcendentia, quæ important perfectionem non vagam, ſed determinatam, & in ſuo conceptu formali adæquatè diſtinctam à reliquis non tranſcendentibus, vt eſſe ſapiens, Omnipotens, Iuſtum, &c. Tertiò ſequeretur omnia diuina prædicata poſſe ad inuicem affirmari, etiam cum reduplicatione dicendo v. g. Intellectus, vt intellectus vult: Intellectus vt intellectus ſpirat: Iuſtitia vt iuſtitia miſeretur: Miſericordia vt miſericordia punit, quod non videtur concedendum. Sequela probatur, quia tranſcendentia inuicem enunciantur etiam cum reduplicatione; rectè enim dicitur ſubſtantia vt ſubſtantia eſt ens; item quia reduplicatio verificatur etiam ſecundùm id, quod ſolum implicitè in ſubiecto continetur, valet enim intellectio creata vt intellectio creata inhæret, licet ly, *intellectio* creata, ſolum implicitè importet rationem accidentis, & inhærentiam.

Inter tranſcendentia, nec datur diſtinctio, nec compoſitio, nec vnum propriè eſt de conceptu alterius.

Prædicata tranſcendentia in diuinis non ſunt attributa, nec virtualiter diſtinguuntur, vt attributa.

30. Ex his habes quàm rectè Diuus Bernard. 5. *de conſideratione cap.* 7. *circa medium* ſcripſerit: *Multa dicuntur eſſe in Deo, & quidem ſanè, catholicèque, ſed multa vnum:* Multa ſcilicet virtualiter, & penes proprios conceptus formales, aut obiectiuos, vt præcisè correſpondentes formalibus: Vnum realiter actualiter, & penes conceptus obiectiuos identicos, ac nullatenus præciſos; in hoc eodem ſenſu intelligendi ſunt alij Sancti Patres, dum quandoque non diſtinguunt in Deo attributa, aut ab inuicem, aut ab eſſentia, ſeu natura, vel innuunt eundem eſſe horum omnium conceptum, ſcilicet loquuntur de diſtinctione reali actuali, & de conceptu identico; ſolúmque extendi poteſt eorum locutio ad conceptum etiam formalem, quando agitur de prædicatis tranſcendentibus tranſcendenter ſumptis; quod dixerim propter aliqua prædicata, quæ ſub eodem nomine important, & ſpeciale attributum, & rationem tranſcendentem; huiuſmodi ſunt Vnitas, Bonitas, aliaque plura.

Multa, & vnú in Deo ſub diuerſa ratione rectè ponuntur.

Prædicata aliqua ſunt ſub eodem nomine tranſcendentia, & non tranſcendentia.

---

§. VII.

Vtrum in Deo Attributa ſint inter ſe inæqualis Perfectionis?

31. ASSERTVM: In Deo attributa omnia ſunt æqualis perfectionis, ſi conſiderentur vel identicè, vel ſub præciſa ratione infinitatis; ſunt verò inæqualis perfectionis, ſi conſiderentur vel ſub proprio conceptu formali; vel obiectiuè, & extrinſecè.

Probatur, & explicatur prima pars: Quodlibet attributum identicè eſt totus Deus, ſibi ſcilicet identificat omne id, quod eſt Deo; ergo quodlibet attributum identicè eſt omnis perfectio, adeóque omnia Dei attributa identicè habent eandem, & æqualem; omnia ſcilicet omnem perfectionem, & hac ratione non ſolum vnum attributum non eſt perfectius aliis, ſed nec eſſentia ipſa Dei eſt perfectior attributis. Rurſus præciſa ratio infinitatis conſiſtit in indiuiſibili, nec vna infinitas ſub formali ratione infinitatis eſſe poteſt maior alia, ergo cum omnia attributa ſint in ſuâ lineâ infinita, neceſſe eſt quod ſub præciſa, & formali ratione infinitatis omnia ſint æqualia.

Attributa Dei ſunt omnia æqualia identicè, & in formali ratione infinitatis.

32. Probatur, & explicatur ſecunda pars: Quodlibet attributum ſub proprio conceptu formali dicit perfectionem virtualiter ac ratione ratiocinata diſtinctam, & diuerſam à perfectione alterius attributi conſiderati ſub proprio cõceptu formali ſed huiuſmodi perfectio diuerſa eſt etiam inæqualis, ſaltem vt plurimum, ergo vt plurimum ſaltem, attributa Dei ſunt inæqualis perfectionis ſi conſiderentur ſub proprio conceptu. Maior patet *ex* §. *ſuperiori*, & propterea Authores, contra quos ibi argumenta vrgebantur, habemus etiam aduerſarios in hac parte præſentis aſſerti, eo ipſo enim quod ſentiunt omnia attributa ſe inuicem, & eſſentiam formaliter includere, ſentiunt conſequenter omnia attributa eſſe eiuſdem, & æqualis perfectionis, vel ad ſummum inæqualis ſecundùm rationes explicitas inadæquatè præciſas, vt videre eſt apud Amicum 1. *par. diſp.* 3 *ſect.* 8. Minor probatur: Perfectio importata per conceptum formalem ſcientiæ abſtractiuæ eſt ex genere ſuo minor perfectione importata per conceptum formalem ſcientiæ intuitiuæ: Perfectio importata per conceptum

Attributa Dei ſub proprio conceptu ſunt inæqualia.

conceptum formalem intellectus eſt maior ea, quæ importatur per conceptum formalem voluntatis; & ſic de cæteris: ergo eſt inæqualis ſaltem vt plurimùm; nec eluditur hæc conſequentia in Deo, eo quod rationes contrahentes ſint infinitæ; enim verò infinitas perfectionem, cui aduenit non extrahit a ſua ratione formali; ideò ſi ipſam inuenit in ſua ratione formali inæqualem alteri, relinquit inæqualem. Accedit quod, ſi inæqualibus æqualia addantur, adhuc manent inæqualia, etiamſi æqualia, quæ adduntur infinita ſint: ergo perfectiones ex genere ſuo inæquales per additionem differentiarum infinitarum, quæ eo ipſo quòd infinitæ ſunt, æquales ſunt, adhuc manent inæquales: Antecedens eſt principium in Mathematica eudeos. Confirmatur ex operibus Chriſti Domini, quæ per infinitatem moralem, quam contrahunt ex vnione hypoſtatica non amittunt inæqualitatem entitatiuam, & Phyſicam, quam habent in propria ratione formali. Confirmatur inſuper ex actibus diuini Intellectus, diuinæque voluntatis, qui licet omnes infiniti, ſunt tamen ſecundùm proprios conceptus formales perfectionis inæqualis, vt ex profeſſo docet Arriaga 1. *part diſp.* 27. *sect* 4.

Inæqualia ex additione æqualium, non fiunt æqualia.

Actus Domini ſunt inæquales ſecundùm proprios conceptus formales.

33. Probatur & explicatur eadem pars quoad vltimas particulas: facilè contingit vnum attributum reſpicere obiectum, vel nobilius; ſic v.g. Sapientia reſpicit Deum ipſum, Omnipotentia ſolùm creaturas, vel latius obiecto alterius; ſic v.g. Omniſcientia reſpicit omne ſcibile, Omnipotentia omne producibile; latiùs autem patet ſcibile, quàm producibile: ergo attributa ſunt inæqualis perfectionis obiectiuæ, vnum obiectiuè perfectius alio. Nec refert quod habet Ioannes à S.Thoma *de Incarnatione*, *diſp.* 12. *artic.* 1. *num.* 56. dicens: *Omnes effectus, qui continentur ſub vno attributo, contineri etiam ſub aliis, licèt ſub diuerſis rationibus*; quicquid enim facit omnipotentia ſub ratione executiuæ virtutis, facit miſericordia ſub ratione ſubleuandi a miſeria, & à Nihilo, ſeu tollendi defectus; & iuſtitia ſub ratione diſtribuendi vnicuique, quod proprium ipſi eſt; & ſic de reliquis attributis. Non refert inquam, quia id procedit ad ſummum ſuppoſita materia apta: cæterum punitio peccati, v.g. continetur ſub iuſtitia tantum, non ſub miſericordia; Chimera ſub ſcientia, non ſub omnipotentia, &c. ſunt tandem attributa inæqualis perfectionis ſi conſiderentur extrinſecè, & in ordine ad nos; quia ſcilicet aliqua attributa præ aliis ſunt nobis aut notiora, aut vtiliora, ſicque ſunt maioris perfectionis, & bonitatis comparatiuè, & extrinſecè; maiorem etenim laodem, & gratificationem ex creaturis reportant, quæ ſunt quædam bona extrinſeca diuinorum attributorum. Hac ratione inter cætera attributa excellit maximè miſericordia, de qua qua propterea fortè dicitur *Pſal.* 144. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.*

Attributa Dei ſunt inæqualis perfectionis obiectiuè.

Quomodo omnes effectus, qui continentur ſub vno attributo, contineā tur ſub aliis.

Attributa Dei ſunt inæqualis perfectionis extrinſecè.

CAPVT IV.

De Attributis Dei in particulari, Et primò de Vnitate Dei.

MENS non eſt omnia Dei attributa hoc titulo complecti: plura quippè in ſequentibus Theologiæ partibus propriam locum ſortiuntur: huiuſmodi ſunt, Inuiſibilitas, Incomprehenſibilitas, Cognoſcibilitas, Prouidentia, Omnipotentia, aliaque plura; quibus accenſeri poteſt veritas, quæ, ſi ſumatur in eſſendo, idem eſt ac cognoſcibilitas; ſi in dicendo, idem ac veracitas, ſi in cognoſcendo, idem ac ſcientia. His ad propria loca reſeruatis, ad attributa, quorum conſideratio alibi ex profeſſo non occurrit, præſens tractatio limitatur initio facto ab vnitate, non quidem tranſcendentali; quæ nec ſpeciali indiget explicatione reſpectu Dei, nec propriè Dei attributum eſt; ſed ſingulari, qua non ſolùm Deus ſingularizetur in ſe, ſed etiam excludat conſortium aliorum ſingularium ſibi ſimilium; qua reddatur non ſolùm vnus, ſed etiam vnicus; qua non ſolùm excludat deorum pluralitatem in ſe, ſed etiam extra ſe. 1.

Veritas alia in eſſendo, alia in dicendo, alia in cognoſcendo.

Vnitas alia tranſcendentalis, alia ſingularis.

§. I.

An Deum eſſe vnum, ſeu vnicum ſit de Fide?

ASSERTVM: Deum eſſe vnum, ſeu vnicum eſt de Fide: Ita omnes Catholici contra Gentiles, & Idololatras, & inſuper contra nonnullos Hæreticos ſcilicet Gnoſticos, Appellitas, Manichæos, aſtruentes duos deos, bonum alterū, alterum malum; à quibus non multum diſſenſerunt Cerdon, & Marcion ponentes duos deos, alterum bonum Patrem Chriſti, alterum iuſtum, ſeu ſeuerum Creatorem Mundi. Turpiùs errauit Valentinianus, qui, vt ait Tertullianus *lib.* 1. *in Marcionem*, *cap.* 5. *liberalior vſque ad triginta Æonum fœtus examen diuinitatis effudit*; & à Cyrill. Hieroſolymitano dicitur *Triginta deorum Prædicator*, eo quòd non ſolùm duo principia aſſeruerit, quorum vnum profundum, alterum ſilentium vocauit; ſed inſuper dixerit ex his proceſſiſſe Triginta Æones, quod idem eſt, ac ſæcula, quæ, vt ex Auguſtino, Iſidoro, Rabano, & Gratiano notat Ioannes à S.Thoma *hic, diſput.* 11. *art.* 3. *num.* 3. *iſte fabuloſus hæreticus in originem Dei induxit.* Inſuper in explicando Myſterio Trinitatis multi defecerunt à Dei vnitate tres Perſonas in tres deos transferentes, & naturas ſimul cum 2.

Aſſertores plurium deorum.

..tionis multiplicantes: *ſi: Perata, Valentinus, Gentilis, Matthæus, Gribaldus, Franciſcus Liſmaninus*, aliique dicti communi nomine Tritheitæ. Contra huiuſmodi turpiſſimos errores Catholica veritas de vnitate, & vnicitate Dei

3\. Probatur teſtimoniis Sacræ ſcripturæ Deut. 6. *Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt.* Iſa. 44. *Ego primus, & ego nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus, quis ſimilis mei?* Pſal. 85. *Tu es Deus ſolus.* Reg. 8. *Non eſt ſimilis tui Deus in Cœlo deſuper, & ſuper terram deorſum*, Sap. 12. *Non eſt alius Deus, quàm tu.* Eccleſ. 1. *vnus eſt Altiſſimus.* Galat. 3. *Deus autem vnus eſt* 1. Corint. 8. *Nobis vnus eſt Deus.* Neque hæ Authoritates, aliæque plurimæ, quas vberiùs congerit Valentia 1. *part. diſput. 1. quæſtione. 11. punct. 2.* infirmantur, eo quod Scriptura ipſa aliis in locis plures deos recenſeat; enimverò nomen Dei in Sacris paginis aliquando tribuitur diis falſis, vt cum dicitur 1. Cor. 8. *ſi quidem ſunt dij multi, & domini multi*, aliquando iis, qui habent ſpecialem aliquam cum Deo ſimilitudinem, aut participationem diuinæ poteſtatis, vt cum dicitur Pſal. 81. & Io. 10. *Ego dixi dij eſtis.* Confirmatur ex ſymbolis *Nicæno, Conſtantinopolitano, & Athanaſij.* ex Concilio Lateranenſi *cap. firmiter, de ſumma Trinitate*; & ex omnibus aliis Conciliis in confeſſione fidei. Ex monumentis, & ſcripturis omnium ſanctorum; inter quos contra deorum multiplicitatem, ſeu Polytheiſmum validiùs decertarunt Diuus Thomas *in libris contra gentes*, ſpecialiter *lib. 1. cap. 42.* Athanaſius *oratione contra gentes*, D. Bonauentura *in 1. diſt. 2.* Tertullianus *in Apologetico, &c.* Nec à toto Sanctorum Patrum choro diſcordat Diuus Baſilius *epiſt. 141.* dicens: *Non eſt itaque Deus numero vnus:* ſumit enim *Baſilius*, vnum numero, non quodammodo negatiuè, vt negat pluralitatem, & conſortium alterius ſimilis, ſed poſitiuè, prout dicit aliquid; vel conſtans ex multis, quæ ſimul numerata faciant vnum; vel diuiſibile in multa, quæ ſint apta facere numerum, vt ex ipſius verbis tum antecedentibus: *Quicquid enim numero dicitur vnum, vnum re verâ, aut ſimplex natura non eſt; Deum autem ſimplicem, & incompoſitum confitentur omnes. Non erit itaque Deus numero vnus*; tum ſubſequentibus: *Omnis numerus ea ſignificat quæ materialem, ac circumſcriptam naturam ſortita ſunt*; optime euincitur. Neque hic modus ſumendi vnum numero habendus eſt pro inuſitato, cum reperiatur etiam apud Ariſtotelem 12. *metaph. text. 49.* dicentem: Quæcumque ſunt numero multa, materiam habent; cum enim eadem ſit ratio contrariorum, videtur eadem ratione dici poſſe; Quæcumque ſunt numero vnum, materiam habent.

Dei nomen aliquando tribuitur diis falſis, aut iis, qui Deo ſpecialiùs aſſimilãtur.

Deus in aliquo ſenſu nõ eſt numero vnus.

4\. Ex his habes obiter vnitatem Dei, diuinæque eſſentiæ non eſſe vnitatem numeri, ſeu, quæ ſit principium numeri; ita enim in Deo datur vnitas, vt nec detur, nec dari poſſit deorum, aut Deitatum numerus; propterea eſſet in Deo neganda vnitas numerica, ſi ſumeretur non præciſè pro vnitate ſingulari, ac indiuiduali, ſed pro vnitate numeri. Neque hinc ſequitur vnitatem Dei non eſſe omnium maximam, cum vnitas omnium maxima ſit vnitas numeri. Non, inquam, ſequitur, quia vnitas numeri eſt omnium maxima ſolum negatiuè, & quoad indiuiſibilitatem, non poſitiuè quoad entitatem, diuina autem eſſentia eſt vtroque modo maxime vna, ideo abſque vnitate numeri eſt magis vna, quàm vnitas numeri, & ipſa ſola ſortitur vnitatem ſimpliciter omnium maximam, & maiorem ipſa vnitate numeri. In alio etiam ſenſu Dei vnitas eſt omnium maxima, quia ſcilicet ei conuenit independenter, & à ſe; cum aliis omnibus conueniat dependenter ab alio, ſcilicet à Deo. Nec refert quod omne ens dicatur vnum per eſſentiam, non videtur autem dari poſſe aliquid magis tale eo, quòd eſt tale per eſſentiam. Non refert inquam, nam (præterquam quod propoſitio illa procedit de vnitate tranſcendentali, non de vnitate ſingulari) ſenſus ipſius eſt, quod vnitas ſit prædicatum eſſentiale cuiuſcumque entis; cum quo adhuc ſtat quod ſaltem in eſſe exercito, & actuali ſoli Deo conueniat independenter; cuilibet alij dependenter à Deo à quo quicquid eſt accipit omne id, quod habet, & omne id, quod eſt.

Vnitas Dei non eſt vnitas numeri ſeu quæ ſit principium numeri, ſed eſt maior.

Vnitas Dei in duplici ſenſu eſt omnium maxima.

Omne ens dici vnum per eſſentiã quomodo verificetur.

§. II.

An Deum eſſe vnum, ſeu vnicum ſit naturaliter demonſtrabile?

5\. ASSERTUM: Deum eſſe vnum, ſeu vnicum, eſt naturaliter demonſtrabile. Ita contra Profeſſores Atheiſmi, & Polytheiſmi; & inſuper contra *Varronem, Ocham, Maiorem, Aliacenſem, Caſalium*, alioſque nonnullos volentes vnicitatem Dei, ſeu immultiplicabilitatem diuinæ naturæ poſſe ſolùm probabiliter ſuaderi. Theologi omnes communiſſimè cum D. Thoma 1. *part. q. 11. art. 3. & primo contra gent. cap. 42.* Scoto *in 1. diſtinct. 2. quæſt. 3.* & quidem *Scotus* ſeptem vtitur rationibus, *Diuus Thomas* tres affert 1. *part.* multo plures verò ideſt vſque ad ſeptemdecim 1. *contra gent.* Ex tot rationibus conabor ſeligere validiores, quæ vel demonſtratiuæ prorſus ſint, vel demonſtratiuis proximiores.

Deum eſſe vnum eſt naturaliter demonſtrabile.

Probatur primò ex infinitate: Deus eſt ens ſimpliciter infinitum, & illimitatum, ſeu includens omnem perfectionem: ſed ſi eſſet multiplex, non eſſet huiuſmodi, nec vllus ex multis diis includeret omnem perfectionem; ergo repugnat quòd Deus ſit multiplex. Maior ſupponitur ex communi hominum conceptione, qua nomine Dei concipitur aliquid, quo maius cogitari non poſſit

Vnitas Dei probatur ex infinitate.

poſſit. Minor probatur: Si Deus eſſet multiplex, nullus includeret perfectionem alterius; ſi enim alterius perfectionem includeret, ab altero non diſtingueretur, quod eſt contra ſuppoſitionem, ergo nullus includeret omnem perfectionem, nullus haberet eſſe ſimpliciter illimitatum. Neque dicas ex Arriaga. *1. par. diſp. 2. ſect. 5. n. 46.* quodlibet indiuiduum continere perfectionem alterius eiuſdem ſpeciei, & tamen adhuc huiuſmodi indiuidua ab inuicem diſtingui, & multiplicari, imò magis ad rem videtur inſtari poſſe in ipſis diuinis Perſonis, quarum vna ab alia diſtinguitur, & tamen omnem alterius perfectionem continet. Contrà enim quodlibet indiuiduum continet perfectionem eſſentialem alterius, non perfectionem entitatiuam, alioqui ab alio entitatiuè non diſtingueretur, cum continens non diſtinguatur à contento; At ens ſimpliciter infinitum, & illimitatum etiam entitatiuè debet continere omnem perfectionem alterius etiam entitatiuam, ideò non poteſt pati aliud ſibi æquale entitatiuè diſtinctum, quod nullatenùs continere poſſet, non formaliter, quia non eſſet diſtinctum quo ad entitatem; non eminenter, quia eſſet æquale, non inferius: ex quo patet obiter cur ens ſimpliciter infinitum admittat conſortium rerum potius inferiorum, quàm æqualium, quia ſcilicet res inferiores etiam quoad entitatem poteſt continere eminenter, res verò omninò æquales nullatenùs poteſt quoad entitatem continere. Accedit quod ens ſimpliciter infinitum eſt tale etiam in ratione vnitatis, adeoque ſicuti quia infinitum eſt in ratione perfectionis debet continere omnem perfectionem, ita quia infinitum eſt in ratione vnitatis, debet continere omnem vnitatem, nec pati conſortium alterius vnitatis, quam nec eminenter, nec formaliter contineat qualis eſſet vnitas eiuſdem omninò rationis cum propria. Illud, quod additur de diuinis Perſonis, nobis fauet; enim verò ſecundùm rationem formalem perſonalitatis, ſecundùm quam vna ab alia diſtinguitur, vna aliam non continet, & quælibet habet omnem perfectionem alterius eſſentialem, & abſolutam, non perſonalem, & relatiuam. Nec ex eo quod ens ſimpliciter infinitum poſſit non continere omnem perfectionem relatiuam, infertur poſſe etiam non continere omnem perfectionem abſolutam; cum non habeatur ex oppoſitione neceſſitas diſtinguendi perfectiones abſolutas, ſicuti habetur pro diſtinguendis perfectionibus relatiuis; eo modo, quo iſtæ perfectiones ſunt, de quo alibi.

Ens ſimpliciter infinitum, cur patiatur conſortium rerum inferiorum potius, quàm æqualium.

6. Probatur ſecundò ex ratione entis neceſſarij, & à ſe: ens neceſſarium & à ſe non eſt multiplicabile; ſed Deus eſt ens neceſſarium, & à ſe, ergo non eſt multiplicabilis, ergo eſt vnus, & vnicus: minor patet ex tertia via, qua Diuus Thomas *1. par. qu. 2. art. 2.* demonſtrat exiſtentiam Dei. Maior probatur: ſi ens neceſſarium, & à ſe eſſet multiplicabile, eſſet multiplicabile, imò de facto multiplicatum in infinitum, in ente quippè neceſſario idem eſt eſſe, ac poſſe, ſed abſurdum eſt ponere infinitam Deorum Cateruam, & ad ſummam vilitatem deiicere Deitatem; ergo. Sequela maioris probatur, tum quia ens à ſe tribuit ſibi omne id, quod poteſt; ergo tribuit infinitam multiplicationem, ſi hanc habere poteſt; & ſicuti ex aſeitate probatur in Deo infinitas intenſiua, ex eadem probaretur infinitas extenſiua, ſi huius eſſet capax: tum quia ens neceſſarium, & à ſe in infinitum multiplicabile, non haberet, à quo determinaretur ad certum numerum, non enim poſſet determinari à ſe, quia quod eſt de ſe indifferens ad quemlibet numerum indiuiduorum, de ſe ad nullum determinatur, vt patet ex omnibus naturis, ſeu ſpeciebus creatis: non etiam ab alio, quia hoc aliud deberet eſſe ſuperius, vt patet in naturis creatis, quæ non determinantur ad certum numerum indiuiduorum, niſi à cauſa prima, & ſuperiori; ſed ens neceſſarium, & à ſe reſpuit omne ſuperius, ergo. Hoc argumentum in deriſum pluralitatis Deorum cecinit Prudentius *in Hamartigenia.*

Vnitas Dei probatur ex ratione entis neceſſarij.

Ens neceſſarium & à ſe, ſi eſſet multiplicatum, eſſet multiplicatum in infinitum.

Deriſus Polytheiſmi.

Sunt duo? ſunt. Igitur cur non ſunt multa deorum
Millia? cur numero Deitas contenta gemello eſt?
An non in Populos diuerſa examina diuûm
Fundere erat melius, mundumque implere capacem
Semi-deis paſſim nullo diſcrimine monſtris.

Arriaga *prima parte, diſp. 2. ſect. 5. num. 44.* parui facit hoc argumentum, & putat ex eo quod plures, duo v. g. vel tres dij admittantur, non neceſſariò admittendos eſſe infinitos, quod ſic ſuadere contendit: Non eſt neceſſe omnes ſpecies, omniave genera eſſe æqualiter multiplicabilia; cum nec vllum ſit fundamentum id aſſerendi, & in aliquibus potius appareat inæqualis multiplicabilitas, videtur enim extra controuerſiam, quod plures ſint multiplicabiles humani oculi, & à fortiori humani capilli, quàm homines; plures arenæ, quàm montes v. g. inquirit igitur ſicuti homines ex natura ſua ſunt minùs multiplicabiles, quàm humani oculi; cur non eſt dabilis alia ſpecies entis, quæ ſit minùs multiplicabilis, quàm homo? imò quæ non ſit multiplicabilis in infinitum, ſed ſolum in duo, vel tria indiuidua? Idque confirmat ex diuina relatione, quæ de facto eſt multiplicabilis, & tamen eſt multiplicabilis in tres tantùm, non in infinitas relationes: ſed ſuſtinetur argumenti vis, & impugnatur *Arriaga* primò, quia admiſſâ in vtriſque infinitate, nimis facilè ſupponit plures eſſe poſſibiles, & multiplicabiles humanos capillos, quàm homines, arenas, quàm montes. Secundò, quia tranſit de genere in genus, ab infinito ad finitum; dum ex eo quod inter duas naturas infinitè multiplicabiles detur inæqualis multiplicabilitas, infert hanc inæqualitatem poſſe adeò creſcere, vt detur natura aliqua ſolum finitè multiplicabilis; & onus, quod

Species multiplicabilis in finita indiuidua videtur repugnans, præſertim loquendo de ente abſoluto, cum non niſi in ente relatiuo ſit veſtigium talis multiplicabilitatis.

nobis imponit, aſſignandi, cur non ſit dabilis talis ſpecies entis, ipſum premit, quia cum nullum ſit veſtigium naturæ multiplicabilis ſolùm in indiuidua finita ipſi incumbit aſſignare fundamentum non repugnantiæ, quod donec aſſignetur, ſufficit nobis pro fundamento repugnantiæ inductio per omnes naturas nobis notas, quæ omnes ſunt multiplicabiles in infinita indiuidua, vel ſunt prorſus immultiplicabiles numero; non poteſt igitur ſine fundamento aſtrui tertia ſpecies naturæ, quæ neque ſit immoltiplicabilis, neque multiplicabilis in infinitum, ſed multiplicabilis tantum in determinata indiuidua, & ſi ſine veſtigio poſſibilitatis affirmari poſſet poſſibile quicquid non euincitur impoſſibile, liberalis nimis licentia multiplicandi genera, & ſpecies poſſibilium impertiretur. Confirmatio deſumpta ex diuina relatione non ſubſiſtit, multiplicatur enim relatio in diuinis ratione productionum ad intra; & quia aliunde probatur ex vi diuinarum productionum ſolùm diſtinguibiles eſſe tres relationes, tres ſolùm relationes realiter diſtinctæ aſſeruntur multiplicatæ, & multiplicabiles, vt explicatur ſuo loco cum de Trinitate; at verò nullum aliud eſt ens multiplicabile, cuius multiplicabilitas non oriatur aliunde, quàm ex ratione producentis, & producti, ideò, &c.

8. Vnitas Dei probatur ex regimine vniuerſi.

Probatur tertiò ex ordinatiſſimo regimine, & admirabili, ac vniformi gubernatione huius vniuerſi, quam rationem Arriaga 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 5. *num.* 36. ſolam, & vnicam probat tanquam efficacem ad demonſtrandam Dei vnicitatem. Regimen vniuerſi eſt perfectiſſimum, eiuſque gubernatio ordinatiſſima, & in ipſa varietate vniformis; ſed hoc ſtare non poteſt cum multiplicitate Deorum: ergo. Maior patet: Minor probatur primò, ſolùm regimen Monarchicum perfectiſſimum eſt, vt tradunt non ſolùm Authores Politici, ſed etiam ſacri, vt Bellarminus *lib.* 1. *de Romano Pontifice*, Macedo *Schola* 9. *Theologia poſitiua*, *cap.* 4. Hieronymus *Epiſt.* 4. *ad Ruſticum*, &c. ſed cum multiplicitate Deorum non eſſet Monarchicum vniuerſi regimen, & eſſet vniuerſum quaſi Reſpublica ſub Senatu Deorum, non Monarchia ſub vno Deo, vnoque Principe: Neque huic incommodo ſufficienter occurritur dicendo, aut plures eſſe mundos, quorum ſingulis Deus vnus præſideat, aut hunc mundum in plura diuiſum Imperia iuxta Deorum pluralitatem. Non occurritur inquam, quia aliunde argueretur maxima imperfectio regiminis, quia ſcilicet nullius regimen eſſet vniuerſale omnia ſibi ſubdens. Minor eadem probatur ſecundò: Datâ pluralitate Deorum, vel ipſorum omnium volontates eſſent infallibiliter concordes, vel non. Non primum, quia non apparet quomodo voluntates liberæ, & non ſubordinatæ poſſint eſſe infallibiliter concordes, ſi etenim dicantur habere, concordiam ex neceſſitate naturæ, deſtruitur ipſarum libertas; ſi dicantur ipſam habere ex libera conſenſione, remanet aſſignandum, cur vna potius alteri conſentiat, quàm alterius conſenſum trahat, & præueniat; ſi dicantur eam habere caſu, & fortuito, poterunt igitur habere caſu, & fortuito etiam diſcordiam: Non ſecundum, quia cum tali diſcordia, nec ſubſiſteret infinita potentia in diuinis voluntatibus, ea enim, quæ ob alterius contrarietatem impleri non poſſet, & alteri cederet, impotens eſſet, non infinitè potens; nec ordinata gubernatio in vniuerſo, quia diſcordes voluntates gubernantium non poſſunt non diuerſos inducere ordines, & gubernationem diſformem, ac inordinatam. Minor eadem probatur tertiò: Illud non eſt regimen perfectiſſimum, in quo Princeps, vel ſuperfluus eſt, & contemptibilis; vel impotens, & indigens; ſed data pluralitate Deorum talis eſset quilibet Deus: ergo. Regimen vniuerſi non eſset perfectiſſimum, & nullus Deus eſset Princeps perfectiſſimus. Minor probatur: Data pluralitate Deorum, vel quilibet ſe ſolo ad regimen vniuerſi ſufficeret, vel non; ſi primum, ergo quilibet vno excepto eſset ſuperfluus, & ex conſequenti contemptibilis; quia bonum inutile eſt parum deſiderabile, & poſset de quolibet Deo in particulari dici. Non curo hunc Deum, alius mihi ſufficit. Si ſecundum: ergo quilibet Deus indigeret aliorum adminiculo ad vniuerſi regimen, nec vllus ſe ſolo poſset vniuerſum gubernare: ergo eſset quilibet impotens, inſufficiens, & indigens. Confirmatur hoc totum ex Diuo Thoma 1. *part. quæſt.* 103. *art.* 3. vbi expreſsè concludit, & probat, cum finis gubernationis mundi ſit optimum bonum, neceſse eſt ipſum ab vno gubernari.

Monarchia eſt regimen perfectiſſimum, & tale debet eſſe regimen vniuerſi.

Voluntates diuerſæ liberæ, & nō ſubordinatæ nequeunt eſſe infallibiliter concordes.

Dato Polytheiſmo quilibet deus eſſet vel ſuperfluus, & contemptibilis, vel impotens, & indigens.

Allatæ rationes, aliæque plures non diſſimiles adeò ſunt efficaces, adeò cuilibet cordato intellectui facilè peruiæ, vt ad notitiam vnicitatis Dei deduxerint plures etiam infideles, & Ethnicos, imò, vt loquitur *Molina*, illos omnes, qui Philoſophorum nomine digni fuerunt. Sic vnum Deum aſſeruerunt Plato in Tymæo, Ariſtoteles 8. *Phyſic.* & 12. *Metaphyſic.* Seneca *lib.* 4. *de beneficiis*, *cap.* 7. & 8. Tullius *de natura Deorum*, Triſmegiſtus *in Aſclepio*, & *Pimandro*, &c. Vnde radix Polytheiſmi, vt notat Herincx *part.* 1. *ſumma Theolog. diſp.* 1. *n.* 55. non fuit inſufficientia naturalis luminis, ſed partim deprauatio humanæ naturæ adeò ſenſibilibus immerſæ, vt ſenſibilia affectauerit habere pro diis; quæ deprauatio, ſeu ſtoliditas eleganter arguitur Sap. 13. *Vani autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei*, &c. *Sed aut ignem, aut ſpiritum*, &c. partim verſutia dæmonis à veri Dei cultu ſemper auertentis, & diuinos ſibi honores procurantis, vt innuitur Deuter. 32. *Immolauerunt dæmoniis, & non Deo*: partim Principum irreligioſitas varia Numina ad proprium, vel arbitrium, vel commodum in vulgus inducentium, vt patet ex Decreto illo Romanæ Reipublicæ, quo nulli permittebatur in Vrbe Roma deos alios aſſumere; quam quos Senatus conſultum iuſſiſſet: partim denique inſolens ſuperbia aliquo

9. Vnitas Dei fuit nota pluribus infidelibus.

Polytheiſmi radix quænam ſit?

Digitized by Google

quorum hominum, qui ſibi, ſuiſque diuinos honores deferri, ſeque paulatim inter deos haberi præſumpſerunt. Sic præfocato quodam modo, tum humanâ peruerſitate, & inſolentiâ, tum diabolica iniquitate, & verſutiâ, naturalis rationis lumine execrandum magis, quàm mirandum eſt, quod cæca gentilitas triginta millia deorum, & trecentos Ioues coluerit; quod Phœnicij ſerpentes; Ægypti j allia, & cepas ſibi io deos inſtituerint; quod eâ ratione, qua ex *ſuprà dictis, cap. 1. §. 5. aſſert. 3. Dixit* Pſalm. 13. *inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.* Pſalm. 118, *Narrauerint iniqui fabulationes*, de multiplicitate deorum, & certè fabulantium, non ratiocinantium partus eſt monſtrum Polytheiſmi.

Gentilitas coluit triginta millia deorum, & trecentos Ioues.

10. Apparebit fœdiſſima omninò, & omni execratione maior: temeritas Polytheiſtarum, ſi poſtquam oſtenſum eſt deorum multiplicitatem eſſe contra rationem, oſtendatur etiam eſſe ſine ratione. Enim verò ordinarium ſignum, & communis ratio diſtinctionis, ac multiplicationis eſt, vel ſeparabilitas vnius ab alio tempore aut loco, vel productio vnius ab alio: in deorum pluralitate non eſſet productio vnius ab alio, quia omnes eſſent à ſe; non eſſet ſeparabilitas, quoad locum, quia omnes eſſent immenſi; nec quoad tempus, quia omnes eſſent æterni; ergo nulla ratio diſtinctionis, & multiplicationis deorum. Nec beatitudo; quæ non videtur eſſe poſſe ſine ſocietate, & conſortio æqualium, rationem aliquam ſuppeditat pluralitati deorum; nam vel indigere conſortio ad beatitudinem eſt proprium entis imperfecti carentis bono, quod in alio ſit; vel in multitudine perſonarum habetur ſufficiens ſocietas ad beatiſſimè viuere.

Deorũ multiplicitas eſt non ſolum contra rationem, ſed etiã ſine ratione.

Beatitudo quomodo requirat conſortium.

CAPVT V.

De Bonitate, & Perfectione Dei.

BONVM, & perfectum in aliquo ſenſu idem ſunt, in aliquo alio quid diuerſum: ſi enim bonum ſumatur tranſcendenter, vt conuertitur, cum ente præciſè, eſt quid diuerſum à perfecto, quod vltra rationem entis importat actus, ſeu perfectiones enti ſuperuenientes, ipſumque perficientes, & in hoc ſenſu loquitur Boetius *in lib. de Hebdom. circa medium: Intueor in rebus aliud eſſe, quod ſunt bona, aliud eſſe, quod ſunt:* Sumit ſcilicet bonum non præciſè pro bono tranſcendentali, ſed pro bono ſimpliciter, ac perfecto; vt benè explicat Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 5. art. 1. ad 1.* illis verbis: *Sic ergo quod dicit Boetius, &c. referendum eſt ad eſſe bonum ſimpliciter, & ad eſſe ſimpliciter: quia ſecundum primum actum eſt aliquid ens ſimpliciter, & ſecundum vltimum bonum ſimpliciter: & tamen ſecundum primum actum eſt quodammodo bonum, & ſecundum vltimum actum eſt quodammodo ens.* Ex quo clarè habetur bonum tranſcendentale, quod conuertitur cum ente, ſeu quod eſt ens ſimpliciter, eſſe bonum ſecundùm quid. Si verò bonum ſumatur pro bono abſolutè, vt eſt bonum ſimpliciter excludens omnem defectum, & omnem carentiam debitæ perfectionis, de quo communiter dicitur bonum ex integra cauſa, eſt idem ac perfectum, idque teſtatur expreſsè Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 4.* illis verbis: *Vnumquodque ſecundum quod perfectum eſt, ſic dicitur bonum.* Porrò in titulo bonitatem, & perfectionem coniunxi ad indicandum me non intendere hîc explicare bonitatem ſecundùm quid, facientem bonum; ſed non perfectum: hæc quippè eſt bonitas tranſcendentalis, quæ æquè, ac tranſcendentalis vnitas nec ſpeciali indiget explicatione reſpectu Dei, nec propriè Dei attributum eſt. Mens eſt igitur explicare bonitatem ſimpliciter, quæ bonum facit, ac perfectum, imò idem eſt ac perfectio, ſumpto perfectionis nomine, non pro qualibet particulari forma actuante, & perficiente; ſed prout ſignificat optimum modum eſſendi, ſeu optimum ſtatum rei, adeóque prout perfectio idem eſt, ac ſtatus perfectionis, ſeu perfectio radicalis, & perfectionis formalis proxima exigentia vt infrà §. 5.

Bonum ſimpliciter, coincidit cum perfecto, nõ ſic bonum ſecundùm quid, quale eſt bonum tranſcendentale præciſè.

Perfectio ſumitur, vel pro qualibet particulari forma vel pro ſtatu perfectionis.

---

§. I.

Vtrùm Deum eſſe ens ſimpliciter bonum, & omnino perfectum tum fide, tum ratione innoteſcat?

ASSERTVM I. Deum eſſe ens ſimpliciter bonum, & omninò perfectum de fide eſt. Ita omnes Catholici, contra Idololatras, qui ſæpiſſimè rebus malis, & imperfectis diuinos cultus exhibuerunt. Item contra Hæreticos *ſuperiori cap. §. 1.* relatos, qui vltra Deum bonum, Deum alium malum expreſsè aſſeruerunt, quos Atheiſtis deteriores cenſuit Plutarchus *in moralibus*, dicens: *Leuius malum eſt deos omninè non credere, quam credere noxios.* 2.

Probatur teſtimoniis ſacræ Scripturæ, Pſalm. 117. *Confitemini Domino quoniam bonus.* Pſalm. 118. *Bonus es tu, & in bonitate tua,* &c. Luc. 18. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.* Exod. 33. *Oſtendam tibi omne bonum.* Matth. 5. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Confirmatur aliis Scripturæ locis, in quibus variæ perfectiones in particulari Deo tribuuntur. 1. Reg. 2. *Non eſt Sanctus, vt Dominus, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.* Secundo Machab. 1. *Domine Deus omnium creator, terribilis, & fortis, iuſtus, & miſericors, qui ſolus es bonus Rex, ſolus praſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus,* Pſal. 49. *Pulchritudo agri mecum eſt.* Iſa.

Deum eſſe bonum, & perfectum de fide eſt, & probatur ex Scriptura.

66. Nunquid ego, qui alios parere facio ipſe non pariam? Rom. 11. *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.*

3. Perfectum quoad id, quod ſignificat ex etymologia nominis, Deo non conuenit.

Neque hæ Authoritates detrimentum aliquod patiuntur ex verbis diui Gregotij *Primo Moralium, cap. 9.* dicentis: *Balbutiendo, vt poſſumus, excelſa Dei reſonamus; quod enim factum non eſt, perfectum propriè dici non poteſt.* Non inquam detrimentum patiuntur, quia perfectum dupliciter ſumi poteſt, vel ſecundum id, quod ſignificat ex origine, & etymologia vocabuli, vel ſecundùm id, quod ſignificat ex impoſitione Doctotum. Primo modo idem ſonat, ac eſſe totaliter factum, quod Deo non conuenit. Secundo modo importat id, *cui nihil deeſt in actu*, vt tradit Ariſtoteles 5. *Metaphiſ. tex. 21.* & D. Thomas 1. *part. quæſt. 4. art. 1. ad primum*, vel id, *cui non deeſt alicuius generis nobilitas*, vt tradit idem Diuus Thomas 1. *contra gentes, c. 28.* & hac ratione optime conuenit Deo perfectum, & perfectio. *Diuus Gregorius* verò loquitur in primo ſenſu, vt paret ex ipſius verbis.

4. Deum eſſe bonum, & perfectum, eſt naturaliter demonſtrabile.

Assertvm II. Deum eſſe ens ſimpliciter bonum, & omninò perfectum efficaci ratione innoteſcit, ſeu eſt naturaliter demonſtrabile. Ita Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 4. art. 1. quæſt. 6. art. 1. Primo contra Gentes, cap. 28. & 37.* Diuum Thomam ſequuntur Theologi, imò Catholici communiter inter quos fuſiùs rem explicant Ioannes à Sancto Thoma 1. *par. q. 4. diſp. 5.* Suarez *in Metaphyſ. diſp. 30 ſect. 1.*

Perfectum dupliciter dicitur, priuatiuè, & negatiuè: Deus eſt perfectus vtroque modo.

Probatur primò: Illud eſt ens ſimpliciter bonum, & omninò perfectum, cui nihil deeſt; non ſolùm priuatiuè, quatenùs non careat vlla perfectione debitâ, quomodo plura ſunt in ſuo genere perfecta; ſed etiàm negatiuè, quatenus nullà protſus perfectione careat, nulliuſque perfectionis negationem patiatur, eo quod nullius perfectionis ſit incapax, quo modo nulla creatura poteſt eſſe perfecta; ſed Deus ita ſe habet: ergo. Probatur minor: Deus non caret [illegible] perfectione debitâ, quia nec ab [illegible], nec à ſe poteſt tali perfection[illegible] ſpoliati: Non ab alio, quia hoc [illegible] deberet eſſe potentius Deo; non [illegible], quia nihil eſt inimicum, & no[illegible] ſibi; item quia non habet Deus huiuſmodi perfectionem à ſe poſitiuè, effectiuè, ſed negatiuè, & formaliter. Non etiam caret aliquâ perfectione negatiuè, & ex propria incapacitate, ratione cuius aliqua perfectio ei ſit indebita; tum quia nomine Dei ab omnibus intelligitur id, quo melius excogitari non poteſt, non eſſet autem huiuſmodi ſi eſſet incapax alicuius perfectionis, eſſet quippè melius id, in quo vltra ea omnia, quæ ſunt in Deo, conciperetur capacitas talis perfectionis, tum quia id cui negatiuè, & ex propria incapacitate deeſt aliqua perfectio, eſt in aliquo genere; in eo ſcilicet, in quo eſt talis perfectio, limitatum, & limitatæ capacitatis; ſed Deus talis eſſe non poteſt: ergo.

5. Probatur ſecundò ratione Diui Thomæ: Deus eſt primum principium efficiens rerum omnium, ſed huiuſmodi primum principium debet eſſe ſimpliciter bonum, & omninò perfectum: ergo. Maior habetur ex dictis *cap. 1. §. 2. & 3.* Minor probatur tum quia ſicuti principium materiale, in quantum huiuſmodi, eſt in potentia, ita principium efficiens in quantum huiuſmodi eſt in actu, & principium maximè efficiens, maximè in actu; ſed in tantum aliquod eſt perfectum, in quantum eſt in actu, perfectum quippè eſt, cui nihil deeſt, & non deeſt illud, quod eſt in actu: ergo principium maximè efficiens cuiuſmodi eſt principium primum debet eſſe maximè perfectum; tum quia principium efficiens debet continere perfectiones ſuorum effectuum, adeoque principium efficiens rerum omnium debet continere rerum omnium perfectiones, & per conſequens debet eſſe maximè perfectum. Ex eadem ratione primi efficientis in Deo probatur maxima bonitas, quia ſcilicet debet continere rerum omnium bonitatem, item quia importat maximam appetibilitatem; quælibet enim res cum appetat participare ſimilitudinem ſui agentis, appetit ſuum agens. In huius rei confirmationem Diuus Thomas 1. *part. quæſt 6. art. 1.* rectè affert verba Diui Dionyſij *in libro de diu. nom. cap. 4.* dicentis: *quod bonus dicitur Deus, ſicut ex quo omnia ſubſiſtunt*; adeoque attribuentis bonitatem Deo ratione efficientiæ in res omnes.

Perfectio, & Bonitas Dei probatur ex ratione primi efficientis.

Ad firmius ſtabiliendam vim efficaciſſimam poſitæ rationis, aduerte non ex quacumque continentia effectuum probari perfectionem cauſæ; ſed ſolùm ex continentia, qua effectus, vt loquitur Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 4 art. 2. in corp.* perfectiori modo exiſtat in cauſa, quàm *in* ſe, quod neque de cauſa materiali, neque de cauſa efficiente inſtrumentali verificatur; ideò neutra ex his probatur perfecta, ex eo quod effectus ſuos contineat; ſed verificatur de ſola cauſa efficiente principali, in qua ſi vniuoca ſit effectus continetur, & exiſtit perfectiori modo negatiuè, id eſt non perfectiùs in ſe, quàm in cauſa; ſi æquiuoca exiſtit in ipſa effectus perfectiori modo poſitiuè, id eſt perfectiùs in cauſa quàm in ſe. Neque dicas res quælibet perfectiori modo exiſtit quando eſt actu, quàm quando eſt in potentia; ſed effectus quilibet, dum eſt in cauſa eſt in potentia, dum eſt in ſe eſt actu: ergo ſemper exiſtit perfectiori modo in ſe, quàm in cauſa, non in cauſa perfectiori modo, quàm in ſe. Contra enim, ly *perfectiori modo*, vel comparari poteſt ad eſſe cauſæ, vel ad eſſe effectus in cauſa, & effectum exiſtere perfectiori modo in cauſa, quàm in ſe, vel ſignificat eſſe cauſæ eſſe perfectius, quâm eſſe effectus; vel ſignificat eſſe effectus in cauſa eſſe perfectius, quàm eſſe effectus in ſe: in primo ſenſu nos loquimur cum Sancto Doctore; in ſecundo ſenſu procedit oppoſitio, vt benè explicat Ioannes à S. Thoma 1. *part qu. 4. diſputat. 5. art. 1.* vbi etiam elucidat, & valdè corroborat aliud argumentum, quo D. Thomas probat Deum eſſe perfectiſſimum, 6.

Effectus quomodo ſit perfectiori modo in cauſa, quàm in ſe.

&

& continete umnem perfectionem eſſendi, quia eſt ens per ſe ſubſiſtens: Hæc ratio valdè profunda eſt, & in ipſa aſſerenda nihil habeo, quod vel addam, vel dettaham Ioanni à S.Thoma *mox* citato.

7. Allatæ rationes, aliæque roboris non inferiotis, quæ videri poſſunt apud Diuum Thomam 1. *contra Gent. cap.*28. & 37. apud Suarez *in Metaphyſ. diſp.*30. *ſect.*1. confirmantut auctotitatibus non ſolùm Sanctorum Pattum, vt Dionyſij Areopagitæ, *cap.*5. *de diu. nom.* Irenæi *lib.* 4. *cap.* 37. Clementis Alexandrini *lib.* 1. *pædagog. cap.* 9. Ambroſij *lib.*1. *Hexameron*, *cap.*4. Damaſceni *lib.*1. *Fidei*, *cap.*8. verùm etiam antiquorum Philoſophorum ſolo naturali lumine vtentium, vt ex Hetmete Triſmegiſto, Platone, Porphytio plura tefert Cyrillus *lib.* 1.

§. II.

Quotuplex ſit rerum omnium perfectio, & quomodo quælibet contineatur in Deo?

8. Perfectio alia ſimpliciter ſimplex, alia ſecundùm quid.

ASSERTVM I. Perfectio rerum omnium rectè duplex aſſignatur: Alia ſimpliciter ſimplex, & definitur illa, quæ in vnoquoque ente meliot eſt ipſa, quàm non ipſa. Alia ſecundùm quid, & definitut illa, qua non ipſa eſt melior; ſeu quæ non eſt melior ipſa, quàm non ipſa. Ita Theologi communiter cum Diuo Anſelmo, *cap.*14. *Monologij.*

Probatur, & explicatur: Perfectiones rerum aliquæ ſunt, quæ in ſuo conceptu formali ab omni impetfectione præſcindunt, & quantum eſt de ſe poſſunt ab omni imperfectione purgari, & in quocumque ſubiecto etiam perfectiſſimo recipi; huiuſmodi ſunt, eſſe intelligens, eſſe viuens, eſſe ſpirituale. Aliæ quæ imbibunt in ſuo conceptu formali imperfectionem à qua nullatenus poſſunt deputari; ſicuti nequeunt ſpoliari propriâ eſſentiâ, & tatione formali: iſtæ ſicuti neceſsatiò ſecum fetunt imperfectionem; ita nequeunt recipi, niſi in ſubiecto aliqualiter imperfecto, ſeu capaci imperfectionis. Perfectio primi generis dicitur perfectio ſimpliciter ſimplex, quia ſimpliciter tale eſt, quod non habet admixtionem contrarij. Perfectio ſecundi generis dicitur ſecundùm quid, quia ſecundùm quid tale eſt, quod habet mixtionem contrarij, & eſt tale ſecundùm aliquid ſui, non ſecundùm ſe totum. Illa definitur, quæ in vnoquoque ente meliot eſt ipſa, quàm non ipſa. Dicitur in vnoquoque ente, vt innuatur ad dignoſcendum, vtrum aliqua perfectio ſit ſimpliciter ſimplex, necne? faciendam eſſe comparationem ipſius ad ſubiectum ſub communi ratione entis, non ſub ratione ipſius differentiali, & proptia; ſic v.g. licet lapidi ſecundùm tationem differentialem, & propriam, nec bona, nec melior, imò, mala & deſtructiua ſit immaterialitas, non ideò deficit à conditione perfectionis ſimpliciter ſimplicis; quia eidem lapidi ſub communi ratione entis eſt melior ipſa, quàm non ipſa; id eſt quàm quæcumque alia perfectio abſolutè negabilis de ipſa, vel incompoſſibilis cum ipſa. Dixi abſolutè negabilis de ipſa, quia non deſinit perfectio eſſe ſimpliciter ſimplex, eo quod non ſit meliot perfectione non ipſa, ſeu negabili de ipſa virtualiter, & formaliſſimè; ſic intellectio non deſinit eſſe perfectio ſimpliciter, licèt non ſit melior volitione, & hæc virtualiter, ac formaliſſimè ſit non ipſa, ſeu negabilis de ipſa; eodem modo volitio non deſinit eſſe perfectio ſimpliciter, licèt, &c.

Perfectio ſimpliciter ſimplex dicitur, quæ in vnoquoque ente melior eſt ipſa, quàm non ipſa.

9. Dubitari poteſt vtrùm ad perfectionem ſimpliciter ſufficiat quod ſit melior ipſa, quàm non ipſa negatiuè; ita vt ſcilicet à nulla alia perfectione ſecum incompoſſibili excedatur; an neceſſe ſit, quod ſit melior ipſa, quàm non ipſa poſitiuè, ita vt ſcilicet omnem aliam perfectionem ſibi incompoſſibilem excedat: dubium eſt leuis momenti, in cuius ſolutione videtur eſſe poſſe pro ratione voluntas. Si primum affirmetur, ſuſtinetur rigoroſiùs definitio, & digniùs ſentitur de excellentia perfectionis ſimpliciter ſimplicis. Si affirmetur ſecundum, aperitur via ad aſſerendum relationes diuinas eſſe perfectiones ſimpliciter ſimplices, de quo *infrà, tractatu de Deo Trino, lib.*1. *cap.*8. §.3. Definitio perfectionis ſecundùm quid contenta eſt explicatione mox poſita pro definitione perfectionis ſimpliciter.

Perfectio ſimpliciter, vtrum debeat eſſe melior, quàm non ipſa poſitiuè: eſt dubium leuis momenti.

10. Ex his habetur primò falli nonnullos in hiſce definitionibus explicandis, dum vocant perfectionem ſimpliciter ſimplicem illam; quæ eſt melior ipſa, quàm non ipſa, id eſt quàm negatio ipſius: Certè in tali ſenſu omnis perfectio poſitiua eſſet ſimpliciter ſimplex, quia poſitiuum negatiuo, eius non-ente ſemper melius eſt; & vt communiter dicitur, melius eſt eſſe, quàm non eſſe. Habetur ſecundò non requiri ad perfectionem ſimpliciter ſimplicem, quod ſit melior omni alia perfectione, ſed ſolùm quod ſit meliot omni alia perfectione non ipſa, ſeu incompoſſibili cum ipſa in eadem entitate. Ex quo facilè explicatur quodlibet attributum in Deo eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, licèt non quodlibet ſit melius quolibet alio, imò detur aliquod aliquo alio minùs bonum, & minùs perfectum ſecundùm proprium conceptum formalem, vt *ſuprà* aſſerebatur *cap.*3. § 7.

Omnia attributa diuina ſunt perfectiones ſimpliciter, etiamſi ſint formaliter inæqualia.

11. ASSERTVM II. Perfectiones ſimpliciter ſimplices ſumptæ ſecundùm proprium conceptum formalem præciſè, & vt depuratæ ab omni imperfectione continentur in Deo formaliter: perfectiones ſecundùm quid continentur in Deo eminenter, quod ſi deinde nō ſolùm perfectiones ſecundùm quid, ſed etiam perfectiones ſimpliciter, ſumantur vt ſunt formaliter perfectiones creatæ, & vt exiſtunt in creaturis: iſtæ dici poſſunt contineri in Deo formaliter eminenter; illæ virtualiter eminenter. Ita Ioannes à S. Thoma 1. *part. quæſt.*4.

quæſt.4. diſp.5.art.2. alijque Theologi communiter, quamvis non omnes vtantur terminis adeò expreſſis.

Probatur, & explicatur prima pars de perfectione ſimpliciter ſimplici. Illa perfectio continetur in aliquo formaliter, quæ in ipſo propriè exiſtit ſecundùm ſuum conceptum formalem, ipſumque formaliter denominat; ſed ita ſe habet omnis perfectio ſimpliciter reſpectu Dei: ergo. Maior eſt communis explicatio continentiæ formalis. Minor probatur, tum quia Sapientia, v.g. verè denominat Deum formaliter ſapientem, intellectio intelligentem, nec apparet quid ſapientiæ, & intellectioni diuinæ deſit de conceptu formali ſapientiæ, & intellectionis ſecundùm ſe. Si enim aliquid deeſſe poteſt, hoc aliquid deberet eſſe imperfectum; at ſapientia, & intellectio ſecundùm proprium conceptum formalem nihil inuoluit imperfecti: ergo, tum quia non poteſt aſſignari modus altior continendi huiuſmodi perfectiones, quam ſecundùm proprium conceptum formalem; nullus enim modus eſt altior eo, qui nullam imperfectionem nullamque limitationem includit; ſed huiuſmodi eſt conceptus formalis perfectionis ſimpliciter ſimplicis: ergo.

Continentia formalis conſiſtit in eo, quod res contenta ſit ſecundùm proprium conceptum formalē, & denominet formaliter id, in quo continetur.

Dices: Si perfectiones ſimpliciter ſimplices eſſent in Deo ſecundùm proprium conceptum formalem, eſſent ſecundum eundem conceptum formalem in Deo, & creaturis; ſed hoc dici non poteſt, quia ſecùs huiuſmodi perfectiones eſſent vniuocæ Deo, & creaturis; vniuoca quippè ſunt ea, quæ conueniunt pluribus ſecundùm vnum, eundemque conceptum formalem: ergo. Nec impeditur vniuocatio ex diuerſitate modi, quem habent huiuſmodi perfectiones in Deo, & creaturis; enim verò diuerſitas auferens vniuocationem, & analogizans rationem communem, debet imbibi in ipſa ratione communi, nec ſatis eſt quod detinetur à modis contrahentibus. Sed contra diſtinguo maiorem, eſſent ſecundùm eundem conceptum formalem proportionaliter concedo, ſimpliciter nego, & quamvis, quæ ſunt analogicè talia analogiâ attributionis, non ſint talia formaliter vt exemplificari poteſt in medicina, quæ non eſt formaliter ſana, licèt ſit ſana analogicè; quæ tamen ſunt analogicè talia analogiâ proportionis, optimè ſunt talia formaliter, ſic ſubſtantia, & accidens; Deus, & creaturæ, ſunt formaliter ens, quamvis ſint ens analogicè. Diuerſitas igitur impediens continentiam vniuocam non ſemper impedit continentiam formalem, & conceptus, vt ſit idem formaliter, non eſt neceſſe, quod ſit idem ſimpliciter, & vniuocè; ſed ſatis eſt, quod ſit idem proportionaliter, & analogicè. Neque obſtant Sancti Patres ſæpiſſimè dicentes Deum non eſſe vitam; ſed ſuprà vitam; non eſſe mentem, ſed ſuprà mentem, id enim aſſerunt Sancti Patres, non vt excludant rationem formalem vitæ, & mentis à Deo; ſed vel vt excludant rationem formalem vniuocam; vel vt excludant modum, quo in creaturis reperiuntur. Ex quo etiam patet, cur Deus, licèt in ſe formaliter viuens, non cauſet tamen vniuocè viuentia creata, quia ſcilicet non eſt formaliter viuens vita vniuoca cum ipſis.

Perfectiones ſimpliciter ſunt in Deo, & creaturis ſecundùm eundem cōceptum formalem analogum, non vniuocum.

Quæ ſunt talia analogicè analogia attributionis non ſunt talia formaliter, ſecus de analogia Proportionis.

Deus quamvis formaliter viuens non cauſat vniuocè viuentia.

13\. Probatur ſecunda pars quoad perfectiones ſecundùm quid: Illa perfectio continetur in aliquo eminenter, quæ continetur in ipſo non ſecundùm proprium conceptum formalem imperfectum, ſed modo altiori præciſis imperfectionibus ita continetur in Deo omnis perfectio ſecundùm quid: ergo. Maior eſt communis explicatio continentiæ eminentialis, licèt à Suario *in Metaph.diſp. 30. ſect.1, num.11.* notetur tanquam obſcurior, & explicet ipſe continentiam eminentialem per ordinem ad cauſalitatem, dicit ſcilicet *num. 10. continere eminenter eſſe habere talem perfectionem ſuperioris rationis, quæ virtute contineat quicquid eſt in inferiori perfectione.* Verùm *Suarez* male notat tanquam obſcuriorem allatam explicationem, cum ſit per terminos negatiuos, qui ſolent eſſe magis noti, quàm poſitiue; malè etiam in ſua explicatione recurrit ad cauſalitatem, quia in explicatione cauſalitatis, ſeu virtutis cauſatiuæ cogeretur committere circulum; & poſt explicatam continentiam eminentialem per virtutem cauſatiuam cogetur explicare virtutem cauſatiuam per continentiam eminentialem, vtendo communi illo axiomate. Nemo dat, quod non habet; quod ſcilicet nullo modo, neque etiam eminenter contineat. Probatur minor primi argumenti: Perfectio ſecundùm quid in ſuo formali conceptu importat imperfectionem: in Deo nulla poteſt eſſe imperfectio: ergo perfectio ſecundùm quid non poteſt eſſe in Deo niſi modo altiori præciſis imperfectionibus.

Continentia eminentialis non benè explicatur per ordinem ad virtutem cauſatiuam.

14\. Dices: Deus producit in creaturis imperfectiones; ergo continet imperfectiones creaturarum. Illud enim commune, nemo dat, quod non habet, videtur de imperfectionibus æquè ac de perfectionibus procedere: ergo Deus non continet perfectiones ſecluſis imperfectionibus. Sed contrà ly, *nemo dat, quod non habet*, procedit de eo, quod datur propriè; non de eo, quod datur abuſiuè, ſicuti datur imperfectio, quæ dari dicitur per hoc præcisè, quod non datur forma oppoſita, ſeu perfectio illius imperfectionis excluſiua: Ideò, vel dato in ſenſu abuſiuo antecedente, nego conſequentiam; vel abſolutè, & propriè nego antecedens: & dico nullam imperfectionem habere cauſam propriè talem, quia nulla imperfectio habet eſſe propriè tale, cum ſit carentia perfectionis vlterioris; ſeu impeditio, non additio vlterioris eſſe: cauſa autem propriè talis reſpicit pro termino eſſe, non carentiam vlterioris eſſe; & dicitur talis, quia dat eſſe, non quia impediat eſſe.

Imperfectio propriè non producitur nec vlla habet Deum pro ſuo Autore, & cauſa.

Nullus igitur defectus, nulla imperfectio poteſt à Deo produci, Deoque tribui tanquam Auctori, & cauſæ; Deus enim non eſt propriè cauſa, niſi illius, quod in creatura habet eſſe, & terminat vlteriorem

cauſa

cauſalitatem ; imperfectio autem , vtpotè careos eſſe, ſeu dicens carentiam , impedit; non terminat vlteriorem Dei cauſalitatem, & prouenit ex limitatione creaturæ indigentis non vlterius extendi, non ex virtute Dei exercentis in tali imperfectione aliquam productionem, & efficientiam.

16. Probatur, & explicatur tertia pars : de perfectionibus ſumptis, vt formaliter exiſtunt in creaturis : Perfectiones ſimpliciter ſimplices , vt ſunt in creaturis ita præſcindunt ab omni imperfectione in ſuo conceptu formali, vt deinde imperfectionem inuoluant in modo exiſtendi. Perfectiones ſecundùm quid imperfectionem imbibunt, & in ſuo conceptu formali , & in modo exiſtendi : ergo illæ conſideratæ ſecundùm rationem formalem imperfectionis neſciam ſunt in Deo formaliter : conſideratæ ſecundùm modum exiſtendi imperfectione imbibitum ſunt in Deo eminenter , adeoque formaliter eminenter ſub diuerſa conſideratione : Iſtæ ſub nulla conſideratione ſunt imperfectionis expertes : ergo ſub nulla conſideratione poſſunt eſſe in Deo formaliter, ſed ſolùm purè eminenter , ſeu virtualiter eminenter, ſumendo ly *virtualiter*, non provt dicit contineri in alio modo imperfectiori; ſed provt præcisè dicit non contineri formaliter. Totum hoc expreſſit Diuus Thomas *1. part. quæſt.13.art.3.partim in Corp.* dicens: *In nominibus igitur , quæ Deo tribuuntur eſt duo conſiderare, ſcilicet perfectiones ipſas ſignificatas , vt bonitatem , vitam , & huiuſmodi , & modum ſignificandi : quantum igitur ad id quod ſignificant huiuſmodi nomina propriè competunt Deo , & magis propriè, quàm ipſis creaturis ; quantum verò ad modum ſignificandi non propriè dicuntur de Deo:* Partim *ad 1.* dicens : *Quædam nomina ſignificant huiuſmodi perfectiones a Deo procedentes in res creatas : hoc modo , quod ipſe modus imperfectus , quo à creatura participatur diuina perfectio in ipſo nominis ſignificato includitur , ſicuti lapis ſignificat aliquid materialiter ens , & huiuſmodi nomina non poſſunt attribui Deo , niſi Metaphoricè.*

Perfectiones ſimpliciter ſumptæ ſecundùm modum quē habent in creaturis, continentur in Deo formaliter eminenter.

17. Dubitari hic poteſt ; vtrùm perfectiones creaturarum , quæ non continentur in Deo formaliter ſecundùm eſſe entitatiuum, contineantur ſaltem in eodem formaliter ſecundùm eſſe intentionale , & repræſentatiuum. Reſpondetur negatiuè , nam contineri formaliter ſecundum eſſe intentionale , & repræſentatiuum eſt contineri per propriam ſpeciem ; Deus autem nullam habet ſpeciem propriam alicuius creatæ perfectionis , alioqui haberet in ſe aliquod creatum, cum ſpecies propria rei creatæ , non poſſit eſſe niſi quid creatum. Continet igitur Deus eſſe intentionale, vt repræſentatiuum talium perfectionum eminenter, quatenùs per propriam eſſentiam , tanquam per eminentiſſimam ſpeciem tales imperfectiones perfectiſſimè cognoſcit , & comprehendit : & Eſſentia diuina ita eſt vniuerſaliſſima omnium ſpecies , vt quæ in eſſe entitatiuo continet formaliter, repræſentet formaliter; quæ in eſſe entitatiuo continet eminenter, repræſentet eminenter. De quo latius Ioan. à Sancto Thoma 1. *part. quæſt. 4. diſput. 5. art. 2. num. 15.*

Perfectiones ſecundùm quid , neque etiam in eſſe intentionali, ſunt in Deo formaliter.

---

§. III.

Vtrùm Deus ita contineat rerum omnium perfectiones , vt ſit in omni genere entis infinitè perfectus ?

ASSERTVM I. Deus ita continet rerum omnium perfectiones , vt ſit in omni genere entis infinitè perfectus. Ita Theologi communiter cum Diuo Thoma 1. *par.quæſt.7.ar.1. Primo contra Gentes,cap.43.* contra nonnullos apud Bonauenturam *in 1. diſt.43. quæſt.2. in Corp.* volentes eſſe in Deo finitam eſſentiam , & infinitam ſolam potentiam ; item contra Vorſtium quemdam Caluiniſtam ex Becano 1. *part. tract.* 1.*cap. 5.* negantem infinitatem Deo tum in eſſe , tum in operari. Contra quos aſſertum, quod eſt veritas Fidei, 18.

Deum eſſe infinitum in omni genera entis eſt de Fide.

Probatur primò *ex Sacra Scriptura.* Pſalm. 144. *Magnus Dominus , & laudabilis nimis , & magnitudinis eius non eſt finis.* Baruch. 3. *Magnus , & non habet finem :* Confirmatur ex Concilio Lateranenſi, *capite firmiter , de ſumma Trinitate*, vbi Deum eſſe infinitum ſtatuitur : Idem tradunt ſæpiſſimè Sancti Patres , D. Gregorius Nazianzenus *oratione in Natalitia*, Deum appellat *infinitum quoddam, & interminatum eſſentiæ pelagus*, D. Dionyſius *cap.5. de diu. nom.* ait : *Deus non quovis modo eſt ens ; ſed ſimpliciter , & incircumſcriptè , totum eſſe in ſe pariter complexus , & anticipans.* Idem tradunt Damaſcenus 1. *de Fide* , *cap.* 4. Auguſtinus 8. *de Trinit. cap.3.* Hilarius *lib.1. de Trinit. circa initium.* Quæ Concilij, & Sanctorum Patrum Autoritates euincunt allata loca Scripturæ non poſſe intelligi in ſenſu improprio , licèt quandoque in Scriptura infiniti nomen in ſenſu improprio vſurpetur , & tribuatur creaturis , vt cum dicitur Num.20. *Egreſſus eſt obuiam Rex Edom cum infinita multitudine.* Ioſuë 22. *Ædificauerunt altare infinita magnitudinis.*

Probatur ſecundò : Diuus Thomas 1. *contra Gentes, cap 43.* probat Deum eſſe infinitum , quia omnium generum perfectiones continet , & 1. *part.quæſt.6.art.3.* probat Deum eſſe bonum ſummum,non verò ſolùm in aliquo genere, vel ordine rerum; quia omnes perfectiones effluunt ab eo , tanquam à prima cauſa ; effluunt autem ab eo , quia ab eo continentur : ergo ex eo , quod Deus contineat rerum omnium perfectiones, probatur eius infinita perfectio in omni genere entis , & ita continet rerum omnium perfectiones , vt ſit in omni genere entis infinitè perfectus. Dum Deus dicitur perfectus ; & infinitus in omni genere entis debet id in- 19.

telligi, vt loquitur Diuus Thomas *art. cit. ad 3.* per exceſsum, cæterum repugnat Deo formaliter eſſe in genere, cum repugnet conceptus vniuocus Deo, & creaturis; multo magis eidem repugnat eſse in omni genere, cum plura genera ſint inter ſe pugnantia: eſt igitur Deus in omni genere per exceſsum, & eminentiam; cauſando, & continendo modo excellentiſſimo omnium generum perfectiones; cæterum abſolutè, & & formaliter eſt ſupra, & extra omne genus. Hoc quod eſt Deum modo explicato eſſe in omni genere, & extra omne genus videtur expreſſiſſe *Gregorius Nazianzenus* in quodam carmine, in quo, vt refert Leſſius *de perfectionibus diuinis, lib.1.cap.1. num.5.* vocat Deum omnia, & nihil rerum; omninomium, & innominabilem.

Deus eſt infinitus in omni genere, & in omni genere eſt per exceſsū, formaliter verò eſt extra, & ſupra omne genus.

Deus eſt omnia, & nihil, omninomius, & innominabilis.

20.

Dices: Perfectiones rerum omnium ſimul ſumptæ non ſunt quid infinitum ſimpliciter, & in eſſentia, vt patet in aggregato omnium creaturarum poſſibilium: ergo ex continentia omnium perfectionum non benè arguitur in Deo perfectio infinita ſimpliciter. Accedit quod continere infinitas perfectiones, etiam ſpecie diuerſas, nullam arguit infinitatem; intellectus enim creatus, qui eſt potentia finita, poteſt elicere infinitos actus ſpecie diuerſos: ergo continere omnes perfectiones non arguit infinitatem omnimodam, ſeu in omni genere. Sed contra: Perfectiones rerum omnium, vel ſumi poſſunt cum mixtura imperfectionum, vel vt ab omnibus imperfectionibus depuratæ, & vt habentes modum exiſtendi eminentiſſimum, ſimpliciſſimum, indefectibilem, &c. Primo modo verum eſt perfectiones rerum omnium non eſſe quid infinitum ſimpliciter, & in eſsentia; ſed ſolùm in numero, nec aliud probat id quod affertur de aggregato omnium creatorum poſſibilium, & id, quod additur de cōtinentia infinitarum perfectionum ſpecie diuerſarum; imperfectionum quippe conſortiū minuit conceptum perfectionis, nec habet omnimodam perfectionem, quod aliquo modo imperfectum eſt. Secundo modo falſum eſt rerum omnium perfectiones, ipſarumque continentiam omnimodam, & ſimpliciter infinitam perfectionem non arguere; inexcogitabilis enim eſt conceptus exprimens maiorem imperfectionem eo, quo exprimitur omnis perfectio ſine vlla imperfectione. Corroborari hoc poteſt ex doctrina, quam aliqui afferunt in quæſtionibus de Incarnatione dicentes Chriſtum, ſeu complexum ex humanitate, & verbo eſſe quid minùs amabile, & minùs ſanctum; quàm Verbum ipſum ſecundùm ſe, quatenùs licèt complexum ex humanitate, & Verbo inoluat ſanctitatem, & amabilitatem Verbi; inoluit tamen ipſam cum aliqua imperfectione tum Phyſica, putà cum eſſe defectibili; tum morali, putà cum potentia remota peccandi: In Verbo autem amabilitas, & ſanctitas eſt ab omni imperfectione depurata. Et ſicuti ſubiectum habens octo gradus caloris ſine vllo frigore eſt ſimpliciter calidum, ſecus ſi habeat eoſdem octo gradus caloris cum aliquo frigore, vel cum octo gradibus frigoris its, &c.

Perfectiones rerum omnium cum mixtione imperfectionum nō probant infinitum ſimpliciter, benè tamen ſine tali mixtione.

Verbum diuinum eſt quid ſanctius Chriſto, ſeu cōplexo ex humanitate, & Verbo.

Infinitati diuinæ hueuſque à nobis probatæ, & explicatæ optimè congruit definitio Leſſij *lib.1.de diuin. perfect.cap.1. num.5.* dicentis: *Infinitudo diuinæ eſſentiæ, eſt omnis perfectionis, & entitatis ſimpliciſſima, & eminentiſſima complexio.* Item definitio Scoti quod *lib.5. §. Ex hoc vltra,* deſcribentis infinitum in entitate eſſe illud, *cui nihil entitatis deeſt eo modo, quo poſſibile eſt illud haberi in aliquo vno.* 21.

Infinitas diuina definitur dupliciter.

---

§. IV.

Vtrùm aliter quàm ex continentia perfectionum rerum omnium probari poſſit Deus in omni genere entis infinitè perfectus?

ASSERTVM: Aliter quàm ex continentia, &c. probari poteſt, &c. ſpecialiter verò à priori ex eſse à ſe; à poſteriori ex Infinitate cuiuſlibet particularis attributi diuini. In eo quod infinita Dei perfectio poſſit aliis modis probari omnes conueniunt, in modis deinde ſpecialibus aſſignandis omnes ferè differunt. Vterque modus à nobis allatus videtur eſse *D.Thomæ.* Primus traditur *1. part. quæſt.7. art.1.* quamvis aliter à pluribus Thomiſtis intelligatur, vt videre eſt apud Suarez *in Metaph.diſp.30.ſect.2.n.18.* Secundus traditur *Primo contra Gent.cap.43.arg.9.* Vtrumque approbat Herinx *diſp.3 q.2.* 22.

Probatur aſſertum quoad primam partem; Quod ſcilicet infinita Dei perfectio probetur à priore ex eſse à ſe; tum quia eſse à ſe in Deo eſt ratio omnium prima; tum quia quod eſt à ſe nihil habet à quo finiātur, & creatura ideò eſt finita, quia eſt ab alio, à quo finitur, vt ſuprà tradebatur *cap.2. §.2. aſſert.5. probatione tertia:* ergo à priori ex eſse à ſe probatur infinita Dei perfectio.

Infinita Dei perfectio probatur à priori ex eſſe à ſe.

Dices malè ſupponi creaturam eſse finitam, quia eſt ab alio, à quo finitur; ſed, vt contendit Arriaga *1. part. diſput.2. ſect.7. n.54.* eſse finitam ex natura ſua; nec Deum poſse Angelum, v.g. ſubſtantialiter meliorem, aut peiorem facere; ſed ex ſuppoſitione, quod velit Angelum facere, debere eum talem facere, qualis eſse petit ex natura ſua; adeoque quod Angelum faciat finitum non eſt ex voluntate ipſius Dei dantis eſse, ſed ex natura Angeli non potentis aliter eſse. Eodem igitur modo, licèt Deus ſit à ſe; nec habeat aliud, à quo finiatur, dici poterit finitus ex natura ſua, nec ex eſse à ſe ſufficienter probatur ipſius infinitas. Sed contra: Creaturam eſse finitam ex natura ſua non excludit creaturam eſse finitam, quia eſt ab alio; imò cum natura, & eſsentia formaliſſima creaturæ ſit eſse ab alio, dicere creaturam eſſe finitam ex natura ſua eſt dicere eſse finitam, quia eſt ab alio; quod deinde eſſe taliter finitum, putà quòd Deus non poſſit facere Angelum, niſi tali modo; prouenit non ex eſse 23.

Creaturam eſſe finitam ex natura ſua eſt idem ac eſſe finitam, quia eſt ab alio.

eſſe ab alio, ſed ex propria differentia talia creaturæ, nihil intereſt ad præſens inſtitutum. Ex eo igitur quod creatura ſit finita ex natura ſua non arguitur, quod etiam Deus poſſit dici finitus ex natura ſua, quia natura creaturæ eſt eſſe ab alio; natura ſeu eſſentia Dei eſt eſſe à ſe, quæ ſunt rationes oppoſitæ; ideò debet argui ex oppoſito ſic: creatura ex natura ſua, & quia eſt ab alio eſt finita: ergo Deus ex ſua natura, & quia eſt à ſe eſt infinitus; ſeu quod idem eſt: creatura quia habet eſſe receptum eſt finita: ergo Deus, quia habet eſſe irreceptum, & per ſe, ſeu à ſe ſubſiſtens, eſt infinitus. In quo videtur conſiſtere tota vis rationis Diui Thomæ 1. *part. quæſt.* 7. *art.* 1. quæ ſi, vt contendunt plures Thomiſtæ, probet infinitatem præciſè ex ratione formæ irreceptæ in materia, non videtur omninò efficax; nam cum non poſſit efficaciter probari in creaturis diſtinctio exiſtentiæ ab eſſentia, etiam exiſtentia creata eſt forma ſubiectiuè irrecepta, ſeu non recepta in eſſentia tanquam in ſubiecto, & materia; debet igitur probari Dei infinitas ex eſſe irrecepto effectiuè, adeoque ex eſſe à ſe.

Eſſe irreceptum ſubiectiuè non probat Dei infinitatem, ſed ſolùm eſſe irreceptum effectiuè.

24. Probatur aſſertum quoad ſecundam partem, quod ſcilicet infinita Dei perfectio probetur à poſteriori ex infinitate cuiuſlibet particularis attributi diuini. Infinita proprietas arguit infinitatem illius eſſentiæ, ſeu naturæ, cuius eſt proprietas; ſed *ex ſuprà dictis, cap.* 3. §. 1. *aſſert.* 1. Attributum diuinum eſt quaſi proprietas diuinæ eſſentiæ, ſeu naturæ: ergo ex attributi diuini infinitate, &c. Et quia deinde eſſentia infinita habet infinitas omnes ſuas proprietates, ex infinitate vnius diuini attributi arguitur conſequenter infinitas aliorum omnium. Porrò quod aliquod attributum diuinum infinitum ſit, videtur euidenter conſtare ſaltem in Potentia Dei, quæ ſecundùm ſe poteſt producere omnia producibilia, etiam infinita ſimul, ſi infinita ſimul producibilia ſunt. Maior primi argumenti probatur; Eſſentia eſt aliquò modo cauſa ſuæ proprietatis, ipſam aliquo modo continet, cum ipſa proportionem habet; entitas autem finita non poteſt eſſe cauſa entitatis infinitæ, non poteſt ipſam continere, non poteſt cum ipſa habere proportionem.

Proprietas infinita infert eſſentiã, ſeu naturam infinitam.

25. His modis melius probatur infinita perfectio, ſeu omnimoda infinitas Dei, quam vel probauerit *Ariſtoteles* ex motu Cœlorum ab æterno, qui nec de facto ab æterno fuit, nec ſi fuiſſet neceſſariò inferret virtutem motiuam infinitam; nam ſicuti ſol ab æterno productus potuiſſet ab æterno illuminare, ita Angelus ab æterno productus potuiſſet ab æterno Cœlos mouere, cum præcipuè cœlos mouendo nullam ipſe defatigationem patiatur: vel probauerit Suarez *in Metaphyſ. diſp.* 30. *ſect.* 2. *num.* 15. ex virtute creatiua, cum non ſatis conſtet hanc puræ creaturæ, & enti finito repugnare: vel probent aliqui *Thomiſtæ* ex eo, quòd Deus ſit ſuum eſſe, habeat ſcilicet exiſtentiam indiſtinctam ab eſſentia, cum extra Scholam Thomiſticam commune ſit etiam creaturis habere exiſtentiam ab eſſentia indiſtinctam; & iuxta mox dicta ex eſſe per eſſentiam, ex eſſe irrecepto, non probetur efficaciter omnimoda Dei infinitas, niſi quatenùs huiuſmodi terminis importatur eſſe ſimpliciter à ſe: vel denique probet Granadus 1. *part. tract.* 3. *diſp.* 2. ex eo, quod Deus ſit id, quo melius excogitari non poteſt; nam ſi per impoſſibile nihil daretur ſuperius Angelo, Angelus eſſet id, quo melius excogitari non poſſet, & tamen non eſſet infinitus; non enim ex vi talis ſuppoſitionis præciſè euaderet perfectior, quàm nunc ſit; ratio à priori eſt, quia non benè explicatur intrinſeca perfectio ex carentia alicuius ſuperioris, & perfectioris; adeoque nec perfectio omnimoda, ſeu infinita ex carentiâ cuiuſcumque perfectioris; hoc quippe eſt ab extrinſecis emendicare explicationem perfectionis intrinſecæ: Et ſicut ego, v.g. non ſum magis, vel minùs doctus ex eo, quòd præciſè ſit, vel non ſit alius doctior, ita &c. Tandem peccatum mortale eſt in ſupremo genere mali, & eſt id, quo peius excogitari non poteſt; & tamen non eſt malum ſimpliciter infinitum: ergo à pari, ſeu ex oppoſito, &c.

Infinitas Dei non probatur ſufficiẽter ex motu ab æterno, nec ex virtute creatiua, &c.

Ex dictis in præſenti, *& ſuperiori*, §. patet obiter infinitum ſimpliciter, nec ſufficienter explicari per hoc quod nihil habeat ſupra ſe, ſeu ab alio non excedatur; nec per hoc quod infinita habeat infra ſe, ſeu infinita contineat: ex quibus firmiùs euincitur doctrina ſuperioris, §. quod ſcilicet nequeat melius explicari abſolutiſſima Dei infinitas; quàm per hoc, quod omnia, ſeu omnes perfectiones contineat, non quomodocumque, ſed modo eminentiſſimo, & præciſa omni imperfectione. Hoc conſortium infinitatis, & perfectiſſimæ omnium continentiæ indicauit Diuus Dionyſius *de diuin. nom. cap.* 5. illis verbis: *Cuncta continet Deus ſecundùm ſuperexpenſam ſimplicem infinitatem ſuam.* 26.

Infinitum ſimpliciter, nec eſt illud, quod non exceditur, nec quod, vel infinita habet infrà ſe, vel infinita continet.

§. V.

Vtrùm perfectio infinita; ſeu perfectio, & infinitas in Deo ſint ſpeciale attributum?

ASSERTVM: Perfectio infinita in Deo, ſumpta formaliter, vel pro collectione ex infinitis perfectionibus omnium diuinorum prædicatorum, vel pro ſpeciali perfectione infinita, quam importat quodlibet diuinum prædicatum, non eſt ſpeciale attributum in Deo; benè tamen eſt ſpeciale attributum ſumpta radicaliter pro infinita perfectione eſſentiali immediatè conſequente ad eſſe à ſe. Fauent huic aſſerto Herinex *diſputat.* 3. *quæſtione* 2. *numero* 12. Gabriel à Sancto Vincentio *diſput.* 7. *dub.* 1. §. 2. *n.* 12. 27.

Infinitas in Deo alia formalis, alia radicalis, iſta non illa eſt ſpeciale attributum.

Probatur, & explicatur: Infinitas in Deo ex ſuptapoſitis *cap.* 2. §. 1. *aſſert.* 2. vel ſumitur provt dicit eſſe in omni genere infinitum, vel ſumitur provt dicit indeterminatè quodammodo eſſe infinitum in quolibet particulari genere aſſignabili, putà in genere ſeu linea intelligentis, volentis, ſapientis, &c. Vel tandem ſumi poteſt pro infinitate ſpeciali in linea eſſentiæ formaliſſimæ. Infinitas primo, & ſecundo modo, dici poteſt infinitas formalis; quia concipitur exercete præcisè munus formæ actuantis, nullatenùs verò radicis, ex qua aliquid aliud, vt ita dicam, pullulet. Infinitas tertio modo dici poteſt infinitas radicalis, quia non ſolùm eſt forma quodammodo actuans eſſentiam Metaphyſicam Dei; ſed inſuper eſt proxima radix, ex qua pullulat ſpecialis infinitas propriæ lineæ in quodlibet diuinum prædicatum; nam quod omnia diuina prædicata in ſuâ lineâ infinita ſint habent formaliter, & proximè ex eo, quod profluant ab eſſentia, vt in ſua linea, infinita. Infinitas primi, & ſecundi generis, non eſt ſpeciale Dei attributum, quia illa omnia Dei attributa complectitur, iſta omnia Dei attributa tranſcendit; illa ex omnibus attributis conſurgit, iſta per omnia attributa vagatur, adeoque neutra eſt proprietas diſtincta à cæteris, vt requiritur ad rationem ſpecialis attributi *ex dictis, cap.* 5. §. 1. *aſſert.* 1. Infinitàs tertij generis cum ex vna parte ſiſtat præcisè in linea eſſentiæ, aliaque prædicata nec tranſcendat, nec includat; ex alia parte ſit perfectio formaliter in Deo exiſtens, & ab ipſa formaliſſima eſſentia, id eſt ab aſeitate profluens, eique quaſi adiacens, videtur habere omnia requiſita ad rationem ſpecialis attributi, propterea non debet à ſerie, & Catalogo diuinorum attributorum excludi.

---

§. VI.

Vtrùm Deus, & creaturæ ſimul ſint quid perfectius, & maius bonum, quàm Deus ſolus?

28. **A**ssertvm I. Deus, & creaturæ ſimul non ſunt ſimpliciter, & intenſiuè quid perfectius, & maius bonum, quàm Deus ſolus, imò in rigore è contra Deus ſolus eſt ſimpliciter, & intenſiuè quid perfectius, & maius bonum; quàm Deus, & creaturæ ſimul. Ita præſertim quoad primam partem, cum Diuo Thoma, & Scoto *locis infrà in probatione citandis.* Syluius *quæſt.* 4. *artic.* 2. *conc.* 1. Ioannes à S. Thoma *quæſt.* 4. *artic.* 2. *num.* 22. Gabriel à Sancto Vincentio *diſp.* 4. *dub.* 2. §. 3. Molina *quæſt.* 6. *diſp.* 1. Herinex *diſput.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 5. aliique Théologi communiter, cum quibus prima pars conclusionis

Deus, & creaturæ ſimul nō ſunt intenſiuè maius bonū, quā Deus ſolus.

Probatur primò ex Diuo Auguſtino 6. *de Trinit. cap.* 8. dicente: *Cum creatura adhæreſcit creatori, illa ſit maior, quàm erat, non ille.* Ex Diuo Thoma *in quæſtionibus diſputatis, quæſt.* 5. *de malo, art.* 1. *ad* 4. *Bonum creatum additum bono increato non facit maius bonum, nec magis beatum; cuius ratio eſt, quia ſi duo participantia coniungantur, augeri poteſt in eis id, quod participatur; ſed ſi participans addatur ei, quod eſt per eſſentiam tale, non facit aliquid maius* 1. 2. quæſt. 34. artic. 3. ad ſecundum: *Optimum ſimpliciter, per cuius participationem omnia ſunt bona, ex nullius additione ſit melius* 1. part. quæſt. 103. artic. 3. ad tertium: *Ei, quod eſt eſſentialiter bonum, non poteſt fieri aliqua additio bonitatis.* Ex Scoto quodlib. 5. §. *Etſi dicas: Deus, & creatura non excedunt Deum, tum quia quodlibet illorum plurium non eſt æquè bonum cum vno illorum,* &c.

Probatur eadem prima pars ſecundò: Illud eſt ſimpliciter, & intenſiuè maius, & perfectius, in quo ſunt plures gradus perfectionis, ſed in Deo, & creaturis ſimul non ſunt plures gradus perfectionis, quàm in ſolo Deo: ergo. Maior patet, quia intenſio ex gradibus, & maior intenſio ex pluribus gradibus conſurgit. Minor probatur: In ſolo Deo ſunt omnes perfectiones creaturarum *ex ſupradictis*, §. 2. *&* 3. Ergo. Confirmatur: Deus ſolus eſt obiectum beans, nec creaturæ ſimul cum Deo ſunt obiectum magis beans, quàm Deus ſolus: ergo Deus ſolus eſt ſummum bonum, imò vt habetur Exodi 33. *Omne bonum*; nec Deus, & creaturæ ſimul ſunt obiectum magis bonum, quàm Deus ſolus. Conſequentia patet, quia ratio beatitudinis, ratio boni, & ratio finis conuertuntur. Antecedens probatur ex Auguſtino 5. *Confeſſ. cap.* 4. *Beatus qui te ſcit, etiamſi illa neſciat; qui verò & te, & illa nouit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolùm beatus eſt.* 29.

Deus, & creaturæ nō ſunt obiectū magis beās, quàm Deus ſolus.

Probatur ſecunda pars: Illud, quod eſt tale ſine mixtione contrarij, eſt ſimpliciter, & abſolutè magis tale, quàm illud, quod eſt tale cum mixtione contrarij: Deus ſolus eſt quid maximè perfectum, & bonum præciſo, ac ſecluſo omni imperfecto, & malo: Deus, & creaturæ ſimul ſunt quid perfectum, & bonum; ſed cum mixtione imperfecti, & mali, huiuſmodi enim aggregatum, vt dicit perfectiones creaturarum, dicit ſimul aliquod imperfectum, vel in ratione formali; ſi ſermo ſit de perfectionibus ſecundùm quid; vel ſaltem in modo exiſtendi, ſi ſermo ſit de perfectionibus ſimpliciter: ergo. Confirmatur: Perſona Verbi, vt habens vnitam naturam humanam, ſeu ſimul cum natura humana, non eſt quid perfectius, & maius Perſonâ Patris, ſed potius eſt quid imperfectius, & bonum minus: ergo Deus, & creaturæ non ſunt maius bonum, quàm Deus ſolus; ſed potius è contra eſt maius bonum Deus ſolus. Antecedens probatur tum ex illo Ioannis 14. *Pater maior me eſt*; tum ex ſuprapoſitis *in calce* §. 3. de maiori amabilitate, & ſanctitate Verbi diuini ſecundùm ſe, quàm complexi ex humanitate, & Verbo. 30.

Deus, & creaturæ ſūt in rigore minus bonū, quàm Deus ſolus.

Asser

31\. Deus, & creaturæ neque etiam extenſiuè ſunt propriè quid perfectius, & maius.

ASSERTVM II. Deus, & creaturæ ſimul neque etiam extenſiuè ſunt quid perfectius, & maius bonum, quam Deus ſolus; niſi ly, *extenſiuè*, ſumatur impropriè, prout præcisè dicit numerum, & pluralitatem rerum habentium perfectionem: Ita Nazarius 1. *part. quæſt.* 6. *art.* 2. Siluius *loco ſuprà citato, concl.* 2. & alij contra Durandum *in* 1. *diſt.* 49. *quæſt.* 3. volentem conſurgere ex Deo, & creaturis quid ſimpliciter, & abſolutè extenſiuè perfectius, & melius.

Probatur primò ex Diuo Thoma *in* 3. *diſt.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 3. *ad* 1. vbi de Verbo incarnato, ita habet: *In Perſona compoſita, quamvis ſint plura bona, quàm in Perſona ſimplici, quia eſt ibi bonum increatum, & bonum creatum; tamen Perſona compoſita non eſt maius bonum, quàm ſimplex, quia bonum creatum ſe habet ad bonum increatum, ſicuti punctum ad lineam*; ſed punctum cum linea, neque etiam extenſiuè facit aliquid maius: ergo. *In primo, diſt.* 24. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 4. vbi ita concludit: *Ex hoc non ſequitur, quòd Deus ſit pars alicuius; vel quòd Deus, & Angelus ſint aliquid maius, quàm Deus, ſed quòd ſint plures res.*

32\. Aggregatum ex pluribus ſolùm analogicè conuenientibus eſt impropriè extenſiuè perfectius.

Probatur ſecundò: Ex pluribus ſolùm analogicè conuenientibus non conſurgit niſi impropriè aliquid extenſiuè perfectius, & maius; ſed Deus, & creaturæ ſunt aggregatum quoddam ex pluribus ſolùm analogicè conuenientibus: ergo. Minor ſupponitur, Maior probatur tum exemplo ſubſtantiæ, & accidentis; tum ex eo quia perfectio extenſiua propriiſſima eſt, in qua eadem numero perfectio eſt in pluribus partibus ſubiecti; minus propria, in qua perfectio eadem ſpecie, vel genere: ergo creſcit perfectio extenſiua impropriiſſimè, quando perfectio ſolùm analogicè eadem eſt in pluribus ſubiectis; ſicuti eſt perfectio in Deo, & creaturis. Confirmatur: Deus continet non ſolùm intenſiuam, ſed etiam extenſiuam perfectionem creaturarum, quia continet omnem ipſarum perfectionem: ergo ex Deo, & creaturis non ſolùm intenſiuè, ſed nec etiam extenſiuè fit quid propriè perfectius, & maius; nec eſt maior ratio, cur Deus, ex eo quod contineat modo eminentiſſimo omnes perfectiones intenſiuas creaturarum, nequeat cum ipſis facere quid intenſiuè maius, quàm ex eo contineat modo eminentiſſimo, id eſt ſine diſtinctione actuali, & ſeparabilitate, & extreitate perfectiones extenſiuas creaturarum, nequeat cum ipſis facere quid propriè maius extenſiuè; & malè Gabriel à S. Vincentio 1. *part. diſp.* 4. *dub.* 2. *num.* 18. exiſtimat ex continentia eminentiſſima omnium perfectionum probari ſolùm, quòd nequeat Deus facere quid maius intenſiuè: malè inquam, quia id probatur ex continentia eminentiſſima perfectionum intenſiuarum, non ex continentia eminentiſſima perfectionum omnium quomodocumque etiam extenſiuarum, ex hoc enim probatur aliquid amplius, ſcilicet neque etiam poſſe fieri maius extenſiuè.

Deus continet eminentiſſimè etiam extenſiuas perfectiones creaturarum.

33\. Si quæras quid in rigore addat eſſe perfectius extenſiuè ſupra hoc, quod eſt eſſe plura perfecta, ſeu eſſe plures res habentes perfectionem. Patet ex dictis duo addere; quod ſcilicet huiuſmodi plura perfecta habeant inter ſe conuenientiam pluſquam analogicam, & quòd non omnia ſecundùm omnem perfectionem, etiam extenſiuam contineantur in aliquo vno; & hinc habetur incongruè, & inutiliter Durandum *loco ſuprà citato*, ad probandum Deum, & creaturas eſſe quid extenſiuè melius Deo ſolo, aſſumere propoſitionem illam: *Nemo ſanæ mentis poteſt concipere, quod duo non ſint plura vno*; qua probatione indicat ſe à cæteris diſſentire in modo potius loquendi, quàm in re; vnde eius opinio videtur nimis rigidâ cenſurâ notari, dum à Trigoſio 1. *part. quæſt.* 2. *art.* 3. *dub.* 5. periculoſa, à Chartuſiano *in* 1. *diſt.* 44. *quæſt.* 1. rudis nuncupatur.

Eſſe perfectius extenſiuè quid propriè addat ſupra eſſe plura perfecta.

CAPVT VI.

De Simplicitate Dei.

1\. SIMPLICITAS omnis explicari ſolet per negationem compoſitionis, & maiori id iure exigit ſimplicitas Dei, qui melius cognoſcitur per negationes, ſeu conceptus negatiuos, quàm per affirmationes, ſeu conceptus affirmatiuos, vt ex *Dionyſio, Auguſtino*, & aliis tradit Valentia 1. *part. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 1. vbi etiam aſſignat rationem ſitam in eo quòd, dum formamus de Deo propoſitionem negatiuam, non ſolùm cognoſcimus eſſe veram negationem; ſed etiam cognoſcimus perfectè, & diſtinctè prædicatum, quod de Deo negamus, cum tale prædicatum ſit quid creatum; at dum formamus de Deo propoſitionem affirmatiuam, cognoſcimus quidem eſſe veram affirmationem, at non cognoſcimus perfectè, & diſtinctè prædicatum, quod affirmamus vtpotè quod eſt quid diuinum, increatum, & ſuperans omnem noſtram cognoſcitiuitatem, vnde Diuus Dionyſius *cap.* 1. *de myſtica Theologia*, habet *diuinitatem eſſe ſuper omnes affirmationes.* Vt igitur innoteſcat qualis ſimplicitas in Deo ponenda ſit, explicari debet qualis compoſitio à Deo excludenda. Multiplex autem eſt compoſitio; alia ex materia, & forma ſubſtantiali; alia ex partibus integrantibus alia ex ſubiecto, & accidente; alia ex natura, & ſuppoſito; alia ex genere, & differentia; alia ex eſſe, & eſſentia. Primæ quatuor compoſitiones ſunt reales, & inter extrema diſtincta realiter. Quinta eſt rationis, & inter extrema diſtincta per intellectum. Sexta extra Scholam Thomiſticam vt plurimùm eſt rationis, in Schola Thomiſtica eſt realis in creaturis: aſſignari inſuper poteſt alia compoſitio rationis, quæ tamen non ſit ex genere, & differentia; ſed ex eſſentia, & proprietate, ſeu quaſi ex ſubiecto, & accidente Metaphyſico:

Deus à nobis melius cognoſcitur per negationes, quàm per affirmationes & cur?

Compoſitionis in ordine ad ſe ſeptem genera aſſignari poſſunt, & totidem compoſitionis in ordine ad aliud.

phyſico. Hæ omnes compoſitiones conueniunt rei in ordine ad ſe, & quælibet eſt compoſitio quaſi paſſiua, qua conſurgit vna res compoſita ex pluribus componentibus. Datur vlteriùs compoſitio quaſi actiua conueniens rei in ordine ad alia, ratione cuius ſcilicet rei aliqua non componitur in ſe, ſed facit cum re alia compoſitionem, vel realiter, vel ratione; vel tanquam materia cum forma, vel tanquam ſubiectum cum accidente, &c. Vnde huius compoſitionis tot proportionaliter membra aſſignari poſſunt, quot compoſitionis in ordine ad ſe, vt patere poteſt conſideranti.

---

§. I.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat omnem compoſitionem ſubſtantialem ex materia, & forma etiam incorporeis, & ſpiritualibus?

2. ASSERTVM I. Simplicitas Dei excludit compoſitionem ſubſtantialem ex materia, & forma corporeis. Eſt veritas Fidei contra ſtoliditatem plurium, tum ethnicorum, tum hæreticorum. Inter ethnicos compoſitionem ex materia, & forma corporeis Deo tribuerunt Stoici ſentientes Deum eſſe hunc mundum, qui ſenſu percipitur. Inter hæreticos eandem compoſitionem Deo attribuerunt Anthropo-Morphitę, (ita dicti vocabulo compoſito ex ἄνθρωπος quod hominem, & μορφὴ, quod formam ſignificat) qui malè intelligentes loca Scripturæ ſæpiùs tribuentis Deo membra corporea, puta oculos, brachia, &c. docuerunt illud Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, impletum fuiſſe ſecundùm corpus, in quo volebant hominem Deo aſſimilari, & per conſequens Deum componebant ex materia corporea: Hi Hæretici dicuntur etiam Audiani, eo quod Auctorem habuerint Audium quendam, ſeu Audeum virum Religioſum, & Monachum: ab aliquibus eluxato vocabulo vocantur Vadiani: ab aliis Odiani, vt notat Vaſquez 1. *part. diſp.* 21. *cap.* 1.

3. Probatur primò: Si Deus eſſet compoſitus ex materia corporea, & forma, & ex materia, & forma corporeis, Deus eſſet corpus; ſed de Fide eſt Deum non eſſe corpus; ergo. Antequam in argumentu procedatur, aduerte Corporis nomen in triplici ſignificatione vſurpari. Primò pro omni eo, quod verum ens reale eſt ab omni inanitate, vmbrâ, & figurâ contradiſtinctum: In hoc ſenſu Paulus *Coloſſen.* 1. dixit *in Chriſto habitare omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter*, id eſt non figuratè, Tertullianus *libro contra Praxeam cap.* 7. dixit: *Quis negabit Deum corpus eſſe, & ſi ſpiritus eſt.* Hoc modo videntur vſurpaſſe nomen corporis. *Melito Epiſcopus Sardenſis Tertullianus* (de quo tamen eſt aliqua maior ratio dubitandi quod

Corpus triplicem habet ſignificationem.

verè errauerit vt videre eſt apud Vaſquez 1. *part. diſp.* 21. *cap.* 1. *num.* 5.) *Hilarius*, aliique pij, & ſapientes viri dum Deum corporeum eſſe aſſeruerunt, de quibus Auguſtinus *lib.* 10. *de Gen. ad lit.* rectè ait: *Timent de Deo credere quod corpus non ſit, quia timent Deum credere nihil eſſe.* Secundò pro omni eo, quod opponitur ſpiritui, & rei immortali, quod ſcilicet, vt loquitur Auguſtinus *apud Petauium, tom.* 1. *de Theolog. dogm. cap.* 1. *num.* 15. *Per loci ſpatium aliqua longitudine, latitudine, ita ſiſtitur, vel mouetur, vt maiori ſui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem, minuſque ſit in parte, quam in toto.* Hac ratione corpus præſcindit à ſubſtantialiter compoſito, & ſubſtantialiter ſimplici. Tertiò pro eo, quod non ſolùm modo mox poſito opponitur ſpiritui, & rei immortali; ſed etiam ſubſtantialiter conſtatur ex materia, & forma. Deum non eſſe corporeum ſecundo modo, & à fortiori neque etiam tertio de Fide eſt; ideò ſic probatur Minor primi argumenti ex Scriptura Ioan. 4. *Spiritus eſt Deus.* Act. 2. *Factus eſt repente de Cælo ſonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis* 2. Corinth. 3. *Dominus autem ſpiritus eſt.* Rom. 1. *Inuiſibilia Dei*, &c. 1. ad Timot. 1. *Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili*, &c. Ob expreſſas adeò auctoritates ita fuit ſemper in Eccleſia indubitata Fides de Dei incorporeitate, vt non fuerit neceſſaria expreſſa alicuius Concilij definitio; vnde, vt benè aduertit Eſtius *in* 1. *diſt.* 8. §. 8. ſolùm tacito Eccleſiæ conſenſu condemnata fuit hæreſis Audianorum, quibus non fauent loca Scripturæ in aſſerto indicata; nam illud Geneſis procedit de ſimilitudine ſecundùm animam; reliqua, ne Deus monſtrũ variorum animantium membris compactum fingatur, metaphoricè intelligenda ſunt, vt explicant D. Bonauentura *in tract. de eſſentia, inuiſibilitate, & maieſtate Dei*, Hieronymus, & Anſelmus *in opuſc. de hac re*, Aliique Sancti Patres apud Vaſquez *cit. cap.* 2. *n.* 8.

Corpus propriè eſt, quod opponitur ſpiritui, & rei immortali.

4. Deum non eſſe propriè corpus eſt de Fide.

Probatur ſecundò: Deus eſt immenſus, eſt perfectiſſimè intelligens, eſt quid excellentius, & nobilius omni compoſito corporeo; ſed ſi eſſet compoſitum corporeum, neque eſſet immenſus, neque perfectiſſimè intelligens, neque quid excellentius, &c. ergo non eſt compoſitum corporeum, ſeu conſtans ex materia corporea, vel ex materia, & forma corporeis: ergo ſimplicitas Dei excludit compoſitionem, &c. Maior ſupponitur: Minor quoad primam partem probatur ex eo, quod Deus ratione immenſitatis totus habet intimam præſentiam, & penetrationem cum qualibet re in quocumque loco; talis autem eſſe non poſſet, ſi eſſet compoſitum corporeum; adeoque connaturaliter exigitiuum quantitatis. Quoad ſecundam partem: tum quia, *cum cuiuſlibet cognoſcentis cognitio ſit ſecundùm modum ſuæ naturæ*, ex Diuo Thoma 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 9. *in C.* Si Deus eſſet compoſitum corporeum, non poſſet cognoſcere, niſi modo corporeo, modus autem cognoſcendi corporeus

5. [illegible] eſſet quid corporeum, nec eſſet immenſus, nec perfectiſſimè intelligens, nec quid nobiliſſimũ.

Digitized by Google

poreus non eſt intelligere perfectiſſimè, præſertim obiecta ſpiritualia, tum quia virtus compoſiti corporei non poteſt non pati fatigationem, & laſſitudinem in ſua operatione, & licèt corpus non viuens præſertim ſimplex, quale eſt Cœlum ſit laſſitudinis incapax, nullum ramen eſt fundamentum, & veſtigium aſſerendi poſſe eſſe tale etiam corpus compoſitum viuens, & cognoſcens: Quoad tertiam partem quia Deus debet eſſe quid excellentius, & nobilius ſubſtantiis purè ſpiritualibus, cuiuſmodi ſunt Angeli; ſed hæ ſunt nobiliores quolibet compoſito corporeo: ergo à fortiori Deus, &c. Hæ rationes non ſolùm probanr Deum non eſſe quid corporeum compoſitum; ſed etiam non eſſe quid corporeum, ſeu corpus ſimplex: ſpecialiter verò quod Deus non ſit quid corporeum, ſeu corpus compoſitum ex materia, & forma, confirmari poteſt à fortiori ex ſequenti aſſerto, in quo probatur excludendam eſſe à Deo compoſitionem ſubſtantialem ex materia, & forma, etiam ſpiritualibus.

Corpus viuens non poteſt eſſe laſſitudinis incapax in operando.

6. Assertvm II. Simplicitas Dei excludit compoſitionem ſubſtantialem ex materia, & forma ſpiritualibus. Eſt veritas Fidei, cum ex *infrà* dicendis, §. 5. ſit de Fide nullam dari compoſitionem realem actualem; & quamvis ſub propriis terminis à paucioribus tradatur, eo quod minùs communis eſt ſententia docens poſſibilem eſſe materiam ſpiritualem; nihilominus in re eſt communiſſimum aſſertum, & admiſſâ poſſibilitate compoſiti ſubſtantialis conſurgentis, vel ex materia, & forma ſpiritualibus; vel ex materia ſpirituali, & forma corporea; vel ex materia, quæ ſecundùm ſe nec ſpiritualis, nec corporea ſit, ſed talis conditionis, vt ſpiritualis, vel corporea reddatur ex forma adueniente; quæ omnia non impoſſibilia cenſet De Quiros 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 2. nullus Theologus admittit poſſibilem huiuſmodi compoſitionem ſubſtantialem in Deo, & re verâ argumenta, quibus Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 2. & 1. *contra Gent. cap.* 17. remouet à Deo materiam corpoream, compoſitionemque ex ipſa, & forma, eandem ferè omnia vim habent in ordine ad remouendam materiam ſpiritualem, & compoſitionem quamcumque ex ipſa, & forma.

Probabiliter eſt poſſibile compoſitum non ſolùm ex materia, & forma ſpiritualibus, ſed etiã ex materia indifferente ad eſſe ſpirituale, vel corporeum.

7. Probatur: Materia ſpiritualis, ſi eſt poſſibilis, nihil eſt aliud, quàm ſpiritualis ſubſtantia incompleta ſe habens, vt pars in ordine ad totum, & vt potentia ſubiectiua, ſeu receptiua in ordine ad formam; ſed huiuſmodi entitas repugnat in Deo: ergo repugnat Deo materia ſpiritualis, & per conſequens compoſitio ex ipſa, & forma: ergo ſimplicitas Dei, &c. Maior patet, quia materia ſpiritualis debet explicari per habitudinem, ac proportionem ad materiam corpoream; & in prædicatis præſcindentibus à materialitate, & ſpiritualitate, debet vtraque conuenire. Minor probatur primò; quia in Deo repugnat entitas quælibet imperfecta, qualis eſt ex conceptu ſuo pars, & potentia receptiua. Secundò puriſſimo actui, cuiuſmodi eſt Deus, repugnat ratio potentiæ, cum puriſſimè tale non admittat mixtionem contrarij. Tertiò: Materia eo ipſo, quod eſt potentia ſubiectiua, ſeu ſubiectum formæ, debet eſſe prior formâ, nequit autem eſſe prius id, quod eſt imperfectius, niſi virtute alterius perfectioris, adeoque deberet aſſignari aliquid aliud perfectius, à quo Deus reciperet eſſe, ſaltem quoad materiam, Quartò neceſſitas ponendi potentiam ſubiectiuam, & receptiuam, ſunt mutationes, in ordine ad quas debeat aſſignari commune ſubiectum, ſed in Deo neque etiam mutatio ſpiritualis vllatenùs deprehenditur: ergo in Deo neque etiam ſpiritualis potentia ſubiectiua vllatenùs poni debet.

Materia ſpiritualis eſt ſpiritualis ſubſtantia incompleta ſe habens vt pars in ordine ad totum, & vt ſubiectum in ordine ad formam.

Deo repugnat materia etiam ſpiritualis, & cõpoſitio ex ipſa, & forma.

---

§. II.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat compoſitionem ex partibus integrantibus?

Assertvm: Simplicitas Dei excludit compoſitionem ex partibus integrantibus. Eſt veritas Fidei, quæ euincitur ex eo quod de Fide ſit nullã dari in Deo compoſitionem realem actualem, iuxta *infrà* ponẽda, §. 5. ſuadetur etiam ex eo quod de Fide ſit Deum iuxta ſuprapoſita nõ eſſe quid corporeũ, compoſitio autem ex partibus ſubſtantialibus integrãtibus videtur omninò propria rerum corporearum; & Suarez *in Metaphyſ. diſp.* 30. *ſect.* 4. *num.* 17. abſolutè exiſtimet ipſam repugnare ſpiritui, præſertim intelligenti, cuiuſmodi eſt Deus; tum quia de eſſentia ſpiritus eſt, quid ſit ſecundùm ſuam ſubſtantiam totus in toto, & totus in qualibet parte loci, quod vix apparet quomodo poſſit eſſe eſſentiale rei compoſitæ ex partibus integrantibus, quæ ſicuti ratione talis compoſitionis admittit extreitatem partium in ordine ad ſe; ita difficile eſt, quod nequeat eandem extreitatem admittere in ordine ad locum; tum præſertim ſi intellectualis ſit, cum virtus intellectiua ſit indiuiſibilis, & neſcia partium; alioqui vix diſtingueretur à virtute ſenſitiua, nec eſſet apta attingere, vt eſt in ſe, obiectum prorſus indiuiſibile, cum ergo indiuiſibilis virtus requirat ſubſtantiam indiuiſibilem, neceſſe eſt, &c. Quia tamen huiuſmodi rationes non ſunt ſimpliciter euidentes, & fortè videntur ſupponere magis, quàm probare intentum, nec deſunt aliqui inter quos Arriaga 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 8. *ſubſect.* 2. *n.* 70. oppoſitum apertè docentes: independenter à ratione corporei, & dato etiam quod ſpiritus ſit capax compoſitionis integralis, Aſſertum 8.

Probabiliſſimum eſt ſpiritui abſolutè repugnare compoſitionem integralem.

Probatur primò: Repugnat Deo pluralitas, & diſtinctio partium integrantium: ergo repugnat compoſitio ex iiſdem: ergo ſimplicitas Dei, &c. Conſequentia patet. Antecedens probatur: Huiuſmodi partes 9.
vel

Deus non componitur ex partibus integrantibus, neque homogeneis, neque heterogeneis.

vel eſſent heterogeneæ, vel homogeneæ: ſi heterogeneæ, daretur aliquid in Deo, quod non eſſet Deus, quia in compoſito heterogeneo partes ſunt diuerſæ rationis à toto, & manus hominis non eſt homo; brachium non eſt homo: Si homogeneæ daretur polytheiſmus; quia tot eſſent aſſignabiles, & multiplicabiles Dij, quot aſſignabiles, & diuiſibiles partes; in toto quippè homogeneo, quælibet pars eſt eiuſdem rationis cum toto, ſeu eſt totum ſolo numero diuerſum ab eo, cuius eſt pars, ſic quælibet pars aquæ eſt aqua, quælibet pars ligni eſt lignum. Neque dicas eludi hanc deorum multiplicabilitatem eo quod partes, ex quibus Deus componitur, ſunt inſeparabiles, in continuo autem, ſeu compoſito homogeneo non ſunt plures partes ſaltem actu, niſi poſt ſe-

10\. Ad multitudinem ſufficit diſtinctio etiã abſque ſeparabilitate.

parationem. Contra enim ad conſtituendam pluralitatem, & multitudinem, non requiritur neceſſariò ſeparabilitas, ſed ſufficit realis diſtinctio, vt patet in diuinis Perſonis, quæ verè ſunt plures, licèt ſint inſeparabiles, nec vllatenùs eſſe poſſit vna ſine alia: quod additur de partibus continui non eſt ad rem, quia ſententia negans partes continui eſſe ante ſeparationem actu multas negat etiam eſſe ante ſeparationem actu diſtinctas; vnde non ſaluat in continuo compoſitionem actualem, & non ſolùm multitudinem, ſed etiam diſtinctionem partium explicat per ordinem ad ſeparabilitatem, ex quo per conſequens non poteſt ſumi argumentum negandi defectu ſeparabilitatis multitudinem, & non negandi diſtinctionem.

11\. Inſeparabilitas nondebet poni cũ diſtinctione, niſi vbi eſt euidens diſtinctionis neceſſitas.

Contra inſuper, inſeparabilitas neceſsariò ſemper infert indiſtinctionem; niſi appareat aliunde, ex oppoſitione ſcilicet relatiuâ, vt in diuinis Perſonis, diſtinctionis neceſſitas, & hoc propter decantatam illam regulam: non ſunt multiplicanda, adeoque nec diſtinguenda entia ſine neceſſitate, cum ergo inter partes ſubſtantiales, quæ aſſererentur Deum integrare, non intercedat relatiua oppoſitio, nequeunt ſuſtineri realiter diſtinctæ ſine reali ſeparabilitate, nec poſſunt poni ratione inſeparabilitatis non multæ, quin ponantur ratione eiuſdem indiſtinctæ.

12\. Probatur ſecundò: Subſtantia compoſita ex partibus integrantibus non poteſt eſſe perfectiſſima: ergo Deus, qui eſſentialiter perfectiſſimus eſt, non poteſt eſſe ſubſtantia ex huiuſmodi partibus compoſita: ergo ſimplicitas Dei, &c. Conſequentia patet. Antecedens probatur primò: quia huiuſmodi ſubſtantia imperfectior eſt ſubſtantiâ compoſita ex materia, & forma; cum dicat maiorem pluralitatem partium, adeoque plura incomplementa; item dicat diuiſibilitatem in partes minores, & minores, adeoque entitates imperfectiores, & imperfectiores in infinitum; ſed ſubſtantia compoſita ex materia, & forma non poteſt eſſe perfectiſſima *ex ſuperiori* §. ergo à fortiori, &c. Secundò, Quia virtus quo magis eſt diſperſa, & in plures partes diſtincta, eo eſt imperfectior, & eo perfectior è contra quo magis vna; ſic enim & magis actiua eſt, & magis reſiſtitiua: ergo ſimiliter ſubſtantia, &c.

Subſtantia compoſita ex partibus integrãtibus non poteſt eſſe perfectiſſima.

---

§. III.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat compoſitionem ex Natura, & Suppoſito?

ASSERTVM: Simplicitas Dei excludit compoſitionem ex natura, & ſuppoſito, ſeu ex eſſentia, & ſubſiſtentia. Eſt veritas Fidei non ſolùm ex communi ratione compoſitionis realis actualis, quam omnem à diuina ſimplicitate excludi de Fide eſt; ſed ex ſpeciali definitione *Concilij Remenſis ſub Eugenio III.* expreſsè damnantis quaternitatem rerum conſurgentem ex eſſentia, & tribus Perſonalitatibus, ſeu ſubſiſtentiis realiter diſtinctis ab eſsentia, vt ponebat Gilbertus Porretanus Pictanienſis Epiſcopus volens in diuinis non eandem rem ſignificari nominibus concretis, & abſtractis, vt Perſona, & natura; Deus & Deitas; verus & veritas, &c. Contra hunc errorem vltra definitionem Concilij militant tum Auctoritates Sanctorum Patrum, tum conſenſus vnanimis omnium Scholaſticorum cum D. Thoma 1. *part. quaſt.3. art.3.* tum validiſſimæ rationes. 13

Error Gilberti Porretani.

Probatur primò Auctoritatibus Sanctorum Patrum, Hilarius *lib.8 de Trinitate: Non humano modo ex compoſitus Deus eſt, vt in eo aliud ſit, quod ab eo habetur, aliud ſit ipſe, qui habeat.* Cyrillus Alexandrinus *lib.1. Theſauri, cap.8. Non eſt aliud natura Dei, aliud ipſe Deus; ſimplex enim, atque incompoſitus eſt.* Bernardus *lib.5. de Conſideratione: Non eſt ergo in Deo, niſi Deus: quid* (inquiunt) *negas Deum habere diuinitatem? Non; ſed quod habet hoc eſt.* Auguſtinus 11. *de Ciuit. Dei, cap.* 10. *Propter hoc igitur natura Dei dicitur ſimplex, quod non aliud ſit habens, aliud quod habeat.* Iuſtinus *quaſt.*144. *Non enim more naturæ creatæ eſt Deus, vt eſſe in ipſo, & habere in concretione, ſiue concreta intelligantur; ſed vt natura extans, ſic & eſſe ipſum, & habere omnem ſuperant concretionem.*

Probatur ſecundò ratione: Vbi natura, ſeu Eſſentia (pro eodem enim ſumuntur in præſenti) eſt ex ſe, & per ſe, ipſam eſſentialiter perfectiſſima, & incapax complementi à ſe realiter diſtincti, non datur compoſitio ex natura, & ſuppoſito; ſeu ex eſſentia, & ſubſiſtentia; ſed in Deo natura, ſeu eſsentia eſt ex ſe, & per ſeipſam, &c. ergo in Deo non datur compoſitio, &c. Ergo ſimplicitas Dei excludit, &c. Maior probatur: Subſiſtentia eſt ex conceptu ſuo vltima perfectio, & complementum naturæ, cuius eſt ſubſiſtentia vt ex Philoſophia ſupponitur: ergo non poteſt diſtingui realiter, niſi à natura, quæ non ſit perfectiſſima realiter, nec 14.

Deus non componitur ex natura, & ſuppoſito.

Natura perfectiſſima non eſt capax ſubſiſtentiæ realiter diſtinctæ.

nec ſit incapax vlterioris perfectionis, & complementi à ſe realiter diſtincti: ergo vbi natura ſeu eſſentia, &c. Minor etiam probatur ex capite ſuperiori, in quo explicatum eſt eſſentiam Dei realiter in ſe continere modo perfectiſſimo omnem perfectionem, item ex eo quia ſi diuina eſſentia non eſt ex ſe, & per ſe eſſentialiter perfectiſſima, & æquè perfecta, ac Deus; ergo eſt realiter quid inferius Deo, & eſt creatura: nihil enim, quod non ſit realiter Deus, poteſt eſſe Deo, aut ſuperius, aut æquale, vt contra Gilbertum arguit Diuus Bernardus *ſerm. 80. in Cantica*.

15. *Repugnat natura creata ſibi identificans ſubſiſtentiam.* Probatur tertiò: Natura quælibet, ſeu eſſentia vel creata, vel creabilis eſt eſſentialiter capax faciendi compoſitionem cum ſubſiſtentia, & repugnat in creatis ſubſtantia ſibi identificans ſuam ſubſiſtentiam, quia repugnat ſubſtantia creata perfectionis ſimpliciter infinitæ, ratione cuius ſit incapax vlterioris complementi; & ſicuti repugnat ſubſtantia creata, quæ non ſit accidenter perfectibilis ita, etiam quæ non ſit ſecundùm ſe perfectibilis ſubſtantialiter, & non ſubſit dominio Dei in ordine ad aſſumptibilitatem: ergo ex oppoſito natura increata, ſeu diuina eſt incapax faciendi compoſitionem cum ſubſiſtentia, & hanc ſibi eſſentialiter identificat, quia eſt perfectionis ſimpliciter infinitæ, incapax cuiuſcumque additamenti, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis, & inaſſumptibilis ab alieno ſuppoſito. Antecedens traditur à Thomiſtis cum Diuo Thoma 3. *part. quæſt. 2. artic. 2. quæſt. 17. artic. 1. quodlibet. 2. artic. 4.* à Suarez *in Metaphyſ. diſput. 34. ſect. 3. num. 12.* à Valentia 1. *part. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 3. §. ſed hæc argumentatio, & 3. part. q. 4.* à De Quiros 1. *part. quæſt. 3. art. 3. n. 19.*

16. Grauem hic ingerit difficultatem ratio, qua Diuus Thomas 1. *part. quæſt. 3. art. 3.* probat Deum eſſe ſuam eſſentiam, ſeu naturam, eo quòd non ſit compoſitus ex materia, & forma; ex hoc quippè videtur ſequi omnem ſubſtantiam carentem compoſitione materiæ, & formæ identificare ſibi ſuam ſubſiſtentiam, imò adamuſſim id aſſerit ipſe Diuus Thomas illis verbis: *In his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, in quibus indiuiduatio non eſt per materiam indiuidualem, id eſt per hanc materiam, ſed ipſa forma per ſe indiuiduantur, oportet quod ipſa forma ſint ſuppoſita ſubſiſtentia, vnde in eis non differt ſuppoſitum & natura.* *Diuus Thomas non videtur diſtinguere ſubſiſtentiam à natura in rebus immaterialibus.* Si dicatur nomine ſubſtantiæ non compoſitæ ex materia, & forma, intelligere Diuum Thomam non quamcumque ſubſtantiam immaterialem, ſed illam ſolam, quæ eſt purus actus, & in ſupremo immaterialitatis gradu. Contra: nam huiuſmodi explicationem non eſſe conformem menti Diui Thomæ euincitur ex eo, quod alibi in terminis negat diſtinctionem naturæ, & ſuppoſiti in ſubſtantiis immaterialibus inferioribus, ſcilicet in Angelis, ſic *quæſt. 7. de potentia, art. 4.* ait: *In Angelis quodlibet ſuppoſitum eſt ſua natura, & 4. contra Gent. cap. 55. ad 4. conuenientiùs aſſumpta eſt hominis natura, quàm Angelica, quia in homine aliud eſt natura, aliud Perſona, cum ſit ex materia, & forma compoſitus, non autem in Angelo, qui immaterialis eſt.* Ex quibus locis euincitur etiam incongruam eſſe explicationem allatam à De Quiros 1. *part. quæſt. 3. art. 3. num. 20.* dicente nomine materiæ, dum aſſeritur ſolùm in iis, quæ componuntur ex materia ſuppoſitum diſtingui à natura, intelligi aliquid non per modum ſubiecti paſſiui, & recipientis; ſed per modum ſuſtentaculi, & habentis, hac enim ratione ex materia componuntur etiam Angeli, à quibus tamen D. Thomas *locis mox citatis*, remouet diſtinctionem naturæ & ſuppoſiti. Incongrua etiam eſt explicatio Suarez ij *in Metaphyſ. diſput. 34. ſect. 3. num. 18.* dicentis: *in illo artic. 3. quæſt. 3. 1. par. Probabile eſt Diuum Thomam fuiſſe locutum de diſtinctione naturæ communis ab indiuiduo, & non mouiſſe peculiarem quæſtionem de identitate diuinæ naturæ ſingularis cum Perſona*, quæ videtur etiam eſſe explicatio Caietan. *in eundem articulum primæ partis*, docentis; cum inquiritur, an Deus ſit ſua natura, ly *Deum* non ſumi pro Perſona, ſeu ſuppoſito, ſed pro concreto indiuidui communi tribus perſonis: eidem explicationi patrocinatur cum *Cabrerâ, Ripâ*, & aliis nonnullis Syluius *in eumdem articulum, §. quibus præmiſſis*, vbi probat legitimam eſſe huiuſmodi explicationem ex alio loco eiuſdem S. Doctoris, ſcilicet *ex quæſtionibus diſputatis, quæſt. de ſpiritualibus creaturis, art. 5. ad 9. in quo pro eo, quod hic habet in ſubſtantiis immaterialibus non differt ſuppoſitum, & natura, ait in talibus eſſentia eſt ipſummet indiuiduum ſubſiſtens.* Incongrua tamen eſt explicatio, tum quia ad ſignificationem nimis impropriam detorquerut nomen ſuppoſiti, dum ſumitur pro indiuiduo; tum quia in allato textu *ex 4. contra Gentes*, negat D. Thomas in Angelo diſtinctionem Perſonæ à natura; & id affert tanquam impedimentum aſſumptionis; quod autem aſſumptionem impedit eſt ſubſiſtentia, ſeu ſuppoſitum propriè ſumptum, non ratio indiuidui, ſeu principium indiuiduationis: ergo nomine ſuppoſiti, quod D. Thomas in Angelis, & ſubſtantiis immaterialibus aſſerit indiſtinctum à natura, non poteſt intelligi indiuidum, vel principium indiuiduationis. *Nomine ſuppoſiti minùs congruè intelligitur ratio indiuidui.*

17. *Subſiſtentia oritur à prædicatis indiuidualibus, non à ſpecificis.* Ad allatam igitur ex Diuo Thoma difficultatem Reſpondeo cum Ioanne à S. Thoma 1. *par. quæſt. 3. diſp. 4. art. 1. n. 34.* ſubſiſtentiam, ſeu ſuppoſitum iuxta mentem Diui Thomæ oriri à natura non ſecundùm principia ſpecifica, ſed ſecundùm principia indiuiduantia; cum prædicata ſpecifica ſecundùm ſe importent potiùs communicabilitatem, quàm incommunicabilitatem, item importent ſolùm id, quod eſt de ratione naturæ, ſeu ſpeciei; ſubſiſtentia autem importet incommunicabilitatem, & aliquid accidenter quodammodo adueniens naturæ, ſeu ſpeciei: vnde D. Thomas *quodlib. 2. art. 4.* ait: *In ſolo Deo non inuenitur aliquid accidens præter eius eſſentiam, quia ſuum eſſe eſt ſua eſſentia; & ideò in Deo*

Repugnara natura creatam ſibi identificantem propriam ſubſiſtentiam probatur Autoritate, & ratione D.Thomæ.

18.

eſt omninò idem ſuppoſitum , & natura : In Angelo autem non eſt omninò idem quia aliquid accidit ei præter id,quod eſt de ratione ſuæ ſpeciei. Ex qua auctoritate duo inferuntur,primò repugnare iuxta ſupradicta creaturam, quæ ſibi identificet propriam ſubſiſtentiam, cum repugnet creatura , cui nihil poſſit accidere. Secundò ſubſiſtentiam,ſeu ſuppoſitum poſſe dupliciter ſumi, primò originatiuè,ſeu radicaliter ; & hac ratione ſubſiſtentia nihil eſt aliud, quàm prædicata materialia rei,quæ ſunt principium indiuiduationis, ſicque Diuus Thomas , ſicuti in rebus immaterialibus non diſtinguit principium indiuiduationis à materia, ita ab eodem non diſtinguit ſuppoſitum,ſeu ſubſiſtentiam; ſecundò terminatiuè, & formaliter ; qua ratione ſubſiſtentia eſt complementum ſubſtantiale naturæ,ipſam terminans, & reddens incommunicabilem,ſicque Diuus Thomas in rebus omnibus (Deo excepto)aſtruit ſubſiſtentiam diſtinctam realiter à natura,nec obſtant verba illa *ex 4.cõtra Gent.*ibi,enim nõ abſolutè negat aſſumptibilitatem naturæ Angelicæ, ſed ſolùm dicit eſſe conuenientiorem aſſumptionem naturæ humanæ ; non igitur abſolutè negat diſtinctionem ſubſiſtentiæ à natura Angelica,ſed ſolùm affirmat maiorem eſſe diſtinctionem eiuſdem à natura humana;quatenùs à Natura Angelica diſtinguitur ſubſiſtentia in via D.Thomæ non radicaliter , & originatiuè;ſed formaliter ſolùm,& terminatiuè:à natura verò humana diſtinguitur ſobſiſtentia tum formaliter,& terminatiuè;tum etiam radicaliter,& originatiuè;ratione cuius maioris diſtinctionis aſſeritur conuenientior aſſumptio naturæ humanæ,at non ideò contra Apoſtolum *Heb.* 2. aſſeritur impoſſibilis aſſumptio naturæ Angelicæ,vt verè eſſe impoſſibilem ſequererur admiſsâ omnimodâ indiſtinctione ſubſiſtentiæ à natura in Angelis,aliiſque rebus immaterialibus,& tunc foret illuſorium illud Heb.2. *Nuſquam Angelos apprehendit.*

Subſiſtentia ſumi poteſt, vel radicaliter,& originatiuè, vel formaliter, & terminatiuè.

Subſiſtentia magis diſtinguitur iuxta mentem Diui Thomæ à natura humana, quàm ab Angelica.

§. IV.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat compoſitionem ex ſubiecto , & accidente ?

19. ASSERTVM : Simplicitas Dei excludit compoſitionem ex ſubiecto, & accidente : ſubintellige de accidente reali , & Phyſico,non de virtuali, & Metaphyſico,ne ponatur aliquid contrarium iis,quæ dicebantur *cap.3. §.1.* dum indicabatur attributa Dei dici poſſe accidentia Metaphyſica ; nec refert quod De Quiros 1.*part. quæſt.3. art.6. n.49.*obiicit eſſe ſcilicet diuina attributa res ſobſiſtentes , & per ſe ſtantes;enim verò accidens Metaphyſicum ab omnibus ſumitur, vt contradiſtinguitur ab eſſentia rei, non vt contradiſtinguitur à ſubſtantia, & re per ſe ſtante; hoc quippè conuenit accidenti Phyſico. Sic explicatum aſsertum traditur ab omnibus Theologis cum Diuo Thoma 1. *part. quæſt.3. art.6. 1. contra Gentes , cap.25. opuſc.2. cap.23.* contra delirium Manichæorum, qui,vt ex Auguſtino refert Valentia 1. *part. diſp.1. punct.7.* aſserebant lucem hanc aëris eſse naturam Dei , adeoque aſserebant naturam Dei eſse accidens:Item contra Vorſtium quendam hæreticum Caluiniſtam ponentem decreta libera in Deo eſse accidentia,& ex ipſis , ac natura Dei fieri compoſitionem ſubiecti , & accidentis. Hos errores contra Fidem eſse non ſolùm euincitur ex eo, quod iuxta probanda §.*ſequenti* , de Fide eſt nullam dari in Deo compoſitionem realem actualem, ſed inſuper ex diuina immutabilitate, quam de Fide eſse *capite ſequenti*, conſtabit.

Accidentia Metaphyſica dantur in Deo, & ſunt res per ſe ſtantes.

Probatur primò Auctoritate Sanctorum Patrum :Diuus Auguſtinus 5. *de Trinit. cap.* 20.
4. *Nihil accidens in Deo , quia nihil mutabile , aut amiſſibile,* Cyrillus *lib.11. Theſauri, cap.1. Sapienter certè dicitur nihil accidere ſubſtantia Dei , quoniam in ſeipſa perfecta eſt.* Maximus *in Cent.4. de Charit.cap.8. Ne habitus , & habilitates requiras in ſimplici, infinitaque ſubſtantia Sanct.Trinitatis, ne eam creaturarum inſtar compoſitam facias : quod abſurdum eſt, ac nefarium in Deo cogitare.*

Deus nullũ habet accidens,nec cõponitur ex ſubiecto , & accidente.

Probatur ſecundò rationibus Diui Tho- 21.
mæ 1. *part. quæſt. 3. artic.6.* Accidens comparatur ad ſubiectum , tanquam ad potentiam ; & quidem tanquam ad potentiam Phyſicam, ſi eſt accidens Phyſicum , de quo in præſenti : eſt poſterius ſubiecto,quia quod eſt per accidens eſt poſterius eo,quod eſt per ſe. Cauſatur à ſubiecto,quia petit ſuſtentari à ſubiecto , & ab ipſo dependere, eſt aliquid adiunctum ei cuius eſt accidens , & ipſi non eſsentiale;ſed hæc omnia Deo repugnant:ergo Deo repugnat accidens, & compoſitio ex ſubiecto, & accidente.Minor probatur : Deo repugnat ratio potentiæ Phyſicæ, quia eſt purus actus ; repugnat habere in ſe aliquid poſterius , quia eſt ſimpliciter purum ens,repugnat eidem habere aliquid cauſatum, quia eſt abſolutè ens à ſe,& incauſatum;repugnat tandem habere aliquid adiunctum , & non eſsentiale , quia eſt ſuum eſse , quia totum, quod in ipſo eſt ipſius eſsentia eſt,& vt communiter dicitur quicquid eſt in Deo , Deus eſt. Confirmatur : Deus ex capite ſuperiori eſt ſummè perfectus, & omnẽ perfectionem modo perfectiſſimo continet ; ſed non eſset huiuſmodi , ſi daretur in ipſo aliquod accidens , perfectius eſt quippe eſse perfectum per ſe, & eſsentialiter , quam per accidens, & accidentaliter : ergo.

Accidens dicit plures imperfectiones Deo repugnantes.

Hæc argumenta , vt conſideranti patet, 22.
non ſolùm probant nullum eſse in Deo accidens de facto , & ex indigentia ; ſed nec eſse poſse de potentia abſoluta ; & ex abundantia, vel libertate;quod ſic vlteriùs poteſt ſpeciali confirmatione roborari. Non poteſt poni accidens in ſubiecto , niſi ipſum quodammodo ornet , reddatque perfectios , & ipſi afferat æſtimabilitatem ; vel quodãmodo fœdet reddatque imperfectius, & ipſi afferat contemptibilitatem ; ſed in

Deo

Nullum accidens recipi poteſt in ſubiecto, niſi ipſum, vel fœdet, vel ornet.

Deo neque etiam de potentia abſoluta, ex abundantia, & libertate, poni poteſt aliquid, quod ipſum quodammodo, &c. ergo. Minor patet, quia perfectio ſimpliciter ſummus, qualis eſt perfectio Dei, nec imperfectionem, nec vlteriorem perfectionem poteſt recipere. Maior probatur: Non poteſt poni accidens in ſubiecto niſi ſit vel iuxta, vel ſuprà, vel contra, vel præter ipſius exigentiam; duplici modo priori accidens ornat, & perficit: duplici poſteriori accidens fœdat, & imperficit, vt conſtat inductione, & ex eo quod duplici priori modo ſubiectum meliùs ſe habet cum accidente, quam cum ipſius carentia, duplici poſteriori modo deterius. Ex quo patet repugnare Deo accidens non præcisè, quia nequeat ab accidente denominari, quomodo Angelo, v.g. repugnant accidentia materialia; ſed inſuper quia nullatenùs poteſt accidens recipere, & materialiter ſuſtentare; quod non videtur repugnare Angelo reſpectu accidentium materialium, imò videtur conuenire poſſe cuilibet ſubiecto creato reſpectu cuiuſcumque accidentis, ſi accidentia modalia, & vitalia excipias. Quod ſi aliqui graues Doctores concedunt in Deo cauſalitatem materialem, intelligendi ſunt de tali cauſalitate exercitâ in genere efficientis, non exercitâ in genere cauſæ materialis.

Accidens nõ repugnat Deo præcisè, quia nequeat ab ipſo formaliter denominari.

---

§. V.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat aliam quamcumque compoſitionem realem?

23. Simplicitas Dei excludit omnẽ prorſus compoſitionẽ realem actualẽ.

Assertvm I. Simplicitas Dei excludit aliam quamcumque compoſitionem realem actualem, ſi quæ alia compoſitio realis actualis excogitabilis eſt vltrà improbatas in ſuperioribus aſſertis. Videtur hoc aſſertum eſſe ſpecialiter contra *Vorſtium* quendam Caluiniſtam, volentem non poſſe ſuſtineri in Deo realem diſtinctionem Perſonarum ſine reali compoſitione, vt refert Longus *in ſumma Theologica*, Diui Bonauenturæ *quæſt. 3. art. 1.*

Probatur primò *ex Concilio Lateranenſi capite firmiter*; vbi habetur *in Deo vnam eſſe eſſentiam, ſubſtantiam, ſeu naturam ſimplicem omninò; & capite damnamus*, vbi de ſubſtantia Patris habetur *quod indiuiſibilis ſit, vtpotè ſimplex omninò.* Confirmatur *ex ſupradictis, cap. 3. §. 2. & 3.* vbi tum Autoritate Concilij Remenſis, & Sanctorum Patrum, tum rationibus excluſa eſt à diuinis omnis diſtinctio realis actualis, præter illam Perſonarum; non poteſt autem eſſe realis actualis compoſitio ſine reali actuali diſtinctione extremorum componentium. Ibidem circa finem, §. 3. explicatur cur Perſonæ diuinæ, quamvis ab inuicem realiter diſtinctæ non componant contra errem *Vorſtij*, quod ſi *Vorſtium* loquatur non de compoſitione per accidens, de qua ibi, ſed de compoſitione per ſe, & ſubſtantiali ſaltem tanquam ex partibus integrantibus, facilius impugnatur, eo quia huiuſmodi compoſitio non conſurgit niſi ex incompletis, ratio aut incompleti remotiſſima eſt a qualibet diuina Perſona.

Perſonæ diuinæ quamvis realiter diſtinctę cur non componant.

Probatur ſecundò ratione: Omnis compoſitio realis actualis, quæ ſubſtantialis ſit, repugnat Deo: ergo à fortiori ei repugnat compoſitio realis actualis, quæ accidentalis ſit: cum hæc maiorem, quàm illa, dicat imperfectionem: ergo omnis prorſus compoſitio realis actualis Deo repugnat: ergo Dei ſimplicitas, &c. Antecedens probatur: In compoſitione, ſeu vnione ſubſtantiali neceſſe eſt, quod vnum ſaltem extremum ſubſtantialiter perficiatur; ſed in Deo ſicuti nihil eſt ſubſtantialiter imperfectum, ita nihil eſt ſubſtantialiter perfectibile: ergo. Maior probatur, tum à poſteriori inducendo per omnes compoſitiones ſubſtantiales nobis notas; tum à priori; quia omnis perfectio etiamſi ſit ſubſtantialis, ſi intra ſuum genus non perficiat id, cui aduenit, aduenit accidentaliter, & componit vnum per accidens; nec eſt ſubſtantialis vnio, in qua præcisè vna ſubſtantia vnitur alteri, ſed in qua vna ſubſtantia vnitur alteri ipſam ſubſtantialiter perficiendo. 24.

Compoſitio ſubſtantialis eſſentialiter dicit, quod vnum ſaltẽ extremum perficiatur ſubſtantialiter.

Probatur tertiò: Compoſitio realis actualis vix eſſe poteſt ſine reali partium ſeparabilitate, adeoque ſine deſtruibilitate compoſiti, ſed Deus maximè diſtat ab omni deſtruibilitate: ergo etiam maximè diſtat ab eo non ſolùm, quod neceſſariò infert; ſed etiam quod vix poteſt non inferre deſtruibilitatem. Maior probatur: Compoſitio realis actualis eſſe non poteſt ſine reali actuali diſtinctione partium, vel nè fiat quæſtio de nomine, extremorum componentium; ſed realis actualis diſtinctio vix eſſe poteſt ſine ſeparabilitate extremorum, & deſtruibilitate totius: ergo. Dixi vix eſſe poteſt, quia aliquando cogit neceſſitas eum inſeparabilitate diſtinctionem ſuſtinere; ſic in creatis modus diſtinguitur à re, cuius eſt modus, quamvis ſit à tali re inſeparabilis, nec adeò facilè aſſignari poteſt repugnantia vnionis indefectibilis inter duo realiter diſtincta, in quo caſu cum reali diſtinctione extremorum ſubſiſteret eorundem inſeparabilitas, & indeſtruibilitas totius, ſicuti de facto Myſterium Trinitatis indiſſolubile, & indeſtruibile eſt, ſuntque in ipſo Perſonæ inſeparabiles, quamvis realiter diſtinctæ. Diſtinctio igitur realis actualis abſolutè eſſe poteſt ſine ſeparabilitate extremorum, vix tamen id debet admitti, & vt ſuprà dicebatur, §. 2. non niſi, vbi cogit omnimoda neceſſitas, cuius neceſſitatis nullum apparet in Deo veſtigium, vbi omnia clamant ſimplicitatem, identitatem, indiſtinctionem. 25.

Cõpoſitio, & diſtinctio non ſimpliciter repugnat, vix tamen eſſe poteſt cum inſeparabilitate extremorum.

Assertvm II. Simplicitas Dei non excludit compoſitionem realem virtualem inter relationes, & eſſentiam; attributa, & eſſentiam; attributa inter ſe. Ita ferè omnes Auctores *ſuprà* citati, *cap. 3. §. 5. aſſert. 1.* 26.

pro diſtinctione reali virtuali diuinorum attributorum ab inuiceio ; & ab eſsentia, ſeu natura diuina.

Simplicitas Dei non excludit compoſitionem realem virtualem.

Probatur primò : Datur in Deo diſtinctio realis vittualis inter relationes, & eſſentiam; attributa, & eſsentiam ; aıiributa inter ſe: ergo etiam inter hæc omnia datur compoſitio realis virtualis : ergo ſimpliciter Dei non excludit, &c. Antecedens quoad attributa, & eſſentiam ſupponiiur ex dictis loco mox citato; quoad relationes, & eſſentiam procedit à fortiori, & ſuo loco eapreſsè probabitur. Conſequeutia probatur : Quoties plura diſtincta vnum componunt, ſeu conſtituunt, eo modo componuot, quo diſtinguuntur; & in vniuerſum talis eſt extremorum compoſitio, qualis eſt eorundem diſtinctio : ergo cum in diuinis omnia ſint vnum, & ea alia parte dentur extrema virtualiter diſtincta, dicendum ea huiuſmodi extremis voum conſtitui pet compoſitiooem virtualem.

27. Attributa, & eſſentia in Deo aliqualiter ſe habéi vt actus, & potentia.

Dices ad compoſitionem vltra extremorum diſtinctionem requiri in ipſis extremis ratiooem actus, & potentiæ, quod videtur omninò in diuiois deeſſe; ſed contra ſicuti eſsentia, ſeu natura diuina ad relationes, & attributa ſe habet vt radix, & ſubiectum præciſis imperfectionibus ; attributa verò, quod proportionaliter dici poteſt de relationibus, ſe habent imperfectionibus pariter præciſis vt accidentia Metaphyſica ex dictis *cap.3.§.1.* ita nihil prohibet tribuere eſsentiæ diuinæ rationem virtualis potentiæ, & attributis, ac relationibns rationem virtualium actuum. Maior aliqua difficultas eſſe poteſt in aſſignanda ratione actus, & potentiæ inter ipſa diuina attributa, vt etiam inter ipſa ſaluetur aſſerta compoſitio; nihilominùs, vel dicendum eſt attributum, quod ſe habet, vt radia alterius, ſicuti v.g. ſimplicitas eſt radix immutabilitatis, immutabilitas æternitatis, ac immenſitatis, ſe habere ad alterum, vt potentiam ad actum præciſis imperfectionibus; & huic confirmando inſeruit illud, quod infrà ſuſtinebitur de diſtinctione potentiæ ab actu ſecundo in intellectu, & voluntate Dei; vel ſi detur attributa non habere ad inuicem rationem actus, & potentiæ, adhuc dici poteſt componere inter ſe mediatè, & in tertio ratione diuinæ eſsentiæ, cum qua omnia componunt per modum actus virtualis, & formæ Metaphyſicæ, & ſicoti duæ naturæ vnitæ eidem ſubſiſtentiæ componunt inter ſe mediatè, & in tertio ratione talis ſubſiſtentiæ, ita &c. Neque exiſtimes eòdem modo dici poſse mediatè, & in tertio inter ſe componere etiam relationes. Contra enim quoad relationes non oppoſitas, vt ſunt Paternitas, & ſpitatio actiua tranſeat, quod infertur. Quoad relationes oppoſitas, dico oppoſitionem impedire omnem ipſarom vnionem, & compoſitiooem etiam mediatam, ſeu in tertio.

Attributa inter ſe dici poſſunt habere rationé actus, & potentiæ.

Attributa inter ſe cōponunt ſaltem mediatè, relationes oppoſitæ nullatenus.

28. Probatur ſecundò : Simplicitas excludeos compoſitionem realem virtualem eſt ſimplicitas imperfecta : ergo ſimplicitas Dei non excludit, &c. Antecedens probatur : Simplicitas excludens compoſitiooem realem virtualem eſt ſiuoplicitas excludens realem æquiualentiam, & continentiam plurium perfectiooum, in qua pluriom continentiâ virtualis plurium diſtinctio, & compoſitio conſiſtit : ergo. Hinc fit primò conceptum vniuerſaliſſimum compoſitionis abſtrahentis ab actuali, & virtuali eſſe perfectiorem conceptu vniuerſaliſſimo ſimplicitatis, vt præciſæ à compoſitiooe virtuali, ſic enim ſimplicitas non poteſt importare oiſi perfectionem fiuitam, limitatam, & adeò diminutam, vt oullam prorſus perfectionem à ſe diſtinctam contineat. Fit ſecundò ſimplicitatem, quæ eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, eſse ſolam ſimplicitatem actualem excluſioam actualis compoſitionis, hæc quippè ſola eſt melior ipſa, quàm non ipſa, ſeu quàm quælibet actualis compoſitio incompoſſibilis cum ipſa, quia quælibet actualis compoſitio eo ipſo, quod includit extrema actu diſtincta, includit extrema, quorum vnum caret perfectione alterius, & indiget alterius conſortio, ſicque non eſt depurata ab omni imperfectione, ſed inuoluit in ſuis extremis imperfectionem, ſeu carentiam perfectionis; indigentiam alterius, ſeu inſufficientiam ſui.

Compoſitio in conceptu vniuerſaliſſimo eſt perfectior ſimplicitate.

Simplicitas, quæ eſt perfectio ſimpliciter, eſt ſola ſimplicitas actualis.

---

§. VI.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat compoſitionem ex genere, & differentia?

29. ASSERTVM : Simplicitas Dei excludit compoſitionem ex genere, & differentia; potiùs tamen ex conditione extremorum, quia ſcilicet in Deo oeque datur genus, oeque differentia, quàm ex conditione compoſitionis importatæ per extrema, quia genus, & differeotia non important niſi diſtinctionem, & compoſitionem rationis, quæ ſecundùm ſe non repugnat Deo vt colligi poteſt *ex §. ſuperiori*, & in terminis *infrà* traderur, §.8. Aſſertum ita poſitum eſt eorum omnium, qui negant Deum eſse in genere aliquo, ſeu in prædicamento. Eſt ſcilicet D. Thomæ 1. *part. quæſt.3. artic. 5. in 1. diſt.8. quæſt. 4. art.2. 1. contra Gentes, cap.25. opuſc. 2. cap.12.* Dioum Thomam ſequuntur Thomiſtæ communiter *in citatum articulum 1.p.* Eſt etiam Scoti *in 1. diſt.8. quæſt.3. §. Teneo opinionem*, qui, licèt tum *initio eiuſdem quæſtionis*, tum *ſuperiùs, quæſt.1. diſt.3.* admittat conceptus vniuocos Deo, & creaturis, *§. cit.* expreſsè habet : *Teneo opinionem meam mediam, quod cum ſimplicitate Dei ſtat, quod aliquis ſit conceptus communis Deo, & creaturæ; non tamen communis, vt generis.* Eſt inſuper ferè omnium Recenriorum, quorum prolixum Catalogum deſcribunt De Quiros 1. *par. quæſt.3. art.5. num.30.* Faſolus *ibid. dub.1, num.3.* Non deſunt propterea, qui

Excluditur à Deo compoſitio ex genere, & differentia potius ex conditione extremorū, quàm ex cōditione cōpoſitionis importatæ per extrema.

tantâ

30. Sentẽtia ponens Deum ſub genere ab aliquibus cẽſura notatur, quã deridet Arriaga

tanta auctoritate ſuffulti, ſententiam oppoſitam cenſura notent, ſic Trigoſius *ſuper citatum articulum Diui Thomæ, dubio vnico, conc.4.* dicit eſſe periculoſam in fide. Schola Oxonienſis, teſte Bachonin *in* 1. *diſt.* 8. *quæſt. vnica, art.* 2. §. 1. condemnat tanquam erroneam. Huiuſmodi cenſuras deridet Arriaga 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 8. *num.* 73. vbi ait aliquoa fruſtra terreri nominibus generis, & differentiæ, & negare in Deo huiuſmodi nomina, ex præcoucepta apprehenſione; non conſiderandn quid re ipſa ſignificent, ideò ipſe intrepidè compoſitionem ex genere, & differentia in Deo admittit, quam etiam olim admiſerunt *Nominales*, qui tamen, cum non diſtinguant genus, & differentiam, niſi penes nomina, & conceptus formales præcisè ſe tenentes ex parte intellectus, eodemque modo dicant vniuerſale ſolum repetiri in voce, & conceptu mentis, nullam reuerâ ponunt in Deo ipſo compoſitionem; ſed ſolum in voce, & conceptu noſtro; ideò ſi minùs quoad modum loquendi, ſaltem quoad modum ſentiendi immunes ſunt à cenſura, à qoa omni meritò illos excuſant Molina 1. *part. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 5. Ioannes à ſancto Thoma *ibidem*: Cæterùm Deo attribuere genus propriè, ac rigoroſè acceptum, non ſolum improbabilitatis, ſed fortè etiam temeritatis notâ carere vix poteſt propter authoritates ſanctorum Patrum, quas mox in aſſerti probatinnem ſubiicio.

31. Deum non contineri ſub aliquo genere pluribus autoritatibus probatur.

Probatur primò authnritate ſanctorum Patrom: Sanctus Auguſtinus *de cognitione veræ vitæ, cap.* 3. *Ab his omnibus* (ſubintellige prædicamentis) *proprietas ſummæ eſſentiæ euidenti ratione penitus excluditur*: ſanctus Anſelmus *in Monologio, cap.* 6. *Conſtat quia illa ſubſtantia nullo communi tractatu ſubſtantiarum includitur, à cuius eſſentiali communicatione omnis natura excluditur.* Boëtius *in lib. de Trinitate, & vnitate Dei*, enumeratis decem prædicamentis ait: *At hæc cum quis in diuinam verterit prædicationem cuncta mutantur, quæ prædicari poſſunt: nam ſubſtantia in illo non eſt verè ſubſtantia; ſed vltra ſubſtantiam*; ſed ſi Deus eſſet in aliquo genere eſſet in genere ſubſtantiæ. Ergo, cum inxtà poſitas autoritates in genere ſubſtantiæ non ſit, in nullo genere eſt. Minnr probatur: Decem prædicamẽta ſunt prima, ſummaque genera, & inter huioſmodi genera potiſſimum, ac perfectiſſimum eſt genus ſubſtantiæ. Nec refert quod Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 5. *& alibi* dicat: *Quod ſi Deus eſſet in aliquo genere, oporteret quod eius genus eſſet ens.* Non refert, inqnam, quia non ideò negat Angelicus, quod deberet Deus eſſe in genere ſubſtantiæ, ſed infert tanqoam falſum, & abſurdum qood deberet etiam eſſe in genere entis, cum Deo non ſit minùs analoga ratio ſubſtantiæ, quàm ratio entis.

In quo ſenſu ſancti Patres aliqua prædicamenta Deo attribuant.

Non item refert quod Diuus Damaſcenus *lib. primo Inſtitut. cap.* 7. videatur expreſsè ponere Deom ſub genere ſubſtantiæ, dum ait hanc eſſe genus ſupremum ad ſpiritom, & corpus; de ſpiritu verò ſubdit: *complectitur eſſentia corpore vacuus Deum, Angelum, animam, dæmonem*; huic eidem intento fauent verba Diui Thumæ 1. *part. quæſt.* 28. *art.* 2. *ad* 1. *Dicuntur duo tantum eſſe prædicamenta in diuinis*, ſubſtantiæ, ſcilicet & relationis. Non refert, inquam, quia ſolùm intendunt ſancti Patrea duo allata prædicamenta, (quibus addi poteſt actio propter verba Diui Auguſtini 5. *de Trinit. cap.* 8. dicentis: *Quod autem ad faciendum attinet, fortaſſis de ſolo Deo veriſſimè dicitur: ſolus enim Deus facit, & ipſe non fit, neque patitur.*) Secundùm proprios conceptus, & rationes formales, eſſe in Deo ſpecialiori modo, quàm reliqua; eſſe ſcilicet in ipſo formaliter, & propriè, reliqua verò ſolum eminenter, impropriè, & tranſlatitiè, vt explica[illegible] Auguſtinus *eodem lib.* 5. *de Trinit. c*[illegible]. 10. 11. Confirmatur hoc totum afferendo expreſſiores autoritates, quibus in terminis à Deo excluditur ratio generis. Cyrillus Alexandrinus *dial.* 2. *de Trinit. Genus in Deo vllum nominare alienum à recta ratione eſt.* Bernardus *epiſt. ad Patres de Monte Dei*: *Ipſe eſt ſumma ſubſtantia, non ſubiecta prædicamentis.* Beda *in ſententiis ex Ariſtotele collectis, littera M, Manifeſtum eſt quod Deus non habet genus, nec qualitatem, nec quantitatem.*

Probator ſecundò ratione: In Deo nec datur genus, nec differentia: ergo in Deo non datur compoſitio ex genere, & differentia, ergo ſimplicitas Dei, &c. Prnbatur antecedens: Vbi non datur conceptus vniuocua, non datur genus; & vbi non datur genus, non datur differentia, cum hæc ſit eſſentialiter diuiſiua generis; ergo in Deo nec datur genus, nec differentia. Antecedens quoad primam partem, patet ex communi acceptione generis, cuius nomen nimis abuſiuè vſurpant, qui duplex aſſignant genus alterum vniuocum, analogum alterum. Conſequentia probatur; quia, vt ſuppono ex metaphyſicis, & ſæpius probant Thomiſtæ, nihil datur commune vniuocum Deo, & creaturis. 32.

Genus analogũ ſolum abuſiuè dicitur genus.

Dices ſaltem ad intra in Deo datur ratio communis vnionca, ratio enim Deitatis videtur omninò communis vniuocè tribus Perſonis, adeoque ex Deitate, tanquam ex genere, & ratione perſonalitatis, tanqoam ex differentia videtur conſurgere vera ſpecies; idem apparet in ratione communi perſonalitatis diuioæ comparatæ ad taleitatem perſonalitatis in ſingulis diuinis perſonis repertam, ergo quamvis Deo comparatiuè ad creaturas nullus conueniat cnnceptus communis vniuocus, & genericus; Den ad intra, & comparatiuè ad proprias perſonas non videtur poſſe negari huiuſmodi conceptus genericus, eiuſque compoſitio cum conceptu differentiali, ſed contra nec ratio Deitatis, nec ratin perſonæ eſt in Deo vniuocè communis: Non ratio Deitatis, quia hæc eſt eadem nomero in ſingulis perſonis; ratio autem generica ſpeciei cnnſtitutiua, nunquam eſt eadem numero in ſuis indiuiduis, quam veritatem expreſſit Diuus Thomas tum *opuſc.* 2. *cap.* 14. tum *quæſt.* 7. *de potentia, art.* 3. *ad* 5. Illis verbis: *ſpecies non eſt* 33.

Deus neque etiam ad intra habet rationem aliquam communem vniuocam.

Deus non ſe habet, vt ſpecies in ordine ad perſonas; cur?

aliquid vnum numero pluribus commune; ſed ratione ſolum; ſubſtantia vero diuina vna numero eſt communis tribus perſonis: Vnde Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnus Deus. Non eſt item vniuocè communis ratio perſonæ, cuius rationem aſſert Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 30. *art.*4. *ad* 3. quod nimirum *licet perſonæ communitas ſit communitas rationis, & non rei tamen, non ſequitur quod in diuinis ſit vniuerſale, vel particulare, vel genus, vel ſpecies; tum quia neque in rebus communitas perſonæ eſt communitas generis, vel ſpeciei: tum quia perſonæ diuinæ habent vnum eſſe, genus autem, & ſpecies, & quodlibet vniuerſale prædicatur de pluribus ſecund[illegible] differentibus.*

Ratio Perſonæ in Diuinis non eſt vniuocè cõmunis.

34. Probatur tertiò licet detur in Deo aliqua ratio contrahibilis, & contrahentis, quatenùs datur vna ratio vniuerſalior, & metaphyſicè prior alterâ, putà ratio ſubſtantiæ eſt vniuerſalior, & metaphyſicè prior, quàm ratio ſubſtantiæ intellectiuæ; ratio immutabilis eſt vniuerſalior, & metaphyſicè prior, quàm ratio immenſitatis, quæ eſt immutabilitas in ordine ad locum: item vna ratio ſe habeat ad alteram, tanquam potentia ad actum, vt dicebatur circa finem *ſuperioris* §. Id tamen non ſufficit, vt in Deo ponatue genus, & differentia, ergo ex nullo capite poni debet in Deo genus, & differentia, ergo ſimplicitas Dei, &c. Probatur antecedens præſertim quoad ſecundam partem: Ratio conſrahibilis, & potentialis, vt ſit genus, & rationes contrahentes reſpiciat, tanquam differentias, debet reſpiceee rationes contrahentes ab inuicem realiter diſtinctas, & dum contrahitur multiplicari, ſed ratio contrahibilis, & conttahens in Deo non ita ſe habent, neque enim immutabilitas, v. g. reſpiciendo immenſitatem, & æternitatem ſeſpicis sationes realiter diſtinctas, nec dum ab ipſis contrahitue sealitee multiplicatur, ergo. Maior probatue inducendo per ſingulas rationes genericas, & differentiales, quas inuenimus in creaturis. Quod ſi dicas dari in Deo genus, & differentiam ſuperioris, ac eminentioris conditionis redigitur difficultas ad quæſtionem de nomine, & idem erit, ac dicere in Deo non eſſe genus; ſed ſuprà genus; non differentiam, ſed ſuprà differentiam: eodem proportionaliter modo, quo dicunt ſancti Patres Deum non eſſe mentem, ſed ſupra mentem, non eſſe vitam, ſed ſupra vitam, &c. Modus tamen ipſe loquendi quoad eationem generis, & differentiæ minùs placet, quia apud ſanctos Patres in vſu non eſt: Eodem ex capite parùm arridet modus loquendi vſurpatus, à De Quiros 1. *part. quæſt.*3. *art.*5. *num.* 33. dicente Deum eſſe ſub genere non ſimpliciter, & quoad ſe; ſed ſecundùm quid, & quoad nos.

Non omnis ratio contrahibilis, & contrahens eſt genus & differentia.

Quoad modum loquẽdi minus congruè dicitur eſſe in Deo genus aut ſuperioris conditionis aut ſolùm quoad nos.

35. Hæc tertia probatio, vt conſideranti paset, excludit rationem generis, & diffeeentiæ à diuinis prædicatis ſolum ad inuicem comparatis, ab iiſdem verò comparatis ad prædicata creaturarum non video quomodo melius aliunde excludatur, quàm ex ratione analogiæ in noſtris principiis; quamvis in principiis Scoti diſtinguentis ex natura Dei realitatem generis a realitate differentiæ, excludatur etiam propter compoſitionem ex natura rei, quæ in Deo ſequeretur, item quia viderentur admitti in Deo realitates ex natura sei finitæ, & limitatæ, vt probat Scotus *loco ſuprà citato* in aſſerto; ideò admiſſa vniuocatione non omninò inconſequenter negat Scotus In Deo rationem generis, ſicuti minùs conſequenter negaretur à nobis aſſerentibus ex genere, & differentia conſurgere ſolùm compoſitionem rationis.

Admiſſa vniuocatione inter Deum, & creaturas minùs conſequenter extra viam Scoti negatur in Deo genus.

36. Dubitatur hic vtrum Deus dici poſſit eſſe in genere, ſaltem per reductionem ſicut principia intrinſeca, & partes ſunt reductiuè in prædicamento ſui totius, punctum v. g. & vnitas in prædicamento, ſeu genere quanſitatis, illud continuæ, iſta diſcretæ: Item priuatio eſt reductiuè in prædicamento ſui habitus, cæcitas v.g. in prædicamento qualitatis, annihilatio in prædicamento ſubſtantiæ. Reſpondetur negatiuè, tum quia id videntur ſuadere ſuprà relatæ ſanctorum Patrum auctoritates abſolutè remouentes à Deo omnem rationem generis, tum quia ita expreſsè definit Diuus Thomas 1. *part. q.*3. *art.*5. vbi, vt notat *Siluius*, rettactat oppoſitum, quod alibi videtur docuiſſe. Ratio duplex aſſerri poteſt: Prima ſit quia nec vt priuatio, nec vt principium, poteſt Deus reductiuè eſſe in prædicamento, ſeu in genere; non vt priuatio, quod per ſe patet; non vt principium, quia Deus eſt quidem rerum omnium principium extrinſecum, & efficiens, at nullius rei eſt principium intrinſecum, & conſtituens per modum parti ſi ſecunda ſit quia quod eſt reductiuè in aliquo genere, in ipſo continetus, nec extra ipſum extenditur; Deus verò extenditur extra, & ſuprà quodlibet genus, nec in vllo continetur, imò ipſe omnia genera perfectiſſimè continet, vnde ad ſummum poteſt dici eſſe in genere, tanquam continens, at eſt locutio valde impropria, cum contentum dicatue eſſe in continente, non continens in contento.

Deus neque etiam reductiuè eſt in genere, ſeu in prædicamento.

---

§. V.

Vtrum ſimplicitas Dei excludat compoſitionem ex eſſe, & eſſentia.

ASSERTVM: Simplicitas Dei omninò excludit compoſitionem ex eſſe (cuius nomine in præſenti importatur exiſtentia, quamvis eſſe aliquando ſumatur etiam pro eſſentia, aliquando pro conflato ex eſſentia, & exiſtentia) & eſſentia, adeò vt nulla ſit dabilis creatura, quæ careat compoſitione, & diſtinctione eſſentiæ, & exiſtentiæ, eo modo, quo Deus. Prima pars communiſſima eſt, & de fide. Secunda eumdem videtur habere certitudinis gradum in ſchola Thomiſtica diſtinguente in qualibet creatura ealiter 37.

Eſſe aliquando, ſignificat eſſentiã; aliquando exiſtentiam, aliquando conflatum ex vtroque.

Digitized by Google

realiter eſſentiam ab exiſtentia; at non adeò certa eſt apud docentes eſſentiam, & exiſtentiam etiam in creaturis diſtingui ſola ratione, & Arriaga 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 8. *numero* 67. abſolutè putat Dei exiſtentiam ratione noſtra ab eſſentia diſtingui eodem modo, quo in creaturis, imò id videtur neceſſario aſſerendum in ſententia, quam nos etiam in Metaphyſicis tradebamus, neque etiam ratione ratiocinata, ſed tantum ratiocinante diſtinguente eſſentiam ab exiſtentia, ſi vtraque cum proportione ſumatur, eſſentia ſcilicet actualis comparetur ad exiſtentiam actualem, eſſentia poſſibilis ad exiſtentiam poſſibilem.

38.

In Deo neque etiam ratione ratiocinata datur diſtinctio, aut cópoſitio eſſentiæ, & exiſtentiæ.

Probatur prima pars: Exiſtentia nullatenus neque etiam ratione ratiocinata diſtinguitur ab eſſentia Dei, ergo nullatenus cum eodem componit, ergo ſimplicitas Dei omnino excludit, &c. Antecedens probatur, *ex ſupradictis, cap.* 2. *§.* 2. *aſſert.* 5. Eſſentia Dei eſt formaliter ipſum eſſe à ſe, ergo non diſtinguitur formaliter, ſeu ratione ratiocinata ab eſſentia, alioqui diſtingueretur formaliter ab eo, quod formaliter eſt idem. Neque dicas ex Arriaga *ſuprà citato num.* 66. per aſeitatem, ſeu eſſe à ſe non importari formaliter exiſtentiam, ſeu eſſe actu, ſed ſolum importari formaliter rationem improducti, & non habentis eſſe ab alio. Contra enim, vt etiam dicebatur *in explicatione citati aſſerti*, eſſe à ſe licet explicetur per negationem improducti, & habentis eſſe ab alio, nihilominus importat rationem poſitiuam oppoſitam negationi ſufficientiæ ad exiſtendum, nihil autem magis opponitur inſufficientiæ ad exiſtendum, quàm actualis exiſtentia; ideo aſeitas, ſi minus quo ad modum ſignificandi, ſaltem quoad rem ſignificatam, nihil magis, nihil formalius exprimit, quàm exiſtentiam. Confirmatur: ſi Diuina exiſtentia concipitur, vt aliquid ratione noſtra diſtinctum ab eſſentia, vel concipitur vt ab eſſentia emanans, vel vt ab extrinſeco agente producta, vel vt à ſe ſimpliciter eſſentiæ adueniens. Non primum, quia ſecus eſſentia Dei eſſet cauſa Metaphyſica propriæ exiſtentiæ quod *ſuprà, cap.* 1. *§.* 2. *aſſert.* 1. probatum eſt repugnare. Non ſecundum, quia Deus eſſet ens cauſatum, & ab alio. Non tertium, quia quod eſt ſimpliciter à ſe nullum poteſt ſupponere conceptum priorem, & eſt formaliſſima eſſentia Dei, adeóque nequit concipi, vt ipſi eſſentiæ adueniens. Confirmatur inſuper à fortiori ex probationibus ſecundæ partis, quas mox ſubiicio.

39.

Aſeitas, licet negatiuè explicetur, importat poſitiuam perfectionem, ſcilicet exiſtentiam.

40. Probatur ſecunda pars primò: Eſſe id, quod eſt, eſt ſpecialiſſimè, & per excellentiam proprium Dei; ſed eſſe id, quod eſt, ſignificat exiſtentiam importatam per ly, *quod eſt*, identificari cum eſſentia importata per ly, *eſſe*; ergo eſſentiam eſſe identificatam cum exiſtentia ſpecialiſſimè, & per excellentiam eſt proprium Dei; ſed hoc non bene verificaretur, ſi eſſet dabilis creatura carens compoſitione, ac diſtinctione eſſentiæ, & exiſtentiæ eo modo, quo Deus, ergo. Maior probatur: tum ex illo Exodi 3. *Ego ſum, qui ſum. Qui eſt miſit me ad vos*: quem textum valde accommode ad noſtrum intentum illuſtrat *Diuus Thomas* verbis ſupra relatis *c.* 2. *§.* 2. *aſſert.* 5. tum auctoritate plurium Sanctorum Patrum, Auguſtini *in Pſal.* 121. *Quid eſt quod eſt, quod æternum eſt; nam quod temporaliter, atque aliter eſt, non eſt, quia non manet*: Clementis Alexandrini 1. *Pædag. cap.* 8. *Eſſe ideo propriè dicitur de Deo*, quoniam illum exprimit qui re vera ſolus eſt, Philonis Iudæi *in tract. de deterioris inuaſione, cap.* 5. *Deus ſolus in eſſe ſtat, ideo neceſſario de ſe ipſo dicit: Ego ſum, qui ſum, tanquam ea, quæ poſt ſe ſunt, re vera non ſint, ſed opinione tenus ſubſiſtere videantur.* Plures huiuſmodi auctoritates videri poſſunt apud Petauium *lib.* 1. *de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap.* 6. Nec ſibi, aliiſque Sanctis Patribus aduerſatur Diuus Thomas *in* 1. *diſt.* 19. *q.* 2. *art.* 1. *ad* 1. dicens quod *Eſſentia Diuina ſecundum intellectum ſit prius, quam eſſe ſuum*, & *art.* 2. *in C.* dicens quod *eſſe Diuinum eſt idem re cum eo, cuius eſt actus; ſed differt tantum ratione.* Non inquam aduerſatur, quia loquitur Sanctus Doctor de eſſentia diuina, non vt formaliter diuina, ſed præciſè vt eſſentia eſt, abſtrahens à Diuina, & creata, ſub qua conſideratione conceptus eſſentiæ vtputè vniuerſalior, eſt ratione prior, & diſtinctus à conceptu exiſtentiæ.

Eſſentia Diuina ratione diſtinguitur ab exiſtentia, non vt diuina, ſed vt eſſentia præciſè.

41.

Dices allatis auctoritatibus probari tantum quod ſolus Deus habeat exiſtentiam ſimpliciter neceſſariam; ſed contra etiam alia prædicata, putà intellectus, voluntas, &c. ſunt ſimpliciter neceſſaria in Deo, & tamen non dixit Deus; Ego ſum, qui intelligo; Ego ſum, qui volo, &c. Vt igitur ſaluetur ſpecialiſſima quodammodo neceſſitas diuinæ exiſtentiæ; debet aſſeri ſpecialiſſima ipſius indiſtinctio à diuina eſſentia, cum nihil magis neceſſario cuiquam conueniat, quam ipſa formaliſſima eſſentia.

42.

Probatur eadem pars ſecundò: In creaturis diſtinguitur ſaltem eſſentia in ſtatu poſſibilitatis, ſeu quodammodo in actu ſignato ab exiſtentia actuali, ſeu in actu exercito; ſed in Deo neque etiam hoc modo diſtinguitur eſſentia ab exiſtentia, ergo in Deo minùs diſtinguitur, quam in creaturis; ergo nulla eſt dabilis creatura quæ careat compoſitione, &c. eo modo, quo Deus. Maior probatur: Ab æterno fuerunt eſſentiæ rerum omnium poſſibilium, & nulla fuit exiſtentia exercita; item de facto plura poſſunt exiſtere, quæ in actu exercito non exiſtunt. Neque dicas ab æterno non ſolùm nullam fuiſſe exiſtentiam exercitam, ſed etiam nullam fuiſſe eſſentiam, ſeu tum eſſentiam, tum exiſtentiam ab æterno, nihil fuiſſe; ſicuti de facto, quod in actu exercito non exiſtit, nihil eſt; non ſeparatur igitur, nec diſtinguitur eſſentia ſignata ab exiſtentia exercita, ſed vtraque indiuiſibiliter aliquando eſt, aliquando non eſt. Contra enim male ſupponitur eſſentiam rerum ab æterno, & ante exiſtentiam exercitam, non eſſe verum ens, nec habere proprium eſſe, quamvis nominale tantum, non participiale. Minor primi

In creaturis diſtinguitur ſaltem eſſentia poſſibilis ab exiſtentia actuali, & exercita.

Eſſentiæ creaturarum ab æterno ſunt aliquid nominale.

In Deo non datur potentia ad exiſtendum, quia eſt potentia purè logica, nullam dicens perfectionem diſtinctam ab eſſentia.

mi argumenti probatur: Eſſentia Dei non poteſt concipi in ſtatu poſſibilitatis, ſeu cum potentia ad exiſtendum, quia Deus non poteſt concipi cum aliquo, quod non dicat perfectionem; Potentia autem ad exiſtendum ſecundùm ſe præcisè nullam dicit perfectionem, & qui in Deo concipit exiſtentiam exercitam nullatenùs concipit minorem perfectionem, quàm concipit concipiendo exiſtentiam exercitam ſimul cum potentia ad exiſtendum; ratio eſt, qoia huiuſmodi potentia eſt præcisè potentia logica, quæ in re nihil aliud eſt, quàm ipſa eſſentia, ſeu connexio prædicatotum eſſentialium; ideò concipere eſſentiam cum potcutia ad exiſtendum eſt bis concipere eandem eſſentiam; & concipere eſſeuriam cum exiſtentia, & potentia ad exiſtendom, non eſt coocipere eſſentiam cum exiſtentia, & aliquo vlteriori; ſed eſſentiam cum exiſtentia, & cum ſe ipſa: potentia igitur ad exiſtendum in Deo non datur, vt diſtincta ab exiſtentia, ſicuti non datur vt diſtincta ab eſſentia, quæ eſt formaliſſimè exiſtentia.

43. Dices non videtue poſſe negari, quod Deus ſit poſſibilis, cum eſſe poſſibile nihil ſit aliud, quàm noo ioferre contradictionem, ſeu quod ſi res exiſtat, non ſequantur contradictoria; eſt autem pluſquam certum Deum non inferre conttadictionem, idque verè poſſe in Deo concipi; ſed quod Deus ſit poſſibilis, & quod habcat potentiam ad exiſtendum, idem omninò ſunt, etgo. Sed contrà, ſicuti eſſentia in Deo poteſt ſumi duplicitet, vel vt eſt eſſeotia præcisè, vel vt eſſentia diuina, & ptimo modo concedi poteſt prioe, & diſtiocta ab exiſtentia, non ſecundo; ita eſſe poſſibile in Deo poteſt ſumi, vel vt dicit eſſe poſſibile præcisè, vel vt dicit prædicatum, ſeu eſſe poſſibile diuinum. Ptimo modo eſſe poſſibile eſt quid diſtinctum ab eſſe actuali, & exiſtentia exercita, non ſecundo. Dum ergo dicitur Dens eſt poſſibilis, vel ſermo eſt de poſſibilitate vt ſic, ſeu de ratione communiſſima poſſibilitatis; & hac ratione poteſt abſolutè concedi, vel ſetmo eſt de poſſibilitate, quæ ſit ptædicatum diuinom, & hac tatione Deus non eſt poſſibilis poſſibilitate contradiſtincta ab exiſtentia exercita; & eſſe poſſibile, non inferte contradictionem, eſſentia metaphyſica, eſſentia exercita, ſunt fotmaliſſimè idem in Deo, & ſicuti cæteta prædicata, quæ in creaturis accidentia ſunt, ad Deum tranſlata tranſeunt in ſubſtantiam; ita non inferre contradictionem, quod in creaturis importat puram poſſibilitatem, ſi transferatur ad Deum ttanſit in exiſtentiam exercitam, ſeu actualem.

Deus ad ſummum, eſt poſſibilis poſſibilitate, vt ſic, at non poſſibilitate, quæ ſit prædicatū diuinum.

44. Ex hucuſque dictis habetur nullam eſſe dabilem ſubſtantiam cteatam tantæ ſimplicitatis, quantæ eſt Deus; ſioe ſermo ſit de ſimplicitate excludente compoſitionem realem, ſiue de excludente compoſitionem rationis. Et quidem quoad ſimplicitatem excludentem compoſitionem realem euincitur, tum ex eo quod nulla ſubſtantia creata ex dictis §. 3. poteſt ſibi identificare propriam ſubſiſtentiam, & eſſentialiter excludere compoſitionem tealem ex natura, & ſuppoſito; tum quia nulla ſubſtantia creata caret perfectibilitate, ſaltem per potentiam obedientialem; eo ipſo autem, quod poteſt petfici, poteſt aliquod accidens recipere; adeoque eſt capax compoſitionis ex ſubiecto, & accidente; ex qua petfectibilitate De Quiros 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 7. *num.* 58. probat magis coogruere creaturæ poſſe ſemper aliquid vlterius recipere, quam aliquid vlterius dare; adeoque, quamvis eſſet dabilis creatura nullatenus actiua (quam tamen dabilem eſſe falſum eſt, loquendo ſaltem de actiuitate, & potentia obedientiali,) ſuſtinere adhuc poſſe repugnantem, ſeu non dabilem creaturam nullatenus receptiuam. Alio etiam ex capite explicari poteſt maior ſimplicitas realis in Deo; quia ſcilicet, licet aliqua creatura poſſit ſibi identificare, & habere cum reali ſimplicitate aliquas perfectiones, quæ in creaturà inferiori habeantur cum diſtinctione, & compoſitione, nulla tamen creatura poteſt in ſe identificate tot perfectiones, quot ſibi identificat Deus; ideò nnlla creatuta poreſt habere ſimplicitatem, quæ poſitiuè excludat tantam realem compoſitionem, quantam excludit ſimplicitas Dei. Quoad ſimplicitatem excludentem compoſitionem rationis euincitur; tum quia, vt mox probatum eſt, nulla creatura poteſt excludere compoſitionem rationis ex eſſe, & eſſentia eo modo, quo excludit Deus; tum quia nulla creatura poteſt non eſſe ſub aliquo genere ſaltem teductiuè, adeoque nulla creatuta excludit omninò compoſitionem rationis ex genete, & differeotia; ſicoti excludit Deus, qui *ex ſuperiori §.* neque etiam teductiuè ſub aliquo geoere cootinetoe.

Nulla creatura, neque realiter, neque per rationē poteſt eſſe tantæ ſimplicitatis, quantæ eſt Deus.

Nulla creatura poteſt eſſe vel nullatenus actiua, vel nullatenus receptiua.

§. VIII.

Vtrum ſimplicitas Dei excludat aliam quamcumque compoſitionem rationis?

45. ASSERTVM: Simplicitas Dei non excludit compoſitionem rationis ratiocinatæ inter relationes, & eſſentiam; attributa, & eſſentiam; atttibuta inter ſe: Ita à fortiori Auctores citati pro *ſecundo aſſerto*, §. 5.

Probatur: Diſtinctio eſt fundamentum compoſitionis; & talis eſt extremotum compoſitio, qualis eſt eorumdem diſtinctio; ergo ſicuti, quia datur inter telationes, & eſſentiam; attributa, & eſsentiam; attribota inter ſe, diſtinctio realis virtualis, aſserta eſt, & ptobata loco citato realis virtualis compoſitio, ita quia inter eadem datur *ex ſupradictis, cap.* 3, §. 5. *aſſert.* 5. diſtinctio rationis ratiocinatæ, bene aſseritur, & infertur rationis ratiocinatæ compoſitio. Confirmatur: Simplicitas excludens compoſitionem rationis ratiocinatæ eſt ſimplicitas valde impetfecta,

Simplicitas Dei oon excludit compoſitionem rationis ratiocinatæ.

Digitized by Google

imperfecta: ergo talis non eſt ſimplicitas Dei. Antecedens probatur: Eſt ſimplicitas entitatis adeò diminutæ, vt non indigeat ab intellectu creato pluribus conceptibus intelligi, ſed vnico conceptu ſufficienter, & perfectè intelligatur, ſi enim exigeret plures, & diſtinctos conceptus, exigeret compoſitionem rationis ratiocinatæ conſurgentem ex pluríficatis, diſtinctiſque conceptibus cum fundamento, & exigentia ex parte rei cognitæ.

Simplicitas excludens compoſitionem rationis ratiocinatæ eſt imperfecta.

46. Datur in Deo compoſitio rationis ratiocinantis ex eſſe, & eſſentia, &c.

A fortiori concedenda eſt in Deo compoſitio rationis ratiocinantis, quæ tota ſe tenet ex parte intellectus diſtinguentis, & componentis abſque fundamento rem omninò indiſtinctam, & ſimplicem, vt ſubſtat, vel pluribus conceptibus ſynonymis, vel pluribus ſecundis intentionibus, vt *ſuprà, cap. 3. §. 4.* Hoc modo procul dubio datur in Deo per opus rationis ratiocinantis diſtinctio, & compoſitio ex eſſe, & eſſentia; ex genere, & differentia, (ſunt tamen abuſiuè genus, & differentia illa, quæ componunt ſolùm per rationem ratiocinantem, ſicuti eſt abuſiua diſtinctio, ac compoſitio rationis ratiocinantis; eſtque abuſiuè relatio, relatio rationis) & ex quolibet diuino prædicato, vel cum ſeipſo, vel cum eo, quod eſt formaliter idem cum ipſo.

---

§. IX.

Vtrùm Simplicitas Dei excludat etiam omnem compoſitionem actiuam, adeò vt nequeat Deus cum re alia compoſitionem facere, ſeu in compoſitionem venire?

47. ASSERTVM: Simplicitas Dei excludit etiam omnem compoſitionem quodammodo actiuam, adeò vt nequeat Deus cum re alia per modum partis compoſitionem facere, ſeu in compoſitionem venire. Ita Doctores omnes communiter cum diuo Thoma 1. *part. quæſt. 3. art. 8. 1. contra Gentes, cap. 17. 26. 27. opuſc. 2. cap. 17.* contra deliria plurium antiquorum, inter quos *Thales Mileſius*, & *Democritus*, ſenſerunt Deum eſſe animam mundi; *Gnoſtici*, & *Priſcillianiſtæ* partem ſubſtantiæ Dei eſſe animam hominis; *Petrus Abailardus* Spiritum ſanctum eſſe animam mundi; *Almaricus* Deum eſſe eſſentiam rerum omnium; *Dauid de Dinando* Eſſe rerum omnium materiam, vt ex Sanctis Patribus referunt Valentia, & Vaſquez *1. part. in citatum articulum Diui Thomæ.*

48. Dixi per modum partis, ad excludendam compoſitionem; quam de facto facit Verbum diuinum cum natura humana in Chriſto, qui eſt Perſona compoſita ex humanitate, & ſubſiſtentia diuina, non tanquam ex parte, & aliquo perfectibili; ſed tanquam ex termino, & aliquo perfectiuo, vel vt loquitur Diuus Thomas 3. *part. qu. 2. art. 4. ad 2. Illa compoſitio perſonæ ex naturis non dicitur eſſe ratione partium, ſed potius ratione numeri; ſicut omne illud, in quo duo conueniunt, poteſt dici ex eis compoſitum:* Eâdem ratione admittunt Thomiſtæ compoſitionem ex natura humana, & diuina exiſtentia; faciunt quippe humanitatem non minùs diuinâ exiſtentia exiſtentem quàm diuinâ ſubſiſtentiâ ſubſiſtentem. Hæc tamen compoſitio eſt ex alio fundamento prorsùs reiicienda, ſcilicet ex eo, quod nulla res exiſtere poſſit per exiſtentiam alienam propter omnimodam indiſtinctionem, quam quælibet res habet cum exiſtentia propria.

Compoſitio humanitatis, & ſubſiſtentiæ Verbi non eſt ratione partium.

49. Deus non poteſt facere compoſitionē per modum partis.

Probatur primò: Deus non poteſt habere rationem partis: ergo non poteſt per modum partis compoſitionem facere: ergo ſimplicitas Dei, &c. Antecedens probatur, tum quia Deus non poteſt habere rationem entis incompleti, & perfectibilis; tum quia minùs imperfectum eſt componi ex partibus, quàm componere aliud per modum partis; minùs quippe imperfectum eſt eſſe totum, quàm eſſe partem, ſed Deus iuxta ſupradicta non poteſt in ſe componi ex partibus, & habere rationem totius compoſiti: ergo nec poteſt componere aliud per modum partis, & habere rationem partis componentis.

Probatur ſecundò inductione: Deus non poteſt componere per modum partis materialis, ſeu materiæ; quia Deus eſt primum agens, cauſa autem efficiens non coincidit cum materia ex *Ariſtotele*; item quia materia non componit, niſi cum ſui mutatione, & cum receptione alicuius à ſe diſtincti. Non poteſt componere per modum partis formalis, ſeu formæ; quia ex eodem *Ariſtotele* cauſa efficiens, & formalis, ſeu forma efficiens, & informans in idem non coincidunt. Item quia forma indiget ſubiecto, vel in eſſe; vt forma, quæ educitur; vel in operari, ſeu in ordine ad aliquam operationem; vt forma, quæ creatur, anima ſcilicet rationalis. Non poteſt componere per modum partis integralis, quia totum ex ipſo, & creatura conſurgens, vel eſſet Deus, vel non? Si eſſet Deus, creatura foret de integritate Dei; ſi non eſſet Deus, aliquid, quod non eſſet Deus, foret perfectius Deo. Non poteſt componere per modum naturæ, quæ terminetur à ſubſiſtentia creata, ſicuti de facto natura creata terminatur à ſubſiſtentia diuina; quia à ſubſiſtentia terminari, eſt ab eadem compleri, & perfici; poteſt autem natura creata ab aliquo diuino, non natura diuina ab aliquo creato compleri, & perfici; ſicque proportionaliter excludi poteſt quilibet alius modus, quo Deus vel realiter, vel per rationem ratiocinatam excogitari poſſit venire per modum partis in compoſitionem cum creatura, idque non ſolùm loquendo de lege ordinatâ, vel ex indigentia ipſius Dei, verùm etiam loquendo de lege abſoluta, & ex ipſius Dei liberalitate, & arbitrio. Neque hîc aliquid difficultatis ſuppeditat ratio formæ intentionalis, ſeu intelligibilis, quam de facto Deus per ſe immediatè, licèt ex liberalitate, non ex

50.

Forma indiget ſubiecto, vel in eſſe, vel in operari.

Natura diuina non poteſt terminari à ſuppoſito creato.

51.

ex indigentia, exercet in viſione Beata: Enim verò, *vt ſequenti libro, cap.2.§.1.* explicabitur: Dum Deus vnitur intellectui creato in Patria per modum formæ intelligibilis, non vnitur per modum partis, & formæ intrinſecè componentis, ſed per modum totius, & comprincipij extrinſecè efficientis, & perficientis. Qua ratione poſſe Deum venire in compoſitionem (ſi tamen verè compoſitio dici poteſt omnis vnio, vi cuius vnum cum alio ponitur) cum creatura æquè eſt certum, ac certum ſit Deum cum qualibet cauſa creata ad quemlibet effectum concurrere, & ex cauſa prima, & ſecunda vnum principium efficiens coaleſcere ob indigentiam, ſubordinationem, & dependentiam, quam in operando habet cauſa ſecunda à prima.

Deus poteſt cum creatura vniri per modum formæ intelligibilis, & comprincipij efficientis.

CAPVT VII.

De Immutabilitate Dei.

1. SICVTI ſimplicitas per negationem compoſitionis; ita Immutabilitas per negationem mutationis, ſeu mutabilitatis, rectè explicatur. Eſt autem mutatio generaliſſimè ſumpta tranſitus de vno in aliud, & iuxta diuerſos terminos à quibus, vel ad quos res tranſit, multiplex mutatio conſurgit, poteſt autem triplex potiſſimum aſſignari, nimirum obiectiua, ſubiectiua, & conuerſiua. Obiectiua eſt, qua res tranſit de non eſſe ſimpliciter ad eſſe, vel de eſſe ad ſimpliciter non eſſe. Hæc mutatio vocatur obiectiua, quia quando res ſimpliciter non eſt dicitur habere puram potentiam obiectiuam, ideſt puram poſſibilitatem, & non repugnantiam. Subiectiua eſt in qua ſubiectum tranſit, vel ab vna forma ad aliam, vel à priuatione formæ ad formam, vel à forma ad priuationem formæ; ſiue deinde talis forma ſubſtantialis ſit, ſiue accidentalis: dicitur ſubiectiua, quia id, quod de vno in aliud tranſit, ſe habet, vt ſubiectum. Conuerſiua eſt, in qua res aliqua eſt terminus, vel à quo, vel ad quem conuerſionis. Dicitur conuerſiua, quia per conuerſionem fit, & id, quod de vno in aliud tranſit, eſt terminus intrinſecus conuerſionis. Vltra has mutationes, quæ ſunt

Mutatio triplex obiectiua, ſubiectiua, & cōuerſiua.

2. intrinſecæ, eò quod per ipſas res intrinſece mutetur; datur mutatio extrinſeca, quæ etiam dici poteſt actiua, qua res extrinſecè, id eſt extra ſe mutator; & diuerſimodè denominator, non quia in ſe mutetur, ſed quia mutat alia à ſe, non quia in ſe mutationem patiatur, ſed quia in aliis à ſe mutationem facit; hac ratione Deus de non creante fit creans, mutando creaturam, transferendo ſcilicet ipſam de non eſſe ad eſſe; paries de non viſo fit viſus mutando oculum, cauſando ſcilicet in ipſo mediante ſpecie actum viſionis, quo oculus intrinſecè, & ſubiectiuè mutatur.

Mutatio extrinſeca dici poteſt mutatio actiua.

§. I.

Vtrùm immutabilitas Dei omnem intrinſecam mutationem excludat?

ASSERTVM: Immutabilitas Dei excludit omnem intrinſecam mutationem, ſiue hæc obiectiua, ſiue ſubiectiua, ſiue conuerſiua ſit. Eſt veritas tum Fidei, tum naturæ lumine eluceſcens, ipſam amplectuntur Doctores omnes communiter cum Diuo Thoma 1. *par. quæſt.9. art.1. in 1. diſt.8. quæſt.3. art.1. opuſc.2. cap.4. contra eos,* qui ex ſupradictis Deum aſſerunt vel corporeum; vel ex ſubiecto, & accidente compoſitum; vel aliter imperfectum, & ex conſequenti perfectibilem. 3.

Probatur primò Auctoritatibus Scripturæ, & Patrum, quæ cum ſimpliciter, & abſolutè mutationem à Deo remoueant, non poſſunt rationabiliter coarctari ad aliquod determinatum mutationis genus; ſed debent procedere de omni mutatione propriâ, & intrinſecâ Malach.3. *Ego Deus, & non mutor.* Pſal.101. *Tu initio Domine terram fundaſti,* &c. *Tu autem idem ipſe es.* Iacobi 3. *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Ex Concilio Lateranenſi, *cap. firmiter: Vnus ſolus, & verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis.* Ex Auguſt.5. *de Trinit. cap.2. ſuper illud* Exod.3. *Ego ſum, qui ſum. Quod mutatur non ſeruat ipſum eſſe, & quod mutari poteſt: etiamſi non mutetur, poteſt quod fuerat non eſſe: ac per hoc illud ſolùm, quod non tantum non mutatur, verùm etiam mutari omninò non poteſt, ſine ſcrupulo occurrit, quod veriſſimè dicatur eſſe* Irenęo *lib.2. cap.64. Solus Deus eſt, & eodem modo ſemper ſe habens.* Dionyſio *cap.9. de diuin. nom. Idem ſuperſubſtantialiter, æternum eſt, inuertibile, in ſeipſo manens, & eodem ſe habens modo,* &c. Veritas diuinæ immutabilitatis, quæ Sanctis Patribus Fidei lumine illuxit, etiam aliquibus infidelibus naturæ lumine innotuit. Vnde Plato *lib.2. de Republica,* ait *ſtatuendam eſſe legem, ne cuilicеat mutabilem aliquo modo Deum appellare,* & teſte Tertulliano, *lib.1. contra Marcionem, cap.16.* Marcionitæ adeò indubitatam habuerunt Dei immutabilitatem, vt negauerint Deum veteris teſtamenti, eo quod de ipſo in veteri Teſtamento ſcribatur, quod fuerit iratus, æmulatus, zelatus, quæ ipſi exiſtimabant non ſaluari ſine mutatione; ſicque, ne mutationem in Deo concederent, Deum negarunt.

Immutabilitas Dei fuit nota etiam infidelibus.

Probatur ſecundò ex Diuo Thoma 1. *par. quæſt.9. art.1.* Deus eſt actus purus, eſt ſimpliciſſimus, & in omni genere infinitus: ergo eſt omninò immutabilis: ergo immutabilitas Dei excludit, &c. Conſequentia probatur: Quod mutatur eſt in potentia, ſeu dicit aliquam potentialitatem, hæc excluditur per actum purum: ſecundum aliquod ma- 4.

net

net ſecundùm aliquod tranſit ; hoc excluditur per eſse ſimpliciſſimum dicente etiam Auguſtino 6. *de Trinit. cap.6. Nihil ſimplex mutabile eſt :* eſt capax perfectionis deperdendæ, vel acquirendæ; hoc excluditur per eſse in omni genere infinitum, ratione cuius ſibi identificat omnem perfectionem, & omnem modum perfectionis. Confirmatur ex demonſtrationibus exiſtentiæ Dei, quæ dum euincunt Deum ens ſimpliciter neceſſarium, & motorem immotum ; euincunt etiam ioimutabilem, idque adeò clare, & euidenter, vt Auguſtinus *lib. vlt. contra Fauſtum, cap. vlt.* ſcripſerit : *Illud ſaltem, quod omni humanæ menti eſt naturaliter inſitum, ſi modo id peruerſa opinionis prauitate non turbetur ; Dei naturam atque ſubſtantiam incommutabilem omninò, omninò incorruptibilem cogitate, vel credite.*

Immutabilitas Dei probatus ex actu puro, ex ſimplicitate, ex infinitate, & ex ratione entis neceſſarij, ac motoris immoti.

5\. Probatur tertiò, excludendo in particulari ſinguloa mutationis modos. Eſt Immutabilis Deus mutatione obiectiua, quia cum nunquam caruerit eſse, & habeat ſummam neceſſitatem eſsendi, nec tranſit à non eſse ad eſse, nec ab eſse ad non eſse tranſire poteſt, & quamvis Perſonæ Filij, & Spiritus Sancti in diuinis ſecundùm eſse relatiuum producantur, non ideò tranſeunt de non eſse relatiuo ad eſse, quia habent ſolùm principium à quo ſunt, non terminum, ex quo tranſeant, ſeu quem relinquant ; cum in nullo ſigno fuerint ſub non eſse, vt enim refert ex Auguſtino *contra Maximinum*, & ex Anſelmo *cap.8. Monology*, Scotus *in 1. diſt.5. quæſt.2. §. in iſta quæſtione : Filius* (idem procedit de Spiritu Sancto) *nullo modo eſt de nihilo, neque negatiuè, vt aliquis dicitur loqui de nihilo, quando non loquitur, neque affirmando ly,* de nihilo, *vt ly,* de, *ſit nota materialitatis, vel quaſi materialitatis, quia nihil non poteſt eſſe materia alicuius : neque affirmando ly,* de, *originaliter, ſeu ordinaliter, id eſt prius nihil.* Hinc fit productionem ſecundùm ſuum vniuerſaliſſimum, & formaliſſimum conceptum non importare tranſitum à non eſse ad eſse ; ſed ſolùm accipere ab aliquo principio eſse.

Filius, & Spiritus Sanctus in diuinis nullatenus tranſeũt à non eſſe ad eſſe.

Productio ex ſuo côceptu formaliſſimo non importat tranſitum de non eſſe ad eſſe.

6\. Eſt immutabilis Deus mutatione ſubiectiua, quia nec ſubſtantialis, nec accidentalis formæ poteſt eſse ſuſceptiuus; & per mutationé actiuam, & extrinſecam ſaluari poſsunt ea, quæ aliqualiter videntur in Deo inferre mutationem ſubiectiuam, ſeu intrinſecam; ſunt vero tria præcipuè nimirum decreta libera diuinæ voluntatis; vnio hypoſtatica Verbi Incarnati ; Denominationea creatoris, ſanctificatoris, & Domini de nouo Deo aduenientes. De eadem mutatione actiua intelligi debet illud *Sapientia 7. Omnibus mobilibus mobilior eſt Sapientia*, eſt ſcilicet omnibus mouentibus magis motiua manens ipſa immobilis, vt apud Herincx *diſp.4. quæſt.1. num.9.* exponunt *Alenſis*, & *Diuus Bonauentura.* Certè omnem motum debere procedere ab aliquo ſtabili nouit etiam Ariſtoteles *de inceſſu, & motu animalium*, dicens : *Omnis motus procedit ab immobili, vt cum mouetur manus ſtat cubitus ; & mouetur cubitus ſtante humero* ; quia igitur diuina Sapientia eſt maximè ſtabilis, & omnibus ſtabilibus ſtabilior, conſequẽs eſt quod ſit maximè mouens, & omnibus mouentibus magis mouens. Poteſt etiam idem textus intelligi Metaphoticè, & Figuratè ; quatenùs diuina Sapientia dum ſe creaturis communicat, videtur quodammodo ad ipſas ſumma celeritate, & mobilitate procedere, ſicuti è cõtra dicitur Deus à creatura recedere, quando à ſuorum donorum communicatione deſiſtit, & huiuſmodi locutionum, ne diuinæ immutabilitati detrimentum fiat, in ſenſu Metaphorico accipiendarum plura exempla affert Syluiua *1. part. quæſt.9. artic.1.*

Omnibus mobilibus mobilior eſt Sapientia actiuè, & extrinſecè, vel figuratè, & metaphoricè.

7\. Eſt immutabilis Deus mutatione conuerſiuâ, quia nec poteſt eſse terminus à quo, nec ad quem propriæ, & rigoroſæ conuerſionis: non à quo, cum res, quæ in aliam conuertitur, debeat neceſsariò deſtrui : Non ad quem ; quia terminus ad quem, id eſt res, in quam alia conuertitur propriâ, ac rigoroſâ cõuerſione, debet de nouo produci, & minùs propria, ſeu quaſi extrinſeca conuerſio eſt illa, in qua terminus, ad quem extrinſecè ſolùm mutatur, & in hoc ſenſu, abſque iniuria aſſertæ in Deo immutabilitatis admitti poteſt eſſe terminus, ad quem mutationis conuerſiuæ, ſeu quod creatura poſſit in Deum conuerti; & id ſuſtinet cum nonnullis aliis Amicus *de Euchariſt. diſp.18. ſect.7 n.243.* & videtur fauere Scotus *quodlib.10.* vbi inſinuat poſſe aliquid abſque vlla ſui mutatione eſſe terminum conuerſionis.

Deus non poteſt eſſe terminus ad quem mutationis conuerſiuæ, niſi impropriè, & extrinſecè, nullatenùs verò terminus à quo.

8\. Vltra hucuſque explicatos immutabilitatis modos, poſſunt aliæ nonnullæ, licèt minùs præcipuæ, & ſub aliqua ex ſuperioribus contentæ immutabilitates in Deo aſſignari. Primò ſcilicet immutabilitas intentionalis, ratione cuius diuinus intellectus omnis expers mutationis ſemper eſt eodem modo in actu ſecundo intellectionis omnium intelligibilium ; hanc immutabilitatem probat Dei omniſcientia, & confirmat illud Gregorij *16. moralium, cap. 17.* dicentis de Deo : *Sicut immutabilis naturâ eſt, ita immutabilis cogitatione.* Secundò immutabilitas moralis, ratione cuius diuina voluntas omnis expers inconſtantiæ, & leuitatis, nec antiqua retractat, nec noua format decreta, vt euincit æterna ſtabilitas diuinarum volitionum, & confirmat illud Prou.19. *Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit.* Hæc vtraque immutabilitas ſequitur ad immutabilitatem diuini eſſe, ſicque conſurgit indiſſolubilis ille Ternarius incommutabilitatis, *ab Auguſtino* expreſſus *lib. 13. Confeſſ. cap.16. Qui es incommutabiliter, & ſcis incommutabiliter, & vis incommutabiliter.* Tertiò Immutabilitas in ordine ad locum, ex qua conſurgit attributum immenſitatis. Quartò Immutabilitas in ordine ad tempus, ex qua conſurgit attributum æternitatis ; quod duplex attributum in duobus ſequentibus capitibus propriam ſortitur tractationem.

Deus eſt immutabilis intentionaliter, & moraliter.

Deus eſt immutabilis in ordine ad locum, & tempus.

§. II.

Vtrùm Immutabilitas intrinſeca, præſertim obiectiua, & quoad eſſe, ſit propria Dei, adeò vt nulli creaturæ conuenire vllatenùs poſſit?

9. ASSERTVM: Immutabilitas intrinſeca præſertim obiectiua, & quoad eſſe, eſt propria Dei, & nulli creaturæ conuenire poteſt: Nulla ſcilicet eſt dabilis creatura, quæ non habeat potentiam obiectiuam, & logicam ad non eſſe, ſeu ad tranſitum à non ad eſſe, & ab eſſe ad non eſſe. Obiectiuam inquam, & logicam, vel vt loquitur Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 9. *art.* 2. in alio, ad diſtinctionem potentiæ intrinſecæ, Phyſicæ, & in ſe, quam ad non eſſe non habent Angelus, & Anima rationalis, cum ſint immortales, & ab intrinſeco incorruptibiles, vt ſuo loco explicatur. Aſſertum ita poſitum à Molina *cap.* 9. *quæſt.* 9. *artic.* 2. §. *Concluſio eſt*, exiſtimatur de Fide, & verè quoad vtramque partem indiuiſim ſumptam tale eſt: ſingillatim verò, & ſpecialiter quoad tranſitum ab eſſe ad non eſſe ad Fidei certitudinem non pertingit, nec deſunt aliqui, inter quos Ripalta *tom.* 1. *de ſupernaturalit. diſp.* 59. *n.* 7. Martinon. 1. *par. diſp.* 5. *num.* 10. qui doceant dabilem eſſe creaturam indeſtruibilem, & quæ ex ſuppoſitione, quod ſit, neque etiam de potentia abſolutâ tranſire poſſit ad non eſſe.

In quo ſenſu de Fide ſit immutabilitatem quoad eſſe repugnare creaturæ.

10. Probatur primò *ex* 1. *ad Timot.* 6. vbi de Deo dicitur, *qui ſolus habet immortalitatem*, cuius nomine immutabilitas intelligitur præſertim quoad eſſe; nam licèt omnis mutatio ſit aliqua mors; tamen mutatio omnium maxima, & mors quodammodo omnium peſſima eſt, qua tranſitur ab eſſe ad ſimpliciter non eſſe. Eſt interpretatio Gregorij *lib.* 12. *Moral. cap.* 17. dicentis de Deo: *ſolus habet immortalitatem, quia videlicet in ſeipſo ſolus immutabilis.* Auguſtini *lib.* 1. *de Trinit. cap.* 1. dicentis; *vera immortalitas incommutabilitas eſt, quam nulla poteſt habere creatura, quoniam ſolius eſt creatoris.*

Omnis mutatio eſt aliqua mors.

11. Probatur ſecundò ratione: Repugnat creatura, quæ vel non producatur, vel non conſeruetur à Deo: ergo repugnat creatura, quæ non habeat potentiam obiectiuam ad non eſſe, ſeu ad tranſitum à non eſse ad eſse, & ab eſse ad non eſſe; ergo immutabilitas intrinſeca præſertim obiectiua, &c. Antecedens probatur; tum quia quælibet creatura in ratione creaturæ conſtituitur per abalietatem, & hæc vtpotè prædicatum maximè eſsentiale ei conuenit tum in fieri, tum in conſeruari, adeoque neceſse eſt, quod creatura & fiat, ſeu producatur; & conſeruetur ab alio, hoc aliud verò ne in infinitum procedatur debet eſse Deus, tum quia ſecus infirmarentur demonſtrationes exiſtentiæ Dei, vt patere poteſt recolenti, *ſuprà poſita, cap.* 1. §. 2. & 3. Probatur prima conſequentia primi argumenti: Quidquid ad extra à Deo producitur, tranſit a non eſſe ad eſſe, quidquid à Deo conſeruatur, poteſt tranſire ab eſse ad non eſſe: ergo ſi repugnat creatura, quæ vel non producatur, vel non conſeruetur à Deo, repugnat creatura, quæ non habeat, &c. Probatur Antecedens quoad primam partem: Productio ſine tranſitu à non eſse ad eſſe non poteſt dari, niſi inter Perſonas, quæ habeant idem eſſe, & quæ de nihilo non ſint, ſed de ſubſtantia ſui principij, qua ratione *in tertia probatione ſuperioris* §. ponebatur non eſse de conceptu formaliſſimo productionis tranſitum de non eſſe ad eſſe; at nihil ad extra à Deo producitur, vel produci poteſt, quod habeat idem eſſe cum Deo, & ſit de ſubſtantia Dei: ergo. Probatur Antecedens quoad ſecundam partem: Quidquid à Deo conſeruatur, neceſſe eſt, quod ſubtracta Dei conſeruatione tranſeat ad non eſse; ſed Deus poteſt quamlibet ſuam conſeruationem, quam ad extra impendit, ſubtrahere; eo enim ipſo, quod eſt actio ad extra, eſt actio libera: ergo.

Creaturæ cuicumque eſſentiale eſt produci, & conſeruari à Deo.

Productio ad extra eſt eſſentialiter tranſitus à non eſſe ad eſſe.

Dices quamlibet conſeruationem creaturæ eſse Deo liberam ſimpliciter, quatenùs conſeruatio ſupponit, & ſequitur productionem, quæ omninò libera eſt, & ſicuti poteſt quamlibet creaturam non producere, ita poteſt quamlibet creaturam non conſeruare; at verò non quamlibet conſeruationem eſse Deo liberâ ſuppoſitâ productione, vt exemplificari poteſt in actu Fidei ſupernaturalis dicente de ſeipſo, v.g. Ego nunquam deſtruar, vel de actu viſionis ſupernaturalis vidente futuram æternam ſui durationem; hi enim actus, vtpotè ſupernaturales ſunt infalſificabiles, eſsent autem falſificabiles, ſi eſsent deſtruibiles; cum affirment propriam indeſtruibilitatem, & æternam durationem. Neque hoc officit aut diuino dominio, aut diuinæ libertati: non diuino dominio, quia indeſtruibilitas, ſeu impotentia deſtruendi non prouenit ex iure actiuo alterius, cui fieret iniuria: Non diuinæ libertati, quia ſupponit decretum liberum, quo Deus voluit talem rem producere, & ſicuti non officit diuinæ libertati, quod duo ſint neceſsariò connexa, & quod ex ſuppoſitione talis connexionis nequeat Deus deſtruere vnum ſine alio; ita nec quod productio, & æterna conſeruatio in aliqua re neceſsariò connectantur, adeò vt ex ſuppoſitione productionis, nequeat Deus talem rem deſtruere, & in æternum non conſeruare. Sed contra non minor debet ſuſtineri Dei libertas in ordine ad conſeruationem, quàm in ordine ad productionem, cum vtraque ſit actio ad extra, ſicuti igitur Deus ex nulla ſuppoſitione ſe tenente ex parte creaturæ, & ſolùm ex ſuppoſitione proprij decreti poteſt habere neceſſitatem conſequentem producendi aliquam creaturam, licèt deinde aſseratur omninò liber in eiuſdem creaturæ conſeruatione; ita ex nulla ſuppoſitione ſe tenente ex parte creaturæ, & ſolùm ex ſuppoſitione proprij decreti poteſt Deus habere neceſſitatem conſequentem conſer- 12.

Deus non minùs eſt liber in conſeruatione, quàm in productione creaturæ.

conſeruandi aliquam creaturam; etiamſi deinda aſſeratur omninò liber in eiuſdem productione. Neque enim Deus poteſt magis neceſſitari ad axiſtentiam, quam ad non exiſtenriam creaturæ, & æque ſpectat ad Dai libertatem poſſe tollete exiſtentiam, ac poſſe tollere carentiam exiſtentiæ. Sicuti igitur quando creatura non exiſtit Deus eſt ita liber ad tollendam careutiam axiſtentiæ, vt ex nulla ſuppoſitione ſe tenente ex parte creaturæ neceſſitari poſſit ad dandam exiſtentiam; ita qoando creatura exiſtit debet eſſe ita liber ad tollendam exiſtentiam, vt ex nulla ſuppoſitione, &c. poſſit neceſſitari ad ipſam non tollendam.

13. Actus ſupernaturalis affirmàs æternam ſui duratione poteſt ſuſtineri impoſſibilis.

Illud quod affertur de ſupernaturali acto fidei affirmante, vel ſupernaturali actu viſionis vidente æternam ſui durationem, varias excitat ſoluriones. Primò negari poreſt (quamvis talis negatio non ſit ita conformis iis, quæ infrà *lib. 2. cap. 5. §. 7.* dicemus de cogoitione qualibet ad ſe ipſam terminata, & ſuper ſe reflectente) poſſibilitas talis actus, dicendo vniuerſaliùs nullum actum ſupernaturalem poſſe reflectere ſuprà ſuam durationem pro aliquo inſtanti, ne ratione infalſificabilitatis conſurgat omnimoda neceſſitas exiſtentiæ talis actus pro tali inſtanti; nec refert ſpectare ad complementum beatitodinis, quod beati cognoſcant ſe ſemper viſuros Deum, ad hoc enim ſufficit, quod cognoſcant ſe ſemper habituros hanc, vel illam viſionem indeterminatè; nec eſt neceſſe, quod videant eandem numero viſionem futuram æternam; ſicuti vt ignis inferni dicatur æternus, non eſt neceſſe, quod idem numero ignis in æternum indeſtruibiliter perſeueret, ſed ſatis eſt, quod in æternum aliquis ignis indeterminatè permaneat.

Non eſt certū in Beatis de facto fore æternā eandem numero viſionem.

Quod ſi Deus immediatè reuelet, hæc numero viſio erit æterna, inuoluitur in tali reuelatione decretum, quo Deus dicit volo conſeruare hanc numero viſionem in æternum, ſicque eſt indeſtruibilis ex ſuppoſitione ipſius diuini decreti præcisè, non ex aliqua ſuppoſitione ſe tenente ex parte creaturæ. Secundò in ſententia aſſerente cognitionem eſse realiter diſtinctam qualitatem, nec eſsentialiter affixam cognoſcenti, non denominari tamen veram, aut falſam, niſi quando eſt vnita ſobiecto capaci recipiendi denominationem intelligentis; reſponderi poteſt actum illum eſse dabilem, & ſine ſui falſificatione deſtruibilem, quatenùs poteſt deſtrui tum intellectus ſeorſim, cuius æternam durationem actus ille non affirmat; tum actus ille ſeorſim, & extrà intellectum exiſtens, ſic quippè vtpotè incapax veritatis, & falſitatis, ſeu falſificationis per ſui obiecti, ſeu ſui ipſius deſtructionem non falſificatur.

14. Non repugnat compoſitum indeſtruibile abſque præuia partium ſeparatione.

Nec refert quod iuxta hanc explicationem deſtrui nequeat complexum ſimul ſumptum ex intellectu, & actu; nam ſicuti non eſt abſurdum aliquod complexum deſtrui non poſſe, niſi totum ſimul, vt patet in compoſito conſtante ex materia, & forma iuſeparabilibus, ita non eſt abſurdum aliquid aliud deſtrui non poſse, niſi ſuppoſita partium ſeparatione; & aliud eſt quamliber creaturam debere eſse deſtruibilem, aliod eſt debere eſse deſtruibilem omnimodo. Tertiò reſponderi poteſt talem actum eſse dabilem, & ſimpliciter deſtruibilem abſque ſui falſificatione, affirmat enim ſuam æternam durationem de potentia ordinaria; deſtruibilitas autem ipſius eſt ſecundùm potentiam extraordinariam, quod non falſificat affirmationem durationis æternæ de potentia ordinaria; in æternum quippè durare de potentia ordinaria, & deſtrui de potentia extraordinaria non ſunt obiecta oppoſita; & illa duratio aſt æterna ſolum qoodammodo ſub conditione, id eſt ſi ponatur exercitium ſolius potentiæ ordinariæ. Alias reſponſiones allatas à De Quiros 1. *part. diſp. 33.* miſsas facio, tanquam obſcuriores, & principiis difficilioribus innixas.

Actus affirmans æternā durationem de potentia ordinaria non falſificatur per deſtructionem factam de potentia extraordinaria.

Aduerte hic non eandem eſſe difficultatem de acto ſupernaturali affirmaute æternam durationem creaturæ à ſe diſtinctæ; hæc quippe creatura, vt deſtruatur abſque falſificatione illius actus ſatis eſt quod præmittatur deſtructio illius actus, ſicque ex talis actus infalſificabilitate probatur ad ſummum aliqua indeſtruibilitas illius creaturæ perſeuerante illo actu. 15.

15. Actus affirmans æternā durationem creaturæ a ſe diſtinctæ nullā habet difficultatē.

Dices inſuper: Datur aliquid non exiſtens omninò immutabile, & cui repugnat tranſitus à non exiſtentia ad exiſtentiam, ergo etiam eſt dabile aliquid exiſtens omninò immutabila, cui repugnet tranſitus ab exiſtentia ad non exiſtentiam. Anteeedens euincitur in chymæta. Conſequentia procedit à pari. Rurſus creatura qualibet, eſt omninò immutabilis quo ad eſſentiam, ergo creatura aliqua dari poteſt immutabilis quo ad exiſtentiam, & cui repugnet non exiſtere. Sed contrà: Antecedens eſt de ſubiecto non ſupponente, cum chymæta neque ſit aliquid, neque ens, neque creatura. Ad hanc igitur propoſitionem, omnis creatura mutabilis eſt; impertinenter ſe habet chymæra, quæ creatura oon eſt; & eodem modo argui poſſet; chymera eſt improducta, ergo eſt dabilis creatura improducta. Ad illud, quod additur, dico creaturam quoad eſſentiam non eſſe quid contiogens, imò habere eandem neceſſitatem, quam Deus; ideò non mirum quod habeat omnimodam immutabilitatem, & ſicuti non valet, creatura quoad eſſentiam eſt improducta, ergo etiam eſt dabilis creatura improducta quoad exiſtentiam; ita non valet, &c. Ratio quodammodo à priori, cur aliqua prædicata conueoientia negationibus; & chymeris, vel creaturis quoad eſſentiam, & in puro ſtatu poſſibilitatis, neqoeant conuenire creaturis quoad exiſtentiam, & in ſtatu actualitatis, eſt; quia in illis non arguunt eandem perfectionem, quam in iſtis, propter maiorem iſtarum capacitatem. 16.

Chymera eſt immutabilis, in rigore eſt de ſubiecto non ſupponente, quia chymæra in rigore non eſt.

Ex hucuſque probata mutabilitate obiectiua cuiuſcumque creaturæ euincitur à fortiori mutabilitas ſubiectiua, & conuerſiua, & hæc vtraque ſuadetur etiam ſpecialiter ex potentia obedientiali cuiuſcumque crea- 17.

17. Creatura eſſentialiter mutabilis obiectiuè, ſubiectiuè, & conuerſiuè.

turæ, maximè verò mutabilitas ſubiectiua ex eo, quod creatura ob potentiam obedientialem paſſiuam poſſit ſemper eleuari ad aliquam nouam formam recipiendam.

CAPVT VIII.

De Immenſitate Dei.

1. Immenſum, & infinitum, immenſitas, & infinitas ex vi nominis idē ſunt.

IMMENSVM ex vi nominis cum infinito, & immenſitas cum infinitate coincidit. Eſse enim non menſum, & carens menſura idem eſt, ac eſse non finitum, & carens fine; adeoque immenſitas importat poſitiuam perfectionem explicatam per negationem menſuræ, infinitas poſitiuam perfectionem explicatam per negationem finis, ſeu termini. Ex vſu tamen Theologorum immenſitas vſurpatur ad ſignificandum ſpecialem Dei infinitatem in ordine ad locum, quæ vt contradiſtinguatur ab alia infinitate, quæ ex ſupradictis *cap.* 5. §. 5. aliud diuerſum attributum in Deo conſtituit, dici poteſt infinitas extenſiua, illa alia verò infinitas intenſiua; ſeu infinitas in ordine ad locum, illa alia infinitas in ordine ad ſe.

§. I.

Quid ſit formaliter immenſitas Dei?

2. ASSERTVM: Immenſitas formaliter, & vt importat ſpeciale Dei attributum, non eſt præciſè exiſtentia Dei in rebus, nec vbiquitas, ſeu localis omnipræſentia, ſed virtualis extenſio infinita, ſeu extenſiua infinitas diuinæ ſubſtantiæ, exigitiua vbiquitatis, & localis omnipræſentiæ.

Immenſitas non eſt præciſè exiſtentia Dei in rebus omnib⁹.

Probatur prima pars: Exiſtentia Dei in rebus latiùs patet, quàm immenſitas, ergo immenſitas non eſt præciſè exiſtentia Dei in rebus. Antecedens probatur primò, quia minùs eſt eſſe in re aliqua præciſè, quàm eſſe in ipſa, tanquam in loco; neque enim quidquid in re alia eſt, in ipſa tanquam in loco eſt, nec forma in materia, accidens in ſubiecto, natura in ſuppoſito, rea cognita in cognoſcente, amans in re amata, tanquam in loco eſt; ſed immenſitas importat habitudinem ad res conſideratas in ratione loci, ergo exiſtentia Dei in rebus eſt aliquid minus, & aliquid latiùs patens, quàm immenſitas, propterea recta methodo ſanctus Doctor ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia progrediens 1. *part. quæſt.* 8. prius examinat: Vtrum Deus ſit in omnibus rebus; deinde vtrum Deus ſit vbique. Secundò eſſe quomodocumque, ſeu præciſè in rebus omnibus pluribus aliis Dei attributis conuenit: eſt quippè Deus in rebus omnibus per omnipotentiam, quatenùs res omnes operatur; per prouidentiam, quatenùs res omnes gubernat; per miſericordiam, quatenùs rerum omnium miſerias, ſeu defectus ſublenat; per iuſtitiam (eo modo, quo datur iuſtitia in Deo,) quatenùs rebus omnibus ſua ſuma tribuit, &c. Sed immenſitas eſt ſpeciale attributum, ergo exiſtentia Dei in rebus latiùs patet, &c.

Exiſtentia in rebus omnibus pluribus Dei attributis conuenit.

3. Immenſitas non eſt formaliter vbiquitas, ſeu omnipræſentia localis.

Probatur ſecunda pars: Immenſitas, vtpotè Dei attributum, eſt prædicatum omninò neceſſarium, & adæquatè intrinſecum Deo; ſed vbiquitas, ſeu localis omnipræſentia huiuſmodi non eſt. Minor probatur: Præſentia localis in noſtris principiis eſt complexum coëxiſtentiæ inter locatum, & locum; adeoque vbiquitas, ſeu omnipræſentia Dei, eſt complexum coëxiſtentiæ inter Deum, & res omnes, ſeu omnia loca, ergo omnipræſentia Dei includit intrinſecè res omnes, ſeu omnia loca; ſed hæc ſunt quid extrinſecum Deo, & ſi ſumantur pro locis, & rebus poſitiuis, ſunt etiam quid contingens, ergo vbiquitas, ſeu omnipræſentia non eſt prædicatum omninò neceſſarium, & adæquatè intrinſecum Deo. Rectè propterea Amicus 1. *part. diſp.* 8. *ſect.* 1. *n.* 9. triplex aſſignat diſcrimen inter immenſitatem, & præſentiam Dei. Primò: Illa competit Deo ex æternitate, iſta ex tempore. Secundò: illa eſt perfectio neceſſaria, hæc libera. Tertiò: illa eſt fundamentum huius; addi poteſt pro quartò diſcrimine: Illa eſt Deo ſimpliciter intrinſeca, hæc partim intrinſeca, partim extrinſeca.

Quadruplex diſcrimen immenſitatis à præſentia Dei.

4. Probatur tertia pars: Immenſitas Dei communiter explicatur per ordinem ad locum; ſed non eſt ex modò dictis actualis præſentia Dei in loco, ergo eſt talis præſentiæ fundamentum, ſeu ratio aliqua talis præſentiæ exigitiua; ſed huiuſmodi ratio nihil aliud eſſe poteſt, quàm virtualis extenſio infinita, ſeu extenſiua infinitas diuinæ ſubſtantiæ, ergo. Minor ſubſumpta probatur:

Quantitas perfectionis æquiualet quantitati molis.

Illud quod præſtat in rebus corporalibus, & materialibus quantitas molis, præſtat in incorporeis, & ſpiritualibus, quantitas virtutis, ſeu perfectionis; ſed in illis quantitas molis eſt radix præſentiæ, & extenſionis localis, ergo in iſtis quantitas virtutis, ſeu perfectionis eſt pariter radix, &c. Ergo cum Deus ſit ſubſtantia incorporea, & ſpiritualis, habet pro fundamento, & radice ſuæ præſentiæ quantitatem virtualem, & perfectionem extenſiuam ſuæ ſubſtantiæ. Quod confirmari poteſt ex Diuo Thoma *prima parte, quæſt.* 8. *art.* 2. *ad* 1. vbi explicans illud Boëtij *lib. de hebdom.* dicentis *incorporalia in loco non eſſe*; ait *quod incorporalia non ſunt in loco per contactum quantitatis dimenſiua, ſicut corpora; ſed per contactum virtutis,* idque magis elucidans *in corpore eiuſdem articuli*, ait: *Deus omnem locum replet, non ſicut corpus (corpus enim dicitur replere locum in quantum non compatitur ſecum aliud corpus,) ſed per hoc, quod Deus eſt in aliquo loco, non excluditur, quin alia ſint ibi, imò per hoc replet omnia loca, quod dat eſſe omnibus locatis,*

Incorporalia non ſunt in loco per cōtactū quantitatis.

locatis, quæ replent omnia loca. Verùm quia hoc modo videtur Deus replere loca cauſaliter potiùs, quàm formaliter, explicari aliter poteſt, quod formaliter loca repleat per hoc, quod nulla ſit aſſignabilis loci particula, quam Deus non totam ſecundùm ſe totum intimè penetret, quod innotuit antiquis etiam Philoſophis, apud quos in adagio fuit *omnia eſſe plena Deo.*

Deo omnia ſunt plena.

5. Ex eo, quod immenſitas ſit extenſio virtualis infinita, elucet duplex ipſius potiſſima perfectio. Prima eſt, quod exigat occupare locum indiuiſibiliter, non per commenſurationem partium, vt occupant res materiales habentes quantitatem molis, & extenſionem formalem. Secunda eſt, quod exigat occupare omne ſpatium. Prima habetur ab extenſione virtuali; ſecunda ab extenſione infinita. Prima excludit modum eſſendi in loco circumſcriptiuè, quem habent creaturæ corporeæ; ſecunda excludit modum eſſendi in loco definitiuè, quem habent creaturæ ſpirituales: Et ex vtraque conſurgit modus eſſendi in loco ab omni imperfectione immunis, & ab aliquibus appellatur modus eſſendi in loco eminenter, ab aliis immenſinè, ab aliis incircumſcriptè, ab aliis indefinitè: ſed parum refert, quo nomine vtamur, dummodo conueniamus in re per nomen ſignificata, dum ſcilicet dicimus Deum eſſe in loco per immenſitatem, intelligamus ipſum æquè eſſe totum in qualibet parte loci, ac in toto loco; nullis loci terminis circumſcribi, & definiri; nullius loci ſordibus inquinari, non ita alicubi eſſe, vt alibi non ſit, imò potiùs cum nullo loco finiatur, & circumſcribatur, ita vbique eſſe, vt nullibi ſit, dicente Bernardo *lib. 5. de conſid. cap. 6. Nuſquam eſt qui non clauditur loco, & nuſquam non eſt, qui non excluditur loco.* Auguſtino *lib. de quantit. animæ, cap. 4. Deo nihil eſt ſecretius, nihilque præſentius, qui difficillimè inuenitur vbi ſit, difficiliùs verò, vbi non ſit.* Anſelmo *monolog. cap. 22. In nullo itaque loco, vel tempore propriè dicitur eſſe, quia omninò à nullo alio continetur, & tamen in omni loco, vel tempore ſuo quodammodo dici poteſt eſſe.* Ex hoc modo loquendi ſanctorum Patrum nonnulli mouentur ad aſſerendum Deum eſſe in omnibus rebus, quatenùs res ſunt, non quatenùs loca ſunt; ita inter cæteros Herincx *diſp. 4. quæſt. 3. num. 34.* Verùm id foret negare Deo ſpeciale attributum immenſitatis, vt habetur ex præmiſſa probatione primæ partis: Nec modus loquendi Sanctorum Patrum aliud indicat, quàm Deum eſſe in loco præciſis imperfectionibus conſequentibus conditionem entis finiti, & limitati.

Immenſitas eſt modus eſſendi in loco immenſiuè, incircumſcripiè, indefinitè.

6. Immenſitatem ita explicatam eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem extra omne dubium eſt, & dum Martinon. 1. *part. diſput. 5. ſect. 4. num. 19.* videtur id negare, ſumit immenſitatem potiùs pro vbiquitate, & omnipræſentia Dei, quàm pro talis vbiquitatis, & omnipræſentiæ fundamento: Probat enim ipſe immenſitatem non eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, quia nec eſt melior ipſa, quàm non ipſa, nec conuenit Deo in omni loco; cum nec Deus, vt correſpondens huic determinato loco, ſit in omnibus aliis; nec melius ipſi ſit eſſe in hoc determinato loco, quàm in omnibus aliis, & tamen Deo vt exiſtenti in hoc determinato loco eſt impoſſibile eſſe in omnibus aliis; quæ, vt conſideranti patet, ad ſummum procedunt de ipſa actuali extenſione, & omnipræſentia (quamvis nec de hac ſumpta ſecundùm illud, quod dicit ex parte Dei in rigore aliquid euincant, vt explicat De Quiros 1. *part. quæſt. 8. art. 2 num. 12.*) nullatenùs verò de immenſitate, quæ eſt perfectio actualis extenſionis, & omnipræſentiæ exigitiua, licet enim aliquam præ ſe ferat difficultatem aſſerere, quod Deus vt exiſtens in hoc determinato loco exiſtat etiam in omnibus aliis, facillimum tamen eſt concipere quod Deus, vt exiſtens in hoc determinato loco, habeat exigentiam ad exiſtendum in omnibus aliis.

Immenſitas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, etiamſi talis non eſſet omnipræſentia.

§. II.

Vtrum Deum eſſe immenſum tum fide, tum ratione conſtet?

7. ASSERTVM I. Deum eſſe immenſum de fide eſt. Ex Catholicis citatur huic aſſerto contrarius ſolus *Auguſtinus Eugubinus*, qui in illud *Pſal. 138. Si aſcendero in cœlum, tu illic es*, exiſtimauit Deum cognitione quidem ſua rebus omnibus adeſſe; eſſentia autem, & præſentia ſua in cœlo tantum eſſe, quem errorem videtur hauſiſſe ex Ariſtotele *lib. de mundo ad Alexandrum*, aſſerente quod ſicuti Rex non eſt alibi, quàm in Regia vrbe, ita Deus non eſt alibi, quàm in cœlo; & quamvis dubium ſit, quod talis liber fuerit *Ariſtotelis*, non videtur tamen dubium, quod *Ariſtoteles* de Dei immenſitate malè ſenſerit, cum *primo de cælo, cap. 9.* Deum, omneſque intelligentias non intra, ſed extra cœlum eſſe contendat, id eſt ſupra vltimi cœli circumferentiam, quod eſt eſſe extra cœlum, non intra cœlum. In eodem errore negandi diuinam immenſitatem, & determinato aliquo loco concludendi diuinam ſubſtantiam verſati ſunt ante Ariſtotelem Iudæi præſertim rudiores, qui teſte Hieronymo *in illud Pſal. 66. Cælum ſedes mea*, exiſtimarunt Hieroſolymitano templo Deum concludi. Poſt Ariſtotelem *Manichæi* teſte Auguſtino *in lib. contra epiſt. fundam. cap. 16.* & ex Caluiniſtis *Vorſtius*; *Anthropomorphitæ* etiam quamvis talis erroris expreſsè non damnentur, eo ipſo tamen, quòd Deum aſſeruerunt corporeum; conſequens eſt crediſſe non immenſum, & vel non in omni loco, vel ſaltem non totum in qualibet parte loci. Contra hos errores Catholica veritas.

Errores varij contra diuinam immenſitatem.

8. Probatur ex Scriptura, Ierem. 23. *Cælum, & terram ego impleo.* Pſal. 66. *Cælum ſedes mea,*

Deum eſſe

immenſum, eſt de fide, & probatur ex ſcriptura.

mea, terra autem ſcabellum pedum meorum. Baruch. 3. *O Iſraël, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius! Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus.* Pſalm. 138. *Si aſcendero in cœlum, illic es, ſi deſcendero in infernum, ades,* &c. Confirmatur primò ex Concilio Lateranenſi *cap. firmiter*, in quo definitur Deum eſſe immenſum; *& ex Symbolo Athanaſij*, in quo canit Eccleſia: *Immenſus Pater, Immenſus Filius, Immenſus Spiritus ſanctus.* Confirmatur ſecundò ex *ſanctis Patribus* ex Auguſtino *de Trinit. lib. 5. cap. 1. Deus vbique eſt ſine vllo ſitu præſens, ſine habitu omnia continens, ſine loco vbique totus.* & lib. 7. cap. 30. *Idem Deus vbique totus implens cœlum, & terram præſente potentia, non abſente natura.* Ex Anſelmo *cap. 22. Monologij ſummam eſſentiam totam ineuitabilis neceſſitas exigit nulli loco, vel tempori deeſſe.* Ex Iſidoro *lib. 1. de ſummo bono, cap. 2. Immenſitas diuinæ magnitudinis iſta eſt, vt intelligamus eum intra omnia, ſed non incluſum; extra omnia, ſed non excluſum,* &c. Ex Hilario *in Pſalm. 138. Mirabile eſt Deum vbique eſſe, & nuſquam abeſſe; in omnibus eſſe, & totum eſſe.*

9. Assertvm II. Deum eſſe immenſum conſtat euidenter ratione naturali. Ita non ſolum omnes Catholici, ſed etiam ex Ethnicis, vt refert Suarez *in Metaphyſic. diſp. 30. ſect. 7. num. 48.* Plures antiqui Philoſophi ducti ſolo lumine naturæ, inter quos celebris eſt ſententia Triſmegiſti dicentis: *Deum eſſe ſphæram intelligibilem, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.* Hinc propterea Athanaſius *oratione contra Idola* ſcripſit *rationem, & famam obtinuiſſe Deum poſſe exiſtere vbique.*

Deum eſſe immenſum probatur euidenter ex infinitate.

Probatur: Deus eſt in omni genere infinitus, ſed talis non eſſet, ſi non eſſet immenſus, ergo eſt immenſus. Maior ſupponitur euidens ex ſupradictis *cap 5.* Minor probatur: Quod eſt in omni genere infinitum (ſumo impropriè nomen generis) habet in ſuo genere infinitam omnem perfectionem, quam formaliter continet; ſed extenſio virtualis, ſeu perfectio extenſiua propriæ ſubſtantiæ eſt perfectio in Deo formaliter contenta, tum quia eſt perfectio ſimpliciter, tum quia ſecùs Deus non eſſet in loco formaliter, ergo habet Deus in ſuo genere infinitam talem extenſionem, adeoque habet immenſitatem, quæ *ex ſuperiori* §. nihil eſt aliud, quàm extenſio virtualis infinita, &c.

10. Confirmatur primò: Extenſio virtualis diuinæ ſubſtantiæ debet eſſe maior, quàm extenſio virtualis cuiuſlibet ſubſtantiæ creabilis, ſed non eſt huiuſmodi, niſi ſit infinita, ergo datur in Deo infinita extenſio virtualis, &c. at in hac formaliter conſiſtit immenſitas, ergo. Maior patet; quia non ſolùm Deus eſt perfectior creatura, ſed etiam quodlibet prædicatum Dei eſt eſſentialiter perfectius quolibet prædicato creaturæ. Minor probatur: Si extenſio virtualis diuinæ ſubſtantiæ infinita non ſit, datur determinatus terminos vltra quem diuina ſubſtantia non poteſt extendi, ergo eſt dabilis ſubſtantia creata, cuius virtualis extenſio poſſit eundem terminum attingere, imò excedere; ergo niſi extenſio virtualis diuinæ ſubſtantiæ infinita ſit, non eſt maior, &c. Conſequentia probatur: Subſtantia ſpiritualis, quò perfectior eſt, eò habet maiorem extenſionem virtualem, & ampliorem terminum ſuæ locabilitatis, vt ſuadet proportio, quæ reperitur inter quantitatem virtutis, & quantitatem molis, & magis ex profeſſo probabitur in tractatu de Angelis; ſed ſubſtantia ſpiritualis poteſt creari perfectior, & perfectior in infinitum, ergo poteſt creari habens maiorem, & maiorem extenſionem virtualem in infinitum, & per conſequens aptam attingere, imò excedere quemcumque determinatum terminum locabilitatis.

Si Deus non eſſet immenſus, poſſet creatura habere, maiorē extenſionem virtualem, quam Deus.

Confirmatur ſecundò: Ad infinitatem diuinæ omnipotentiæ ſpectat non ſolum poſſe producere quodlibet, verùm etiam poſſe producere vbilibet; ſed niſi Deus habeat infinitam extenſionem virtualem, & immenſitatem, ratione cuius poſſet vbilibet eſſe, non poſſet vbilibet producere ſine actione in diſtans, quæ, ſi non eſt abſolutè repugnans, ſaltem eſt repugnans Deo, præſertim ſi ponatur, vt in præſenti poneretur, conueniens ex neceſſitate; & ex imperfectione, virtutis extenſiuæ, cui anguſtior quodammodo aſſignetur ſphæra, quàm virtuti operatiuæ, ergo. 11.

Deus debet poſſe producere non ſolùm, quidlibet, ſed etiā vbilibet.

Confirmatur tertiò: Si Deus habet extenſionem virtualem reſpicientem finitum aliquod, & determinatum ſpatium, vel huiuſmodi ſpatium liberè ſibi eligeret, adeò vt poſſet modò eſſe in hoc, modò eſſe in illo; vel eidem eſſet naturali neceſſitate alligatus, ſi hoc ſecundum aſſeritur, ſubſtantiæ ſpirituales creatæ habentes facultatem ſibi eligendi loca pro libito videntur eſſe melioris conditionis, quàm ſubſtantia increata Dei, qui quodammodo degeneraret in miſeriam ſpirituum damnatorum alligatorum igni. Si primum dicatur, non poſſet ſuſtineri diuina voluntas immunis ab inconſtantia, vel imprudentia, dum abſque nouo motiuo, cum ſua omniſcientia Deus omnia ſimul motiua præoccupet, loca mutaret.

Aduerte hîc obiter melius ex conſtantia diuinæ voluntatis, quàm ex immutabilitate intrinſeca Dei, probari diuinam vbiquitatem, ſeu immenſitatem; cum enim in principiis noſtris præſentia localis non mutet intrinſecè rem locatam, ſed ſit præcisè complexum rei locatæ cum loco extrinſeco; per tranſitum ad nouum ſpatium, & acquiſitionem nouæ præſentiæ, non mutaretur Deus, niſi extrinſecè, & illæſa ſubſiſteret ipſius intrinſeca immutabilitas, ex qua propterà (quod ſit obiter dictum) nec ſufficienter probatur repugnantia motus localis in Deo, nec demonſtratur immenſitas, licet quamplures ſupponentes nouam præſentiam localem importare intrinſecam mutationem, aſſumant immutabilitatem ad probandam, tum immobilitatem, tum immenſitatem. Immobilitas igitur à priori non probatur, niſi ex immenſitate iuxta illud diui Chryſoſtomi *homil. 17. in Geneſim: Non ambula-* 12.

bat Deus; abſit? *Quomodo enim ambularet, qui vbique præſens eſt, & omnia implet?* Immenſitas non niſi ex diuina infinitate, & vtraque ad ſummum ex maxima conſtantia diuinæ voluntatis. Cæterum à priori nullum aliud medium occurrit demonſtrandi immenſitatem; imò nec medium aliquod ſufficiens ſuppetit à poſteriori, vt probatur in ſequenti Paragrapho. Ideò ſit

§. III.

Vtrum Deum eſſe immenſum ſufficienter probetur ex actuali Dei operatione?

13. ASSERTVM: Deum eſſe immenſum non ſufficienter, ſeu non euidenter probatur ex actuali operatione præciſè. Ita Scotus *in* 1. *diſt.* 37. & vltra Scotiſtas Valentia *prima parte, quæſtione* 8. *punct.* 1. Vaſquez *diſputatione* 28. *cap.* 4. & 5. Amicus *diſputatione* 8. *ſectione* 1. *numero* 16. Lugus *lib.* 1. *diſputatione* 18. *cap* 4. Arriaga *diſputatione* 2. *ſect.* 9 Auerſa *in Philoſophia, &c. contra Thomiſtas in primam partem, quæſtione* 8. *articulo* 1. Suarez *in Metaphyſic. diſputatione* 30. *ſect.* 7. Aureolum *diſt.* 37. *articulo* 2. *propoſit.* 3. & 4. & alios quamplures, quibus adeò adhæret Molina *prima parte, quæſtione* 8. *articulo* 1. *diſputatione* 2. §. *opinio hæc*, vt opinionem à nobis aſſertam damnet, tanquam parum tutam in fide, ne dum tanquam falſam; quoniam Paulus *Act.* 17. ex eo probat *Deum non longè eſſe ab vnoquoque noſtrum, quod in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*; Et Regius Propheta *Pſalm.* 138. cum dixiſſet: *Quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum tu illic es*, &c. In huius rei probationem ſubiungit: *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Verùm huiuſmodi auctoritates, vel procedunt de operatione Dei, non præciſè conſiderata ſed vt coniuncta cum infinitate, & illimitatione; vel vt ſentit Vaſquez *loco citato, num.* 37. in primo textu intenditur Deum non longè eſſe ab vnoquoque noſtrum quoad cognoſci, & adorari; in ſecundo ſermo eſt de immenſitate diuinæ ſcientiæ, potius quam de immenſitate diuinæ ſubſtantiæ; vel tandem dato quod in allatis ſcripturæ locis ex diuina operatione præciſè diuinæ ſubſtantiæ immenſitas deducatur; non ideò talis deductio cenſenda eſt euidens; nec, vt notat Valentia *loco citato ad finem*, oportet omnes conſequentias, quæ fiunt in ſcriptura, vel à Patribus, eſſe per ſe euidentes; vt euincitur in probationibus exiſtentiæ Dei, quarum multæ in Scriptura afferuntur ſolum probabiles; imò qui diceret nullam euidenter, ac demonſtratiuè euincere exiſtentiam Dei, vix eſſet aliqua cenſura dignus, vt patet *ex ſupradictis, cap.* 1. §. 2. *aſſert.* 2. *prob.* 1. Immeritò igitur, & nimia liberalitate cenſura fertur in aſſertam à nobis, & grauiſſimorum Doctorum auctoritate fultultam opinionem.

Opinio aſſerens Dei immenſitatem ex operatione inſufficiẽter probari immeritò cenſuratur.

Probatur primò: Actualis operatio ex ſe præciſè, vel non eſſentialiter requirit indiſtantiam agentis, & paſſi, ſeu effectus; vel requirit indiſtantiam virtutis tantùm, non ſuppoſiti; item approximationis tantùm, & contactus ad partes extimas, non penetrationis, & illapſus quodammodo ad partes intimas; ſed immenſitas Dei dicit indiſtantiam; & hanc non virtutis tantùm, ſed ſuppoſiti; non approximationis tantùm, ſed penetrationis; omnibus quippè rebus Deus per ſubſtantiam ſuam totus intimè illabitur, & vt loquitur Gregorius *lib.* 2. *moralium cap.* 12. *manet intra, & extra omnia, &c. circumdando penetrat, penetrando circumdat*, ergo. Minor patet; 14.

Immenſitas Dei dicit indiſtantiã non virtutis, ſed ſuppoſiti, nõ approximationis, ſed penetrationis.

Probatur maior quoad primam partem, licet probabiliſſimum ſit, non eſt tamen euidens repugnare agenti creato actionem in diſtans; & quando euinceretur repugnans agenti creato; id videretur eſſe potiùs ex imperfectione, & limitatione creati agentis, quàm ex conceptu formali actionis, quæ ex genere ſuo, ſicuti præſcindit ab eo, quod fiat, vel præſuppoſito, vel non præſuppoſito ſubiecto, vel præuia, vel non præuia diſpoſitione, licet fortè à nullo agente creato poſſit exerceri non præſuppoſito ſubiecto, & non præuia diſpoſitione, ita præſcindat ab eo, quod vel cum medio, vel ſine medio, vel in proximum, vel in diſtans fiat, licet à nullo agente creato exerceri poſſit, niſi cum medio, & in proximum; imò, quia vt ait Scotus *in prima diſt.* 37. *quæſtione vnica, circa medium, quanto perfectior forma eſt in creaturis, tanto videtur eſſe ratio agendi in remotius*, forma perfectiſſima, qualis eſt in agente increato videtur debere eſſe ratio agendi in remotum, & diſtans ſimpliciter nulla virtute per medium diffuſa; ſicuti igitur, licet creato agenti eſſet impoſſibilis actio creatiua ex nihilo, & ſine ſubiecto, non ideò eſſet neganda Deo, & minùs conſequenter loquuntur, qui exiſtimant ſpecialiter repugnare actioni creatiuæ, quod exerceatur in diſtans; Enim verò ſicuti ſpecialiter ei conuenit non dependere à ſubiecto, inferendum potiùs eſt, quod poſſit ei ſpecialiter conuenire, non dependere à medio. 15.

Non eſt euidẽs repugnare agenti creato, & multo minus increato actionem in diſtans.

Creationi videtur ſpecialiter conuenire quod poſſit exerceri in diſtans.

16. Probatur eadem maior quoad ſecundam partem; Ex obiecto, & potentia gignitur notitia, nec tamen neceſſe eſt, quod obiectum ſit ſemper entitatiuè, & immediatione ſuppoſiti applicatum potentiæ, ſed ſatis eſt, quod ſit ipſi applicatum per effuſionem ſuæ virtutis; & tranſmiſſionem ſpecierum: proiecta à proiiciente mouentur per perſeuerantiam virtutis à mouente impreſſæ,

Operatio ex ſe præciſè, requirit indiſtantiã virtutis, non ſuppoſiti, approximationis, non penetrationis.

noo per perſeuerantiam coniunctionis entitatiuæ, cum ipſo moueute; ergo operatio ex ſe præciſè requirit indiſtantiam virtutis tantum, non ſuppoſiti. Probatur eadem
17. maior quoad tertiam partem, tum experientia omnium agentium, quorum nullum regolariter cum paſſo, in quod agit, penetratur; tum ex conditione agentis corporei, & quanti, quod cum non poſſit paſſum eiuſdem rationis penetrare naturaliter, non poſſet naturaliter in ipſum agere; ſicque eſset ſupernaturalis, & miraculoſa omnis actio rerum corporearum, & materialium inter ſe, ergo operatio ex ſe præciſè requirit indiſtantiam approximationis tantum, & contactus ad partes extimas, non penetrationis, & illapſus in partes intimas.

18. Dices primò contra probationem primæ partis maioris ex Do Quiros 1. *part. quæſt.* 8. *artic.* 1. *num.* 6. Licet non ſatis conſtet repugnare agenti creato actionem in diſtans, ſatis tamen conſtare reſpectu agentis increati repugnantiam actionis in diſtans; & neceſſitatem ipſius intimæ præſentiæ, ſi minùs titulo cauſæ ſaltem titulo effectus, cuius ſumma dependentia à Deo petit, vt ſicut conſeruari nequit ſine Deo coëxiſtente, ita nec ſine Deo præſente; quò maior namque apprehenditur ex parte creaturæ indigentia Dei, eo talis apprehenſio congruentior eſt conceptui creaturæ, ſed contra; vbi non repugnat actio in diſtans, effectus æquè perfectè producitur ab agente diſtante, ac ab agente proximo; adeoque effectus quantum eſt ex ſe, & vt habeat omnem ſuam perfectionem, non magis indiget præſentia, quàm diſtantia agentis, ergo vbi titulo cauſæ non repugnat actio in diſtans, neque etiam repugnat titulo effectus, cuius maior dependentia videtur meliùs explicari per hoc, quod cauſa ſit ab ipſo magis abſoluta, & cum maiori quodammodo remotione, minorique applicatione ad ipſum effectum, quàm per hoc, quod ſit ipſi alligata, & intimè præſens. Paritas, quæ affertur de Deo coëxiſtente, eandem habet vim in agente creato, eademque ratione ſimpliciter probaretur, ſicuti nullus effectus eſſe poteſt ſine cauſa coëxiſtente, ita nec ſine cauſa præſente, vnde probaretur vniuerſalis repugnantia actionis in diſtans; quod non incedit inſtantia.

Effectus ſecundum ſe non magis indiget præſentia, quàm diſtantia agentis, & titulo effectus non probatur repugnātia actionis in diſtans.

19. Dices ſecundò contra probationem ſecundæ partis maioris: In agente increato idem eſſe virtutem, & ſubſtantiam; adeoque ſi ex actione probatur indiſtantia virtutis reſpectu Dei agentis increati, ſufficienter ex eadem probari indiſtantiam ſubſtantiæ: ſed contra primò, quod in agente increato ſit idem virtus, & ſubſtantia, non prouenit ex conceptu formali actionis; ſed ex ſumma, ſimplicitate, & infinitate; ratione cuius quicquid eſt in Deo Deus eſt, adeoque probare Dei omnipræſentiam ex actione agentis habentis identificatam virtutem, & ſubſtantiam, non eſt probare Dei immenſitatem, & omnipræſentiam ex actuali operatione præciſè, vt loquitor aſſertum; ſed ex operatione, & identitate virtutis cum ſubſtantia, vel potius ex infinitate, quæ eſt radix identitatis virtutis cum ſubſtantia. Contra ſecundò probaretur adhuc ſolum diuina ſubſtantia indiſtans, indiſtantia approximationis, & contactus ad partes extimas, quod non ſufficit ad immenſitatem.

Virtus in Deo eſt identificata cum ſubſtantia ratione, infinitatis, non ratione operationis.

20. Dices tertiò contra probationem tertiæ partis maioris ex Ioanne à S. Thoma *prima parte, quæſtione* 8. *articulo* 3. Contactum agentis creati ideò non eſſe ad partes intimas, quia agens creatum in ſua actione ſemper aliquid præſupponit, & cum non tribuat totum eſſe rei, ideò non mirum, quod non debeat neceſſariò penetrare totam rem; at Deus è contra in ſua actione nihil præſupponit, & tribuit totum eſſe rei, ideò debet rem totam intimè penetrare, & hæc videtur eſſe legitima mens Diui Thomæ *prima parte, quæſtione* 8. *articulo primo*, probantis Deum in rebus omnibus eſſe, *quia dat eſſe, quod eſt magis intimum cuilibet, & quod profundius omnibus ineſt*; & *in* 2. *diſt.* 8. *quæſtione prima, articulo* 5. *ad* 5. dicentis *quod in eſſentia non intrat niſi ille, qui dat eſſe, ſcilicet Deus creator, qui habet intrinſecam eſſentia operationem.* Accedit quod contactus, quò perfectior eſt, eo debet eſſe intimior, ſi enim non eſt omninò intra rem, iam habet terminum, vltra quem, vel intra quem eſſe non poteſt; cum igitur contactus Dei careat omni limite, omnique termino; debet eſſe omninò intra rem. Sed contrà, ſi quod tribuit totum eſſe, ex concepto tribuendi totum eſſe, deberet rem totam intimè penetrare; quod tribuit aliquod eſſe, deberet aliquid rei penetrare; cum igitur omnis actio tribuat aliquod eſſe, omnis actio requireret contactum maiorem, quàm extrinſecæ approximationis, quod apparet abſolutè falſum; ratio à priori eſſe poteſt; quia agens operatur in genere cauſæ extrinſecæ, videretur autem deflectere in conditionem cauſæ intrinſecæ, ſi ex ſua ratione formali, ex vi ſcilicet operationis aliquam penetrationem, & ex vi operationis perfectiſſimæ totalem penetrationem, contactumque omninò intimum, & intrinſecum exigeret; nec amplios eſſet ſpeciale priuilegium principij vitalis, quod quatenus vitale exercet munus, tum agentis, tum ſubiecti, tum cauſæ extrinſecæ, tum intrinſecæ, habere effectum ſibi intimè compenetratum; nec debet hoc priuilegium extendi, niſi ad ea agentia, quæ ſimul habent rationem principij materialis, vel formalis. Ad verba *Diui Thomæ* dico ipſius conſequentiam eſſe indirectam;

Contactum agentis increati debere eſſe omninò intimū, probatur ex D. Thoma.

Propriū eſt principij vitalis intimè penetrari cū effectu.

Digitized by Google

Deus dat totum eſſe rei; ergo intimè penetrat totam rem, eſt conſequentia indirecta, & mediata.

indirectam; & ex eo, quod Deus det eſſe, probari intimam ipſius præſentiam, & intrinſecam eſſentiæ operationem, quia ex eo, quod Deus det eſſe ſimpliciter, infertur in ipſo omnimoda infinitas, & ex infinitate deinde omnipræſentia, & omnimoda penetratio cum toto eſſe cuiuſlibet effectus: 21. Nec maiorem habet vim illud, quod additur de contactu; hic quippè ex ratione contactus quomodocumque perfectiſſimi, importat ſolum excludere quodlibet intermedium; quod deinde rem ipſam penetret, & omni limite, omnique termino in penetrando careat, habet ex differentia extrinſeca infinitatis, ex qua propterea, non ex operatione præcisè euincitur diuina immenſitas.

22. Alium modum probandi indirectè ex diuina operatione immenſitatem affert Arriaga s. *part. diſp.* 2. *ſect.* 9. *num.* 81. Sic: Deus non ſolum producit res, ſed etiam illarum vbicationum; ergo debet continere eminenter perfectionem earum vbicationum, hoc autem non poteſt eſſe niſi ipſe Deus exiſtat formaliter in omni loco, vbi exiſtunt omnes vbicationes, etenim exiſtere in hoc loco formaliter dicit puram perfectionem, quæ non poteſt vt ſic eminenter contineri, ſed formaliter. Verum non eſt neceſſe, quod Deus vt contineat aliquam vbicationem, ſit in loco talis vbicationis, alioqui quia Deus, vt exiſtens alibi, non eſt formaliter hic, vt exiſtens alibi non contineret perfectionem huius vbicationis, adeoque, vt exiſtens alibi non contineret omnem perfectionem; neque omnem contineret, vt exiſtens hic; quia vt exiſtens hic non eſt formaliter alibi.

23. Probatur ſecundò: Modus exiſtendi in rebus per potentiam conſequens ad attributum omnipotentiæ eſt diuerſus à modo eſſendi in rebus per eſſentiam conſequente ad attributum immenſitatis, vt *ex* §. *ſequenti* conſtabit; ſed ſi ex operatione ſufficienter probaretur exiſtentia Dei in rebus per eſſentiam, difficiliùs explicaretur, quomodo talis exiſtentia eſſet diſtincta ab exiſtentia in rebus per potentiam, & quomodo non conſequeretur formaliter ad attributum omnipotentiæ, ergo. Confirmatur: detur per impoſſibile res aliqua non producta, adhuc Deus eſſet per eſſentiam tali rei intimè præſens, & non ex vi operationis, ergo operatio non eſt ratio formalis, & medium neceſſarium probans omnipræſentiam Dei. Antecedens probatur: Adhuc res illa in aliquo loco eſſet, neque enim quod res in loco ſit habet formaliter per hoc, quod à Deo producta ſit, ſed omnis locus eſt intra ſphæram diuinæ immenſitatis: ergo adhuc res illa eſſet intra ſphæram diuinæ immenſitatis, ergo adhuc in illa exiſteret Deus per eſſentiam.

Deus per eſſentiam exiſteret in re etiam à ſe non producta.

§. IV.

Quot modis Deus vbique ſit?

ASSERTVM: Tribus præcipuè modis ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiam Deus eſt vbique; ſumendo pro ly *vbique* omne ſpatium poſitiuum; nam de vbique latiùs accepto, prout importat ſpatium etiam imaginarium, diuerſa eſt ratio, vt infrà explicabitur. Ita Doctores omnes communiter cum Diuo Thoma 1. *part. quæſt.* 8. *artic.* 3. & *Magiſtro ſententiarum in* 1. *diſt.* 37. *quæſt.* 1. dicente, quod Deus vbique, in omni ſcilicet creatura eſſentialiter præſentialiter, & potentialiter eſt. Vnde es illud decantatum. 24.

Enter, Præſenter Deus eſt; & vbique Potenter.

Probatur, & explicatur: Eſt Deus vbique, ſeu in omni ſpatio poſitiuo per eſſentiam, quatenùs extenſione virtuali propriæ ſubſtantiæ omnia occupat, penetrat, & intimè permeat. Hic modus eſſendi vbique propriè ſpectat ad immenſitatem, & ſpecialiter exprimitur ab Augustino *lib.* 7. *de ciuit. cap.* 30. illis verbis: *Deus vbique eſt totum implens cælum, & terram præſente potentia, non abſente natura.* Eſt Deus vbique, ſeu in omni ſpatio poſitiuo per præſentiam, quatenus omnia intuetur. Hic modus eſſendi vbique propriè ſpectat ad intellectum, ſeu omniſcientiam, & ſpecialiter traditur verbis illis Hebr. 4. *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu Dei, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* Eſt Deus vbique, ſeu in omni ſpatio poſitiuo per potentiam, quatenus in rebus omnibus omnia operatur, & gubernat. Hic modus eſſendi vbique, propriè ſpectat ad omnipotentiam, & prouidentiam, ſpecialiter traditur Hebr. 1. verbis illis: *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Et ex Auguſtino *lib.* 2. *de ſerm. Domini in monte, cap.* 5. *Vbique eſt præſens, non locorum ſpatiis, ſed maieſtate potentia.* Primus modus dici poteſt præſentia entitatiua; ſecundus præſentia intuitiua: Tertius præſentia effectiua; Ex his tribus præſentiis ſola prima eſt localis, vi cuius Deus eſt in ſpatio tanquam in loco: ſola item prima eſt vniuerſaliſſima, vi cuius Deus ex inferiori aſſerto eſt in ſpatiis etiam imaginariis, in quibus nec præſentiam intuitiuam, nec effectiuam habet, cum ibi nec aliquid intueatur, nec aliquid operetur, aut moderetur. 25.

Deum eſſe vbique per eſſentiá, præſentiam, & potentiam explicatur.

Præſentia Dei triplex entitatiua, intuitiua, effectiua.

Circa allatos modos exiſtentiæ Dei, ſeu præſentiæ in rebus omnibus duo præcipuè dubitantur. Primò, cur ratione præſentiæ dicatur Deus eſſe in rebus omnibus, & non potiùs res dicantur eſſe in Deo, cum modus iſte exiſtendi per præſentiam conſiſtat in eo, quod res omnes ſubſint conſpectui, 26.

& cognitioni intuitiuæ Dei, ſeqoe habeant ad Deum, tanquam cognitum ad cognoſcens, cognitum autem potius ſit in coguoſcente, quàm cognoſcens in cognito. Secundo: Cus dicatus Deus eſſe in rebus per ſcientiam, ac potentiam; non verò per alia attributa, cum tamen etiam ratione aliorum attributorum sebus omnibus coeaiſtat, & res omnes afficias; per æternitatem quippè rerum omnium durationes metitus, pes miſericordiam resum omnium defectus tollit,

27. &c. Reſpondetur ad primum, ſpeciale eſſe cognitioni intuitiuæ, quod sequirat præſentiam Phyſicam obiecti, & ſic intuitus, quem nulla res poteſt ſubterfugere fundar ſpecialem ſubiectionem præſentiæ Phyſicæ rerum omnium ad intuentem, vnde quamvis ſecundum rationem genericam cognitionis potius cognitum ſit iu cognoſcẽte, quàm cognoſcens iu cognito; ſecundùm ſpecialem sationem intuitionis, à qua cognitum non poſſit ſe ſubtrahere; ita cognitum eſt in cognoſcente ſecundùm eſſe intentionale, vt cognoſcens ſit in cognito alligando quodammodo ſibi ipſius Phyſicaio præſentiam.

Secundum cõmunẽ rationem cognitionis cognitum eſt in coguoſcente, ſecundùm ſpecialem rationẽ intuitionis, cognoſcens eſt etiam in cognito.

28. Reſpondetur ad ſecundum: Alia Dei attributa, vel dici abſolutè de Deo abſque ordine ad creatusas, talia ſunt infinitas, ſimplicitas, &c. vel dicere ordinem ad creaturas, non ponendo aliquid in ipſis, ſed ponendo ipſas in Deo, vt intellectus, & voluntas, quæ per actus immanentes tangunt obiecta intra ſe, ſeu intra ipſum Deum, quod valet etiam de æternitate ſaltem ſecuodùm vulgarem loquendi modum, ſecundùm quem potius dici ſolet futura eſſe in æteroitate, quàm æternitatem eſſe in futuris, quamvis iu rigore dici debeat æternitatem eſſe in futuris, quatenùs coeaiſtit futuris ab æterno, stansferendo ſe ad ipſa, non retrotrahendo ipſa ad ſe, vt explicatur *capite ſequenti*, §. 5. quia tamen æternitas transfert ſe ad futura per modum contineotis, & menſuræ supereacedentis, ſuſtineri vtrumque poteſt communis modus loquendi, quo futura dicuntur eſſe in æternitate; vel dicere ordinem ad creaturas ponendo quidem aliquid in ipſis, ita tamen vt non exigant ea conceptu ſuo ipſarum præſentiam, & localem applicationem, vt miſeticordia, iuſtitia, &c. de quibus fuſiùs Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 8. *diſp.* 8. *art.* 5.

29. Ex his patet ſuſtineri abſolutè poſſe vltra tres aſſignatos nullum alium eſſe vniuerſalem modum, quo Deus in rebus omnibus exiſtat, quamvis occurrans plures modi particulares, quibus exiſtit in pluribus particularibus rebus, putà per circuminſeſſionem in diuinis Perſonis; pes vnionem hypoſtaticam in Chriſto; pes gratiam in iuſtis; pes gloriam in Beatis; per modum obiecti, ſeu pes aliqualem ſui ſimilitudinem, in creaturis ipſum cognoſcentibus, & amantibus.

Plures modi particulares, quibus Deus eſt in aliquibus rebus.

§. V.

An, & quomodo Deus ſit vel extra mundum, vel in ſpatiis imaginariis?

ASSERTVM I. Deus eſt realiter per eſſentiam, ſeu ſubſtantiam ſuam extra mundum in ſeipſo, vel in ſpatio increato 30.
psopriæ immenſitatis, vt loquitur Leſſius *de perfectionibus diuinis, lib.* 2. *cap.* 2. vbi triplex ſpatium diſtinguit; creatum, quod cosporali eatenſione cooſtat; inceeatum, quod eſt ipſa Dei immenſitas, cui omne aliud ſpatium innititur; imaginatiom, quod mens noſtra imaginatur. Ita contra Vaſquez 1. *part. diſp.* 29. *cap.* 2. Moncæum *diſp.* 1. *de Immenſitate*, aliosque nonnullos Leſſius *mox citatus*, Amicus 1. *part. diſp* 8. *ſect* 2. *num.* 32. Alenſis 1. *part. quæſt.* 10. *memb.* 1. alijque plorimi, ſpecialiter verò à fortiori omnes propugnatoses exiſtentiæ Dei in ſpatiis imaginariis, & eſt aſſertum lo re commune, quamvis nonnulli malè confundentes exiſtentiam Dei extra Cœlos, cum exiſtentiâ in ſpatiis Imaginariis arbitrentur aduerſarios exiſtentiæ Dei extra cœlos omnes Aduerſarios eaiſtentiæ Dei in ſpatiis imaginasiis, quod falſum eſſe couuincitur ex Heiincx *diſp.* 4 *quæſt.* 3. & Faſolo 1. *part. quæſt.* 8. *art.* 1. *dub.* 3. *&* 4.

Spatium triplex creatũ, increatum, imaginatũ.

Exiſtentia Dei extra Cœlor malè confunditur cum exiſtentia Dei in ſpatio imaginario.

Psobatur primò ex Scriptura, Iob *cap.* 11. 31.
Excelſior Cælo eſt, profundior inferno, cap. 22. *An non cogitas, quod excelſior Cælo ſit, & ſupra ſtellarum verticem ſublimetur* 3. Reg. 8. *Si Cœlum, & Cæli Cælorum te non capiunt*, cui conformites canis Eccleſia in laudem Deiparæ. *Quem totus non capit Orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo.* Neque huiuſmodi loca aptè eaplicantur de exiſtentia Dei extra mundum potentiali, & in actu primo; nam huiuſmodi explicatio minùs congruit Verbis Scripturæ, minus congruit rationi, vt iu ſequenti probatione conſtabit; minùs etiam congruis Sanctis Patribus, qui ſæpiſſimè eodem modo loquuntur de eaiſtentia Dei intra, & extra mundum, vt patet ex Auctoritatibus, quas ſubiicio. Ex Dionyſio *cap.* 1. *de diuin. nomin. eam* (ſcilicet diuinitatem) *dicunt in mundo eſſe, circa mundum, ſupra mundum, ſupra Cælum.* Ex Hieronymo *in* 66. *cap. Iſa. Ne arbitremur Cælo, & terrâ Dei magnitudinem metiendam; in alio loco de eo legimus, qui tenet Cælum palmo, & terram pugillo, per qua oſtenditur, & forinſecùs, & intrinſecùs, & infuſus, & circumfuſus*, &c. Ex Damaſceno *lib.* 2. *Fidei, cap.* 6. *Solus Deus incircumſcriptus eſt, omnia replens, omnia continens, & omnia ambiendo terminans, & ſuper omnia exiſtens, & condens vniuerſa.* Fauent etiam noſtro intento, & probationi noſtsi aſſerti auctoritates, quibus innuitur Deom eſſe rerum omnium locom; hoc enim nihil aliud eſt, quàm expsimere increatum

Deus non eſt extra mundum potentialiter tantùm, & in actu primo.

ſpatium

ſpatium diuinæ Immenſitatis. Ex Theophilo Antiocheno *lib. 2. contra Chriſtiana Religionis calumniatores. Deus loco non circumſcribitur, verùm ipſe eſt omnium locus.* Ex Damaſceno 1. *de Fide, cap.* 16. dicente: *Deum eſſe incircumſcriptum, & non eſſe in loco; ſed ipſum ſibi eſſe locum.* Ex Ambroſio *lib. 1. aduerſus Gentes. Prima cauſa tu es, locus rerum, ac ſpatium.* Ex Tertulliano *contra Praxeam, cap. 4. Ante omnia erat Deus ſolus ipſe ſibi, & mundus, & locus, & omnia.* Ex

52\. Deus ante Mūdi Creationem erat in ſpatio increato propriæ immēſitatis.

hoc ſpatio increato diuinæ Immenſitatis non ſolùm facilè explicatur Deum extra mundum, & ſupra Cœlos eſſe, ſed etiam vbi eſſet ante mundi creationem, quod interrogare ait, eſſe rudium quæſtionem Dionyſius Chartuſianus *in 1. diſt. 37. quæſt. 1.* refert tamen in reſponſionem hos verſus:

Dic vbi tunc eſſet, cum præter eum nihil eſſet?

Tunc, vbi nunc, in ſe: quoniam ſibi ſufficit ipſe.

Eidem interrogationi eodem modo reſpondet D. Auguſtinus *in Pſal.* 122. & D. Bernardus *lib. 5. de conſideratione*, vt videre eſt apud Leſſium *de diuinis perfectionib. lib. 2. cap. 2. num.* 14. rectè dicentem huiuſmodi Auctoritates debere intelligi non de exiſtentia obiectiua, qua Deus erat in ſuo intellectu; ſed de naturali in ſua immenſitate tanquam in ſpatio ſibi accommodato.

53\. Probatur ſecundò ratione: Deus de facto eſt vbicumque creatura aliqua eſſe poteſt; ſed poteſt creatura aliqua, tum ſpiritualis, tum corporea eſſe extra hunc mundum, & ſupra Cœlos: ergo Deus de facto extra hunc mundum, & ſupra Cœlos eſt. Minor probatur, tum quia non poteſt negari poſſibilis productio alterius mundi non penetrati cum mundo de facto exiſtente, tum quia ex D. Thoma 3. *part. quæſt.* 57. *art.* 4. *in C.* Corpus Chriſti glorioſum ſuper omnes Cœlos eleuatum, & conſtitutum eſt, & hic obiter ex verbis eiuſdem Diui Thomæ *art. cit, ad* 1. expreſſiùs corroboratur noſtrum intentum: ait enim Diuus Thomas: *Sedes Dei dicitur eſſe in Cœlo, non ſicut in continente; ſed magis ſicut in contento: vnde non oportet aliquam partem Cœli eo ſuperiorem eſſe; ſed ipſum eſſe ſuper omnes Cœlos; ſicut & in* Pſal. 8. *dicitur, eleuata eſt magnificentia tua ſuper Cœlos, Deus.*

Corpus Chriſti eſt conſtitutum ſuper omnes Cœlos.

Sedes Dei eſt in Cœlo, non vt in continente; ſed magis vt in contento.

Maior etiam probatur, de facto eſſe vbicumque creatura aliqua eſſe poteſt, eſt perfectio, & eſt perfectio neceſſaria: ergo ſemper fuit, eſt, & erit in Deo: ergo Deus de facto eſt vbicumque creatura aliqua, &c. Antecedens probatur: Perfectio eſt, quia nemo non conciperet tanquam maximam perfectionem in Angelo de facto eſſe, vbicumque alia quæcumque creatura eſſe poteſt: perfectio neceſſaria eſt; quia omnis perfectio non reſpiciens terminum contingentem neceſſaria in Deo eſt, perfectio autem, de qua loquimur, non reſpicit terminum contingentem, ſolùm enim reſpicit locabilitatem, ſeu locationem poſſibilem creaturæ, quæ locabilitas eſt, ſimpliciter neceſſaria; ſicut eſt ſimpliciter neceſſarium quodlibet

Perfectio nō reſpiciens terminum contingentem, eſt neceſſaria in Deo.

poſſibile. Confirmatur: Deus verè eſt extra omne tempus creatum in ſpatio increato ſuæ æternitatis: ergo etiam verè eſt extra omnem locum creatum in ſpatio increato ſuæ immenſitatis. Antecedens non videtur poſſe negari ſaluâ exiſtentiâ Dei ab æterno: Conſequentia probatur ex eo, quod ita ſe habet Immenſitas ad locum, ſicuti æternitas ad tempus, nec minùs illa debet excedere omnia ſpatia finita loci, quàm iſta omnia ſpatia finita temporis, cum non minùs illa, quàm iſta infinita ſit. 54.

Immenſitas ſe habet ad locum, ſicuti æternitas ſe habet ad tempus.

ASSERTVM II. Deus eſt realiter per eſſentiam, ſeu ſubſtantiam ſuam in ſpatiis imaginariis. Ita contra Scotum *in 1. diſtin.* 37. & maiorem tum Scotiſtarum, tum etiam Thomiſtarum partem, Vaſquium, & Monezum *locis citatis in ſuperiori aſſerto*, Tannerum *diſtinct. 2. quæſt. 2. dub. 4.* &c. Valentiam 1. *part. qu. 3. punct.* 2. Lugum *lib. 1. diſp.* 18. *c.* 4. Amicum *diſp* 8. *ſect.* 2. De Quiros 1. *part. qu. 8. art.* 2. Arriagam 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 9. & fuſius in *Philoſophia diſp.* 14. *n.* 69. Suar. *in Metaphyſica, diſp.* 30. *ſect.* 7. Serbellonum *in Phyſicis, diſp. 5. q.* 1. Auerſam, Ribas, Martinon. &c. 55.

Probatur primò Auctoritate Diui Auguſtini 11. *de Ciuit. cap.* 5. vbi videtur expreſsè agnere contra aduerſarios noſtri aſſerti, dum contra nonnullos ſic arguit: *An fortè ſubſtantiam Dei vbique totam à tantis locorum extra mundum ſpatiis abſentem dicturi ſumus, & in vno tantùm, atque in comparatione ipſius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus eſt, occupatam? non opinor eos in hæc vaniloquia progreſſuros.* Fauent huic veritati omnes etiam Auctoritates allatæ pro ſuperiori, faciliùs quippe explicatur, & intelligitur Deum extra mundum eſſe, dum dicitur eſſe per ſuam ſubſtantiam realiter in infinitis ſpatiis imaginariis; neque hic aliquem terreat imaginarij vox; non enim ſpatia imaginaria dicuntur, quia Chymerica, & imaginatione conficta ſint; ſed quia nos illa imaginamur, tanquam poſitiua, cum reuerâ negationes ſint, reales tamen; diſtinguntur igitur ab aliis ſpatiis creatis non ratione realitatis, ſed ratione poſitiuæ entitatis, quatenus ſpatia poſitiua ſunt in ſe poſitiuæ entitatis, ſpatia imaginaria dicunt negationem poſitiuæ entitatis in ſe, ſeu ſunt negationes poſitiuæ entitatis in ſe. Vnde duplex negatio conſiderari poteſt in ſpatio imaginario, altera entitatis poſitiuæ in ſe, altera entitatis poſitiuæ in ipſo præſentis. Prima eſt eſſentialis, imò eſt eſſentia ſpatij imaginarij; Secunda eſt ipſi accidentalis. Hinc facilè explicantur nonnulli Sancti Patres dicentes ante mundum, & extra mundum, Deum, aut nullibi eſſe, aut ſolùm in ſeipſo eſſe. Senſus enim eſt ſolùm in ſe eſſe tanquam in entitate poſitiuâ, & nullibi eſſe tanquam in entitate poſitiuâ à ſe diſtinctâ. Dum dicitur ſpatium imaginarium eſſe negationem poſitiuæ entitatis in ſe, debet id intelligi cum connotatione entitatis in ipſo poſſibilis, vt ſic contradiſtinguatur à negatione ſimpliciter, qualis eſt, v.g. negatio

Spatiā imaginaria non ſunt ficta per imaginationem.

56\.

Deus ante mundum, & extra mundum tanquā in entitate poſitiuā eſt, vel nullibi, vel in ſe tantùm.

Antichriſti, negatio alterius mundi, & omnis negatio, quæ ſe habet vt purum nihil.

Spatiũ imaginariũ, nec ſimpliciter, nec cum cõnotatione ſubiecti, ſed cum connotatione termini.

37. Neque exiſtimes omnem negationem, omnemque priuationem debere eſſe in ſubiecto, id enim ſolùm verum eſt de priuatione, & negatione formæ, ſeu alicuius quod debeat poni in ſubiecto; non de priuatione, & negatione entitatis non reſpicientis ſubiectum; propterea ſicuti ſpatium poſitiuum non reſpicit ſubiectum; ita nulla eſt neceſſitas aſſignandi ſubiectum negationi, ſeu priuationi, quam importat ſpatium imaginarium.

38. Probatur ſecundò ratione: Verè dantur realiter ſpatia imaginaria, & verè extra hunc mundum datur infinita diſtantia, & infinita intercapedo, in qua vel poteſt hic mundus à Deo motu recto moueri, vel poſſunt produci aliæ creaturæ ab hoc mundo diſtantes, & verſus hunc mundum ſe mouentes: Ergo verè Deus exiſtit in ſpatiis imaginariis, & per extenſionem virtualem ſuæ ſubſtantiæ, occupat omnem diſtantiam, omnemque intercapedinem; & abſque abſurditate motus localis, actioniſve indiſtans, præſto eſt ad cauſandum in tali intercapedine quamcumque creaturam, aut cuiuſcumque creaturæ motum. Antecedens ex Philoſophia ſupponitur, quæſtio enim de realitate ſpatij imaginarij eſt purè philoſophica; Conſequentia continet propriam probationem, eo quod Deus abſque motu locali, & actione in diſtans debet præſto eſſe, &c. Corroboratur inſuper ex eo, quod infinita extenſio Dei actu occupat omne ſpatium occupabile: ergo, ſi datur ſpatium imaginarium occupabile à creatura, neceſſe eſt quod actu occupetur à Deo.

Deus, niſi eſſet in ſpatio imaginario, non poſſet producere creaturam ab hoc mundo diſtantẽ, niſi vel mouendo ſe, vel agẽdo in diſtans.

39. Confirmatur: Detur alius mundus, huic mundo non contiguus, vel Deus erit in vtroque mundo, vel non: ſi non adeò limitatur immenſitas, vt neque extendatur ad omne ſpatium poſitiuum; ſi ſic: ergo vel Deus erit in diſtantia, & intercapedine intermedia, quæ non eſt niſi pars ſpatij imaginarij, ſicque habetur intentum; vel non erit in tali intercapedine; ſicque Deus patietur diuiſionem, ſeu, vt loquitur D. Bonauentura *in 1. diſtinct.* 37. intercisionem in præſentialitate, quæ nõn minùs Deo repugnat, quàm intercisio, ſeu interpellatio in duratione. Scio aliquos cum eodem *Bonauentura* ad euitandum huiuſmodi inconueniens negarem ſuppoſitum, aſſerendo eſſe contigua ea omnia, inter quæ nullum corpus intercipitur. Verum hoc modo res vtcumque diſtantes abſque mutatione, & motu fierent contiguæ, per hoc præcisè, quod deſtruerentur corpora intercepta, ex quo ſatis apparet quàm impoſſibilis, & difficilis ſit ſententia ad tales deducens anguſtias, talibuſque coarctans limitibus diuinam tum omnipotentiam tum omnipræſentiam.

Poteſt produci alius mundus nõ contiguus mundo de facto exiſtenti.

40. Probatur tertiò ex eo, quod contraria ſententia falſo nititur fundamento, ſcilicet in eo, quod Deus ſit in loco formaliter per operationem, & cum in ſpatio imaginario non operatur, conſequens omninò eſt, quod in ipſo non ſit. Verùm iam ſupra probatum eſt operationem neque eſſe ſufficientem, neque neceſſariam rationem exiſtentiæ Dei in loco, & licèt eſſe in loco per potentiam conueniat Deo ex vi operationis prouenientis, vel ab omnipotentia producente, & conſeruante, vel à prouidentia gubernante, & eſſe in loco per præſentiam ex vi operationis prouenientis ab intellectu vidente; eſſe tamen in loco per eſſentiam conuenit Deo non ex vi operationis, ſed ex vi infinitatis extenſiuæ propriæ ſubſtantiæ, propterea in vtroque aſſerto *præſentis* §. poſitum eſt Deum eſſe extra mundum, & in ſpatiis imaginariis per eſſentiam non per præſentiam, aut potentiam: quibus duobus modis, verè Deus ſolùm eſt in ſpatiis creatis poſitiuis.

Cur Deus per præſentiam, & potentiam, nec ſit extra mundũ, nec in ſpatiis imaginariis, &c.

---

§. VI.

Vtrùm immenſitas, vel Vbiquitas conuenire poſſit creaturæ?

ASSERTVM I. Immenſitas nullatenus conuenire poteſt creaturæ, neque etiam de potentiâ abſolutâ. Ita Doctores omnes communiter cum D.Thoma 1. *part. quæſt.* 8 *art.*4. *in* 1. *diſt.*37. *quæſt.*2. *artic.*2. *Quodlibet.*11.*art.*1. 41.

Probatur: Immenſitas ex *ſupradictis* §.1. eſt virtualis extenſio infinita exigitiua vbiquitatis, & localis omnipræſentiæ. Item ex §.2. ſequitur ad infinitatem ſimpliciter, per quam ſolam ſufficienter probatur; ſed cuilibet creaturæ repugnat tum eſſentialis, & intrinſeca exigitiua vbiquitatis, ſeu omnipræſentiæ, vt enim ſequenti aſſerto explicabitur, ſi creatura aliqua vbique eſſe poteſt, ſolùm per accidens, & contingenter, id ei conuenit; tum infinitas ſimpliciter, ex qua vbiquitas ſequatur, ergo, &c.

Immenſitas etiã de potentiâ abſolutâ repugnat creaturæ.

ASSERTVM II. Vbiquitas per ſe, & neceſſariò nulli creaturæ conuenire poteſt; benè tamen per accidens, & contingenter; idque non ſolùm prout vbiquitas importat extenſionem ad omne ſpatium poſitiuum; ſed etiam vt importat extenſionem ad omne ſpatium imaginarium. Prima pars eſt communiſſima, licèt ſit contra quemdam Scriptorem non ignobilem, qui vt refert Syluius 1. *par. quæſt.*8.*art.*4. putauit Angelos eſſe vbique primò, & per ſe. Secunda pars, præſertim loquendo de extenſione ad omne ſpatium imaginarium, eſt in primis contra omnes eos, qui negant exiſtentiam Dei in ſpatiis imaginariis; deinde contra eos, qui negant poſſibilitatem infiniti Categorematici in creaturis, & ex iis, qui id vtrumque admittunt eſt contra De Quiros 1.*par.quæſt.* 8. *art.*4. *n.*23. traditur autem licèt non ita expreſsè à Scoto *in* .4. *diſt.*10.*qu.*2. Valentia 1. *part. quæſt.*8. *punct.*4. Arriaga *in Phyſ. diſp.*14.*sect.*6. 42.

Angelos eſſe vbique primò, & per ſe putauit ſcriptor quidam non ignobilis.

Probatur, & explicatur prima pars: Eſſe vbique per accidens, vt tradit Diuus

Thomas

Thomas *in* 1. *diſt.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 2. euenire poteſt dupliciter, vel ex parte eius, quod eſt in loco, vel ex parte loci. Primo modo

Eſſe vbique per accidens dupliciter contingit.

eſſet vbique per accidens corpus infinitum, quod non eſſet vbique per ſe, & ratione ſui, quia non eſſet totum in omni loco, eſſet tamen vbique, & in omni loco per acidens; quia cum per accidens tribuatur toti, quod conuenit ipſius partibus diceretur eſſe, vbi ſunt ſuæ partes, quæ diuerſæ diuerſis locis reſpondendo, omnes eſſent in omnibus. Secundo modo eſſet vbique per accidens quodlibet corpus, ſi ponatur non eſſe alius locus, quàm ille, in quo eſt tale corpus, qua ratione de facto mundus vbique eſt, & vt exemplificat Diuus Thom. 1. *part quæſt.* 8. *art.* 4. *in C.* Granum milij vbique eſſet ſuppoſito quod nullum aliud corpus eſſet. E

43. contra eſſe vbique per ſe importat eſſe vbique non ratione partium; ſed ratione ſui formaliter; item non ex ſuppoſitione, quod alia loca non ſint, ſed abſolutè datis quibuſcumque locis etiam infinitis, idque non contingenter, & dependenter à libera voluntate, vel propriâ, vel alienâ, ſed neceſſario, & ex intrinſeca, ac eſſentiali exigentia propriæ naturæ. Ex hac explicatione ſatis conſtat veritas primæ partis, quæ quatenùs aſſerit eſſe vbique per ſe, & neceſſariò eſſe ſolius Dei proprium, nec poſſe vlli creaturæ conuenire iure notatur eſſe de Fide à Valentia 1. *part. quæſt.* 8. *punct.* 4. §. 2. *iſto modo*, vbi etiam §. *ſequenti*, rectè innuit deſipere Vbiquiſtas ponentes humanitatẽ Chriſti vbique eſſe per ipſam vbiquitatem diuinam, quod foret eſſe vbique eodem modo, quo Deus, adeoque per ſe.

Vbique eſſe per ſe de Fide eſt creaturæ repugnare.

Vbiquiſtarum error.

44. Probatur ſecunda pars: Corpus quantum ſecundùm omnem dimenſionem infinitè extenſum omne ſpatium imaginarium occuparet, adeoque eſſet vbique (per accidens tamen vt patet ex præmiſſa explicatione) vbiquitate importante extenſionem ad omne ſpatium etiam imaginarium; ſed huiuſmodi corpus non repugnat vt ſuppono ex Philoſophiâ cum ſuſtinentibus non repugnantiam infiniti Categorematici: ergo. Maior probatur: ſi eſſet aſſignabilis aliqua pars ſpatij imaginarij à tali corpore non occupati, vbi aſſignaretur talis pars eſſet terminata extenſio talis corporis, adeoque eſſet, vt ſupponitur, & non eſſet infinite extenſum ſecundùm omnem dimenſionem; quia eſſet ſecundùm aliquam dimenſionem terminatum. Datâ poſſibilitate extenſionis formalis infinitæ in corpore non videtur neganda poſſibilis extenſio virtualis infinita in ſpiritu, ne maior ſit extendibilitas in ente corporeo imperfectiori, quam in ente ſpirituali perfectiori. Propterea proportionaliter loquendo erit creabilis Angelus tantæ perfectionis, vt ex naturâ ſuâ, liberè tamen & contingenter poſſit ſe virtualiter extendere ad totam amplitudinem ſpatij imaginarij. Neque hinc ſequeretur non poſſe

Corpus infinite extenſũ ſecundùm omne dimẽſionem occuparet omne ſpatium imaginariũ.

45. dari Angelum perfectiorem, quamvis enim non poſſet dari perfectio in ratione extenſionis localis; poſſet tamen dari perfectior in aliis proprietatibus, putà intellectione, & volitione, multo magis verò in accidentibus ab extrinſeco ſuperadditis. Quod dicitur de corpore, & Angelo poſſibili per vnicam præſentiam naturalem, à fortiori dicendum eſt de corpore Chriſti, imò de corpore cuiuſlibet creaturæ per præſentias ſupernaturales replicatas, & infinitè multiplicatas; neque in hoc apparet ſpecialis aliqua difficultas ſuppoſitâ poſſibili replicatione, & infinitate in quantitate diſcreta; nam ſicuti extenſio palmaris decies replicata æquiualet extenſioni decem palmari, & ſpatium decem palmare occupat; ita extenſio quælibet finita infinities replicata, æquiualebit extenſioni infinitæ, & ſpatium infinitum occupabit; adeoque quælibet creatura per infinitas replicationes, &c.

Angelus ſe extendens ad omne ſpatiũ imaginarium nõ excluderet perfectionẽ.

Quælibet creatura per infinitas replicationes occupare poteſt totũ ſpatiũ imaginarium, &c.

Ex his habetur quadruplicem aſſignari poſſe modum vbiquitationis. Primus eſt per immenſitatem, & conuenit ſoli Deo. Secundus per extenſionem formalem infinitam ſecundum omnem dimenſionem, & conuenit corpori infinito. Tertius per extenſionem virtualem æquiualentem extenſioni formali infinitæ, & hæc conuenit Angelo, & ſpiritui perfectionis infinitæ: Quartus per extenſionem quamlibet, ſeu præſentiam infinities replicatam, ac multiplicatam, & hæc diuinitus conuenire poteſt cuilibet creaturæ. 46.

Vbiquitatio quadruplex.

CAPVT IX.

De Æternitate Dei.

SICVTI Immenſum ex vi nominis idem eſt, ac non menſum; ita æternum idem quaſi eſt, ac extra terminum; nec minùs æternitas, quam Immenſitas ex vi nominis cum infinitate coincidit, quoad rem tamen ſignificatam, æternitas maiorem habet affinitatem cum immutabilitate; quam cum infinitate, adeò vt ab aliquibus Sanctis Patribus videatur cum immutabilitate confundi. Sic Tertullianus *in libro aduerſus Hermogenem, cap.* 39. ait: *Leges æternitatis eſſe, vt diſperſionem, & demutationem pati non poſſit.* Auguſtinus *lib. de natura boni, cap.* 35. ait: *Illa eſt vera æternitas, quæ vera immortalitas, hoc eſt illa ſumma incommutabilitas quam ſolus Deus habet:* Nihilominùs quia æternitas formaliter importat rationem tum durationis, tum menſuræ, & ex vi nominis clarè exprimit carentiam termini, quæ formaliter, & expreſsè immutabilitati non conueniunt, præſto eſt ſufficiens fundamentum diſtinguendi ab inuicem immutabilitatem, & æternitatem non minùs, quàm reliqua attributa. Porro æternitas, de qua in præſenti, eo ipſo quod æternitas Dei eſt, eſt æternitas propriè, & perfectiſſimè accepta, non verò æternitas minùs propria, quatenùs ſignificat primò quamcumque diuturnam durationem 1. 2.

Æternum ex vi nominis idem eſt, ac extra terminum.

Æternitas multiplex. acceptio.

rationem iuxta illud Pſal. 75. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Secundò durationem, cuius finis non aſſignatur, nec determinate conſtat, quomodo Auguſtinus *quæſt.* 31. *in Geneſim* exiſtimat poſſe intelligi illud Geneſ. 17. *Dabo tibi omnem terram Chanaam in poſſeſſionem æternam.* Tertiò quatenùs ſignificat durationem, quæ verè termino, & fine ex vna parte ſcilicet à parte poſt careat; Quomodo dicitur Ioan. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te,* &c. hoc modo dicuntur æterni Angeli, æterna anima rationalis, &c. Quartò & eſt ſignificatio impropriiſſima, quatenus ſignificat ſignum, ſeu figuram rei æternæ quomodo Auguſtinus *quæſt.* 43. *in Exodum*, exiſtimat poſſe intelligi illud Exod. 12. *Celebrabitis diem hunc ſolennem, Domino cultu ſempiterno.* Quintò quatenùs ſignificat quodlibet eſſe neceſſarium, etiamſi non ſit eſſe participiale, & exiſtentiæ; ſed nominale ſolùm, & eſſentiæ; quomodo dicuntur æternæ rerum eſſentiæ; Miſſis his impropriis æternitatis acceptionibus, pro explicatione æternitatis propriæ ſeu æternitatis Dei ſit

§. I.

Quid ſit formaliter Æternitas Dei?

3. Aſſertvm: Æternitas Dei eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Ita Boëtius 5. *de Conſol. proſa* 6. & eſt definitio communiter recepta à Theologis cum Diuo Thoma 1. *part. quæſt.* 10. *ar.* 1. *in* 1. *diſt.* 9. *&* 19. *in* 2. *diſtin.* 2. & vt notat Valentia 1. *part. quæſt.* 10. *punct.* 1. indicatur à Sanctis Patribus Auguſtino, Gregorio, & Dionyſio; expreſſiùs vero ab Anſelmo *in Monol. cap.* 24 illis verbis: *Quid aliud eſt vera æternitas, quæ illi ſoli* (Deo ſcilicet) *conuenit, quam interminabilis vita ſimul, & perfectè tota exiſtens.*

Æternitas excludit terminum tum futurum, tũ præteritum, tum actualem, tum potentialẽ.

Probatur, & explicatur: Dicitur interminabilis, quæ particula debet ſimpliciter intelligi à ſeò, vt excludat terminum non ſolùm in futurum, & à parte poſt; ſed etiam in præteritum, & à parte ante; non ſolùm actualem, ratione cuius res vel habuerit initium, vel habitura ſit finem, ſed etiam potentialem, ratione cuius res nec habere poſſit initium, nec finem. Ex primo capite æternitate carent Angeli, anima rationalis, & aliæ res in æternum duraturæ: Ex ſecundo capite æternitate careret quælibet creatura permanens ab æterno producta, & in æternum duratura. Dicitur vitæ non ſolùm, quia

4. Æternum eſt ſolùm ens viuens.

æternitas, vtpotè duratio perfectiſſima, ſoli enti perfectiſſimo, cuiuſmodi eſt ſolùm ens viuens, conuenire poteſt, vnde non niſi quod viuit poteſt eſſe vere æternum, ſed principalius, quia nobis rerum duratio innoteſcit per ipſarum operationes, quapropter tempus explicatur, ac definitur; congruè igitur duratio perfectiſſima per operationem perfectiſſimam, qualis eſt vita (ſubintellige actualis) definitur, idque rationabiliùs in via Thomiſtica, in qua vita intellectualis eſt formaliſſima eſſentia, & exiſtentia Dei. Dicitur *tota ſimul*, quæ par- 5.
ticula à Leſſiu *de perfectionibus diuinis, lib* 4. *cap.* 1. *num.* 3. explicatur per ordinem ad ſimultatem omnium diuinorum actuum, verùm hæc ſimultas ad immutabilitatem potius, quam ſimplicitatem formaliter ſpectat, quàm ad æternitatem, melius igitur ly *tota ſimul*, explicatur per ordinem ad indiuiſibilitatem durationis, & permanentiæ ratione cuius æternitas ſemper indiuiſibiliter eadem exiſtens abſque vlla intrinſeca ſucceſſione coexiſtit omnibus ſucceſſiuis temporum differentiis. Dicitur *perfecta*, non ſolum quia 6.
vt ait: Leſſius *loco citato, num.* 5. eſt ab intrinſeco inamiſſibilis; ſed magis ad rem præſentem, quia ei nulla deeſt perfectio durationis, per quod ſpecialiter diſtinguitur ab inſtanti, quod licet ſit totum ſimul, eſt tamen duratio valdè imperfecta, cum ſtatim euaneſcat; ſi tamen inſtans aliquod concipetetur permanens; & ſemper præſens, huiuſmodi conceptus eſſet æternitati explicandæ accummodatiſſimus, propterea vt notat Amicus 1. *part. diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 6. Sancti Patres æternitatem vocant Nunc ſtans, & ſicuti ex nunc fluente tempus, ita ex nunc ſtante æternitas quodammodo conſurgit. Dici inſuper poteſt ly *perfecta*, contradiſtinguere æternum à ſempiterno iuxta mentem Richardi de Sancto Victore *lib.* 2. *de Trinit. cap.* 4. dicentis: *Aliud videtur ſonare æternum, aliud ſempiternum: ſempiternum namque eſſe videtur, quod caret initio, & fine; æternum, quod caret vtroque, & omni mutabilitate.* Dicitur *poſſeſſio*, quæ par- 7.
ticula late ſumpta tenere poteſt locum generis, omnis quippè duratio aliqualis poſſeſſio eſt, quælibet res, dum durat, ſeipſam habet, & aliqualiter poſſidet; quia tamen poſſidere non videtur eſſe habere quomodocumque; ſed habere quietè, & firmiter; propriiſſimè conuenit poſſeſſio æternitati, per quam ſicuti habetur eſſe ſummâ indefectibilitate, & immutabilitate; ita etiam ſummâ quiete, & firmitate.

Nunc fluens eſt nunc Tẽporis. Nunc [illegible] nũc [illegible]tatis.

Æternum, & ſempiternum, quomodo differant.

Aduerte quod, cum vita per nos non ſit 8.
ex ſupradictis *cap.* 2. *§.* 2. *aſſert.* 3. *&* 4. formaliſſimè, & Metaphyſicè eſſentia, nec exiſtentia Dei; ſed operatio conſequens; & ex alia parte duratio ſit permanentia rei in eſſe potiùs, quàm in operari, videretur in rigore definienda æternitas per interminabilitatem exiſtentiæ, potiuſquam per interminabilitatem vitæ; nihilominus quia ex vna parte interminabilis vita infert à fortiori interminabilem exiſtentiam eius, quod viuit; & ex alia parte cuiuſlibet rei exiſtentia ſolet nobis innoteſcere per operationem, non eſt recedendum à communi definitione, vtpotè traditâ ſi non per terminum magis proprium, ſaltem per terminum magis notum.

Æternitas in rigore eſſet definienda per interminabilitatem exiſtentiæ, potius quam per interminabilitatem vitæ.

Aduerte inſuper magnam eſſe proportio- 8.
nem

nem diuinæ immenſitatis comparatæ ad ſpatia loci, & diuinæ æternitatis comparatæ ad ſpatia temporis. Et primò ſicuti immenſitas non eſt formaliter exiſtentia Dei in locis extrinſecis; ſed ratio exigitiua talis exiſtentiæ, ita Æternitas non eſt formaliter exiſtentia Dei in tempore extrinſeco; ſed ratio exigitiua talis exiſtentiæ, & ratio ad hoc *ſuperiori cap.* § 1. allata pro immenſitate militat hic proportionaliter pro æternitate. Secundò ſicuti Deus ratione immenſitatis non ſolùm occupat omnia loca poſitiua; ſed extra omnia extenditur tum in ſeipſo, tum in locis imaginariis; ita ratione æternitatis non ſolùm eſt in omnibus temporibus poſitiuis; ſed vltra omnia in infinitum durat, tum in ſeipſo, tum in temporibus imaginariis. Tertiò ſicuti immenſitas eſt quaſi extenſio virtualis infinita in ordine ad locum, & in ſubſtantia realiter indiuiſibili dicit partes virtualiter diſtinctas in ordine ad diuerſa loca, ita æternitas eſt quaſi extenſio, imò ſucceſſio virtualis infinita in ordine ad tempus, & in duratione realiter indiuiſibili, ac tota ſimul, dicit partes virtualiter diſtinctas, & virtualiter ſuccedentes in ordine ad diuerſa tempora ſibi ſuccedentia.

Deus eſt per æternitatem in temporibus imaginariis.

Æternitas eſt virtualiter diuiſibilis, & virtualiter ſucceſſiua.

---

§. II.

Vtrùm Æternitati conueniat ratio Durationis, & menſuræ?

10\. Æternitas Dei eſt formaliter, & propriè duratio.

ASSERTVM I. æternitati Dei formaliter, & propriè conuenit ratio durationis. Ita Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 10. *diſp.* 9. *artic.* 1. Syluius *quæſt.* 10. *art.* 1. Molina *quæſt.* 10. *art.* 1. *diſp.* 2. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 18. *cap.* 6. Herincx *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 21. contra Aureolum *in* 1. *diſt.* 9. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *prop.* 2. vbi ita habet: *Æternitas prout ſe tenet ex parte Dei non eſt duratio formaliter, ſed illud quo Deus attingit omne tempus, ſiue omnem durationem imaginabilem; ſicuti enim ſe habet immenſitas ad Deum in ordine ad locum, ſic ſe habet æternitas in ordine ad durationem; ſed immenſitas dicit tantummodo vim, quâ Deus omnem locum attingit abſque ſui extenſione: Ergo æternitas non dicit aliquam durationem; ſed vim, qua Deus attingit omnem durationem. Præterea omne illud quod eſt duratio formaliter includit prius, & poſterius, & ſucceſſionem, ideò*, &c. Ab hac *Aureoli* ſententiâ non multum diſtat Gabriel *in* 2. *diſtinct.* 2. *quæſtione* 1. docens omnem durationem, vel eſſentialiter conſtitui per ſucceſſionem, quam includat, vel eſſentialiter compleri per ſucceſſionem, quam connotet. Hos Autores Valentia 1. *part. quæſt.* 10. *punct.* 1. *circa finem* ait *falsò, & incautè, ſeu potiùs temerariè loqui.*

11\. Probatur primò: Deo conuenit formalis ratio durationis, ſeu formaliter, & propriè duratio; ſed hæc non poteſt Deo con-

uenire, niſi ratione æternitatis, neque enim nulli alij attributo poteſt huiuſmodi prædicatum conuenientius attribui: ergo æternitati Dei, &c. Probatur Maior: Primò ex Scriptura in qua creaturæ cum Deo comparantur, tanquam minùs durantes, & Deo tribuuntur nomina apud nos ſignificantia durationem: Iob 10. *Numquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui, ſicut humana ſunt tempora.* Pſal. 101. *Ipſi peribunt, tu autem permanes*, & infra, *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. In generationem, & generationem anni tui*, qui & ſimilis textus ad intentum noſtrum explicatur à Sanctis Patribus: Auguſtinus enim *illud in* Pſal. 101. *In generationem, & generationem anni tui*, ait: *Non aliud anni Dei, & aliud ipſe Deus; ſed anni Dei æternitas Dei eſt; æternitas ipſa Dei ſubſtantia eſt.* Gregorius 16. *Moralium, cap.* 21. *ſuper illud* Iob *cap.* 24. *Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora*, ait: *Quid dies Dei, niſi ipſa eius æternitas appellatur, quæ nunquam vnius diei pronunciatione exprimitur; neque aliud eſſe, atque aliud dies eius ſunt.* Probatur maior ſecundò ratione: Duratio intrinſeca, de qua loquimur eſt ipſa permanentia rei in eſſe, ſeu eſt ipſa exiſtentia rei cum carentia deſitionis; ſed Deo formaliter, & propriè conuenit permanentia in eſſe, ſeu exiſtentia cum carentia deſitionis: ergo Deo formaliter, & propriè conuenit duratio.

Duratio intrinſeca eſt permanentia rei in eſſe.

Probatur ſecundò: Impugnando ſpecialiter *Aureolum*: Duratio non inuoluit in ſuo conceptu formali ſucceſſionem, ſeu rationem prioris, & poſterioris: ergo ex hoc capite æternitati Dei non repugnat: ergo cum aliunde nullam aliam dicat imperfectionem, debet concedi quod ſit perfectio ſimpliciter, conueniens Deo formaliter ratione æternitatis. Antecedens probatur. Succeſſio minuit perfectionem durationis; ſed nihil inuoluit in ſuo conceptu formali id, quod minuit perfectionem ipſius; quia id quod minuit perfectionem diſconuenit, proprius autem conceptus formalis maximè conuenit, tanquam maximè eſſentialis: ergo. Maior probatur: Durare eſt conſeruari in eſſe, & per conſequens tanto minus perfectè res durat, quanto minùs conſeruatur in eſſe, ſeu quanto magis amittit de eſſe; ſed in ſucceſſione amittitur de eſſe, quia vnam partem ſuccedere alteri eſt vnam partem amitti, acquiri alteram; & in maiori ſucceſſione magis amittitur de eſſe, quia plures partes acquiruntur, & plures amittuntur: ergo ſucceſſio minuit, & maior ſucceſſio magis minuit perfectionem durationis. 12.

Duratio non inuoluit in ſuo conceptu formali ſucceſſioné.

Succeſſio minuit perfectionem durationis.

Probatur tertiò, impugnando ſpecialiter aliud fundamentum *Aureoli* dicentis, quòd ſicuti immenſitas eſt vis, qua Deus attingit omnem locum, ita æternitas debet eſſe vis, qua Deus attingat omnem durationem, non verò debet eſſe formaliter duratio. Non ita ſe habet Deus ad locum, ſicuti ſe habet ad durationem: ergo ex eo quod Dei immenſitas ſit vis, qua Deus attingit, &c. non ſequitur, 13.

Deus non ita ſe habet ad locum, ſicuti ad du-

rationem, benè tamen ita ſe habet, ſicuti ad tẽpus.

tur, quod Dei æternitas debeat eſſe vis,&c. Antecedens probatur: locus eſt aliquid Deo extrinſecum, duratio, de qua hic agitur, eſt aliquid Deo intrinſecum: ergo non ita ſe habet Deus,&c. vt procederet paritas,& ſeruaretur proportio, deberet fieri comparatio inter locum, qui eſt ſpatium Deo extrinſecum, & tempus, quod eſt duratio Deo extrinſeca; ſub qua comparatione verè ſicuti immenſitas eſt vis,qua Deus attingit omnem locum, non verò eſt formaliter præſentia, & exiſtentia in loco; ita æternitas eſt vis, qua Deus attingit omne tempus, omnemque durationem extrinſecam, non verò eſt formaliter duratio, & exiſtentia in tempore.

14. Æternitas non completur per ſucceſſionẽ, ſeu neque etiam completiuè ſucceſſionem importat.

14\. Probatur quarto, impugnando ſpecialiter *Gabrielem* volentem, æternitatem Dei compleri formaliter per ſucceſſionem: Hoc quod eſt compleri per ſucceſſionem, nec eſt de ratione formali durationis, nec poteſt æternitati conuenire; ergo æternitati conuenit formalis ratio durationis abſque eo,quod dici vel debeat,vel poſſit ipſam compleri per ſucceſſionem. Antecedens patet quoad primam partem, quia ex mox dictis ſucceſſio minuit perfectionem durationis, non affert ipſi complementum; quoad ſecundam partem probatur:ſi ponatur ſucceſſio pro complemento formali, & intrinſeco æternitatis, minus benè ſoluatur quod æternitas ſit tota ſimul iuxta præaſſertam definitionem *Boëtij*, multum faueret errori *Vorſtij* Caluiniſtæ,volentis æternitatem eſſe ſucceſſiuam, & habere partes, quarum aliæ prætereant, aliæ ſuccedant: ergo non poteſt æternitati conuenire ſucceſſio tanquam complementum.

Error Vorſtij circa æternitatẽ.

15\. Dices:In Scriptura accommodantur, ſeu attribuuntur Deo differentiæ temporis præſentis, præteriti,& futuri. Sic dicitur Apoc. 1. *Qui erat,qui eſt,& qui venturus eſt.* Ioan.1. *In Principio erat Verbum.* Hebr.13. *Ieſus Chriſtus heri,& hodie ipſe, & in ſæcula.* Prou.8. *Ante omnes colles ergo parturiebar*; ſed iſta non poſſunt verificari ſine aliqua ſucceſſione: ergo diuina Æternitas inuoluit ſucceſſionem, ſaltem tanquam complementum; ſed contra huiuſmodi differentiæ importantes ſucceſſionem attribuuntur diuinæ æternitati, vel vt explerent æternitas modo accommodatiori humanæ intelligentiæ, vel vt exprimatur æternitatẽ huiuſmodi omnibus differentiis, tanquam terminis ſibi extrinſecis coexiſtere. Cæterùm quod in ſe, & intrinſecè ex ipſis nec conſtituatur, nec compleatur tradunt dilucidè Sancti Patres. Anſelmus *in proſologio*, c.19. *De æternitate tuâ nil præterit, vt iam non ſit; neque aliquid eſt futurum, quaſi nondum ſit. Non ergo fuiſti heri, aut eris cras; ſed heri, hodie, & cras es.* Iſidorus *lib.7. originum*, c.1. *Deus tantum eſſe nouit, fuiſſe, & futurum non nouit.* Imò præter SS. Patres id tràddidit Plato *in Tymæo, illis verbis: At qui erat, & erit, quæ temporis ſpecies ſunt non rectè æternæ ſubſtantiæ aſſignamus; Dicimus enim de illâ eſt, erat, & erit; ſed re verâ ſolùm eſſe competit.*

Quo ſenſu æternitati in Scriptura tribuantur differentiæ temporis.

16\. Assertvm II. Æternitati Dei verè, & propriè conuenit ratio menſuræ, & quidem reſpectu ipſius Dei eſt menſura intrinſeca, formalis, & adæquata; reſpectu aliarum rerum eſt menſura extrinſeca, eminens, & excedens. Ita Ioannes à S.Thoma 1. *part. quæſt.10.diſput.9.art.1. & 2.* Gabriel à Sancto Vincent. *diſp.10.dub.3.* & contra Molinam 1. *part.quæſt.10.art.1. diſp.3. §.Secunda concluſio.* Vaſquez *diſp.32.cap.5.* Lugum *lib.1. diſp.18. cap.6. num.5.* Suarez *in Metaph. diſput.50. ſect.4.n.3.* Syluius *q.10.ar.2.§. Pro reſponſione ad 3.*

Æternitati propriè conuenit ratio menſuræ eſt in ordine ad Deum, tum in ordine ad creaturas.

Probatur primò ex D.Thoma 1. *par.q.10. art.5. in C.* vbi ita habet: *Eſt ergo dicendum quòd cum æternitas ſit menſura, eſſe permanentis* (nonnullíſque interpoſitis,) *Eſſe autem, quod menſurat æternitas, nec eſt mutabile, nec mutabilitati adiunctum.* Reliqua etiam, quæ in aſſerto ponuntur ad maiorem ipſius explicationem ferè ad litteram tradit Diuus Thomas *in 1. diſt. 19. quæſt. 2. art.2. ad 1. Si ſignificetur nunc æternitatis, tunc dicitur Deus eſſe in illo, ſicut in menſura propria, & adæquata: Angelus, & mobile ſicut in menſura excedenti.* Nec ſibi aduerſatur idem Sanctus Doctor *eadem diſtinct. 1. quæſt.1. art.1. ad 4.* dicens: *Diuina magnitudo nullo modo eſt menſurabilis, vel menſurata, nec ab alio, nec à ſe*; vt enim colligitur ex iis, quæ immediatè ſubiicit dicens, *Quod menſuratio ponit terminationem*; intendit ſolùm quod diuina magnitudo non ſit menſurabilis limitatâ, & terminatâ menſurâ, etſi de hac ſola *Vaſquez* loqueretur, benè aſſereret æternitatem carere menſurâ ſeu importare negationẽ menſuræ; nec Ioan.à S.Thoma *loco citato,n.13.* ipſum argueret, quod æquiuocatione laborauerit non diſtinguendo menſuram limitatam, & & illimitatam; extrinſecam, & intrinſecam.

Deum non eſſe menſurabilem intelligitur de menſuratione limitata.

Vbi aduerte obiter menſuram aliam eſſe extrinſecam,aliam intrinſecam. 17.
Extrinſeca eſt, quæ menſurat alia extra ſe per applicationem ad illa, & per terminationem relationis realis illorum ad ſe, ſic motus Cœli,motus ſublunares, vltra quantitatem menſurat. Intrinſeca eſt, quæ menſurat vel per informationem, vel per identitatem abſque relatione reali ad menſuratum; ſic motus Cœli menſurat propriam durationem, neque enim datur motus ſuperior, quo talis duratio menſuretur; ſic etiam æternitas menſurat durationem Dei. Ex hoc habetur tum explicatio, & confirmatio Aſſerti, tum intelligentia illius axiomatis communis: Primum, & Perfectiſſimum in vnoquoque genere eſt menſura ſui, & cæterorum, ſui ſcilicet intrinſeca, cæterorum extrinſeca; tum ſolutio omnium ferè argumentorum in contrarium, vt plurimum enim,dum contendunt probare æternitatẽ non eſſe menſuram Dei, eò quod non ſit quid ſuperius ad Deum, nec dicat realem diſtinctionem, realemque relationem ad ipſum, &c. procedunt de menſura extrinſeca; dum è contra contendunt probare non eſſe menſuram creaturarum, quia non eſt homogenea cum durationibus creatis, abſtrahitque ab omni

Menſura intrinſeca & extrinſeca quid?

Primum, & Perfectiſſimũ in quolibet genere, eſt menſura ſui, & cæterorum.

motu

motu, & tempore, quæ ſunt menſuræ propriæ creaturarum, procedunt de menſurâ intrinſecâ.

18. Dices quantitas non poteſt eſse menſura ſubſtantiæ, cui inhæret: ergo multo minus æternitas poteſt eſse menſura Dei, cum quo identificatur: ſed contra, ſi quantitas ſubſtantiæ inhærens non poteſt eſse menſura ſubſtantiæ non eſt, quia ſubſtantiæ inhæreat; ſed quia eſt quid ſubſtantiâ imperfectius, ex quo propterea non bene arguitur, quod æternitas ratione identitatis cum Deo nequeat eſse menſura Dei. Deinde quantitas, licèt nequeat eſſe menſura ſubſtantiæ in eſse entitatiuo, in quo ſubſtantia eſt ſuperior, & non ſubordinata quantitati; poteſt tamen eſse menſura eiuſdem in eſse corporeo, & ordinabili ad localem extenſionem, in quo ſubſtantia pendet à quantitate, & ei ſubordinatur. Neque hinc ſtatim inferas: ergo etiam Deus deberet ſubordinari æternitati, & ab ipſa dependere. Contra enim ſubordinatio, & dependentia menſurati à menſura requiritur ſolum in menſura realiter diſtincta à menſurato, non in menſura identificata, quæ non ſolùm menſurat; ſed ſub diuerſa ratione conſtituit durationem menſurati, vt exemplificari poteſt in tempore reſpectu primi mobilis.

Quantitas poteſt eſſe mēſura ſubſtantiæ cui inhæret.

Menſura identificata non ſubordinat ſibi menſuratum.

19. Probatur ratione: Menſura iuxta Ariſtotelem 1. *Metaph. cap. 2.* eſt ex ſuo conceptu formali id, quo tanquam medio vtimur ad cognoſcendam cuiuſque rei quantitatem, ſiue ſit quantitas molis, cui correſpondet menſura molis; vt vlna, palmus; ſiue ſit quantitas multitudinis, cui correſpondet menſura multitudinis, vt vnitas, numerus; ſiue ſit quantitas perfectionis, cui correſpondet menſura perfectionis, de qua in rigore procedit illud commune perfectiſſimum in vnoquoque genere eſt menſura ſui, & cæterorum; ſiue tandem ſit quantitas durationis, cui correſpondet menſura durationis, vt tempus, Æuum, Æternitas, de qua in præſenti; ſed eſse medium notificatiuum quantitatis rei, ſpecialiter verò quantitatis durationis de qua in præſenti verè, & propriè conuenit æternitati formaliter, & intrinſecè reſpectu Dei, eminenter, & extrinſecè reſpectu creaturarum: ergo Æternitati Dei verè, & propriè conuenit, &c. Minor probatur: Æternitas verè notificat quantitatem durationis Dei, quatenùs vtpotè ſimul tota, & perfecta, notificat durationem eſse omninò vniformem, ſemper prorsùs inuariatam, & inuariabilem; notificat item durationem creaturarum; quia omnium creaturarum durationem eminenter, ac ſuperexcedenter continet, medium autem eminens eſt perfectiſsimè notificatiuum eius, quod eminenter continet, ſi minùs reſpectu intellectus imperfecti imparis penetrare huiuſmodi eminentiam, qualis eſt intellectus noſter in via; ſaltem reſpectu intellectus proportionati, qualis eſt intellectus beatus, maximè verò intellectus diuinus, cui ratione æternitatis præſentes ſunt rerum omnium durationes, vt §.4. explicabitur: ergo eſse medium notificatiuum quantitatis rei verè, & propriè conuenit æternitati formaliter, & intrinſecè reſpectu Dei, &c.

Menſura eſt id quo cognoſcitur rei quantitas, & eſt quadruplex.

Ex his habetur contra *Ferrarienſem*, *Scotum*, *Suarium*, alioſque nonnullos, æternitati Dei conuenire realiter rationem menſuræ, nam æternitas Dei ante omne opus intellectus habet maximam vniformitatem, ratione cuius menſurat ex mox dictis durationem Dei, habet item ante opus intellectus eminentem continentiam omnium durationum Creaturarum, ratione cuius menſurat omnem durationem creaturarum. Nec refert quod æternitas Dei, nec realiter à duratione Dei diſtinguatur, nec realiter ad eandem referatur: Non refert inquam, quia ad realitatem menſuræ, nec requiritur realis diſtinctio à menſurato, nec realis ad ipſum relatio; ſicuti ad realitatem cognitionis, nec requiritur realis diſtinctio ab obiecto, nec realis ad ipſum relatio, & ad realitatem actus primi non requiritur realis diſtinctio ab actu ſecundo, nec realis relatio ad ipſum; vt patet in ſcientia, qua Deus cognoſcit ſeipſum, nec non in actu primo, & ſecundo diuini intellectus; & tamen obiectum eſt menſura cognitionis, actus ſecundus eſt menſura primi, cum vtrumque habeat rationem ſpecificatiui. 20.

Æternitas eſt realiter Dei menſura, licèt nec realiter à Deo diſtinguatur, nec realiter ad Deum referatur.

Habetur inſuper Æternitatem reſpectu Dei habere ſub diuerſa conſideratione rationem menſuræ, & menſurati; ſeu menſuræ actiuæ, & paſsiuæ: habet rationem menſuræ actiuæ, ſi conſideretur ſub formali conceptu vniformitatis: habet rationem menſuræ paſſiuæ, & menſurati, ſi conſideretur ſub formali conceptu durationis, & permanentiæ; ſicque ſub diuerſa conſideratione æternitas aliquando primariò importat rationem menſuræ, aliquando rationem durationis; & quia ly *tota ſimul*, & *perfecta poſſeſſio*, in ipſius definitione exprimit vniformitatem, ſpectantem ad menſuram; ly *Interminabilis*, exprimit permanentiam in eſse, ſpectantem ad durationem allata definitio, vt formalius importat primas particulas explicat æternitatem, vt menſura eſt; vt verò formaliùs importat, ſeu formalizat interminabilitatem, explicat æternitatem, vt duratio eſt. Neque eſt in his diutiùs immorandum; ex diuerſa enim vſurpatione, & formalizatione horum nominum, Æternitas, Duratio, Menſura, facilè poteſt controuerſia deſinere in quæſtionem de nomine, &c. 21.

Æternitas ſub diuerſa conſideratione eſt mēſura actiua, & paſſiua, ſeu menſura, & duratio menſurata.

* * *

tutæ, maximè verò mutabilitas ſubiectiua ex eo, quod creatura ob potentiam obedientialem paſſiuam poſſit ſemper eleuari ad aliquam nouam formam recipiendam.

CAPVT VIII.

De Immenſitate Dei.

1\. *Immenſum, & infinitum, immenſitas, & infinitas ex vi nominis idē ſunt.*

IMMENSVM ex vi nominis cum infinito, & immenſitas cum infinitate coincidit. Eſſe enim non menſum, & carens menſura idem eſt, ac eſſe non finitum, & carens fine; adeoque immenſitas importat poſitiuam perfectionem explicatam per negationem menſuræ, infinitas poſitiuam perfectionem explicatam per negationem finis, ſeu termini. Ex vſu tamen Theologorum immenſitas vſurpatur ad ſignificandum ſpecialem Dei infinitatem in ordine ad locum, quæ vt contradiſtinguatur ab alia infinitate, quæ ex ſupradictis *cap.* 5. §. 5. aliud diuerſum attributum in Deo conſtituit, dici poteſt infinitas extenſiua, illa alia verò infinitas intenſiua; ſeu infinitas in ordine ad locum, illa alia infinitas in ordine ad ſe.

§. I.

Quid ſit formaliter immenſitas Dei?

2\. ASSERTVM: Immenſitas formaliter, & vt importat ſpeciale Dei attributum, nec eſt præciſè exiſtentia Dei in rebus, nec vbiquitas, ſeu localis omnipræſentia, ſed virtualis extenſio infinita, ſeu extenſiua Infinitas diuinæ ſubſtantiæ, exigitiua vbiquitatis, & localis omnipræſentiæ.

Immenſitas non eſt præciſè exiſtentia Dei in rebus omnib⁹.

Probatur prima pars: Exiſtentia Dei in rebus latiùs patet, quàm immenſitas, ergo immenſitas non eſt præciſè exiſtentia Dei in rebus. Antecedens probatur primò, quia minùs eſt eſſe in re aliqua præciſè, quàm eſſe in ipſa, tanquam in loco; neque enim quidquid in re alia eſt, in ipſa tanquam in loco eſt, nec forma in materia, accidens in ſubiecto, natura in ſuppoſito, res cognita in cognoſcente, amans in re amata, tanquam in loco eſt; ſed immenſitas importat habitudinem ad res conſideratas in ratione loci, ergo exiſtentia Dei in rebus eſt aliquid minus, & aliquid latiùs patens, quàm immenſitas, propterea recta methodo ſanctus Doctor ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia progrediens 1. *part. quæſt.* 8. prius examinat: Vtrum Deus ſit in omnibus rebus; deinde vtrum Deus ſit vbique. Secundò eſſe quomodocumque, ſeu præciſè in rebus omnibus pluribus aliis Dei attributis conuenit: eſt quippè Deus in rebus omnibus per omnipotentiam, quatenùs res omnes operatur; per prouidentiam, quatenùs res omnes gubernat; per miſericordiam, quatenùs rerum omnium miſerias, ſeu defectus ſubleuat; per iuſtitiam (eo modo, quo datur iuſtitia in Deo,) quatenùs rebus omnibus ius ſuum tribuit, &c. Sed immenſitas eſt ſpeciale attributum, ergo exiſtentia Dei in rebus latiùs patet, &c.

Exiſtentia in rebus omnibus pluribus Dei attributis conuenit.

3\. *Immenſitas non eſt formaliter vbiquitas, ſeu omnipræſentia localis.*

Probatur ſecunda pars: Immenſitas, vtpotè Dei attributum, eſt prædicatum omninò neceſſarium, & adæquatè intrinſecum Deo; ſed vbiquitas, ſeu localis omnipræſentia huiuſmodi non eſt. Minor probatur: Præſentia localis in noſtris principiis eſt complexum coëxiſtentiæ inter locatum, & locum; adeoque vbiquitas, ſeu omnipræſentia Dei, eſt complexum coëxiſtentiæ inter Deum, & res omnes, ſeu omnia loca, ergo omnipræſentia Dei includit intrinſecè res omnes, ſeu omnia loca; ſed hæc ſunt quid extrinſecum Deo, & ſi ſumantur pro locis, & rebus poſitiuis, ſunt etiam quid contingens, ergo vbiquitas, ſeu omnipræſentia non eſt prædicatum omninò neceſſarium, & adæquatè intrinſecum Deo. Rectè propterea Arriaga 1. *part. diſp.* 8. *ſect.* 1. *n.* 9. triplex aſſignat diſcrimen inter immenſitatem, & præſentiam Dei. Primò: Illa competit Deo ex æternitate, iſta ex tempore. Secundò: Illa eſt perfectio neceſſaria, hæc libera. Tertiò: Illa eſt fundamentum huius; addi poteſt pro quarto diſcrimine: Illa eſt Deo ſimpliciter intrinſeca, hæc partim intrinſeca, partim extrinſeca.

Quadruplex diſcrimen immenſitatis à præſentia Dei.

4\. Probatur tertia pars: Immenſitas Dei communiter explicatur per ordinem ad locum; ſed non eſt ex mox dictis actualis præſentia Dei in loco, ergo eſt talis præſentiæ fundamentum, ſeu ratio aliqua talis præſentiæ exigitiua; ſed huiuſmodi ratio nihil aliud eſſe poteſt, quàm virtualis extenſio infinita, ſeu extenſiua infinitas diuinæ ſubſtantiæ, ergo. Minor ſubſumpta probatur: Illud quod præſtat in rebus corporalibus, & materialibus quantitas molis, præſtat in incorporeis, & ſpiritualibus, quantitas virtutis, ſeu perfectionis; ſed in illis quantitas molis eſt radix præſentiæ, & extenſionis localis, ergo in iſtis quantitas virtutis, ſeu perfectionis eſt pariter radix, &c. Ergo cum Deus ſit ſubſtantia incorporea, & ſpiritualis, habet pro fundamento, & radice ſuæ præſentiæ quantitatem virtualem, & perfectionem extenſiuam ſuæ ſubſtantiæ. Quod confirmari poteſt ex Diuo Thoma *prima parte, quæſt.* 8. *art.* 2. *ad* 1. vbi explicans illud Boëtij *lib. de hebdom.* dicentis *incorporalia in loco non eſſe*; ait *quod incorporalia non ſunt in loco per contactum quantitatis dimenſiuæ, ſicut corpora; ſed per contactum virtutis*, idque magis elucidans *in corpore eiuſdem articuli*, ait: *Deus omnem locum replet, non ſicut corpus (corpus enim dicitur replere locum in quantum non compatitur ſecum aliud corpus,) ſed per hoc, quod Deus eſt in aliquo loco, non excluditur, quin alia ſint ibi, imò per hoc replet omnia loca, quod dat eſſe omnibus locatis,*

Quantitas perfectionis æquiualet quantitati molis.

Incorporalia non ſunt in loco per cōtactū quantitatis.

locatis, quæ replent omnia loca. Verùm quia huc modo videtur Deus replere locacautaliter potiùs, quàm formaliter, explicari aliter poteſt, quod formaliter loca repleat per hoc, quod nulla ſit aſſignabilis loci particula, quam Deus non totam ſecundùm ſe totum intimè penetret, quod innotuit antiquis etiam Philoſophis, apud quos in adagio

Deo omnia ſunt plena.

fuit *omnia eſſe plena Deo.*

5. Ex eo, quod immenſitas ſit extenſio virtualis infinita, elucet duplex ipſius potiſſima perfectio. Prima eſt, quod exigat occupare locum indiuiſibiliter, non per commenſurationem partium, vt occupant res materiales habentes quantitatem molis, & extenſionem formalem. Secunda eſt, quod exigat occupare omne ſpatium. Prima habetur ab extenſione virtuali; ſecunda ab extenſione infinita.

Immenſitas eſt modus eſſendi in loco immenſiuè, incircumſcriptè, indefinitè.

Prima excludit modum eſſendi in loco circumſcriptiuè, quem habent creaturæ corporeæ; ſecunda excludit modum eſſendi in loco definitiuè, quem habent creaturæ ſpirituales: Et ex vtraque conſurgit modus eſſendi in loco ab omni imperfectione immunis, & ab aliquibus appellatur modus eſſendi in loco eminenter, ab aliis immenſiuè, ab aliis incircumſcriptè, ab aliis indefinitè: ſed parum refert, quo nomine vtamur, dummodo conueniamus in re per nomen ſignificata, dum ſcilicet dicimus Deum eſſe in loco per immenſitatem, intelligamus ipſum æquè eſſe totum in qualibet parte loci, ac in toto loco; nullis loci terminis circumſcribi, & definiri; nullius loci ſordibus inquinari, non ita alicubi eſſe, vt alibi non ſit, imò potiùs cum nullo loco finiatur, & circumſcribatur, ita vbique eſſe, vt nullibi ſit, dicente Bernardo *lib. 5. de conſid. cap. 6. Nuſquam eſt qui non clauditur loco, & nuſquam non eſt, qui non excluditur loco.* Auguſtino *lib. de quantit. animæ, cap. 3. Deo nihil eſt ſecretius, nihilque præſentius, qui difficillimè inuenitur vbi ſit, difficiliùs verò, vbi non ſit.* Anſelmo *monolog. cap. 22. In nullo itaque loco, vel tempore propriè dicitur eſſe, quia omninò à nullo alio continetur, & tamen in omni loco, vel tempore ſuo quodammodo dici poteſt eſſe.* Ex hoc modo loquendi ſanctorum Patrum nonnulli mouentur ad aſſerendum Deum eſſe in omnibus rebus, quatenùs res ſunt, non quatenùs loca ſunt; ita inter cæteros Herinex *diſp. 4. quæſt. 3. num.* 34. Verùm id foret negare Deo ſpeciale attributum immenſitatis, vt habetur ex præmiſſa probatione primæ partis. Nec modus loquendi Sanctorum Patrum aliud indicat, quàm Deum eſſe in loco præciſis imperfectionibus conſequentibus conditionem entis finiti, & limitati.

6. Immenſitatem ita explicatam eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem extra omne dubium eſt, & dum Martinon. 1. *part. diſput. 5. ſect. 4. num.* 19. videtur id negare, ſumit immenſitatem potiùs pro vbiquitate, & omnipræſentia Dei, quàm pro talis vbiquitatis, & omnipræſentiæ fundamento: Probat enim ipſe immenſitatem non eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, quia nec eſt melior ipſa, quàm non ipſa, nec conuenit Deo in omni loco; cum nec Deus, vt correſpondens huic determinato loco, ſit in omnibus aliis; nec melius ipſi ſit eſſe in hoc determinato loco, quàm in omnibus aliis, & tamen Deo vt exiſtenti in hoc determinato loco eſt impoſſibile eſſe in omnibus aliis; quæ, vt conſideranti patet, ad ſummum procedunt de ipſa actuali extenſione, & omnipræſentia (quamvis nec de hac ſumpta ſecundùm illud, quod dicit ex parte Dei in rigore aliquid euincant, vt explicat De Quiros 1. *part. quæſt.* 8. *art.* 2. *num.* 12.) nullatenùs verò de immenſitate, quæ eſt perfectio actualis extenſionis, & omnipræſentiæ exigitiua, licet enim aliquam præ ſe ferat difficultatem aſſerere, quod Deus vt exiſtens in hoc determinato loco exiſtat etiam in omnibus aliis, facillimum tamen eſt concipere quod Deus, vt exiſtens in hoc determinato loco, habeat exigentiam ad exiſtendum in omnibus aliis.

Immenſitas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, etiamſi talis non eſſet omnipræſentia.

---

§. II.

Vtrum Deum eſſe immenſum tum fide, tum ratione conſtet?

ASSERTVM I. Deum eſſe immenſum de fide eſt. Ex Catholicis citatur huic aſſerto contrarius ſolus *Auguſtinus Eugubinus*, qui in illud *Pſal.* 138. *Si aſcendero in cælum, tu illic es*, exiſtimauit Deum cognitione quidem ſua rebus omnibus adeſſe; eſſentia autem, & præſentia ſua in cœlo tantum eſſe, quem errorem videtur hauſiſſe ex Ariſtotele *lib. de mundo ad Alexandrum*, aſſerente quod ſicuti Rex non eſt alibi, quàm in Regia vrbe, ita Deus non eſt alibi, quàm in cœlo; & quamvis dubium ſit, quod talis liber fuerit *Ariſtotelis*, non videtur tamen dubium, quod *Ariſtoteles* de Dei immenſitate malè ſenſerit, cum *primo de cælo, cap.* 9. Deum, omneſque intelligentias non intra, ſed extra cœlum eſſe contendat, id eſt ſupra vltimi cœli circumferentiam, quod eſt eſſe extra cœlum, non intra cœlum. In eodem errore negandi diuinam immenſitatem, & determinato aliquo loco concludendi diuinam ſubſtantiam verſati ſunt ante Ariſtotelem Iudæi præſertim rudiores, qui teſte Hieronymo *in illud Pſal. 66. Cælum ſedes mea*, exiſtimarunt Hieroſolymitano templo Deum concludi. Poſt Ariſtotelem *Manichæi* teſte Auguſtino *in lib. contra epiſt. fundam. cap.* 16. & ex Caluiniſtis *Vorſtius*; *Anthropomorphitæ* etiam quamvis talis erroris expreſsè non damnentur, eo ipſo tamen, quòd Deum aſſeruerunt corporeum; conſequens eſt crediſſe non immenſum, & vel non in omni loco, vel ſaltem non totum in qualibet parte loci. Contra hos errores Catholica veritas. 7.

Errores varij contra diuinam immenſitatem.

Probatur ex Scriptura, Ierem. 23. *Cælum, & terram ego impleo.* Pſal. 66. *Cælum ſedes mea,* 8.

Deum eſſe

immenſum, eſt de fide, & probatur ex ſcriptura. *mea, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Baruch. 3. *O Iſraël, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius! Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus.* Pſalm. 138. *Si aſcendero in cœlum, illic es, ſi deſcendero in infernum, ades,* &c. Confirmatur primò ex Concilio Lateranenſi *cap. firmiter*, in quo definitur Deum eſſe immenſum; *& ex Symbolo Athanaſij*, in quo canit Eccleſia: *Immenſus Pater, Immenſus Filius, Immenſus Spiritus ſanctus.* Confirmatur ſecundò ex *ſanctis Patribus* ex Auguſtino *de Trinit. lib. 5. cap. 1. Deus vbique eſt ſine vllo ſitu præſens, ſine habitu omnia continens, ſine loco vbique totus.* & lib. 7. cap. 30. *Idem Deus vbique totus implens cœlum, & terram præſente potentia, non abſente natura.* Ex Anſelmo *cap. 22. Monology ſummam eſſentiam totam ineuitabilis neceſſitas exigit nulli loco, vel tempori deeſſe.* Ex Iſidoro *lib. 1. de ſummo bono, cap. 2. Immenſitas diuina magnitudinis iſta eſt, vt intelligamus eum intra omnia, ſed non incluſum; extra omnia, ſed non excluſum,* &c. Ex Hilario *in Pſalm. 138. Mirabile eſt Deum vbique eſſe, & nuſquam abeſſe; in omnibus eſſe, & totum eſſe.*

9. Assertvm II. Deum eſſe immenſum conſtat euidentèr ratione naturali. Ita non ſolum omnes Catholici, ſed etiam ex Ethnicis, vt refert Suarez *in Metaphyſic. diſp. 30. ſect. 7. num. 48.* Plures antiqui Philoſophi ducti ſolo lumine naturæ, inter quos celebris eſt ſententia Triſmegiſti dicentis: *Deum eſſe ſpheram intelligibilem, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.* Iure propterea Athanaſius *oratione contra Idola* ſcripſit *rationem, & famam obtinuiſſe Deum poſſe exiſtere vbique.*

Deum eſſe immenſum probatur euidenter ex infinitate. Probatur: Deus eſt in omni genere infinitus, ſed talis non eſſet, ſi non eſſet immenſus, ergo eſt immenſus. Maior ſupponitur euidens ex ſupradictis *cap. 5.* Minor probatur: Quod eſt in omni genere infinitum (ſumo impropriè nomen generis) habet in ſuo genere infinitam omnem perfectionem, quam formaliter continet; ſed extenſio virtualis, ſeu perfectio extenſiua propriæ ſubſtantiæ eſt perfectio in Deo formaliter contenta, tum quia eſt perfectio ſimpliciter, tum quia ſecùs Deus non eſſet in loco formaliter, ergo habet Deus in ſuo genere infinitam talem extenſionem, adeoque habet immenſitatem, quæ *ex ſuperiori* §. nihil eſt aliud, quàm extenſio virtualis infinita, &c.

10. Confirmatur primò: Extenſio virtualis diuinæ ſubſtantiæ debet eſſe maior, quàm extenſio virtualis cuiuſlibet ſubſtantiæ creabilis, ſed non eſt huiuſmodi, niſi ſit infinita, ergo datur in Deo infinita extenſio virtualis, &c. at in hac formaliter conſiſtit immenſitas, ergo. Maior patet; quia non ſolùm Deus eſt perfectior creatura, ſed etiam quodlibet prædicatum Dei eſt eſſentialiter perfectius quolibet prædicato creaturæ. Minor probatur: Si extenſio virtualis diuinæ ſubſtantiæ infinita non ſit, datur determinatus terminus vltra quem diuina ſubſtantia non poteſt extendi, ergo eſt dabilis ſubſtantia creata, cuius virtualis extenſio poſſit eundem terminum attingere, imò excedere; ergo niſi extenſio virtualis diuinæ ſubſtantiæ infinita ſit, non eſt maior, &c. Conſequentia probatur: Subſtantia ſpiritualis, quò perfectior eſt, eò habet maiorem extenſionem virtualem, & ampliorem terminum ſuæ locabilitatis, vt ſuadet proportio, quæ reperitur inter quantitatem virtutis, & quantitatem molis, & magis ex profeſſo probabitur in tractatu de Angelis; ſed ſubſtantia ſpiritualis poteſt creari perfectior, & perfectior in infinitum, ergo poteſt creari habens maiorem, & maiorem extenſionem virtualem in infinitum, & per conſequens aptam attingere, imò excedere quemcumque determinatum terminum locabilitatis.

Si Deus non eſſet immenſus, poſſet creatura habere, maiorē extenſionem virtualem, quam Deus.

11. Confirmatur ſecundò: Ad infinitatem diuinæ omnipotentiæ ſpectat non ſolum poſſe producere quodlibet, verùm etiam poſſe producere vbilibet; ſed niſi Deus habeat infinitam extenſionem virtualem, & immenſitatem, ratione cujus poſſet vbilibet eſſe, non poſſet vbilibet producere ſine actione in diſtans, quæ, ſi non eſt abſolutè repugnans, ſaltem eſt repugnans Deo, præſertim ſi ponatur, vt in præſenti poneretur, conueniens ex neceſſitate; & ex imperfectione, virtutis extenſiuæ, cui anguſtior quodammodo aſſignetur ſphæra, quàm virtuti operatiuæ, ergo. Confirmatur tertiò: Si Deus habet extenſionem virtualem reſpicientem finitum aliquod, & determinatum ſpatium, vel huiuſmodi ſpatium liberè ſibi eligeret, adeò vt poſſet modò eſſe in hoc, modò eſſe in illo; vel eidem eſſet naturali neceſſitate alligatus, ſi hoc ſecundum aſſeritur, ſubſtantiæ ſpirituales creatæ habentes facultatem ſibi eligendi loca pro libito videntur eſſe melioris conditionis, quàm ſubſtantia increata Dei, qui quodammodo degeneraret in miſeriam ſpirituum damnatorum alligatorum igni. Si primum dicatur, non poſſet ſuſtineri diuina voluntas immunis ab inconſtantia, vel imprudentia, dum abſque nouo motiuo, cum ſua omniſcientia Deus omnia ſimul motiua præoccupet, loca mutaret.

Deus debet poſſe producere non ſolùm, quidlibet, ſed etiā vbilibet.

12. Aduerte hìc obiter melius ex conſtantia diuinæ voluntatis, quàm ex immutabilitate intrinſeca Dei, probari diuinam vbiquitatem, ſeu immenſitatem; cum enim in principiis noſtris præſentia localis non mutet intrinſecè rem locatam, ſed ſit præcisè complexum rei locatæ cum loco extrinſeco; per tranſitum ad nouum ſpatium, & acquiſitionem nouæ præſentiæ, non mutaretur Deus, niſi extrinſecè, & illæſa ſubſiſteret ipſius intrinſeca immutabilitas, ex qua propterea (quod ſit obiter dictum) nec ſufficienter probatur repugnantia motus localis in Deo, nec demonſtratur immenſitas, licet quamplures ſupponentes nouam præſentiam localem importare intrinſecam mutationem, aſſumant immutabilitatem ad probandam, tum immobilitatem, tum immenſitatem. Immobilitas igitur à priori non probatur, niſi ex immenſitate iuxta illud diui Chryſoſtomi *homil. 17. in Geneſim: Non ambula-*

bat

bat Deus ; abſit ? Quomodo enim ambularet, qui vbique præſens eſt, & omnia implet ? Immenſitas non niſi ex diuina infinitate, & vtraque ad ſummum ex maxima conſtantia diuinæ voluntatis. Cæterum à priori nullum aliud medium occurrit demonſtrandi immenſitatem ; imò nec medium aliquod ſufficiens ſuppetit à poſteriori, vt probatur in ſequenti Paragrapho. Ideò ſit

§. III.

Vtrum Deum eſſe immenſum ſufficienter probetur ex actuali Dei operatione ?

13. ASSERTVM : Deum eſſe immenſum non ſufficienter, ſeu non euidenter probatur ex actuali operatione præciſè. Ita Scotus *in 1. diſt. 37.* & vltra Scotiſtas Valentia *prima parte, quæſtione 8. punct. 1.* Vaſquez *diſputatione 28. cap. 4. & 5.* Amicus *diſputatione 8. ſectione 1. numero 16.* Lugus *lib. 1. diſputatione 18. cap. 4.* Arriaga *diſputatione 2. ſect. 9* Auerſa *in Philoſophia, &c. contra Thomiſtas in primam partem, quæſtione 8. articulo 1.* Suarez *in Metaphyſic. diſputatione 30. ſect. 7.* Aureolum *diſt. 37. articulo 2. propoſit. 3. & 4.* & alios quamplures, quibus adeò adhæret Molina *prima parte, quæſtione 8. articulo 1. diſputatione 2. §. opinio hæc*, vt opinionem à nobis aſſertam damnet, tanquam parum tutam in fide, ne dum tanquam falſam ; quoniam Paulus *act. 17.* ex eo probat *Deum non longè eſſe ab vnoquoque noſtrum, quod in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus* ; Et Regius Propheta *Pſalm. 138.* cum dixiſſet : *Quo à facie tua fugiam ? Si aſcendero in cœlum tu illic es,* &c. In huius rei probationem ſubiungit : *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Verùm huiuſmodi auctoritates, vel procedunt de operatione Dei, non præcisè conſiderata ſed vt coniuncta cum infinitate, & illimitatione ; vel vt ſentit Vaſquez *loco citato, num. 37.* in primo textu intenditur Deum non longè eſſe ab vnoquoque noſtrum quoad cognoſci, & adorari ; in ſecundo ſermo eſt de immenſitate diuinæ ſcientiæ, potius quam de immenſitate diuinæ ſubſtantiæ ; vel tandem dato quod in allatis ſcripturæ locis ex diuina operatione præcisè diuinæ ſubſtantiæ immenſitas deducatur ; non ideò talis deductio cenſenda eſt euidens ; nec, vt notat Valentia *loco citato ad finem*, oportet omnes conſequentias, quæ fiunt in ſcriptura, vel à Patribus, eſſe per ſe euidentes, vt euincitur in probationibus exiſtentiæ Dei, quarum multæ in Scriptura aſſeruntur ſolum probabiles ; imò qui diceret nullam euidenter, ac demonſtratiuè euincere exiſtentiam Dei, vix eſſet aliqua cenſura dignus, vt patet *ex ſupradictis, cap. 1. §. 2. aſſert. 2. prob. 1.* Immeritò igitur, & nimia liberalitate cenſura fertur in aſſertam à nobis, & grauiſſimorum Doctorum auctoritate ſuffultam opinionem.

Opinio aſſerens Dei immenſitatem ex operatione inſufficiẽter probari immeritò cenſuratur.

Probatur primò : Actualis operatio ex ſe præciſè, vel non eſſentialiter requirit indiſtantiam agentis, & paſſi, ſeu effectus ; vel requirit indiſtantiam virtutis tantùm, non ſuppoſiti ; item approximationis tantùm, & contactus ad partes extimas, non penetrationis, & illapſus quodammodo ad partes intimas ; ſed immenſitas Dei dicit indiſtantiam ; & hanc non virtutis tantùm, ſed ſuppoſiti ; non approximationis tantùm, ſed penetrationis ; omnibus quippè rebus Deus per ſubſtantiam ſuam totus intimè illabitur, & vt loquitur Gregorius *lib. 2. moralium cap. 12. manet intra, & extra omnia, &c. circumdando penetrat, penetrando circumdat*, ergo. Minor patet ; 14.

Immenſitas Dei dicit indiſtantiã non virtutis, ſed ſuppoſiti, nõ approximationis, ſed penetrationis.

Probatur maior quoad primam partem, licet probabiliſſimum ſit, non eſt tamen euidens repugnare agenti creato actionem in diſtans ; & quando euinceretur repugnans agenti creato ; id videretur eſſe potiùs ex imperfectione, & limitatione creati agentis, quàm ex conceptu formali actionis, quæ ex genere ſuo, ſicuti præſcindit ab eo, quod fiat, vel præſuppoſito, vel non præſuppoſito ſubiecto, vel præuia, vel non præuia diſpoſitione, licet fortè à nullo agente creato poſſit exerceri non præſuppoſito ſubiecto, & non præuia diſpoſitione, ita præſcindat ab eo, quod vel cum medio, vel ſine medio ; vel in proximum, vel in diſtans fiat ; licet à nullo agente creato exerceri poſſit, niſi cum medio, & in proximum ; imò, quia vt ait Scotus *in prima diſt. 37. quæſtione vnica, circa medium, quanto perfectior forma eſt in creaturis, tanto videtur eſſe ratio agendi in remotius*, forma perfectiſſima, qualis eſt in agente increato videtur debere eſſe ratio agendi in remotum, & diſtans ſimpliciter nulla virtute per medium diffuſa ; ſicuti igitur, licet creato agenti eſſet impoſſibilis actio creatiua ex nihilo, & ſine ſubiecto, non ideò eſſet neganda Deo, & minùs conſequenter loquuntur, qui exiſtimant ſpecialiter repugnare actioni creatiuæ, quod exerceatur in diſtans ; Enim verò ſicuti ſpecialiter ei conuenit non dependere à ſubiecto, inferendum potiùs eſt, quod poſſit et ſpecialiter conuenire, non dependere à medio. Probatur eadem maior quoad ſecundam partem ; Ex obiecto, & potentia gignitur notitia, nec tamen neceſſe eſt, quod obiectum ſit ſemper entitatiuè, & immediatione ſuppoſiti applicatum potentiæ, ſed ſatis eſt, quod ſit ipſi applicatum per effuſionem ſuæ virtutis ; & tranſmiſſionem ſpecierum ; proiecta à proiiciente mouentur per perſeuerantiam virtutis à mouente impreſſæ, 15.

Non eſt euidẽs repugnare agenti creato, & multo minus increato actionem in diſtans.

Creationi videtur ſpecialiter conuenire quod poſſit exerceri in diſtans.

16.

Operatio ex ſe præciſè requirit indiſtantiã virtutis, non ſuppoſiti ; approximationis, non penetrationis.

non per perſeuerantiam coniunctionis entitatiuæ, cum ipſo mouente; ergo operatio ex ſe præciſè requirit indiſtantiam virtutis tantum, non ſuppoſiti.

17. Probatur eadem maior quoad tertiam partem, tum experientia omnium agentium, quorum nullum regulariter cum paſſo, in quod agit, penetratur; tum ex conditione agentis corporei, & quanti, quod cum non poſſit paſſum eiuſdem rationis penetrare naturaliter, non poſſet naturaliter in ipſum agere; ſicque eſſet ſupernaturalis, & miraculoſa omnis actio rerum corporearum, & materialium inter ſe, ergo operatio ex ſe præciſè requirit indiſtantiam approximationis tantum, & contactus ad partes extimas, non penetrationis, & illapſus in partes intimas.

18. Dices primò contra probationem primæ partis maioris ex Do Quiros 1. *part. quæſt.* 8. *artic.* 1. *num.* 6. Licet non ſatis conſtet repugnare agenti creato actionem in diſtans, ſatis tamen conſtare reſpectu agentis increati repugnantiam actionis in diſtans, & neceſſitatem ipſius intimæ præſentiæ, ſi minùs titulo cauſæ ſaltem titulo effectus, cuius ſumma dependentia à Deo petit, vt ſicut conſeruari nequit ſine Deo coëxiſtente, ita nec ſine Deo præſente; quò maior namque apprehenditur ex parte creaturæ indigentia Dei, eo talis apprehenſio congruentior eſt conceptui creaturæ; ſed contra; vbi non repugnat actio in diſtans, effectus æquè perfectè producitur ab agente diſtante, ac ab agente proximo; adeoque effectus quantum eſt ex ſe, & vt habeat omnem ſuam perfectionem, non magis indiget præſentia, quàm diſtantia agentis, ergo vbi titulo cauſæ non repugnat actio in diſtans, neque etiam repugnat titulò effectus, cuius maior dependentia videtur meliùs explicari per hoc, quod cauſa ſit ab ipſo magis abſoluta, & cum maiori quodammodo remotione, minorique applicatione ad ipſum effectum, quàm per hoc, quod ſit ipſi alligata, & intimè præſens. Paritas, quæ affertur de Deo coëxiſtente, candem habet vim in agente creato, eademque ratione ſimpliciter probaretur, ſicuti nullus effectus eſſe poteſt ſine cauſa coëxiſtente; ita nec ſine cauſa præſente, vnde probaretur vniuerſalis repugnantia actionis in diſtans; quod non intendit inſtantia.

Effectus ſecundum ſe non magis indiget præſentia, quàm diſtantia agentis, & titulo effectus non probatur repugnantia actionis in diſtans.

19. Dices ſecundò contra probationem ſecundæ partis maioris: In agente increato idem eſſe virtutem, & ſubſtantiam; adeoque ſi ex actione probatur indiſtantia virtutis reſpectu Dei agentis increati, ſufficienter ex eadem probari indiſtantiam ſubſtantiæ: ſed contra primò, quod in agente increato ſit idem virtus, & ſubſtantia, non prouenit ex conceptu formali actionis; ſed ex ſumma ſimplicitate, & infinitate; ratione cuius quicquid eſt in Deo Deus eſt, adeoque probare Dei omnipræſentiam ex actione agentis habentis identificatam virtutem, & ſubſtantiam, non eſt probare Dei immenſitatem, & omnipræſentiam, ex actuali operatione præciſè, vt loquitur aſſertum; ſed ex operatione, & identitate virtutis cum ſubſtantia, vel potius ex infinitate, quæ eſt radix identitatis virtutis cum ſubſtantia. Contra ſecundò probaretur adhuc ſolum diuina ſubſtantia indiſtans, indiſtantia approximationis, & contactus ad partes extimas, quod non ſufficit ad immenſitatem.

Virtus in Deo eſt identificata cum ſubſtantia ratione, infinitatis, non ratione operationis.

20. Dices tertiò contra probationem tertiæ partis maioris ex Ioanne à S. Thoma *prima parte, quæſtione* 8. *articulo* 3. Contactum agentis creati ideò non eſſe ad partes intimas, quia agens creatum in ſua actione ſemper aliquid præſupponit; & cum non tribuat totum eſſe rei, ideò non mirum, quod non debeat neceſſariò penetrare totam rem; at Deus è contra in ſua actione nihil præſupponit, & tribuit totum eſſe rei, ideò debet rem totam intimè penetrare, & hæc videtur eſſe legitima mens Diui Thomæ *prima parte, quæſtione* 8. *articulo primo*, probantis Deum in rebus omnibus eſſe, *quia dat eſſe, quod eſt magis intimum cuilibet, & quod profundiùs omnibus ineſt; & in* 2. *diſt*. 8. *quæſtione prima, articulo* 5. *ad* 5. dicentis *quod in eſſentia non intrat niſi ille, qui dat eſſe, ſcilicet Deus creator, qui habet intrinſecam eſſentia operationem.* Accedit quod contactus, quò perfectior eſt, eo debet eſſe intimior, ſi enim non eſt omninò intra rem, iam habet terminum, vltra quem, vel intra quem eſſe non poteſt; cum igitur contactus Dei careat omni limite, omnique termino; debet eſſe omninò intra rem. Sed contrà, ſi quod tribuit totum eſſe, ex conceptu tribuendi totum eſſe, deberet rem totam intimè penetrare; quod tribuit aliquod eſſe, deberet aliquid rei penetrare; cum igitur omnis actio tribuat aliquod eſſe, omnis actio requireret contactum maiorem, quàm extrinſecæ approximationis, quod apparet abſolutè falſum; ratio à priori eſſe poteſt; quia agens operatur in genere cauſæ extrinſecæ, videretur autem deflectere in conditionem cauſæ intrinſecæ, ſi ex ſua ratione formali, ex vi ſcilicet operationis aliquam penetrationem; & ex vi operationis perfectiſſimæ totalem penetrationem, contactumque omninò intimum, & intrinſecum exigeret; nec ampliùs eſſet ſpeciale priuilegium principij vitalis, quod quatenus vitale exercet munus, tum agentis, tum ſubiecti, tum cauſæ extrinſecæ, tum intrinſecæ, habere effectum ſibi intimè compenetratum; nec debet hoc priuilegium extendi, niſi ad ea agentia, quæ ſimul habent rationem principij materialis, vel formalis. Ad verba *Diui Thomæ* dico ipſius conſequentiam eſſe indirectam;

Contactum agentis increati debere eſſe omninò intimū, probatur ex *D. Thoma.*

Propriū eſt principij vitalis intimè penetrari cū effectu.

Deus dat totum eſſe rei; ergo intimè penetrat totam rem, eſt conſequentia indirecta, & mediata.

indirectam; & ex eo, quod Deus det eſſe, probari intimam ipſius præſentiam, & intrinſecam eſſentiæ operationem, quia ex eo, quod Deus det eſſe ſimpliciter, infertur in ipſo omnimoda infinitas, & ex infinitate deinde omnipræſentia, & omnimoda penetratio eum toto eſſe cuiuſlibet effectus: Nec maiorem habet vim illud, quod additur de contactu; hic quippè ex ratione contactus quomodocumque perfectiſſimi, importat ſolum excludere quodlibet intermedium; quod deinde rem ipſam penetret, & omni limite, omnique termino in penetrando careat, habet ex differentia extrinſeca infinitatis, ex qua propterea, non ex operatione præcisè euincitur diuina immenſitas.

21.

22. Alium modum probandi indirectè ex diuina operatione immenſitatem affert Arriaga 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 9. *num.* 81. Sic: Deus non ſolum producit res, ſed etiam illarum vbicationum; ergo debet continere eminenter perfectionem earum vbicationum, hoc autem non poteſt eſſe niſi ipſe Deus exiſtat formaliter in omni loco, vbi exiſtunt omnes vbicationes, etenim exiſtere in hoc loco formaliter dicit puram perfectionem, quæ non poteſt vt ſic eminenter contineri, ſed formaliter. Verum non eſt neceſſe, quod Deus vt contineat aliquam vbicationem, ſit in loco talis vbicationis, alioqui quia Deus, vt exiſtens alibi, non eſt formaliter hic, vt exiſtens alibi non contineret perfectionem huius vbicationis, adeoque, vt exiſtens alibi non contineret omnem perfectionem; neque omnem contineret, vt exiſtens hic; quia vt exiſtens hic non eſt formaliter alibi.

23. Probatur ſecundò: Modus exiſtendi in rebus per potentiam conſequens ad attributum omnipotentiæ eſt diuerſus à modo eſſendi in rebus per eſſentiam conſequente ad attributum immenſitatis, vt *ex* §. *ſequenti* conſtabit; ſed ſi ex operatione ſufficienter probaretur exiſtentia Dei in rebus per eſſentiam, difficiliùs explicaretur, quomodo talis exiſtentia eſſet diſtincta ab exiſtentia in rebus per potentiam, & quomodo non conſequeretur formaliter ad attributum omnipotentiæ, ergo. Confirmatur: detur per impoſſibile res aliqua non producta, adhuc Deus eſſet per eſſentiam tali rei intimè præſens, & non ex vi operationis, ergo operatio non eſt ratio formalis, & medium neceſſarium probans omnipræſentiam Dei. Antecedens probatur: Adhuc res illa in aliquo loco eſſet, neque enim quod res in loco ſit habet formaliter per hoc, quod à Deo producta ſit, ſed omnis locus eſt intra ſphæram diuinæ immenſitatis: ergo adhuc res illa eſſet intra ſphæram diuinæ immenſitatis, ergo adhuc in illa exiſteret Deus per eſſentiam.

Deus per eſſentiam exiſteret in re etiam à ſe non producta.

§. IV.

Quot modis Deus vbique ſit?

ASSERTVM: Tribus præcipuè modis ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiam Deus eſt vbique; ſumendo pro ly *vbique* omne ſpatium poſitiuum; nam de vbique latiùs accepto, prout importat ſpatium etiam imaginarium, diuerſa eſt ratio, vt infrà explicabitur. Ita Doctores omnes communiter cum Diuo Thoma 1. *part. quaſt.* 8. *artic.* 3. & *Magiſtro ſententiarum in* 1. *diſt.* 37. *quaſt.* 1. dicente, quod Deus vbique, in omni ſcilicet creatura eſſentialiter præſentialiter, & potentialiter eſt. Vnde es illud decantatum. 24.

Enter, Præſenter Deus eſt; & vbique Potenter.

Probatur, & explicatur: Eſt Deus vbique, ſeu in omni ſpatio poſitiuo per eſſentiam, quatenùs extenſione virtuali propriæ ſubſtantiæ omnia occupat, penetrat, & intimè permeat. Hic modus eſſendi vbique propriè ſpectat ad immenſitatem, & ſpecialiter exprimitur ab Auguſtino *lib.* 7. *de ciuit. cap.* 30. illis verbis: *Deus vbique eſt totum implens cœlum, & terram præſente potentia, non abſente natura.* Eſt Deus vbique, ſeu in omni ſpatio poſitiuo per præſentiam, quatenus omnia intuetur. Hic modus eſſendi vbique propriè ſpectat ad intellectum, ſeu omniſcientiam, & ſpecialiter traditur verbis illis Hebr. 4. *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu Dei, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* Eſt Deus vbique, ſeu in omni ſpatio poſitiuo per potentiam, quatenus in rebus omnibus omnia operatur, & gubernat. Hic modus eſſendi vbique, propriè ſpectat ad omnipotentiam, & prouidentiam, ſpecialiter traditur Hebr. 1. verbis illis: *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Et ex Auguſtino *lib.* 2. *de ſerm. Domini in monte, cap.* 5. *Vbique eſt præſens, non locorum ſpatiis, ſed maieſtate potentiæ.* Primus modus dici poteſt præſentia entitatiua; ſecundus præſentia intuitiua: Tertius præſentia effectiua; Ex his tribus præſentiis ſola prima eſt localis, vi cuius Deus eſt in ſpatio tanquam in loco: ſola item prima eſt vniuerſaliſſima, vi cuius Deus ex inferiori aſſerto eſt in ſpatiis etiam imaginariis, in quibus nec præſentiam intuitiuam, nec effectiuam habet, cum ibi nec aliquid intueatur, nec aliquid operetur, aut moderetur. 25.

Deum eſſe vbique per eſſentiâ, præſentiam, & potentiam explicatur.

Præſentia Dei triplex entitatiua, intuitiua, effectiua.

Circa allatos modos exiſtentiæ Dei, ſeu præſentiæ in rebus omnibus duo præcipuè dubitantur. Primò, cur ratione præſentiæ dicatur Deus eſſe in rebus omnibus, & non potiùs res dicantur eſſe in Deo, cum modus iſte exiſtendi per præſentiam conſiſtat in eo, quod res omnes ſubſint conſpectui, 26.

N 2 &

& cognitioni intuitiuæ Dei , ſeque habeant ad Deum , tanquam cognitum ad cognoſcens , cognitum autem potius ſit io cognoſcente , quàm cognoſcens in cognito. Secundo : Cur dicatur Deus eſſe in rebua per ſcientiam , ac potentiam ; non verò per alia attributa, cum tamen etiam ratione aliorom attributorum rebus omnibus coexiſtat , & res omnes afficiar ; per æternitatem quippè rerum omnium durationes metitur, per miſericordiam rerum omnium defectus tollit,

27. Secundum cõmunẽ rationem cognitionis cognitum eſt in cognoſcente, ſecundùm ſpecialem rationẽ intuitionis, cognoſcens eſt etiam in cognito.

&c. Reſpondetur ad primum , ſpeciale eſſe cognitioni intuitiuæ , quod requirat præſentiam Phyſicam obiecti , & ſic intuitus, quem nulla res poteſt ſubterfugere fundat ſpecialem ſubiectionem præſentiæ Phyſicæ rerum omnium ad intuentem , vnde quamvis ſecundum rationem genericam cognitionis potius cognitum ſit in cognoſcẽte, quàm cognoſcens in cognito ; ſecundùm ſpecialem rationem intuitionis , à qua cognitum non poſſit ſe ſubtrahere ; ita cognitum eſt in cognoſcente ſecundùm eſſe intentionale, vt cognoſcens ſit in cognito alligando quodammodo ſibi ipſius Phyſicam præſentiam.

28. Reſpondetur ad ſecundum : Alia Dei attributa , vel dici abſolutè de Deo abſque ordine ad creaturas , talia ſunt infinitas , ſimplicitas , &c. vel dicere ordinem ad creaturas, non ponendo aliquid in ipſis , ſed ponendo ipſas in Deo, vt intellectus, & voluntas,quæ per actus immanentes tangunt obiecta intra ſe , ſeu intra ipſum Deum, quod valet etiam de æternitate ſaltem ſecundùm vulgatem loquendi mudum , ſecundùm quem potius dici ſolet futora eſſe in æternitate , quàm æternitatem eſſe in futuris, quamvis in rigore dici debeat æternitatem eſſe in futuris, quatenùs coexiſtit futuris ab æterno , transferendo ſe ad ipſa , non retrotrahendo ipſa ad ſe , vt explicatur *capite ſequenti*, §.5. quia tamen æternitas transfert ſe ad futura per modum continentis , & menſuræ supereacedentis, ſuſtineri vtrumque poteſt communis modus loquendi , quo futura dicuntur eſſe in æternitate ; vel dicere ordinem ad creaturas ponendo quidem aliquid in ipſis, ita tamen vt non exigant ex conceptu ſuo ipſarum præſentiam , & localem applicationem , vt miſericordia, iuſtitia ,&c. de quibus fuſiùs Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 8. *diſp.* 8. *art.* 5.

29. Plures modi particulares, quibus Deus eſt in aliquibus rebus.

Ex his patet ſuſtineri abſolutè poſſe vltra tres aſſignatos nullum alium eſſe vniuerſalem modum,quo Deus in rebus omnibus exiſtat, quamvis occurrant plures modi particulares , quibus exiſtit in pluribus particularibus rebus , putà per circuminſeſſionem in diuinis Perſonis ; per vnionem hypoſtaticam in Chriſto ; per gratiam in iuſtis ; per gloriam in Beatis ; per modum obiecti , ſeu per aliqualem ſui ſimilitudinem, in creaturis ipſum cognoſcentibus, & amantibus.

---

§. V.

An, & quomodo Deus ſit vel extra mundum , vel in ſpatiis imaginariis ?

ASSERTVM I. Deus eſt realiter per eſſentiam , ſeu ſubſtantiam ſuam extra mundum in ſeipſo , vel in ſpatio increato propriæ immenſitatis , vt loquitur Leſſius *de perfectionibus diuinis*, *lib.* 2. *cap.* 2. vbi triplex ſpatium diſtinguit ; creatum, quod corporali extenſione conſtat ; increatum, quod eſt ipſa Dei immenſitas , cui omne aliud ſpatium innititur ; imaginarium , quod mens noſtra imaginatur. Ita contra Vaſquez 1. *part. diſp.* 29. *cap.* 2. Moncæum *diſp.* 1. *de Immenſitate* , alioſque nonnullos Leſſius *mox citatus* , Amicus 1. *part. diſp* 8. *ſect* 2. *num.* 32. Alenſis 1. *part. quæſt.* 10. *memb.* 1. alijque plurimi , ſpecialiter verò à fortiori omnes propugnatores exiſtentiæ Dei in ſpatiis imaginariis , & eſt aſſertum in re commune, quamvis nonnulli malè confundentes exiſtentiam Dei extra Cœlos , cum exiſtentiâ in ſpatiis Imaginariis arbitrentur aduerſarios exiſtentiæ Dei extra cœlos omnes Aduerſarios exiſtentiæ Dei in ſpatiis imaginariis,quod falſum eſſe conuincitur ex Herincx *diſp.* 4 *quæſt.* 3. & Faſolo 1. *part. quæſt.* 8. *art.* 1. *dub.* 3. & 4. 30.

Spatium triplex creatũ, increatum, imaginariũ.

Exiſtentia Dei extra Cœlos malè confunditur cum exiſtentia Dei in ſpatio imaginario.

Probatur primò ex Scriptura, Iob *cap.* 11. *Excelſior Cœlo eſt, profundior inferno, cap.* 22. *An non cogitas , quod excelſior Cœlo ſit , & ſupra ſtellarum verticem ſublimetur* 3. Reg. 8. *Si Cœlum,& Cœli Cœlorum te non capiunt*,cui conformiter canit Eccleſia in laudem Deiparæ. *Quem totus non capit Orbis , in tua ſe clauſit viſcera factus homo*. Neque huiuſmodi loca aptè explicantur de exiſtentia Dei extra mundum potentiali , & in actu primo ; nam huiuſmodi explicatio minùs congruit Verbis Scripturæ, minus congruit rationi, vt in ſequenti probatione conſtabit ; minùs etiam congruit Sanctis Patribus , qui ſæpiſſimè eodem modo loquuntur de exiſtentia Dei intra, & extra mundum, vt patet ex Auctoritatibus, quas ſubiicio. Ex Dionyſio *cap.* 1. *de diuin. nomin. eam* (ſcilicet diuinitatem) *dicunt in mundo eſſe, circa mundum, ſupra mundum , ſupra Cœlum*. Ex Hieronymo *in* 66. *cap. Iſa. Ne arbitremur Cœlo , & terrâ Dei magnitudinem metiendam ; in alio loco de eo legimus , qui tenet Cœlum palmo , & terram pugillo , per quæ oſtenditur , & forinſecùs , & intrinſecus , & infuſus , & circumfuſus* , &c. Ex Damaſceno *lib.* 2. *Fidei*, *cap.* 6. *Solus Deus incircumſcriptus eſt , omnia replens , omnia continens , & omnia ambiendo terminans , & ſuper omnia exiſtens , & condens vniuerſa*. Fauent etiam noſtro intento , & probationi noſtri aſſerti auctoritates, quibus innuitur Deum eſſe rerum omnium locum;hoc enim nihil aliud eſt , quàm exprimere increatum 31.

Deus non eſt extra mundum potentialiter tantùm,& in actu primo.

ſpatium

ſpatium diuinæ Immenſitatis. Ex Theophilo Antiocheno *lib. 2. contra Chriſtiana Religionis calumniatores: Deus loco non circumſcribitur, verùm ipſe eſt omnium locus.* Ex Damaſceno 1. *de Fide, cap.* 16. dicente: *Deum eſſe incircumſcriptum, & non eſſe in loco; ſed ipſum ſibi eſſe locum.* Ex Ambroſio *lib.* 1. *aduerſus Gentes. Primus cauſa tu es, locus rerum, ac ſpatium.* Ex Tertulliano *contra Praxeam, cap.* 4. *Ante omnia erat Deus ſolus ipſe ſibi, & mundus, & locus, & omnia.* Ex

32. hoc ſpatio increato diuinæ Immenſitatis non ſolùm facilè explicatur Deum extra mundum, & ſupra Cœlos eſſe, ſed etiam vbi eſſet ante mundi creationem, quod interrogare ait, eſse rudium quæſtionem Dionyſius Chartuſianus *in* 1. *diſt.* 37. *quæſt.* 1. refert tamen in reſponſionem hos verſus:

Deus ante Mūdi Creationem erat in ſpatio increato propriæ immēſitatis.

Dic vbi tunc eſſet, cum præter eum nihil eſſet?

Tunc, vbi nunc, in ſe: quoniam ſibi ſufficit ipſe.

Eidem interrogationi eodem modo reſpondet D. Auguſtinus *in Pſal.* 122. & D. Bernardus *lib.* 5. *de conſideratione*, vt videre eſt apud Leſſium *de diuinis perfectionib. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 14. rectè dicentem huiuſmodi Auctoritates debere intelligi non de exiſtentia obiectiua, qua Deus erat in ſuo intellectu; ſed de naturali in ſua immenſitate tanquam in ſpatio ſibi accommodato.

33. Probatur ſecundò ratione: Deus de facto eſt vbicumque creatura aliqua eſſe poteſt; ſed poteſt creatora aliqua, tum ſpiritualis, tum corporea eſſe extra hunc mundum, & ſupra Cœlos: ergo Deus de facto extra hunc mundum, & ſupra Cœlos eſt. Minor probatur, tum quia non poteſt negari poſſibilis productio alterius mundi non penetrati cum mundo de facto exiſtente, tum quia ex D. Thoma 3. *part. quæſt.* 57. *art.* 4. *in C.* Corpus Chriſti glorioſum ſuper omnes Cœlos eleuatum, & conſtitutum eſt, & hic obiter ex verbis eiuſdem Diui Thomæ *art. cit, ad* 1. expreſſiùs corroboratur noſtrum intentum: ait enim Dinus Thomas: *Sedes Dei dicitur eſſe in Cœlo, non ſicut in continente; ſed magis ſicut in contento: vnde non oportet aliquam partem Cœli eo ſuperiorem eſſe; ſed ipſum eſſe ſuper omnes Cœlos; ſicut & in* Pſal. 8. *dicitur, eleuata eſt magnificentia tua ſuper Cœlos, Deus.*

Corpus Chriſti eſt conſtitutum ſuper omnes Cœlos.

Sedes Dei eſt in Cœlo, non vt in continente; ſed magis vt in contento.

Maior etiam probatur, de facto eſſe vbicumque creatura aliqua eſſe poteſt, eſt perfectio, & eſt perfectio neceſſaria: ergo ſemper fuit, eſt, & erit in Deo: ergo Deus de facto eſt vbicumque creatura aliqua, &c. Antecedens probatur: Perfectio eſt, quia nemo non conciperet tanquam maximam perfectionem in Angelo de facto eſſe, vbicumque alia quæcumque creatura eſſe poteſt: perfectio neceſſaria eſt; quia omnis perfectio non reſpiciens terminum contingentem neceſſaria in Deo eſt, perfectio autem, de qua loquimur, non reſpicit terminum contingentem, ſolùm enim reſpicit locabilitatem, ſeu locationem poſſibilem creaturæ, quæ locabilitas eſt ſimpliciter neceſsaria; ſicut eſt ſimpliciter neceſſarium quodlibet

Perfectio nō reſpiciens terminum contingentem, eſt neceſſaria in Deo.

poſſibile. Confirmatur: Deus verè eſt extra omne tempus creatum in ſpatio increato ſuæ æternitatis: ergo etiam verè eſt extra omnem locum creatum in ſpatio increato ſuæ immenſitatis. Antecedens non videtur poſſe negari ſaluâ exiſtentiâ Dei ab æterno: Conſequentia probatur ex eo, quod ita ſe habet Immenſitas ad locum, ſicuti æternitas ad tempus, nec minùs illa debet excedere omnia ſpatia finita loci, quàm iſta omnia ſpatia finita temporis, cum non minùs illa, quàm iſta infinita ſit. 34.

Immenſitas ſe habet ad locum, ſicuti æternitas ſe habet ad tempus.

Assertvm II. Deus eſt realiter per eſſentiam, ſeu ſubſtantiam ſuam in ſpatiis imaginariis. Ita contra Scotum *in* 1. *diſtin.* 37. & maiorem tum Scotiſtarum, tum etiam Thomiſtarum partem; Vaſquium, & Moncæum *locis citatis in ſuperiori aſſerto*, Tannerum *diſtinct.* 2. *quæſt.* 2. *dub.* 4. &c. Valentiam 1. *part. qu.* 8. *punct.* 2. Lugum *lib.* 1. *diſp.* 18. *c.* 4. Amicum *diſp* 8. *ſect.* 2. De Quiros 1. *part. qu.* 8. *art.* 2. Arriagam 1. *part. diſp.* 2. *ſect.* 9. & fuſius *in Philoſophia diſp.* 14. *n* 69. Suar. *in Metaphyſica, diſp.* 30. *ſect.* 7. Serbellonum *in Phyſicis, diſp.* 5. *q.* 1. Auerſam, Ribas, Martinon, &c. 35.

Probatur primò Auctoritate Diui Auguſtini 11. *de Ciuit. cap.* 5. vbi videtur expreſsè arguere contra aduerſarios noſtri aſſerti, dum contra nonnullos ſic arguit: *An fortè ſubſtantiam Dei vbique totam à tantis locorum extra mundum ſpatiis abſentem dicturi ſumus, & in vno tantùm, atque in comparatione ipſius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus eſt, occupatam? non opinor eos in hæc vaniloquia progreſſuros.* Fauent huic veritati omnes etiam Auctoritates allatæ pro ſuperiori, faciliùs quippe explicatur, & intelligitur Deum extra mundum eſſe, dum dicitur eſſe per ſuam ſubſtantiam realiter in infinitis ſpatiis imaginariis; neque hic aliquem terreat imaginarij vox; non enim ſpatia imaginaria dicuntur, quia Chymerica, & imaginatione conficta ſint; ſed quia nos illa imaginamur, tanquam poſitiua, cum reuerà negationes ſint, reales tamen; diſtinguntur igitur ab aliis ſpatiis creatis non ratione realitatis, ſed ratione poſitiuæ entitatis, quatenus ſpatia poſitiua ſunt in ſe poſitiuæ entitatis, ſpatia imaginaria dicunt negationem poſitiuæ entitatis in ſe, ſeu ſunt negationes poſitiuæ entitatis in ſe. Vnde duplex negatio conſiderari poteſt in ſpatio imaginario, altera entitatis poſitiuæ in ſe, altera entitatis poſitiuæ in ipſo præſentis. Prima eſt eſſentialis, imò eſt eſſentia ſpatij imaginarij; Secunda eſt ipſi accidentalis. Hinc facilè explicantur nonnulli Sancti Patres dicentes ante mundum, & extra mundum, Deum, aut nullibi eſſe, aut ſolùm in ſeipſo eſſe. Senſus enim eſt ſolùm in ſe eſſe tanquam in entitate poſitiuâ, & nullibi eſſe tanquam in entitate poſitiuâ à ſe diſtinctâ. Dum dicitur ſpatium imaginarium eſſe negationem poſitiuæ entitatis in ſe, debet id intelligi cum connotatione entitatis in ipſo poſſibilis, vt ſic contradiſtinguatur à negatione ſimpliciter, qualis eſt, v.g. negatio

Spatia imaginaria non ſunt ficta per imaginationem.

36.

Deus ante mundum, & extra mundum tanquā in entitate poſitiuâ eſt, vel nullibi vel in ſe tantùm.

Antichriſti, negatio alterius mundi, & omnis negatio, quæ ſe habet vt purum nihil.

37. Neque exiſtimes omnem negationem, omnemque priuationem debere eſſe in ſubiecto, id enim ſolùm verum eſt de priuatione, & negatione formæ, ſeu alicuius quod debeat poni in ſubiecto; non de priuatione, & negatione entitatis non reſpicientis ſubiectum; propterea ſicuti ſpatium poſitiuum non reſpicit ſubiectum; ita nulla eſt neceſſitas aſſignandi ſubiectum negationi, ſeu priuationi, quam importat ſpatium imaginarium.

Spatiũ imaginariũ, nec ſimpliciter, nec cum cõnotatione ſubiecti, ſed cum connotatione termini.

38. Probatur ſecundò ratione: Verè dantur realiter ſpatia imaginaria, & verè extra hunc mundum datur infinita diſtantia, & infinita intercapedo, in qua vel poteſt hic mundus à Deo motu recto moueri, vel poſſunt produci aliæ creaturæ ab hoc mundo diſtantes, & verſus hunc mundum ſe mouentes: Ergo verè Deus exiſtit in ſpatiis imaginariis, & per extenſionem virtualem ſuæ ſubſtantiæ, occupat omnem diſtantiam, omnemque intercapedinem; & abſque abſurditate motus localis, actioniſve indiſtans, præſto eſt ad cauſandum in tali intercapedine quamcumque creaturam, aut cuiuſcumque creaturæ motum. Antecedens ex Philoſophia ſupponitur, quæſtio enim de realitate ſpatij imaginarij eſt purè philoſophica; Conſequentia continet propriam probationem, eo quod Deus abſque motu locali, & actione indiſtans debet præſto eſſe, &c. Corroboratur inſuper ex eo, quod infinita extenſio Dei actu occupat omne ſpatium occupabile: ergo, ſi datur ſpatium imaginarium occupabile à creatura, neceſse eſt quod actu occupetur à Deo.

Deus, niſi eſſet in ſpatio imaginario, non poſſet producere creaturam ab hoc mundo diſtantẽ, niſi vel mouendo ſe, vel agẽdo in diſtans.

39. Confirmatur: Detur alius mundus, huic mundo non contiguus, vel Deus erit in vtroque mundo, vel non: ſi non adeò limitatur immenſitas, vt neque extendatur ad omne ſpatium poſitiuum; ſi ſic: ergo vel Deus erit in diſtantia, & intercapedine intermedia, quæ non eſt niſi pars ſpatij imaginarij, ſicque habetur intentum; vel non erit in tali intercapedine; ſicque Deus patietur diuiſionem, ſeu, vt loquitur D. Bonauentura *in 1. diſtinct. 37.* interciſionem in præſentialitate, quæ nõn minùs Deo repugnat, quàm interciſio, ſeu interpellatio in duratione. Scio aliquos cum eodem *Bonauentura* ad euitandum huiuſmodi inconueniens negarem ſuppoſitum, aſserendo eſse contigua ea omnia, inter quæ nullum corpus intercipitur. Verum hoc modo res vtcumque diſtantes abſque mutatione, & motu fierent contiguæ, per hoc præcisè, quod deſtruerentur corpora intercepta, ex quo ſatis apparet quàm impoſſibilis, & difficilis ſit ſententia ad tales deducens anguſtias, talibuſque coarctans limitibus diuinam tum omnipotentiam tum omnipræſentiam.

Poteſt produci alius mundus nõ contiguus mundo de facto exiſtenti.

40. Probatur tertiò ex eo, quod contraria ſententia falſo nititur fundamento, ſcilicet in eo, quod Deus ſit in loco formaliter per operationem, & cum in ſpatio imaginario non operatur, conſequens omninò eſt, quod in ipſo non ſit. Verùm iam ſupra probatum eſt operationem neque eſse ſufficientem, neque neceſsariam rationem exiſtentiæ Dei in loco, & licèt eſse in loco per potentiam conueniat Deo ex vi operationis prouenientis, vel ab omnipotentia producente, & conſeruante, vel à prouidentia gubernante, & eſſe in loco per præſentiam ex vi operationis prouenientis ab intellectu vidente; eſſe tamen in loco per eſsentiam conuenit Deo non ex vi operationis, ſed ex vi infinitatis extenſiuæ propriæ ſubſtantiæ, propterea in vtroque aſsetto *præſenti* §. poſitum eſt Deum eſse extra mundum, & in ſpatiis imaginariis per eſsentiam non per præſentiam, aut potentiam: quibus duobus modis, verè Deus ſolùm eſt in ſpatiis creatis poſitiuis.

Cur Deus per præſentiam, & potentiam, nec ſit extra mundũ, nec in ſpatiis imaginariis, &c.

---

§. VI.

Vtrùm immenſitas, vel Vbiquitas conuenire poſſit creaturæ?

41. ASSERTVM I. Immenſitas nullatenus conuenire poteſt creaturæ, neque etiam de potentiâ abſolutâ. Ita Doctores omnes communiter cum D. Thoma *1. part. quæſt. 8 art. 4. in 1. diſt. 37. quæſt. 2. artic. 2. Quodlibet. 11. art. 1.*

Probatur: Immenſitas ex *ſupradictis* §. 1. eſt virtualis extenſio infinita exigitiua vbiquitatis, & localis omnipræſentiæ. Item ex §. 2. ſequitur ad infinitatem ſimpliciter, per quam ſolam ſufficienter probatur; ſed cuilibet creaturæ repugnat tum eſsentialis, & intrinſeca exigitiua vbiquitatis, ſeu omnipræſentiæ, vt enim ſequenti aſsetto explicabitur, ſi creatura aliqua vbique eſse poteſt, ſolùm per accidens, & contingenter, id ei conuenit; tum infinitas ſimpliciter, ex qua vbiquitas ſequatur, ergo, &c.

Immenſitas etiã de potentiâ abſolutâ repugnat creaturæ.

42. ASSERTVM II. Vbiquitas per ſe, & neceſsariò nulli creaturæ conuenire poteſt; benè tamen per accidens, & contingenter; idque non ſolùm provt vbiquitas importat extenſionem ad omne ſpatium poſitiuum; ſed etiam vt importat extenſionem ad omne ſpatium imaginarium. Prima pars eſt communiſſima, licèt ſit contra quemdam Scriptorem non ignobilem, qui vt refert Syluius 1. *par. quæſt. 8. art. 4.* putauit Angelos eſse vbique primò, & per ſe. Secunda pars, præſertim loquendo de extenſione ad omne ſpatium imaginarium, eſt in primis contra omnes eos, qui negant exiſtentiam Dei in ſpatiis imaginariis; deinde contra eos, qui negant poſſibilitatem infiniti Categorematici in creaturis, & ex iis, qui id vtrumque admittunt, eſt contra De Quiros 1. *par. quæſt. 8. art. 4. n. 25.* traditur autem licèt non ita expreſsè à Scoto *in 4. diſt. 10. qu. 2.* Valentia 1. *part. quæſt. 8. punct. 4.* Arriaga *in Phyſ. diſp. 14. ſect. 6.*

Angelos eſſe vbique primò, & per ſe putauit ſcriptor quidam non ignobilis.

Probatur, & explicatur prima pars: Eſſe vbique per accidens, vt tradit Diuus

Thomas

Thomas *in* 1. *diſt.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 2. euenire poteſt dupliciter, vel ex parte eius, quod eſt in loco, vel ex parte loci. Primo modo eſſet vbique per accidens corpus infinitum, quod non eſſet vbique per ſe, & ratione ſui, quia non eſſet totum in omni loco, eſſet tamen vbique, & in omni loco per acidens; quia cum per accidens tribuatur toti, quod conuenit ipſius partibus diceretur eſſe, vbi ſunt ſuæ partes, quæ diuerſæ diuerſis locis reſpondendo, omnes eſſent in omnibus. Secundo modo eſſet vbique per accidens quodlibet corpus, ſi ponatur non eſſe alios locos, quàm ille, in quo eſt tale corpus, qua ratione de facto mundus vbique eſt, & vt exemplificat Diuus Thom. 1. *part quæſt.* 8. *art.* 4. *in C.* Granum milij vbique eſſet ſuppoſito quod nullum aliud corpus eſſet. E contra eſſe vbique per ſe importat eſſe vbique non ratione partium; ſed ratione ſui formaliter; item non ex ſuppoſitione, quod alia loca non ſint, ſed abſolutè datis quibuſcumque locis etiam infinitis, idque non contingenter, & dependenter à libera voluntate, vel propriâ, vel alienâ, ſed neceſſario, & ex intrinſeca, ac eſſentiali exigentia propriæ naturæ. Ex hac explicatione ſatis conſtat veritas primæ partis, quæ quatenùs aſſerit eſſe vbique per ſe, & neceſſariò eſſe ſolius Dei proprium, nec poſſe vlli creaturæ conuenire iure notatur eſſe de Fide à Valentia 1. *part. quæſt.* 8. *punct.* 4. §. 2. *iſto modo*, vbi etiam §. *ſequenti*, rectè innuit deſipere Vbiquiſtas ponentes humanitatẽ Chriſti vbique eſſe per ipſam vbiquitatem diuinam, quod foret eſſe vbique eodem modo, quo Deus, adeoque per ſe.

Eſſe vbique per accidens dupliciter contingit.

43.

Vbique eſſe per ſe de Fide eſt creaturæ repugnare.

Vbiquiſtarum error.

44\. Probatur ſecunda pars: Corpus quantum ſecundùm omnem dimenſionem infinitè extenſum omne ſpatium imaginarium occuparet, adeoque eſſet vbique (per accidens tamen vt patet ex præmiſſa explicatione) vbiquitate importante extenſionem ad omne ſpatium etiam imaginarium; ſed huiuſmodi corpus non repugnat vt ſuppono ex Philoſophiâ cum ſuſtinentibus non repugnantiam infiniti Categorematici: ergo. Maior probatur: ſi eſſet aſſignabilis aliqua pars ſpatij imaginarij à tali corpore non occupati, vbi aſſignaretur talis pars eſſet terminata extenſio talis corporis, adeoque eſſet, vt ſupponitur, & non eſſet infinite extenſum ſecundùm omnem dimenſionem; quia eſſet ſecundùm aliquam dimenſionem terminatum. Datâ poſſibilitate extenſionis formalis infinitæ in corpore non videtur neganda poſſibilis extenſio virtualis infinita in ſpiritu, ne maior ſit extendibilitas in ente corporeo imperfectiori, quam in ente ſpirituali perfectiori. Propterea proportionaliter loquendo erit creabilis Angelus tantæ perfectionis, vt ex naturâ ſuâ, liberè tamen & contingenter poſſit ſe virtualiter extendere ad totam amplitudinem ſpatij imaginarij. Neque hinc ſequeretur non poſſe dari Angelum perfectiorem, quamvis cuim non poſſet dari perfectio in ratione extenſionis localis; poſſet tamen dari perfectior in aliis proprietatibus, putà intellectione, & volitione, multo magis verò in accidentibus ab extrinſeco ſuperadditis. Quod dicitur de corpore, & Angelo poſſibili per vnicam præſentiam naturalem, à fortiori dicendum eſt de corpore Chriſti, imò de corpore cuiuſlibet creaturæ per præſentias ſupernaturales replicatas, & infinitè multiplicatas; neque in hoc apparet ſpecialis aliqua difficultas ſuppoſitâ poſſibili replicatione, & infinitate in quantitate diſcreta; nam ſicuti extenſio palmaris decies replicata æquiualet extenſioni decem palmari, & ſpatium decem palmare occupat; ita extenſio quælibet finita infinities replicata, æquiualebit extenſioni infinitæ, & ſpatium infinitum occupabit; adeoque quælibet creatura per infinitas replicationes, &c.

Corpus infinitè extenſũ ſecundùm omnẽ dimẽſionem occuparet omne ſpatium imaginariũ.

45\. Angelos ſe extendens ad omne ſpatiũ imaginarium nõ excluderet perfectionẽ.

Quælibet creatura per infinitas replicationes occupare poteſt totũ ſpatiũ imaginarium, &c.

46\. Ex his habetur quadruplicem aſſignari poſſe modum vbiquizationis. Primus eſt per immenſitatem, & conuenit ſoli Deo. Secundus per extenſionem formalem infinitam ſecundum omnem dimenſionem, & conuenit corpori infinito. Tertius per extenſionem virtualem æquiualentem extenſioni formali infinitæ, & hæc conuenit Angelo, & ſpiritui perfectionis infinitæ: Quartus per extenſionem quamlibet, ſeu præſentiam infinities replicatam, ac multiplicatam, & hæc diuinitus conuenire poteſt cuilibet creaturæ.

Vbiquizatio quadruplex.

CAPVT IX.

De Æternitate Dei.

1\. Sicvti Immenſum ex vi nominis idem eſt, ac non menſum; ita æternum idem quaſi eſt, ac extra terminum; nec minùs æternitas, quam Immenſitas ex vi nominis cum infinitate coincidit, quoad rem tamen ſignificatam, æternitas maiorem habet affinitatem cum immutabilitate; quam cum infinitate, adeò vt ab aliquibus Sanctis Patribus videatur cum immutabilitate confundi. Sic Tertullianus *in libro aduerſus Hermogenem, cap.* 39. ait: *Leges æternitatis eſſe, vt diſperſionem, & demutationem pati non poſſit.* Auguſtinus *lib. de natura boni, cap.* 35. ait: *Illa eſt vera æternitas, quæ vera immortalitas, hoc eſt illa ſumma incommutabilitas quam ſolus Deus habet:* Nihilominùs quia æternitas formaliter importat rationem tum durationis, tum menſuræ, & ex vi nominis clarè exprimit carentiam termini, quæ formaliter, & expreſsè immutabilitati non conueniunt, præſto eſt ſufficiens fundamentum diſtinguendi ab inuicem immutabilitatem, & æternitatem non minùs, quàm reliqua attributa.

Æternum ex vi nominis idem eſt, ac extra terminum.

2\. Porro æternitas, de qua in præſenti, eo ipſo quod æternitas Dei eſt, eſt æternitas propriè, & perfectiſſimè accepta, non verò æternitas minùs propria, quatenùs ſignificat primò quamcumque diuturnam durationem

Æternitas multiplex. acceptio.

rationem iuxta illud Pſal. 75. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Secundò durationem, cuius finis non aſſignatur, nec determinate conſtat, quomodo Auguſtinus *quæſt. 31. in Geneſim* exiſtimat poſſe intelligi illud Geneſ. 17. *Dabo tibi omnem terram Chanaam in poſſeſſionem æternam.* Tertiò quatenùs ſignificat durationem, quæ verè termino, & fine ex vna parte ſcilicet à parte poſt careat; Quomodo dicitur Ioan. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te,* &c. hoc modo dicuntur æterni Angeli, æterna anima rationalis, &c. Quartò & eſt ſignificatio impropriiſſima, quatenus ſignificat ſignum, ſeu figuram rei æternæ quomodo Auguſtinus *quæſt. 43. in Exodum*, exiſtimat poſſe intelligi illud Exod. 12. *Celebrabitis diem hunc ſolemnem Domino cultu ſempiterno.* Quintò quatenùs ſignificat quodlibet eſſe neceſſarium, etiamſi non ſit eſſe participiale, & exiſtentiæ; ſed nominale ſolùm, & eſſentiæ; quomodo dicuntur æternæ rerum eſſentiæ: Miſſis his impropriis æternitatis acceptionibus, pro explicatione æternitatis propriæ ſeu æternitatis Dei ſit

§. I.

Quid ſit formaliter Æternitas Dei?

3\. ASSERTVM: Æternitas Dei eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Ita Boëtius 5. *de Conſol. proſa 6.* & eſt definitio communiter recepta à Theologis cum Diuo Thoma 1. *part. quæſt.* 10. *ar.* 1. *in* 1. *diſt.* 9. *&* 19. *in* 2. *diſtin.* 2. & vt notat Valentia 1. *part. quæſt.* 10. *punct.* 1. indicatur à Sanctis Patribus Auguſtino, Gregorio, & Dionyſio; expreſſiùs vero ab Anſelmo *in Monol. cap* 24 illis verbis: *Quid aliud eſt vera æternitas, quæ illi ſoli* (Deo ſcilicet) *conuenit, quam interminabilis vita ſimul, & perfectè tota exiſtens.*

Æternitas excludit terminum tum futurum, tũ præteritum, tum actualem, tum potentialē.

Probatur, & explicatur: Dicitur interminabilis, quæ particula debet ſimpliciter intelligi à deò, vt excludat terminum non ſolùm in futurum, & à parte poſt; ſed etiam in præteritum, & à parte ante; non ſolùm actualem, ratione cuius res vel habuerit initium, vel habitura ſit finem, ſed etiam potentialem, ratione cuius res nec habere poſſit initium, nec finem. Ex primo capite æternitate carent Angeli, anima rationalis, & aliæ res in æternum duraturæ: Ex ſecundo capite æternitate careret quælibet creatura permanens ab æterno producta, & in æternum duratura. Dicitur vitæ non ſolùm, quia

4\. Æternum eſt ſolùm ens viuens,

æternitas, vpotè duratio perfectiſſima, ſoli enti perfectiſſimo, cuiuſmodi eſt ſolùm ens viuens, conuenire poteſt, vnde non niſi quod viuit poteſt eſſe verè æternum, ſed principalius, quia nobis rerum duratio innoteſcit per ipſarum operationes, quapropter tempus explicatur, ac definitur; congruè igitur duratio perfectiſſima per operationem perfectiſſimam, qualis eſt vita (ſubintellige actualis) definitur, idque rationabiliùs in via Thomiſtica, in qua vita intellectualis eſt formaliſſima eſſentia, & exiſtentia Dei. Dicitur *tota ſimul*, quæ particula à Leſſio *de perfectionibus diuinis, lib* 4. *cap.* 1. *num.* 3. explicatur per ordinem ad ſimultatem omnium diuinorum actuum, verùm hæc ſimultas ad immutabilitatem potius, quam ſimplicitatem formaliter ſpectat, quàm ad æternitatem, melius igitur ly *tota ſimul*, explicatur per ordinem ad indiuiſibilitatem durationis, & permanentiæ ratione cuius æternitas ſemper indiuiſibiliter eadem exiſtens abſque vlla intrinſeca ſucceſſione coexiſtit omnibus ſucceſſiuis temporum differentiis. Dicitur *perfecta*, non ſolum quia vt ſit: Leſſius *loco citato, num.* 5. eſt ab intrinſeco inamiſſibilis; ſed magis ad rem præſentem, quia ei nulla deeſt perfectio durationis, per quod ſpecialiter diſtinguitur ab inſtanti, quod licet ſit totum ſimul, eſt tamen duratio valdè imperfecta, cum ſtatim euaneſcat; ſi tamen inſtans aliquod conciperetur permanens; & ſemper præſens, huiuſmodi conceptus eſſet æternitati explicandæ accommodatiſſimus, propterea vt notat Amicus 1. *part. diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 6. Sancti Patres æternitatem vocant Nunc ſtans, & ſicuti ex nunc fluente tempus, ita ex nunc ſtante æternitas quodammodo conſurgit. Dici inſuper poteſt ly *perfecta*, contradiſtinguere æternum à ſempiterno iuxta mentem Richardi de Sancto Victore *lib.* 2. *de Trinit. cap.* 4. dicentis: *Aliud videtur ſonare æternum, aliud ſempiternum: ſempiternum namque eſſe videtur, quod caret initio, & fine; æternum, quod caret vtroque, & omni mutabilitate.* Dicitur *poſſeſſio*, quæ particula late ſumpta tenere poteſt locum generis, omnis quippè duratio aliqualis poſſeſſio eſt, quælibet res, dum durat, ſeipſam habet, & aliqualiter poſſidet; quia tamen poſſidere non videtur eſſe habere quomodocumque; ſed habere quietè, & firmiter; propriiſſimè conuenit poſſeſſio æternitati, per quam ſicuti habetur eſſe ſummâ indefectibilitate, & immutabilitate; ita etiam ſummâ quiete, & firmitate. 5. 6. 7.

Nunc fluens eſt nunc Tēporis. Nunc ſ[illegible] nũc æ[illegible]atis.

Æternum, & ſempiternum, quomodo differant.

8\. Æternitas in rigore eſſet definienda per interminabilitatem exiſtentiæ, potius quam per interminabilitatem vitæ.

Aduerte quod, cum vita per nos non ſit ex ſupradictis *cap.* 2. §. 2. *aſſert.* 3. *&* 4. formaliſſimè, & Metaphyſicè eſſentia, nec exiſtentia Dei; ſed operatio conſequens; & ex alia parte duratio ſit permanentia rei in eſſe potiùs, quàm in operari, videretur in rigore definienda æternitas per interminabilitatem exiſtentiæ, potiuſquam per interminabilitatem vitæ; nihilominus quia ex vna parte interminabilis vita infert à fortiori interminabilem exiſtentiam eius, quod viuit; & ex alia parte cuiuſlibet rei exiſtentia ſolet nobis innoteſcere per operationem, non eſt recedendum à communi definitione, vtpotè traditâ ſi non per terminum magis proprium, ſaltem per terminum magis notum.

8\. Aduerte inſuper magnam eſſe proportionem

tem diuinæ immenſitatis comparatæ ad ſpatia loci, & diuinæ æternitatis comparatæ ad ſpatia temporis. Et primò ſicuti immenſitas non eſt formaliter exiſtentia Dei in locis extrinſecis; ſed ratio exigitiua talis exiſtentiæ, ita Æternitas non eſt formaliter exiſtentia Dei in tempore extrinſeco; ſed ratio exigitiua talis exiſtentiæ, & ratio ad hoc *ſuperiori cap.* § 1. allata pro immenſitate militat hic proportionaliter pro æternitate. Secundò ſicuti Deus ratione immenſitatis non ſolùm occupat omnia loca poſitiua; ſed extra omnia extenditur tum in ſeipſo, tum in locis imaginariis; ita ratione æternitatis non ſolùm eſt in omnibus temporibus poſitiuis; ſed vltra omnia in infinitum durat, tum in ſeipſo, tum in temporibus imaginariis. Tertiò ſicuti immenſitas eſt quaſi extenſio virtualis infinita in ordine ad locum, & in ſubſtantia realiter indiuiſibili dicit partes virtualiter diſtinctas in ordine ad diuerſa loca, ita æternitas eſt quaſi extenſio, imò ſucceſſio virtualis infinita in ordine ad tempus, & in duratione realiter indiuiſibili, ac tota ſimul, dicit partes virtualiter diſtinctas, & virtualiter ſuccedentes in ordine ad diuerſa tempora ſibi ſuccedentia.

Deus eſt per æternitatem in temporibus imaginariis.

Æternitas eſt virtualiter diuiſibilis, & virtualiter ſucceſſiua.

---

§ II.

Vtrùm Æternitati conueniat ratio Durationis, & menſuræ?

10\. Æternitas Dei eſt formaliter, & propriè duratio.

ASSERTVM I. æternitati Dei formaliter, & propriè conuenit ratio durationis. Ita Ioan. à S.Thoma 1.*part.quæſt.*10. *diſp.*9. *artic.*1. Syluius *quæſt.*10. *art.*1. Molina *quæſt.*10.*art.*1.*diſp.*2. Lugus *lib.*1.*diſp.*18. *cap.*6. Herincx *diſp.*4. *quæſt.*2. *num.*21. contra Aureolum *in* 1. *diſt.* 9. *part.* 2. *quæſt.*1. *art.*2. *prop.*2. vbi ita habet: *Æternitas prout ſe tenet ex parte Dei non eſt duratio formaliter, ſed illud quo Deus attingit omne tempus, ſiue omnem durationem imaginabilem; ſicuti enim ſe habet immenſitas ad Deum in ordine ad locum, ſic ſe habet æternitas in ordine ad durationem; ſed immenſitas dicit tantummodo vim, quâ Deus omnem locum attingit abſque ſui extenſione: Ergo æternitas non dicit aliquam durationem; ſed vim, qua Deus attingit omnem durationem. Præterea omne illud quod eſt duratio formaliter includit prius, & poſterius, & ſucceſſionem, ideò*, &c. Ab hac *Aureoli* ſententiâ non multum diſtat Gabriel *in* 2. *diſtinct.*2. *quæſtione* 1. docens omnem durationem, vel eſſentialiter conſtitui per ſucceſſionem, quam includat, vel eſſentialiter compleri per ſucceſſionem, quam connotet. Hos Autores Valentia 1. *part. quæſt.*10. *punct.* 1. *circa finem* ait *falsò, & incautè, ſeu potiùs temerariè loqui.*

11\. Probatur primò: Deo conuenit formalis ratio durationis, ſeu formaliter, & propriè duratio; ſed hæc non poteſt Deo conuenire, niſi ratione æternitatis, neque enim nulli alij attributo poteſt huiuſmodi prædicatum conuenientius attribui: ergo æternitati Dei, &c. Probatur Maior: Primò ex Scriptura in qua creaturæ cum Deo comparantur, tanquam minùs durantes, & Deo tribuuntur nomina apud nos ſignificantia durationem: Iob 10. *Numquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui, ſicut humana ſunt tempora.* Pſal.101. *Ipſi peribunt, tu autem permanes*, & infra, *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. In generationem, & generationem anni tui*, qui & ſimilis textus ad intentum noſtrum explicatur à Sanctis Patribus: Auguſtinus enim *illud in* Pſal.101. *In generationem, & generationem anni tui*, ait: *Non aliud anni Dei, & aliud ipſe Deus; ſed anni Dei æternitas Dei eſt; æternitas ipſa Dei ſubſtantia eſt.* Gregorius 16. *Moralium*, *cap.* 21. *ſuper illud* Iob *cap.*24. *Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora*, ait: *Quid dies Dei, niſi ipſa eius æternitas appellatur, qua nunquam vnius diei pronunciatione exprimitur; neque aliud eſſe, atque aliud dies eius ſunt.* Probatur maior ſecundò ratione: Duratio intrinſeca, de qua loquimur eſt ipſa permanentia rei in eſſe, ſeu eſt ipſa exiſtentia rei cum carentia deſitionis; ſed Deo formaliter, & propriè conuenit permanentia in eſſe, ſeu exiſtentia cum carentia deſitionis: ergo Deo formaliter, & propriè conuenit duratio.

Duratio intrinſeca eſt permanentia rei in eſſe.

Probatur ſecundò: Impugnando ſpecialiter *Aureolum*: Duratio non inuoluit in ſuo conceptu formali ſucceſſionem, ſeu rationem prioris, & poſterioris: ergo ex hoc capite æternitati Dei non repugnat: ergo cum aliunde nullam aliam dicat imperfectionem, debet concedi quod ſit perfectio ſimpliciter, conueniens Deo formaliter ratione æternitatis. Antecedens probatur: Succeſſio minuit perfectionem durationis; ſed nihil inuoluit in ſuo conceptu formali id, quod minuit perfectionem ipſius; quia id quod minuit perfectionem diſconuenit, proprius autem conceptus formalis maximè conuenit, tanquam maximè eſſentialis: ergo. Maior probatur: Durare eſt conſeruari in eſſe, & per conſequens tanto minus perfectè res durat, quanto minùs conſeruatur in eſſe, ſeu quanto magis amittit de eſſe; ſed in ſucceſſione amittitur de eſſe, quia vnam partem ſuccedere alteri eſt vnam partem amitti, acquiri alteram; & in maiori ſucceſſione magis amittitur de eſſe, quia plures partes acquiruntur, & plures amittuntur: ergo ſucceſſio minuit, & maior ſucceſſio magis minuit perfectionem durationis. 12.

Duratio non inuoluit in ſuo conceptu formali ſucceſſioné.

Succeſſio minuit perfectionem durationis.

Probatur tertiò, impugnando ſpecialiter aliud fundamentum *Aureoli* dicentis, quòd ſicuti immenſitas eſt vis, qua Deus attingit omnem locum, ita æternitas debet eſſe vis, qua Deus attingat omnem durationem, non verò debet eſſe formaliter duratio. Non ita ſe habet Deus ad locum, ſicuti ſe habet ad durationem: ergo ex eo quod Dei immenſitas ſit vis, qua Deus attingit, &c. non ſequi- 13.

Deus non ita ſe habet ad locum, ſicuti ad durationem.

mutu, & tempore, quæ ſunt menſuræ propriæ creaturarum, procedunt de menſurâ intrinſecâ.

18. Dices quantitas non poteſt eſſe menſura ſubſtantiæ, cui inhæret: ergo multo minus æternitas poteſt eſſe menſura Dei, cum quo identificatur: ſed contra, ſi quantitas ſubſtantiæ inhærens non poteſt eſſe menſura ſubſtantiæ non eſt, quia ſubſtantiæ inhæteat; ſed quia eſt quid ſubſtantiâ imperfectius, ex quo propterea non bene arguitur, quod æternitas ratione identitatis cum Deo nequeat eſſe menſura Dei. Deinde quantitas, licèt nequeat eſſe menſura ſubſtantiæ in eſſe entitatiuo, in quo ſubſtantia eſt ſuperior, & non ſubordinata quantitati; poteſt tamen eſſe menſura eiuſdem in eſſe corporeo, & ordinabili ad localem extenſionem, in quo ſubſtantia pendet à quantitate, & ei ſubordinatur. Neque hinc ſtatim inferas: ergo etiam Deus deberet ſubordinari æternitati, & ab ipſâ dependere. Contra enim ſubordinatio, & dependentia menſurati à menſura requiritur ſolum in menſura realiter diſtincta à menſurato, non in menſura identificata, quæ non ſolùm menſurat; ſed ſub diuerſa ratione conſtituit durationem menſurati, vt exemplificari poteſt in tempore reſpectu primi mobilis.

Quantitas poteſt eſſe mẽſura ſubſtantiæ cui inhæret.

Menſura identificata non ſubordinat ſibi menſuratum.

19. Probatur ratione: Menſura iuxta Ariſtotelem 1. *Metaph. cap.* 2. eſt ex ſuo conceptu formali id, quo tanquam medio vtimur ad cognoſcendam cuiuſque rei quantitatem, ſiue ſit quantitas molis, cui correſpondet menſura molis; vt vlna, palmus; ſiue ſit quantitas multitudinis, cui correſpondet menſura multitudinis, vt vnitas, numerus; ſiue ſit quantitas perfectionis, cui correſpondet menſura perfectionis, de qua in rigore procedit illud commune perfectiſſimum in vnoquoque genere eſt menſura ſui, & cæterorum; ſiue tandem ſit quantitas durationis, cui correſpondet menſura durationis, vt tempus, Æuum, Æternitas, de qua in præſenti; ſed eſſe medium notificatiuum quantitatis rei, ſpecialiter verò quantitatis durationis de qua in præſenti verè, & propriè conuenit æternitati formaliter, & intrinſecè reſpectu Dei, eminenter, & extrinſecè reſpectu creaturarum: ergo Æternitati Dei verè, & propriè conuenit, &c. Minor probatur: Æternitas verè notificat quantitatem durationis Dei, quatenùs vtpotè ſimul tota, & perfecta, notificat durationem eſſe omninò vniformem, ſemper prorsùs inuariatam, & inuariabilem; notificat item durationem creaturarum; quia omnium creaturarum durationem eminenter, ac ſuperexcedenter continet, medium autem eminens eſt perfectiſsimè notificatiuum eius, quod eminenter continet, ſi minùs reſpectu intellectus imperfecti imparis penetrare huiuſmodi eminentiam, qualis eſt intellectus noſter in via; ſaltem reſpectu intellectus proportionati, qualia eſt intellectus beatus, maximè verò intellectus diuinus, cui ratione æternitatis præſentes ſunt rerum omnium durationes, vt §. 4. explicabitur: ergo eſſe medium notificatiuum quantitatis rei verè, & propriè conuenit æternitati formaliter, & intrinſecè reſpectu Dei, &c.

Menſura eſt id quo cognoſcitur rei quantitas, & eſt quadruplex.

Ex his habetur contra *Ferrarienſem*, *Scotum*, *Suarium*, alioſque nonnullos, æternitati Dei conuenire realiter rationem menſuræ, nam æternitas Dei ante omne opus intellectus habet maximam vniformitatem, ratione cuius menſurat ex mox dictis durationem Dei, habet item ante opus intellectus eminentem continentiam omnium durationum Creaturarum, ratione cuius menſurat omnem durationem creaturarum. Nec refert quod æternitas Dei, nec realiter à duratione Dei diſtinguatur, nec realiter ad eandem referatur: Non refert inquam, quia ad realitatem menſuræ, nec requiritur realis diſtinctio à menſurato, nec realis ad ipſum relatio; ſicuti ad realitatem cognitionis, nec requiritur realis diſtinctio ab obiecto, nec realis ad ipſum relatio, & ad realitatem actus primi non requiritur realis diſtinctio ab actu ſecundo, nec realis relatio ad ipſum; vt patet in ſcientia, qua Deus cognoſcit ſeipſum, nec non in actu primo, & ſecundo diuini intellectus; & tamen obiectum eſt menſura cognitionis, actus ſecundus eſt menſura primi, cum vtrumque habeat rationem ſpecificatiui.

20. Æternitas eſt realiter Dei menſura, licèt nec realiter à Deo diſtinguatur, nec realiter ad Deum referatur.

Habetur inſuper Æternitatem reſpectu Dei habere ſub diuerſa conſideratione rationem menſuræ, & menſurati; ſeu menſuræ actiuæ, & paſsiuæ: habet rationem menſuræ actiuæ, ſi conſideretur ſub formali conceptu vniformitatis: habet rationem menſuræ paſſiuæ, & menſurati, ſi conſideretur ſub formali conceptu durationis, & permanentiæ; ſicque ſub diuerſa conſideratione æternitas aliquando primariò importat rationem menſuræ, aliquando rationem durationis; & quia ly *tota ſimul, & perfecta poſſeſſio*, in ipſius definitione exprimit vniformitatem, ſpectantem ad menſuram; ly *Interminabilis*, exprimit permanentiam in eſſe, ſpectantem ad durationem allata definitio, vt formalius importat primas particulas explicat æternitatem, vt menſura eſt; vt verò formaliùs importat, ſeu formalizat interminabilitatem, explicat æternitatem, vt duratio eſt. Neque eſt in his diutiùs immorandum; ex diuerſa enim vſurpatione, & formalizatione horum nominum, Æternitas, Duratio, Menſura, facilè poteſt controuerſia deſinere in quæſtionem de nomine, &c.

21. æternitas ſub diuerſa conſideratione eſt mẽſura actiua, & paſſiua, ſeu menſura, & duratio menſurata.

* * *

§. III.

Quomodo conſtet Deum eſſe æternum, & an eſſe æternum ſit proprium Dei?

22. ASSERTVM I. Deum eſſe æternum conſtat tum ſupernaturali certitudine Fidei, tum naturali euidentia ſcientiæ, ſeu demonſtrationis. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma 1. *part. quæſt.* 10. *art.* 2. 1. *contra Gentes, cap.* 15. *& alibi.*

Deum eſſe æternum eſt de Fide.

Probatur prima pars. Ex Scriptura Pſal. 9. *Dominus in æternum permanet.* Deut. 32. *Viuo ego in æternum.* Eccl. 8. *Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul.* Iſa. 40. *Deus ſempiternus Dominus.* Rom. 16. *Secundum præceptum æterni Dei.* Confirmatur ex Concilio Lateranenſi, *cap. Firmiter vnus ſolus eſt verus Deus, æternus,* &c. Ex Symbolo Athanaſij: *Æternus Pater, Æternus Filius, Æternus Spiritus Sanctus.*

23. Probatur ſecunda pars: Ex diuina tum immutabilitate, tum infinitate. Enim verò iuxta ſupradicta, *cap.* 7. §. 1. ex eo quod Deus ſit immutabilis, nec poteſt tranſire à non eſſe ad eſſe, nec ab eſſe ad non eſſe; ſicque conſurgit vita interminabilis, nec poteſt aliquid aut deperdere, aut acquirere, adeoque excludit ſucceſſionem, & conſurgit perfecta poſſeſſio, & tota ſimul, ſicque habetur ex omnimoda immutabilitate perfectiſſima æternitas. Ex eo, quod Deus ſit infinitus in omni genere debet habere durationem infinitam modo infinito, adeoque interminabilem, & totam ſimul, in quo conſiſtit æternitas, vt magis conſtare poteſt ex iis, quæ *ſuprà cap.* 8. §. 2. dicebantur, dum ex eadem infinitate probator Immenſitas.

Æternitas Dei euidenter probatur ex immutabilitate, & infinitate.

24. ASSERTVM II. eſse æternum æternitate hucuſque explicatâ, id eſt omninò neceſsariâ, cum omnimoda excluſione termini, etiam potentialis; cum perfecta poſseſſione eſsendi non ſolùm quoad ſubſtantiam; ſed etiam quoad quamlibet operationem, adeò eſt proprium Dei, vt nec de potentiâ abſolutâ poſſit creaturæ conuenire. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thom. 1. *par. quæſt.* 10. *art.* 3.

Probatur primò ex Scriptura, 2. Machabæorum 1. *Deus omnium Creator, &c. Solus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus* 1. ad Tim. 6. *Qui ſolus habet immortalitatem.* Confirmatur ex ſuprà allatâ definitione Eccleſiæ in Concilio Lateranenſi, *cap. firmiter:* Item ex Concilio Remenſi; in quo definitur nullam rem adeſſe Deo, quæ ſit ab æterno, & non ſit Deus. Vnde nullus eſt locus ambigendi, quin poſitum aſsertum ſit veritas Fidei.

25. Probatur ſecundò ratione: Eſſe æternum ſequitur ex eſse immutabili, vt mox probatum eſt, & tradit Diuus Thomas 1. *part. quæſt.* 10. *artic.* 2. & 3. ſed eſse immutabile omnimodâ immutabilitate adeò eſt proprium Dei, vt nec de potentia abſoluta ſit alicui creaturæ communicabile ex ſupradictis *cap.* 7. §. 2. Ergo etiam eſse æternum æternitate, &c. Confirmatur: Deus non ſolùm eſt æternus, ſed eſt ſua æternitas; at hoc quod eſt eſse ſuam æternitatem nulli creaturæ conuenire poteſt: ergo eſse æternum eo modo, quo conuenit Deo, nulli creaturæ poteſt conuenire: ergo eſse æternum æternitate, &c. Maior eſt D. Thomæ 1. *part. quæſt.* 10. *art.* 2. *in C.* & probatur ex eo, quod æternitas nihil eſt aliud quàm duratio, & exiſtentia Dei, Deus autem non ſolùm exiſtit, ſed etiam eſt ſua exiſtentia, ſeu ſuum eſse. Minor patet, quia ſolus Deus eſt ſuum eſse, vt ſuprà probatur *cap.* 6. §. 7.

Deus non ſolùm eſt æternus; ſed etiam eſt ſua æternitas.

26. ASSERTVM III. Eſse æternum æternitate contingenti, & gratioſâ cum excluſione termini actualis tantum, non potentialis; cum poſseſſione eſsendi non omninò perfectâ, & admittente ſucceſſionem ſaltem quoad operationem, perfectionemve aliquam accidentalem, conuenire poteſt creaturæ, & de facto quoad excluſionem termini à parte poſt alicui creaturæ conuenit; non ſic quoad excluſionem termini à parte ante. Eſt aſſertum commune inter Catholicos, quamvis quoad vltimam particulam ſit contra Auguſtinum Eogubinum *in lib. de ſpiritualibus, & inuiſibilibus creaturis,* exiſtimantem Angelos, & Cœlum Empyreum fuiſſe ab æterno condita. Quoad Angelos id probat: ex illo 1. ad Tim. 1. *In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit, qui non mentitur Deus ante tempora ſæcularia.* Ex hoc enim infert fuiſſe ante ſæcula, & ab æterno aliquas creaturas, ſaltem Angelos, quibus talis promiſſio facta fuit. Quoad Empyreum id probat ex illo 1. ad Timoth. 6. *Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem:* Ex hoc enim infert huiuſmodi lucem eſse Cœlum Empyreum ab æterno conditum. Sed grauis erroris leuiſſimum fundamentum eſt illegitima intelligentia Scripturæ, cuius quoad allatos textus germanus ſenſus videri poteſt apud Molinam 1. *part. quæſt.* 10. *art.* 3. *in fine.*

Æternitas quæ, & quomodo conuenire poſſit creaturæ.

Auguſtini Eugubini error de æternitate Angelorum, & Cœli Empyrei.

27. Probatur, & explicatur aſſertum, in quo nomine æternitatis contingentis, & gratioſæ intelligitur æternitas, quæ logicè ſaltem poſſit deſinere, & ſaltem in fieri ponatur ex liberalitate, & gratia Dei, talis æternitas quoad excluſionem termini à parte ante, quamvis de facto nulli creaturæ conueniat, vt tanquam veritas fidei definitur in Concilio Lateranenſi *capite firmiter, de ſumma Trinitate,* conformiter ad duo illa Scripturæ loca Eccl. 18. *Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul.* Et Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Probabile tamen eſt conuenire poſſe, vt ex phyſicis ſuppono: Quoad excluſionem termini à parte poſt conuenit de facto animabus rationalibus, & Angelis, de quibus ſuo loco. Conuenit inſuper viſioni beatæ, de qua dicitur Ioan. 17.

Æternitatē à parte ante de facto nulli creaturæ conuenire de fide eſt.

Viſioni Beatæ ſpeciali-

Hæc

ter conuenit æternitas participata.

Hæc eſt vita æterna; & ei conuenit æternitas, non ſolum quoad interminabilitatem; ſed etiam quoad immutabilitatem; propterea viſionis duratio ſpecialiter dicitur æternitas participata, de qua procedit illud Auguſtini *lib.* 83. *quæſtionum. quæſt.* 23. dicentis *Deum eſſe Autorem Æternitatis.* Minùs propriè, id eſt ſolum quoad carentiam termini, conuenit æternitas igni inferni, vt explicat Diuus Thomas 1. *p. quæſt.* 10. *art.* 3. *ad* 2. illis verbis: *Ignis inferni dicitur æternus propter interminabilitatem tantum, eſt tamen in pœnis eorum tranſmutatio.* Secundum illud Iob. 24. *Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium: Vnde in inferno non eſt vera æternitas, ſed magis tempus ſecundùm illud* Pſalm. 80. *Erit tempus eorum in ſæcula.*

Igni inferni minus propriè conuenit æternitas.

28.

æternitas à parte ante nulli creaturæ poteſt eſſe connaturalis, & debita.

Maior eſt difficultas; verùm ſit dabilis creatura, cui connaturalis ſit non gratioſa æternitas à parte ante, quæ ſcilicet exigat ab æterno produci, ſicut Angelus de facto exigit in æternum conſeruari. Fusè hoc agitatur ab Amico 1. *part. diſput.* 7. *ſect.* 2. cum quo, & De Quiros 1. *part. quæſt.* 10. *art.* 3. *num.* 21. *aliiſque plurimis apud ipſos relatis contra Gabrielem de Henao lib.* 3. *Empyreologia, exercitatione* 12. *ſect.* 7. *num.* 67. Reſpondeo negatiuè. Primò quia ex Athanaſio *lib.* 2. *contra Arrianos* ex Hieronymo *epiſt. ad Epheſ. ex Damaſceno lib.* 1. *cap.* 8. habetur omnem creationem, & productionem rerum adextra eſſe opus gratiæ, & meræ voluntatis diuinæ. Secundò non entis nulla eſt proprietas, nulla exigentia; ſed quælibet creatura antequam ſit, eſt non ens; ergo cuiuſlibet creaturæ antequam ſit nulla eſt exigentia, ergo nulla creatura habet exigentiam ad produci, multoque minus ad produci ab æterno. Tertiò: Si aliqua creatura exigeret produci ab æterno præternaturaliter, & cum quadam talis creaturæ violentia Deus diſtuliſſet ipſius productionem; præternaturaliter item, & cum talis creaturæ iniuria mundi in tempore productionem ipſius productioni vel contemporaneam, vel priorem feciſſet. Quartò creatura, quæ exigeret ab æterno produci, exigeret per infinitam durationem, id eſt per æternitatem à parte ante immutabiliter eſſe, tum quoad exiſtere, tum quoad operari. Creatura enim eo modo quo habet à parte ante æternitatem, habet à parte ante incapacitatem mutationis, hoc autem nec congruit ſubiectioni creaturæ ad Deum, nec iis quæ ſupra dicebantur *cap.* 7. §. 2. Nec eſt eadem ratio de exigentia æternitatis à parte poſt: Talis enim exigentia ſupponit gratiam, & meram voluntatem, ac liberalitatem Dei in ipſa creatione; nec infert abſurda allata contra exigentiam æternitatis à parte ante, vt patere poteſt conſideranti. Non item refert dicere, quod talis creatura exigens æternitatem à parte ante, adhuc non eſſet æterna, vt Deus. Non refert inquam, quia eodem modo probaretur eſſe poſſe non ſolum connaturalem; ſed etiam eſſentialem creaturæ æternitatem à parte ante contra ſupradicta *cap.* 7. §. 2.

Omnis productio adextra eſt op. gratiæ, & liberalitatis diuinæ.

Occaſione æternitatis agunt hîc nonnulli de aliis ſpeciebus durationum ſcilicet de æuo, tempore continuo, tempore diſcreto, æternitate participata: ſed hoc Philoſophicam magis, quam Theologicam redolet conſiderationem.

---

§. IV.

Vtrum Æternitas Dei ab æterno coëxiſtat omnibus temporum differentiis?

Assertvm I. Æternitas Dei realiter, & phyſicè ſumpta ab æterno coëxiſtit omnibus temporum differentiis. Ita Ioannes à S. Thoma 1. *par. quæſt.* 10. *diſp* 9. *art.* 3. *num.* 16. Salmant. 1. *part. tract.* 3. *diſput.* 8. *dub.* 3. §. 2. *num.* 83. & omnes ferè Thomiſtæ *apud eoſdem.* Ex recentioribus verò Granad. *tract.* 4 *diſput.* 3. *ſect.* 2. De Quiros *diſput.* 48. *ſect.* 4. Molina *q.* 14. *art.* 13. *diſput.* 13. §. *ad primum ergo*: Aliique nonnulli, quibus videtur adhærere, licet ſubobſcurius loquatur Eſparza *lib.* 1. *quæſt.* 17. Contra Scotum *in* 1. *diſt.* 39. §. *contra iſtud arguitur.* Amicum *diſput.* 12. *ſect.* 4. *num.* 81. Arriagam *diſp.* 20. *ſect.* 2. *ſubſec.* 3. Lugum *lib.* 1. *diſput.* 30. *cap.* 2. Valentiam *diſput.* 1. *quæſt.* 14. *punct.* 5. Syluium *quæſt.* 14. *art.* 13. aliosque plures volentes æternitatem coëxiſtere omnibus differentiis temporum ſolum ſucceſſiuè, prout fiunt ſucceſſiuè exiſtentes ipſæ differentiæ temporum, neque hoc, aiunt, officit permanentiæ, & immutabilitati æternitatis; quia ſucceſſio tota ſe tenet ex parte differentiarum temporis, idque corroborant exemplo baculi in ripa fluminis fixi, qui exiſtens in ſe permanens, immotus, & inuariatus, omnibus aquis, ſucceſſiuè fluentibus alluitur, omnibus coëxiſtit. Verùm valde diminutum eſt huiuſmodi exemplum, & vt locis citatis notant Ioan. à S. Thoma *num.* 18. & Salmant. *num.* 97. ad ſeruandam aliquam proportionem deberet huiuſmodi baculus ſupponi habere tantum extenſionis virtualis, quantum habet fluuius extenſionis formalis, propterea que indiuiſibiliter quodammodo incubans toti fluuio à principio ad finem. Poſitum aſſertum eſt à fortiori cōtra Vorſtium Caluiniſtam relatum iam §. 2. volentem Dei æternitatem ſucceſſiue coexiſtere ſucceſſiuis temporum differentiis ſucceſſione ſe tenente etiam ex parte æternitatis. 29.

Æternitas Dei ab æterno coëxiſtit, omnibus tēporum differentiis.

Æternitas Dei explicatur exemplo baculi non ad fluminis ripam fixi; ſed toti flumini indiuiſibiliter incubantis.

Dixi æternitas Dei, ea ſcilicet, quæ ex *ſuperiori* §. eſt omninò Dei propria, & creaturæ incommunicabilis, ad excluſionem æternitatis contingentis, & gratioſæ, quæ poteſt creaturæ conuenire. Hæc quippe æternitas non magis coexiſtit omnibus temporum differentiis, quàm æternitas à parte poſt, ſeu duratio æuiterna coexiſtat omnibus temporum differentiis futuris à parte poſt, tunc ſcilicet ſolùm quando huiuſmodi 30.

Æternitas creaturæ, vel æuum non

coëxiſtit quando primò eſt, aut omnib⁹, aut futuris temporum differentiis.

temporum differentiæ in ſe ipſis exiſtunt. Cum enim duratio æuiterna, vel etiam æterna æternitate contingente, non ſit perfecta poſſeſſio eſſendi, & ſimpliciter, ac logicè defectibilitatem, ac diuiſibilitatem admittat, non includit ſimpliciter, aut futuras, aut omnes differentias temporis; neque quando primò eſt omnibus coëxiſtit; quia quando primò eſt non habet abſolutam neceſſitatem perſeuerandi, quoſque omnes ſucceſſiuè fluant; vt igitur talis duratio coëxiſtat ſucceſſiuis temporum differentiis, neceſſe eſt quod expectet temporalem ipſarum exiſtentiam; ſicuti baculus (cuius exemplum, licet ex ſuprapoſitis non congruat æternitati Dei, congruit tamen æuo, & æternitati creaturæ) in ripa fluminis fixus, vt coëxiſtat aquis ſucceſſiuè fluentibus, neceſſe eſt, quod expectant aquarum ſibi ſuccedentium fluxum: Ex quo patet æuum reſpectu temporis non eſſe menſuram ſuperexcedentem eo modo, quo æternitas Dei; non enim neceſſariò continet, nec perfectè poſſidet omnes temporum differentias, ſicuti æternitas Dei. Dicitur igitur æuum reſpectu temporis menſura ſuperexcedens non formaliter, & propriè; ſed materialiter, & impropriè; quatenùs eſt menſura nobilior, immutabilior, vniformior.

Æuum reſpectu temporis ſolum impropriè eſt menſura ſuperexcedens.

31. Dixi realiter, & phyſicè; quia æternitas Dei, ſicuti & quodlibet aliud attributum, ſumi poteſt vel realiter, & phyſicè, quomodo tum æternitas, tum quodlibet aliud attributum, eſt indiuiſibilis, ac ſimpliciſſima entitas: vel virtualiter, & metaphyſicè, quomodo tum æternitas, tum quodlibet aliud attributum, admittit compoſitionem, diſtinctionem, diuiſibilitatem; & ſicuti in ſcientia, v. g. in ordine ad diuerſa obiecta, in immenſitate in ordine ad diuerſa loca; ita in æternitate in ordine ad diuerſas differentias temporis aſſignari poſſit diuerſæ virtualitates.

Æternitas vel realiter, & phyſicè, vel virtualiter, & metaphyſicè ſumi poteſt.

32. Probatur primò: Æternitas Dei phyſicè, & realiter ſumpta, eſt ab æterno interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio; ſed talis ab æterno non eſſet, niſi ab æterno coëxiſteret omnibus temporum differentiis, ergo. Maior patet, quia definitio debet conuenire definito vt eſt in ſe; adeoque cum Dei æternitas ab æterno ſit, debet eius definitio ipſi ab æternò conuenire. Minor probatur ex Boëtio *lib. 5. de conſolat. proſa 6.* vbi poſt traditam definitionem æternitatis, ipſius ſimultaneam, & perfectam poſſeſſionem explicat, per hoc quod ipſi, *nec futuri quidquam abſit, nec præteriti fluxerit*, addens *aliud eſſe per interminabilem duci vitam, aliud interminabilis vitæ totam pariter complexam eſſe præſentiam.* *Boëtij* non minus explicationem, quam definitionem approbant ſancti Patres communiter, vt videre eſt apud Ruiz *diſput. 28. ſect. 4.* De Quiros *diſput. 48. ſectione 4.*

33. Dices ex Arriaga *1. part. diſput. 20. ſect. 4. num. 27.* Æternitatem Dei aliam eſſe intrinſecam, aliam extrinſecam. Illa eſt eſſentia Dei, vt Deum neceſſitans ad exiſtendum in omni tempore vero, vel imaginario; iſta eſt tempus ipſum verum, vel imaginarium, illa eſt indiuiſibilis, tota ſimul, & ab æterno coëxiſtens omnibus temporis differentiis; iſta non item. Sed contrà quòd Arriaga *loco citato num. 25.* iſtis imponit ipſos ſcilicet in præſenti materia obſcuris, parùm philoſophicis, & maximè fugiendis vocibus vti; iure fortè in *Arriagam* Thomiſta retorquebit, neque enim ſatis apparet, quo fundamento tempus imaginarium appelletur æternitas Deo extrinſeca; diſtrahitur quippè ad ſignificationem omninò ſibi contrariam nomen temporis, dum vſurpatur ad ſignificandam æternitatem; & vel tempus imaginarium deberet dici duratio Deo extrinſeca, non æternitas; vel æternitas Deo extrinſeca deberet dici æternitas imaginaria, non tempus imaginarium, vel melius illa diceretur perpetuitas imaginaria, iuxta modum, quo loquitur Boëtius *5. de conſolat. proſ. 6.* vbi mundum, cuius duratio iuxta Platonis ſententiam, & principio, & fine caret, vult appellari puſſe perpetuum, non æternum. *Boetij* verba ſunt: *Itaque ſi digna rebus nomina velimus imponere*, Platonem ſequentes: *Deum quidem æternum mundum verò dicamus eſſe perpetuum.* Cæterum ſi concedit *Arriaga* æternitatem Deo intrinſecam, quam ſolam definit *Boëtius*, quam ſolam intelligunt Theologi, & ſancti Patres nomine æternitatis Dei abſolutè prolatæ ab æterno coëxiſtere omnibus temporum differentiis, concedit id totum quod aſſertum, & eius probatio expoſtulat.

Æternitas Dei ex Arriaga alia intrinſeca, alia extrinſeca.

34. Probatur ſecundò: Æternitas Dei eſt ab æterno duratio infinita, ergo ab æterno coëxiſtit omnibus durationibus finitis, & omnibus temporum differentiis. Antecedens patet, quia nihil Deo conuenit, quod infinitum non ſit: Nec eluditur argumentum dicendo eſſe infinitam intrinſecè, non extrinſecè; & ſufficere ad talem infinitatem, quod contineat eminenter omnem aliam durationem; nec neceſſe eſſe, quod actu coëxiſtat omni alij durationi. Contra enim: Sicuti infinitas diuinæ ſcientiæ non ſufficienter explicatur per hoc, quod dicatur infinita intrinſecè, & continens eminenter omnem aliam ſcientiam, nec infinitas immenſitatis ſufficienter explicatur per hoc, quod dicatur infinita intrinſecè, & continens eminenter omnem aliam, vel præſentiam, vel extendibilitatem ad locum; ſed debet diuinæ ſcientiæ concedi, quod ab æterno ſciat quicquid eſt ſcibile; & diuinæ immenſitati concedi, quod ab æterno occupet omne ſpatium occupabile; quia ſcire quod eſt ſcibile; & occupare ſpatium, quod eſt occupabile, ſpectat ad lineam, illud ſcientiæ, iſtud immenſitatis diuinæ; ita non ſufficienter explicatur infinitas diuinæ æternitatis in ratione durationis per hoc, quod dicatur infinita intrinſecè, & continens eminenter omnem aliam durationem; ſed debet illi concedi, quod ab æterno coëxiſtat cuilibet differentiæ temporis futuræ, quia hoc ſpectat ad lineam durationis. Neque inſtes ad infinitatem

Infinitas æternitatis in ratione durationis non ſufficienter explicatur per hoc, quod contineat eminéter omnem aliam durationem, nec per hoc, quod ſit infinita intrinſecè.

nitatem immenſitatis non requiritur, quod ab æterno coëxiſtat ſpatiis loci futuri, ergo nec ad infinitatem æternitatis quod ab æterno coëxiſtat differentiis temporis futuri: Præſto enim eſt diſparitas, quia ſcilicet futurum, & præteritum non ſunt differentiæ ſpectantes ad lineam immenſitatis, ſed ad lineam æternitatis; ideò æternitas non immenſitas debet ad illas ſe extendere; ſicut è contra, quia ſurſum, deorſum, diſtans, propinquum, ſunt differentiæ immenſitatis, non æternitatis, ad ipſas ſe extendit immenſitas, non æternitas.

Cur immenſitas non ſit ab æterno in locis futuris, bene verò æternitas in differentiis temporis futuri.

35. Probatur conſequentia primi argumenti: Coëxiſtere omnibus durationibus, & differentiis temporum ſucceſſiuè conuenit dorationi infinitæ ſucceſſiuæ, & tempori imaginario; ſed æternitas ita eſt ab æterno duratio infinita, vt ſit etiam tota ſimul, & indiuiſibilis; ergo abſque ſucceſſione, & ab æterno coëxiſtit omnibus, &c. Neque dicas ex parte ipſarum differentiarum temporis repugnare, quod aliquid ipſis ab æterno ſimul coëxiſtat, ſic quippè deberent & ipſæ ſimul ab æterno exiſtere, cum coëxiſtentia vtriuſque extremi exiſtentiam ſupponat; ponere autem differentias temporis ſimul exiſtentes eſt deſtruere rationem ſucceſſionis maximè eſſentialem tempori. Contra enim inſtantia ad ſummum vim aliquam habet, ſi ponatur aliquid ab æterno coëxiſtens differentiis temporum transferendo, & retrotrahendo differentias temporis ad eſſe ab æterno, ſecùs ſi ponatur coëxiſtens transferendo illud, quod ab æterno eſt ad differentias temporum in ſe ipſis quodammodo immotas relictas, vt infrà.

36. Probatur tertiò: Æternitas Dei eſt ab æterno menſura actu menſurans omnes temporis differentias, ergo æternitas Dei ab æterno coëxiſtit omnibus temporum differentiis. Conſequentia patet, quia menſura actu menſurans debet actu coëxiſtere menſurato. Antecedens probatur tùm quia ſicuti ex mox poſitis ad infinitatem æternitatis ſub ratione durationis ſpectat quod ab æterno actu duret cum omnibus aliis durationibus, ſeu rebus quandocumque durantibus, ita ad infinitatem æternitatis ſub ratione menſuræ ſpectat, quod ab æterno actu menſuret omnia menſurabilia, adeoque omnes temporum differentias; tum quia æternitas debet eſſe menſura vnica menſuratione exhauriens omne menſurabile, non eſſet autem huiuſmodi, niſi ab æterno actu menſuraret omnes temporis differentias; & non niſi per menſurationes multiplicatas, & ſucceſſiuas numerationes differentias temporis menſuraret, ſi has tantum menſuraret, prout fiunt ſucceſſiuè exiſtentes, qua ratione non eſſet ab æterno menſura in ſua linea infinita, tota ſimul, & perfectè poſſidens ſua menſurata, vt magis explicat Ioan. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 8. *diſput.* 9. *art.* 3.

Æternitas Dei vt ſit infinita, & tota ſimul in ratione menſuræ debet ab æterno menſurare omnes temporis differentias.

37. *num.* 17. & 18. Nec refert quod differentiæ temporis ab æterno non ſint, non enim æternitas ipſas menſurat retrotrahendo ab æterno ipſas ad ſe; ſed transferendo ab æterno ſe ad ipſas, ſicque vt differentiæ temporis cadant ſub menſura æternitatis ab æterno, ſatis eſt, quod aliquando in ſe ipſis exiſtant; in quo eſt diuerſa ratio de durationibus, & differentiis temporis merè poſſibilibus, quas licet æternitas eminenter contineat, non dicitur tamen ab æterno aut ipſas menſurare, aut ipſis coëxiſtere, quia cum nunquam inueniat ipſas exiſtentes, non poteſt transferre ſe ad ipſas actu menſurandas, aut ad ipſis coëxiſtendum, vt malè infert Amicus *prima parte, diſput.* 12. *ſect.* 4. *num.* 71. malè ſupponens coëxiſtentiam æternitatis ad durationes futuras inferri præciſè ex eo, quod æternitas eminenter contineat omnes durationes futuras, cum tamen non ex hoc præciſè inferatur, ſed inſuper ex eo quod ratione ſuæ infinitatis, & indiuiſibilitatis ſe transferat ab æterno ad illam omnem durationem, in qua pro aliquo decurſu temporis relucet exiſtentia; hæc autem nullatenùs vnquam relucet in duratione merè poſſibili.

Æternitas Dei non coëxiſtit ab æterno durationibus merè poſſibilibus, quia iſtæ omni carent exiſtentia ad quam poſſit æternitas ſe transferre.

Probatur quartò: Deus ab æterno potuit 38.
verè formare hanc propoſitionem: Clemens X. exiſtit. Ergo æternitas Dei verè ab æterno coëxiſtit huic differentiæ temporis, in qua Clemens X. exiſtit, ergo verè etiam coëxiſtit cuilibet alij differentiæ temporis ab æterno; verè enim potuit Deus eodem modo de re exiſtente in qualibet alia differentia temporis formare ab æterno propoſitionem veram de præſenti. Antecedens probatur: Poteſt Deus verè formare hanc propoſitionem: Nunc, die ſcilicet 24. Auguſti 1670. quo tempore Clemens X. verè exiſtit, & Petri Cathedram cum omnium plauſu occupat; ergo potuit eandem verè formare ab æterno. Hæc conſequentia probatur: Vt propoſitio ſit abſolutè vera de præſenti, vel ſaltem vt poſſit aſſignari verificatiuum ipſius, neceſſe eſt, vt qui ipſam profert cognoſcat ſe exiſtere ſimul cum re, quam affirmat eſſe de præſenti. Ergo ſi Deus verè format allatam propoſitionem, verè cognoſcit ſe ſimul exiſtere cum Clemente X. ſed Deus ob ſuam immutabilitatem eandem cognitionem, quam habet nunc, habuit ab æterno, ergo habuit ab æterno cognitionem verificatiuam illius propoſitionis, ergo potuit ab æterno formare illam propoſitionem; verè Clemens X. exiſtit.

Deus potuit ab æterno verè formare hanc propoſitionem: Clemens X. exiſtit.

Neque dicas Deum habuiſſe ab æterno cogni- 39.
tionem verificatiuam illius propoſitionis proferendæ tamen non ab æterno, ſed in propria differentia, ſicut habet ab æterno voluntatem creandi mundum, non ab æterno, ſed in tempore. Contra enim eandem omninò cognitionem, quam Deus habet nunc, habuit, ſeu habet ab æterno, ſed nunc habet cognitionem verificatiuam illius propoſitionis abſolutè prolatæ, & abſque eo, quod exprimatur vel ab æterno, vel propria differentia temporis; ergo etiam ab æterno habuit cognitionem verificatiuam illius propoſitionis abſolutè prolatæ, & verè potuit ab æterno propoſitionem illam abſolutè proferre. Paritas de voluntate, quam Deus habuit ab æterno, creandi mundum

Deus habet ab æterno voluntatem creádi mundum in tempore.

dum non eſt ad rem, quia voluntas faciendi rem exiſtentem non requirit ex genere ſuo, quod volens coëxiſtat tali rei, ſicuti cognitio affirmatiua rei exiſtentis requirit ad ſui verificationem, quod cognoſcens, ſeu affirmans coëxiſtat tali rei.

40\.

Propoſitio de præſenti, vt vera ſit, requirit coëxiſtentiam proferentis propoſitionem, & obiecti affirmati.

Prima conſequentia primi argumenti probatur: Vt propoſitio de præſenti abſolute prolata vera ſit, neceſſe eſt, quod proferens propoſitionem ſimul exiſtat cum obiecto, quod affirmat, adeoque quod coëxiſtat illi differentiæ temporis in qua exiſtit tale obiectum, ergo æternitas Dei verè ab æterno coëxiſtit huic differentiæ temporis, &c. Si Deus ab æterno verè potuit, &c. Antecedens videtur conſtare ſufficienter inductione. Confirmatur, tum quia iuxta hanc probationem bene explicatur quomodo in Deo detur tantùm ſcientia, non propriè præſcientia, vt apud De Quiros *diſp.* 48. *ſect.* 4. *num.* 23. tradunt plures ſancti Patres, quorum verba ſine neceſſitate ab aduerſariis in ſenſu improprio intelliguntur non ſine aliqua ſanctorum Patrum iniuria; tum quia iuxta eandem facilè conſtat, quomodo ſicuti Deus ratione immenſitatis non eſt prius hic Romæ, deinde Bononiæ; deinde Mediolani; ſed æquè primò Romæ, Bononiæ, Mediolani, & vbicumque; ita ratione æternitatis non ſit prius heri, deinde hodie, deinde cras, ſed æquè primò heri, hodie, cras & quandocumque.

In Deo datur ſcientia tantū, non præſcientia.

Deus æquè primò datur heri, hodie, & cras.

41\.

Æternitas Dei virtualiter, & metaphyſicè accepta, non coëxiſtit ab æterno ſecūdum omnes ſuas virtualitates omnibus temporū differentiis.

Aſſertvm II. Æternitas Dei virtualiter, & metaphyſicè ſumpta, non coëxiſtit ab æterno omnibus temporum differentiis, ſed ſecundùm diuerſas virtualitates diuerſis temporum differentiis virtuali ſucceſſione correſpondet. Ita Salmant. 1. *part. tract.* 3. *diſp* 8. *dub.* 3. §. 2. *num.* 85. & extra ſcholam Thomiſticam alij Autores magis communiter, qui tamen ex hoc male inferunt non poſſe abſolutè, & ſimpliciter dici æternitatem coëxiſtere ab æterno omnibus temporum differentiis, quod licet plurimùm habeat quæſtionis de nomine, cum nihilominus alia attributa abſolutè prolata ſupponant pro tota ſua ratione formali, non pro aliqua determinata virtualitate, rationabiliter procedendo ſentiendum eodem modo eſt de æternitate, & ſicuti dicitur Dei ſcientia ab æterno omnia cognoſcere, quamvis ſecundùm diuerſas virtualitates ad diuerſa obiecta terminetur, nec per virtualitatem viſionis cognoſcat poſſibilia, v. g. aut per virtualitatem ſimplicis intelligentiæ futura; ita dici debet, quod Dei æternitas ab æterno coëxiſtat omnibus temporum differentiis, quamvis ſecundùm diuerſas virtualitates correſpondeat diuerſis, & prout correſpondet differentiis temporis ſibi ſuccedentibus dici poſſit habere virtualem ſucceſſionem, ſicuti immenſitas, vt correſpondet locis extenſis, dicitur habere virtualem extenſionem. Aſſertum ita explicatum non videtur indigere maiori probatione.

§. V.

Vtrum Æternitas Dei habeat ab æterno coëxiſtentiam, ſeu præſentiam realem, & phyſicam in omnibus futuris?

Aſſertvm I. Æternitas Dei realiter, & phyſicè ſumpta, habet ab æterno coëxiſtentiam, ſeu præſentiam realem, & Phyſicam in omnibus futuris. Aſſertum hoc ita poſitum innuitur à Salmanticenſibus *loco citato, num.* 83. & traditur à De Quiros *diſp.* 48. *ſect.* 4. faciliùs explicat coëxiſtentiam futurorum æternitati ab æterno, quàm explicent communiter Thomiſtæ volentes futura coëxiſtere æternitati ab æterno per hoc, quod habeant propriam exiſtentiam, & phyſicam præſentiam ab æterno in æternitate, qui dicendi modus ab omnibus Scholis Thomiſticâ exceptâ, ſcilicet à Scholis Scotiſtarum, Nominalium, Durandentium, Societatis, &c. reprobatur. Argumenta autem huiuſmodi modum reprobantia non vrgent contra coëxiſtentiam à nobis aſſertam, vt ex ſequentibus patebit. 42.

Æternitas Dei coëxiſtit ab æterno omnibus futuris.

Aduerte pro maiori intelligentia dupliciter fieri poſſe quod ſibi coëxiſtant, ſeu ſimul exiſtant duo, quorum vnum ſit ſecundum ſe prius, alterum ſecundùm ſe poſterius, vel retrotrahendo à parte ante illud, quod poſterius eſt, quovſque pertingat ad illud, quod eſt prius: vel extendendo à parte pòſt illud, quod prius eſt, quovſque perueniat ad illud, quod eſt poſterius. In propoſito eſſe ab æterno ſecundum ſe prius eſt, eſſe in tempore ſecundùm ſe eſt poſterius, vt igitur inter hæc duo ponatur coexiſtentia, debet vel id quod eſt in tempore retrotrahi à parte antè ad eſſe ab æterno; vel id quod eſt ab æterno extendi à parte pòſt ad eſſe in tempore. Primum videntur aſſerere, qui docent futura habere ab æterno in æternitate tanquam in menſura aliena phyſicam exiſtentiam, & realem præſentialitatem: ſecundum à nobis aſſeritur; &

Duo, quorū vnū ſit prius, aliud poſterius, dupliciter poſſunt fieri coexiſtentia.

Probatur: Æternitas Dei realiter, & phyſicè ſumpta ab æterno coëxiſtit omnibus temporum differentiis, ergo etiam ab æterno coëxiſtit omnibus futuris exiſtentibus in huiuſmodi temporum differentiis tanquam in menſura propria; ſed hoc non fit per realem, & phyſicam præſentiam ipſorum futurorum ab æterno, quia ſic retrotraherentur futura ad eſſe ab æterno, ergo per realem & phyſicam præſentiam ipſius æternitatis ab æterno ſe extendentis in infinitum à parte pòſt ad coëxiſtendum omnibus, ergo æternitas habet ab æterno coëxiſtentiam, ſeu præſentiam realem, & phyſicam in omnibus futuris. Minor ſubſumpta probatur, quia cum ex vna parte 43.

æternitas

æternitas realiter, & phyſicè ſumpta ſit ab æterno tota ſimul, infinita tum à parte ante, tum à parte poſt in ratione durationis, & menſuræ, videtur facilè intelligi, quomodo æternitas ab æterno extendatur in infinitum à parte poſt ad coëxiſtendum indiuiſibiliter omnibus futuris in qualibet differentia temporis, menſurando, occupando, poſſidendo ab æterno omnem differentiam temporis; ex alia parte, cum futura habeant ſecundùm ſe durationem finitam, limitatam, temporaneam, videtur inintelligibile quomodo poſſint retrotrahi in infinitum à parte ante ad habendam realem, & phyſicam præſentiam ab æterno: pro cuius maiori probatione ſit

44. *Futura non habent ab æterno realé, & phyſicam præſentiam in æternitate.*

Assertvm II. Æternitas Dei non habet ab æterno realem coëxiſtentiam ad futura per realem, & phyſicam præſentiam futurorum in æternitate ab æterno. Ita Scotus, Amicus, Arriaga, Lugus, Valentia, Syluius, *locis citatis in ſuperiori §. aſſerto primo*: Inſuper De Quiros *diſp.* 48. *ſect.* 4. contra *Thomiſtas* communiter, qui tamen in re non diſſentiunt, & quamvis abſolutè aſſerant futura ab æterno habere realem, & phyſicam præſentiam in æternitate, tanquam in menſura aliena, intendunt ſolùm aſtruere coëxiſtentiam ab æterno inter æternitatem, & futura, vt notant Salmanticenſes *loco citato*. Cæterum quicquid ſit de mente Thomiſtarum, quæ fortè quoad rem ſatis non conſtat, ſicuti nec ſatis conſtat de mente *Diui Thomæ*, quem non ſtare pro præſentia phyſica futurorum ab æterno contendunt Lugus *lib.* 1. *diſput.* 30. *cap.* 2. *num.* 7. Valentia *diſputatione* 1. *quæſtione* 14. *punct.* 5. Syluius *q.* 14. *art.* 13. &c.

Phyſica præſentia futurorum ab æterno plura infert abſurda.

Probatur: Futura non habent realem, & phyſicam præſentiam in æternitate ab æterno; ergo æternitas Dei non habet ab æterno, &c. Antecedens probatur: Primò quia id parùm conſonat ſanctis Patribus negantibus abſolutè creaturas fuiſſe ab æterno, vt videre eſt apud Lugum *lib.* 1. *diſput.* 30. *cap.* 2. *num.* 11. Secundò quia futura haberent durationem infinitam, ſi ab æterno phyſicè durarent, & realiter exiſterent. Tertiò quia futura non eſſent poſteriora præteritis; quod enim ab æterno eſt, nequit ſupponere aliquid prius. Quartò nihil de nouo fieret, ſi quicquid eſt, ab æterno realiter, & phyſicè extitiſſet.

45. Dices hæc omnia ſequi, ſi futura ponantur phyſicè ab æterno exiſtere in æternitate, tanquam in menſura propria, & adæquata; ſecùs ſi aſſerantur phyſicè ab æterno exiſtere in eadem tanquam in menſura aliena, & ſuperexcedente. Sed contra: Eſſe in alio ſupponit eſſe in ſe, & eſſe in menſura aliena ſupponit eſſe in menſura propria; ergo implicat futura eſſe ab æterno in alio, & tanquam in menſura aliena, quin ſint ab æterno in ſe, & in menſuris propriis; in propriis, ſcilicet temporis differentiis; ponere autem hoc modo futura ab æterno eſt ponere ab æterno omnes temporis differentias, eſt tribuere eſſe fixum, & permanens ſucceſſioni temporaneæ; quod mihi imperceptibile eſt. Poteſt hoc corroborari paritate immenſitatis, ad hoc vt aliquid ſit in immenſitate Dei tanquam in menſura aliena, & ſuperexcedente; neceſſe eſt, quod prius vel æquè primò ſit in ſpatio ſibi proportionato tanquam in menſura propria, item quod ſit in ſe; ergo vt aliquid ſit ab æterno in Dei æternitate tanquam in menſura aliena, neceſſe eſt, quod ſit ab æterno tum in ſe, tum in ſua differentia temporis tanquam in menſura propria.

Eſſe in alio, & in menſura aliena, ſupponit eſſe in ſe, & in méſura propria.

Ex coëxiſtétia immenſitatis ad omnia loca probatur, & explicatur coexiſtentia æternitatis ab æterno ad omnia tempora.

Et hic obiter ex immenſitate occurrit optima confirmatio vtriuſque ſuperioris aſſerti; ſicuti enim Deus ratione immenſitatis coëxiſtit omnibus locis, non quia omnia loca quodammodo confluant, & ſe transferant ad ſimul eſſe in immenſitate Dei; ſed per hoc quod immenſitas in ſe inuariata ad omnia loca ſe extendat, ad omnia quodammodo ſe transferat, omnia occupet. Ita Deus ratione æternitatis debet dici ab æterno coëxiſtens omnibus futuris, & omnibus differentiis temporis; non quia omnia futura, omneſve differentiæ temporis confluant quodammodo, & retrotrahantur ad eſſe ſimul in æternitate ab æterno; ſed per hoc, quod æternitas in ſe ratione indiuiſibilitatis inuariata ad omnia futura, & ad omnes differentias temporis ab æterno ſe extendat, & transferat.

46. His aſſertis ita poſitis facilè ſoluuntur in præſenti materia, tum argumenta ſcholæ Thomiſticæ contra alias ſcholas; tum argumenta aliarum ſcholarum contra Scholam Thomiſticam. Argumenta enim primi generis deſumpta tum ex indiuiſibilitate, & infinitate æternitatis, tum ex perfectione ſcientiæ Dei omnia intuentis præſentia abſque propria ratione præſcientiæ, euincunt coëxiſtentiam phyſicam ab æterno inter æternitatem, & futuram, at non probant huiuſmodi coexiſtentiam conſurgere potius ex tranſlatione futurorum ad æternitatem, quàm ex tranſlatione æternitatis ad futura. Argumenta ſecundi generis deſumpta ex finita, & ſucceſſiua duratione futurorum, ex neceſſitate exiſtendi in menſura propria, priuſquam in aliena, excludunt quidem præſentiam phyſicam; & realem exiſtentiam futurorum ab æterno, at non improbant coëxiſtentiam ab æterno inter æternitatem, & futura per tranſlationem æternitatis ad futura.

Improbare exiſtentiam futurorum ab æterno, non eſt improbare coexiſtentiam ab æterno inter æternitatem, & futura.

47. *Futura ſecundum ſe præciſè, nec phyſicè, nec intentionaliter exiſtunt ab æterno.*

Ex his habetur futura ſecundum ſe præciſè, nec realiter, & phyſicè, nec intentionaliter, & obiectiuè ab æterno exiſtere; non realiter, & phyſicè vt mox probatum eſt; non intentionaliter, & obiectiuè, quia ſi vel æternitas, ſeu entitas Dei, non eſſet res cognoſcitiua, vel per impoſſibile à Deo non cognoſcerentur; non propterea per ſuam intrinſecum deſinerent eſſe in propriis differentiis temporum; ſecundum ſe præciſè igitur non dicunt eſſe ab æterno intentionaliter, & obiectiuè.

Digitized by Google

obiectiuè. Quod ſi ſumantur non præcisè ſecundum ſe; ſed vt ſubſunt æternitati Dei, ſeu vt reſpiciunt exiſtentiam diuinæ æternitatis, coëaiſtunt æternitati ab æterno non ſolùm intentionaliter, & obiectiuè; ſed etiam realiter, & phyſicè; quatenùs ab æterno ad ipſa trausfertur, non ſolum diuinus intuitus, ratione cuius coëaiſtunt Deo intentionaliter, & obiectiuè; ſed etiam diuina entitas, & æternitas, ratione cuius coëxiſtunt Deo realiter, & phyſicè; imò tranſlatio æternitatis ad attingenda ipſa futura phyſicè in propriis differentiis eſt ratio, cur cognitio Dei ſe transferat ad attingendum modo propriiſſimè intuitiuo, & vt præſentia eadem futura, quod pluribus in locis expreſſit S. Doctor *prima parte, quæſtione 14. articulò 9. in corp. Cum intelligere Dei, quod eſt eius eſſe, æternitate menſuretur, quæ ſine ſucceſſione exiſtens totum tempus comprehendit, præſens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in omnia quæ ſunt in quocumque tempore, ſicut in ſubiecta ſibi præſentialiter*, prima parte quæſtione 57. articulo 3. in corp. *Deus videt omnia in ſua æternitate, quæ cum ſit ſimplex toti tempori adeſt, & ipſum concludit, & ideò vnus Dei intuitus fertur in omnia, quæ aguntur per totum tempus ſicut in præſentia* in prima diſtinctione 38 quæſtione vnica, articulo 5. in corp. *Omnis cognitio eſt ſecundum modum cognoſcentis, cum igitur Deus ſit æternus oportet, quod cognitio eius modum æternitatis habeat, qui eſt eſſe totum ſimul ſine ſucceſſione, vnde ſicut quamvis tempus ſit ſucceſſiuum, tamen æternitas eius eſt præſens omnibus temporibus vna, & eadem, & indiuiſibilis, vt nunc ſtans: Ita, & cognitio ſua intuetur omnia temporalia, quamvis ſibi ſuccedentia, vt præſentia ſibi, nec aliquid eorum eſt futurum reſpectu ipſius; ſed vnum reſpectu alterius. Vnde ſecundum Boëtium melius dicitur prouidentia, quam præuidentia, &c. ſed tamen poteſt dici præſcientia in quantum cognoſcit id quod futurum eſt nobis, non ſibi.*

Coëxiſtentia phyſica æternitatis ad futura ab æterno eſt ratio diuini intuitus in eadem futura.

Prouidentia melius, quàm præuidentia de Deo dicitur.

48. Quibus in locis via poterat *Diuus Thomas* clariùs explicare coëaiſtentiam ab æterno inter æternitatem, & futura prouenire ex perfectione æternitatis ab æterno occupantis omne tempus, ab æterno ſe extendentis ad omnia futura, & hanc extenſionem æternitatis ad omnia futura, ex qua conſtituitur coëaiſtentia phyſica ab æterno inter æternitatem, & futura, eſſe rationem cur diuina cognitio ad eadem ab æterno modo intuitiuo extendatur, & futura habeant ab æterno in diuino intuitu, eſſe intentionale, & obiectiuum, vt magis explicabitur *in libro de ſcientia Dei, cap. 3. §. ſexto.*

CAPVT X.

De Iuſtitia Dei.

IVSTITIA Dei non vnum, eumdemque locum in Theologicis tractatibus apud ſcholaſticos obtinet. A magiſtro ſententiarum explicatur *in 4. diſtinct. 46.* & *ibidem* à Scoto; aliiſque non paucis. A Thomiſtis magis communiter, & nonnullis etiam recentioribus explicatur *in prima parte ad quæſt. 21.* Diui Thomæ inſcriptam de iuſtitia, & miſericordia Dei. A quibuſdam *in 1. 2. in quæſtionibus de gratia*, dum agitur de conditionibus meriti, Vtrùm merito condigno debeatur præmium ex iuſtitia, ſeu vtrùm homo poſſit apud Deum ex iuſtitia mereri. Ab aliis 2. 2. *in quæſtionibus de virtute iuſtitia*, quodnam ſit ipſius ſubiectum, ſeu inter quaſnam perſonas verſari poſſit. Ab aliis tandem *tertia parte, in quæſtionibus de Incarnatione*, vtrum Chriſtus pro peccatis Deo ſatisfecerit ex rigore iuſtitiæ. Nobis placet iuſtitiam tanquam Dei attributum, hic inter alia attributa in ipſo ferè Theologiæ limine exponere: cum enim ab hac difficultate quamplures aliæ pendeant, non mediocris emolumenti fore credidi, ſi aliis præmittatur. Neque meos eſt huc transferre amplam explicationem definitionis, diuiſioniſque iuſtitiæ, ſed ſobriè, & quantum cogit neceſſitas delibatis terminis, iuſtitia præcisè ad Deum comparata, & quatenùs habere poteſt, vel non habere rationem attributi diuini, ſtabiliendis aſſertis materiem præſtabit. 1.

Iuſtitia ex vi nominis idem eſt, ac æquitas, ſeu æqualitas, & quia omnis virtus æqualitatem aliquam ſeruat, tum ad regulam rationis, tum ad proprium obiectum, tranſlatum eſt iuſtitiæ nomen ad ſignificandam omnem virtutem; ſic obedientia, religio, &c. iuſtitia eſt, metaphoricè tamen, & tranſlatitiè: vltra hanc ampliſſimam, & metaphoricam ſignificationem, habet iuſtitiæ nomen ſignificationem aliam ſtrictiorem, & propriam, quæ ſpecialem, particularemque virtutem ab aliis virtutibus contradiſtinctam importat, explicatam à Iuriſtis vulgata illa definitione *conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi.* Diuiditur iuſtitia hoc modo accepta in generalem, & particularem; Generalis reſpicit bonum, ſeu ius commune, & quia omnes actus aliarum virtutum poſſunt ordinari ad bonum commune, & debent eſſe conformes iuri communi, omnes actus aliarum virtutum ſibi ſubordinat, ſuoque ſubdit imperio; dicitur propterea generalis generalitate obiecti, & imperij, quatenus habet pro obiecto bonum generale, & exercet in alias virtutes generale 2.

Iuſtitia, vel propriè, vel metaphoricè ſumi poteſt.

3.

Iuſtitiæ definitio, & diuiſio.

Iuſtitia generalis eſt ratione generalitate obiecti, & imperij.

generale imperium; non generalitate tranſcendentiæ, aut prædicationis; quia nec alias virtutes tranſcendit, nec de alijs prædicatur: ſed hoc conuenit ſoli iuſtitiæ metaphoricæ. Iuſtitia particularis reſpicit bonum, ſeu ius particulare, & verſatur inter particulares, priuataſque perſonas, cum iuſtitia generalis ſe teneat maximè, ex parte perſonæ publicæ, cui maximè conuenit ius, & bonum commune fouere, ac promouere; quod quia præſtari ſolet per leges, iuſtitia generalis dicitur etiam legalis. Subdiuiditur iuſtitia particularis in diſtributiuam, & commutatiuam; iſta reſpicit ordinem partium, ſeu priuatarum perſonarum inter ſe, ſeruat proportionem arithmeticam, inuoluit rationem commodi, & incommodi, vel vt loquitur Ariſtoteles 5. *Ethic. cap.* 5. paſſi & repaſſi, ſeu contrapaſſi, itavt ſcilicet quantum quis incommodi, & damni patitur abdicando dominium alicuius rei, tantùm commodi, & emolumenti reparetur, ſeu contrapariatur acquirendo dominium rei æquiualentis. Illa, nimirum iuſtitia diſtributiua reſpicit ordinem totius ad partes, ſeruat proportionem geometricam; æqualitatem ſcilicet non vnius ad vnum, ſed duorum ad duo, rei ad rem, perſonæ ad perſonam, diſtribuendo bona totius non iuxta exigentiam quodammodo abſolutam cuiuſlibet perſonæ ſecundùm ſe; ſed iuxta exigentiam reſpectiuam vnius perſonæ ad alteram, adeò vt bona, quæ tribuuntur vni perſonæ cum bonis, quæ tribuuntur alteri, habeant eandem proportionem, quam habet vna perſona cum altera.

Iuſtitia generalis dicitur etiam legalis.

Iuſtitia commutatiua, & diſtributiua, quid?

---

§. I.

Vtrum detur in Deo iuſtitia propria, vt diſtinguitur à metaphorica?

5\. Datur in Deo iuſtitia propria, ſcilicet non metaphorica.

ASSERTVM: Datur in Deo Iuſtitia propria, vt diſtinguitur à metaphorica. Ita omnes, quos viderim Doctores, inter quos Amicus *tom.* 5. *diſp.* 11. *ſect.* 16. *num.* 213. ait non poſſe ſine temeritate negari.

Probatur primò: Verba Scripturæ ſacræ nunquam carent ſenſu litterali, & licet admittant ſenſum litteralem etiam metaphoricum; tamen nunquam in ſenſu litterali metaphorico intelligenda, niſi cogat omnimoda neceſſitas, nec valeant in ſenſu litterali proprio verificari; ſed plura loca Scripturæ exprimunt dari in Deo Iuſtitiam, & nulla neceſſitas cogit huiuſmodi loca interpretari de Iuſtitia metaphorica, ergo interpretanda ſunt in ſenſu litterali proprio, & admittenda in Deo Iuſtitia propria, vt diſtinguitur à metaphorica. Maior habetur ea *prolegomenis*, *cap.* 3. §. 3. Minor quoad ſecundam partem patebit ex ſecunda probatione aſſerti; quoad primam probatur afferendo nonnulla ex plurimis, quæ afferri poſſent Scripturæ loca. Pſalm. 47. *Iuſtitia plena eſt dextera tua.* Pſalm. 97. *Iudicabit orbem terræ in iuſtitia.* Pſalm. 18. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Ierem. 12. *Iuſtus es Domine, verumtamen vera loquar ad te; quare via impiorum proſperatur?* 2. ad Timoth. 4. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* 1. Ioh. 1. *Fidelis eſt Deus, & iuſtus, vt remittat nobis, &c.*

Probatur ſecundò ratione: Iuſtitia generalis, & legalis, eſt iuſtitia propria, vt diſtinguitur à metaphorica, ſed in Deo datur huiuſmodi generalis, & legalis iuſtitia, ergo in Deo datur iuſtitia propria, vt diſtinguitur à metaphorica, & de hac ſaltem iuſtitia propria debent intelligi præallata loca Scripturæ, ne ad ſenſum litteralem metaphoricum ſine neceſſitate deflectantur. Maior ſuprà inſinuata eſt, & 2. 2. dum ex profeſſo agetur de virtute iuſtitiæ plenius tradetur contra *Buridanum*, *Iauellum*, alioſque nonnullos volentes iuſtitiam generalem non eſſe niſi collectionem aliarum virtutum, contra quos pro nunc videri poſſunt cum Angelico Doctore 2. 2. *quæſt.* 58. *art.* 6. Ioannes à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 11. *diſput.* 6. *artic.* 3. *numero* 2. Lugus *de iuſtitia & iure*, *diſput.* 1. *ſect.* 4. Amicus *tom.* 5. *diſput.* 11. *ſect.* 8. *num.* 145. & alij apud iſtos. Minor probatur primò, quia iuſtitia legalis eſt præclariſſima virtutum moralium, vt tradit Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 58. *artic.* 6. *in C.* cum Ariſtotele 5. *Ethic. cap.* 1. dicente de iuſtitia legali, *quod videtur eſſe præclariſſima virtutum, & neque eſt Heſperus, neque Lucifer ita admirabilis.* Secundò quia Deus maximè reſpicit bonum commune, reſpicit enim in omnibus operationibus ſe ipſum, omniaque operatur propter ſe, qui eſt rerum omnium commune, imò omne bonum, & dum iuri ſuo ſatisfacit, ſatisfacit iuri, quod commune omnibus eſt, quod omnia exigunt. Tertiò quia Deus tanquam ſupremus legiſlator, iudex, & Dominus creaturas omnes rationales dirigit ad leges implendas, & per præcepta, ac imperia perſonas priuatas impellit ad ſeruanda iura communitatis, quod eſt habere legalem iuſtitiam modo excellentiſſimo, ſeu vt loquitur Diuus Thomas 2. 2. *quæſtione* 58. *articulo ſexto*, *in corpor. principaliter, & quaſi architectonicè; in ſubditis autem reperitur iuſtitia legalis, ſecundariò & quaſi adminiſtratiuè*, notat verò Amicus *tom.* 5. *diſputatione* 11. *ſectione octaua*, *numero* 161. D. Thomam iuſtitiam legalem in Principe appellare quaſi architectonicam, non architectonicam abſolutè, quia architectonica eſt ſubiectiuè, non obiectiuè; ex quo deinde explicat iuſtitiam legalem non eſſe ſpecie diuerſam in Principe, & in ſubditis, quamvis in

6\. Iuſtitia generalis, ſeu legalis, eſt iuſtitia propria.

Iuſtitia legalis datur in Deo, & eſt moralium virtutum præclariſſima.

Iuſtitia legalis in Deo, & Principe eſt quaſi architectonicè.

artibus architectonica differat ſpecie à miniſteriali.

7. Definitio iuſtitiæ explicatur cum aliqua ampliatione.

Ex his habes, vt iuſtitiæ legali præſertim ea ratione, qua reperitur in Deo, & Principe, congruat decantata iuſtitiæ definitio verba illa *tribuendi ius ſuum*, debere intelligi tum executiuè, & miniſterialiter, tum etiam imperatiuè, & directiuè, & quaſi architectonicè. Neque dicas hoc modo ampliando verba definitionum, poſſe Deo tribui quamlibet virtutem, quia Deus imperat, dirigit, & modo excellentiſſimo promouet cuiuſlibet virtutis exercitium. Sic v. g. quia Deus dirigit, & promouet actus fidei Theologicæ, tribui Deo poſſet fides Theologica, dicendo hanc eſſe argumentum non apparentium, tum executiuè, tum etiam directiuè: contra enim promouere exercitium alicuius virtutis non eſt ſemper actus talis virtutis, ſed tunc ſolum, quando agitur de virtute habente pro obiecto commune bonum, cui cuiuſlibet virtutis exercitium inſeruit; nec iuſtitia generalis talis eſt præcisè, quia dirigat actus iuſtitiæ; ſed quia dirigit in commune bonum, & vt ſeruetur commune ius; vnde ex eodem motiuo cuiuſcumque alterius virtutis actus dirigat generalis iuſtitiæ munere fungitur. Vno verbo dirigere actus iuſtitiæ eſt exercitium generalis iuſtitiæ, non dirigere actus fidei eſt exercitium fidei, quia in illa directione iuſtitia generalis inuenit ſuam rationem formalem, quæ eſt conducentia ad bonum commune; in iſta directione fides non inuenit ſuam rationem formalem, quæ eſt autoritas Dei reuelantis.

---

§. II.

Vtrum in Deo propria iuſtitia commutatiua detur?

8. Non datur in Deo propria iuſtitia commutatiua.

ASSERTVM I. Non datur in Deo propria iuſtitia commutatiua. Ita Diuus Thomas *prima parte*, *quæſtione* 21. *articulo* 1. Scotus *in* 4. *diſtinct.* 46. *quæſt.* 1. Diuus Bonauentura, Alenſis, Ioannes à S. Thoma *prima parte*, *quæſtione* 21. *diſputatione* 6. *articulo* 3. Herincx *diſputatione* 7. *quæſtione* 7. *numero* 58. Molina *quæſtione* 21. *articulo* 1. Ioannes Lugus *de Incarnatione*, *diſputatione* 3. Amicus *de iuſtitia*, *& iure*, *diſputatione* 11. *ſectione* 17. Ouiedus 1. 2. *tractat.* 9. *controu.* 8. *punct.* 9. Leſſius *de perfectionibus diuinis*, *lib.* 13. *cap.* 2. Vaſquez *prima parte*, *diſputatione* 85. 1. 2. *diſputatione* 223. *tertia parte*, *diſputatione* 7. Eſparza *lib.* 8. *quæſtione* 19. &c. contra Suarez *in opuſcul. de iuſtitia Dei*, *& tertia parte*, *diſputatione* 4. *ſectione* 5. Franciſcum Lugum *prima parte*, *lib.* 1. *diſputatione* 35. *capite* 4. Arriagam *diſputatione* 30. *ſectione* 2. Granadum, Tannerum, *&c.* eſt etiam contra Ruiz *de voluntate Dei*, *diſputatione* 58. *ſectione* 1. licet admittat in Deo iuſtitiam inducentem obligationem realem tantum, non perſonalem; contra ſpecialiter aliquid afferetur *infrà ad finem* §. *quarti.*

Iuſtitia commutatiua quomodo inuoluat rationem paſſi, & repaſſi.

Probatur: Iuſtitia commutatiua propria inuoluit rationem paſſi & repaſſi, ſeu commodi, & incommodi, ſeu huiuſmodi ratio non poteſt reperiri in Deo, ergo non datur in Deo propria iuſtitia commutatiua. Maior eſt communis explicatio iuſtitiæ commutatiuæ tradita ab Ariſtotele 5. *Ethic.* à Diuo Thoma *prima parte*, *quæſtione* 21. *articulo* 1. *&* 2. 2. *quæſtione* 61. *articulo* 3. nec ipſi congrueret commutatiuæ nomen, niſi exerceretur in commutationibus, non fit autem commutatio, niſi per acquiſitionem; ecce rationem commodi, ſeu paſſi; & deperditionem; ecce rationem incommodi, & repaſſi; idque poteſt exemplificari in mutationibus phyſicis, in quibus regulariter aliquid acquiritur, & aliquid deperditur. Minor probatur: In Deo non poteſt reperiri aut abdicatio, aut acquiſitio dominij, ergo in Deo non poteſt reperiri ratio paſſi, & repaſſi importata à commutatiua iuſtitia, cum ratio paſſi, commodi, accepti, ſit idem, ac ratio dominij de nouo acquiſiti, ratio repaſſi, incommodi, dati, ſit idem, ac ratio dominij abdicati. Antecedens probatur primò quoad dominij abdicationem: Dominium conſiſtit in iure, ſeu potentia morali diſponendi de re aliqua licitè, & ſine peccato iniuriæ alienæ; ſed hanc potentiam non poteſt Deus à ſe abdicare; eſt enim in Deo omninò neceſſaria, vtpote ſe habens per modum actus primi, & inductione aliorum prædicatorum euinci poteſt quicquid in Deo ſe habet per modum actus primi eſſe in ipſo perfectionem ſimpliciter neceſſariam. Corroboratur ex eo, quòd Deus non poteſt à ſe abdicare potentiam phyſicam diſponendi de creaturis, in qua conſiſtit omnipotentia, ergo nec poteſt à ſe abdicare potentiam moralem diſponendi licitè, & ſine peccato iniuriæ alienæ, in qua conſiſtit dominium. Probatur hæc vltima conſequentia, quod Deus non poteſt licitè, honeſtéque facere, non poteſt ſimpliciter facere; ergo Deus non poteſt retinere potentiam phyſicam ad aliquid, ad quod non retineat potentiam moralem, & per conſequens nequit abdicare potentiam moralem, ſi nequit abdicare phyſicam. Probatur idem antecedens quoad dominij acquiſitionem: Acquiſitio dominij ſupponit dominij carentiam, ſed nullius rei dominio Deus carere poteſt; ergo etiam nullius rei dominium acquirere poteſt. Maior patet ex terminis, ex eo quòd ſicuti nemo dat, quod non habet; ita nemo accipit, ſeu acquirit, quod habet. Minor probatur, quia ex mox dictis dominium in Deo eſt prædicatum omninò neceſſarium non minùs, quàm omnipotentia, & aliæ perfectiones ſe habentes per modum actus primi; traditur etiam hæc veritas in Scriptura Pſalm. 15. *Bonorum meorum non eges*, Iob. 25.

9. Deus non poteſt alicuius rei dominium abdicare.

10. Deus non poteſt alicuius rei dominiũ de nouo acquirere.

Sò

Si iuſtè egeris quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet? Vide infrà *lib. 3. cap. 5. §. 3. ad finem.*

Dices primò ad maiorem poſitæ probationis ex Suarez *in opuſc. de iuſt. ſect. 2. num. 19.* æqualitatem dati, & accepti nimis materialiter intelligi, dum explicatur per dationem, & acceptionem factam cum mutuâ vtilitate, & dominiorum translatione, & inueniri id quidem ad ſummum in iuſtitia humana; per ſe tamen, ac formaliter non ſpectare ad rationem iuſtitiæ commutatiuæ, ſed huic ſufficere æqualitatem dati, & accepti, ſeu rei ad rem, ſitam in mutua donatione, & acceptatione, ſiue deinde datio fiat cum abdicatione dominij, quod videtur prouenire ex imperfectione dantis, & acceptatio cum vtilitate, & acquiſitione dominij, quod videtur prouenire ex imperfectione accipientis; ſiue non; cum præcipuè etiam inter homines aliquando oriatur obligatio Iuſtitiæ abſque vllâ vtilitate; ſic ſoluitur ex Iuſtitia ſtipendium pro opere aliquando penitus inutili. Sed contra

11\. immerito *Suarez* vocat nimis materialem explicationem traditam communiter à Theologis; & dum ipſe formaliùs explicat qualitatem dati, & accepti, aſſignat rationem non propriam iuſtitiæ, ſed communem pluribus aliis virtutibus; nam etiam ex fidelitate liberalitate, miſericordia, contingit vera datio; & acceptio; nec apparet cur debeat eſſe mutua; niſi vt ſit mutua vtilitas, & compenſatio dominiorum, quæ tamen ratio ceſſat per *Suarium* dicentem impertinenter ſe habere ad dationem ex iuſtitia, quod fiat cum abdicatione Dominij, & ad acceptationem, quod fiat cum vtilitate.

Æqualitas dati, & accepti malè explicatur à *Suarez*.

Exemplum ſtipendij ſoluti pro opere inutili malè ſupponit omnimodam operis inutilitatem, potuit quidem tale opus eſſe inutile per accidens in exequutione, & in actu ſecundo; at per ſe, & ordine intentionis non potuit non habere aliquam vtilitatem, & conducentiam ad aliquem finem intentum à promittente ſtipendium, alioqui promiſſio ſtipendij pro opere omninò impertinente, & inutili, eſſet quoad rem gratioſa, & liberalis, licet quoad modum videretur oneroſa, & ex Iuſtitia. Accedit quod opus etiam inutile promittenti ſtipendium poteſt eſſe noxium operanti, & ſic ſtipendium poteſt eſſe ex Iuſtitia debitum, ſi non ratione rei acceptæ, & vtilitatis propriæ, ſaltem ratione damni illati, & nocumenti alieni.

Stipendium in rigore nunquam ex iuſtitia ſoluitur pro opere prorſus inutili.

Dices ſecundò ad primam probationem antecedentis de Dominij abdicatione, licèt abdicare dominium ex indigentia, & ex neceſſitate commutandi vnam rem cum altera, ſit imperfectio repugnans Deo; non ſic videtur eſſe imperfectio abdicare dominium ex indifferentia, & libertate propriæ voluntaria, nam ſicuti Deus non poteſt ab extrinſeco, & ex neceſſitate priuari exercitio dominij in aliquam creaturam, bene tamen ab intrinſeco, & ex decreto libero propriæ voluntatis, vi cuius ſi decernat æternam, v.g. conſeruationem Angeli, non poteſt ſtante tali ſuppoſitione exercere circa ipſum quodlibet dominium, ipſum etiam deſtruendo; ita licèt non poſſit abdicare dominium ex indigentia, &c. Sed contra, ſicuti Deus neque 12.
etiam ex indifferentia, & libertate propriæ voluntatis, poteſt à ſe abdicare omnipotentiam, v.g. Immenſitatem, aliamve aliquam perfectionem intrinſecam, ita nec dominium, quod eſt & ipſum perfectio Dei intrinſeca, ac neceſſaria. Quoad exercitium dominij eſt ratio valdè diuerſa, vtporè quod eſt actio ad extra, Deo extrinſeca, & libera, non minùs, quàm exercitium omnipotentiæ, miſericordiæ, &c. Propterea ſicuti poteſt carere exercitio omnipotentiæ, non omnipotentiâ ipſa; exercitio miſericordiæ, non miſericordiâ ipſa ita, &c. Nec impedimentum exercitij dominij pugnat cum dominio; nam etiam in humanis amentes, & paruuli, habent dominium, & tamen habent impeditum exercitium: ſolùm igitur impedimentum exercitij dominij officit dominio, quando prouenit ex iure actiuo alterius, cui per exercitium iniuria fieret, & iuſtitia violaretur, non quando prouenit, aùt ex imbecillitate ſubiecti, vt in paruulis, & amentibus; aut ex alia virtute à iuſtitia, putà ex religione, quæ, dum prohibbet in die feſto opera ſeruilia, impedit, ne Dominus exerceat dominium in ſeruum vtendo ipſo ad talia opera; aut ex determinatione libera propriæ voluntatis, vt in Deo impediente ſibi deſtructionem Angeli, & exercitium dominij in tali deſtructione eluceſcens.

Cur Deus carere poſſit exercitio dominij, nō dominio ipſo.

Impedimentum exercitij dominij, quandonam auferat dominium, quādo non.

Dices tertiò ad ſecundam probationem antecedentis de dominij acquiſitione; licèt Deus nunquam careat dominio alto, & ſupremo, caret tamen dominio baſſo, & inferiori: ergo ſaltem hoc dominium inferius, & baſſum poteſt de nouo acquirere, ſi creatura cedat iuri ſuo, & dominium proprium In Deum transferat. Sed contra dominium 13.
baſſum non eſt, niſi dominium dependens, & impefectum, quod per conſequens Deo conuenire non poteſt, ſicque, nec altum, nec baſſum dominium poteſt de nouo Deus acquirere: non altum, quia ipſo nunquam carere poteſt, non baſſum, quia ipſum nunquam habere poteſt. Vnde ſicuti Deus transferre non poteſt in creaturam dominium altum ſibi proprium, ita nec creatura dominium baſſum ſibi proprium transferre poteſt in Deum, ex quo confirmatur repugnantia commutationis dominiorum, & iuſtitiæ commutatiuæ inter creaturas, & Deum.

Deus nec altum, nec baſſum dominium poteſt de nouo acquirere.

§. III.

Vtrùm in Deo detur propria Iuſtitia Diſtributiua?

14.
Non datur in Deo propria iuſtitia diſtributiua.

ASSERTVM: Non datur in Deo propria iuſtitia diſtributiua. Ita Vaſquez 1. *part. diſp.*86. Hérincx, Molina, Ioan. Lugus, Amicus, Leſſius *locis citatis, in ſuperiori* §. contra aduerſarios aſſerti ibi poſiti, & inſuper contra Ioannem à S. Thoma 1. *part. quæſt.*21. *diſp.*6. *art.*4. & omnes, quos viderim, *Thomiſtas.*

Iuſtitia diſtributiua, quomodo reſpiciat æqualitatem geometricã, ſeu proportionum?

Probatur : Iuſtitia diſtributiua reſpicit æqualitatem, non Arithmeticam, quæ eſt rei ad rem, vnius ad vnum; ſed Geometricam, ſeu proportionum, quæ eſt vnius Proportionis ad alteram, duorum ad duo, & qui ex iuſtitia diſtributiua communia bona, aut onera diuidit, non attendit præcisè ad conditionem cuiuſlibet perſonæ ſecundùm ſe, ſed ad proportionem vnius perſonæ cum altera; at Deus in largitione præmiorum, & inflictione pœnarum non reſpicit æqualitatem Geometricam, nec attendit ad proportionem vnius perſonæ cum alterâ: ergo. Maior eſt communis explicatio iuſtitiæ diſtributiuæ tradita ab Ariſtotele 5. *Ethic.* & à D.Thom. 2.2. *quæſt.*61. *art.*2. *in C.& art.*4. *ad* 2. vbi habet: *In iuſtitia diſtributiua non attenditur æqualitas eius, quod quis accipit ad id, quod ipſe impendit; ſed ad id, quod alius accipit ſecundùm modum vtriuſque perſonæ.* Minor probatur: Deus largitur præmia, & infligit pœnas, attendendo præcisè ad merita, & demerita cuiuſcumque perſonæ ſecundùm ſe, vt inuenitur ex Rom. 2. *Qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.* Et Apocal. 18. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum:* Et vnumquemque præmiat, & punit independenter ab alijs æquè, ac ſi ille ſolus præmiandus eſſet, aut puniendus.

15.
In largitione bonorum naturalium, non ſeruat Deus diſtributiuam iuſtitiam.

Multò minùs ſeruat Deus iuſtitiam diſtributiuam, aut attendit æqualitatem Geometricam in largitione bonorum naturalium, in hac enim reſpicit, quid cuique ſecundùm propriam naturam conueniat, non quid alijs tribuerit, aut tribuendum ſit: Nec hominem, v.g. bipedem facit, quia fecerit leonem quadrupedem; ſed quia ſic erat vtriuſque naturæ congruum; & propriæ voluntati beneplacitum. Confirmatur: Reſpicere æqualitatem Geometricam in diuiſione bonorum communium, & largitione præmiorum oritur ex imperfectione; ſcilicet ex eo, quod commune ærarium non ſit in exhauſtum, & bona Reipublicæ ſint limitata; ſed Deus longè abeſt ab huiuſmodi imperfectione: ergo ipſe non reſpicit æqualitatem Geometricam, nec per conſequens ſeruat diſtributiuam iuſtitiam. Minor patet.

16.
Iuſtitia diſtributiua oritur ex imperfectione, ſcilicet ex limitatione bonorum Reipublicæ.

Maior probatur: Si humana Reſpublica deberet ſingulis date quantum abſolutè merentur, facilè contingeret à paucis exhauriri commune ærarium, & abſorberi Reipublicæ bona; ſicque reliqui neceſſariò remanerent impræmiati; ad occurrendum huic incommodo orto ex limitatione bonorum, & exhauribilitate ærarij; ita præmia, & bona communia diſtribuuntur, vt reſpiciatur non præcisè meritum ſingulorum; ſed proportio omnium meritorum inter ſe, & ita ſe habeat præmium ad præmium, ſicuti meritum ad meritum, ex quo fit, vt quo plura ſunt merita, eo minus præmium ſin-
gulis correſpondeat: Et hinc conſequitur 17.
ad diſtributiuam iuſtitiam, ſeu æqualitatem Geometricam, aliud incommodum, occaſio ſcilicet inuidendi virtuti, ac merito cæterorum, & optandi, ne in pluribus virtutum cultus, meritorumque cumulus augeatur, dum ſtante limitatione bonorum diſtribuendorum, quo maiora, plurave merita concurrunt, minor portio ſingulis contingit in præmium; ex quo etiam capite ſentiendum eſt non attendere Deum ad æqualitatem geometricam, & diſtributiuam iuſtitiam.

Dices: hæc omnia ad ſummum ſuadere, quod Deus non teneatur ex imperfectione quodammodo ſui ærarij, & Patrimonij, aut ex lege ſuperioris, à quo habeat demandatam bonorum diſtributionem ad reiiciendam æqualitatem geometricam, ſeruandamque diſtributiuam iuſtitiam; at non probari, quin ſeruare poſſit huiuſmodi æqualitatem, ſi velit, cum ipſe non ſit alligatus vni potius, quàm alteri modo diſtribuendi ſua
bona, & largiendi ſua dona. Sed contra, 18.
ſicuti non eſt iuſtitia commutatiua ſeruare æqualitatem Arithmeticam ſine obligatione iuſtitiæ, & Deus ex hoc capite, quamvis fortè præmiet ad Arithmeticam æqualitatem, iuſtitiam commutatiuam non exercet; ita non eſt iuſtitia diſtributiua ſeruare abſque eadem obligatione æqualitatem Geometricam; & Deus præmiando, vt poſſet ad geometricam æqualitatem, non exerceret diſtributiuam iuſtitiam defectu obligationis, quam ipſe, neque etiam dependenter à proprio decreto libero, & pacto voluntario, poteſt ex iuſtitia contrahere, vt §. *ſequenti* tradetur, licèt igitur quia Deus non eſt alligatus vni potiùs, quàm alteri modo diſtribuendi ſua bona, poſſit in tali diſtributione ſeruare, quam maluerit, æqualitatem, non poteſt exercere iuſtitiam, quia ſiue hanc, ſiue illam æqualitatem ſeruet neutram, aut ſeruat, aut ſeruare poteſt ex obligatione rigoroſæ iuſtitiæ.

Deus poteſt in diſtributione ſuorũ bonorum ſeruare tum arithmeticam, tum geometricam, æqualitatem.

Dices inſuper ex Ioanne à S. Thoma 1. *part. q.*21. *diſp.*6. *art.*6. *num.*15. Iuſtitiam diſtributiuam per ſe, & ab intrinſeco ſolùm requirere, quod detur aliquid alicui ex debito dignitatis ipſius, non ex debito rei ab ipſo acceptæ, & differre formaliter iuſtitiã diſtributiuam à cõmutatiua per hoc, quod iſta reſpiciat proportionem rei ad rem, illa proportionem rei ad dignitatem. Cæterum præſcindere deinde ab eo, quod res illa, vel dini-

datur

darur inter multos, vel vni detur, & quando inter multos diuiditur nihil obeſſe, quod diuiſio fiat ſecundùm proportionem Arithmeticam, cum præcipuè hæc cum Geometrica, quam potiſſimè diſtributiua iuſtitia reſpicit, non pugnet, imò, vt tradunt Suarez *in opuſc. de Iuſtitia, ſect. 3. num. 4.* & Lugus *1. part. lib. 1. diſp. 36. cap. 5. num. 4.* optimè poſſit Geometrica in Arithmetica fundari; nam ſicut ſe habet integer denarius diurnus ad laborem integri diei; ita ſe habet dimidia pars denarij ad laborem ſemi-diei, & tamen in vtraque illarum diſtributionum ſeruatur perfecta æqualitas Arithmetica laboris ad mercedem. Ex eo igitur, quod Deus vel ſeruet æqualitatem Arithmeticam in præmiando, vel præmiet vnum independenter ab alio, non ſufficienter ab ipſo excluditur diſtributiua iuſtitia, dummodo id, quod dat, det iuxta proportionem rei ad dignitatem, non iuxta proportionem rei ad

19. rem, dati, & accepti. Sed contra confunditur obiectum materiale iuſtitiæ diſtributiuæ cum ipſius ratione formali, ſeu modo procedendi; & licèt iuſtitia diſtributiua, vt plurimum reſpiciat proportionem ad dignitatem; huiuſmodi tamen dignitas materialiter ſe habet, niſi reſpiciatur per proportionem Geometricam, & proportione Arithmeticâ etiam iuſtitia commutatiua poteſt reſpicere dignitatem; non poteſt igitur diſtributiua iuſtitia à Geometricâ proportione præſcindere, nec quando aut res conferenda per diſtributiuam Iuſtitiam indiuiſibilis eſt, aut vnus tantùm dignus inuenitur, cui conferri poſſit, deficit proportio Geometrica, ſed vt ait Eſparza *lib. 8. quæſt. 18. art. 2. ad 8.* in eo euentu facienda eſt comparatio tum digni cum indignis, vel cum habentibus alias ſimiles res indiuiſibiles, putà officia, beneficia, tum ipſius rei indiuiſibilis, putà Officij, Beneficij, cum officiis, & beneficiis aliorum. Quod additur proportionem

Iuſtitia diſtributiua non poteſt præſcindere à proportione geometrica.

20. Arithmeticam cum Geometrica non pugnare; imò in Arithmetica quandoque Geometricam fundari ſuadet ad ſummum poſſe aliquando in eadem materia ſub diuerſa ratione, & proportione exerceri vtramque iuſtitiam, at non poſſe vel exerceri iuſtitiam commutatiuam attendendo ad proportionem Geometricam, vel exerceri Iuſtitiam diſtributiuam attendendo ad proportionem Arithmeticam, ſolùm igitur habenda eſt ratio proportionis, quæ per ſe in actione aliqua attenditur, & primariò conſideratur, vt dignoſcatur ad quamnam Iuſtitiam talis actio pertineat; quod deinde, dum quis intendit ſeruare proportionem Arithmeticam, ſeruet ſimul Geometricam, vel è contra, per accidens eſt, nec aut in primo euentu diſtributiua, aut in ſecundo commutatiua iuſtitia conſurgit, vt exemplificat Vaſques *1. part. diſp. 86. c. 3. num. 19.*

Iuſtitia diſtributiua, & commutatiua aliquando poteſt in eadem materia exerceri.

21. Ex impugnatione ſuperioris inſtitiæ deſtruitur fundamentum, quo *Caietanus* conatur ſtabilire in Deo diſtributiuam iuſtitiam; ita arguens, ad iuſtitiam diſtributiuam pertinet vnumquemque in ſuo loco, & ordine collocare, ſed Deus reddendo ſupplicia, & præmia, vnumquemque in ſuo loco, & ordine collocat: ergo. Deſtruitur inquam, quia, ſicuti reſpicere perſonæ dignitatem, ita collocare vnumquemque in ſuo ordine, non pertinet ad diſtributiuam Iuſtitiam, niſi id præſtetur ſeruata Geometricâ proportione; & ſicuti poteſt etiam per proportionem Arithmeticam fieri, vt contingeret in debitore ſoluente ſingulis creditoribus debita; ita poteſt ad Iuſtitiam etiam commutatiuam pertinere. Reſpectu Dei tamen ad neutrum pertinet; quia quamcumque proportionem ipſe ſeruet, ſeruat ſine obligatione Iuſtitiæ, pro cuius pleniori probatione ſit

Collocare vnumquemque in ſuo ordine non eſt propriũ Iuſtitiæ diſtributiuæ.

---

§. IV.

Vtrùm ſaltem dependenter à promiſſione, & pacto poſſit dari in Deo obligatio ex particulari rigoroſa Iuſtitia? &c.

22. ASSERTVM: Neque etiam dependenter à promiſſione liberâ, & pacto ipſius Dei, dari poteſt in Deo obligatio ex particulari rigoroſa iuſtitia. Hoc aſſertum habet eoſdem reſpectiuè propugnatores, & oppugnatores, quos duo aſſerta ſuperiora.

Obligatio iuſtitiæ neque etiam dependenter à promiſſione dari poteſt in Deo.

Probatur primò: Vbi non poteſt eſſe abdicatio dominij, non poteſt eſſe obligatio ex particulari rigoroſa iuſtitia; ſed in Deo neque etiam dependenter à promiſſione, alióve quovis actu libero propriæ voluntatis, eſſe poteſt abdicatio dominij: ergo neque etiam dependenter à promiſſione, &c. dari poteſt in Deo obligatio, &c. Minor habetur ex *ſuperiori* §. Corroboratur ex eo, quod creatura non poſſit carere ſeruitute etiam correlatiuâ ad Dei dominium. Colligitur ex pluribus Scripturæ locis, in quibus Deo tribuitur perfectiſſima ratio dominij, vt videre eſt apud Leſſium *de diuin. perfection. lib. 10. cap. 3.* Maior probatur: Qui habet ex particulari rigoroſa Iuſtitia obligationem dandi rem aliquam alteri, non habet ampliùs perfectum dominium talis rei: ergo ad obligationem ex iuſtitia neceſſariò ſequitur aliqua amiſſio, ſeu abdicatio dominij: ergo vbi non poteſt eſſe abdicatio dominij, non poteſt eſſe, &c. Antecedens probatur: Qui habet ex rigoroſa Iuſtitia obligationem dandi rem aliquam alteri non poteſt ſine alterius iniuria ad libitum diſponere de tali re; nam non poteſt de tali re diſponere altero inuito ſine violatione iuſtitiæ, ex qua alteri obligatur, adeoque ſine iniuria, quæ non eſt, niſi violatio iuſtitiæ; ſed in poſſe diſponere de re aliqua ad libitum ſine alterius iniuria conſiſtit perfecta ratio dominij: ergo. Nec refert, quod

23. Deus ex libertate contraxerit talem obligationem; nam ex vna parte obligatio etiam liberè contracta inducit abdicationem dominij, vt patet in hominibus, inter quos

Obligatio Iuſtitiæ etiã liberè contracta indu-

per

Digitized by Google

cit abdicationem dominij.

per contractus voluntarios liberè initos dominia transferuntur. Ex alia parte Deo, neque etiam liberè conuenire poteſt dominij abdicatio: ergo conuenire nequit Deo obligatio iuſtitiæ, etiam liberè contracta, dum ex tali obligatione etiam liberè contracta ſequitur abdicatio dominij. Nec item refert, quod ſit in Dei poteſtate obtinere à creata voluntate quemcumque voluerit conſenſum; ideò poſita etiam obligatione iuſtitiæ ad dandam rem aliquam alteri, poſſe ſine alterius iniuria talem rem, aut negare, aut ad quemcumque vſum adhibere, quia iniuria non fit niſi inuito iuxta illud tritum *volenti & conſentienti non fit iniuria.* Deus autem poteſt mouere efficaciter alterum ad conſentiendum negationi, aut alij cuicumque vſui; ſicque, aut negare, aut ad quemcumque vſum adhibere altero non inuito. Non re-

24\. Dominium perfectum, eſt poſſe vti re, non requiſito conſenſu etiam infallibiliter obtinendo.

fert inquam, quia perfectius dominium eſt poſſe re aliquâ vtcumque vti, etiam altero diſſentiente, & inuito, quàm poſſe vtcumque vti ſolum ex ſuppoſitione conſenſus, licèt talis conſenſus ſit ſemper infallibiliter obtinendus: illud enim dominium eſt magis abſolutum, & magis independens ab extrinſeco. Ideò &c.

25\. Probatur ſecundò: Creatura neque etiam dependenter à promiſſione libera & pacto Dei poteſt habere ius actiuum rigoroſæ iuſtitiæ aduersùs Deum: ergo neque etiam dependenter à promiſſione libera, & pacto Dei dari poteſt in Deo obligatio, &c. Conſequentia patet, quia obligatio iuſtitiæ eſt debitum paſſiuum, cui non poteſt non correſpondere ius actiuum, nec aliunde diſtinguitur obligatio iuſtitiæ ab obligatione, vel fidelitatis, vel veracitatis; niſi quia illa ſupponit ius actiuum alterius, & proximè oritur ex aliena voluntate, iſta non ſupponit ius actiuum alterius, & oritur ex propria perfectione eius, qui obligatur, vnde implens obligationem iuſtitiæ implet, quia ſic placet alij, implet in bonum alienum, implet ex iure acquiſito alteri, qui propterea eximitur à debito gratiarum actionis; at implens obligationem, vel fidelitatis, vel veracitatis, implet, quia ſic congruit ſibi, propriæque perfectioni, implet in bonum proprium, implet ex gratia, ſeu gratioſè, & cum merito gratiarum actionis. Ex quo obiter patet, cur excludenda ſit à Deo obligatio iuſtitiæ potiùs, quàm fidelitatis, aut veracitatis.

Diuerſitas obligationis Iuſtitiæ ab obligatione fidelitatis, vel veracitatis.

Antecedens primi argumenti probatur primò: Nullum ius creaturæ poteſt

26\. Creatura nō poteſt habere ius actiuū rigoroſæ iuſtitiæ aduerſus Deum.

eſſe independens à iure Dei; ſed ius dependens à iure Dei, non poteſt eſſe ius actiuum rigoroſæ iuſtitiæ, aduersùs Deum: ergo. Minor patet, ius dependens à iure Dei reſoluitur in ipſum ius Dei; ſicuti igitur ius ipſum Dei eſſe non poteſt ius actiuum rigoroſæ iuſtitiæ aduersùs Deum, alioqui daretur rigoroſa iuſtitia eiuſdem ad ſeipſum; ita etiam ius dependens à iure Dei non poteſt eſſe, &c. Confirmat hoc paritas ſerui, qui formaliter, vt ſeruus eſt, nequit habere ius actiuum rigoroſæ iuſtitiæ aduersùs Dominum; nonniſi quia quodlibet ius ſerui formaliter vt ſerui eſt dependens à iure Domini. Maior probatur: Tum quia creatura eſt eſ- 27.

Nullum ius creaturæ poteſt eſſe independens à iure Dei.

ſentialiter in omnibus ſerua Dei, nec habet reſpectu ipſius maiorem ſubiectionem Phyſicam, quàm moralem; ſicuti igitur ratione ſubiectionis phyſicę quoad omnes ſuas actiones immediatè pendet à concurſu Dei, ita ratione ſubiectionis moralis quoad omnia ſua iura immediatè pendet à iure Dei, tum quia ius nullum actiuum obligat ex rigoroſa iuſtitia, niſi dependenter à lege obligante in conſcientia, ſed nulla lex obligat in conſcientia, niſi dependenter à iuriſdictione, & iure Dei: ergo nullum ius actiuum obligat, &c. Ergo nullum ius creaturæ poteſt eſſe, &c. vt fuſiùs probat Eſparza *lib.8. quæſt.4. & 5.* Antecedens primi Argumenti probatur ſecundò: Si creatura dependenter à promiſſione Dei poteſt habere ius actiuum, &c. Vel 28.

Promiſſio ex ſe ſolùm inducit obligationem fidelitatis.

huiuſmodi ius oritur præcisè ex ipſa promiſſione, vel ex aliqua actione creaturæ ſuppoſitâ promiſſionis conditione; non primum, quia promiſſio ex ſe præcisè inducit obligationem ſolius fidelitatis, cui nullum correſpondet ius actiuum in eo, cui facta eſt promiſſio. Non ſecundum, quia quælibet actio creaturæ eſt Dei, & à Deo, ex actione autem vel re propriâ, & ſub proprio dominio ſimpliciter exiſtente, non poteſt quis contrahere aliquam obligationem, quomodo enim perceptibile eſt obligari aliquem ex re, de qua tanquam propriâ poteſt quomodocumque voluerit diſponere: Ergo Deus ex actione creaturæ etiam ſuppoſitâ conditione promiſſionis non poteſt magis obligari, quàm ex ipſa promiſſione præcisè, ſicque non magis, quàm ex fidelitate. Quadrat hic etiam exemplum ſerui, ex cuius actione etiam ſuppoſita promiſſione Domini non poteſt oriri ius aliquod rigoroſæ iuſtitię aduersùs Dominum, niſi quoad talem actionem fuerit exemptus à ſeruitute, quomodo non erit actio ſerui, formaliter vt ſerui: nec inde ſumi poterit argumentum pro creatura in ordine ad Deum, reſpectu cuius nullatenùs poteſt creatura eximi à ſeruitute, nec operari poteſt, niſi vt ſerua.

Promiſſio Dei eſt pura declaratio voluntatis Dei.

Probatur tertiò: Promiſſio Dei nihil eſt aliud, quàm declaratio diuinæ voluntatis, ſeu diuini propoſiti de re aliqua alicui præſtanda, & ſicuti quælibet diuina loquutio æquiualet iuriiurando; ita quælibet declaratio 29.
propriæ voluntatis à Deo facta æquiualet promiſſioni; imò promiſſioni iuratæ: Ergo non oritur maior obligatio ex diuina promiſſione, quàm ex decreto, & propoſito ipſius diuinæ voluntatis; ſed ex hoc non oritur, niſi obligatio fidelitatis: ergo etiam ex illa: ergo neque etiam dependenter à promiſſione liberâ, &c. Antecedens traditur à Suarez *in opuſc. de diuina libertate, diſp. 2. ſect.2. num.23.* Leſſio *de perfectionibus diuinis, lib.13. cap.2. num.11.* Bonauent. Scoto, Durando, & aliis pluribus apud Montoyam *diſp. 56. de volunt. Dei, ſect.7.* & ſufficienter ſuadetur ex immutabilitate, & conſtantia diuinæ voluntatis, ratione cuius diuina decreta, & propoſita, abſque vlla ſuperaddita

Propoſitum voluntatis non inducit obligationē.

dita obligatione maximam infallibilitatem, firmitatemque ſortiuntur. Subſumptum probatur ex Diuo Thoma 2.2. *quaſt.*88. *artic.*1. vbi docet votum non conſiſtere in ſolo propoſito voluntatis, quia huiuſmodi propoſitum ſecundùm ſe nullam inducit obligationem, & communiter tradunt Doctores ſimplicem aſſertionem, ſeu manifeſtationem propoſiti voluntatis differre à promiſſione in eo, quod iſta, non illa afferat obligationem.

Obligatio iuſtitiæ ſi in Deo poneretur ſuperflueret.

30. Confirmatur: Si diuina promiſſio induceret obligationem iuſtitiæ induceret obligationem ſuperfluam: ergo non iodocit obligatiooem iuſtitiæ. Antecedens probatur: Obligatio iuſtitiæ ponitur quodammodo in ſubſidium fidelitatis, & conſtantiæ; vt ſcilicet, ſi cui fidelitas, & conſtantia, non ſufficiat ad ſtandum promiſſis, occurrat vis coactiuæ iuſtitiæ: ergo vbi fidelitas, conſtantia, & immobilitas voluntatis firmiſſima prorſus eſt, & quibuſlibet promiſſis implendis ſufficientiſſima, ſuperfluit obligatio iuſtitiæ. Ex quo patet cur habeamus ſpem certiſſimam obtinendi gloriam à Deo nobis promiſſam, etiamſi nullum habeamus ad talem gloriam ius iuſtitiæ, nec Deus, vllam iuſtitiæ obligationem.

31. Reſpectu Dei non datur ex iuſtitia obligatio realis.

Ex eo quod iuxta ſuperiùs probata eſſentiale ſit Deo, & habere perfectiſſimum rerum omnium dominium, & excludere quamcumque obligationem iuſtitiæ, ſequitur primò contra Ruix *ſuprà citatum* §. 2. reſpectu Dei non ſolùm non poſſe dari iuſtitiam inductiuam obligationis perſonalis, quæ ſcilicet primariò, directè, & principaliter deuinciat Perſonam ipſam Dei, ſed nec inductiuam obligationis realis, quæ ſcilicet primariò, & directè afficiat rem, oriaturque ex iure, quod dici ſolet ius in re. Enimverò etiam huiuſmodi obligatio officit perfecto, & abſoluto dominio Dei, qui ſine violatione iuris realis, adeoque ſine iniuria habentis tale ius, non poſſet diſponere vtcumque de re, in quam caderet obligatio realis etiam reſpectu Dei; accedit quod obligatio realis eſt etiam iodirectè perſonalis, quatenùs ius in re fundans obligationem realem importat facultatem diſponendi de tali re ſine iniuria inimpedibilem ab aliis, adeoque transfundit quodammodo in alios obligationem perſoaalem non impediendi facultatem diſponeodi pro libito.

Obligatio realis dicit indirectè obligationē perſonalem.

32. Sequitur ſecundò *contra Ripaldam*, Non ſolùm non poſſe Deum ex iuſtitia obligari quoad potentiam extraordinariam; ſed nec quoad ordinariam; Adeò 'vt Deus etiamſi per impoſſibile negaret creaturis bona debita vtendo ſolâ potentiâ ordinariâ, adhuc non inferret iniuriam. Ratio eſt quia de potentiâ etiam ſolùm ordinariâ Deus habet in res omnes perfectum, abſolutumque dominium, ius omnia ſibi ſubordinans; promiſſiones non inducentes obligationem maiorem, quàm inducant propoſita, & decreta diuina nudè ſumpta. Dixi etiamſi per impoſſibile; nam quod ait *Ripalda* Deum illaturum iniuriam creaturæ, ſi neget bona ipſi debita vtendo ſola potentiâ ordinariâ inuoluit conditionem impoſſibilem; nam negatio boni debiti eſt formalis vſus potentiæ extraordinariæ, ſi igitur ponatur talis negatio vtendo ſolâ potentiâ ordinariâ, formalis vſus potentiæ extraordinariæ ponetur vtendo ſolâ potentiâ ordinariâ & per conſequens formalis vſus potentiæ extraordinariæ erit vſus ſolius potentiæ ordinariæ, quæ eſt manifeſta contradictio; propterea, vt infert Eſparza *lib.*8. *quaſt.*19. *art.*5. prædictus Auctor tenetur dicere nullum verum ius conuenire poſſe creaturæ aduersùs Deum, ſed tantùm chymericum, vtpotè inducens obligationem pro euentu tantùm chymerico.

Non ſolùm potentia extraordinaria; ſed nec ordinaria in Deo eſt capax obligationis ex iuſtitia.

33. Deus perſonas non accipit, etiamſi bona diſtribueret ſine proportione.

Sequitur tertiò Non poſſe Deum Perſonas accipere, etiamſi reddendo ſupplicia, & præmia, proportionem non ſeruaret; ratio eſt quia acceptio Perſonarum diſtributiuæ iuſtitiæ opponitur, adeoque eſſe non poteſt, niſi in ſubiecto capaci iuſtitiæ, contraria enim cum ſe mutuo à ſubiecto expellant, idem ſubiectum reſpiciunt, & dum dicitur, vbi non ſeruatur diſtributiua iuſtitia, committi acceptionem Perſonarum, id non verificatur, niſi reſpectu ſubiecti capacis, & proportionati. Accedit quòd Perſonarum acceptio non contingit, niſi in diſtributione rerum, quæ debentur ex iuſtitia. Deus autem nihil ex iuſtitia debet, & nec ſeruando proportionem, iuſtitiam; nec non ſeruando, iniuſtitiam, acceptionemve perſonarum committit. Eodem modo probatur non poſſe Deum creaturis inferre iniuriam vllam, neque etiam contra commutatiuam iuſtitiam, cum ipſe ab omni prorsùs iuſtitiæ, non minus commutatiuæ, quàm diſtributiuæ debito immunis ſit.

34. Obligatio iuſtitiæ generalis, & legalis, cur non dicat imperfectionem.

Sequitur quartò Obligationem iuſtitiæ generalis, & legalis non dicere imperfectionem, quam dicit obligatio iuſtitiæ particularis præſcindentis à commutatiua, & diſtributiua: huius enim obligationis tota imperfectio prouenit ex eo quod pendeat à iure actiuo alterius, & ab extrinſeco; neſcia eſt huius imperfectionis obligatio iuſtitiæ legalis, prouenit quippè à naturali ratione boni communis: cuius Auctor, cauſa, & radix Deus eſt; & Deum reſpicere exigentiam boni communis in re idem eſt, ac reſpicere exigentiam propriæ perfectionis. Oritur igitur in Deo obligatio iuſtitiæ legalis non ab extraneo iure; ſed ab intrinſeco, eademque de ipſa, ac de obligatione fidelitatis, & veracitatis eſt ratio.

---

§. V.

Vtrùm ad Deum poſſit dari in creatura obligatio ex particulari rigoroſâ iuſtitiâ?

ASSERTVM: Non poteſt dari in creatura ad Deum, ſeu reſpectu Dei obli- 35.

Creaturæ ad

Q

Deum dari non poteſt obligatio rigoroſæ iuſtitiæ.

obligatio ex particulari tigoroſa iuſtitia. Ita Vaſquez 1. *part. diſp.*85. *num.*24.1.2. *diſput.* 223. *cap.* 2. & 3. 3. *part. diſputat.*7. Am cus *de Iuſtitia & iur. diſput.*11. *ſect.* 17. *num.*244. Eſpaiza *lib.*8. *quæſt.*20. Ouiedus 1.2. *tract.*9. *controuerſ.*8. *punct.*4. *num.*16. & alij, quibus cum aliqua limitatione adhæret Ioannes Lugus *de Incarnat. diſp.*4. *ſect.*3. *num.*55. contra Suarez *in opuſc. de Iuſtitia Dei, ſect.*2. *num.*9. & 3. *part. tom.*1. *diſp.*4. *ſect.*5. *tom.*4. *diſput.*2. *ſect.*3. & *diſp.*15. *ſect.*3. Franciſcum Lugum 1. *part. lib.*1. *diſput.*36. *cap.*4. Arriagam 1. *part. diſp.*31. *ſect.*6. &c.

Iuſtitia requirit alteritatem moralem, non phyſicam.

Probatur primò : Non poteſt dari in creatura reſpectu Dei iurium, & dominiorum alteritas : ergo non poteſt dari in creatura reſpectu Dei obligatio, &c. Conſequentia patet, quia iuſtitia eſt virtus inclinans ad dandum ius ſuum alteri ; non poteſt autem eſſe ſuitas, & meitas, vt ita loquar, iuria, vbi non eſt iuris alteritas ; nec iuſtitia eſt ad alterum alteritate entitatiua, & phyſica ; ſed dominatiua, & morali ; vnde qui habet diuerſitatem, ſeu alteritatem iurium poteſt circa ſe ipſum exercere iuſtitiam ; ſic tutor, qui bona propria impenderit in pupilli vtilitatem, poteſt ſibi ipſi ex iuſtitia ſatisfacere ex bonis pupilli. Antecedens probatur :
36. Creatura comparata ad Deum ſui iuris non eſt ; ſed eſt ſub iure, & dominio Dei ſtrictiùs, quàm inter homines ſeruus ſit ſub Domini dominio ; nec Deus dando aliquid creaturæ amittit dominium eius, quod dat, quin potius communicando creaturis bona, & dona ſua perfectiori modo Dominus fit, fit ſcilicet Dominus in actu exercito, cum anteà Dominus eſſet ſolùm in actu ſignato. Appoſitè hic recurrunt argumenta, quibus *ſuprà* §. 2. probabatur non poſſe Deum à ſe dominium aliquod abdicare.

Deus dando bona ſua creaturis fit ipſarũ perfectiùs Dominus.

Dices ex eo, quod Deus habeat abſolutum, & inabdicabile dominium rerum omnium, non ſufficienter probatur non poſſe earundem rerum dari in creatura dominium diuerſum, & alterum à dominio Dei, tum quia probabile eſt poſſe eiuſdem rei dari dominium duorum, vel plurium inſolidum, vt videre eſt apud Arriagam *prima parte, diſputatione* 30. tum quia dominium altum Principis in omnia bona ſubditorum non impedit, quin ſubditi ratione dominij baſſi habeant ſufficientem alteritatem reſpectu Principis ad obligationem iuſtitiæ ; ſed
37. contra dominium Dei perfectiſſimum eſt ; nec ad aliquod genus limitatum, ſed cuiuſcumque generis iura, & dominia perfectiſſimè continens, omniaque ſibi inabdicabiliter ſubiiciens ; quamvis igitur dominium creatum ratione ſuæ limitationis poſſit circa eandem rem admittere, præſertim in diuerſo genere, conſortium alterius à ſe independentis, & ſufficientis ad fundandam obligationem iuſtitiæ ; non ſit tamen dominium diuinum. Hinc ad primam probationem in oppoſitum, quidquid ſit de duplici dominio inſolidum, quando vtrumque creatum, & limitatum eſt, repugnat dominium inſolidum comparatiuè ad dominium Dei omnia dominia abſorbentis, omnia iura ſibi ſubiicientis. Ad ſecundam
dico dominium altum Principis creati eſſe 38.
limitatum ad proprium genus, nec continere dominium baſſum, ſicque habere ab ipſo ſufficientem alteritatem ratione cuius ſubditi poſſint Principi ex iuſtitia obligari ; hoc dominio alto Principis longè altius eſt dominium Dei, quod ratione illimitationis in omni genere dominia etiam baſſa creaturarum continet, non quidem formaliter, qua ratione *ſuprà ad calcem* §. 1. dicebamus Deum habere non poſſe dominium baſſum, benè tamen eminenter, ideò dominium creatorarum non eſt ſimpliciter alterum à dominio Dei. Neque dicas hoc modo in re negari creaturis omne verum dominium : contra enim negatur creaturis omne verum dominium reſpectiuè ad Deum ; conceditur tamen reſpectiuè ad alias creaturas. Neque vrgeas ex Arriaga 1. *part. diſputat.* 31. *num* 27. dominium non eſſe reſpectiuum ad aliam Perſonam ; cum enim definiatur poteſtas diſponendi ſine iniuria alterius, in ipſa etiam definitione dominij exprimitur reſpectus ad alterum.

Dominium duplex inſolidum, ſaltem comparatiuè ad Deum repugnat.

Dominium altum Dei, & Principis creati quomodo differant.

Creaturis conuenit dominium reſpectiuè ad alias creaturas, non reſpectiuè ad Deum.

Probatur ſecundò : Deus non poteſt à
creatura exigere aliquid ex particulari ri- 39.
goroſa iuſtitia, ſeu non habet aduerſus creaturam ius actiuum rigoroſæ iuſtitiæ : ergo in creatura ad Deum non poteſt dari obligatio ex particulari rigoroſa iuſtitia. Conſequentia patet, quia non poteſt dari ius paſſiuum, & obligatio dandi, ſine iure actiuo, & poteſtate exigendi ex iuſtitia, vt conſtat ex ſecunda probatione *aſſerti poſiti in* §. *ſuperiori.* Antecedens probatur primò : Nemo poteſt ex iuſtitia exigere ab aliquo id quod iam habet ſub proprio dominio tum iuris, tum etiam facti ; ſed creatura nihil habet aut habere poteſt, quod reſpectu Dei non ſit ſub proprio ipſius dominio, tum iuris, tum facti : ergo. Minor euincitur ex perfectione diuini dominij eſſentialiter illimitati in 40.
omni genere, non eſſet autem huiuſmodi, ſi aut quoad iura, aut quoad factum res aliqua ipſum ſubterfugeret. Maior probatur, quia ex vna parte id quod iam eſt ſub proprio dominio iuria, & facti, non poteſt magis acquiri, ex alia parte, licèt ex iuſtitia exigatur rei propriæ reſtitutio ; tamen huiuſmodi res quando exigitur, eſt propriè de iure tamen, non de facto, ſeu eſt ſub proprio dominio iuria, non facti. Neque dicas non habet Deus dominium facti ſuper operationes nondum à parte rei poſitas : Ergo ſaltem quoad huiuſmodi operationes ex hoc capite nihil obſtabit, quin poſſit ipſas Deus à creatura ex iuſtitia exigere. Contra enim ſupra operationes nondum à parte rei poſitas habet Deus dominium facti, non quidem ratione ipſarum præcisè, cum in ſe non exiſtant ; benè tamen ex ratione virtutis

Dominium aliud iuris, aliud facti.

produ

Creatura naturaliter fructificat Deo, vt Arbor Domino.

productiuæ ipſarum, à qua quandocumque, vbicumque, & quomodocumque producantur, de facto ſunt ſub actuali dominio abſque vlla traditione factâ a creatura, omnis quippe creatura naturali iure fructificat Deo, non minus, quàm arbor Domino ſuo, & omnes creaturarum operationes, etiamſi liberè, & ſuperogationis, ſunt fructus naturaliter cadentes ſub dominium Dei poſſidentis principium ipſarum; eſt in libertate voluntatis ipſas ponere, at non ſuppoſito, quod ponat, ipſas ſubtrahere à dominio, & poſſeſſione Dei.
41. Probatur Antecedens primi Argumenti ſecundò: Deus non poteſt à creatura exigere aliquid præciſè ex iure proprietatis: ergo non poteſt à creatura, &c. Ad huius enthymematis explicationem, & probationem,

Dominium aliud iuriſdictionis, aliud proprietatis.

42. Aduerte Deum in creaturas rationales habere duplex ius, ſeu duplex dominium, duplicemque poteſtatem; alterum iuriſdictionis, ratione cuius eſt ſupremus legiſlator, potens ferre præcepta, & condere leges, hæc poteſtas ex genere ſuo reſpicit bonum commune, quî eſt finis neceſſariò à qualibet lege requiſitus; alterum proprietatis, ratione cuius eſt ſupremus Dominus potens ad libitum de re qualibet diſponere, & à creatura rationali exigere quidquid voluerit: hæc poteſtas ex genere ſuo reſpicit, vt nomen ipſum innuit, bonum proprium Domini præcipientis, & ad ipſius vtilitatem, felicitatemve ordinatur.
43. Ex quo ſtatim patet poteſtatem iuriſdictionis eſſe ſecundùm ſe perfectiorem poteſtate proprietatis, cum illa bonum commune, quod eſt maius, & excellentius, iſta bonum priuatum, quod eſt minus, & inferius reſpiciat: propterea ſi Deus ex his poteſtatibus vti poſſit vnâ ſine alterâ, cenſendum eſt illa potius, quàm iſta vti, & de lege ordinaria quidquid aut præcipit, aut à creatura exigit, præcipere, & exigere, ex poteſtate iuriſdictionis potius, quàm ex poteſtate ſeu iure proprietatis.

Deus vtitur poteſtate iuriſdictionis potius, quã proprietatis, verius tamẽ eſt non poſſe vti vna ſine altera.

Dixi, ſi vti poſſit vnâ ſine alterâ: Nam cum gloria Dei ſit nobis maximè vtilis, & vtilitas noſtra ſit Deo maximè glorioſa, glorificando, ſcilicet, Deum, reportemus emolumentum noſtræ felicitatis, & noſtramet felicitas ſit glorificatio Dei, ſit Deum exigendo aliquid à creatura non poſſe intendere bonum proprium, quin etiam intendat bonum commune, vtilitatemque creaturarum; adeoque non poſſe vti dominio proprietatis, quin etiam vtatur dominio iuriſdictionis. E contra non poſſe intendere bonum commune, vtilitatemque creaturarum, quin intendat bonum proprium, & gloriam ſuam; adeoque non poſſe vti dominio iuriſdictionis, quin etiam vtatur dominio proprietatis. Et ecce explicatum, & probatum antecedens poſiti enthymematis, quod ſcilicet, non poſſit Deus à creatura exigere aliquid præciſè ex iure proprietatis.

44. Probatur modo conſequentia: Ad iuſtitiam rigoroſam particularem ſpectat ſolùm dominium, ſeu ſolùm ius proprietatis, dominium enim iuriſdictionis ſpectat potius ad iuſtitiam generalem, & legalem reſpicientem commune bonum: ergo quod non exigitur ex ſolo iure proprietatis, non exigitur ex particulari rigoroſa iuſtitia. Neque dicas tantùm probari, quod non exigatur ex ſola particulari iuſtitia, at non probari, quod non exigatur ex ipſa ſimul, & generali, imò hoc ſuaderi ex eo quod exigitur ex iure proprietatis ſimul, & iuriſdictionis, illo ſpectante ad iuſtitiam particularem; iſto ad generalem. Contra enim ſi id quod exigitur, exigeretur ex iure proprietatis, & iuriſdictionis inter ſe diſtinctis, & partialiter, non verè indiuiſibiliter concurrentibus, vt accidit in homine, v.g. qui adhibita iudicis autoritate, & iuriſdictione, exigit rem ſibi debitam iure proprietatis; verum eſt, quod talis exactio ex iuſtitia commutatiua, ſimul, & iuſtitia generali fieret, at in noſtro caſu ius proprietatis, & iuriſdictionis ſunt omninò idem, & omninò indiuiſibiliter concurrunt; ideò non ſaluatur formalis ratio iuſtitiæ commutatiuæ, cum non poſſit aſſignari ius proprietatis ſecundùm ſeipſam ſpecificans; ſaluatur potius formalis ratio iuſtitiæ generalis, quia licèt ratio formalis exigendi ſit vtrumque ius indiuiſibiliter acceptum; modus tamen operandi Dei habet pro fine magis principaliter intento, & magis vltimo bonum commune; operatur quippè omnia propter ſeipſum, tanquam propter finem vltimum; quod eſt idem ac dicere tanquam propter communem omnium beatitudinem, & vniuerſalem felicitatem; bonum autem commune reſpicitur à iuſtitia generali, & poteſtate iuriſdictionis, non à iuſtitia particulari, & iure proprietatis.

Deus nihil poteſt exigere ex rigoroſa particulari iuſtitia.

Dices ex his ſequeretur non poſſe à creatura Deo inferri rigoroſam iniuriam, nec committi peccatum vllum rigoroſæ iniuſtitiæ aduersùs Deum; iniuria enim non infertur, niſi lædendo ius proprietatis, & peccatum rigoroſæ iniuſtitiæ non committitur niſi aduersùs eum, aduerſus quem vrget rigoroſæ iuſtitiæ obligatio. Sed contra libentiſſimè admitto ſequelam, præſertim quoad rationem iniuſtitiæ, quæ ſi 45. negaretur in peccatis aduersùs Deum ex defectu malitiæ, & ex leuitate offenſæ, eſſet quodammodo fauere peccato; & minùs dignè ſentire de dignitate Dei; at euaneſcit huiuſce abſurdi ſuſpicio, dum peccato negatur malitia rigoroſæ iniuſtitiæ contra Deum, eo quod in ipſo aſſeratur malitia maior, non ſolùm ſcilicet contra ius proprietatis; ſed neceſſariò contra ius ſuperius ad ius proprietatis, non contra particularem rigoroſam iuſtitiam; ſed neceſſariò formaliter contra virtutem ſuperiorem; id eſt vel contra iuſtitiam legagem, vel contra Charitatem, vel contra Religionem, &c. Quod explicat Eſparza *lib. 8. quæſtione 20. artic. 2. ad 2.* dicendo Peccata

Peccata reſpectu Dei non habent rationem iuſtitiæ, & ſunt potius contra fas, quàm cõtra iuſtitiam, habent tamen rationem iniuriæ.

reſpectu Dei eſſe potius nefas, quam iniu-
ſtitiam, potius contra fas, quàm contra iu-
Iniuria æquè latè patet, ac offenſa. ſtitiam. Quoad rationem iniuriæ eo modo, quo in inſtantia ſumitur non eſt maior dif-
46. ficultas, quam de ratione iniuſtitiæ, in re tamen gratis arctatur iniuriæ nomen ad ſignificandam ſolam violationem iuris proprietatis, & in communi modo loquendi iniuria æquè latè patet, ac offenſa, & conſurgit ex qualibet violatione iuriſdictiuis, vnde in re neganda eſt peccatis ratio rigoroſæ iniuſtitiæ reſpectu Dei, non ratio iniuriæ; & ad confirmandam negationem talis rigoroſæ iniuſtitiæ afferri poteſt indamnificabilitas Dei; cum enim proprium ſit iuſtitiæ ſeruare æqualitatem contrapaſſi per reparationem damni, vbi damnum non infertur, iuſtitia non violatur, & iniuſtitia non committitur, niſi ad ſummum affectiuè, & ſecundùm reatum; quatenùs ſicuti Angeli licèt nequeant committere re ipſa peccata inuoluentia aliquid materiale, vt peccata, gulæ, carnis, &c. poſſunt tamen ea committere affectiuè, ſeu, vt loquitur Diuus Thomas 1. *parte, quæ-*
Iniuſtitia affectiue, & ſecundùm reatum dari poteſt reſpectu Dei. *ſtione* 63. *artic.* 2. ſecundùm reatum, ea approbando, ſeu deſiderando patrare, ſi poſſent. Ita creatura quælibet rationalis, licet nequeat re ipſa committere iniuſtitiam reſpectu Dei, cum nec Deo poſſit ex iuſtitia
47. obligari, nec eidem reale damnum inferre; poteſt tamen committere reſpectu Dei iniuſtitiam affectiuè, & ſecundum reatum, habendo internum affectum, aut inferendi Deo reale damnum, ſi poſſet; aut violandi obligationem rigoroſæ iuſtitiæ, ſi eſſet ipſius capax, aut etiam ex iudicio erroneo, quod Deus ſit damnificabilis, habendo verùm propoſitum Dei damnificandi. Hi, & ſimiles actus habent affectiuè malitiam iniuſtitiæ, vt ſentit Ouiedus 1. 2. *tract.* 9. *controuerſ.* 8. *punct.* 5. abſolute tamen iniuſtitia non ſunt, quia abſolutè iniuſtitia non eſt, niſi actus exterius conſummatus, & realiter damnificans, & hac de cauſa etiam nullam inducunt iuſtitiæ obligationem; eodem proportionaliter modo habere poteſt creatura reſpectu Dei actus habentes affectiuè bonitatem, meritumque iuſtitiæ, non erunt tamen abſoluiè actus iuſtitiæ, quia non erunt exteriùs conſummati, nec emolumentum aliquod poterunt afferre Deo.

48. Ex his nonnulla inferuntur, quibus poſſunt tum hucuſque poſita comprobari, tum oppoſita improbari, ne dum ſului. Infertur primò Deum habere quidem ius quidquid voluerit à creatura exigendi, at vel titulo iuſtitiæ legalis, vel titulo gratitudinis, vel titulo Religionis, vel titulo obedientiæ, vel alio ſimili; at non titulo iuſtitiæ particularis rigoroſæ, idque non
Ex præcellentia non ex deficiẽtia Dominij nequit Deus exigere aliquid titulo iuſtitiæ. ex deficientia, ſed ex præcellentia diuini dominij indiuiſibiliter includentis ius iuriſdictionis, & proprietatis; eſſentialiter excludentis rationem paſſi, & repaſſi, vtilis, & noxij; quod verum repugnat particulari rigoroſæ iuſtitiæ; niſi per abuſum terminorum ad ſignificationes inuſitatas, & incongruas vocabula detorquendo, ponatur inter Deum, & creaturas rigoroſæ iuſtitiæ nomen non res per nomen importata.

Infertur ſecundò: Peccata fieri quidem 49.
Deo inuito, & Arriaga 1. *part. diſputat.* 31. *ſect.* 6. *ſubſec.* 1. *numero* 39. iure redarguit tanquam parum dignum viro Catholico argumentum, quo quis probaret Deum non eſſe circa peccata inuitum, eo quod nolit peccata impedire. Permittere enim, & non impedire, non ſufficit ad rationem voluntarij, & licèt res à Deo permiſſa nequeat eſſe contra diuinam voluntatem abſolutam, & beneplaciti; optimè tamen eſſe poteſt contra diuinam voluntatem præceptiuam, & ſigni, quod ſufficit ad hoc, vt circa talem rem Deus dicatur inuitus. *Peccata quomodo fiant Deo inuito.*
Fiunt igitur peccata Deo inuito, quia tamen non fiunt Deo damnificato, nec ipſo inuito præcisè, vt Domino proprietatis, ſed potius vt Domino iuriſdictionis, nec inuoluunt iniuſtitiam, nec inducunt obligationem reſtitutionis.

Infertur tertiò diuerſam eſſe rationem 50.
de honore, qui defertur, vel aufertur Deo; & de honore, qui defertur, vel aufertur creaturæ, hæc enim ratione ſuæ limitationis indiget perfectionibus extrinſecis honoris, & famæ, tanquam ſibi valdè neceſſariis ad ſocialem, fœlicemque conuictum: Deus è contra ratione ſuæ intrinſecæ illimitationis abſque vlla honoris delatione, fœliciſſimè, & optimè ſe habet, & cum ex ſupradictis *cap.* 5. 5. 6. Deus, & creaturæ ſimul neque etiam extenſiuè ſint maius bonum, quàm Deus ſolus, Deus cum honore creato non melius ſe habet, quàm ſine illo; nullumque, aut ex honore ſibi delato emolumentum, aut ex eodem ablato detrimentum patitur, ſecus creatura: *Honor, & fama ſunt bona verè creaturis, nō Deo.*
honor propterea reſpectu creaturæ poteſt eſſe materia iuſtitiæ, & ex iuſtitia debitus, ſecùs reſpectu Dei: Et ecce cur auferre honorem, & famam creaturæ, ſit violare iuſtitiam, & contrahere ex iuſtitia obligationem compenſationis, non ſic auferre honorem, & famam Deo; vnde impius aliquis Deum inhonorans, vel infamans, ipſum blaſphemando, ipſivè aliquid turpe imponendo, tenetur quidem ad reſtitutionem honoris, & famæ, at ex Religione, quam violauit, & ex qua quiſque, is maximè, qui inhonorator, & infamator fuit, tenetur exhibere cultum Deo, non ex iuſtitia, quam non violauit, & quæ non obligat ad reſtitutionem, niſi ex ſuppoſitione damni illati, & de hac reſtitutione intelligendus eſt S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 1. dicens: *Reſtitutionem eſſe actum commutatiuæ iuſtitiæ.* *Obligatio [illegible] culturam Deo [illegible] Religione.*

Infertur quartò impropriiſſimè loqui eos, 51.
qui dicunt per ablationem honoris Deum amittere gloriam extrinſecam, damnificari in bonis extrinſecis; nec video, cur eodem modo non dicant, per formicæ occiſionem, vel combuſtionem feſtucæ, Deum amittere bonum extrinſecum, damnificari
in

Digitized by Google

Deum amittere gloriam extrinſecam, damnificari in bonis extrinſecis, eſt loquutio impropriſſima.

in bonis extrinſecis; priuari talium bonorum dominio etiam inuitum, ſi formicæ occiſionem, vel feſtucæ combuſtionem p[r]ohibuerit. Impropriſſimè, inquam, loquuntor, quia ſubſunt Dei dominio ea quæ ſunt, & ea quæ non ſunt, & etiam creaturæ deſtructæ dici poſſunt eſſe in bonis Dei, quatenùs poteſt ipſas reproducere, vel aliter vtcumque de ipſis diſponere. Item quia damnificari non poteſt propriè dici, niſi in bonis afferentibus vtilitatem, ſi dicas bona extrinſeca afferre Deo vtilitatem extrinſecam, eſt idem ac ſi dicas afferre vtilitatem ſubiecto extraneo, adeoque alij, non Deo. Ex quo patet obiter honorem, & famam diuerſimodè eſſe bona extrinſeca reſpectu Dei, ac reſpectu creaturæ, reſpectu huius enim ſunt bona extrinſeca præcisè quia quoad entitatem ſunt in ſubiecto extrinſeco, afferunt tamen intrinſecam vtilitatem, augendo fælicitatem eius, cui deferuntur; at reſpectu Dei, & quoad entitatem, & quoad vtilitatem, ſunt bona extrinſeca, vt confirmari poteſt ex Diuo Thoma 1. 2. *quæſtione* 114. *articulo* 1. *ad* 2. dicente: *ex hoc quod Deum colimus, nihil ei accreſcit, ſed nobis.*

Honor, & fama diuerſimodè ſunt bona extrinſeca creaturis, & Deo.

Ex peccato non oritur aliquod ius iuſtitiæ, aut in creatura, aut in Deo.

Infertur quintò ex peccato, nec in creatura aliquam iuſtitiæ obligationem reſpectu Dei, nec in Deo aliquod ius actiuum iuſtitiæ reſpectu creaturæ conſurgere, & licet poſito peccato poſſit Deus exigere aliquam actionem, quam non poterat exigere antea, putà dolorem, ſatisfactionem, &c. Tamen; quod ante peccatum non poſſent huiuſmodi actiones exigi, prouenit ex defectu materiæ, circa quam debent exerceri, non ex defectu iuris, & quod poſt peccatum poſſint exigi, non prouenit ex iure iuſtitiæ particularis rigoroſæ, ſed aut ex iure iuſtitiæ, tum generalis, tum vindicatiuæ, aut ex titulo tum dominij, tum beneficentiæ, &c.

52. Infertur ſextò verba illa Matthæi 22. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*, intelligenda eſſe ſeruata proportione, & in terminis, vt dici ſolet habilibus; adeò vt quæ ſunt Cæſaris reddantur Cæſari ex iuſtitia particulari, quæ ſunt Dei reddantur Deo ex iuſtitia generali, vel ex religione, nec eadem verba idem ſemper eodem modo ſignificant in Scriptura; & ſicuti quæ ſunt Cæſaris, non ſunt Cæſaris, eo modo quo ſunt Dei, ea quæ ſunt Dei; ita non eſt mirum, quod non ſint reddenda Cæſari, ea quæ ſunt reddenda Cæſari, eo modo, quo ſunt reddenda Deo, quæ ſunt reddenda Deo; & habenti diuerſum, ac ex diuerſo iure dominium; conuenit quod fiat diuerſa, & ex diuerſa obligatione redditio.

53. Peccata ſunt mala, Deo intentata non illata; quomodo ſint mala Deo extrinſeca.

Infertur ſeptimò peccata eſſe mala Deo intentata, non illata, & ad ſummum affectiuè, & ſecundùm reatum, nullatenùs verò ſecundùm rem inuoluere malitiam iniuſtitiæ. Item eſſe mala Deo extrinſeca, non ſolum ſubiectiuè, & quoad entitatem; ſed etiam quoad nocumentum, & valde abuſiuè dici, quod per peccatum inferatur Deo malum extrinſecum; ad ſummum dici deberet, quod intentetur malum, fruſtra tamen, & abſque vllo reali Dei nocumento.

---

§. VI.

An Iuſtitia vindicatiua, ſit diuerſa à iuſtitia rigoroſa particulari, & an detur in Deo?

ASSERTVM I. Iuſtitia vindicatiua diuerſa eſt à rigoroſa iuſtitia particulari, & neque eſt iuſtitia commutatiua, neque diſtributiua. Ita Suarez *in opuſcul. de Iuſtitia Dei, ſect.* 5. Leſſius *de perfect. diuinis, lib.*13. *cap.*3. Arriaga *prima parte, diſputatione* 31. *ſectione* 9. Eſparza *lib.* 8. *quæſtione* 22. &c. contra Lauræam *tom.* 2. *in* 3. *librum ſententiarum, diſputatione* 22. *art.*2. alioſque nonnullos volentes iuſtitiam vindicatiuam non diſtingui à commutatiua, cui opinioni ex parte adhæret Amicus *tom.* 5. *de iure, & iuſtitia, diſp.*11. *n.*196. 54.

Iuſtitia vindicatiua à particulari diſtinguitur.

Probatur primò: Iuſtitia vindicatiua, ſeu vindex, idem eſt ac iuſtitia punitiua, ſeu vltrix; & licet vindicare aliquando ſignificet defendere & liberare, frequentiùs tamen ſignificat punire, & vlciſci, & in hoc ſenſu ad vindicare ſequitur iuſtitia vindicatiua; cuius actus dicitur vltio, vindicta, ſeu vindicatio, & eſt actus, quo Princeps, vel iudex punit delicta inflictione pœnæ, qua & ſatisfit, tum parti offenſæ, tum Communitati; & alij deterrentur à ſimilibus delictis perpetrandis. Sed huiuſmodi iuſtitia vindicatiua, non eſt iuſtitia particularis, neque commutatiua, neque diſtributiua; nec ipſius actus vltio, vindicta, ſeu vindicatio, eſt actus iuſtitiæ particularis, ergo iuſtitia vindicatiua diuerſa eſt, &c. Maior eſt communis explicatio iuſtitiæ vindicatiuæ tradita etiam ab aduerſariis ſpecialiter à Lauræa *loco citato, artic.* 1. Minor probatur: Non eſt iuſtitia particularis, & rigoroſa illa, ex qua non oritur obligatio, & debitum ex iuſtitia; ſed in iudice, & Principe ex iuſtitia vindicatiua non oritur obligatio, & debitum, iuſtitiæ in ordine ad punienda delicta inflictione pœnæ, qua &c. ergo. Probatur Minor: Si quæ eſt in iudice, & Principe obligatio, & debitum ex iuſtitia in ordine ad puniendum, non oritur præcisè ex iuſtitia vindicatiua, ſed ex ſpeciali contractu, aut quaſi contractu cum Republica, cui Iudex, ſeu Princeps, dum iuriſdictionem, & poteſtatem accipit, ſe obligat ad rectè exercendum munus ſuum, & ſeruandas Reipublicæ leges, ergo in iudice, & Principe ex iuſtitia vindicatiua non oritur, &c. Antecedens probatur, tum quia ſi oritur præcisè ex iuſtitia vindicatiua, oriretur in quolibet ſubiecto, quod tamen eſt falſum, quia in Principe 55.

Ex iuſtitia vindicatiua nulla oritur obligatio rigoroſæ particularis iuſtitiæ.

ſupremo nulla eſt huiuſmodi obligatio, & poteſt ipſe quodlibet delictum inultum relinquere, quamlibet pœnam condonare abſque vllius iniuria, & abſque violatione iuſtitiæ particularis, tum quia ſi ex iuſtitia vindicatiua oriretur in Principe obligatio infligendi pœnam, ex eadem orietur in reo ius actiuum pœnam exigendi à iudice, cum dabile non ſit debitum paſſiuum in vno ſine iure actiuo in altero correlatiuo; Iuſtitia autem vindicatiua habet pro correlatiuis iudicem, & reum, cum inter iudicem, & reum exerceatur; quis autem dicat eſſe in reo ius pœnæ exigendæ? Certe facile reus tali iuri cederet, iudicisque obligationem deluderet. Si dicas è contra: Ex iuſtitia vindicatiua oriri in iudice ius actiuum pœnæ exigendæ, in reo debitum paſſiuum pœnæ ſoluendæ, ſeu ſuſtinendæ; ex vna parte non ſuſtinetur in iudice obligatio ex iuſtitia, quia ius actiuum non fundat in eo, in quo eſt, obligationem iuſtitiæ, & iuſtitia obligat ad tribuendum ius ſuum alteri, non ad accipiendum ius ſuum ab altero. Ex alia parte in reo debitum paſſiuum pœnæ ſoluendæ, ſeu ſuſtinendæ non eſt ex rigoroſa iuſtitia, quia leges pœnales non obligant in conſcientia, ſicuti tamen obligat in conſcientia rigoroſa iuſtitia; Item quia pœna, quæ ſoluitur ſæpiſſimè eſt inutilis, imò iudici, non perſonæ offenſæ; iuſtitia autem particularis verſatur inter vtile, & nociuum, nec obligat ad dandum aliquid alteri, niſi in ordine ad ipſius vtilitatem. Negatur igitur in iudice ius actiuum, in reo debitum paſſiuum ex iuſtitia, non quia ille non ſe habeat vt creditor; iſte, vt debitor; ſed quia nec ille eſt creditor, nec iſte eſt debitor ex iuſtitia.

56.
Iuſtitia eſt in eo, qui ex iuſtitia ſoluit, non in eo, qui ex iuſtitia exigit.

57.
Iuſtitia vindicatiua reſpicit bonum commune, non particulare.

Probatur ſecundò: Iuſtitia vindicatiua reſpicit potius bonum commune, quàm particulare: ergo ſpectat potius ad iuſtitiam generalem, prouidentialem, ſeu gubernatiuam, quàm ad iuſtitiam particularem commutatiuam, ſeu diſtributiuam: ergo iuſtitia vindicatiua diuerſa eſt, &c. Conſequentia patet ex diſcrimine iuſtitiæ generalis à particulari. Antecedens probatur, tum quia finis vindicatiuæ iuſtitiæ eſt præcipuè, vt delicta arceantur, & ne delinquendi impunitas laxet vitiorum habenas; tum quia iuſtitia vindicatiua nec reſpicit bonum particulare eius, qui vindictam ſubit, ſeu eius qui punitur; quia dantur aliquæ pœnæ purè punitiuæ, & ei, qui punitur ſolummodo noxiæ, nullatenùs proficuæ, vt euincitur præcipuè in pœna æterna, nec reſpicit bonum particulare eius qui punit, ſeu vindictam ſumit, quia iſte debet eſſe perſona publica, perſonæque publicæ munere fungi, dum iuſtitiam punitiuam exercet; irrationabiliter propterea operetur, ſi vt perſona publica priuatum bonum reſpiceret; deinde per accidens omninò eſt quod pœna inflicta reo ſit vtilis iudici. Nec tandem reſpicit bonum particulare perſonæ læſæ, ſeu eius, cuius intuitu fit punitio, vindictaque ſumitur; quia ſæpiſſimè, imò vt plurimum, talis perſona nihil accipit ab eo, qui punitur, ſæpiſſimè etiam condonat ei, qui punitur omne debitum, & cedit omnia ſua iura. Item quia pœna magis reſpicit culpam commiſſam, quàm damnum illatum, & magis eſt in illius ſatisfactionem, quàm in iſtius compenſationem.

Hucuſque dictis non obſtat S. Doctor 2. 2. *quæſt.* 80. *art.* 1. *ad* 1. & *quæſt.* 108. *art.* 2. *ad* 1. docens vindictam, quæ fit authoritate publicæ poteſtatis ſpectare ad iuſtitiam commutatiuam, & eſſe actum ipſius, eam verò, quæ fit, aut auctoritate priuata, aut pertinet ad immunitatem alicuius perſonæ ſingularis, pertinere ad virtutem iuſtitiæ adiunctam, quam vindicationem vocant. Non obſtat inquam, quia ſolum intendit *Diuus Thomas* vindictam factam publica autoritate iudicis ſpectare ad iuſtitiam commutatiuam indirectè, imperatiuè, & directiuè, quatenùs, vt iam præmiſſum eſt, iudex vel ratione contractus, vel quaſi contractus cum Republica initi, tenetur ex iuſtitia commutatiua in compenſationem vtilitatis, & dignitatis, quam accipit ex officio à Republica obtento, officium fideliter exercere, conſulere indemnitati Reipublicæ, & obſeruantiæ legum ipſius; & ex hoc capite vi ſcilicet iſtius contractus, vel quaſi contractus, tenetur reſarcire Reipublicæ, aut fortè etiam perſonis priuatis damna emergentia ex non adminiſtrata vindicatiua iuſtitia, & iniuſta delictorum impunitate permiſſa. Cæterùm cum iis omnibus ſtat, quod vindicta ipſa autoritate publica facta directè, elicitiuè, & exequutiuè ſit actus alterius virtutis à commutatiua iuſtitia, ſicuti victoria, ad quam procurandam tenetur dux militiæ ex commutatiua iuſtitia ratione pacti cum Republica initi de procuranda ipſius incolumitate aduerſus hoſtes, eſſe poteſt imperatiuè actus commutatiuæ iuſtitiæ; at elicitiuè, ſeu exequutiuè eſt alterius virtutis, ſcilicet fortitudinis. 58.

Vindicta facta autoritate publica ſpectat ad commutatiuam iuſtitiam indirectè, & imperatiuè.

Occaſione diſcriminis ex *D. Thoma* prælati inter vindictam factam à Perſona publica, & factam à Perſona priuata, aduerte hanc neque etiam imperatiuè pertinere ad commutatiuam iuſtitiam; quia Perſona priuata, nec Reipublicæ, nec alteri, ex iuſtitia obligatur ad ſumendam, aut procurandam huiuſmodi vindictam: ad ſumendam aliquando ſpectare poteſt ad iuſtitiam commutatiuam obiectiuè, quatenùs exerceri poteſt in materia commutatiuæ iuſtitiæ, & vindictam exigens intendere poteſt actum iuſtitiæ exercendum ab eo, à quo exigendo vindictam ſæpè obtinetur compenſatio damni illati, eodem ferè modo exercet obiectiuam iuſtitiam creditor exigendo debitum. Cæterum in rigore, & formaliter vindicta facta à Perſona priuata etiam ſeruatis debitis circumſtantiis, ne quidem imperatiuè, eſt actus commutatiuæ iuſtitiæ; ſed vt plurimum Charitatis naturalis, qua quis procurat ſuum bonum, & repellit impediens; elicitiuè verò videtur eſſe actus ſpecialis virtutis, quæ cum Diuo Thoma *art.* 2. *ſuprà citato*, dici poteſt vindicatio. 59.

Facta authoritate priuata ad eandem ſpectare poteſt obiectiuè.

Ex

Google

60. Ex iis facilè improbantur omnia argumenta oppoſita ſiue à ratione ſiue ab Autoritate deſumpta, quæ ſi attentius perpendantur, nullatenùs ſuadent iuſtitiam vindicatiuam ſpectare ad commutatiuam elicitiuè, vel formaliter; ſed ad ſummum; vel imperatiuè, vel obiectiuè; nec aliquid amplius euincunt Verba Ariſtotelis ex 5. *Ethic.* fusè relata à Lauræa *loco ſupra citato.*

61. Datur in Deo iuſtitia vindicatiua.

ASSERTVM II. Iuſtitia vindicatiua verè, & propriè, datur in Deo. Ita Theologi communiter, quamvis ex diuerſo fundamento, aliqui ſcilicet ex eo, quod detur in Deo iuſtitia commutatiua, & ab hac non diſtinguatur vindicatiua; alij ex eo, quod licet non detur in Deo iuſtitia commutatiua, ſeu particularis, ab hac tamen vindicatiua diſtinguatur, & ſine ipſa detur in Deo.

Probatur primò *ex Scriptura* 4. Eſdræ 15. *Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus.* Iudith. 7. *Conteſtamur Deum Patrum noſtrorum, qui vlciſcitur nos ſecundum peccata noſtra.* Eccleſ. 5. *Deus vindicans vindicabit.* Pſalm. 93. *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum.* Quæ, & plurima huiuſmodi Scripturæ loca, & præſertim, in quibus verborum repetitio maiorem indicat propriæ locutionis energiam, in ſenſu improprio interpretari nimis abſonum eſt.

62. Probatur ſecundò ratione: Iuſtitia vindicatiua nec inducit obligationem vllam ex particulari rigoroſa iuſtitia; nec verſatur inter datum, & acceptum, vtile, & noxium; nec importat vllam aliam imperfectionem iuſtitiæ particularis rigoroſæ commutatiuæ, vel diſtributiuæ. Ex alia parte reſpicit bonum commune, & prouenit à poteſtate iuriſdictionis potius, quàm à poteſtate proprietatis, Deus autem *ex ſuperiori* §. licet indiuiſibiliter operetur ex intentione boni proprij, & communis, ex poteſtate iuriſdictionis, & proprietatis, tamen principaliùs operatur ex intentione boni communis, & ex poteſtate iuriſdictionis, ergo nulla eſt ratio excludendi; imò eſt ratio poſitiua aſtruendi in Deo vindicatiuam iuſtitiam; ergo verè, & propriè in Deo datur vindicatiua iuſtitia.

Iuſtitia vindicatiua ſolù per accidens habet comitem obligationem rigoroſam.

Dices iuſtitiam vindicatiuam importare ſaltem concomitanter obligationem particularis rigoroſæ iuſtitiæ, quatenus iudex, ſeu vindex, ex rigoroſa iuſtitia Reipublicæ obligatur ad punienda ſcelera. Sed

63. contra iuſtitia vindicatiua habet comitem huiuſmodi obligationem ſolùm per accidens, & ex imperfectione ſubiecti, quatenus ſcilicet reperitur in ſubiecto autoritatis ſubordinatæ dependentis, & à Republica acceptæ, interueniente contractu, vel quaſi contractu. Cæterum ex genere iuſtitia vindicatiua, ſicuti præſcindit ab eo, quod ſit in Principe ſubordinato, vel ſupremo; ita præſcindit ab eo, quod habeat, vel non habeat comitem obligationem iuſtitiæ commutatiuæ, & ab huiuſmodi obligationis conſortio omninò immunis eſt in Deo, cuius poteſtas eſt eſſentialiter omninò independens, ſuprema, nec ſubordinata, nec ſubordinabilis; qui abſolutè poteſt cuicumque delicto, aut mitiorem pœnam infligere, aut totam condonare nulla requiſita, aut propria, aut partia læſæ ſatisfactione.

Probatur tertiò ex bonis, & commodis conſequentibus ad vindicatiuam Dei iuſtitiam. Primò ſcilicet ſequitur ſplendor diuinæ prouidentiæ, vtpotè quæ tota conſtat operibus miſericordiæ, & iuſtitiæ vindicatiuæ. Iuxta illud Pſalm. 24. *Omnes viæ Domini miſericordia, & veritas.* — Bona conſequentia vindicatiuam iuſtitiam.

Secundò ſequitur minor vitiorum, flagitiorumque copia, *iuxta illud:* 64.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Tertiò ſequitur compenſatio aliqua diuinæ iniuriæ, quæ compenſatio eſt Deo maximè glorioſa. Iuxta illud Pſalm. 96. *Annuntiauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.* Quæ, & ſimilia iuſtitiæ vindicatiuæ inſignia latiùs proſequitur Leſſius *de perfectionibus diuinis, lib.* 13. *cap.* 3. ad quorum maiorem comprobationem refert in ſequentibus capitibus præclariora diuinæ iuſtitiæ vindicis opera, vt ex propriorum effectuum magnitudine, & multitudine ſatis, ſuperque innoteſcat, quàm propriè Deo conueniat, quam bene in Deo excellat vindicatiua iuſtitia.

Ex dictis in toto præſentis capitis progreſſu habetur nomine iuſtitiæ, quæ eſt attributum Dei non intelligi iuſtitiam particularem rigoroſam diſtributiuam, vel commutatiuam; ſed intelligi iuſtitiam vel generalem, vel vindicatiuam. Vtrum verò 65.

Iuſtitia, quæ eſt attributū Dei eſt iuſtitia generalis ſub ſe continens vindicatiuam tanquā partē quodammodo.

hæc duplex iuſtitia duplex in Deo attributum conſtituat, an verò vnicum? res eſt parui momenti, quæ deſinere facilè poteſt in quæſtionem de nomine. Crediderim meliùs dici vnicum attributum. Iuſtitia enim vindicatiua cum ex ſupra dictis reſpiciat bonum commune non minùs, quàm iuſtitia generalis; inducat obligationem non ex iure actiuo alterius; ſed ex naturali ratione boni communis, *vt in calce* §. 4. dicebatur de iuſtitia generali; conducat maximè ad rectum regimen, & gubernationem vniuerſi, eſt potius pars iuſtitiæ generalis, quàm virtus adæquatè diſtincta conſtituens in Deo diuerſum attributum, & licet *Diuus Thomas ſuprà citatus* ponat ſpecialem virtutem vindicationis, nobis non aduerſatur, quia loquitur de vindicatione, cuius actus eſt vindicta facta à perſona priuata in ordine ad bonum proprium, & particulare. Cæterùm iuſtitiam vindicatiuam in Deo, qui nunquam operatur ob particulare bonum, præcisè ſpectare ad iuſtitiam generalem, prouidentialem, ſeu gubernatiuam tradunt expreſsè Suarez *in opuſcul. de Iuſtitia Dei, ſect.* 5. *num.* 16. Arriaga *in prima parte, diſp.* 3. *ſect.* 9. *num.* 88. &c. quibus addi poteſt, licet minùs expreſsè loquatur

Ioan.

Ioan. à S. Thoma *prima parte, q.21. diſput.6. art.4. n.24.*

66. Iuſtitia Dei nominatur veritas, & cur?

Congruit hucuſque aſſertæ, & explicatæ iuſtitiæ Dei id, quod ait Diuus Thomas 1. *parte, q.21. art.2.* ſcilicet iuſtitiam in Deo repertam conuenienter veritatem nominari, quod etiam in Scriptura ſacra vſitatum eſt. Prou.20. *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem.* Pſalm. 24. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas.* Pſalm.83. *Miſericordiam, & veritatem diliget Deus.* Pſalm.84. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi.* Porrò iuſtitia tum generalis, tum vindicatiua, congruentiſſimè nominatur veritas, cum enim nomine veritatis in præſenti intelligat *Diuus Thomas* conformitatem, ſeu adæquationem ad intellectum diuinum, & iuſtitia, tum generalis, tom vindicatiua, ſit maximè conformis ad legem æternam in diuino intellectu exiſtentem: Iuſtitia tum generalis, tum vindicatiua, veritas rectè nominatur, veritas inquam non in Deo exiſtens, ſed in ipſis rebus, in quibus iuſtitia talem conformitatem

Eſt in Deo attributum diuerſum à veritate.

conſtituit: Vnde rectè notat Vaſquez *in explicatione articuli citati*, non confundi attributum iuſtitiæ cum attributo veritatis, dum iuſtitia dicitur veritas, quia iuſtitia, & veritas in tali propoſitione ſumuntur potiùs, vt ſunt in rebus creatis, quàm vt ſunt attributa inexiſtentia Deo. Sumitur ſcilicet iuſtitia pro iuſto, & æquali, quod in rebus iuſtitia conſtituit, veritas item non pro ea, qua Deus eſt verus, ſed pro ea qua res extra Deum dicuntur veræ, & conformes diuino intellectui.

Deſiderari poſſunt in hoc capite authoritates ſanctorum Patrum, quibus rationes pro noſtris aſſertis poſitæ corroborentur. Nobis ex pluribus vna vel altera ſufficiat. Diuus Anſelmus *proſology cap.10. Iuſtus es, non quia reddis debitum, ſed quia facis, quod decet te ſummum bonum.* Diuus Auguſtinus 67.

Sanctorum Patrum mens circa iuſtitiam Dei ambigua eſt.

1.*Confeſſ. cap.4. Reddis debitum nulli debens, donas debita, nihil perdens.* Nec difficile eſt huiuſmodi autoritatum fuſum catalogum texere, quia tamen etiam pro ſententia oppoſita plures ſancti Patres afferuntur, non videtur de ſanctorum Patrum mente ſatis conſtare, præſertim verò valde ambiguum eſt, quid ſenſerit *Diuus Thomas* circa ponendam, vel non ponendam in Deo diſtributiuam iuſtitiam. Ideo conſultò omiſſis autoritatum adminiculis, ſolo rationum pondere aſſerta noſtra firmauimus.

LIBER

LIBER SECVNDVS, DE VISIONE DEI.

67. Sententia Patrum circa eſſentiam Dei ambigua eſt.

REGI inuiſibili affigimus viſionis epigraphen, nec inuiſibilitatis characterem eradimus; cum cohæreat optimè, vt qui infirmis naturæ creatæ viribus, vel obtuſa oculi corporei acie inuiſibilis eſt, intellectus ſuperiori lumine confortati robore videatur. Si ex Auguſtino 10. *Confeſſ. cap. 13. primo de partibus animalium, cap. 8. Homines amant veritatem lucentem, & ex Philoſopho, valde amabile eſt paruum aliquid cognoſcere de rebus nobilioribus.* Omnis in præſenti amabilitas exhibetur, dum veritas vt lucens appareat triplici lumine, naturæ, fidei, & gloriæ colluſtratur; nec ſolùm de rebus nobilioribus paruum aliquid cognoſcitur, ſed de re omnium nobiliſſima perfecta notitia comparatur: Viſio ſcilicet, non qua in ſpeculo, & in ænigmate, ſed qua faciẹ ad faciem; non qua corporeo in ſimulachro, aut materiali in imagine, ſed propria in ſpecie, ipſiſſimoque in prototypo Deus inſpicitur. Creatura, quæ ex D. Thoma *prima parte, quæſtione 64. articulo primo, ad 3. tenebra eſt comparata excellentiæ diuini luminis*, deſinit hìc tenebreſcere, vbi ipſo diuino lumine eniteſcens à tenebrarum familiaritate ad inacceſſibilis lucis ſocietatem euehitur. Hîc ſolùm fas ſit verè, congruéque proferre illud Ouidij.

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.

Sub propoſito titulo proſequimur explicare diuina attributa nimirum cognoſcibilitatem, ſeu quod idem eſt, veritatem Dei, inuiſibilitatem, & incomprehenſibilitatem, quod præſtat D. Thomas *quæſtione 12. primæ partis*, quæ licet inſcriptionem vniuerſaliorem præferat, ſcilicet: *Quomodo Deus à nobis cognoſcatur*, in re non complectitur, niſi modum cognoſcendi Deum per viſionem.

CAPVT I.

De poſſibilitate, & exiſtentia viſionis Dei.

1. Viſio Dei eſt cognitio euidens, & immediata Dei vt eſt in ſe.

VISIO alia materialis, quæ ab oculo corporis, alia ſpiritualis, quæ ab oculo mentis elicitur. Illius, poſſibilis ne reſpectu Dei ſit, explicatio ad huiuſce libri extremum reſeruatur. Iſtius, quæ nobilior eſt, conſideratio præmittitur; intelligitur verò ipſius nomine cognitio euidens, & immediata Dei, vt eſt in ſe, de qua pro explicatione poſſibilitatis & exiſtentiæ diſcutietur potiſſimum, qua certitudine nobis conſtet ipſam poſſe creato intellectui conuenire, & quibus viribus conueniat.

§. I.

Vtrum viſionem Dei conuenire poſſe intellectui creato ſit certum certitudine fidei?

ASSERTVM: Certum eſt certitudine fidei viſionem Dei conuenire poſſe intellectui creato. Ita omnes Theologi communiter; & licet D. Thomas *prima parte, quæſtione 12. articulo primo, in corp.* verbis illis: *Quidam poſuerunt quod nullus intellectus creatus eſſentiam Dei videre poteſt: ſed hoc inconuenienter dicitur:* non expreſsè vocet hæreticam oppoſitam opinionem, talem tamen eſſe ſentit, & in terminis tradit, tum *quæſt. 8. de veritate, articulo primo*, tum 3. *contra Gentes, cap. 54.* Hoc aſſertum eſt contra Armenos volentes Deum videri non poſſe in ſe ipſo, ſed ſolùm in quadam luce à ſe diffuſa, quam theophaniam vocant, teſte Armacano *lib. 14. cap. primo, quæſtione quarta* — Poſſibilitas viſionis Dei eſt de fide.

Armenicarum. Item contra quendam Almericum teſte Turrecremata *lib. 4. de Eccleſia, p. 2. c. 35.* & Petrum Abailardum teſte Bernardo de Luxanburgo *in catalogo hæreticorum.*

2. Probatur primò ex Scriptura Matthæi 5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Matth. 18. *Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris.* 1. Corinth. 13. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* 1. Ioan. 3. *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Apoc. 22. *Videbunt faciem eius.* Confirmatur ex Euariſto, & Concilio Francofordienſi apud Vaſquium 1. *parte, diſp. 37. c. 5.*

3. Dices, in Scriptura non minùs habetur abſoluta negatio, quam abſoluta affirmatio viſionis Dei, ergo ex Scriptura non magis habetur poſſibilitas, quàm impoſſibilitas viſionis, imò hæc potius, quàm illa, quia quando abſolutè aliquid & negatur, & affirmatur in Scriptura, negatio in ſenſu proprio, affirmatio in ſenſu metaphorico intelligenda eſt, vt aliquibus exemplis probatur apud Ioan. à S. Thoma 1. *parte, q. 12. diſput. 12. art. 1. n. 7.* Nec ſufficienter fauet ſacræ Scripturæ in ſenſu affirmatiuo proprio intelligendæ auctoritas *ſanctorum Patrum,* quia vt videre eſt apud Vaſquez 1. *parte, diſp. 37.* nonnulli etiam ex grauioribus Eccleſiæ Patribus, inter quos Chryſoſtomus, Theodoretus, Hieronymus, Primaſius, & cæteri negant poſſibilem viſionem Dei in ſeipſo, & Scriptura, vbi Dei viſionem affirmat, in ſenſu minùs proprio accipiunt. Accedit, quod ſi viſio facie ad faciem conuinceret in Scriptura claram viſionem Dei in ſeipſo, eſſet de fide aliquibus fuiſſe communicatam etiam in hac vita claram Dei viſionem: ſiquidem Geneſ. 32. *Iacob teſtatur ſe vidiſſe Deum facie ad faciem.* & Num. 12. *Habetur de Moyſe quod palam & non per ænigmata, & figuras Dominum videbat.* Sed contra loca, in quibus Scriptura negat Dei viſionem, vt Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam.* 1. ad Tim. 6. *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt:* vel procedunt de

4. Quando aliquid in Scriptura affirmatur, & negatur debet intelligi in ſenſu proprio negatio potius, quàm affirmatio, niſi aliud colligatur ex antecedentibus, & ſubſequentibus.

viſione corporea, vel de viſione comprehenſiua, vel de viſione viribus naturæ elicita, vel de viſione in hac vita mortali habita, nec affirmatio intelligenda eſt in ſenſu metaphorico, negatio in proprio, & rigoroſo, quando ex antecedentibus, & conſequentibus colligitur proprietas affirmationis, & limitatio negationis: nec aliunde melius, quàm ex ipſo contextu verborum dijudicatur de varia earumdem acceptione: vnde non eſt mirum, quod in diuerſis locis Scripturæ, iuxta diuerſorum verborum contextum viſio facie ad faciem aliquando ſignificet viſionem Dei in ſeipſo, aliquando non; vt magis ſingillatim explicat Ioan. à S. Thoma *loc. cit. n. 10.* Ad auctoritatem *ſanctorum Patrum* dico omnes, quos viderim, etiam ex ſocietate Theologos ægrè ferre, quòd *ſanctorum Patrum* mentem minùs piè *Vaſquez* expoſuerit, & cum iidem ſancti Patres, quos *Vaſquez* citat, alibi clarè aſſerant viſionem Dei in ſeipſo, vbi hanc negare videntur, debuiſſent à *Vaſquio,* cũ cæteris Theologis intelligi aut de viſione comprehenſiua, aut de viſione naturali, vt fusiùs probant Salmanticenſes 1. *parte, tr. 2. diſput. 1. dub. 2.* Isãbertus 1. *parte, ad q. 12. diſp. 1. art. 2.*

Quid ſenſerunt ſancti Patres de viſione Dei in ſe.

Probatur ſecundò à fortiori ex aſſerto mox ponendo quoad certitudinem fidei de actuali exiſtentia viſionis Dei in intellectu creato. Ideò ſit

§. II.

Vtrum viſionem Dei conuenire de facto intellectui creato in Patria ſit certum certitudine fidei.

ASSERTVM: Certum eſt certitudine fidei viſionem Dei conuenire de facto intellectui creato in Patria. Ita omnes Theologi orthodoxi contra *Vigilantium, & hæreticos Millenarios* ſic dictos eò, quòd conſtituerent mille annos Regni Chriſti Domini poſt Reſurrectionem futuri, antequam ſancti conſequerentur viſionem Dei. Item contra *Lutherum, & Caluinum* volentes ſolùm Chriſto conceſſam eſſe Dei viſionem, reliquos verò homines ſanctos manere in atrio Paradiſi, ibique expectare vſque ad conſummationem ſæculi, teſte Iſamberto 1. *parte, ad q. 12. diſp. 1. art. 6.* Eſt à fortiori contra hæreticos relatos *in aſſerto §. ſuperioris.* 5.

Exiſtentia viſionis Dei eſt de fide.

Probatur ex Scriptura, & quidem quoad intellectum Angelicum ſatis euincitur ex illo Matth. 18. *Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris:* quoad intellectum humanum, de quo eſt cum citatis hæreticis controuerſia, ſuadetur ex illo Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Confirmatur ex decreto *Benedicti XII. in Extrauag. Benedictus Deus* illis verbis: *Definimus, quod ſecundùm Dei ordinationem animæ ſanctorum, quæ ex hoc mundo purgatæ diſcedunt ante iudicium generale, vident diuinam eſſentiam.* Idem habetur ex Concilio Florentino *ſeſſ. vlt. in decreto Eugenij, ex Trid. ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali, & ſeſſ. 25. in decreto de inuocatione ſanctorum.*

Animas ſanctorum ante diem iudicij Deũ videre definitum eſt in Conciliis.

Dices allatas auctoritates ex Scriptura non poſſe in ſenſu proprio intelligi, alioqui verbis illis *Matth. 18.* opponerentur illa 1. Petri 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere,* & verbis *Luc. 23.* male conſonaret parabola operariorum *Matth. 20.* vbi cum *ſerò factum eſſet,* id eſt in extremo die iudicij, dicit *Dominus vineæ Procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem,* cuius nomine intelligitur beatitudo ſita in viſione Dei; quam ſolùm in die iudicij omnibus retribuendam confirmatur, *ex Heb. 12.* vbi de ſanctis dicitur: *& hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem:* ex 2. ad Tim. 4. *quam reddet mihi Dominus in illa die.* Decreto *Benedicti XII.* opponitur auctoritas *Ioannis XXII.* quem ferunt publicè tradidiſſe ſententiam oppoſitam, & præcepiſſe Academiæ Pariſienſi, ne ad aliquem gradum quemquam promoueret, qui talem ſententiam non iuraſſet. Sed contrà. In verbis illis *primæ Petri primo* deſiderium non excludit rem deſideratam, ſed eius faſtidium: 6.

dium: vel eſt deſiderium videndi Deum quoad nouas reuelationes, vt explicat D. Thomas *prima parte, quæſt. 58. art. 1. ad 2.* vel eſt deſiderium rei continuandæ, non rei habendæ, vt colligitur ex *gloſſa ordinaria*, in parabola operariorum nomine mercedis ſerò reddendæ intelligitur merces totalis, & completa, beatitudo ſcilicet animæ, & corporis, non ſola beatitudo animæ ſita in viſione Dei, & hac ratione procedunt tum allata verba Apoſtoli, tum authoritates ſanctorum Patrum, ſi qui docent non aquirendam beatitudinem, nec poſſidendum Regnum, niſi poſt diem iudicij, & poſt vocatos à Chriſto Domino electos vocibus illis ſuauiſſimis Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum. Decreto Benedicti XII.* auctoritas *Ioannis XXII.* non opponitur, quia *Ioannes XXII.* vt priuatus Doctor, non vt Pontifex loquens ex Cathedra oppoſitam ſententiam docuit; nec abſolutè, ſed cum dubio de oppoſita ei adhæſit, imò cum proteſtatione animi paratiſſimi ad adhærendum oppoſitæ, quoties ab Eccleſia probabilior indicaretur, & ex hoc capite ab omni hæreſis ſuſpicione immunis fuit in ſententia illa propugnanda.

7. Angeli in quo ſenſu deſiderent Deum proſpicere.

8. Sententia dilationis viſionis Dei vſque ad diẽ iudicij cœpit eſſe hæretica ſolùm anno 1336.

Enimuerò ſententia dilationis viſionis Dei vſque ad diem iudicij cœpit eſſe hæretica, & oppoſita cœpit eſſe de fide, ſolũ poſt definitionem *Benedicti XII.* 4. Kal. Februarij anno 1336. Ioannes autem XXII. præceſſit Benedictum XII. vt colligitur ex ipſamet conſtitutione Benedicti. Plenior, & accuratior huius rei notitia, & eruditio haberi poteſt ex Lauræà *tom. 4. in 4. ſent. diſput. 14. art. 6 n. 118. & 171.* Iſamberto *1. parte ad q. 12. art. 7.* vbi *n. 6.* probatur commentitium eſſe quod præceperit Academiæ Pariſienſi, ne ad aliquem gradum, &c.

---

§. III.

An, & quomodo naturæ lumine conſtet viſionem Dei conuenire poſſe intellectui creato?

9. Lumine naturæ conſtat euidenter negatiuè poſſibilitas viſionis Dei.

ASSERTVM I. Lumine naturæ conſtat euidenter negatiuè viſionem Dei eſſe poſſibilem intellectui creato, id eſt lumini naturæ nulla apparet euidens contradictio euincens impoſſibilitatem viſionis Dei reſpectu intellectus creati, & independenter à fide ſolubilia ſint omnia argumenta, quæ ad talem impoſſibilitatem probandam afferri poſſunt. Ita Doctores omnes communiſſimè.

Probatur primò ex generali ratione veritatum fidei, quibus omnibus commune eſt poſſe negatiuè defendi nec euidenter ratione naturali improbari, dicente D. Thoma 1. *parte, q. 1. art. 8. in C. Manifeſtum eſt probationes, quæ contra fidem inducuntur, non eſſe demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta*, vt præmiſſum eſt in *calce prolegomenorum*. Cum igitur ex mox dictis poſſibilitas viſionis Dei ſit veritas fidei, conſequens omninò eſt, vt

lumine naturæ euidenter negatiuè conſtet.

Probatur ſecundò ſpeciali inductione attingendo efficaciora argumenta, quæ naturali diſcurſu formari poſſunt contra poſſibilitatem viſionis Dei, eorumque ſolutiones, ſiſtendo in principiis naturæ, inſinuando: 10.
Primum ſit: Repugnat intellectui creato viſio infinita, ſed viſio Dei, ſi eſſet poſſibilis, eſſet infinita, ergo viſio Dei non eſt poſſibilis intellectui creato. Minor probatur, tum quia viſio creſcit ex perfectione obiecti, & eo eſt maior, quo eſt maius obiectum, tum quia viſio Dei habet infra ſe infinitas viſiones, quas excedit. Secundum: Maior eſt proportio oculi corporei ad Angelum, quàm intellectus creati ad Deum; ſed oculo corporeo repugnat viſio Angeli; ergo intellectui creato repugnat viſio Dei. Maior probatur; maior eſt proportio finiti ad finitum, quam finiti ad infinitum, dicente Boëtio *lib. 2. proſa 7. finitis ad ſe inuicem fuerit quædam: infiniti verò, atque finiti nulla vnquam poterit eſſe collatio*; ergo. Tertium: Potentia vitalis non ſolùm non poteſt eleuari extra rationem formalem ſui obiecti; verùm neque etiam extra modum connaturalem tendendi in obiectum, ſed viſio eſt extra modum connaturalem, quo intellectus creatus tendit in Deum, connaturaliter quippè hic tendit in Deum cognitione abſtractiua; ergo. Maior probatur tum ratione, quia non ſolum ratio formalis obiecti, verùm etiam modus tendendi eſſentialiter reſpicitur à potentia vitali, tum inductione, quia oculus corporeus, v.g. non poteſt eleuari ad cognoſcendum obiectiuè; phantaſia non poteſt eleuari ad cognoſcendum intuitiuè; intellectus non poteſt eleuari ad olfaciendum, v. g. &c. Quartum Deus, vt viſibilis, non eſt obiectum naturale intellectus creati; ergo non poteſt ad ipſum intellectus creatus eleuari. Antecedens probatur, quia ſecùs intellectus creatus ab intrinſeco, & naturaliter Deum videret. Conſequentia etiam probatur, quia potentia vitalis non poteſt eleuari extra ſuum obiectum naturale; & ſi ſemel concedatur potentiæ vitali ſphæra obiecti naturalis, & ſphæra ſupernaturalis, vix ſupererit modus explicandi, cur quodlibet obiectum non ſit intra ſphæram ſupernaturalem cuiuſlibet vitalis potentiæ. Ad primum reſpondetur nec eſſe 11.
euidens, quod repugnet in creatis viſio infinita, cum iam à pluribus Theologis probabiliter ſuſtineatur non repugnantia infiniti in creatis; nec ſufficienter probari, quod viſio Dei debeat eſſe infinita, alioqui eodem modo probaretur, quod deberet eſſe infinita cognitio abſtractiua Dei, vt patere poteſt conſideranti. Ad argumentum calculatorium perfectionis viſionis ex perfectione obiecti communis eſt ſolutio, nihil concludere eò, quòd calculatio procedat ſecundùm proportionem geometricam, non ſecundùm arithmeticam; creſcat ſcilicet perfectio viſionis ex perfectione obiecti, at non tantum, quantum creſcit obiectum; quod euincitur ex eo, quod perfectio obiecti poteſt creſcere in quolibet genere entis; at perfectio viſionis

12. Cognitio perfectioris obiecti quomodo ſit perfectior.

ſolùm in proprio genere cognitionis. Creſcit igitur perfectio viſionis creſcente perfectione obiecti, non proportione Arithmeticâ æquali, & eiuſdem rationis, ſed Geometricâ inæquali, & diuerſæ rationis. Viſio obiecti perfectioris eſt perfectior, non quia ſit tantæ perfectionis, quantæ obiectum; perfectionis infinitæ, ſi perfectionis infinitæ ſit obiectum; ſed quia eſt ordinis ſuperioris ad viſionem obiecti imperfectioris. Ad illud, quod additur dico excedere res infinitas, non importare eſſe infinitum ſed importare eſſe diuerſi ordinis, & rationis; alioqui, quia infra hominem, imò infra quamlibet creaturam ſunt poſſibiles infinitæ creaturæ æqualis perfectionis; homo, imò quælibet creatura eſſet infinitæ perfectionis. Ad ſecundum Reſpondetur oculi

13. corporei ad Angelum maiorem eſſe proportionem entitatis, non habitudinis, nec habitudo potentiæ ad obiectum fundatur in proportione entis, ſed in vnitate rationis formalis, attingentiæ in potentia, & attingibilitatis in obiecto, vt magis explicabitur *cap.* 8. §. 2. Ad tertium Reſpondetur dupliciter

14. Potentia vitalis eleuari poteſt extra connaturalē modū operandi ſecundùm quid, non ſimpliciter.

intelligi poſſe, quod potentia eleuetur extra modum connaturalem tendendi in proprium obiectum, vel ita vt eleuetur ad modum omninò extraneum, alteriuſque potentiæ proprium, & hoc modo vera eſt maior, hocque ſolùm ſuadent eius probationes; vel ita vt eleuetur ſolùm per maiorem extenſionem modi, alioqui connaturalis, qua ratione eleuatur intellectus ad Dei viſionem, cum enim connaturalis ſit intellectui cognitio intuitiua, dum eleuatur ad tendendum intuitiuè in Deum, non eleuatur ad modum tendendi omninò extraneum, ſed eleuatur per maiorem extenſionem modi tendendi ſibi connaturalis, & hæc eleuatio extra modum connaturalem tendendi, quæ dici poteſt ſecundùm quid, non repugnat potentiæ vitali, quia non importat diuerſam rationem vitæ, ſed ſolùm eiuſdem vitæ maiorem extenſionem, ſicque non exigit diuerſam virtutem vitalem intrinſecam, ſed ſolùm diuerſam efficientiam extrinſecam. Ad quartum Reſ-

15. Deus vt viſibile eſt obiectum connaturale intellectus creati quoad ſubſtantiam, non quoad modum.

pondetur Deum vt viſibilem eſſe quoad ſubſtantiam obiectum connaturale intellectus creati, licèt huiuſmodi non ſit quoad modum viſibilitatis, & aſſignare potentiæ vitali ſphæram ſupernaturalem, quæ tamen non ſit omninò extranea à ſphæra naturali, ſed ipſius extenſiua, vt mox dicebatur de eleuatione potentiæ extra connaturalem modum tendendi, nun eſt intercludere viam explicandi, cur quodlibet obiectum non ſit intra ſphæram ſupernaturalem cuiuſlibet vitalis potentiæ: quoties enim obiectum erit in ſphæra omninò extranea à ſphæra alicuius potentiæ, dici debet eſſe extra ſphæram etiam ſupernaturalem talis potentiæ.

16. Aduerte hic ad præſens inſtitutum non eſſe neceſſe, quòd allatæ reſponſiones probentur veræ, hoc enim eſſet probare poſitiuè, ſaltem indirectè, poſſibilitatem viſionis, ſed ſufficere, quod negatiuè ſuſtineantur, nec conuincantur falſitatis; eâdem ratione non eſt neceſſe, quod ea, quæ ab aduerſariis afferuntur probentur falſa eſſe à nobis, ſed ſufficit, ſi negatiuè ſuſtineatur non eſſe euidenter vera. Vndè, quantum ad rem noſtram attinet, ſatis arbitrariè reſponderi poteſt ad quaſdam propoſitiones, de quarum veritate, aut falſitate, euidenter non conſtat, quales ſunt illæ apud Arriagam 1. *part. diſp.* 4. *ſect.* 4. & 5. Perfectius eſt rem cognoſcere, quam rem producere, non repugnat intellectus qui poſſit cognoſcere Deum abſtractiuè, & tamen non poſſit eleuari ad cognoſcendum Deum intuitiuè. Poſſibilis eſt intellectus cognoſcitiuus hominis præcisè, non Angeli.

Assertvm 11. Lumine naturæ non conſtat euidenter poſitiuè viſionem Dei conuenire poſſe intellectui creato, id eſt, lumini naturæ; non apparet euidens ratio euincens poſſibilitatem viſionis Dei reſpectu intellectus creati, & independenter à Fide demonſtrari non poteſt talis poſſibilitas. Colligitur hoc aſſertum ex D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 109. *artic.* 1. traditur à Salmant. 1. *parte tract.* 2. *diſput.* 1. *dub.* 3. Medina 1. 2. *quæſt.* 5. *art.* 1. Aluarez *diſput.* 28. Iſamberto 1. *parte ad quæſt.* 12. *diſput.* 1. *art.* 3. Arriaga *diſp.* 4. *ſect.* 1. Amico *diſput.* 9. *ſect.* 2. aliiſque tum Thomiſtis, tum Recentioribus magis communiter contra Vaſquez 1. 2. *diſp.* 20. *cap.* 2. De Quiros 1. *part. diſp.* 22. *ſect.* 3. Arrubal *quæſt.* 12. *diſput.* 15. alioſque nonnullos, quibus fauet Scotus *in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 8. §. *videtur tamen mihi*, vbi licèt non loquatur in terminis de probatione demonſtratiua, abſolutè tamen docet poſſe per naturalem rationem probari poſſibilitatem viſionis Dei, ideò ſolet abſolutè citari pro ſententia contraria poſito aſſerto. 17.

17. Lumine naturæ non conſtat euidenter poſitiue poſſibilitas viſionis Dei.

Probatur primò, ex communi ratione entium in ſubſtantia ſupernaturalium, quibus omnibus commune eſt non poſſe ab intellectu creato viribus naturæ euidenter cognoſci, aut abſtractiuè in ſtatu poſſibilitatis, aut intuitiuè in ſtatu exiſtentiæ: cùm igitur viſio Dei ſit in ſubſtantia ſupernaturalis, neceſſe eſt, &c. Ex hoc capite Arriaga *loco cit. num.* 1. Vaſquium arguit inconſequentiæ eo, quod poſtquam 1. *parte diſput.* 214. *cap.* 3. docuit Angelum non poſſe virtute propria cognoſcere euidenter, vt poſſibiles res in ſubſtantia ſupernaturales, admittat viſionem eſſe in ſubſtantia ſupernaturalem, & naturæ lumine conſtare euidenter eius poſſibilitatem. Confirmatur: Viſio, & quælibet alia res in ſubſtantia ſupernaturalis nec à priori per cauſam, nec à poſteriori per effectum poteſt naturæ lumine euidenter demonſtrari: ergo naturæ lumine non conſtat euidenter poſitiuè, &c. Conſequentia patet, quia cognitio abſtractiua euidens non habetur, niſi per demonſtrationem, aut formalem, aut virtualem; & demonſtratio non niſi aut per cauſam, aut per effectum. Antecedens probatur: Cauſa, vel effectus inſeruiens lumini naturæ ad formandam demonſtrationem debet eſſe naturalis; ſed per nullam cauſam, nullumque effectum

18. Vaſquez arguitur incōſequentiæ.

Viſio Dei nec per cauſam, nec per effectum naturalem de-

monſtrari poteſt.

effectum naturalem poteſt euidenter demonſtrari viſio, aut quælibet alia res, &c. Minor probatur. Nulla cauſa naturalis eſt proportionata, alioqui naturæ vires haberent proportionem ad viſionem, nec eſſet viſio finis ſupernaturalis, & naturæ viribus inaſſequibilis. Cauſa enim naturalis, quæ inſeruire poſſet, vt medium demonſtrandi viſionem vt poſſibilem, & aſſequibilem; inſeruire etiam poſſet vt medium ipſam aſſequendi.

19\. *Effectus naturalis non poteſt eſſe proprius rei ſupernaturalis.*

Rurſus effectus, vt ſit medium ſufficiens demonſtrandi cauſam, debet eſſe proprius talis cauſæ: ſi enim proprius non eſt, non habet cum ipſa neceſſariam connexionem; adeoque non infert ipſam neceſſariò, vt requiritur ad medium demonſtrationis: at nullus effectus naturalis poteſt eſſe proprius viſionis, eo ipſo enim, quod naturalis eſt neceſſe eſt, quod habeat cauſam naturalem, & per conſequens neceſſe eſt, quod non ſit effectus proprius viſionis, aut alterius rei ſupernaturalis: ergo per nullam cauſam, nullumque effectum naturalem poteſt, &c.

20\. Probatur ſecundò, attingendo efficaciora argumenta, quæ naturæ lumine vrgeri poſſunt ad demonſtrandam poſſibilitatem viſionis Dei, eorumque ſolutiones indicando. Primum ſit ex Scoto *loco ſuprà cit.* Quælibet potentia poteſt ferri in quodlibet contentum ſub proprio obiecto primo & adæquato, alias tale obiectum malè ei aſſignaretur: ſed Deus vt eſt in ſe continetur ſub ente quod eſt primum, & adæquatum obiectum potentiæ intellectiuæ creatæ: ergo poteſt intellectiua potentia creata ferri in Deum vt eſt in ſe, quod eſt Deum videre. Secundum ex eodem Scoto *ibidem.* Quod eſt ſimpliciter perfectionis in aliquo genere ſi competit inferiori in illo genere, competit etiam ſuperiori; ſed cognitio intuitiua proprij obiecti conuenit oculo, qui eſt potentia cognoſcitiua inferior: ergo etiam intellectui, qui eſt potentia cognoſcitiua ſuperior: ſed Deus continetur intra latitudinem obiecti intellectus: ergo. Tertium ex D. Thoma 1. *part. quæſt.* 12. *artic.* 1. *in C. Si nunquam eſſentiam Dei videre poteſt intellectus creatus, vel homo nunquam beatitudinem obtinebit, vel in alio eius beatitudo conſiſtet, quàm in Deo*: ſed euidens eſt hominem poſſe obtinere beatitudinem: & hanc conſiſtere in Deo: ergo euidens eſt intellectum creatum poſſe videre eſſentiam Dei: Minor quoad primam partem euincitur ex concordi in omnibus beatitudinis appetitu.

Euidens eſt beatitudinē hominis cōſiſtere non poſſe in bono creato.

Quoad ſecundum ex eo, quod homo nullo bono creato ſatiari perfectè poteſt; vt ex communi ſapientum omnium conſenſu latiſſimè explicat Abulenſis *in cap.* 5. Matth. *à quæſt.* 18. *ad* 27. Theophilus Raynaudus *diſt.* 1. *de diſciplina morali, quæſt.* 3. *artic.* 1. Quartum ex cognitione creaturarum ſequitur naturale deſiderium videndi Deum, quia ex eodem D. Thoma *Ibidem: Ineſt homini naturale deſiderium cognoſcendi cauſam, cum intuetur effectum*: Sed deſiderium naturæ non poteſt eſſe inane: ergo ex cognitione creaturarum euincitur poſſibile eſſe intellectui creato videre Deum. Quintum ad videndum Deum in ſe non requiritur actus infinitus, ſicuti nec ad amandum in ſe eundem; ſed intellectus creatus eſt capax cuiuſcumque intellectionis non infinitæ: ergo. Sextum: Quodlibet obiectum terminare poteſt cognitionem intuitiuam, quæ non ſit comprehenſiua: aliud enim eſt videri, aliud comprehendi: ſed cognitio intuitiua Dei, & non comprehenſiua nequit eſſe diuina: ergo neceſſariò eſt creata: ergo omninò eſt poſſibilis cognitio creata intuitiua Dei. Septimum: Intellectus creatus vnitus corpori naturæ lumine aſſequitur probabilem notitiam viſionis Dei: ergo intellectus creatus ſeparatus poteſt eodem lumine aſſequi notitiam euidentem. Conſequentia ſuadetur, quia ex vna parte intellectui ſeparato debet concedi perfectior cognitio, & ex alia parte medium inducens notitiam probabilem poteſt eſſe aptum ad inducendam notitiam euidentem. Octauum naturæ lumine euidens eſt eſſe poſſibilem condonationem peccati: ergo etiam eſſe poſſibilem viſionem Dei. Conſequentia patet, quia condonatio peccati ſupernaturalis eſt non minùs, quàm viſio Dei. Antecedens probatur ex communibus ſacrificiis, quæ Deo offeruntur pro obtinenda condonatione peccatorum, ſicuti enim communis omnium cultus infert Deum exiſtentem; ita communia pro peccatis ſacrificia inferunt Deum placabilem; nec minùs inepta forent ſacrificia propitiatoria Deo implacabili, quàm verus cultus Deo chymerico, & impoſſibili.

21\. *Ens, de quo euidenter conſtat eſſe obiectum intellectus creati, eſt ens abſtractiuè cognoſcibile.*

Reſpondetur ad primum ens, quod eſt obiectum potentiæ intellectiuæ creatæ, non eſſe ens ſecundùm omnem rationem cognoſcibilitatis, alioqui poſſet quilibet intellectus quodlibet obiectum comprehendere, & quia Deus etiam, vt comprehenſibilis, continetur ſub ente, etiam vt comprehenſibilis contineretur ſub obiecto potentiæ intellectiuæ creatæ: ſed eſſe ens, vt abſtractiuè cognoſcibile, ſicque ex eo, quod Deus contineatur ſub ratione entis ſolùm euinci, quod ſit abſtractiuè cognoſcibilis ab intellectu creato, & dum dicitur Deus vt eſt in ſe, vel Deus vt viſibilis, continetur ſub ente, quod eſt obiectum intellectus creati, verum eſt ſpecificatiuè, non reduplicatiuè, quia quodlibet ens eſt quidem obiectum intellectus creati, at non quodlibet ens vt eſt in ſe, ſeu vt viſibile.

22\. *Superius in aliquo genere nō neceſſariò cōtinet quamlibet perfectionem cuiuſlibet inferioris.*

Ad ſecundum præterquam quod nimis probat; probat ſcilicet intellectui conuenire naturaliter cognitionem intuitiuam, ſicuti oculo conuenit naturaliter cognitio intuitiua proprij obiecti falſa eſt abſolutè maior: & quod eſt ſuperius in aliquo genere debet habere aliquam perfectionem maiorem qualibet perfectione reperta in quolibet inferiori talis generis: at non debet habere quamlibet cuiuſlibet inferioris perfectionem, hoc enim proprium Dei eſt.

23\. Ad tertium dico rationem, quam *D. Thomas* affert vt probabilem, malè afferri vt demonſtratiuam; con-

cots appetitus beatitudinis probat dari aliquam beatitudinem, at non probat hanc beatitudinem ſuam eſſe in viſione potius, quàm in aliqua alia re, quod homo nullo bono creato perfectè ſatiari poſſit probat beatitudinem debere conſiſtere in cognitione Dei, at non probat debere conſiſtere, niſi hæc aliunde poſſibilis ſupponatur, in cognitione intuitiua; cum præſertim cognitio Dei etiam abſtractiua non quidem prima, benè tamen ſecunda poſſit eſſe immediata, quatenùs licèt nequeat homo primò aſſurgere in Dei notitiam, niſi mediante creatura, ſemel tamen habitâ Dei notitiâ poteſt independenter à creatura ſecundò excitare Dei cognitionem, & in Dei contemplatione quieſcere, vt explicat De Quiros 1. *parte, diſputat.* 22. *ſection.* 1. *numero* 11.

Cognitio Dei etiam abſtractiua poteſt eſſe immediata.

24\. Ad quartum dico aliud eſſe deſiderium cognoſcendi, aliud deſiderium videndi cauſam: illud, non iſtud aſſeritur à *D. Thoma* ineſſe homini intueri effectum: at cognoſcere præſcindit à cognitione intuitiuâ, & abſtractiuâ; vel dici poteſt ex cognitione effectuum ſequi naturale deſiderium videndi cauſam, ſed aut conditionatum, ſi ſcilicet cauſa videri poteſt, aut inefficax, quod etiamſi concedatur naturale, & neceſſarium, ferri poteſt in impoſſibile.

Deſiderium videndi cauſam viſis effectibus aut nullum eſt, aut conditionatū aut inefficax eſt.

25\. Ad quintum, nec euidens eſt intellectum creatum eſſe capacem cuiuſcumque intellectionis non infinitæ, nec euidens eſt viſionem Dei non eſſe actum infinitum, paritas amoris nimis probat: probat quippè eſſe naturalem viſionem Dei, ſicuti eſt naturalis amor Dei in ſe.

26\. Ad ſextum dico reſpectu obiecti ſimpliciſſimi faciliùs concipi, quod nequeat videri, quin comprehendatur; quàm è contra: neque ex eo, quod cognitio comprehenſiua ſit maior intuitiuâ, ſequitur hanc præcisè dabilem eſſe, vbicumque eſt dabilis illa: nam ſicuti ſatisfactio æqualis præcisè eſt minor ſuperexcedente, & tamen reſpectu peccati lethalis eſt dabilis ſatisfactio ſuperexcedens, non ſatisfactio præcisè æqualis, ita ſimiliter, &c.

27\. Ad ſeptimum: dico probari ad ſummum reſpectu intellectus ſeparati notitiam probabiliorem viſionis Dei, nec medium ſecundùm ſe aptum ad inducendam alicuius obiecti notitiam euidentem, habet talem aptitudinem reſpectu intellectus creati; & plura ſunt, quæ dicunt inter ſe eſſentialem connexionem, ignotam tamen intellectui creato, alioqui omnis propoſitio per ſe nota ſecundùm ſe eſſet etiam per ſe nota ſecundùm nos contra ſupradicta *lib.* 1. *cap.* 1.

28\. §. 1. Ad octauum: vel ſermo eſt de peccatis oppoſitis ſupernaturali fini, & ſupernaturalibus præceptis: & hac ratione non eſt naturæ lumine euidens eſſe poſſibilem condonationem, cum non ſit naturæ lumine euidens eſſe poſſibilem ſupernaturalem finem, ſupernaturalia præcepta, adeoque nec peccata his oppoſita; vel ſermo eſt de peccatis contra finem, & legem naturalem, & horum condonatio cognoſcitur euidenter poſſibilis, at non per infuſionem gratiæ, aliorumve donorum ſupernaturalium, ſed vel à nobis naturaliter ignoratur modus, quo fieri poſſit, vel cenſetur fieri ſicuti fit remiſſio offenſæ ab homine, in qua remiſſione nihil ſupernaturalitatis inuoluitur.

Condonatio peccatorum quomodo lumine naturæ cognoſcatur poſſibilis.

Assertvm III. Lumine naturæ, vel excitato, vel adiuto à lumine Fidei conſtat tum probabiliter, tum etiam ſcientificè, viſionem Dei conuenire poſſe, imò conuenire de facto, intellectui creato. Ita communiter Auctores citati pro ſuperiori aſſerto, & à fortiori etiam Auctores eidem aſſerto contrarij ſuſtinentes naturalem euidentiam poſſibilitatis viſionis. 29.

Lumine naturæ vel excitato, vel adiuto à Fide tum probabiliter tum ſcientificè conſtat viſio Dei.

Probatur, & explicatur: Lumen naturæ dicitur excitatum à lumine Fidei, quando ſuppoſitâ ex Fide notitiâ alicuius veritatis, vtitur principiis naturalibus ad eandem veritatem comprobandam, & vt loquitur *D. Thomas* agens de cognoſcibilitate Myſterij Trinitatis *inducitur ratio non quæ ſufficienter probet radicem ſed quæ radici iam poſitæ oſtendat congruere conſequentes effectus*, 1. *parte qu.* 32. *art.* 1. *ad* 2. Dicitur adiutum à lumine Fidei, quando ipſiſmet principiis Fidei vel ſolis, vel cum conſortio principiorum naturalium, vtitur ad diſcurſus Theologicos efformandos. Primo modo lumine naturæ probabiliter conſtat viſionem Dei conuenire intellectui, neque in hoc locum relinquunt ambigendi argumenta in ſuperiori aſſerto allata pro naturali viſionis euidentia, quæ vtrique ſuppoſitâ præſertim Fide de exiſtentia viſionis huic maximè fauent, ipſamque congruentiſſimam oſtendunt. Secundo modo lumine naturæ id conſtat ſcientificè, quia conſtat Theologicè, ſeu Theologicâ certitudine: Theologia verò ex *Prolegomenis, cap.* 1. §. 4. eſt verè proprieque ſcientia, & certitudo Theologica, verè, proprieque ſcientifica. Conſtat inquam Theologicè, ſeu Theologicâ certitudine, quia viſionem Dei conuenire intellectui creato poteſt eſſe concluſio Theologica deducta ſcilicet, vel ex duplici præmiſſa de Fide, vel ex vna præmiſſa de Fide, alterâ naturaliter euidente: quo vtroque modo habetur diſcurſus propriè Theologicus ex *prolegomenis, cap.* 1. §. 7. 30.

31\. Poteſt eſſe concluſio deducta ex vna præmiſſa de Fide, alterâ naturaliter euidente, quia de Fide eſt diligentibus Deum promiſſam eſſe beatitudinem, & viſionem à Deo, ſed euidens eſt Deum non poſſe mentiri, aut falſum dicere, aut deficere à promiſſis aut promittere rem impoſſibilem: ergo ex vna præmiſſa de Fide altera naturaliter euidente deduci poteſt per diſcurſum Theologicum veritas viſionis Dei. A fortiori poteſt lumen naturæ lumine Fidei adiutum aſſequi poſſibilem notitiam viſionis Dei aſſumendo in conſortium præmiſſæ de Fide præmiſſam naturalem probabilem: ſic v.g. diſcurrendo; datur de facto in creatura rationali ſanctificatio per gratiam, & charitatem; ſed ad ſanctificationem per gratiam, & charitatem ſequitur glorificatio per viſionem: ergo datur de facto in creatura rationali glorificatio per viſionem. Item dantur de facto in iuſtis opera meritoria vitæ æternæ, ſeu viſionis

De Fide eſt tam dari beatitudinē, tum talem beatitudinē non haberi ſine viſione Dei.

viſionis Dei; ſed congruum eſt opera meritoria ſuo præmio non fruſtrari: ergo congruum eſt dari de facto viſionem Dei.

§. IV.

An naturæ viribus conueniat, vel conuenire poſſit intellectui creato viſio Dei?

32. ASSERTVM I. De facto non conuenit naturæ viribus intellectui creato viſio Dei. Ita Theologi communiter cum D. Thoma 1. *parte quæſt.* 12. *art.* 4. *in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 2. *art.* 6. *&* 3. contra Gentes *cap.* 50. Scoto *in* 1. *diſt.* 12. *quæſt.* 2. *& in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 11. contra antiquos quoſdam Philoſophos ex Schola Platonis. Item contra *Eunomianos*, dictos etiam *Anomeos*, id eſt quaſi ſine regula, ſeu ſine æqualitate, quod quidem nomen ſortiti ſunt non ex errore aſſerendi intellectum creatum poſſe propriâ virtute Deum clarè videre, ſed ex eo, quod eorum Anteſignanus Eunomius cum Arianis ſenſerit filium in diuinis non eſſe æqualem Patri. Eunomianos quoad aſtruendam viſionem Dei naturæ viribus intellectui creato conuenientem, ſecuti ſunt in Germania *Beguardi, & Beguinæ*, quibus fauet Durandus *in* 4. *diſt.* 49. *quæſtione* 12. docens intellectum noſtrum habere ſecundùm ſe ſufficientem virtutē ad Deum videndum, quamvis in ſtatu viationis ex dependentia à ſenſibus, ſub quibus Deus non poteſt cadere, impediatur à Dei viſione. Hæc *Durandi* opinio ab Iſambetto *ad quæſt.* 12. 1. *partis diſput.* 1. *articulo* 10. dicitur erronea à Vaſquio 1. *parte, diſputat.* 41. *cap.* 2. dicitur erroris notâ non carere, Molina 1. *part. quæſtion.* 12. *artic.* 5. *diſput.* 1. mitiùs *Durandum* interpretatur, ait enim ſenſum ipſius eſſe, animam ſiue in corpore, ſiue extra corpus, non poſſe naturaliter Deum cognoſcere niſi ex rebus creatis, quod non ſufficit ad videndam diuinam eſſentiam; ac proinde non poſſe animam naturaliter Deum videre.

Viſio Dei de facto non conuenit naturæ viribus intellectui creato.

Probatur primò: Ex Scripturis edocemur viſionem Dei eſſe ſpeciale ipſius Dei donum, ex diuina gratia maximè pendens, & anxiè à Deo poſtulandum; ſed hæc minùs congruè dicerentur, ſi poſſet Dei viſio naturæ viribus obtineri: ergo. Maior probatur: ex Pſalm. 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*, ex Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me, & vitam æternam do eis*. Rom. 6. *Gratia autem Dei vita æterna*. Exod. 33. *Si inueni gratiam coram te, oſtende mihi faciem tuam, & ſciam te*. Ioan. 14. *Domine oſtende nobis Patrem*. Confirmatur: Naturæ viribus non poteſt elici actus meritorius vitæ æternæ: ergo multo minùs poteſt elici actus viſionis, qui eſt ipſa vita æterna. Antecedens eſt de Fide expreſſum in Scripturis, & definitum in pluribus Conciliis contra Pelagianos, vt ex profeſſo explicatur *in Tractatu de Gratia*, conſequentia patet à fortiori, & iure Scotus *in* 4. *diſt.* 49. *q.* 11. ait hæreſim Anomeorum ponentiū, Deum poſſe naturæ viribus videri, eſſe maiorem hæreſi Pelagij ponentis, hominem poſſe ſine gratia, & naturæ viribus iuſtificari.

De Fide eſt viſionē Dei eſſe ſpeciale Dei donum ex diuina gratia pendens.

33. Probatur ſecundò: Viſio Dei non conuenit de facto intellectui creato, niſi illuſtrato lumine gloriæ, ergo non conuenit intellectui creato viribus naturæ. Conſequentia patet: quia lumen gloriæ ſupernaturale eſt. Antecedens probatur ex Pſal. 35. *In lumine tuo videbimus lumen*, & ex *Conc. Viennenſi anno* 1311. *ſub Clemente V.* in quo, vt refertur in Clement. *Ad noſtrum de hæreticis*, damnati fuerunt Beguardi, & Beguinæ, inter quorum octo errores quintus fuit: *Quod quælibet intellectualis natura in ſe ipſa naturaliter eſt beata, quodque anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.*

Beguardorum, & Beguinarum error.

ASSERTVM II. Neque etiam de poſſibili poteſt naturæ viribus intellectui creato conuenire viſio Dei.

34. Probatur: Quod alicui de facto non conuenit ratione intrinſecæ inſufficientiæ, ſeu defectu intrinſecæ virtutis, neque etiam de poſſibili poteſt eidem conuenire: ſed quod intellectui creato, de facto non conueniat viſio Dei viribus naturæ prouenit ratione intrinſecæ inſufficientiæ, ſeu defectu intrinſecæ virtutis; ergo neque etiam de poſſibili, &c. Maior patet, quia prædicata intrinſeca eadem ſunt in qualibet re de poſſibili æquè, ac de facto: & ad id, ad quod cauſa eſt de facto ab intrinſeco impotens, nequit de poſſibili euadere potens ſine aliquo ſuperaddito, & niſi aliquid ſuperaccreſcat viribus intrinſecis. Minor ex profeſſo probatur *in ſequenti* §. & pro nunc ſuadetur ex eo, quia quod non conuenit ab intrinſeco, non conuenit omni, & ſemper, ſicuti tamen non videre dum viribus naturæ omni intellectui creato, & ſemper conuenit, nec vlla creatura vllo vnquam tempore Dei viſionem naturæ viribus eſt aſſecuta, aut quemcumque conatum adhibeat eſt aſſecutura; & deridendi omninò ſunt Beguardi, aliique nonnulli eiuſdem furfuris, qui ad ſimulandam ſanctitatem ſe contemplationis beneficio naturaliter Deo perfrui, & à terrenis cogitationibus expeditos, in quodam omnium externarum actionum otio Deum inuenire, ipſumque perfectè videre iactitarunt. Nec vanam hanc iactantiam ſufficienter fulciunt dicentes, rem omninò ſimplicem, & indiuiſibilem, cuiuſmodi eſt Deus, non poſſe cognoſci, quin totaliter & perfectè cognoſcatur, ſicuti eſt, dicente Ariſtotele 9. *Metaph. cap.* 12. non contingere intellectum noſtrum circa ſimplices ſubſtantias decipi: ſed aut omnino eas attingere, aut omninò ignorare.

Viſio Dei neque etiam de poſſibili conuenire poteſt naturæ viribus intellectui creato.

35. Non, inquam, ſufficienter ſe fulciunt: Tum quia eodem modo probaretur cognitione etiam abſtractiua vtrumque imperfecta non poſſe Deum cognoſci, quin totus cognoſcatur: tum quia rem ſimplicem non poſſe cognoſci, quin totaliter, & perfectè cogno

Res ſimplex quomodo poſſit cognoſci, quin ſo aliter cognoſcatur.

cognoſcatur procedit de re ſimplici etiam virtualiter, cuiuſmodi non eſt Deus, cuius perfectio quo magis excludit compoſitionem formalem, & actualem, eo magis includit compoſitionem eminentem, & virtualem *ex libro ſuperiori, cap. 3.*

---

§. V.

Vnde oriatur reſpectu intellectus creati impotentia videndi Deum viribus naturæ?

36. *Impotentia videndi Deũ non oritur, ex dependentia intellectus à ſenſibus.*

ASSERTVM I. Impotentia videndi Deum viribus naturæ non oritur ex dependentia intellectus creati à ſenſibus. Ita Theologi communiter contra Dorandum *ſuprà citatum in primo aſſerto præcedentis §.*

Probatur primò: Impotentia videndi Deum, &c. debet oriri ex aliquo communi intellectui vnito, & ſeparato; ſed dependentia à ſenſibus non eſt huiuſmodi, conuenit quippè ſolùm intellectui vnito corpori; ergo. Maior probatur, tum quia auctoritates ſuprà allatæ ex Scriptura de quolibet intellectu procedunt: tum quia ſecus Angeli in primo inſtanti creationis vidiſſent Deum; & dæmones, vtpotè non ſpoliati perfectionibus naturalibus, & naturæ viribus, etiam de facto in ſtatu damnationis Deum viderent, aut deberent ex lege extrinſeca Dei à tali viſione impediri.

Conuenit intellectui ſeparato æque ac vnito.

Probatur ſecundò: Si impotentia videndi
37. Deum oritur ex dependentia à ſenſibus & remoto ſenſuum impedimento habet creatus intellectus ſufficientem efficacitatem, & proportionatam virtutem ad Deum videndum, ex maiori perfectione naturali intellectus habebitur perfectior viſio. Et quia facilè contingere poteſt, vt qui ſortitus eſt intellectum perfectiorem habeat pauciora merita, facilè continget, vt quis cum paucioribus meritis melius Deum videat & beatior ſit. Imò quia intellectus quilibet Angelicus videtur perfectior quolibet humano, infimus Angelus videbit melius Deum, quam vel Deipara, vel Chriſtus ipſe. Quæ, & ſimilia contra Durandum fuſius proſequitur Vaſquez *prima, parte diſputatione* 41. *capite* 2. vbi etiam impugnat nonnulla friuola ipſius effugia, putà, quod omnes intellectus ſint æqualis perfectionis, inæqualitatem beatitudinis non deſumi ex inæquali viſione Dei, ſed ex inæquali reuelatione aliarum rerum, & myſteriorum, quæ videntur in Deo.

38. *Impotentia videndi Deũ non oritur ex eo quod ſit Deo libera præſentia obiectiua.*

ASSERTVM II. Impotentia videndi Deum viribus naturæ non oritur ex eo, quod præſentia obiectiua Dei reſpectu intellectus creati ſit omninò voluntaria, & libera ipſi Deo, & non in poteſtate creaturæ. Eſt contra Scotum *in 4. diſt. 49. quæſt. 11. & in quolib. quæſt.* 14. Herin. *part. 1. ſum. Theol. diſputatione 5. quæſtione 1. numero* 8. Lauream *in 4. tomo primo, diſputatione 15. articulo 6. §. 5.* alioſque Scotiſtas, quibus fauere videtur D. Ambroſius *in cap. primum Lucæ* dicens: *Non enim ſimiliter ſenſibilia videntur, & is, in cuius voluntate ſitum eſt videri, natura verò eſt non videri; nam ſi non vult non videtur; ſi vult videtur. Apparuit enim Deus Abrahæ, quia voluit, alij quia noluit, non apparuit, &c.*

Probatur primò, vel liberè poſita à Deo obiectiua præſentia reſpectu intellectus creati, hic naturaliter, & virtute propria Deum videt vel adhuc indiget ad Deum videndum aliquo alio ſupernaturali comprincipio, & virtute Superiori. Si dicatur hoc ſecundùm, vt videtur omninò dicendum poſt decretum *Concilij Viennenſis*, ſtatuentis contrà Beguardos, & Beguinas, animam indigere lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, ergo impotentia videndi iam non oritur ex eo, quod præſentia obiectiua Dei reſpectu intellectus creati, &c. Sed ex eo, quod intellectus non habeat ſufficientes vires intrinſecas, & indigeat aliquo eleuante, ac roborante. Si dicatur primum, valdè fauetur Eunomianis, & Beguardis dicentibus intellectum creatum poſſe propria, & naturali virtute Deum videre, nec ponitur maior naturalis inuiſibilitas in Deo, quam ponatur in actibus internis liberis, & ſecretis cordium cuiuſcumque creaturæ rationalis: nam etiam iſta quoad actualem obiectiuam præſentiam pendent à voluntaria, & libera manifeſtatione elicientis.

Naturalis inuiſibilitas Dei debet eſſe maior ea actuum internorum liberorum creaturæ.

Dices vel ſermonem eſſe de facto, & de potentia, ac lege ordinariâ vel ex natura rei, & de potentia, ac lege extraordinaria. Primo modo vltra præſentiam obiectiuam requiri in intellectu ad Deum videndum lumen gloriæ, in huius tamen carentiam non refundi impotentiam videndi, quia non requiritur huiuſmodi lumen ex natura rei, ſed ex decreto extrinſeco Dei ita diſponentis, & nolentis præſtare ſuam præſentiam obiectiuam, niſi intellectui illuſtrato lumine gloriæ, nec aliud euinci ex decreto *Concilij Viennenſis* ſtatuẽtis animam indigere tali lumine ad Deum videndum ſecundo modo poſitâ obiectiuâ Dei præſentiâ intellectum creatum non indigere aliquo alio ſupernaturali comprincipio: at non propterea videre Deum naturaliter, ſeu viribus naturæ, quia videret ſimul concurrente ad viſionem tali præſentia obiectiuâ ſupernaturali, & ipſi indebitâ. Sed contra valde eneruatur decretum Concilij, dum luminis indigentia, quam abſolute definit, aſſeritur eſſe ex decreto Dei extrinſeco, non ex natura rei: Nec ſatis apparet cur præſentia obiectiua Dei debeat dici ſupernaturalis, & indebita intellectui creato, ſi ad eliciendam ſimul cum tali obiectiua præſentia viſionem habet creatus intellectus ab intrinſeco, & naturaliter ſufficientem, idoneámque virtutem. 40.
Et ſicuti concurſus ad calefaciendum dicitur igni connaturalis, & debitus, quia poſito tali concurſu ignis naturaliter, & ab intrinſeco calefacit; ita præſentia obiectiua ad Deum videndum erit creato intellectui connaturalis, & debita, ſi ipſa poſitâ creatus intellectus

39.

Lumen gloriæ ad viſionem debet poni neceſſarium ex natura rei, non ex ſolo decreto extrinſeco Dei.

intellectus ſecundùm ſuas vires naturales videt. Nec refert, quod talis præſentia ponatur à Deo liberè, quia etiam concurſus ad calefaciendum igni liberè à Deo præſtatur. Et ſi intellectus dicitur videre ſupernaturaliter ſolùm, quia videt concurrente præſentia obiectiua liberè à Deo præſtita, omnis cauſa ſecunda ſemper ſupernaturaliter operabitur, quia ſemper operatur concurrente influxu liberè à Deo præſtito.

41. Probatur ſecundò: Intellectus illuſtratus lumine gloriæ non habet impotentiam videndi Deum; ſed reſpectu intellectus illuſtrati lumine gloriæ præſentia obiectiua Dei adhuc eſt omninò libera, & voluntaria ipſi Deo; ergo impotentia videndi Deum viribus naturæ non oritur ex eo, quod præſentia obiectiua Dei &c. Maior infrà explicabitur *cap. 3. §. 2.* Minor probatur: Ideò præſentia obiectiua Dei eſt libera, & voluntaria reſpectu intellectus non illuſtrati, quia talis præſentia eſt actio ad extra, ſed etiam eſt actio ad extra reſpectu intellectus illuſtrati, & Deus in actionibus ad extra in cœlo æquè, ac in terra liber eſt, ex Pſalm. 134. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra;* Ergo reſpectu intellectus illuſtrati præſentia obiectiua Dei adhuc eſt omninò libera, & voluntaria.

Præſentia obiectiua Dei eſt etiam reſpectu intellectus illuſtrati lumine gloriæ libera & voluntaria Deo.

42. Dices reſpectu intellectus illuſtrati præſentiam obiectiuam Dei eſſe quidem liberam, & voluntariam; ſed ſimul eſſe debitam ratione decreti, quod Deus habet coniungendi cum lumine gloriæ huiuſmodi præſentiam obiectiuam, & vniendi ſe intentionaliter intellectui habenti lumen gloriæ; ideò ſuppoſito tali decreto præſentiam obiectiuam, licet ſimpliciter liberam, eſſe in poteſtate intellectus illuſtrati, nullatenùs verò eſſe in poteſtate intellectus non illuſtrati, cui defectu talis decreti non eſt debita. Sed contrà ſi intellectus etiam non illuſtratus habet ex parte ſui virtutem, & actiuitatem ſufficientem ad eliciendam viſionem, non eſt, cur eidem etiam non illuſtrato non dicatur debita præſentia obiectiua, & gratis dicitur eſſe decretum de præſtanda tali præſentia obiectiua intellectui habenti potius, quam non habenti lumen gloriæ, ſi etiam non habens lumen gloriæ eſt de ſe proportionatus ad eliciendam cum tali præſentia obiectiua viſionem.

43. Ex his habes non negari à nobis, quod omninò libera, & voluntaria Deo ſit præſentia obiectiua, & intentionalis vnio cum intellectu creato, ſed negari, quod hinc præcisè oriatur in intellectu creato impotentia videndi Deum, & licet ſine tali præſentia intellectus ſit impotens videre, non tamen aut eſt impotens præcisè ex carentia talis præſentiæ, aut ex eiuſdem poſitione præcisè ſit potens: & ſi per impoſſibile Deus intentionaliter per modum obiecti vniretur intellectui non eleuato per lumen gloriæ, aut per aliquod ipſum ſupplens, adhuc intellectus remaneret impotens videre Deum, quia nihil intellectui accreſceret ſe tenens ex parte ipſius, & roborans actiuitatem ex parte po-

Præſentia obiectiua reſpectu intellectus omninò libera & voluntaria Deo eſt.

tentiæ. Dixi ſi per impoſſibile, quia potentiæ improportionatæ perſeueranti in ſua improportione, nequit obiectum intentionaliter, & per modum obiecti vniri, cum vniri per modum obiecti nihil ſit aliud, quam conſtituere cum potentia principium elicitiuum actus attingentis obiectum.

Deus nequit intentionaliter vniri intellectui creato, nullatenùs eleuato.

44. Assertvm III. Impotentia videndi Deum viribus naturæ in intellectu creato oritur ex inferioritate modi eſſendi, ex eo ſcilicet, quod modus eſſendi intellectus creati ſit inferior ad modum eſſendi Dei. Ita Thomiſtæ & plures recentiores cum D. Thoma *prima parte, quæſtione 12. articulo 4. contra Authores citatos in duobus ſuperioribus aſſertis.*

Impotentia videndi Deũ oritur ex inferioritate modi eſſendi intellectus creati.

Probatur ratione, argumento, & verbis D. Thomæ *loco citato: Cognitio contingit ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente; cognitum autem eſt in cognoſcente ſecundùm modum cognoſcentis. Vnde cuiuſlibet cognoſcentis cognitio eſt ſecundùm modum ſuæ naturæ. Si igitur modus eſſendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoſcentis oportet, quod cognitio illius rei ſit ſupra naturam illius cognoſcentis:* Quod cognitio contingat, ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente euincitur ex peculiari modo operandi potentiæ cognoſcitiuæ, cuius proprium eſt trahere ad ſe obiectum, & obiectum ipſum vel obiecti ſimilitudinem in ſe habere, vnde ortæ ſunt propoſitiones illæ ab antiquis Philoſophis deſumptæ. *Anima locus eſt formarum: Intelligentia plena eſt formis: intellectus plenus eſt ſpecierum. Intellectus intelligendo fit omnia:* Quod cognitum ſit in cognoſcente ſecundùm modum cognoſcentis ſuadetur tum ex communi axiomate: *Quidquid recipitur per modum recipientis recipitur*, tum quia cognitum debet eſſe in cognoſcente comproducendo, & terminando actum cognoſcentis. Sicuti igitur cognoſcens ſecundùm modum ſuum producit actum; ita & cognitum ſecundùm eumdem modum debet eſſe in cognoſcente.

Cognitio contingit ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente.

Cognitum eſt in cognoſcente ſecundũ modum cognoſcentis.

45. Cuiuſlibet cognoſcentis cognitio eſt ſecundùm modum ſuæ naturæ, quia vt communiter dicitur modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi (ſubintellige ipſius cognoſcentis) & ſicuti res ſe habet in eſſe; ita ſe habet in cognoſcere. Sic anima brutorum ſicuti habet modum eſſendi materialem; ita habet materialem modum cognoſcendi. Anima rationalis in ſtatu vnionis ad corpus, ſicut licet in ſe ſpiritualis aliquo modo in eſſe dependet à corpore; ita licet intelligat per actus ſpirituales, elicit tamen tales actus dependenter à ſenſibus, & organis corporeis. Anima ſeparata & Angelus habent modum eſſendi omninò quidem ſpiritualem, cum aliqua tamen potentialitate, & ſpiritualiter, cum aliqua tamen potentialitate intelligunt, Deus tantùm ſicuti habet ſimpliciſſimum, & actualiſſimum modum eſſendi; ita habet ſimpliciſſimum, & actualiſſimum modum cognoſcendi. Hinc miſſa cognitione materiali, quæ intellectio non eſt, & materiali anima, quæ non eſt

Cuiuſlibet cognoſcentis cognitio eſt ſecundũ modũ ſuæ naturæ.

intellectiua: Ex allis tribus modis eſſendi
habetur triplex genus, ſeu triplex ordo in-
telligentium. In primo & infimo eſt anima
46. rationalis vnita corpori. In ſecundo & me-
dio anima ſeparata, & Angelus. In tertio &
ſupremo Deus. Huic triplici ordini intelli-
gentium reſpondet triplex ordo intelligibi-
lium, intelligens enim habens primum mo-
dum eſſendi non poteſt per ſua naturalia in-
tuitiuè cognoſcere, niſi intelligibilia in eo-
dem primo modo eſſendi conſtituta. Intel-
ligens habens ſecundum modum eſſendi non
niſi intelligibilia conſtituta in eodem ſecun-
do aut à fortiori in inferiori modo eſſendi,
vt patere poteſt inducenti per ſingula intel-
ligentia & intelligibilia; probaturque ex illa
propoſitione D. Thomæ: *Cuiuſlibet cogno-
ſcentis cognitio eſt ſecundum modum ſuæ natu-
ræ.* Si enim intelligens exiſtens in inferiori
modo eſſendi per ſua naturalia cognoſcat, vt
eſt in ſe, intelligibile exiſtens in modo eſſen-
di ſuperiori, cognitio erit ſecundùm modum
eſſendi intelligibilis Superioris, non ſecun-
dùm modum eſſendi ipſius cognoſcentis. Po-
teſt hoc idem confirmari ex eo, quod vt
probabitur *infrà cap.* 3. § 6. nullum intelli-
gens poteſt per ſua naturalia habere cogni-
tionem perfectiorem comprehenſione ſui;
quod eſt idem, ac dicere cognitionem debe-
re eſſe ſecundùm modum cognoſcentis, nec
poſſe attingere vt eſt in ſe, quod habet ſu-
periorem modum eſſendi, alioqui Angelus,
& à fortiori homo attingens naturaliter
Deum, vt eſt in ſe, eliceret naturaliter co-
gnitionem perfectiorem comprehenſione
ſui. His poſitis pro explicatione verborum
47. *D. Thomæ*, ſic poteſt in probationem noſtri
aſſerti formari clarius argumentum.

Intelligentium, & intelligibilium triplex genus.

Nullum intelligens poteſt per ſua naturalia habere cognitionem perfectiorẽ comprehenſione ſui.

Intellectus habens modum eſſendi infe-
riorem ad modum eſſendi obiecti non poteſt
naturæ viribus videre tale obiectum; ergo
ex eo, quod modus eſſendi intellectus creati
ſit inferior ad modum eſſendi Dei, rectè ex-
plicatur impotentia videndi Deum viribus
naturæ in intellectu creato, ſed verè modus
eſſendi intellectus creati inferior eſt, quia
cum habeat potentialitatem & compoſitio-
nem, inuoluit aliquid per modum materiæ:
modus verò eſſendi Dei cum habeat maxi-
mam actualitatem, & ſimplicitatem, nihil
prorſus, quod materiam imitetur, inuoluit;
ergo & verè habet intellectus creatus reſpe-
ctu Dei inferiorem modum eſsendi, & ex
hac inferioritate rectè explicatur oriri im-
potentiam videndi Deum: Antecedens, in
quo eſt tota ſumma difficultatis mox pro-
batum eſt auctoritate *D. Thomæ*, inductione,
& ratione.

Dices hoc argumentum nimis probare,
probat enim nec animam ſeparatam videre
poſse naturaliter Angelum, nec Angelum
inferiorem videre poſse naturaliter ſuperio-
rem, cum modus eſsendi animæ ſit inferior
modo eſsendi Angeli, & modus eſsendi An-
geli inferioris inferior modo eſsendi Angeli
ſuperioris. Item probat intellectum neque
etiam eleuatum lumine gloriæ poſse vide-
48. re Deum, cum etiam vt eleuatus habeat
modum eſsendi inferiorem modo eſsendi
Dei. Sed contra non quæcumque inferiori-
tas modi eſsendi impedit viſionem obiecti,
ſed ſolùm inferioritas, & diuerſitas modi eſ-
ſendi generici, qui triplex eſt ex præmiſſis
iuxta triplicem gradum immaterialitatis;
cum enim immaterialitas ſit radix, aut [illegible]-
tem iuxta infrà dicenda *lib.* 3. *cap.* 1. §. 5.
circa finem, indiuiſa comes intellectiuitatis,
& intelligibilitatis diuerſitas modi eſsendi in
immaterialitate attendenda maximè eſt in
ordine ad diſtinguenda genera intelligen-
tium, & intelligibilium. Hinc dico animam
ſeparatam, quod pariter procedit de Angelo
inferiori reſpectu ſuperioris, poſse naturali-
ter videre Angelum, quia modus eſsendi li-
cet inferior, non eſt inferior in gradu generi-
co immaterialitatis. Ad illud, quod additur
[illegible] inferioritatem modi eſsendi ſolùm ob-
[illegible]re cognitioni intuitiuæ eliciendæ virtute
naturali, non verò eidem eliciendæ virtute
ſupernaturali; & ſicuti quælibet cauſa po-
teſt ſupernaturaliter attingere effectũ perfe-
ctiorem abſque eo, quod in ſe euadat eiuſ-
dem perfectionis cum effectu; ita & debet
intellectus poſse videre obiectum exiſtens in
modo eſsendi ſuperiori, abſque eo, quod in
ſe acquirat eumdem modum eſsendi. Accedit,
quod cum lumen gloriæ ſit ordinis diuini,
& participatiuè quodammodo eiuſdem modi
eſsendi cum Deo, dici poteſt intellectus hu-
iuſmodi lumine eleuatus euchi ad accidenta-
lem quodammodo participationem ipſius 49.
modi eſsendi Dei.

Intelligens & intelligibile ſatis eſt, quod ſint in eodem modo eſſendi generico ſecundum eumdem gradum in generico immaterialitatis.

Dubitari hîc poteſt, cur inter intelligens,
& intelligibile requiratur idem modus eſ-
ſendi pro viſione, & cognitione intuitiuâ,
non pro cognitione abſtractiuâ. Responde-
tur cognitionem intuitiuam attingere ob-
iectum vt eſt in ſe, adeóque requirere, quod
cognitum, vt eſt in ſe, ſit in cognoſcente.
Non poteſt autem, vt eſt in ſe, eſse in co-
gnoſcente, niſi cognoſcens habeat eumdem
modum eſsendi. At cognitio abſtractiua ex
ſuâ ratione non attingit obiectum, vt eſt in
ſe, nec requirit quod cognitum, vt eſt in ſe,
ſit in cognoſcente: & ſicuti poteſt eſse in
cognoſcente etiam per ſpeciem alienam, &
inferiorem; adeóque modo inferiori, eo quem
habet in ſe; ita etiam poteſt eſse in cogno-
ſcente habente modum eſsendi diuerſum, &
inferiorem. Vel, quod idem eſt, cognitio in-
tuitiua obiecti ſuperioris, quia debet eſse
obiecti vt eſt in ſe, non poteſt eſse ad mo-
dum cognoſcentis inferioris, ſicque vt poſſit
eſse ad modum cognoſcentis neceſsariò re-
quirit in cognoſcente eumdem modum eſ-
ſendi. At cognitio abſtractiua obiecti ſupe-
rioris, cum non debeat eſse obiecti vt eſt in
ſe, & haberi poſſit ad modum rei inferioris,
Angelus v.g. abſtractiuè cognoſcatur ad mo-
dum ſpecioſi adoleſcentis, etiam reſpectu
cognoſcentis inferioris eſse poteſt ad mo-
dum cognoſcentis, nec vt ſaluetur, quod ad
modum cognoſcentis ſit, petit eumdem mo-
dum eſsendi in cognoſcente.

Idem modus eſſendi inter intelligens, & intelligibile requiritur pro cognitione intuitiua, non pro abſtractiua & cur.

§. VI.

§. VI.

Vtrùm detur appetitus innatus, vel elicitus naturalis ad viſionem Dei?

50. Non datur in creatura appetitus innatus ad viſionem Dei.

ASSERTVM I. Non datur in creatura appetitus innatus ad viſionem Dei. Colligitur ex D. Thoma 1. *parte, quæſtione* 12. *articulo* 4. *&* 5. *quæſtione* 23. *articulo* 1. *quæſt.*62. *articulo* 1. *&* 2. 1.2. *quæſtione* 114. *articulo* 2. *in* 4. *diſtinct.* 49. *quæſt.*1. *artic.*3. *quæſtiunc.*3. traditur expreſſe à Salmant. 1. *parte, tractat.*2. *diſputatione* 1. *dub.* 4. §.1. Ioan. à S.Thoma *quæſt.* 12. *diſputat.*12. *articulo* 3. *numero* 7. aliiſque Thomiſtis communiter, quibus conſentiunt Arriaga 1. *parte, diſputatione* 6. *ſection.* 4. De Quiros *diſput.*22. *ſect.*4. Molina, Vaſquez, &c. contra Scotum *in* 4. *diſt.*49. *quæſt.*10. Lauream *in* 4.*tom.*1. *diſput.* 15. *art.* 1. Valentiam 1.2. *diſp.*1. *quæſt.*5. *punct.* 1. Durandum, Paludanum, Recupitum, Ruiz, &c.

Appetitus innatus eſt inclinatio per modum ponderis inſita à Deo, vt Auctore naturæ.

Non datur ad rem naturaliter impoſſibilem.

Probatur primò: Non datur in creatura, ſeu in natura creata appetitus innatus ad rem naturæ viribus impoſſibilem, ſed viſio Dei eſt naturæ viribus impoſſibilis: ergo non datur in creatura, &c. Minor habetur ex *duobus ſuperioribus* §§. Maior probatur primò, quia appetitus innatus non eſt, niſi inclinatio quædam per modum ponderis inſita à Deo, vt Auctore naturæ, ſed Deus vt Auctor naturæ non reſpicit, niſi rem poſſibilem viribus naturæ: ergo etiam appetitus innatus cum ſit inclinatio, &c. non reſpicit niſi, &c. cum nec inclinatio poſſit ſe extendere vltra id, ad quod ſe extendit ſuum principium, nec Deus poſſit inordinatè procedere, cauſando vt auctor naturæ inclinationem ad terminum, ad quem nequeat perducere. Secundò appetitus innatus non eſt ad rem, ad quam non ſuppetant in natura, ſeu intra ordinem naturæ principia, & media ſufficientia; vt enim ait Ariſtotel. 2. *de Cælo, Text.*30. *Irrationabile eſſet aſtra ordinari ad motum* (ſubintellige progreſſiuum) *& naturam nullum eis dediſſe organum vt mouerentur*; ergo appetitus innatus non eſt ad rem naturæ viribus impoſſibilem. Tertiò, ſi daretur in natura creata appetitus innatus ad rem naturæ viribus impoſſibilem, nec natura ipſa propriis viribus, nec Deus vt Auctor naturæ poſſet huiuſmodi appetitum explere, ſed habere appetitum innatum inexpletum, imò inexplebilem eſt pati perpetuam violentiam, & imperfectionem: ergo quælibet natura creata conſiderata, vel ſecundùm ſe, vel in ordine ad Auctorem naturæ cogeretur pati perpetuam, &c.

51. Dices ex doctrina Scoti *quæſt.* 1. *prologi* falſum eſſe abſolutè maiorem poſitæ probationis, & quamcumque potentiam receptiuam habere naturalem inclinationem, & innatum appetitum ad quamcumque perfectionem ſibi poſſibilem, ſiue deinde talis perfectio ſit poſſibilis viribus naturæ, ſiue viribus ſuperioris, & ſupernaturalis agentis. Propterea Scotus *loco citato*, § *ad quæſtionem igitur*, ait, comparando receptiuum ad actum nullam eſſe ſupernaturalitatem. Verba ipſius ſunt: *Potentia receptiua comparatur ad actum, quem recipit, vel ad agens à quo recipit. Primo modo ipſa eſt potentia naturalis, vel violenta, vel neutra; naturalis, ſi naturaliter inclinetur: violenta ſi ſit contra inclinationem naturalem; neutra, ſi neque inclinatur ad iſtam formam, neque ad oppoſitam: in hac autem comparatione nulla eſt ſupernaturalitas.* Conformiter ad hanc diſtinctionem paulò infrà ita habet: *Dico, quod comparando intellectum poſſibilem ad notitiam actualem in ſe nulla eſt ſibi cognitio ſupernaturalis, quia intellectus poſſibilis quacumque cognitione naturaliter perficitur, & ad quamcumque naturaliter inclinatur: ſed ſecundo modo loquendo ſic eſt ſupernaturalis, quæ generatur ab aliquo agente, quod non eſt natum mouere intellectum poſſibilem ad talem cognitionem naturaliter.* In ſolutione deinde argumentorum §. *ad argumenta principalia*, expreſsè concedit non eſſe inconueniens potentiam eſſe naturaliter ordinatam ad obiectum, ad quod non poteſt naturaliter attingere, idque confirmat ex Anſelmo *de libero arbitr. capite ſecundo*, dicente: *nullam vt puto habemus poteſtatem*, quæ ſola ſufficiat ad actum. Paulò etiam ante §. *ad argumenta pro opinione Ariſtotelis*, docet ad hoc, vt potentia paſſiua non ſit fruſtranea in natura ſufficere, quod in tota coordinatione entium detur aliquod, per quod poſſit completè reduci ad actum, & hac ratione etiam debere potentiæ paſſiuæ actiuam correſpondere; cæterum non eſſe neceſſe, quod potentiæ paſſiuæ naturali, & creatæ correſpondeat potentia actiua in ſerie entium naturalium, & in natura creata; idque *in* 4. *diſtinct.* 49. *quæſtion.* 11. §. *ad aliud dicendum*, exemplificat in potentia receptiua corporis ad animam intellectiuam, quam tamen tota natura non poteſt inducere. Sed contra: Dum *Scotus* admittit viſionem Dei eſſe rem naturæ viribus impoſſibilem, & inaſſequibilem, nobiſcum ſentit, dum deinde ad huiuſmodi rem vult dari appetitum innatum, & inclinationem naturalem, renſatque admittere ſupernaturalitatem ſecundùm comparationem potentiæ paſſiuæ ad actum, reducit difficultatem ad quæſtionem de nomine, in qua gratis ipſe recedit à communi modo loquendi, appellando potentiam naturalem eam, quam cæteri communiter vocant obedientialem, & vltra vulgatam acceptionem extendendo appetitum innatum ad ſignificandam quamcumque capacitatem formæ vtcumque perfectiuæ. Quæ extenſio eſt parum congrua; latinis enim

Scoti doctrina de naturali inclinatione ad formas, & perfectiones ſupernaturales.

52.

enim patet capacitas, quàm appetitus innatus: enim iſte fundetur in natura, vt eſt determinata quædam entitas, & ſit perfectio determinata, ideò ſemper tendit in aliquid determinatum: capacitas verò non fundatur in determinatione naturæ, ſeu in natura, vt eſt determinata entitas, ſed in ſubiectione ipſius ad Deum, quæ quodammodo illimitata, & indeterminata eſt. Ideò capacitas non tendit in aliquod determinatum, ſed ampliſſimè vagatur, & in diuerſis etiam naturis eadem eſt. Potentiam, quam vocat neutram, melius vocaret ſupernaturalem, vix enim exiſtimo aſſignari poſſe potentiam neutram, quæ non ſit ad formam ſupernaturalem, certè reſpectu formæ ſupernaturalis optimè verificatur, quod potentia naturalis neque ad ipſam inclinetur, neque ad oppoſitam. Quod adducit ex *Anſelmo* ei non fauet, quia aliud eſt potentiam non poſſe ſe ſolà attingere actum; aliud eſt non poſſe attingere actum viribus naturæ, ad hoc enim ſufficit, quod poſſit attingere actum cum conſortio comprincipiorum naturalium. Dicere, quod potentiæ paſſiuæ debeat correſpondere actiua ſolùm in tota coordinatione entium eſt intercludere viam probandi poſſibilitatem effectuum naturalium ex inclinatione, & capacitate naturali ad ipſos. Exemplum animæ intellectiuæ non probat intentum, quia ad hoc vt aliquid ſit ponibile viribus naturæ ſatis eſt, quod à Deo vt Auctore naturæ poni poſſit, vt verè ponitur Anima intellectiua; deinde nimis facilè ſupponitur repugnare creaturam, cui ab intrinſeco conueniat per creationem producere, & in materiam organizatam inducere animam intellectiuam. Stet igitur appetitum innatum creaturæ, & inclinationem naturalem non eſſe, niſi ad aliquod, quod ſimpliciter & abſolutè viribus naturæ haberi poſſit. Dixi, ſimpliciter, & abſolutè, vt innuerem non eſſe neceſſe, quod poſſit haberi propriis viribus eius, cui ineſt appetitus innatus, & naturalis inclinatio. Item nihil obeſſe, quod per accidens, & quoad modum, viribus naturæ haberi non poſſit, vt accidit in forma ſemel corrupta, & in viſu ſemel deperdito, ad quæ tamen ſecundùm ſe non negatur appetitus innatus, ad illam in materia, ad iſtum in cæco.

53. Potentia, quæ à *Scoto* dicitur neutra, melius diceretur ſupernaturalis.

Potentiæ paſſiuæ videtur debere correſpondere actiua in eodem ordine.

54. Anima intellectiua producitur viribus naturæ, quia à Deo, vt Auctore naturæ.

Probatur ſecundò: Non datur in creatura appetitus innatus ad gratiam, & vnionem hypoſtaticam ad virtutem faciendi miracula: ergo nec ad viſionem Dei. Conſequentia probatur, quia etiam gratia, vnio hypoſtatica, & virtus faciendi miracula perficiunt creaturam. Antecedens etiam probatur, tum quia ſecùs nulla eſſet forma ſupernaturalis, quam creatura naturaliter non appeteret, adeoque creatura quælibet eſſet maximè imperfecta, quia vtpotè carens plurimis formis ſupernaturalibus haberet appetitum maximè inexpletum, tum quia gratia, vnio hypoſtatica, & alia omnia dona ſupernaturalia darentur iuxta naturalem exigentiam, quæ non apparet, in quo differat ab appetitu innato. Eſt autem contra rationem doni gratioſi dati ad naturalem exigentiam ſubiecti; nec rectè diceret Auguſtinus 1. *de Prædeſtinatione Sanctorum, cap. 5. habere fidem, & charitatem gratia eſt fidelium*, vbi aduerte obiter non obſtare nobis verba eiuſdem *Auguſtini* immediatè præcedentia: *Poſſe habere fidem, & charitatem natura eſt hominum.* Intelligi enim debet *natura eſt hominum* ſecundùm potentiam obedientialem, non ſecundùm potentiam naturalem, & appetitum innatum; alioqui malè diceretur gratioſa habitio, ſi eſſet naturalis habendi inclinatio.

55. Non datur in creatura appetitus innatus ad gratiã, ad vnionem hypoſtaticam, &c.

Probatur tertiò, poſſibilitas rei appetitæ eſt pars intrinſeca appetitus innati, & inclinationis naturalis: ergo non poteſt dari appetitus innatus, & inclinatio naturalis ad rem ſupernaturalem, cuiuſmodi eſt viſio. Conſequentia patet, quia res naturalis, cuiuſmodi eſt appetitus innatus, non poteſt tanquam ex parte intrinſecâ conſtitui ex aliquo ſupernaturali, alioqui eſſet, & non eſſet res naturalis. Eſſet vt ſupponitur; non eſſet, quia ex ſupernaturali conſtaret. Antecedens traditur ab Arriaga 1. *parte diſputat. 6. ſect. 4.* & probatur ex eo, quod non poteſt aliunde melius explicari, quomodo impoſſibilitata re appetita, impoſſibilitetur appetitus, quam dicendo rem appetitam eſſe partem intrinſecam appetitus, idque ſpecialiter confirmatur in noſtris principiis, quibus complexa aſſerimus, cum enim relatio ſit complexum fundamenti, & termini, ex vtroque, tanquam ex parte intrinſeca conſurgens, & appetitus non ſit, niſi relatio appetentis ad rem appetitam, conſequens eſt, vt appetitus conſtituatur intrinſecè ex appetente, & re appetita, vt poſſibili tamen, loquendo vt loquimur in præſenti de appetitu per modum deſiderij in rem abſentem. Nec debet videri difficilius, quod centrum v. g. ſit pars appetitus, quo lapis in ipſum inclinat, quam quod formica ſit pars actus, quo Angelus ipſam cognoſcit, ſubintellige de formica per ſui ſpeciem.

56. Poſſibilitas rei appetitæ eſt pars intrinſeca appetitus innati.

Appetitus eſt complexum rei appetentis, & rei appetitæ.

Assertvm II. Datur, vel ſaltem eſt dabilis in creatura appetitus elicitus naturalis inefficax ad viſionem Dei, & in aliquo ſenſu etiam appetitus elicitus naturalis efficax. Prima pars aſſerti communiſſima eſt: Secunda pars eſt Arriagæ 1. *part. diſp. 6. ſection. 3.* De Quiros *diſputat. 22. ſect. 5.* & aliorum apud ipſum contra Salmanticenſes 1. *parte tract. 2. diſputatione 2. dubio 5. §. 3.* Ioan. à S. Thoma *quæſt. 12. diſput. 12. artic. 3. numero* 10. alioſque Thomiſtas abſolutè negantes reſpectu viſionis appetitum elicitum naturalem efficacem, Scotus *in 4. diſtinct. 49. quæſtione 9. & 10.* fauet aſſerto in ſenſu, in quo aſtruit efficaciam appetitus naturalis eliciti; quatenus verò eandem

57. Datur in creatura ad viſionem appetitus naturalis elicitus inefficax, & in aliquo ſenſu etiam efficax.

Digitized by Google

eandem efficaciam non abſolutè affirmat, ſed in aliquo ſenſu etiam negat, aſſerto aduerſatur; cum enim appetitus innatus ſit fundamentum eliciti naturalis, *Scotus* ſicuti abſolutè admittit reſpectu viſionis appetitum innatum, ita etiam abſolutè admittit elicitum naturalem efficacem.

Appetitus inefficax fertur in obiectum etiam non apprehenſum vt poſſibile.

Probatur prima pars. Appetitus elicitus inefficax ferri poteſt in omne, quod apprehenditur ſub ratione boni, etiamſi nec vt aſſequibile, nec vt poſſibile apprehendatur; appetitus enim inefficax ſe habet, vt actus conditionatus, quo quis bonum aliquod vellet, ſi tale bonum eſſet poſſibile, & experientia conſtat plura etiam impoſſibilia inefficaciter appeti poſſe. Sic poteſt quis inefficaciter appetere impeccabilitatem ab intrinſeco, æqualitatem cum Deo, & ſimilia; ſed viſio Dei præſcindendo à poſſibilitate, vel impoſſibilitate ipſius naturaliter cognoſci, & apprehendi poteſt ſub ratione boni: ergo.

58. Probatur, & explicatur ſecunda pars. Appetitus elicitus dupliciter dici poteſt naturalis: vel quatenus non ſolum ſit elicitus viribus naturæ; ſed etiam quatenus ſecundùm ſe nihil ſupernaturale aut ſupponat, aut requirat: vel præcisè quatenus ſit elicitus viribus naturæ. Primo modo non eſt dabilis in creatura reſpectu viſionis Dei appetitus elicitus naturalis efficax. Ratio eſt, quia, vt appetitus ſit efficax, prærequiritur certa notitia aſſequibilitatis obiecti, & mediorum, quibus haberi poſſit aſſecutio, & non niſi efficacia apparenti poteſt quis conari ad appetendum efficaciter aliquid, de cuius aſſequibilitate notitiam certam non habeat: ſed notitia creata aſſequibilitatis viſionis Dei, & mediorum, quibus talis viſionis aſſecutio haberi poteſt, neceſſariò ſupernaturalis eſt; ergo appetitus efficax viſionis Dei neceſſariò requirit, & ſupponit aliquid ſupernaturale, adeoque non poteſt eſſe naturalis primo modo. Et in hoc ſenſu ex eo, quod viſio nequeat naturæ viribus aquiri bene inferunt Thomiſtæ, quod nequeat naturali appetitu, appetitu ſcilicet, qui nihil ſupernaturale ſupponat, aut requirat efficaciter appeti. Secundo modo eſt dabilis in creatura reſpectu viſionis Dei appetitus elicitus naturalis efficax. Ratio eſt, quia, vt appetitus ſit efficax, non eſt neceſſe, quod tendat in rem aſſequibilem propriis, & intrinſecis viribus ipſius appetentis, alioqui non poſſet infirmus efficaciter appetere ſanitatem, quam non poteſt aſſequi propria peritia, ſed neceſſe eſt vtatur peritia medici. Sufficit igitur, vt appetitus ſit efficax, quod tendat in rem aſſequibilem per media, quæ ſint in notitia, & poteſtate appetentis, ſiue deinde talia media à propria ipſius appetentis virtute, ſiue ab aliena dependeant; ergo vt appetitus naturalis ſit efficax non eſt neceſſe, quod tendat in obiectum aſſequibile viribus naturæ, ſed ſufficit, quod tendat in rem aſſequibilem per media, quæ ſint in notitia, & poteſtate appetentis, ſiue deinde à naturæ, ſiue à ſuperioris agentis viribus dependeant. Cur ergo poſtquam quis lumine fidei certò cognoſcit poſſibilitatem viſionis, & ſcit ſibi præſtò eſſe media ad viſionem conducentia, appetendo viribus naturæ viſionem, non diceretur appetere efficaciter. Et ecce appetitum efficacem viſionis ſecundùm ſe præcisè viribus naturæ elicitum, & ſecundo modo ſupra explicato naturalem, neque dicas talem appetitum nec efficacem eſſe, nec naturalem: non efficacem, quia nequeunt vi ipſius applicari media, alioqui vi actus naturalis applicaretur, ſeu determinaretur voluntas ad actus ſupernaturales. Non naturales, quia habet pro obiecto aliquod ſupernaturale, & ſicuti ex *tertia probatione ſuperioris aſſerti*, res appetita, ſeu poſſibilitas ipſius eſt pars intrinſeca appetitus innati; ita videtur eſſe debere eadem ratio de appetitu elicito. Contra enim.

Appetitus efficax viſionis non poteſt non ſupponere aliquid ſupernaturale, licet poſſit eſſe naturalis in ſe.

59. Appetitus efficax non eſt neceſſe quod tendat in rem aſſequibilem propriis viribus appetentis.

Ad id, quod obiicitur efficaciæ dico nec eſſe abſurdum, quod vi actus naturalis applicetur voluntas ad actum ſupernaturalem, pro quo iam aliunde habeantur omnia requiſita, quod Arriaga 1. *parte, diſp. 6. ſect. 3. n. 17.* exemplificat in voluntate conſecrandi, ad quam poteſt miniſter applicari actu naturali, & tamen conſecratio deinde ſupernaturaliter fit: nec id eſſe neceſſarium ad noſtrum intentum. 60.

Actu naturali poteſt voluntas applicari ad aliquod ſupernaturale.

Ad hoc enim, vt appetitus ſit efficax non eſt neceſſe, quod vi ipſius præcisè applicentur media, ſed ſufficit ſi ad talem applicationem conducat cum conſortio ſuperioris auxilij, qua ratione optimè poteſt actus naturalis inſeruire actui ſupernaturali, vt exemplificari poteſt in iudicio naturali euidentis credibilitatis, quod cum conſortio ſupernaturalis illuſtrationis applicat voluntatem ad pium ſupernaturalem affectum credendi.

Appetitus efficax non eſt neceſſe, quod ex ſe præcisè applicet media.

Ad id, quod obiicitur naturalitati, dico optimè poſſe actum naturalem, elicitum ſcilicet naturæ viribus, habere pro obiecto aliquod ſupernaturale, dummodo non habeat ſupernaturale motiuum. Sic hæreticus actu naturali credit Trinitatem, v.g. & plura alia ſupernaturalia myſteria; imò neque etiam appetitus inefficax viſionis poſſet eſſe naturalis. Si ſupernaturalitas obiecti obſtaret ſemper naturalitati actus. Illud, quod additur probat ad ſummum appetitum elicitum viſionis adæquatè ſumptum inuoluere aliquid ſupernaturale, at non probat inuoluere ſupernaturalitatem ex parte potentiæ, vt propterea nequeat naturæ viribus elici, in quo ſenſu præcisè à nobis aſſeritur naturalis appetitus elicitus efficax viſionis. Nec eſt eadem ratio de innato, hic enim debet eſſe naturalis ſimpliciter, & abſolutè, quia cum habeat pro regula non cognitionem, ſed vires naturæ, habet terminum magis limitatum, & ſolum aſſequibilem viribus naturæ: at appetitus elicitus, qui à cognitione regulatur, ſicuti regulari poteſt à cognitione etiam ſupernaturali; ita reſpicere poteſt obiectum etiam ſolum aſſequibile viribus ſupernaturalibus, ſeu ſupernaturalibus mediis.

Actus naturalis poteſt tendere in obiectū ſupernaturale.

Digitized by Google

§ VII.

Quid ſentiendum de poſſibilitate, & exiſtentia Viſionis Dei in hac via, ſeu vita mortali?

61\. Viſio Dei communicabilis eſt homini in hac vita.

ASSERTVM I. de Potentiâ abſolutâ communicabilis eſt viſio Dei homini in hac via, ſeu vita mortali; Ita Theologi communiſſimè, licèt *Salas* teſtetur quoſdam abſolutè negaſſe.

Probatur primò: De facto viſio Dei communicata fuit humanitati Chriſti, ſeu Chriſto vt homini, ergo de potentiâ abſolutâ communicabilis eſt alicui alij humanitati, ſeu alicui puro homini. Antecedens eſt omninò certum, & licèt non ſit dogma fidei, adeò accedit ad fidem, vt oppoſitum erroneum ſit, & hæreſi proximum ex Suarez *tom. 1. in 3. parte, diſp. 25. ſect. 1 §. ſed quares.*

Hæreſi proximum eſt negare quod Chriſtus in via Deum viderit.

Conſequentia probatur: Humanitas Chriſti erat humanitas eiuſdem rationis cum humanitate aliorum hominum, & Chriſtus in via vere degebat vitam paſſibilem, ac mortalem; ergo quod ratione vnionis hypoſtaticæ fuit ipſi debitum, & de facto communicatum, eſt aliis omnibus poſſibile, & de abſolutâ potentia communicabile.

62\. Probatur ſecundò: Viſio Dei nullam habet repugnantiam cum ſtatu vitæ mortalis; ergo de potentia abſoluta communicabilis eſt homini in hac via, ſeu vita mortali. Antecedens probatur: Vita mortalis vel ſumitur ſecundum illud, quod dicit in eſſendo, & ſubſtantialiter, vel ſecundum illud quod dicit in operando, & accidentaliter. Primo modo dicit vnionem ſubſtantialem animæ ad corpus corruptibile; ex vi vnionis ſubſtantialis animæ non repugnat homini viſio, alioqui neque etiam in Patria anima reunita corpori poſſet Deum videre. Neque item repugnat ex vi corruptibilitatis Corporis, quia dos incorruptibilitatis, quæ in Patria ex beatitudine Animæ redundat in corpus diſtinguitur realiter, adeòque ſeparabilis eſt à viſione. Et cum ad eliciendam viſionem corpus per ſe non concurrat parùm refert, quod incorruptibile, vel corruptibile ſit. Secundo modo dicit operationes, ſeu actus vitæ intellectiuæ, ſenſitiuæ, vegetatiuæ. Non repugnant cum viſione operationes vitæ intellectiuæ, quia Beati in Patria videndo Deum non impediuntur ab aliis intellectionibus; imò plura cognoſcunt ex vi viſionis cauſaliter intellectionibus ſcilicet à viſione diſtinctis, & ad viſionem conſequentibus. Non repugnant operationes vitæ ſenſitiuæ, quia aliud eſt viſionem Dei non poſſe haberi per ſenſus: aliud eſt non poſſe compati operationem ſenſus; nec ratione limitatæ virtutis impar eſt anima ad eliciendam viſionem, & exercendam ſimul operationem aliquam ſenſitiuam, quia ad viſionem concurrit anima per virtutem obedientialem, quæ ex conſortio principij eleuantis illimitati illimitationem participat. Non repugnant operationes vitæ vegetatiuæ, quia hæ ex vna parte nullam habent contrarietatem cum viſione potius, quàm cum alia qualibet operatione intellectus; ex alia parte ſunt à viſione, & alia qualibet operatione intellectus valde diſparatæ, nec eſt, quod viſio ipſas excludat, ſi non excludit operationes ſenſitiuas ad quas intellectus in hac vita mortali plurimam dicit habitudinem.

Vita mortalis quid dicat ſubſtantialiter, quid accidentaliter?

Viſio Dei neque cum ſenſitiuis, neque cum vegetatiuis operationibus pugnat.

Ex eo quod viſio Dei cum operationibus vitæ ſenſitiuæ non pugnet, ſequitur poſſe homini in hac vita mortali viſionem communicari etiam ſine ecſtaſi, & raptu; ideſt ſine abſtractione à ſenſibus. Nec aduerſantur nobis *D. Auguſtinus, & D. Thomas*, licet ille *lib. 12. Gen. ad lit. cap. 29.* ita habeat: *Eum nemo videns viuet vita iſtâ, quâ mortaliter viuitur in iſtis ſenſibus corporeis: ſed niſi ab hac vita quiſque quodammodo moriatur, ſiue animo exiens de corpore, ſiue ita auerſus, & alienatus a carnalibus ſenſibus, vt meritò neſciat, ſicut Apoſtolus ait, vtrùm in corpore, an extra corpus ſit, cum in illam rapitur, & ſubuehitur viſionem.* Ille verò *2. 2. quaſt. 175. art. 4. in C.* ita expreſsè definiat: *Impoſſibile eſt, quod homo in ſtatu via videat Deum per eſſentiam ſine abſtractione à ſenſibus*, idemque docet *3. contra Gentes, cap. 47.* Item quod *lib. 1. art. 1* Non aduerſantur, inquam, quia loquuntur præcipuè de operationibus ſenſitiuis cauſaliter ſe habentibus, vt colligitur ex *1. arg.* quo D. Thomas *cit. art. 4.* probat abſtractionem à ſenſibus in viſione Dei ex eo, quod *non poteſt per aliquod phantaſma Dei eſſentia videri.* Viſio igitur Dei requirit abſtractionem à ſenſibus, quatenus ad viſionem Dei nulla operatio ſenſus cauſatiuè ſe habet, & in tali actu eliciendo anima phantaſmata non ſpeculatur, cum quo ſtare poteſt operatio ſenſuum concomitans animâ vtente phantaſmatibus, & ſenſibus externis in ordine ad aliquam aliam intellectionem, quatenus deinde S. Doctor *addit intellectum hominis eleuatum ad Dei viſionem oportere, quod nihil intelligat aliud ex phantaſmatibus*, id aſtruit tanquam magis connaturale, non tanquam abſolutè neceſſarium, ex quo ſequitur oppoſitum, ideſt intellectum videntem Deum intelligere in hac vita aliquid aliud dependenter à phantaſmatibus eſſe magis difficile, at non eſſe abſolutè impoſſibile. Ratio cur connaturalius ſit non poſſe videri Deum in hac vita mortali, niſi cum omnimoda abſtractione ab operationibus ſenſuum, tum internorum, tùm externorum, erui poteſt ex eodem D. Thoma *1. parte quaſt. 12. art. 11. in C.* vbi ita habet: *Anima noſtra quanto magis à corporalibus abſtrahitur, tanto intelligibilium abſtractorum fit capacior. Vnde in ſomnis, & alienationibus à ſenſibus corporis magis diuinæ reuelationes percipiuntur, & præuiſiones futurorum.* 63.

Operationes ſenſitiuæ non poſſunt ſe habere ad viſionē Dei cauſaliter, bene tamen concomitanter. 64.

Connaturalius eſt in hac vita Deum non videri ſine abſtractione à ſenſibus.

Scotus *in 4. diſt. 45. quaſt. 2. §. hic tenetur in fine*, improbat hanc rationem tum quia ait 65.

ait ex ipſa ſeqoi profundiorem ſomnum, in quo eſt maior ab operationibus ſenſuum abſtractio, eſſe meitoeem diſpoſitionem ad ſuſcipiendas reuelationes, tum quia videtur ſauere fictionibus Machometi, qui dicitur fuiſſe epilepticus, & ad cooperiendum mendaciter miſeriam ſuam, dixit ſe oportere cadere, quando Angelus loquebatur ſibi. Sed rectè occurrit Molina 1. *parte*, *q*. 12. *art*. 11. *diſp*. 1. dicens ſomnum, qui relinquit vires internas ſenſitiuas ſolutas conferre ad ſuſcipiendas reuelationes ob animum in ſe magis collectum, & minùs diſtractum circa alia obiecta; ſomnum verò profundum, & immoderatum, impedire reuelationum ſuſceptionem, quia impedit vires internas, & vſum phantaſmatum à quibus pendere debet reuelationum ſuſceptio. Deridenda propterea omninò Machometi verſutia, qui in omnimoda, quam vi morbi patiebatur ſenſuum etiam internorum alienatione, & perturbatiooe phantaſmatum, ſe in ecſtaſi, & raptu Angeli reuelationes ſuſcipere iactabat.

Somnus moderatus, non immoderatus ad reuelationes ſuſcipiendas confert.

Machometi deridenda verſutia.

66. Aduerte hic non eodem prorſus modo probari alienationē à ſenſibus in viſione Dei, ac io ſpeciali aliqua reuelatione, ac magnifica illuſtratione; hæc enim ſolet fieri dependenter à phantaſmatibus, ad quæ dum vires internæ ſenſitiuæ maximè attendunt, aduocant ſpiritus inſeruientes potentiis ſenſitiuis externis, ſicque impeditur vſus ſenſuum externorum, & fit ab ipſis quædam alienatio, ſeu ecſtaſis. At viſio nullatenus à phantaſmatibus dependet, nec illi prodeſt quod vires ſenſitiuæ à ſenſibus exterioribus ad interiores reuocentur, propterea Molina *ſupra citatus, diſp*. 2. abſolutè exiſtimat non eſſe connaturale viſioni Dei inducere alienationem à ſenſibus. Placet tamen ſuſtinere connaturalem in homine viatore vidente Deum huiuſmodi alienationem, ſed ex alio capite ortam, nimirum ex eo, quod anima tota in Deum abſorpta, cæteras potentias (voluntate excepta ob maximam ipſius cum intellectu connexionem, vt notat Herincx *parte prima ſummæ Theologicæ, diſp*. 5. *q*. 3. *n*. 28.) deſerat niſi in ordine ad operandum in cæteris potentiis ſpecialiter roboretur, quod ſpeciale robur in viſionibus tranſeuntibus veriſimiliter non tribuitur: & ad ſummum ob ſingulares ipſius prærogatiuas fuit conceſſum Deiparæ, ſi io hac vita ſortita eſt priuilegium viſionis tranſeuntis Dei.

Aſſertvm II. De potentia ordinaria communicabilis non eſt viſio Dei homini in hac via, ſeu vita mortali. Ita D. Thomas *prima parte*, *q*. 12. *art*. 11. & 2. 2. *quæſtione* 5. *art*. 3. & cum eo omnes Theologi communiter.

Viſio Dei non eſt communicabilis homini in hac vita de lege ordinaria.

67. Probatur primo ex Scriptura Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet*. 1. ad Tim. 6. *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt*: Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam, & 6. Non quia Patrem vidit quiſquam, niſi is, qui eſt à Deo, hic vidit Patrem*. 1. Cor. 13. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. 2. Cor. 5. *Per fidem ambulamus, non per ſpeciem*. Confirmatur ex Euariſto in 1. *Epiſt. decretali*, vbi ita habet de luce diuinitatis, *Quam nullus modo noſtrum in hoc mortali corpore conſtitutus poteſt aliqualiter intueri*. Ex quibus auctoritatibus, licet nonnullæ explicari poſſint de viſione Dei per vires naturæ, habetur iure Molinam *prima parte, quæſtione* 12. *art*. 11. *diſput*. 1. aſtruere aſſertam veritatem eſſe de fide.

Eſt de fide.

68. Probatur ſecundò ratione: Omnis cognitio in hac vita de potentia ordinaria habetur dependenter à ſenſibus; ſed viſio Dei non eſt communicabilis dependenter à ſenſibus; ergo de potentia ordinaria non eſt communicabilis in hac vita. Minor patet ex eo, quod Deus eſt ſubſtantia ſpiritualis, ac inſenſibilis. Maior probatur tum ex decantatis illis proloquiis: *Nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu: Intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari*: tum ratione, & auctoritate D. Thomæ *cit. art*. 11. *Modus cognitionis ſequitur modum naturæ rei cognoſcentis: Anima autem noſtra, quandiu in hac vita viuimus, habet eſſe in materia corporali*. Neque dicas etiam in Patria poſt corporum Reſurrectionem animam habituram eſſe in materia corporali. Contra enim: Tunc anima ita habebit eſſe in materia corporali, vt retineat ſimul perfectioneio animæ ſeparatæ extra materiam corporalem exiſtentis, cum enim iam fuerit extra corpus, non debet in ſtatu beatitudinis omnium bonorum aggregatione perfecto perfectionibus, quas extra corpus habuit, ſpoliari; ſpecialiter verò non debuit ſpoliari viſione, cui in Patria ſemel elicitæ connaturalis eſt perpetuitas.

Modus cognitionis ſequitur modū naturæ rei cognoſcentis.

69. Probatur tertiò ex conditione ſtatus viæ, qui ſecundùm præſentem prouidentiam, & ordinariam legem, eſt ſtatus pugnæ, non coronæ: meriti, non præmij; paſſionis, non fruitionis: ſtatus eſt imperfectus non omne malum excludens, nec bono vllo gaudens, quod nulli ſubſit incommodo: viſio verò eſt corona, eſt præmium, affert boni ſummi fruitionem excludit quamcumque cuiuſcumque mali perpeſſionem.

Status viæ ex conditione ſua viſionē excludit.

70. Ex dictis habetur, hominem in ſtatu viæ ex triplici capite habere impotentiam de lege ordinaria videndi Deum. Primò ex inferioritate modi eſſendi, & hæc impotentia communis eſt cuilibet creaturæ intellectuali. Secundò ex dependentia à ſenſibus in intelligendo, quàm dependentiam malè, Durandus *ſuprà*, §. 5. impugnatus, aſſignauit pro totali ratione impotentiæ videndi naturaliter Deum. Tertiò ex conditione ſtatus viæ; & hæc impotentia cuilibet creaturæ in ſtatu viæ productæ conueniret. Media verò & ſecunda impotentia propriiſſima eſt hominis agentis vitam mortalem.

Homo ex triplici capite habet impotentiam videndi de lege ordinaria Deum.

71. Aſſertvm III. De facto vtrum per diſpenſationem potentiæ ordinariæ, & vſum potentiæ abſolutæ alicui homini in hac via, ſeu vita mortali, ſpecialiter verò Moyſi, & Paulo communicata fuerit viſio Dei: inſiſtendo auctoritatibus problematicum eſt: inſiſtendo rationibus, & congruentiis probabilior pars negatiua.

Probatur prima pars: Tum ſancti Patres, tum Doctores ſcholaſtici ferè ex æquo diuiſi

ſunt

Viſionē Dei fuiſſe, vel non fuiſſe de facto in via communica à pro blematicum eſt, ſi inſiſtatur autoritatibus.

ſunt in propoſita quæſtione facti; ergo quia in ipſa ſentiendum ſit inſiſtendo auctoritatibus problematicum eſt. Probatur ait cedenus afferendo hinc inde nonnullos ex innumeris, qui pro oppoſitis in propoſita quæſtione ſentientes poſſent recenſeri. Stant pro parte affirmatiua ex Sanctis Patribus D. Thomas 1. *par. quæſt.* 12. *art* 11 *ad ſecundum*, 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 3. *in C.* D. Auguſtinus *in libro de videndo Deum*, & 12. *Gen. ad lit. cap.* 27. & 28. D. Ambroſius *lib.* 1. *Exameron, cap.* 2. D. Baſilius, D. Anſelmus, *ex ſcholaſticis* Durandus *quæſt.* 3 *prolegi in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 6. Sotus *in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 2. *art.* 4. Ferrarienſis 3. *contra Gentes, cap.* 47. Caietanus & maior pars antiquiorum Theologorum, maximè verò Thomiſtarum, quibus adhæret ex Recentioribus Faſolus, ſtant pro parte negatiua, ex Sanctis Patribus D. Dionyſius *de cœleſti Hierarchia cap.* 4. D. Irenæus *lib.* 4. *aduerſus hereſes Valentini, capite* 37. D. Hilarius *in Pſal.* 118. D. Bernardus *ſermone* 2. *in ramis palmarum*, D. Gregorius Niſſenus, D. Hieronymus, &c. *Ex ſcholaſticis* Hanbertus *ad q.* 12. 1. *partis, diſp.* 5. *a.* 3. Herincx *part.* 1. *ſum. Theologica, diſp.* 5. *quæſt.* 3. Molina 1. *parte quæſt.* 12. *art.* 11. *diſp.* 2. Vaſquez *diſp.* 55. & 56. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 26. Amicus *diſp.* 9. *ſect.* 25. Arriaga *diſp.* 6 *ſect.* 5. Suarez, De Quiros, Recupitus, &c.

72. Probatur ſecunda pars: A verbis in Scriptura generaliter expreſſis non eſt facienda ſine ſufficienti fundamento ſpecialis exceptio: ſed in locis *ſuprà* citatis *in* 1. *probatione ſuperioris aſſerti*, verba Scripturæ generaliter exprimunt neminem de facto Deum vidiſſe in hac vita mortali, nec vlla eſt neceſſitas excipiendi Moyſem, & Paulum, vt fuse oſtendit *Vaſquez*, ergo non eſt facienda Moyſis, & Pauli, vel alterius cuiuſcumque inſignioris viri, ſpecialis exceptio. Confirmatur primò ex eo, quia communicari non poteſt homini agenti vitam mortalem Viſio Dei, niſi Deo viente potentiâ abſolutâ, vſus autem potentiæ abſolutæ miraculoſus eſt, & miracula non ſunt ſine neceſſitate multiplicanda. Confirmatur ſecundò ex eo, quia verba illa *Exodi* 33. *Non videbit me homo & viuet* à Moyſe, illa 1. *ad Tim.* 6. *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt* à D. Paulo poſt raptum prolata ſunt. Quomodo autem potuiſſet aut Moyſes, aut Paulus ita loqui, ſi aut Moyſes, aut Paulus Deum vidiſſent. Item Euangelium Ioannis poſt Moyſen, & teſte D. Hieronymo *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* poſt Pauli raptum conſcriptum eſt, & tamen habentur in ipſo abſolutè verba illa: *Deum nemo vidit vnquam.* Confirmatur tertiò ſpecialiter quoad Moyſen, quia ipſe Chriſtum præceſſit. Non congruebat autem aliquem hominem in Dei viſione Chriſtum præcedere, cum hac de cauſa detenti fuerint in limbo antiqui Patres, ne membra caput præuenirent, & filij adoptiui priùs, quàm filius naturalis, hæreditatem adirent. Confirmatur quartò ſpecialiter

Nullus homo præceſſit Chriſtum in Dei viſione.

quoad Paulum, quia ipſe teſtatur in ſuo raptu ſe audiſſe, quod ſpectat ad fidem, arcana verba, quod ſpectat ad reuelationem: non vero ait vidiſſe res, quod exprimeret viſionem, & quando verbis illis intendiſſet ſignificare communicatam ſibi fuiſſe viſionem diuinæ eſſentiæ incongruè proteſtaretur ſe parcius ſua recenſere, ſpecioſioraque retinere ſubdens: *Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id, quod videt in me*; & nos parcimus attentiori conſiderationi verborum D. Pauli, ne quis nos exiſtimet agere munus interpretis.

Paulus in raptu audiuit per fidē, non vidit per intuitū.

2. *Cor.* 12.

Negata viſione Dei pro ſtatu vitæ mortalis Moyſi, & Paulo, potiori iure neganda eſt aliis quibuſdam præclaris viris, nimirum Adamo, Iobo, Iſaiæ, Sanctis Petro, Ioanni Euangeliſtæ, Ioſepho, Stephano, Hieronymo, Benedicto, Franciſco, Ignatio, &c. ad quos à diuerſis priuilegium communicatæ in hac mortali vita viſionis extenditur, vt videre eſt apud De Quiros 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 11. *num* 96. Lugum *diſp.* 26. *cap.* 2. *num.* 3. Nec deſunt aliqui in illius priuilegij extenſione adeò liberales, vt Prophetis paſſim conceſſam Dei viſionem propugnent. Huiuſmodi tamen liberalitas vtpote parùm conſona verbis in Scriptura generaliter expreſſis non arridet, & licet nimis rigida ſit cenſura Bañez 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 1. *conc.* 2. Frigoſij 1. *parte quæſt.* 7. *art.* 3. *dub.* 1. *conc.* 4. *&c.* exiſtimantium temerarium aſſerere, quòd aliquis præter Deiparam, Moyſen, & Paulum, in ſtatu viæ Deum viderit, illaudabilis omnino eſt nimia facilitas in aſſerendis, vel extendendis priuilegiis, & diſpenſationibus. Verùm nec laudabilis nimia difficultas ac tenacitas, qua ſlaborare videntur Vaſquez, Laurea, aliique nonnulli negantes hoc priuilegium etiam Dei paræ, inter quos Theodorus Smiſing. cum pudore, irrationabili tamen relatus à Franciſco Felice *cap.* 9. *de Viſione, diffic.* 2. *num.* 5. verbis illis: *Pudet referre* noſtrum Theodorum *negantem hoc priuilegium Beatæ Deiparæ Mariæ:* fateor quidem etiamſi ſeruatam in Moyſe, & Paulo, diſpenſatam in virgine legem non videndi Deum in via, cum ita ſentire conformius ſit, & deuotæ pietati fidelium, & ſingulari dignitati Deiparæ, & communiori ſenſui tum Sanctorum Patrum, tum Scholaſticorum, vt videre eſt apud Lugum *ſuprà* citatum, *num.* 2. ſuadet id etiam prærogatiua maternitatis, cuius perfecta cognitio videbatur poſtulare, vt proprij filij eſſentia videretur. Hæc tamen tanti momenti non ſunt, vt dum ex Sacræ Scripturæ verbis oppoſitum potius colligitur, ſint cum pudore reiiciendi graues Doctores oppoſitum ſentientes; imò Herincx 1. *parte, diſp.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 34. vult nullâ fore cenſura dignum qui priuilegium illud admitteret in Moyſe, & Paulo, non in virgine. Quidquid ſit de cenſura placet fauere Virgini potius amore pietatis, quam timore cenſuræ. Faueatur igitur, dicaturque communicatam ipſi in via viſionem Dei non quidem toto vitæ ſpatio, ne in pura

73.

Priuilegium viſionis Dei in via non eſt facile extendendum, poteſt tamē extendi ſine cenſura.

74. Beata virgo habuit priuilegium videndi Deū in via, poteſt tamen ſine cenſura negari.

75.

Vidit Deum ſolum per certa interualla temporis.

pura creatura ſtatus viatoris cum ſtatu comprebenſoris conſundcretur , ſed per certa temporis interualla, Primò quidem in inſtanti Iocarnationis Chriſti (non ante tale inſtans , oe in prærogatiua videndi diuinam eſſentiam humanitas Chriſti foret aliqua alia humanitate poſterior , in quo diſplicet Salazar *de Concept. cap.* 32. §. 4. contendens fuiſſe Virgini collatum donum viſionia Dei in inſtanti propriæ cooceptionis ,) deinde per breuia, & interpolata ſpatia in Chriſti Natiuitate, Reſurrectione, Aſcenſione, aliiſque inſignioribus Myſteriis , Iucarnationem filij , & maternitatem Virginis conſequentibus.

76. Ex dictis habetur loca Scripturæ , quæ afferri poſſunt ad probandum fuiſſe in hac vita mortali viſionem Dei communicatam aut Moyſi , aut Paulo , aut alij cuicumqoe puræ creaturæ Deiparâ excepta intelligenda eſſe vel de viſione Dei imaginaria , non intellectuali ; vel de viſiooe Dei in imagine aliqua materiali , & corporea , non in ſe ipſo , & in propria eſſentia : vt latiùs accuratiúſque explicant Vaſquez , Molina, Iſambertus , &c. *locis citatis* Laurea *in 4. diſp.* 14. *art. vlt.* poſt allata hinc inde Scripturæ loca, & poſtquam ad ipſa concilianda omnem, vt ipſe fatetur , mouit lapidem , ita prudenter ſapienterque concludit: *Dum Pauli locum* ad Gal. 1. *conſidero , contremiſco , licèt, ait , nos aut Angelus de Cælo euangelizat vobis; præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Lego autem a Ioanne , & Paulo euangelizatum Deum nemo vidit vnquam, ideo Eccleſiæ iudicium expecto , & interim negatiua adhæreo.*

CAPVT II.

De principio Viſionis Dei, ſe tenente ex parte obiecti.

1. Ex obiecto, & potentia pariter notitia.

COMMVNE eſt vnicuique cognitioni ex potentia ſimul , & obiecto produci iuxta illud Auguſtini 9. *de Trinitate cap.* 12. *Ex obiecto , & potentia pariter notitia.* Communem hanc cuiuſcumque cognitionis prærogatiuam ſortitur etiam cognitio intuitiua, ſeu Viſio Dei , cuius propterea principia explicaturi initium ſumimus à principio ſe tenente ex parte obiecti , ſeu à principio obiectiuo. Et licèt certum ſit huiuſmodi principium eſſe Deum ipſum , valde tamen controuerſum eſt , vtrum Deus exerceat talem rationem principij immediate per propriam eſſentiam , an mediate per ſimilitudinem, & ſpeciem creatam. Nec controuerſia procedit ſolùm quoad id , quod de facto euenit ; verùm etiam quoad id , quod de poſſibili euenire non repugnat. Ideo ſit

§. I.

Vtrùm Deus poßit eße principium Viſionis per propriam eſſentiam immediatè , & ſine illa ſpecie creata videri?

ASSERTVM : Deus poteſt eſſe principium viſionis per propriam eſſentiam immediatè , & ſine ulla ſpecie , aut ſimilitudine certa à creato intellectu videri. Ita Theologi communiter , quorum longam ſeriem deſcribit Lugus 1. *parte, lib.* 1. *diſp.* 20. *cap.* 3. *num.* 2. contra Ægidium Luſitaoum *lib.* 8. *de Beatitudine, parte* 2. *quæſt.* 2. *art.* 3. & *quæſt.* 4. *art.* 1. cui fauent Argentina, Lychetus, alijque oonnulli. 2.

Deus poteſt eſſe per propriam eſſentiam principium viſionis.

Probatur primò : Quod eſt per propriam eſſentiam intelligibile poteſt eſſe per propriam eſſentiam principium viſionis ; ſed Deus eſt per propriam eſſentiam intelligibilis ; ergo poteſt eſſe per propriam eſſentiam principiom viſionis , &c. Maior patet, quia eſſe principium viſionis nihil eſt aliud, quam exercitium intelligibilitatis, ſeu quàm eſſe intelligibile in actu ſecundo ; Minor probatur primò quia diuina eſſentia eſt prima veritas , & perfectiſſima intelligibilitas , eſt quippe ens primum , & perfectiſſimè immateriale , veritas autem ſeqoitur ad rationem entis , & perfectio intelligibilitatis ad rationem immaterialitatis : Secundò Deus eſt per propriam eſſentiam intelligibilis à ſe ipſo, ergo etiam ab intellectu creato ; Conſequentia probatur , quia magis eſt concurrere ad ad intellectionem ſeu infinitam elicicndam ab intellectu increato , quàm concurrere ad intellectionem ſui finitam producendam ab intellectu creato. Tertiò eſſe intelligibile per propriam eſſentiam eſt maxima perfectio; ſed Deus continet omnem perfectionem , imò eſt omnis perfectio ; ergo Deus eſt per propriam eſſentiam , &c. Maior probatur , quia ſecùs nec Deus ſeipſum per propriam eſſentiam intelligeret , nec Angelus ſubſtantiam propriam, aut ſubſtantiam alterius Angeli ſibi compenetratam videret per ſe ipſam. Quartò Deo conuenit immediata efficientia phyſica cum cauſis ſecundis ad ipſarum effectus ; ergo etiam conuenire poteſt immediata efficientia intentionalis cum intellectu creato ad ipſius actus; ſed hoc eſt eſſe per propriam eſſentiam intelligibile ab intellectu creato; ergo. Conſequentia probatur Deo conuenit omnimoda iofinitas non ſolom in eſſe phyſico, verùm etiam in eſſe intentionali ; ergo.

Eſſe intelligibile per propriam eſſentiam eſt maxima perfectio.

Dices , hæc argumenta nimis probare. Nam ſicuti ſe ipſum neceſſariò per propriam eſſentiam intelligit , ita etiam neceſſariò per propriam eſſentiam intelligeretur ab intellectu creato , & ſicuti effectus caoſarum ſecundarom nequeunt produci ſine immediata efficientia phyſica Dei : ita intellectio creata non poſſet elici ſine immediata efficientia 3.

intentionali diuinæ eſſentiæ; quod non ſolùm probat diuinam eſſentiam poſſe concurrere ad viſionem immediatè, & ſine ſpecie, vt intendit aſſertum, verùm etiam neceſſariò ita concurrere, ac repugnare, quod concurrat mediatè ſeu mediante ſpecie contra inferius aſſerenda. Sed contra ad primum dico aliud eſſe loqui de intelligibilitate immediata, aliud de intelligibilitare neceſſaria: quoad illam, niſi aſſignetur diſparitas benè arguitur à diuina eſſentia cum intellectu proprio ad eandem cum intellectu creato comparatam: quoad iſtam non benè arguitur, quia diuina eſſentia ad intra operatur neceſſariò, & intellectus increatus eſt ſemper neceſſariò in actu ſecundo intellectionis ipſi diuinæ eſſentiæ: at eadem diuina eſſentia ad extra operatur liberè, & intellectus creatus non eſt neceſſariò in actu ſecundo, viſionis Dei, ideò non mirùm, quod diuina eſſentia neceſſariò per ſe ipſam ſit intelligibilis ab intellectu increato non ab intellectu creato. Ad ſecundum, duplex Deo conuenit efficientia Phyſica: altera vniuerſalis, quam exercet vt cauſa vniuerſalis, & prima reſpectu cuiuſcumque effectus: altera particularis, quam exercere poteſt reſpectu alicuius effectus determinati ſupplendo vices cauſæ ſecundæ, ſiue hac efficientia Phyſicâ immediatè quilibet effectus creatus eſſe poteſt, ab hac propterea ad intentionalem procedit paritas ex æquo.

Cur diuina eſſentia ſit neceſſariò intelligibilis ab intellectu proprio, non ab intellectu creato.

Deus cócurrere poteſt immediatè, vel vt cauſa vniuerſalis, vel vt cauſa particularis.

4. Probatur ſecundò: Deum eſſe principium viſionis per propriam eſſentiam immediatè nihil aliud importat, quàm ipſam per propriam eſſentiam immediatè vniri intellectui creato, & cum eodem immediatè concurrere ad producendam viſionem, ſed Deus poteſt hoc vtrumque præſtare: ergo. Maior patet ex eo, quod aſſignari nequit quid aliud importet. Minor probatur: Poteſt Deus per propriam eſſentiam immediatè vniri intellectui creato, quia talis vnio debet eſſe intentionalis, non phyſica, per modum totius, & perfectiui non per modum partis, & perfectibilis, per modum formæ terminantis, non per modum formæ inhærentis. Debet eſſe intentionalis, non Phyſica, quia in ordine ad conſtituendum principium intentionale, non in ordine ad conſtituendum compoſitum Phyſicum: Debet eſſe per modum totius, & perfectiui, quia obiectum, quo perfectius eſt, eò eſt aptius ad hanc vnionem, nec ipſum in ſe perficitur, quia nihil ipſi ab intellectu communicatur, ſed intellectum perficit communicando ipſi propriam perfectionem, intellectus quippè ex vi talis vnionis fit res intellecta iuxta illud vulgatum: *Intellectus intelligendo fit omnia.* Ex eodem capite debet eſſe per modum formæ terminantis, quia ſicuti ſubſiſtentia perficit naturam ipſam terminando trahendo ad ſuum eſſe, & faciendo eſſe Perſonam; ita obiectum dici poteſt terminare intellectum, quia ipſum perficit, trahit ad ſuum eſſe, & facit eſſe rem intellectam, vt magis explicat Ioan. à S. Thoma 1. *part. quaſt.* 12. *diſp.* 13. *art.* 4. Poteſt Deus cum intellectu creato immediatè concurrere ad producendam viſionem, quia ad cognitionem concurrit obiectum concurſu effectiuo, non vitali; Deus autem poteſt præſtare immediatè per ſeipſum concurſum quemcumque effectiuum non vitalem.

Obiectum vnitur potentiæ intentionaliter, nō Phyſicè, per modum totius, non per modum partis; per modum formæ terminantis, non inhærentis.

5. Dices primò, contra immediatam vnionem diuinæ eſſentiæ creato intellectui. Huiuſmodi immediata vnio eſt imperfectior vnione Phyſica: ſed Deus non poteſt vniri per modum formæ Phyſicæ cum creatura: ergo. Maior probatur primò ex axiomate illo ſumpto ab Auerroë 3. *de Anima, textu* 37. *Ex intellectu, & re intellectâ fit magis vnum, quàm ex materia, & forma:* Secundò huiuſmodi immediata vnio importat informationem, inhæſionem, ſubordinationem diuinæ eſſentiæ reſpectu intellectus: Tertiò, huiuſmodi vnio repugnat ſubſtantiæ Angeli, necnon etiam ſubſtantiæ Animæ rationalis, cui non repugnat vnio Phyſica: ergo quia imperfectior. Antecedens probatur ex eo, quod ſubſtantia vnius etiam intimè penetrata cum intellectu alterius non concurrit per ſe immediatè ad ſui cognitionem, & adhuc per ſpeciem ab alio intelligitur. Sed contra ex præmiſſa probatione ſatis patet vnionem intentionalem non eſſe ſecundùm ſe imperfectiorem vnione Phyſicâ, loquendo præſertim ex parte formæ, quæ vnitur.

6. Ad primam rationem in oppoſitum dico ex intellectu, & re intellectâ fieri magis vnum, quàm ex materia, & forma, non quia res intellecta magis quodammodo informet, magiſvè inhæreat intellectui, quàm forma materiæ; ſed quia ex intellectu & re intellectâ ita fit vnum, vt intellectus fiat intentionaliter ipſa res intellecta: at quando fit vnum ex materia, & forma, nec materia vllo modo fit forma, nec forma vllo modo fit materia.

Quomodo ex intellectu, & re intellectâ fiat magis vnum, quam ex materia, & forma.

7. Ad ſecundam dico, nec in rigore diuinam eſſentiam supplere vicem ſpeciei impreſſæ, quia ſpecies gerit vicem obiecti, & obiectum ſupplet; non obiectum gerit vicem ſpeciei, & ſpeciem ſupplet. Vnietur igitur diuina eſſentia intellectui titulo proprio, & in ratione obiecti per ſe intelligibilis: non titulo alieno, & vice ſpeciei; nec quando diuina eſſentia ſuppleret vicem ſpeciei, & hæc imperfectiones informationis, inhæſionis, ſubordinationis ex genere ſuo inuolueret, deberet eaſdem imperfectiones inducere ipſa diuina eſſentia, quæ ſicuti in genere efficientis præſtare poteſt id, quod præſtat ſubiectum in genere cauſæ materialis, ita in genere formæ per ſe ſtantis, & terminantis facere poſset, quod faceret ſpecies creata in genere formæ inhærentis, & informantis. Nec tandem ſpecies, vt ſpecies eſt, ſed ſolùm vt forma accidentalis eſt, importat imperfectiones enumeratas, quod probatur primò quia ſpecies, vt ſpecies ſolùm dicit determinare potentiam ad actum, & cum ipſa ad eundem actum concurrere, quod præſcindit à ſubſtantia, & accidente à formâ inhærente, vel per ſe ſtante; informante, vel terminante ſecundò quia ſpecies acciden

Species, vt ſpecies eſt, ex genere ſuo, & vt forma intel-

Intelligibilis nullam dicit imperfectionem.

accidentalis, & creata ex hoc præciſè, quod inhæreat, non exercet rationem formæ intelligibilis, nec facit potentiam intelligentem, vt conſtat ex ſpeciebus conſeruatis in memoria. Tertiò, quia obiectum in ratione obiecti non exercet munus ſuum ponendo in potentia effectum formalem inhæſionis, effectus quippe formalis coloris inhærentis, v. g. eſt facere coloratum, & tamen color dum in ratione obiecti afficit potentiam, non reddit ipſam coloratam. Eâdem ratione non niſi, vt accidens creatum eſt, forma intelligibilis ſubordinatur intellectui; nec ſubſtantia Angeli exercens rationem formæ intelligibilis reſpectu proprij intellectus ipſi ſubordinatur, quin potius ſibi ſubordinat intellectum tanquam radix ipſius. Cur igitur, cum eſſentia diuina ſit radix intellectus creati magis, quàm ſubſtantia Angelica intellectus proprij, à fortiori ipſa non ſubordinabitur intellectui creato, ſed intellectum creatum ſubordinabit ſibi.

8\. Ad tertium, dico ſubſtantiã Angeli, vel animæ compenetratam cum intellectu alterius optimè poſſe per ſeipſam intelligi, nec ſuppoſitâ penetratione intelligi per ſpeciem, niſi nolit concurrere per ſeipſam: ſolùm igitur vnus Angelus cognoſcit alium per ſpeciem infuſam, quando iſte vel ratione diſtantiæ non poteſt; vel ratione libertatis non vult; concurrere per propriam ſubſtantiam ad ſui cognitionem. Quod ſi concederetur ſubſtantiam vnius Angeli non poſſe per modum formæ intentionalis vniri intellectui alterius, id non eſſet ex imperfectione vnionis intentionalis, ſed ex eo, quod forma intelligibilia, quando intellectum non informat debet in ipſum intellectum influere; & ei aliqualiter illabi, vt ſaluetur vnionem intentionalem eſſe aliquid maius intimâ coexiſtentiâ locali. Eſſentia autem vnius Angeli nec informare poteſt intellectum alterius, nec ei illabi: quod quidem dictum ſit doctrinæ gratia, cæterum non recedendum à priori ſolutione.

Subſtantia vnius Angeli penetrata cum intellectu alterius per ſeipſam intelligitur.

9\. Dices ſecundò: Contra concurſum effectiuum diuinæ eſſentiæ in creatam viſionem huiuſmodi concurſus effectiuus eſſet incompletus, & partialis: ergo non poteſt immediatè exerceri à diuina eſſentia: Antecedens probatur; quia ad viſionem neceſſariò requiritur vltra concurſum obiecti concurſus potentiæ; ſed contra: eodem modo probaretur ad nullum effectum poſſe Deum ſimul cum cauſa ſecunda effectiuè concurrere; ſicuti igitur in ordine ad alios effectus ſufficit, quod Deus ſit cauſa totalis in ſuo genere; ita in præſenti ſufficit, quod talis concurſus ſit completus, & totalis in ſuo genere, ſcilicet ex parte obiecti, vt poſſit à Deo exerceri.

Deo ſufficit eſſe cauſam totalem in ſuo genere.

10\. Dubitari hic poteſt vtrùm talis concurſus effectiuus præſtaretur à diuina eſſentia, vt diſtincta formaliter ab omnipotentia; an verò ab ipſâ omnipotentiâ formaliter. Item vtrùm præſtaretur à diuina eſſentia ſola, an proportione ſeruatâ in ordine ad propriam cognoſcibilitatem etiam à relationibus, attributis, aliiſque diuinis prædicatis. Verùm quia hæc vtraque difficultas æquè procedit de concurſu obiectiuo præſtito à Deo ſine ſpecie, ac de eodem præſtito mediante ſpecie, placet prius inquirere vtrùm etiam hic ſecundus obiectiuus concurſus poſſit Deo conuenire; ideò ſit

---

§. II.

Vtrùm Deus poſſit eſſe principium viſionis mediatè, & per ſpeciem creatam videri?

11\. ASSERTVM: Deus poteſt eſſe principium viſionis mediatè, & per ſpeciem impreſſam creatam videri. Ita Scotus *in 2. diſtinct. 3. quæſtione 9. §. ad rationes*, *in 4. diſtinct. 49. quæſtione 2. §. reſpondeo*, & quamvis primo loco loquatur de ſpecie quiditatiua, non de intuitiua; nihilominus, quia aliunde ſuppono non poſſe dari ſpeciem quiditatiuam Dei, quæ intuitiua non ſit, aſſerendo quiditatiuam fauet omninò poſſibilitati intuitiuæ. *Scotum* ſequuntur Herincx *1. parte. ſum. Theolog. diſputatione 5. quæſtione 4.* Lautea *in 4. diſputatione 18. articulo* 14. aliique Scotiſtæ. Ex Recentioribus eidem ſententiæ adhærent Auerſa *quæſt. 12. ſect. 19.* Iſambertus *diſput. 5. art. 3.* Molina *art. 2. diſp. 1.* Soarez *diſp. 30. Metaph. ſect. 11.* Vaſquez *diſput. 38. cap. 2.* Valentia *diſputatione 1. quæſt. 12. punct. 2.* Martinon, *diſp. 8. ſect. 5.* Arriaga *diſp. 8. ſect. 2.* ex Antiquioribus Aureolus, Maironus, Richardus, &c. contra omnes Thomiſtas acriter profitentes ſe in hoc maximè ſequi *D. Thomam* licèt Vaſquez *diſp. 39.* aliique nonnulli contendant *D. Thomam* negare ſolùm poſſibilem ſimilitudinem Dei per modum medij cogniti, non per modum medij incogniti, cuiuſmodi eſt ſpecies impreſſa. Cum Thomiſtis ſentiunt Syluius *quæſt. 12. art. 2.* Lugus *lib. 1. diſp. 20. cap. 4.* Amicus *diſput. 9. ſect. 4.* De Quiros *diſp. 25.* Arrubal. *diſp. 16. cap. 4.* Ex antiquioribus Henricus, Durandus, Marſilius, &c.

Deus poteſt eſſe Principium viſionis mediatè, ſeu eſt poſſibilis ſpecies impreſſa, & ſimilitudo creata diuinæ eſſentiæ.

12\. Probatur primò: Deus in operationibus ad extrà eſt agens perfectiſſimè liberum, non ſolùm ſcilicet quoad ſubſtantiam, quatenùs operari poſſit, & non operari, ſed etiam quo ad modum quatenùs vel operetur per ſe immediatè, vel operetur mediante creaturâ. Sic quia Deus liberè creat, non ſolum poteſt creare, & non creare, ſed etiam poteſt vel creare immediatè per ſeipſum, vel mediante creaturâ, ſeu aſſumendo creaturam ad creandum: nec poteſt talis libertas Deo negari ſine detrimento ſupremi dominij, quo poteſt de creatura qualibet diſponere, prout vult; ſed viſio elicienda ab intellectu creato eſt operatio ad extra: ergo Deus poteſt eſſe principium ipſius non ſolùm immediatè concurrendo ad ipſam per propriam eſſentiam, vt aſſertum eſt *in §. ſuperiori*; verùm etiam mediatè concurrendo ad ipſam per ſpeciem impreſſam creatam.

Deus eſt agens perfectiſſimè liberum ſcilicet tùm quoad ſubſtantiam, tum quoad modum.

Dices Deum ratione ſuæ libertatis poſſe vti medio in ordine ad producendum aliquem effectum, quando tale medium ſecundùm ſe non implicat, ſicuti tamen implicat ſpecies impreſſa diuinæ eſſentiæ, & ſicuti detrimentum non patitur diuina potentia ex eo, quod producere nequeat impoſſibile; ita detrimentum non patitur diuina libertas ex eo, quod nequeat circa impoſſibile exerceri; Et dicere, quod Deus ratione ſuæ libertatis poſſit vti medio creato ad producendam viſionem eſt ſupponere, non probare id, quod eſt in quæſtione. Sed contrà; ſi probetur implicantia medij creati, & ſpeciei impreſſæ, vtique non eſt quærendus ipſius vſus ad exercitium diuinæ libertatis, at quouſque huiuſmodi implicantia non euincitur, diuinæ libertati fauendum eſt, pro qua militat paritas aliorum effectuum creatorum; propterea etiam non ſupponimus, ſed à pari probamus id, quod eſt in quæſtione; ex eo ſcilicet, quod non implicet medium, quo Deus vtatur ad producendum alium quemcumque effectum creatum inferimus neque etiam repugnare medium quo Deus vtatur ad producendam viſionem creatam.

13.

Virtus intellectiua, & actus intellectionis, & ſpecies intelligibilis debent eſſe eiuſdem ordinis.

Probatur ſecundò: Quoties in aliquo ordine non repugnat virtus intellectiua, & actus intellectionis neque repugnat ſpecies intelligibilis; ſed in ordine ſupernaturali creato pro Deo videndo nec repugnat virtus intellectiua, nec actus intellectionis: ergo neque repugnare debet ſpecies intelligibilis: ergo Deus videri poteſt per ſpeciem impreſſam creatam. Minor patet: Maior probatur tum inducendo per omnes alias intellectiones, tum quia connaturale eſt intellectui eſſe potiſſimam, & principaliorem cauſam ſuorum actuum, adeóque exigit poſſe habere in ordine ad ipſos comprincipia ſibi intrinſeca, & eiuſdem rationis eum ſuâ virtute intellectiuâ.

14. Probatur tertiò, deſtruendo potiſſima ex plurimis (De Quiros quippè *prima parte, diſput.* 25. *ſect.* 1. *num.* 2. ait tot eſſe, quot capita, & Faſolus *quæſt.* 12. *art.* 2. ſexdecim refert, & reprobat, vnde fortè ſicuti dicitur: *Plurimæ leges, corruptiſſima Reſpublica;* ita hic videretur dici poſſe: plurima fundamenta, infirmiſſima ſententia,) quæ adduci ſolent fundamenta ad ſtabiliendam repugnantiam ſpeciei impreſſæ, qua mediante Deus viſibilis ſit à creato intellectu.

15. Primum fundamentum deſumitur ex ratione, & verbis D. Thomæ *prima parte, quæſt.* 12. *art.* 2. *in corp. Per nullam ſimilitudinem creatam Dei eſſentia videri poteſt. Primò quidem, quia ſicuti dicit* Dionyſius 1. *cap. de diu. nom. Per ſimilitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo ſuperiora poſſunt cognoſci: ſicut per ſpeciem corporis non poteſt cognoſci eſſentia rei incorporeæ: Multo igitur minùs per ſpeciem creatam quamcumque poteſt eſſentia Dei videri.* Hanc rationem efficaciſſimam eſſe totis conatibus ſuadere contendunt Salmant. *prima parte. tractat.* 2. *diſputatione* 2. *dub.* 5. Io. à S. Thoma *quæſtione* 12. *diſputatione* 13. *articulo* 3. eamque præcipuè corroborant ex doctrina eiuſdem D. Thomæ 3. *contra gentes, cap.* 49. quod ſcilicet ſpecies intelligibilis debeat eſſe eiuſdem omninò naturæ in eſſe repræſentatiuo cum obiecto ipſo, imò debeat eſſe ipſa quiditas, & ſpecies rei repræſentatæ, ex quo inferunt idem eſſe dicere ſimilitudinem inferioris ordinis abſolutè, ac dicere ſimilitudinem inferioris ordinis rerum, enim verò dummodo inquiunt ſeruetur ſenſus formalis, ſimilitudo inferioris ordinis formaliter & in repræſentando, neceſſe eſt quod ſit inferioris naturæ in eſſe repræſentatiuo adeóque quod ſit ſpecies, & quiditas rei inferioris. Vnde ſic poteſt clariùs proponi argumentum Thomiſticum. Per ſpeciem inferioris ordinis in eſſe repræſentatiuo non poteſt intuitiuè repræſentari, ſeu videri Deus; ſed repugnat ſpecies creata, quæ reſpectu Dei non ſit inferioris ordinis, in eſſe repræſentatiuo; ergo repugnat ſpecies creata, per quam Deus poſſit intuitiuè repræſentari, ſeu videri. Maior videtur ex terminis nota; ſpecies enim non poteſt repræſentare, niſi ſecundùm ſuum eſſe repræſentatiuum; ſi igitur habeat eſſe repræſentatiuum inferius ad eſſe repræſentabile Dei, repræſentabit Deum modo inferiori, & proportionato propriæ repræſentatiuitati, non modo proportionato diuinæ repræſentabilitati, & vt eſt in ſe. Minor probatur: Repugnat ſpecies creata, quæ in eſſe repræſentatiuo ſit puriſſimus actus, ſit ſimpliciſſima entitas, ſit omnis perfectio, ſit Deus. Cum enim eſſe repræſentatiuum in ſpecie ſit quid reale, non fictum, talis ſpecies eſſet realiter puriſſimus actus, eſſet realiter ſimpliciſſima entitas, eſſet realiter Deus.

Achillea Thomiſticus ad probandam repugnantiam ſpeciei impreſſæ Dei.

16. Euertitur huiuſmodi fundamentum primò, quia ſumendo verba *D. Thomæ*, vt ſonant, probant neque etiam per ſpeciem accidentalem videri poſſe ſubſtantiam, eodem enim modo, quo probatur ſpeciem creatam eſſe inferioris ordinis rerum reſpectu Dei, probatur etiam ſpeciem accidentalem eſſe inferioris ordinis rerum reſpectu ſubſtantiæ. Si dicas aliud eſſe loqui de ſpecie accidentali, quæ accidens ſit in eſſendo tantùm, non in repræſentando; aliud de ſpecie accidentis, quæ ſcilicet accidens ſit non tantùm in eſſendo, ſed etiam in repræſentando; hanc non illam eſſe inferioris ordinis rerum reſpectu ſubſtantiæ. Dicam & ego aliud eſſe loqui de ſpecie creata, quæ creatura ſit in eſſendo tantùm, non in repræſentando; aliud de ſpecie creaturæ, quæ ſcilicet creatura ſit non tantùm in eſſendo, ſed etiam in repræſentando; hanc non illam eſſe inferioris ordinis rerum reſpectu Dei. Nec Thomiſtis debet videri difficilius, quod creatura poſſit eſſe in repræſentando Deus, quàm quod accidens poſſit eſſe in repræſentando ſubſtantia: fateor quidem in ipſorum principiis, quibus aſſerunt ſpeciem intentionalem eſſe formalem imaginem, & formalem repræſentationem obiecti, eſſe vtrumque difficillimum: at aſtruendo, vt aliunde ſuppono, ſpeciem intentionalem eſſe imaginem, & repræ

Species accidentalis, & ſpecies accidentis: ſpecies creata, & ſpecies creaturæ differunt.

Species intentionalis eſt imago, & repræſentatio obiecti virtualis, non formalis.

repræſentationem, ſolum virtualem, non eſt difficile accidens eſſe in repræſentando ſobſtantiam, creaturam eſſe in repræſentando Deum; illud eſſe imaginem virtualem ſubſtantiæ; iſtam eſſe imaginem virtualem Dei: cum eſſe tale præcisè virtualiter ſit eſſe tale modo inferiori, vt patet in ſemine reſpectu prolis. Hinc ad argumentum Thomiſticum toto ſuo robore ſupra propoſitum data abſolutè maiori, nego minorem. Ad probationem diſtinguo: Repugnat entitas creata, quæ in eſſe repræſentatiuo ſit formaliter puriſſimus actus, &c. concedo: ſit virtualiter puriſſimus actus, &c. nego, vel ſit ſubiectiuè puriſſimus actus, &c. concedo; ſit terminatiuè puriſſimus actus, &c. nego. Nec refert, quod eſſe repræſentatiuum in ſpecie ſit quid reale, non fictum; ex hoc enim ſolùm ſequitur realiter, non fictè dici, quod entitas creata poſſit eſſe virtualiter, & terminatiuè potiſſimus actus, ſimpliciſſima entitas, Deus.

Species creata quomodo eſſe poſſit Deus repræſentatiuè.

57. Secundum fundamentum: Quod eſt tale per ſe, & per eſſentiam ſuam non poteſt eſſe tale per aliud, & per aliquid ab eſſentia diſtinctum; ſed Deus eſt intelligibilis per ſe, & per eſſentiam ſuam; ergo non poteſt eſſe intelligibilis per aliud, & per aliquid ab eſſentia diſtinctum: ſed ſi eſſet poſſibilis ſpecies creata, per quam Deus poſſet videri, & intelligi, poſſet eſſe intelligibilis per aliud; ergo. Minor eſt propoſitio à nobis aſſumpta ad probandum aſſertum *ſuperioris* §. Maior probatur inductione: Implicat quippè accidens facilitans potentiam ex ſe facillimam, qualitas tribuens virtutem actiuam ſubſtantiæ ex ſe operatiuæ: ſpecialiter etiam confirmatur in Deo, tum quia ipſi ratione ſimplicitatis maximè conuenit non operari per diſtinctas potentias, non intelligere per diſtinctam virtutem; ergo etiam non operari per diſtinctas qualitates, non intelligi per diſtinctam ſpeciem; tum quia nequit eſſe omnipotens, immenſus, intelligens, &c. per aliud, niſi quia eſt talis per ſe; ergo etiam nequit eſſe intelligibilis per aliud, ſi eſt intelligibilis per ſe. Accedit, quod videretur perfici diuina eſſentia per aliquid creatum, ſi per aliquid creatum intelligibilis redderetur. Euertitur huiuſmodi fundamentum

58. aduertendo dupliciter aliquid poſſe eſſe per ſe tale: vel neceſſariò, vel liberè. Quod eſt per ſe tale neceſſariò, tranſeat non poſſe fieri tale per aliud; quod eſt per ſe tale liberè, poteſt fieri tale per aliud. Hæc quippè eſt perfectio principij liberi, habere libertatem non ſolùm in ſubſtantia, ſed etiam in modo operandi: poſſe ſcilicet non ſolùm exire, vel non exire in actus ſuos, ſed etiam poſſe exire in ipſos vel immediatè per ſe, vel per aliquod medium. Rurſus dupliciter Deus eſt Intelligibilis reſpectu intellectus creati: vel radicaliter, & in actu primo, vel proximè, & in actu ſecundo. Primo modo intelligibilitas conuenit Deo neceſſariò, ſicuti eidem neceſſariò conuenit veritas. Secondo modo intelligibilitas conuenit Deo liberè, ſicuti eidem liberè conuenit quilibet actus

Quod eſt tale per ſe, [illegible] liberè poteſt eſſe tale etiam per aliud.

Intelligibilitas in actu primo conuenit Deo neceſſariò.

ſecundus, ſeu quælibet actio ad extra. Cum igitur ea, quæ conueniunt Deo liberè, etiamſi conueniant per ſe, conuenire poſſint mediatè, non eſt mirum, quod intelligibilitas in actu ſecundo, ſeu intelligibilitatis exercitium, poſſit Deo mediatè conuenire, mediante ſcilicet ſpecie creata. Hinc habetur diſtinctio ad ſuperius argumentum. Quod eſt neceſſariò tale per ſe, & per eſſentiam ſuam non poteſt eſſe tale per aliud, concedo: quod eſt liberè tale per ſe, & per eſſentiam ſuam, &c. nego maiorem liberè; ſed Deus eſt intelligibilis (ſubintellige in actu ſecundo) per ſe, & per eſſentiam ſuam, liberè concedo, neceſſariò nego. Ad probationem Maioris dico inductionem eſſe diminutam, præſertim ſi extendatur ad ea, quæ ſunt per ſe, liberè tamen talia: ſic Angelus poteſt per ſe mouere corpus, poteſt tamen etiam mouere per impulſum, & virtutem à ſe diſtinctam: poteſt per ſuam ſubſtantiam intelligi, poteſt tamen etiam intelligi per ſpeciem diſtinctam. Ad confirmationem dico ſimplicitatem à Deo excludere diſtinctas potentias ad intra, ex quo capite non poteſt intelligere per intellectum realiter diſtinctum, quia intellectus eſt eſſentialiter potentia ad intra; at non excludere diſtinctas virtutes ad extra, alioqui officeret diuinæ ſimplicitati operari mediis cauſis ſecundis. Paritas de eſſe immenſo non eſt ad rem, quia conuenit Deo per ſe neceſſariò, non per ſe liberè. Paritas de eſſe omnipotenti nobis fauet. Nam ſicut actus primus omnipotentiæ non poteſt conuenire Deo mediante alio, bene tamen actus ſecundus, ſeu exercitium ipſius, quia ille neceſſarius, iſte liber Deo eſt; ita nos proportionaliter omninò loquimur de intelligibilitate in actu primo & in actu ſecundo. Ad id, quod vltimo loco affertur dico quod redditur intelligibile per aliud, per illud perfici, ſi reddatur intelligibile per aliud ex indigentia, & tanquam per rationem formalem intelligibilitatis; ſecùs ſi ex libertate, & tanquam per medium omninò voluntarium. Neque exiſtimes ſpeciem eſſe ſemper perfectionem obiecti, eſt enim potius perfectio potentiæ, cum potentiæ, non obiecto inhæreat; accidens autem ſit perfectio illius, cui ineſt, & cuius eſt accidens inhæſiuum; non illius à quo eſt, & cuius eſt accidens effectiuum.

Deus ad intra non poteſt operari per virtutem à ſe diſtinctam, bene tamen ad extra.

Accidens eſt perfectio eius, cui ineſt, non à quo eſt.

Tertium fundamentum: Repugnat Deum non exercere per ſe immediatè concurſum obiectiuum in viſionem; ergo repugnat Deum eſſe principium viſionis mediatè, & per ſpeciem impreſſam creatam videri. Probatur antecedens: Repugnat Deum non exercere per ſe immediatè concurſum phyſicum in quemlibet effectum creatum, nec poteſt producere qualitatem vicariam talis concurſus phyſici, quia ipſe eſt prima cauſa phyſica, & primum principium: nec ſufficienter ſaluaretur ſupremum, & liberum ipſius dominium, in quemlibet effectum creatum, ſi poſita tanquam vicaria ſui concurſus aliqua qualitate inter medis con- 59.

 curſum

Digitized by Google

curſum immediatum effectui non impenderet: ſed Deus eſt etiam prima cauſa obiectiua, & primum intelligibile; Eſt item vltimus finis: nec ſufficienter ſaluaretur dependentia ab ipſo, vt vltimo fine, & obiecto vnicè beante, ſi poſitâ tanquam vicaria ſui concurſus in viſionem, & beatitudinem aliquâ qualitate intermediâ, concurſum immediatum in ratione finis, & obiecti beantis non impenderet; ergo repugnat Deum non exercere per ſe immediatè concurſum obiectiuum, vt latè proſequitur De Quiros *prima parte, diſputatione 25. ſect. 2. & 3.*

10\. Concurſus phyſicus Dei alius vniuerſalis, alius particularis: ille eſt eſſentialiter immediatus, non iſte.

Euertitur huiuſmodi fundamentum, quia concurſus immediatus phyſicus Dei in effectus creatos, alius eſt, quo Deus concurrit, vt cauſa vniuerſalis in omnes, alius quo concurrit, vt cauſa particularis, in aliquos ſpeciales, ipſos cauſando per ſe immediatè, & ſine conſortio cauſæ ſecundæ intermediæ: De primo verum eſt, & ab omnibus concedendum contra Durandum non poſſe à Deo mediatè exerceri, quia ratio cauſæ vniuerſalis eſt propriiſſima Dei, & quando huiuſmodi concurſum mediatè exerceret, amitteret poteſtatem diſponendi pro libito de effectibus creatis, nec poſſet ipſos deſtruere, niſi deſtruendo qualitatem ſeu creaturam, quam vicariam ſui concurſus in ordine ad tales effectus conſtituiſſet. De ſecundo falſum eſt non poſſe à Deo mediatè exerceri, poteſt enim Deus mediante creaturâ producere gratiam, mediante creaturâ creare Angelum. Dum igitur arguitur a concurſu phyſico Dei ad concurſum obiectiuum, vel ſermo eſt de concurſu phyſico primi generis, & ab hoc non valet argumentum ad concurſum obiectiuum, quia concurſus obiectiuus non conuenit Deo, vt cauſæ vniuerſali, & Deus vt cauſa obiectiua eſt cauſa particularis reſpiciens ſolùm aliquos particulares, & determinatos effectus: vel ſermo eſt de concurſu phyſico ſecundi generis, & ab hoc, qui mediatus eſſe poteſt, nullatenùs probatur concurſum obiectiuum debere eſſe immediatum, ſed potius mediatum eſſe poſſe.

Concurſus obiectiuus eſt a Deo, vt à cauſa particulari, non vt à cauſa vniuerſali.

Nec refert, quod Deus ſit prima cauſa obiectiua, & primum intelligibile. Nam ſicuti hinc non fit quod Deus debeat obiectiuè & intelligibiliter concurrere ad omnes effectus: ita nec quod concurſus obiectiuus, ac intelligibilis ſit vniuerſalis, & ratio cauſæ obiectiuæ in Deo ſit ratio cauſæ vniuerſalis. Ad id, quod additur de ratione vltimi finis, dico Deum conſiderari poſſe, vel vt vltimum finem obiectiuè poſſidendum, & hac ratione non eſt finis vniuerſalis rerum omnium; nec ex eo, quod debeat concurrere immediatè concurſu phyſico ſpectante ad rationem cauſæ efficientis ſequitur, quod debeat etiam concurrere immediatè concurſu obiectiuo ſpectante ad rationem cauſæ finalis, quia ille ſpectat ad rationem cauſæ efficientis vniuerſalis, non iſte ad rationem cauſæ finalis vniuerſalis: vel vt vltimum finem, cuius gratia & hac ratione eſt finis vniuerſalis, ad quem omnia ordinantur, cuius gratia omnia ſunt: at dependentia rerum omnium à Deo, vt vltimo fine hoc modo ſumpto, non habetur per concurſum obiectiuum Dei in viſionem, propterea ad talem dependentiam impertinenter ſe habet, quod Deus in viſionem creatam vel immediatè, vel mediatè concurrat. Quod dicitur de obiecto vnicè beante non officit ſpeciei, quæ ſicuti concurreret, vt medium incognitum; ita concurreret, vt medium non beans: & ſicuti Deus concurrens mediante ſpecie adhuc eſſet obiectum immediatè cognitum; ita adhuc eſſet obiectum immediatè, & vnicè beans. Cæterum cum Deus ſit noſter vltimus finis etiam in viâ, ſi valeret paritas primi efficientis, & vltimi finis, probaretur immediatus concurſus obiectiuus Dei etiam in cognitionem, quam de ipſo habemus in via.

Deus vt vltimus finis, cuius gratia eſt finis vniuerſalis, non verò vt vltimus finis obiectiuè poſſidendus.

Quartum fundamentum: Repugnat ſpecies comprehenſiua Dei; ergo etiam repugnat ſpecies intuitiua Antecedens æquè certum eſt, ac certum ſit Deum eſſe incomprehēſibilem à creatura, & repugnare cognitionem creatam Dei comprehenſiuam; conſequentia probatur, ſpecies intuitiua quantum eſt de ſe eſt comprehenſiua, ſufficit ſcilicet ad obiecti comprehenſionem. Primò quia ſpecies intuitiua ſupplet obiectum, vt eſt in ſe, & præſtat id, quod præſtaret obiectum per ſe ipſum, ſed obiectum per ſe ipſum ſufficit ad ſui comprehenſionem; ergo. Secundò ſpecies intuitiua cum perfectiori potentia cauſat perfectiorem cognitionem, ſic eadem ſpecies ſenſibilis cum imperfectiori oculo imperfectiorem, cum perfectiori perfectiorem viſionem producit; ergo, quia ſecundùm ſe apta eſt cauſare cognitionem etiam perfectiſſimam, & comprehenſiuam. Tertiò ſpecies intuitiua obiecti infiniti neceſſe eſt, quod infinita ſit, alioqui non eſſet obiecti vt eſt in ſe, nec eſſet propria obiecti infiniti, ſed eo ipſo, quod infinita eſt, eſt comprehenſiua; ergo. 11.

Euertitur huiuſmodi fundamentum, quia iuxta doctrinam D. Thomæ *ſuprà explicatam cap. 1. §. 5. aſſert. 3.* cognitum eſt in cognoſcente ſecundùm modum cognoſcentis, adeóque idem obiectum in cognoſcente inferiori eſt ſecundùm modum inferiorem, id eſt ſecundùm imperfectiorem ſpeciem, & Angelus ſuperior ad Angelos magis, ac magis inferiores comparatus, eſt in ipſis ſecundùm ſpeciem minùs & minùs perfectam, ſeu magis, ac magis recedentem à comprehenſiuâ. Cum igitur ſpecies intuitiua limitetur à ſubiecto, in quo recipitur, facilè poteſt à comprehenſiuâ deficere. Alio etiam ex capite deficere poteſt à comprehenſiuâ, ſcilicet ex eo, quod producatur ab obiecto liberè concurrente ad ſui cognitionem, quod obiectum, ſicuti concurrendo per ſe, poteſt cauſare cognitionem ſui vel adæquatam, & comprehenſiuam, vel inadæquatam, & non comprehenſiuam, ita producendo ſpeciem, per quam concurrat poteſt ipſam producere, vel adæquatam, vel indæquatam. Ideò 12.

Species intuitiua poteſt eſſe non comprehenſiua.

abſolutè

abſolutè nagatur ſpeciem intuitiuam, quantum eſt de ſe, eſſe comprehenſiuam. Ad primã probationẽ in oppoſitum dico ſpeciem intuitinam ſupplere obiectum, vel vt eſt in ſe adæquate, vel vt eſt in ſe inadæquate. Et ſicuti cognitio iotuitiua præſcindit ab eo, quod adæquata, vel inadæquata ſit, eique ſufficit attinguete obiectum, vt eſt in ſe inadæquate, ita ſpecies intuitiua præſeindit, &c. ipſique ſufficit repræſentare obiectnm vt eſt in ſe inadæquate. Ad ſecundam probationem dico, ſi ſpecies intuitina cum perfectiori potentia cauſat perfectiorem cognitionem, id non prouenire ex maiori concurſu ipſius ſpeciei, ſed ex maiori actiuitate potentiæ. Vel ſi aliquando id prouenit etiã ex maiori ipſina concurſu, non poterit cognitio creſcere vſque ad adæquationem obiecti, ſed ſulum intra ordinem inadæquatum. Vel ſi tandem poterit vſque ad adæquationem obiecti creſcere, ſpecies intuitiua erit ſimnl comprehenſiua: at non inde probatur debete, quanrum eſt de ſe, eſſe talem.

Species intuitiua ſupplet obiectum, vel vt eſt in ſe adæquate, vel vt eſt in ſe inadęquate.

Ad tertiam dico ſpeciem intuitiuam obiecti infiniti, præſertim quando à tali obiecto libere producitur, non eſſe neceſſe, qnod infinita ſit, limitari enim facile poteſt, tùm ex imperfectione ſubiecti recipientis tùm ex libertate obiecti produceoris, & tamen erit adhuc obiecti, vt eſt in ſe, inadæquate tamen; propria item obiecti infiniti, ſed inadæquatè. Deinde, ſi ex infinitate obiecti arguitur aliqua infinitas in ſpecie intuitiuâ arguitur infinitas virtualis ſolùm, & terminatiua non formalis, & ſubiectina iuxta ſupradicta contra primum fundamentnm. Tandem quando concederetur ſpeciem intuitiuam obiecti infiniti debete eſſe io ſe ſubiectiue infinitam non inde ſequeretnr debere eſſe comprehenſiuam obiecti. Nam ſicuti reſpectu Dei ex *cap.* 7. §. 3. poteſt dari cognitio infioita abſque eo, quod ſit ipſina Dei comprehenſiua; ita à pari, &c.

Species obiecti infiniti, limitari poteſt tum ex imperfectione ſubiecti, tum ex libertate obiecti.

Species infinita poteſt non eſſe cõprehenſiua obiecti infiniti.

23. Quintum fundamentum, cui ſoli fidit Amicus 1. *parte*, *diſp.* 9. *ſect.* 4. *num.* 316. Species impreſſa ordinatnr ad expreſſam tanqnam principalis cauſa ipſius. Sed implicat reſpectu viſionis Dei ſpecies expreſſa, ergo etiam ſpecies impreſſa. Maior probatur: Species impreſſa reſpectu expreſsæ ſupplet concurſum totalem obiecti, & concurrit abſente etiam obiecto: ſed obiectum ipſum, quando per ſe concurrit, eſt cauſa principalis ſpecici expreſſæ; ergo eiuſdem eſt etiam cauſa principalis ſpecies impreſſa, & dicitur à Philoſophis inſtrumentum obiecti: non quia inſtrumentaliter concurrat, ſeu in ratione concurſus; ſed præcisè, quia obiectum ſupplet, ſeu in ratione ſupplementi, qua ratione quælibet cauſa alteram ſupplens dicitur alterius inſtrumentum, cum tamen ſæpiſſimè quo ad rem, & qno ad concurſum, ſit canſa principalis. Minor primi argumenti ab eodem Amico *probatur ſect.* 3. *præced.* vbi conatnr oſtendere ſpeciem expreſſam debete eſſe medium, in quo obiectnm videtur, & tanquam in imagine naturali intelligibiliter appatet. Euertitur huiuſmodi fundameotum primò quia aliud eſt ſpeciem impreſſam regulariter eſſe cauſam principalem, aliud eſt repugnare ſpeciem impreſſam, quæ ſit cauſa inſtrumentalis, præſertim reſpectu Dei, in cuius abſentia nunquam ſpecies concurrit, ideo reſpectu ipſius facilius explicatnr ſpeciem poſſe concurrere inſtrumentaliter, quàm reſpectu aliorum obiectorum, quorum ſpecies concurrunt in ipſorum abſentia. Secundò falſum omninò eſt repugnare reſpectu Dei ſpeciem expreſſam, vt ſuppono ex infrà ponendis §. 5. & pro nunc confirmo ex ſententia nonnullorum, qui admittunt poſſibilem ſpeciem expreſſam potius, quàm impreſſam, dicentes ſpeciem impreſſam debere proportionari obiecto, vt eſt in ſe, expreſſam debere proportinnari obiecto, vt intellecto: Deo autem vt intellecto, & quodammodo per intellectionem finitam limitato, facilius dari poteſt ſpecies proportionata, quàm Deo vt eſt in ſe, & nullatenus aliunde limitato. 24.

Species impreſſa de facto eſt cauſa principalis, poteſt tamen eſſe etiam cauſa inſtrumentalis.

Species expreſſa facilius, quam impreſſa, admitti debet reſpectu Dei

Reliqua fundamenta, quibus inniti poteſt repugnantia ſpeciei impreſſæ Dei, vel multum imbecillia ſunt, vel hucuſque allatis parum diſſimilia: vnde vel ex propria imbecillitate, vel ex hucuſque poſitis, aliiſvè ſimilibus, & ſuperiores conſideranti facilè peruiis impugnationibus facilè corruunt. 25.

---

§. III.

Vtrùm Deus poſſit eſſe principium Viſionis, tum per eſſentiam ipſam formaliter, tum per omnipotentiam vt contradiſtinctam formaliter ab eſſentia?

ASSERTVM: Deus ſiue concurrat mediante ſpecie creatâ, ſiue immediatè, & abſque vllo medio creato, poteſt eſſe principium viſionis, tum per eſſentiam ipſam formaliter vt contradiſtinctam ab omnipotentia, & voluntate: tum per omnipotentiam, vt contradiſtinctam formaliter ab eſſentiâ. Ita Theologi ſatis communiter, qui licèt quo ad quæſt. de facto diuiſi ſint, quo ad quæſtionem tamen de poſſibili aut conſentiunt, aut vix expreſsè diſſentiunt. Diuiſi inquam ſunt quoad quæſtionem de facto: ſuſtinent ſcilicet concurſum obiectiuum eſſe ab eſſentia, Suarez *lib.* 2. *cap.* 12. Molina *quæſt.* 12. *art.* 2. *diſp.* 2. Faſolus *quæſtione* 12. *art.* 3. *dub.* 9. Iſambertus *ad quæſt.* 12. *diſp.* 6. *art.* 2. Meratius, Beccanus, Granadus, &c. ſuſtinent eſſe ab omnipotentiâ, Scotus *quodlib.* 14. *art.* 2. Vaſquez *diſp.* 43. *cap.* 7. *num.* 35. *& diſp.* 38. *cap.* 3. *num.* 16. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 20. *cap.* 3. *num.* 18. Herice *diſp.* 42. *cap.* 4. Ouiedus 1. 2. *tract.* 1. *controu.* 8. *punct.* 3. *&c.* 26.

Probatur

Eſſentia Dei poteſt præſtare concurſum obiectiuum per ſe abſque diſtincta potentia.

Probatur prima pars: Diuina eſſentia eſt in omni ratione infinita, adeoque etiam infinita eſt io ratione obiecti, & continet in ordine ad propriam intelligibilitatem omnem cuiuſcumque alterius obiecti perfectionem; ſed aliis obiectis conuenit poſſe ad intuitiuam ſui cognitionem, per ſe ipſa concurrere abſque eo, quod vtantur diſtinctis potentiis, & ſi quæ obiecta huiuſmodi concurſum per ſe non præſtant, neque etiam ipſum præſtant per potentias proprias, ſed intelliguntur per ſpecies productas à principio omninò extraneo, & à Deo infuſas, vt euenit in Angelis; ergo etiam diuinæ eſſentiæ conuenit per ſe ipſam formaliter poſſe concurrere ad intuitiuam ſui cognitionem abſque eo, quod vtatur potentiis à ſe virtualiter diſtinctis, cum præſertim concurſus obiectiuus in cognitionem diuinæ eſſentiæ non poſſit præſtari à principio omninò extraneo, ſicuti concurſus obiectiuus in cognitionem Angeli præſtari poteſt à principio extraneo ipſi Angelo, id eſt à Deo producente in intellectu vnius Angeli ſpeciem alterius, Angelo, qui cognoſcitur, nec per ſubſtantiam ſuam, nec per aliquam ſuam potentiam ad

27. ſui cognitionem concurrente. Confirmatur: In creatis entitates etiam alioqui nullatenus operatiuæ, quales ſunt color, ſapor, aliæque ſecundæ qualitates, habent vim præſtandi per ſe ipſas efficientiam obiectiuam, & concurſum intentionalem ad ſui ſenſationem, & cognitionem; ergo etiam eſſentia diuina, licet per ſe ipſam nullatenus ſit ad extra operatiua phyſicè, debet concedi operatiua intentionaliter, & potens per ſe ipſam præſtare efficientiam obiectiuam, & concurſum intentionalem. Confirmatur inſuper ex eo, qood ſi Deus non poſſet obiectiuè concurrere ad ſui viſionem, niſi mediante omnipotentia, ſi non eſſet omnipotens non eſſet viſibilis, nec poſſet eſſe obiectum beans, cum non beet, niſi per viſionem, ſed hoc oon videtur dici poſſe; ergo.

Qualitates non operatiuæ phyſicè ſunt operatiuæ intentionaliter.

28. Probatur ſecunda pars: Concurſus obiectiuus non eſt ex genere ſuo eſſentialiter alligatus obiecto, nec cognitio intuitiua petit ex genere ſuo eſſe ab obiectu per ſe ipſum concurrente; ergo nec concurſus obiectiuus diuinæ eſſentiæ eſt eſſentialiter ipſi alligatus, nec cognitio intuitiua eiuſdem petit eſſe à diuina eſſentia per ſe ipſam concurrente. Antecedens euincitur ex ſpeciebus infuſis Angelicis, ratione quarum vnus Angelus ab alio intuitiuè cognoſcitur: nullatenus per ſe ipſum concurrendo ad talem cognitionem. Deinde concurſus obiectiuus eſt concurſus non vitalis, adeoque nulli principio eſſentialiter alligatus cum ſit ſpecialis prærogatiua efficientiæ vitalis, quod à principio extrinſeco ſuppleri non poſſit. Conſequentia probatur, quia ex vna parte diuina omnipotentia, ſicuti ſopplere poteſt concurſum intentionalem cuiuſcumque obiecti creati, vel per ſe ipſam producendo propriam ipſius ſpeciem, vel per ſe ipſam concurrendo loco ſpeciei; ita non eſt, cur ſupplere nequeat concurſum intentionalem ipſius obiecti increati. Ex alia parte diuina eſſentia eſt magis liberè intelligibilis, quàm quodlibet obiectum creatum; ergo concurſus obiectiuus in actu ſecundo debet eſſe minùs alligatus ipſi, quàm cuilibet obiecto creato.

Concurſus obiectiuus non eſt vitalis, nec eſt eſſentialiter alligatus obiecto, aut alij determinato principio.

Probatur vtraque pars in vniuerſum:
Spectat ad perfectiſſimam libertatem, quam 29.
Deus habet in operationibus ad extra poſſe ipſas exercere vel per ſe immediatè, vel mediante creatura, vt *initio ſuperioris* §. tradebatur; ergo ſpectat ad perfectiſſimam libertatem, quam Deus habet in ſua intelligibilitate, ſeu in concurſu obiectiuo reſpectu intellectus creati poſſe, huiuſmodi intelligibilitatem, & concurſum exercere, vel immediatè per eſſentiam, vel mediante omnipotentia. Et ſicuti aſſerimus diuinam eſſentiam liberam ad poſſe intelligi, vel immediatè per ſe, vel mediatè per ſpeciem; ita congruit aſſerere eandem liberam ad poſſe præſtare concurſum obiectiuum aut per ſe, aut per omnipotentiam, item ſpeciem ſui aut per ſe, aut per omnipotentiam producere, in quo caſu omnipotentia duplicem quodammodo concurſum impenderet in viſionem; alterum tanquam virtus cauſæ primæ influens in omnes effectos cauſarum ſecundarum modo phyſico, alterum tanquam virtus obiecti intelligibilis ſpecialiter influens in viſionem modo intentionali.

Spectat ad Dei libertatem poſſe concurrere obiectiuè tum per eſſentiam, tum per omnipotentiam.

Probatur inſuper vtraque pars improbando rationes implicantiæ, quæ contra 30.
vtramque afferri poſſunt. Contra primam prima ratio implicantiæ ſic afferri poteſt: implicat à Deo præſtari concurſum aliquem ad extra, qui non ſit liber; eſt enim commune axioma, quod *Quidquid Deus ad extra operatur, operatur liberè*: ſed concurſus, qui ad ſui viſionem à Deo præſtaretur per eſſentiam ipſam formaliter, vt contradiſtinctam à voluntate, & omnipotentia, eſſet concurſus ad extra, vt per ſe patet, & non eſſet liber, tum quia eſſentia, vt contradiſtincta à voluntate, non eſt principiom liberum, tum quia obiecta creata, quæ per ſe concurſum obiectiuum præſtant, non præſtant ipſum liberè; ergo ſecunda. Implicat concurſus, ſeu actio ad extra non communis toti Trinitati; eſt enim Theologicum axioma, *Actiones Trinitatis ad extra eſſe indiuiſas*: ſed ſi eſt dabilis concurſus obiectiuus ad extra immediatè procedeos à diuina eſſentia formaliter, eſſet dabilis concurſus ad extra non communis toti
Trinitati; ergo. Minor probatur eadem ra- 31.
tione, qua probatur diuinam eſſentiam poſſe per ſe immediatè coocurrere ad ſui viſionem, probaretur etiam Dei attributa, & perſonalitates poſſe pes ſe immediatè concurrere: concurſus autem, qui per ſe immediatè præſtatur à Paternitate, & filiatione, v. g. non eſſet communis toti Trinitati; ergo. Contra ſecundam

32. cundam prima ratio implicantiæ ſic afferri poteſt. Implicat concurſum obiectiuum præſtari ab aliquo non continente virtutem repræſentatiuam obiecti, alioqui vnus Angelus poſſet producere ſpeciem alterius, aut ad alterios cognitionem obiectiue concurrere; ſed omnipotentia non continet virtutem repræſentatiuam diuinæ eſſentiæ, ſeu Dei, non enim relucent in omnipotentia omnia diuinæ eſſentiæ, ſeu Dei præ-
33. dicata, ergo. Secunda: Implicat notitia, quæ non gignatur ex potentia, & obiectu, ſed ſi viſio Dei haberi poſſet per omnipotentiam, vt diſtinctam formaliter ab eſſentia aliqua notitia gigneretur ex potentia, non ex obiecto, ergo. Minor probatur; viſio Dei eſſet notitia habens pro obiecto diuinam eſſentiam, & tamen non gigneretur ex ipſa diuina eſſentia, ſed ex intellectu, & omnipotentia; ergo.

34. Improbatur prima ratio Implicantiæ quia fortè ſufficeret ſuſtinere, quod concurſus obiectiuus diuinæ eſſentiæ eſſet liber concomitanter ratione concurſus generalis liberi, quem viſio, vt pote effectus creatus ad ſui productionem ſimul cum concurſu obiectiuo omnino requireret, & hoc modo Molina, Becanus, Meratius, &c. exiſtimant ſufficienter ſaluari, quod Deus liberè concurrat ad viſionem creatam, etiamſi concedant concurſum obiectiuum neceſſario omnino, & naturaliter à diuina eſſentia profluere nihilhominus, ne dicendo concurſum Dei ad extra debere eſſe liberum, ſi phyſicus ſit, non ſi intentionalis; vel debere eſſe liberum aut formaliter, aut concomitanter; non ſemper formaliter, limitemus communia axiomata, quibus dicitur. *Deum operari liberè, quidquid ad extra operatur; diuinam eſſentiam eſſe ſpeculum voluntarium*; placet contra relatos Authores cum Suario, Faſolo, Iſamberto *locis in aſſerto citatis*; quibus addi poteſt Marſilius *in 3. quæſt.* 10. *art.* 2. dicens, eſſe puerile aſſerere, quod ſpecies naturaliter, & neceſſariò à Deo procedat; placet inquam concedere abſolutè, & formaliter liberum omnem concurſum Dei ad extra etiam obiectiuum. Ad primam probationem in oppoſitum dico eſſentiam, vt contradiſtinctam à voluntate, operantem tamen ex imperio voluntatis, adhuc eſſe principium liberum alioqui in ordine ad nullum obiectum diuina eſſentia dici poſſet liberè volens. Aliud eſt igitur produci à principio contradiſtincto à voluntate; aliud eſt produci à tali principio ſine imperio voluntatis hoc, non illud, probat carentiam productionis liberè. Neque dicas eſſentiam diuinam voluntatis imperio non ſubeſſe. Contra enim, licet non ſubſit ratione ſui, ratione eorum, quæ dicit ad intra, & vt operans per modum naturæ, ſubeſt tamen voluntatis imperio, aut (ne ſuſpiceris aliquam in diuina eſſentia ſubiectionem) ſupponit voluntatis actum in ordine ad ea, quæ dicit ad extra, & vt operans per modum obiecti. Ad ſecundam probationem, in qua affertur paritas de obiectis creatis, fortè falſum eſt Angelos, & animas ſeparatas neceſſariò præſtare concurſum obiectiuum ad ſui cognitionem, poſita etiam proportione, & indiſtantia. Et licèt quæ emanant à natura phyſicè, non ſubſint voluntatis imperio, dici tamen poteſt tali imperio ſubeſſe, quæ emanant intentionaliter, cum eſſe intentionale concedi poſſit magis voluntarium, quàm naturale. Certè ſaltem de actibus liberis creatis ſentiendum eſt ipſos non præſtare neceſſario concurſum obiectiuum ad ſui cognitionem, alioqui vnus Angelus compenetratus cum altero nullâ factâ ab altero manifeſtatione, ipſius actus liberos cognoſceret. Deinde quidquid ſit de obiectis creatis, ſi hæc neceſſario præſtant concurſum obiectiuum, eſt ex ipſorum imperfectione, & ex eo, quod in creatis etiam operationes ad extra eſſe poſſint neceſſariæ: non valet ideirco paritas tranſlata ad diuina, vbi exulat omnis imperfectio, & liberè fit, quidquid ad extra fit.

Concurſus obiectiuus poteſt concedi neceſſarius abſque eo, quod ſequatur viſionem produci neceſſario.

Eſſentia diuina præſtat liberè concurſum obiectiuum ad ſui cognitionem, & creatam viſionem.

Eſſentia diuina ſubeſt voluntatis imperio, vt operans per modum obiecti, licèt non vt operans per modum naturæ.

Angelus, & Anima rationalis probabiliter nõ præſtant neceſſario concurſum obiectiuum.

35. Improbatur ſecunda ratio implicantiæ, quia fortè ſufficit ſuſtinere actiones phyſicas Trinitatis ad extra eſſe indiuiſas, non intentionales, & ita in re ſentiunt Meratius, Ægidius *de Præſentatione*, Ripalda, &c. Nihilominus placet fauere magis illibato candori communis axiomatis, & ſuſtinere cum Molina, Faſolo, Suario, Iſambetto *locis ſupracitatis*, Becano *tract.* 4. *diſputatione* 5. *ſect.* 4. Salas, &c. Dei attributa, & Perſonalitates non præſtare per ſe immediatè concurſum obiectiuum, ſed diuinam eſſentiam tanquam ſpeciem vniuerſaliſſimam continere, & exhibere virtutem repræſentatiuam perſonalitatum, attributorum, aliorumque omnium diuinorum prædicatorum, idque vt abſolutè ſaluetur tum actiones ad extra eſſe indiuiſas, & communes toti Trinitati, tum eſſe omnes formaliter liberas, quorum neutrum quo ad actiones intentionales id concurſum obiectiuum ſaluatur, ſi perſonalitatibus conueniat per ſeipſas intentionaliter agere, & obiectiuè concurrere: Non primum, vt patet ex concurſu, quem præſtaret filiatio, vel Paternitas v. g. Non ſecundum quia perſonalitates non ſunt formaliter liberè nec conuenit ipſis liberè velle; in quo eſt diuerſa ratio de natura, quæ licet ſit libera per diſtinctam potentiam, eſt tamen libera formaliter, quia huiuſmodi potentia radicatur in ipſa natura, eſt ei propria, & intrinſeca at verò, cum eadem ſit quodammodo extrinſeca perſonalitatibus, & attributis, operationes prouenientes à perſonalitatibus, & attributis, non niſi quodammodo per denominationem extrinſecam poſſunt eſſe liberæ. Neque dicas eodem modo probaretur omnipotentiam non operari liberè, niſi per denominationem extrinſecam, & operationes omnipotentiæ eſſe ſolùm denominatiuè liberas. Contra enim præterquam quod in aliquorum ſententiâ omnipotentia non diſtinguitur ab intellectu, & voluntate, dico ipſam operari, vt virtutem naturæ, & nomine naturæ potiùs, quàm proprio; ideo ipſius operationes eſſe formaliter liberas, ſicuti eſt formaliter libera natura. Perſonalitas autem, ſi obie-

Diuina eſſentia eſt formaliter libera, non ſic diuinæ Perſonalitates.

ctiuè concurreret ad ſui cognitionem, non concurreret vt virtua naturæ, nomine naturæ, & tanquam id, quo mediante natura operatur, ſed ratione ſui, & nomine proprio; ideò vt liberè & formaliter concurreret, deberet habere ratione ſui, & nomine proprio libertatem.

36. Improbatur prima ratio implicantiæ contra ſecuudam partem, quia continentia effectus deberet reperiri in principio operante vt quod, non in principio, quod ſe habet vt quo, & vt virtus, ac potentia alterius; quod optimè explicari poteſt in ſeutentia Thomiſtica aſſerente accidens, vt virtus eſt ſubſtantiæ, producere poſſe ſubſtantiam. Solùm igitur debet continere virtutem repræſentatiuam obiecti, quod debet præſtare concurſum obiectiuum, vt quod. Omnipotentia autem quando præſtaret concurſum obiectiuum diuinæ eſſentiæ, præſtaret ipſum vt quo, & vt virtus ipſius diuinæ eſſentiæ per omnipotentiam ſe ipſam repræſentantis.

37.

Notitia debet gigni ex potentia, & obiecto vel immediatè, vel mediatè.

Improbatur ſecunda ratio implicantiæ contra eandem ſecundam partem quia non eſt neceſſe notitiam gigni ex potentia, & obiecto immediatè, alioqui neque etiam haberi poſſet ex potentia, & ſpecie; ſed ſufficit, quod gignatur ex obiecto mediatè; ex aliquo ſcilicet, quod concurrat vt virtus obiecti, & vt medium, quo obiectum operatur: qua ratione notitia diuinæ eſſentiæ quæ ab omnipotentia gigneretur, vtique mediatè procederet ab ipſa diuina eſſentia, mediatè gigneretur ex obiecto, quod ſufficit.

§. IV.

Quomodo Deus de facto ſit principium viſionis?

38.

Non datur de facto ſpecies impreſſa reſpectu viſionis Dei.

ASSERTVM I. Deus de facto eſt principium viſionis per propriam eſſentiam immediatè, & ſine vlla ſpecie creata videtur. Ita à fortiori omnes Thomiſtæ, aliique plures *ſupra* citati, §. 2. ſuſtinentes eſſe impoſſibilem ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ. Ex Auctoribus verò admittentibus poſſibilem huiuſmodi ſpeciem, poſitum aſſertum tradunt Molina 1. *parte*, *q*. 12. *art*. 2. *diſp*. 1. Valentia *q*. 12. *diſp*. 1. *punct*. 2. Suarez *lib*. 2. *c*. 13. Iſam ›ettus *ad q*. 52. *diſp*. 6. *art*. 1. Arriaga, Argentinas, &c. contra Richardum *in* 3. *diſt*. 14. *art*. 1. *q*. 3. Aureolum apud Capreolum *in* 4. *diſt*. 49. *q*. 5. *art*. 2. Gaſparem Hurtadum 1. *parte*, *tract. de attributis*, *diſp*. 10. *diff*. 4. alioſque magnos Doctores, vt loquitur Henricus; & famoſos in Theologia viros, vt loquitur Amolinus apud Ouiedum t. 2. *tract*. 1. *controu*. 8. *punct*. 5. *n*. 178. Eſt à fortiori contra Auctores *ſupra* citatos §. 1. ſuſtinentes repugnare, quod Deus ſit principium viſionis immediatè per propriam eſſentiam. Eſt etiam contra affirmantes lumen gloriæ non diſtingui à ſpecie impreſſa; id autem affirmant Vaſquez 1. *parte*, *diſp*. 43. *c*. 7. Alarion *tract*. 1. *diſp*. 3. *c*. 3. Ouiedus *mox cit*. *n*. 179. aliique nonnulli ſpecialiter infra impugnandi, dum agendo de lumine gloriæ aſſeretur, & probabitur ipſius diſtinctio à ſpecie impreſſa *c*. 1. §. 2.

Deus etiam vt Auctor ſupernaturalis præſtat id, quod magis connaturale eſt.

Probatur: Deus de facto non minùs in ordine ſupernaturali, quàm in ordine naturali præſtat id ſolum, quod magis connaturale eſt, & nihil ponit ſuperfluum; ſed connaturalius eſt, quod ſit principium viſionis per propriam eſſentiam immediatè, & ponendo ſpeciem, qua mediante videretur, poneret aliquid ſuperfluum; ergo Deus de facto eſt principium viſionis, &c. Maior patet, quia ſecùs ordo ſupernaturalis eſſet inferior ordine naturali, & Deus vt Auctor naturæ ſapientiùs operaretur, quàm vt Auctor gratiæ. Minor probatur obiecto proportionato, & indiſtanti connaturalius eſt eſſe principium propriæ viſionis immediatè, & ponendo reſpectu talis obiecti ſpeciem, poneretur aliquid ſuperfluum: ſed Deus reſpectu intellectus eleuati eſt obiectum proportionatum, & indiſtans. Eſt indiſtans vt per ſe patet; eſt proportionatum, quia eſt per ſe ſupernaturaliter intelligibile, & intellectus eleuatus eſt aptus ſupernaturaliter intelligere; ergo connaturalius eſt Deo eſſe principium viſionis, &c. Maior probatur: Species non ponitur niſi vel propter abſentiam, vel propter improportionem obiecti, & dicitur obiecti vicaria (quamvis Herice *diſp*. 40. *c*. 6. magnam inſtituat quæſtionem de nomine, vt vicariæ munus, ac prærogatiuam ſpeciei detrahat) quia debet obiecti vices ſupplere. Nulla autem eſt neceſſitas ſupplendi vices obiecti præſentis, & potentis per ſe operari. 39.

Species ponitur propter obiecti abſentiam, aut improportionem.

Deus non mouet corpora per impulſum.

Confirmatur: Deus de facto, & de lege ordinaria non mouet alia à ſe per qualitatem diſtinctam, & inter mediam, nec producit impulſum, quo concurrat ad cauſandum motum alicuius corporis, ergo etiam non intelligitur de facto per qualitatem diſtinctam, & intermediam, nec producit ſpeciem, quæ concurrat ad cauſandam viſionem. Antecedens patet, quia ſecus Deus eſſet inferioris conditionis ad alios motores, qui dum non cauſant motionem in diſtans non vtuntur impulſu, & exemplificari poteſt in motu vectionis. Conſequentia probatur, quia ex vna parte Deus non eſt magis præſens, & proportionatus in ratione motoris, quàm in ratione obiecti: ex alia parte non minus ſuperfluit ſpecies, quando obiectum eſt præſens, & proportionatum, quam impulſus, quando eſt præſens & proportionatus motor.

Dices: Imò connaturalius eſt tum ex parte ipſius Dei, tum ex parte intellectus creati videntis, quod Deus ſit principium viſionis mediante ſpecie. Connaturalius eſt, ex parte Dei, quia connaturalius eſt ipſi agere mediis cauſis ſecundis, quam ipſarum concurſum ſupplere. Nec ſolet Deus facere immediatè per ſe ſolum, quod poteſt facere per formam creatam. Connaturalius eſt ex parte intellectus, quia connaturale ipſi eſt agere per formam inhærentem, cuiuſmodi eſt ſpecies, non Deus. Sed contra falſa omninò 40.

inſtantia

Digitized by Google

41. *Quâdonam cõnaturalius ſit Deo agere mediis cauſis ſecundis.*

inſtantia quoad vtramque partem. Ad probationem primæ dico connaturalius eſſe Deo agere mediis cauſis ſecundis, quando agit, vt cauſa vniuerſalis. Sic connaturalius eſt ipſi illuminare medio ſole, calefacere medio igne; ſecùs quando agit, vt cauſa particularis. Sic connaturalius eſt Deo creare immediatè, quàm media cauſa ſecunda, producere gratiam immediatè, quàm medio ſacramento. Cum igitur ad viſionem concurrat Deus, vt cauſa particularis, quia vt cauſa obiectiua. Sequitur, &c. Deinde connaturalius eſt Deo agere mediis cauſis ſecundis, quando huiuſmodi cauſæ requiruntur per ſe primò, non quando requiruntur in ſubſidium, & vt gerant vicem alterius, qua ratione ad viſionem requiritur ſpecies, vt gerat vicem ipſius Dei. Ad probationem ſecundæ dico connaturale eſſe intellectui agere per formam inhærentem quoad ea, quæ ſe tenent ex parte potentiæ, cui connaturale eſt habere per formam intrinſecam perfectiones ſibi debitas: ſecùs quoad ea, quæ ſe tenent ex parte obiecti, quoties enim ad eundem effectum requiruntur duo, vel plura principia, ex diuerſa parte ſe tenentia, non eſt neceſſe, quod vnum inhæreat alteri. Deinde vtraque inſtantia eluditur ex ſupra allata paritate motus: eodem enim modo probaretur connaturalius eſſe tum ex parte Dei, tum ex parte mobilis, quod Deus eſſet principium motus per qualitatem impulſiuam inhærentem mobili.

Quomodo connaturale ſit intellectui operari per virtutẽ, & formam inhærentem.

Deus de facto eſt principiũ viſionis per eſſentiam, nõ per omnipotentiam.

Assertvm II. Deus de facto eſt principium viſionis per propriam eſſentiam formaliter, vt contradiſtinctam ab omnipotentia, & voluntate. Ita Suarez, Molina, Iſambertus, aliique citati *in aſſerto ſuperioris*, §. 1. contra Scotum, Vaſquium, Lugum; alioſque *ibidem citatos*.

42. Probatur: Connaturalius eſt diuinæ eſſentiæ præſtare concurſum obiectiuum per ſe ipſam formaliter, quàm per omnipotentiam; ergo de facto Deus eſt principium viſionis per propriam eſſentiam, &c. Conſequentia patet, quia, vt ſuprà dicebatur, Deus de facto etiam in ordine ſupernaturali præſtat quod connaturalius eſt. Antecedens probatur tum ex paritate creatorum obiectorum, quæ per ſe ipſa, non per diſtinctas potentias efficientiam obiectiuam exercent, vt tradebatur §. *ſuperiori* dum probaretur prima pars aſſerti, tum ex eo, quia concurſus obiectiuus conuenit Deo, vt cauſæ particulari, & ſecundum eſſe intelligibile; omnipotentia verò eſt potiſſimè virtus Dei, vt cauſæ vniuerſalis, & ſecundum eſſe phyſicum. Confirmatur ex eo, quod tribuendo diuinæ eſſentiæ formaliter concurſum obiectiuum, in ſenſu magis proprio, magiſque formali, verificatur, quod communiter dici ſolet, diuinam eſſentiam eſse ſpeciem eminentiſſimam, eſse ſpeculum voluntarium.

§. V.

Vtrum reſpectu viſionis Dei idem proportionaliter ſentiendum ſit de ſpecie expreſſa, ſeu verbo; quod de ſpecie impreſſa?

Assertvm: Niſi nomine ſpeciei expreſſæ, ſeu verbi intelligatur aut medium in quo, vt acriter ſuſtinet Amicus 1. *parte, diſp.* 9. *ſect.* 3 aut ipſamet cognitio, vt probare conatur De Quiros 1. *parte, diſp.* 23. *ſect.* 5. reſpectu viſionis Dei idem proportionaliter ſentiendum de ſpecie expreſſa, ſeu verbo; quod de ſpecie impreſſa: ſentiendum ſcilicet poſſibilem eſſe ſpeciem expreſsam in viſione Dei, at non dari de facto & Deum ſicuti in eſse intelligibili poteſt eſſe principium viſionis tum immediatè, tum mediatè, de facto tamen eſt principium immediatè per propriam eſsentiam; ita in eſſe intellecto poſse eſse terminum viſionis, tum immediatè, tum mediatè, de facto tamen eſse terminum immediatè per propriam eſsentiam. Ita Theologi communiter. Et licet aliqui admittant de facto ſpeciem expreſsam, ſeu verbum in viſione, negent verò impreſsam, vt Molina 1. *parte, q.* 12. *art.* 2. *diſp.* 1. De Quiros *diſp.* 23. *ſect.* 4. *&* *diſp.* 24. *ſect.* 2. Suarez *lib.* 2. *de attributis, c.* 11. aliique plures quos refert De Quiros *cit. diſp.* 23 *ſect.* 2. nobis non aduerſantur, quia cenſent ſpeciem expreſsam eſse ipſammet cognitionem, aut ſaltem eſse de conceptu eſsentiali ipſius: licet è contra maiorem aliqui alij habeant difficultatem in admittenda ſpecie expreſsa, quàm impreſſa; neque iſti nobis aduerſantur, quia nomine ſpeciei expreſſæ intelligunt medium in quo, & vtriuſque ſententiæ Auctores concludunt conformiter ad ſua principia, nec negari poteſt in Dei viſione ſpecies expreſsa ab aſserentibus ipſam eſse, aut cognitionem ipſam formaliter, aut de conceptu cognitionis. Nec è contra poteſt affirmari ab aſserentibus ipſam eſse medium in quo, terminum cognitum, & imaginem naturalem obiecti.

43. *Reſpectu viſionis Dei idem proportionaliter ſentiendum de ſpecie expreſſæ, quod de impreſſa.*

Probatur ſicuti ſpecies impreſsa eſt medium cognitum, loco obiecti cauſans cognitionem; ita ſpecies expreſsa eſt medium incognitum loco obiecti cognitionem terminans: & ſicuti illa eſt vicaria obiecti in eſse intelligibili; ita iſta eſt vicaria obiecti in eſse intellecto. Ex alia parte, ſicuti Deus habet per ſuam eſſentiam eſse intelligibile; ita habet per ſuam eſsentiam eſse intellectum (ſubintellige ſecundùm illud, quod eſse intelligibile, & eſse intellectum importat ex parte ipſius Dei) & ſicuti, quia quidquid ad extra fit, liberè fit, viſionem creatam liberè cauſat; ita etiam viſionem creatam liberè terminat; ergo ſicuti, quia eſt ſuum eſse intelligibile, poteſt cauſare viſionem creatam immediatè, & abſque ſpecie impreſsa; ita, quia eſt ſuum eſse intellectum,

Speciei impreſſæ & expreſſæ reſpectu viſionis Dei multiplex proportio.

poteſt terminare viſionem creatam immediate, & abſque ſpecie expreſſa. E contra ſicuti, quia libere viſionem cauſat, poteſt illam cauſare mediate, & cum ſpecie impreſſa; ita quiá liberè viſionem terminat, poteſt eandem terminare mediate, & cum ſpecie expreſſa. Rurſus ſicuti de facto, quia connaturalius eſt, obiecto præſenti, & proportionato obiectiue concurrere per ſe, quàm per ſpeciem impreſſam, cuius munus eſt supplere abſentiam, vel improportionem obiecti intelligibilis, immediate cauſat; ita de facto, quia connaturalius e ſtobiecto præſenti, & proportionato terminare per ſe, quam per ſpeciem expreſſam, cuius munus eſt ſupplere abſentiam, vel improportionem
44. obiecti intellecti, immediate terminat. In toto huc diſcurſu duo ſunt, quæ poſſunt difficultatem aliquam pati, & indigere probatione, Primum eſt, quod ſpecies expreſſa ſit medium incognitum. Secundum, quod Deus habeat per ſuam eſſentiam eſſe intellectum. Illud à nobis ex philoſophia ſupponitur, & ne cogeremor huc reuocare philoſophicas probationes, appoſita eſt in aſſerto limitatio illa: *Niſi nomine ſpeciei expreſſæ intelligatur medium in quo*, quod eſt idem ac medium cognitum, vberioris tamen doctrinæ gratiâ aliquid de ipſo in ſequenti probatione attingetur. Iſtud probatur applicando hic proportionaliter ea, quæ *initio primi* §. afferebamus ad probandum Deum habere per ſuam eſſentiam eſſe intelligibile. Neque dicas eſſe intellectum neceſſario ſupponere creatam intellectionem, non ſic eſſe intelligibile, ideo eſſe intelligibile, non vero eſſe intellectum conuenire Deo per propriam eſſentiam, cui quidquid per propriam eſſentiam conuenit, ante omnem actum creatum conuenit.

Eſſe intellectum ab intellectu creato in actu primo conuenit Deo neceſſario in actu ſecundo conuenit liberè.

Contra enim eſſe intelligibile æque, ac eſſe intellectum, vel ſumitur in actu primo provt illud importat aptitudinem ad cauſandam, iſtud aptitudinem ad terminandam intellectionem vel ſumitur in actu ſecundo provt illud importat actu cauſare, iſtud actu terminare intellectionem. Vtroque modo vtrumque conuenit Deo per eſſentiam ſed primo vtrumque conuenit Deo per eſſentiam neceſſario. Secundo modo vtrumque conuenit Deo per eſſentiam liberè: quod verò conuenit Deo per eſſentiam libere, non eſt neceſſe, quod conueniat Deo ante omnem actum
45. creatum.

Probatur inſuper aſſertum magis abſolutè, & magis vniuerſaliter: ſpecies impreſſa reſpectu viſionis Dei eſt poſſibilis, & non exiſtens, ſeu dari poteſt, & non datur de facto; ſed etiam ſpecies expreſſa reſpectu eiuſdem viſionis eſt poſſibilis, & non exiſtens, ſeu dari poteſt, & non datur; ergo idem ſentiendum reſpectu viſionis Dei de ſpecie expreſſa, quod de impreſſa. Maior patet ex ſuperioribus aſſertis. Minor probatur: Nulla eſt repugnantia, vi cuius debeat aſſeri impoſſibilis, nulla eſt neceſſitas, vi cuius debeat aſſeri exiſtens; ergo eſt poſſibilis, & non exiſtens. Probatur antecedens: Si quæ eſt repugnantia (loquendo de repugnantia quæ ſpecialiter militet pro ſpecie expreſſa, non pro impreſſa (maxime, quia ſpecies expreſſa eſt medium cognitum, & in quo cum ſpecies impreſſa ſit medium incognitum, & quo: Si quæ eſt neceſſitas (loquendo pariter de neceſſitate, quæ ſpecialiter militet pro ſpecie expreſſa) maxime, quia ſpecies expreſſa eſt de conceptu formali cognitionis cum ſpecies impreſſa de tali conceptu non ſit, ſed ſpecies expreſſa, neque eſt medium cognitum, & in quo, neque eſt de conceptu eſſentiali cognitionis, ergo.

Probatur minor quoad primam partem ſi ſpecies expreſſa eſſet medium cognitum, & in quo deberet continere realiter, 46.
& phyſice perfectionem ſui obiecti ſed hoc eſt falſum, quia ſecus ſpecies expreſſa eſſet ſimilitudo phyſica obiecti, non intentionalis; ergo. Maior probatur; nunquam aliquid in alio tanquam in medio cognito cognoſcitur, vt eſt in ſe, niſi hoc aliud ſit phyſicè, entitatiuè, & realiter eiuſdem rationis cum ipſo, vt euincitur tum à priori ex eo, quia medium cognitum non poteſt conducere ad perfectionem cognitionem reſpectu alterius, quam reſpectu ſiui. Si igitur alterum ſit ipſo perfectius non poteſt conducere ad cognitionem alterius perfectam, vt eſt in ſe, tum à poſteriori in perſpiciliis, quæ quia ſe habent vt media cognita, & in ſe viſa, inſeruiunt videndis obiectis externis, non ſunt apta, vt in ipſis attingatur color externus, vt eſt in ſe niſi eundem colorem ipſa contineant. Sic in perſpiciliis coloris viridis non poteſt videri color albus, aut alius diuerſus à viridi, vt eſt in ſe. Eadem de cauſâ in creaturis Deus, in rebus corporeis ſpiritualia, vt ſunt in ſe, non cognoſcuntur, quia creaturis, & rebus corporeis vtimur tanquam mediis cognitis ad attingendum Deum, & ſpiritualia. Amplior huius rei probatio eſt ex Philoſophis accerſenda, quamvis ex Theologis nonnulli, inter quos De Quiros 1. *parte*, *diſp.* 23. *ſect.* 3. Amicus *diſput.* 9. *ſect.* 3. ille negando, iſte affirmando ſpeciem expreſſam eſſe medium cognitum, quæſtionem hanc ex profeſſo agitent.

Species expreſſa non poteſt eſſe medium cognitum, & in quo.

In perſpiciliis cur videatur color ad modum illius, quo perſpicilia colorantur.

Probatur minor quoad ſecundam partem: Cognitio neque eſt per ſe ipſam formaliter repræſentatio, ſeu imago obiecti, neque eſt 47.
ex conceptu ſuo productiua termini, qui ſit medium, aut quo aut in quo obiectum repræſentetur, ergo ſpecies expreſſa non eſt de conceptu eſſentiali cognitionis. Antecedens probatur: Cognitio formaliter non eſt, niſi vitalis obiecti attingentia; ergo neque eſt formaliter repræſentatio, ſeu imago obiecti, neque ex conceptu ſuo productiua termini, ſed attactiua tantùm, ſeu vnitiua obiecti cum potentia; quamvis deinde, quando nequit obiectum in ſe attingere, ipſumque intellectui vnire eo quod obiectum aut propter abſentiam, & improportionem nequeat, aut propter exercitium libertatis nolit per ſe immediate terminare

Cognitio neque eſt per ſe formaliter imago obiecti, neque eſt ex conceptu ſuo productiua termini, ſeu imaginis.

re attingentiam, & vnionem, habeat cognitio vim producendi terminom, qoi ſit virtualis obiecti repræſentatio ineſſe cognito, ſuppleat ipſum ſecuodùm eſſe cognitum, & vice ipſius cognitionem terminet. Confirmator in diuinis ſola ſecunda: Perſona habet rationem repræſentationis, ſeu imaginis: Pater verò, & Spiritus ſanctus quamvis habcant veram intellectionem eſſentialem, non habent rationem imaginis; ergo intellectio non eſt per ſe ipſam formaliter repræſentatio, ſeu imago obiecti. Rurſus in diuinis ſolùm in Patre intellectio eſt productiua termini, in filio verò, & Spiritu ſancto, quamvis ſit vera intellectio, nulla eſt productio termini; ergo intellectio non eſt ex conceptu ſuo productiua termini. Neque oppoſitum euincitur ex D. Thoma, *prima parte, quæſtione 27. articulo 1. in corp.* vbi habet: *Quicumque intelligit ex hoc ipſo, quod intelligit, procedit aliquid intra ipſum, quod eſt conceptio rei intellecta ex vi intellectiuà proueniens, & ex eius notitiâ procedens.* Enimuerò, vt omittam communem interpretationem, quæ cum Caietano, Ferrarienſi, aliiſque antiquioribus Thomiſtis, dici ſolet Sanctom doctorem loqui de intellectu viatoris, & ſenſum eſſe: *Quicumque viator intelligit, &c.* magis ad litteram, & intentum *D. Thomæ*, loquendo (ſunt verba Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtion. 12. diſput. 13. articulo 5. num. 17.*) dicendum eſt, quod illa propoſitio: *Quicumque intelligit ex hoc, quod intelligit, producit verbum, &c.* intelligenda eſt ſecondùm diſtribotionem accommodam pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum, quaſi dicat: in quocumqoe genere intelligentium ex eo, quod intelligit, ideſt, quia naturæ intellectiuæ eſt, conuenit illi habere verbum, indè enim conſequentia deducta efficax eſt; ergo in Deo, quia naturæ intellectiuæ eſt, debet poni proceſſio verbi.

Explicatio D. Thomæ dicentis quicumque intelligit ex hoc ipſo, quod intelligit, &c.

Reliqua, quæ afferuntur ad probandum cognitionem eſſe ex conceptu ſuo productiuam termini, aut eſſe per ſe formaliter imaginem, ſeu ſimilitudinem obiecti, philoſophica ſunt, licet à nonnullis ſpecialiter à Salmant. *tract. 2. diſputat. 2. dub. 9.* Io. à S. Thoma, *quæſt. 12. diſputat. 13. articulo 5.* in Theologia explicentur. Aliqualiter Theologicum eſt argumentum, quod ad probandum viſionem in Patria eſſe per ſe ipſam formaliter Dei ſimilitudinem, repræſentationem, & imagioem deſumit De Quiros *prima parte, diſputat. 23. ſect. 2.* ex Auguſtino 15. *de Trinitate, cap. 16.* dicente: *Illud quoque fatendum eſt, quod etiam cum ſimiles ei erimus, quando videbimus eum ſicuti eſt, nec tunc naturâ ei erimus æquales, & tunc quidem verbum noſtrum non erit falſum.* ex quo *de Quiros* ſic arguit, viſio Dei eſt per ſe ipſam formaliter vera; ergo eſt per ſe ipſam formaliter ſimilis ſuo obiecto, ſcilicet Deo. Antecedens patet tum ex allata auctoritate *Auguſtini*, tum ex ſopernaturalitate ipſius actus viſionis. Conſequentia probatur: Veritas formaliter conſiſtit in conformitate cum obiecto, & in hoc diſtinguitur cognitio vera à falſa, quod illa conformis, iſta difformis obiecto ſit; ſed hæc conformitas in ſimilitudine conſiſtit, non entitatiuâ, & phyſicâ vt exprimit *Auguſtinus* dicens: *Nec tunc natura illi erimus æquales*, ſed repræſentatiuâ, & intentionali; ergo. Hoc arguoentum quatenùs auctoritati *Auguſtini* innititur facilem habet explicationem oomine quippè verbi noſtri, quod non erit falſum, intelligit *Auguſtinus* ipſam diuinam eſſentiam, quæ in Patria rectè dici poterit verbum noſtrum, quia erit intellectui noſtro vnita, & per ſe ipſam præciſis imperfectionibus præſtans, quod præſtaret verbum à nobis formatum, ſeu à noſtrâ intellectione productom: quatenùs verò idem argumentum ratione procedit, dico veritatem cognitionis non conſiſtere in conformitate ſimilitudinis, ſeu repræſentationis ſed in conformitate affirmationis, & negationis, & cognitionem eſſe veram, quando affirmat obiectum, ſicuti eſt; & negat ſicuti non eſt, non autem, quando ſicuti eſt repræſentat; vndè etiam veritas, & falſitas cognitionis non reperitur in ſimplici apprehenſione, nec in actibus externorum ſenſuum, quia nec in ſimplici apprehenſione, nec in actibus externorum ſenſuum reperitur affirmatio, & negatio cum tamen conformitas repræſentationis, & ſimilitudinis, ſi cognitioni conueniret, conuenire etiã deberet tum ſimplici apprehenſioni, tum actibus externorum ſenſuum: & ſi in tali cõformitate conſiſteret veritas, ſimplici apprehenſioni, & actibus exteriorum ſenſuum æquè, ac cuilibet alij cognitioni competeret.

Eſſentia diuina in Patria rectè dicitur verbum noſtrum.

Veritas cognitionis conſiſtit in cõformitate affirmationis, non in conformitate repræſentationis.

Hucvſque poſita dicta ſint, tanquam magis conformia vero, & proprio loquendi 49.
modo. Cæterùm non negamus, quin poſſit verbi nomen vſurpari, vel ad ſignificandum medium in quo, vel ad ſignificandam ipſam cognitionem, cum præſertim in primo ſenſu aliquando vſurpetur verbi nomen à D. Thoma; in ſecundo à D. Auguſtino. Nam D. Thomas *opuſc. 13.* ita habet: *Ratio, quam ſignificat nomen eſt definitio: Iſtud ergo ſic formatum, & expreſſum in anima, dicitur verbum interius; & ideo comparatur ad intellectum, non ſicut quo intellectus intelligit, ſed ſicut in quo intelligit. Ex opuſc. 14. Hoc totum expreſſum eſt verbum & eſt totum rei dicta expreſſiuum, & totum, in quo res exprimitur. & hoc intellectum principale, quia res non intelligitur, niſi in eo; eſt enim tanquam ſpeculum in quo res cernitur.* D. Auguſtinus 9. *de Trinitate cap. 11.* ita habet: *Cum ſe mens ipſa nouit, eſt eadem notitia verbum eius.* Nec minus expreſsè in eòdem ſenſu verbi nomen vſurpat D. Anſelmus. *in monologio cap. 31.* dicens: *Nullâ ratione negari poteſt, cum mens rationalis ſe ipſam cogitando intelligit, imaginem ipſius naſci in ſua cogitatione, imò ipſam cogitationem ſui eſſe imaginem ad ſuam ſimilitudinem, tanquam ex eius impreſſione formatam: Quamcumque enim rem mens cupit veraciter cogitare eius vtique ſimilitudinem quantum*

Verbi nomẽ D. Thoma vſurpatur ad ſignificandũ medium in quo.

A D. Auguſtino, & D. Anſelmo, ad ſignificandã ipſam cognitionem.

tum valet in ipſa ſua cogitatione cogatur exprimere.

50\.
Species impreſſa non debet eſſe ſimilitudo vt ſit principalis cauſa cognitionis.

Ex dictis habetur, in ordine ad cauſandam cognitionem, & ootitiam obiecti nihil obeſſe ſpeciei impreſſæ, quod ſit eiuſdem obiecti ſimilitudo ſolùm virtualis, nec ex hoc capite ſequi, quod ſpecies oequeat eſſe principalis cauſa cognitionis; cum enim cognitio non ſit ex ſupradictis ſimilitudo obiecti; in ordine ad cauſandam cognitionem nou eſt, cur requiratur ſimilitudo formalis in ſpecie: ſufficit igitur ſimilitudo virtualis ratione cuius ſpecies dici poſſit vnius obiecti propria potius, quàm alterius, vnius potius, quàm alterius vicaria. Ex eodem ferè capite non eſt requirenda ſimilitudo formalis in ſpecie expreſſa. Si enim cognitio non eſt in ſe obiecti ſimilitudo non apparet, cur debeat habere pro termino producto formalem obiecti ſimilitudinem, ſufficiet igitur ſimilitudo virtualis, ratione cuius terminet cognitionem potius vice vnius, quàm vice alterius obiecti, & ſit vnios potius, quàm alterius obiecti ſignum. Ad ſummum requireretur ſimilitudo formalis in ſpecie, ſi deberet eſſe medium cognitum ad iuſtar cuius obiectum cognoſceretur: at verò, ſi non debet eſſe medium cognitum, nec ad inſtar ipſius obiectum cognoſci, ad quid requirere, quod ſit obiecti formalis ſimilitudo, & quaſi naturalis imago. Hinc nonnulli duplicem diſtinguunt ſpeciem alteram vocant obiectiuam, quæ ſe habeat vt medium cognitum, & ſit ſimilitudo formalis; alteram ſubiectiuam, quæ ſe habeat vt medium incognitum, & ſit ſimilitudo virtualis: de illa, non de iſta intelligunt *D. Thomam* docentem repugnare ſpeciem ſeu ſimilitudinem creatam diuinæ eſſentiæ vt eſt in ſe.

Species intelligibilis alia dici poteſt obiectiua, alia ſubiectiua.

51\. Habetur inſuper non eſſe de conceptu ſpeciei ſupplere concurſum obiecti ratione abſentiæ, vel improportionis non valentis per ſe ipſum concurrere, ſed poſſe etiam ſupplere concurſum obiecti præſentis proportionati, & valentis; nolentis tamen per ſe immediate præſtare obiectiuum concurſum, in quo de nomine diſputant Recentes nonnulli, qui vt referunt Heriec *diſputatione* 40. *numero* 73. & Arriaga 1. *parte diſputatione* 8. *numero* 18. admittunt poſſibilem eſſe qualitatem concurrentem ad viſionem eo modo, quo ſpecies impreſſa, & præſtantem obiectiuum concurſum loco Dei nolentis per ſe concurrere, non fore tamen ſpeciem impreſſam, eo quòd non ſuppleat abſentiam, vel impotentiam Dei ad concurrendum.

Non eſt de eſſentia ſpeciei impreſſæ ſupplere obiecti improportionem, vel abſentiam.

CAPVT III.

De principio Viſionis Dei ſe tenente ex parte Potentiæ.

EX eo, quod 1. *cap. huiuſce libri* §. 4. & 5. concluſum ſit intellectuo creatum eſſe naturæ viribus imparem ad eliciendam Dei viſionem, & imparitatem hanc ſui impotentiam oriri ex inferioritate modi eſſendi, & imperfectiooe virtutis actiuæ ipſius creati intellectus, conſequens eſt ex parte intellectiuæ potentiæ ſuperius aliquod fortiuſque comprincipium requiri, quo roboretur, eleuetur, perficiatur. Huiuſmodi principium iuxta decretum Concilij Viennenſis relati §. 4. definientis *animam indigere lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum*, lumen gloriæ eſt quod ex D. Thoma 1. *parte quæſt.* 12. *art.* 5. *in C.* ſit *virtus ex diuina gratia intellectui ſuperaccreſcens*, vtique ex parte intellectus, ſeu ex parte potentiæ ſe tenet. Explicaturis igitur principium viſionis ſe tenens ex parte potentiæ, inquirendum maxime occurrit quid intelligatur nomine luminis gloriæ, quanta ſit ipſius neceſſitas, qualis eiuſdem in viſionem efficientia, &c. 1.

---

§. I.

Quid intelligatur nomine luminis gloriæ, quo Anima indiget ad Deum videndum?

ASSERTVM: Nomine luminis gloriæ, quo iuxta definitionem Concilij Viennenſis Anima indiget ad Deum videndum, intelligi debet qualitas per modum habitus, & definiri poteſt huiuſmodi lumen generalitas ſupernaturalis à Deo intellectui infuſa in ordine ad viſionem, eique per modum habitus inhærens. Hoc aſſertum à Caietano, Ferrarienſi, Capreolo, aliiſque nonnullis, quos refert, & ſequitur Suarez *lib.* 2. *de attributis negatiuis cap.* 14. exiſtimatur de fide. Horum Auctorum exiſtimationem Herincx *diſp.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 48. ait eſſe ineptam exaggerationem eo quòd Concilium definiens requiri ad viſionem lumen gloriæ relinquat omnino indeciſum vtrum huiuſmodi lumen ſit habitus, an ſpecies, an auxilium extrinſecum, ſiue creatum ſiue increatum, ſiue partiale, ſiue totale, & vt animaduertit Arriaga 1. *parte diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 5. ſi Concilium voluiſſet definire requiri habitum ad Dei viſionnem, facilè 2.

Lumen gloriæ quod de facto requiritur ad viſionem eſt qualitas per modum habitus.

facilè ei vox habitus occurriſſet, quam adhibendo tergiuerſationi locum præcluſiſſet. Aſſerta igitur veritas de Fide non eſt, eſt tamen vt *Arriaga* loquitur, ob communem conſenſum certiſſima; non niſi periculosè poteſt negari ex Syluio 1. *par. quæſt.* 12. *art.* 5. oppoſitum videtur erroneum ex Iſamberto *ad quæſt.* 12. *diſput.* 2. *art.* 3. vtramque ſimul cenſuram imponit Molina 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 5. *diſput.* 1. §. 2. *propoſitio*, vbi ita habet, temerarium, ac periculoſum iudico poſt definitionem illam Eccleſiæ diſcedere à ſententia D. Thomæ, quæ meritò communis eſt hodie inter omnes Doctores. Vnde etiam nõnulli antiquiores, vt *Ocham, Gabriel, Marſilius, Durandus, Scotus*, de cuius tamen mente non adeò conſtat, & licèt pluribus in locis perpendeat ad negandam neceſſitatem luminis habitualis, alibi nihilominus idem lumen videtur aſtruere, & ipſum ſtare pro noſtro aſſerto ſentiunt Herincx *diſp.* 5. *qu.* 4. *n.* 46. Laurea *in* 4. *diſp.* 18. *art.* 3. qui ante definitionem ſancitã in Concilio Viennenſi conſcripſerunt, afferri ſolent pro ſententia oppoſita, & Laurea *loco cit. num.* 59. fatetur, quod ante Conc. Vien. non erat manifeſtum An hoc lumen eſſet obiectiuale, an qualitas in intellectu recepta.

Scoti mens circa neceſſitatem luminis habitualis non ſatis conſtat.

3. Probatur lumen gloriæ, quo iuxta definitionem Concilij anima indiget, &c. non eſt lumen obiectiuale ſe tenens ex parte obiecti, & ſitum in ipſa diuinitate, ſed eſt lumen formale ſe tenens ex parte potentiæ. Rurſus huiuſmodi lumen formale non eſt actuale, ſed habituale: ergo nomine luminis gloriæ, quo iuxta definitionem Concilij, &c. Probatur antecedens quoad primam partem. Mens Concilij fuit damnare errore Beguardorum, & Beguinarum, & affirmare neceſſitatem illius luminis, quod ipſi negabant, at ipſi non negabant lumen obiectiuale, neque enim dicebant viſionem haberi poſſe ſine obiecto beatifico; ſed negabant lumen formale ſe tenens ex parte potentiæ, & animam eleuans: dicebant quippe animam habere ex ſe ſufficientes vires ad Deum videndum, nec indigere eleuatione: ergo. Probatur antecedens quoad ſecundam partem, quæ non eſt æquè certa, ac prima, nec adeò ſufficienter conſtat ex mente Concilij. Connaturalius eſt potentiæ præſertim, quando operatio futura eſt permanens, & perpetua, operari per aliquid habituale, quàm per aliquid actuale: ſed viſio Dei in Patria futura eſt permanens, & perpetua: ergo connaturalius eſt intellectiuæ potentiæ ad ipſam eleuari per aliquid habituale, quàm per aliquid actuale: ergo cum Deus etiam in ordine ſupernaturali de lege ordinariã præſtet, quod connaturalius eſt de facto intellectiua potentia eleuatur ad viſionem per aliquid habituale. Maior probatur: Connaturalius eſt potentiæ eleuari per aliquid intrinſecum, quàm per aliquid extrinſecum, & connaturalius eſt operationi præſertim perpetuæ, & permanenti habere principium fixum, permanens, & habituale; quàm actuale, & tranſiens: ergo.

Connaturalius eſt potentiæ operari per aliquid habituale, quàm per aliquid actuale.

Confirmatur: Lumen gloriæ ſuccedit lumini Fidei, ſed lumen Fidei eſt quid habituale: ergo à fortiori eſt quid habituale lumen gloriæ. Si enim eleuatio ad cognitionem imperfectam, ænigmaticam, temporalem, & tranſeuntem, fit per aliquid habituale, & permanens, vtique congruit fieri per aliquid habituale, & permanens, eleuationem ad cognitionem perfectam, facialem, perpetuam, permanentem. Confirmatur inſuper, voluntas in Patria eleuatur per aliquid habituale ad Deum amandum: ergo etiam intellectus per aliquid habituale ad Deum videndum: & ſicuti Amor viſionem prærequirit, ita principium habituale Amoris debet prærequirere principium habituale viſionis. Sic probata ratione habitus in lumine gloriæ.

Lumen gloriæ ſuccedit lumini Fidei.

4.

Probatur, & explicatur allata definitio eiuſdem luminis. Dicitur *qualitas ſupernaturalis*, quia datur ad ſupernaturalem creati intellectus eleuationem, & ad ſupernaturalem Dei viſionem. Dicitur *à Deo intellectui infuſa*, quia commune eſt habitibus ſupernaturalibus haberi per infuſionem à Deo, & cum ſit qualitas ſe tenens ex parte intellectus, nonniſi intellectui debet infundi. Dicitur *in ordine ad viſionem*, quibus particulis diſtinguitur lumen gloriæ à quolibet alio habitu ſupernaturali, ſpecialiter verò ab habitu Fidei: Dicitur *eique* ſcilicet intellectui *per modum habitus inhærens*, quia, vt aſſertum, & probatum eſt, nomine luminis gloriæ intelligi debet de facto aliquid habituale. Huiuſmodi qualitas dicitur lumen, quia eſt medium ſub quo diuina eſſentia manifeſtatur: Ex Apoſtolo autem *ad Epheſ.* 5. *omne quod manifeſtatur lumen eſt*: dicitur gloriæ, quia datur in ſtatu gloriæ, reddit habentem glorioſum, & Deus ſub huiuſmodi lumine manifeſtatus gloria eſt, & beatitudo noſtra.

5.

Lumen gloriæ eſt qualitas ſupernaturalis à Deo in ordine ad viſionem intellectui infuſa, eique per modum habitus inhærens.

Lumen gloriæ, cur ita dictum.

---

§. II.

Quænam munera præſtet lumen gloriæ?

ASSERTVM I. Lumen gloriæ non præſtat de facto munus ſpeciei. Ita cum *Thomiſtis* alij Theologi magis communiter, Laurea *in* 4. *diſp.* 18. *art.* 5. Amicus 1. *part. diſp.* 9. *ſect.* 9. De Quiros *diſputat.* 28. *ſect.* 1. Syluius *quæſt.* 12. *artic.* 5. Iſambertus *ad quæſtionem* 12. *diſput.* 3. *artic.* 7. contra *Vaſquez, Alarion, Ouiedum*, &c. *relatos cap. ſuperiori* §. 4. 6.

Lumen gloriæ non præſtat de facto munus ſpeciei.

Dixi de facto, quia de potentia abſoluta non videtur repugnare qualitas, quæ ſit ſimul lumen gloriæ & ſpecies impreſſa; eleuet potentiam, ſuppleat obiectum; & ſub diuerſa ratione ſe teneat tum ex parte potentiæ, tum ex parte obiecti. Non eſt tamen par ratio de qualitate præſtante munus ſpeciei expreſſæ, quia ſpecies expreſſa, ſi qualitas

Præſtare tamen poteſt de poſſibili loquendo de ſpecie impreſſa.

Digitized by Google

litas eſt, debet eſſe per intellectionem producta: ex alia parte lumen eſt qualitas producens ex infra dicendis ſimul cum intellectu intellectionem. Si igitur eadem qoalitas eſſet lumen, & ſpecies expreſſa, eſſet cauſa, & effectus eiuſdem intellectionis, eſſet cauſa mediata ſui ipſius, eſſet ſui ipſius productiua mediante intellectione, quod eſt prorſus impoſſibile.

7. Probatur primò, De facto viſio Dei ex *præcedenti* §. non fit ſine lumine gloriæ, & ex *cap. ſuperiori* § 4. fit ſine ſpecie: ergo lumen gloriæ non præſtat de facto munus ſpeciei, ſeu non ſe habet vt ſpecies.

8. Probatur ſecundò, præſtare munus ſpeciei, eſt præſtare concurſum obiectiuum, ſed lumen gloriæ nun præſtat concurſum obiectiuum: ergo lumen gloriæ non præſtat munus ſpeciei. Maior patet, quia ſpecies gerit vicem obiecti, & præſtat illum concurſum, quem præſtaret obiectum: obiectum autem vtique præſtatet concurſum obiectiuum. Minor probatur: Lumen gloriæ ex dictis *ſuperiori* §. eſt qualitas per modum habitus, ſed nullus habitus præſtat concurſum obiectiuum, vt quoad habitus infuſos exemplificari maximè poteſt, in habitu Fidei, qui in baptiſmo infunditur, & tamen ſpecies obiectorum credendorum, à quibus habetur concurſus obiectiuus ſucceſſiuè aquiruntur præſertim beneficiu auditus iuxta illud Rom. 10 *Fides ex auditu.* Quoad habitus acquiſitos ſuadetur ex eo, quod concurſus obiectiuus eſt ſimpliciter neceſſarius ad quamlibet cognitionem; non ſic eſt ſimpliciter neceſſarius concurſus habitus acquiſiti, qui datur ad facilè, non ad ſimpliciter poſſe. Et licèt ſecundùm opinionem ſatis probabilem, quam nos etiam amplectimur habitus acquiſiti non diſtinguantur entitatiuè à ſpeciebus, vt tamen habitus ſunt non præſtant concurſum obiectiuum, nec ſpecies vt præciſè exercent concurſum obiectiuum habent rationem habitus.

Nullus habitus per ſeipſum formaliter præſtat concurſum obiectiuum.

9. Probatur tertiò, Lumen gloriæ ſe tenet ex parte potentiæ & requiritur ob potentiæ improportionem: ſpecies ſe tenet ex parte obiecti, & requiritur ratione obiecti, aut non valentis, aut non volentis per ſe concurrere; ergo lumen gloriæ non præſtat munus ſpeciei. Probatur antecedens quoad primam partem primo auctoritate D. Thomæ *1. part quæſt.* 12. *art.* 5. dicentis: *Quod lumen gloriæ eſt virtus intelligendi ſuperaccreſcens intellectui.* Item *quodlib.* 7. *artic.* 1. dicentis: *Lumen gloriæ eſſe neceſſarium ſolùm ad perficiendum intellectum*: Secundò ex communi ratione habituum per ſe infuſorum, qui dicuntur aſſimilari potentiis; quod incongruè diceretur, niſi ſe tenerent ex parte potentiarum. Tertiò, quia potentia intellectiua creata in ordine ad viſionem eſt improportionata, non ſolùm in ratione principij adæquati, quomodo omnis potentia cognoſcitiua ſine concurſu obiectiuo eſt improportionata ad cognitionem, ſed etiam in præciſa ratione potentiæ: lumen igitur gloriæ reddens ipſam proportionatam ad eliciendam ſimul cum concurſu obiectiuo viſionem ſe tenet ex parte potentiæ, & requiritur ad tollendam improportionem in præciſa ratione potentiæ. Probatur primum antecedens quoad ſecundam partem ſpecies exercet concurſum obiectiuum, & quomodocumque potentia ſit proportionata, & perfecta, niſi obiectum per ſe concurrat neceſſaria eſt ſpecies: ergo ſpecies ſe tenet ex parte obiecti.

Intellectus ad viſionem Dei eſt improportionatus non ſolùm in ratione principij totalis, ſed etiam in præciſa ratione potentiæ.

Dices: Lumen gloriæ determinat potentiam ad cognitionem diuinæ eſſentiæ, & ſimul cum potentia cognitionem effectiuè producit: ſed hæc ſunt munera obiecti: ergo lumen gloriæ præſtat obiecti munera & ex parte obiecti ſe tenet: ſpecies inhæret potentiæ; & cum accidens ſit perfectio eius, cui ineſt, potentiam perficit: ergo ſe tenet ex parte potentiæ: ergo nec proprium eſt luminis ſe tenere ex parte potentiæ, nec proprium eſt ſpeciei ſe tenere ex parte obiecti, ſed vtrique vtrumque indifferenter conuenit. Sed contra ad primam partem inſtantiæ dico, munera obiecti eſſe determinare potentiam per modum actus, & formæ intelligibilis, & cum potentia in ratione potentiæ proportionata cognitionem effectiuè producere concurſu obiectiuo: hæc munera non præſtat lumen gloriæ, quod vel non determinat potentiam, cum ſit indifferens ad coefficiendam cum intellectu quamcumque cognitionem eliciendam per ſpecies ſupernaturales, vel ſi determinat, determinat per modum habitus, & virtutis intelligendi: effectiuè item producit viſionem non concurſu obiectiuo ſupponente potentiam proportionatam ſed concurſu proportionante & imitante potentiam. Ad ſecundam partem inſtantiæ dico ex *cap. ſuperiori* §. 1. conſtare, quod ſpecies, vt ſpecies eſt, non petit inhærere potentiæ: ex eo deinde, quod inhæreat, ſequitur ſe tenere ex parte potentiæ in eſſendo, non in operando; vt formam accidentalem, cuius eſſe eſt ineſſe, non vt formam intelligibilem, cuius concurſus eſt obiectiuus: ſequitur item, quod potentiam perficiat, at non in ratione potentiæ, quod requireretur, vt ex parte potentiæ ſe teneret, ſed in ratione principij totalis conſurgentis ex potentia, & obiecto. 10.

Lumen gloriæ nec determinat potentiam per modum formæ intelligibilis, nec coefficit obiectiuè viſionem.

Species ad ſummum in eſſendo ſe tenet ex parte potentiæ, nullatenùs in operando.

Dices adhuc, neque etiam lumen gloriæ in operando ſe tenere ex parte potentiæ, cum habeat modum operandi non vitalem, adeoque diuerſum à modo operandi potentiæ, qui vitalis eſt, propterea etiam malè dictum eſſe antecedenter lumen gloriæ efficere viſionem concurſu imitante potentiam. Sed contra, lumen gloriæ non ſolùm in eſſendo, quatenus potentiæ inhæret; ſed etiam in operando, quatenùs ſupplet concurſum potentiæ de ſe in ratione potentiæ inſufficientis, ſe tenet ex parte potentiæ: quod deinde non habeat modum operandi vitalem, nihil intereſt, quia quod aliud ſupplet, non eſt neceſſe, quod ſuppleat in eodem genere cauſæ, & eodem modo operandi. Accedit, quod inſufficientia potentiæ ex naturalitate prouenit, non ex vitalitate; debet 11.

Lumen gloriæ ſe tenet ex parte potentiæ, cum in eſſendo, tum in operando.

igitur

igitur lumen ſe tenere ex parte potentiæ perficiendo ipſius actiuitatem vt naturalem, non vt vitalem, adeoque; vt ex parte potentiæ ſe teneat, non requiritur, quod habeat modum operandi vitalem. Tandem lumen gloriæ poteſt dici, vt quo operari vitaliter, ex § *ſequenti, in fine.*

12. Ex eo quod lumen gloriæ ſe teneat ex parte potentiæ, ſpecies ex parte obiecti, patet, cur Deus, quamvis abſolutè loquendo poſſit concurrere ad viſionem, tum ſine ſpecie, tum ſine lumine, vel tum cum ſpecie, tum cum lumine de facto tamen concurrat ſine ſpecie, non ſine lumine, cum lumine, non cum ſpecie; quia ſcilicet Deus concurrit ad viſionem, vt obiectum, ideò connaturalius eſt quod de facto per ſeipſum præſtet ea, quæ requiruntur ex parte obiecti, ſicque quod concurrat ſine ſpecie. Non concurrit ad viſionem vt potentia elicitiua, ideò non eſt connaturale, quod de facto per ſeipsũ præſtet ea, quæ requiruntur ex parte potentiæ, ſed connaturalius eſt, quod potentiam ipſam in ſe & intrinſecè compleat, ſicque quod concurrat cum lumine.

13. Patet inſuper D. Thomam 1. *par. q.* 12. *ar.* 2. In diuerſo ſenſu appellare lumen gloriæ ſimilitudinem Dei, ac communiter appelletur ſimilitudo obiecti ſpecies intentionalis, appellatur ſcilicet lumen gloriæ ſimilitudo Dei non repræſentatiuè, qua ratione ſpecies intentionalis dicitur ſimilitudo obiecti, ſed elicitiuè, quatenùs, vt ex eodem D. Thom. 3. *contra Gentes, cap.* 54. notat Io. à S. Thom. 1. *par. q.* 12. *diſp.* 14. *ar.* 1. *n.* 21. perducit ad Deum videndum, & ſic conſtituit intellectum Deo ſimilem in eo, quod ſicuti Deus ſe videt; ita & intellectus, nam *ſimiles ei erimus, quia videbimus, eum ſicuti eſt*, 1. Ioan. 3.

Lumen gloriæ ex D. Thoma eſt ſimilitudo Dei elicitiuè, non repræſẽtatiuè.

14. Patet tandem lumen gloriæ longè maiorẽ habere affinitatem cum lumine Fidei, & naturæ, quàm cum lumine corporeo, ſeu materiali, non ſolùm quia illud vtrumque inſeruit intellectui, cui inſeruit etiam lumen gloriæ, lumen verò corporeum inſeruit oculo corporeo, ſed inſuper, quia illud vtrumque ſe tenet ex parte potentiæ, ſicuti ſe tenet lumen gloriæ, lumen quippè naturæ cum potẽtia identificatur, lumen Fidei potentiam eleuat: at lumẽn corporeum ſe tenet ex parte obiecti, & requiritur, non vt faciat potentiam proportionatam ad videndum, ſed vt faciat obiectũ viſibile, vt patet à poſteriori ex eo, quod potentia viſiua corporea, quamvis in ſe illuminata videre nequeat obiectum non illuminatum. Hinc obiter ex paritate aliorum luminum intellectualium, luminis ſcilicet naturæ, & Fidei deſumi poteſt confirmatio ad probandum etiam lumen gloriæ ſe tenere ex parte potentiæ, nec paritatem eludit inſtantia luminis corporei, ab hoc enim, cum intellectuale non ſit, non eſt arguendum ad lumina intellectualia.

Lumen corporeum ſe tenet ex parte obiecti.

Lumen naturæ, fidei, & gloriæ, ex parte potentiæ.

15. Assertvm II. Lumen gloriæ præſtat de facto munus diſpoſitionis materialis, & ſubiectiuæ, tum in ordine ad vnionem cum diuina eſſentia, tum in ordine ad receptionem viſionis. Ita D. Thomas 1. *par. q.* 12. *art.* 5. 3. *contra Gentes, cap.* 52. & 53. *opuſc.* 2. *cap.* 105. & *alibi*, D. Thomam ſequuntur Salmant. 1. *part. tr.* 2. *diſp.* 4. *dub.* 2. Ioan. à S. Tho. *q.* 12. *diſp.* 14. *art.* 3. Gabriel à S. Vincentio *diſp.* 12. *dub.* 15. & 16. alijque Thomiſtæ. Item Syluius *q.* 12. *art.* 5. Valentia *diſp.* 1. *q.* 12. *punct.* 3. &c. Contra Scotum *in* 4. *diſt.* 49. *q.* 11. *in* 3. *diſt.* 14. *q.* 1. Lauream *in* 4. *diſp.* 18. *art* 4. & 7. Vaſquium 1. *part. diſp.* 43. Amicum *diſp* 9. *ſect.* 9. *n.* 207. Arriagam *diſp.* 7. *ſect* 4. De Quiros *diſp.* 28. *ſect.* 2. Iſambertum *ad q.* 12. *art* 5. & 6. &c. Antequam aſſertum probetur,

Lumen gloriæ præſtat de facto munus diſpoſitionis materialis.

Aduerte ex ratione ſupernaturalitatis præciſè in forma non ſufficienter probari neceſſitatem præuiæ diſpoſitionis ſupernaturalis in ſubiecto, licèt ex ratione ſupernaturalitatis in effectu ſufficienter probetur neceſſitas virtutis ſupernaturalis in principio. Suadetur hoc tum à poſteriori, patet enim nunquam produci ſupernaturalem effectum ſine præuia ſupernaturali virtute ex parte principij. E contra verò recipi plures ſupernaturales formas ſine præuia diſpoſitione ſupernaturali ex parte ſubiecti, vt exemplificari poteſt in lumine gloriæ reſpectu intellectus, in ſubſiſtentia Verbi reſpectu humanitatis; tum à priori, quia ſubiectum recipiendo formam nihil ei communicat, niſi ſeipſum: Inferius autem optimè poteſt ſeipſum præciſè ſuperiori communicare, propterea vt ſubiectum inferius recipiat formam ſuperiorem, non eſt neceſſe, quod per præuiam diſpoſitionem euehatur ad ordinem formæ ſuperioris: at principium producendo effectum debet ipſi communicare non ſeipſum, ſed eſſe tale, quale reperitur in ipſo effectu; ſi igitur principium habeat eſſe inferius, neceſſe eſt, quod ei addatur aliqua virtus, qua eleuetur ad eſſe ſuperius, tale, quale eſt in effectu. Breuius Principium debet præcontinere effectum, non ſic ſubiectum debet præcontinere formam; debet igitur principium in ratione principij per aliquid ſuperadditum compleri in ordine ad producendum effectum, quem non præcontinet, non ſic ſubiectum in ratione ſubiecti compleri in ordine ad recipiẽdam formam, quam non præcontinet. Hinc fit ex ſupernaturalitate diuinæ eſſentiæ, & viſionis non ſufficienter probari, quod intellectus creatus indigeat præuiâ diſpoſitione ſupernaturali, nec quod lumen talis diſpoſitionis munus exerceat; & D. Thomas 3. *contra Gentes, cap.* 53. dicens: *Nihil eſt ſuſceptiuum formæ ſublimioris niſi per aliquam diſpoſitionem ad illius capacitatem eleuetur*; intelligi debet non de quacumque forma ſublimiori, ſed de forma ſublimiori in ſuo genere vltimâ, & perfectiſſimâ, quæ quaſi per antonomaſiam ſignificatur nomine ſublimioris formæ abſolutè prolatæ: Intelligi etiam poteſt, vt explicat Ioan. à S. Thoma 1. *part. queſt.* 12. *diſp.* 14. *art.* 3. *num.* 7. de forma ſublimiori in ipſo modo informandi, quæ ſcilicet informat ſpeciali aliquo modo, ad quem impertinenter ſe habet pura potentia obedientialis. 16.

16. Cur nullus effectus producatur ſine aliquo ſupernaturali ex parte principij, multiplex autem forma recipiatur ſine aliquo ſupernaturali ex parte ſubiecti.

Supernaturalitas formæ non ſufficienter infert diſpoſitionem præuiam ſupernaturalem in ſubiecto.

Aduerte inſuper dari tum in naturalibus, 17.

tum in ſupernaturalibus ordinationem aliquam,& ſeriem inter formas, adeò vt aliquæ alias prærequirant, aliæ non: aliquæ ſint ex genere ſuo quodammodo primæ aliquæ ex genere ſuo quodammodo vltimæ. Sic in naturalibus formæ ſubſtantiales ſupponunt accidentales accidentia materialia ſupponunt quantitatem, quantitas nullam ante ſe formam in ſubiecto præſupponit. In ſupernaturalibus actus ſecundus ſupponit actum primum, actus primus ex parte obiecti actum primum ex parte potentiæ, adeóque tum viſio tum diuina eſſentia in ratione formæ intelligibilis ſuppponit intellectum informatum lumine gloriæ quia viſio ad intellectum informatū lumine gloriæ cōparatur, vt actus ſecundus ad primum; & diuina eſſentia in ratione formæ intelligibilis comparatur ad eundem intellectum informatum lumine gloriæ, vt actus primus ex parte obiecti ad actum primum ex parte potentiæ, vt actus primus formalis, & vltimò determinatiuus, ad actum primum, quaſi materialiter, & ſubiectiue ſe habentem. Hinc fit viſionem Dei, & diuinam eſſentiam, vt exercentem rationem formæ intelligibilis, ſe habere vt formas vltimas in ordine ſupernaturali, non ſic lumen gloriæ, his animaduerſis.

Tùm in naturalibus tū in ſupernaturalibus datur ordo inter formas.

18\. Probatur prima pars, quod ſcilicet lumen gloriæ præſtet de facto munus diſpoſitionis materialis, & ſubiectiuæ in ordine ad vnionem cum diuina eſſentia. Diuina eſſentia, ſub ratione formæ intelligibilis ſe habet, vt forma vltima in ordine ſupernaturali; ergo, vt vniatur intellectui, ſupponit in ipſo præuiam diſpoſitionem ſupernaturalem; ergo lumen gloriæ, quod ex parte intellectus præcedit talem vnionem præſtat de facto munus diſpoſitionis materialis, & ſubiectiuæ, in ordine ad ipſam. Antecedens patet ex prænotatis, conſequentia probatur tum à pari de formis naturalibus, tum ex eo, quia diei non poſſet forma vltima, ſi non ſupponeret formam aliquam anteriorem tanquam præuiam diſpoſitionem. Confirmatur ſpecies in ratione formæ intelligibilis aliquid requirit ex parte ſubiecti, quod non requirit in ratione formæ phyſicæ. Phyſicè enim, & entitatiuè recipi poteſt ſpecies in quolibet ſubiecto, intentionaliter verò, & intelligibiliter, non niſi in potentia vitali intellectiuâ; ergo ſpecies ſupernaturalis in ratione formæ intelligibilis, aliquid ſimiliter requirit ex parte ſubiecti, quod non requirit in ratione formæ ſupernaturalis: Requirit ſcilicet vitalitatem, ac intellectiuitatem ſibi proportionatam factamque ſupernaturalem per lumen gloriæ, præſtans munus ſupernaturalis diſpoſitionis: ergo licèt forma ſupernaturalis ex genere ſuo non requirat diſpoſitionem ſupernaturalem, hanc tamen requirit ſpecies ſupernaturalis in ratione formæ intelligibilis. Ex quo fit, quod ſi produceretur ſpecies creata diuinæ eſſentiæ, huiuſmodi ſpecies phyſicè, & entitatiuè, ſeu in ratione qualitatis, poſſet vniri intellectui ſine præuia ſupernaturali diſpoſitione luminis: non ſic tamen intentionaliter ſeu in ratione formæ intelligibilis.

Diuina eſſentia ſub ratione formæ intelligibilis ſe habet vt forma vltima in ordine ſupernaturali.

Species vt forma intelligibilis requirit aliquid in ſubiecto quod non requirit vt forma phyſica.

19\. Dices faciliùs admitti poſſe quod requiratur ſupernaturalis diſpoſitio ad aliquam formam ſupernaturalem creatam, quàm ad ipſam diuinam eſſentiam, quia forma ſupernaturalis creata eſſet inhærens, diuina autem eſſentia eſt purè, aſſiſtens, & ſicuti ſubſiſtentia verbi, quia vnitur humanitati, vt forma aſſiſtens, & terminans, non inhærens, nullam in humanitate prærequirit ſupernaturalem diſpoſitionem, ita & diuina eſſentia, cum vniatur intellectui, vt forma aſſiſtens, non inhærens, nullam requiret ſupernaturalem diſpoſitionem in intellectu. Sed contra non requiritur diſpoſitio ad formam ratione inhærentiæ, & ſpecies intentionalis in ſubiecto, cui debet vniri per modum formæ intelligibilis, non in eo, cui vnitur per modum formæ inhærentis, exigit diſpoſitionem ſibi proportionatam. Ad id, quod additur de ſubſiſtentia verbi duo non ideo vniri humanitati ſine præuia diſpoſitione, quia vniatur, vt forma aſſiſtens, terminans, & non inhærens ſed quia non ſupponit humanitatem completè exiſtentem, quod requiritur ad hoc, vt ſubiectum ſit capax diſpoſitionis; prius quippè eſt per exiſtentiam in ordine ad ſe ſubſtantialiter compleri, quàm per diſpoſitionem in ordine ad aliud accidentaliter perfici. At eſſentia diuina, dum vnitur intellectui, ſupponit ipſum completè exiſtentem in ordine ad ſe, & per conſequens capacem diſpoſitionis in ordine ad aliud.

Subſiſtentia verbi cur non requirat diſpoſitionē ſupernaturalem in humanitate.

20\. Probatur ſecunda pars, quod ſcilicet lumen gloriæ præſtet de facto munus diſpoſitionis materialis, & ſubiectiuæ in ordine ad receptionem viſionis; viſio eſt forma vltima, & perfectiſſima in ordine ſupernaturali; ergo vt recipiatur in intellectu ſupponit præuiam diſpoſitionem ſupernaturalem; ergo lumen gloriæ, quod ex parte intellectus præcedit receptionem viſionis, præſtat munus diſpoſitionis materialis in ordine ad talem receptionem. Antecedens patet ex prænotatis: Conſequentia probatur eodem modo, quo probata eſt conſequentia ſuperioris probationis. Confirmatur; viſio Dei eſt vita ſpiritualis in actu ſecundo, ergo non poteſt recipi, niſi in ſubiecto diſpoſito ad ſupernaturaliter viuendum, & habente vitam ſupernaturalem in actu primo, ſed intellectus creatus non eſt huiuſmodi, niſi per lumen gloriæ; ergo non poteſt recipi, niſi in ſubiecto diſpoſito per lumen gloriæ, & in quo lumen gloriæ præſtet munus diſpoſitionis materialis, & ſubiectiuæ.

Viſio Dei ſe habet vt forma vltima in ordine ſupernaturali.

21\. Dices ſi lumen ſe habet, vt diſpoſitio materialis ad viſionem recipiendam, vel viſio recipitur immediatè in lumine, & mediante lumine in intellectu eo modo, quo accidentia materialia recipiuntur immediatè in quantitate, mediante quantitate in materia: & hoc non, quia viſio non producitur à lumine vitaliter: actus autem vitalis non recipitur immediatè, niſi in principio, à

quo

quo vitaliter producitur, & quod talem actum producendo ac teeipiendo viuit. Vel viſio recipitur in ſolo intellectu, & lumen gloriæ ſolùm præparat intellectum ad talem receptionem eo modo, quo calor eſt diſpoſitio ad formam ignis, non quatenùs recipiat formam ignis in ſe, ſed quatenùs præparat materiam ligni, v.g. ad talem formam recipiendam, & neque hoc dici poteſt, quia intellectus ex vi potentiæ obedientialis præcisè eſt ſufficienter præparatus ad viſionem recipiendam, ſicuti eſt vi eiuſdem ſufficienter præparatus ad recipiendam formam ſupernaturalem luminis gloriæ: ergo nullo modo explicari poteſt, quod lumen gloriæ ſe habeat vt diſpoſitio materialis ad viſionem recipiendam. Sed contra: licèt Ioan.

22. Viſio Dei non recipitur in lumine gloriæ.

à S. Thoma *diſput.* 14. *artic.* 3. *num.* 10. Salmant. *tract.* 2. *diſput.* 4. *dub.* 3. §. 2. & Thomiſtæ magis communiter velint lumen gloriæ ita diſponere ad viſionem recipiendam, vt in ipſo immediatè viſio recipiatur, aſſerantque actum vitalem poſſe recipi in omni eo, quod ſe tenet ea parte principij vitalis, etiamſi in ſe formaliter vitale non ſit, & reſpicere quidem vt receptiuum quod, principium à quo vitaliter producitur; vt receptiuum tamen quo reſpicere quidquid ſe tenet ea parte talis principij. Nihilominùs, quia ex vna parte, cum accidens ea genere ſuo non petat eſſe ſubiectum, non eſt ſine neceſſitate aſſerendum vnum accidens in alio ſubiectari; & ex alia parte melius explicatur in viſione ratio vitæ, & immanentiæ vitalis, ſi dicatur immediatè recipi in ſolo principio viuente, à quo vitaliter producitur, exiſtimo viſionem non recipi in lumine gloriæ, & hoc præſtare munus diſpoſitionis præcisè præparando intellectum, qui licèt ea vi potentiæ obedientialis ſit ſufficienter præparatua ad recipiendam aliquam formam ſupernaturalem, non ſit tamen ad recipiendam formam ſupernaturalem vltimam, ſe habentem per modum actus ſecundi. Ex quo patet, cur non requiratur ſupernaturalis diſpoſitio ad recipiendam formam ſupernaturalem luminis, requiratur verò ad recipiendam formam ſupernaturalem viſionis.

Lumen gloriæ non requirit diſpoſitionem ſupernaturalem.

23. Dices adhuc: Si viſio requirit præuiam diſpoſitionem ſupernaturalem titulo formæ vltimæ multo magis diſpoſitionem ſupernaturalem prærequireret gratia habitualis, quæ in ordine ſupernaturali eſt forma maximè vltima, cum ſe habeat vt ſubſtantia, & natura; & tamen gratia habitualis nullam diſpoſitionem ſupernaturalem præexigit, vt euincitur ex iuſtificatione paruulorum. Sed contra Gratia habitualis datur ad ſupernaturaliter eſſe, & cum ad eſſe nulla diſpoſitio præcedat, ad gratiam habitualem, non debet ex natura rei ſupernaturalis aliqua diſpoſitio præcedere: & licèt in ordine ſupernaturali ſe habeat vt forma ſubſtantialis in eo, quod, ſicuti in ordine naturali formæ accidentales ſunt paſſiones, & proprietates formarum ſubſtantialium, ita in ordine ſupernaturali cæteri habitus ſunt quaſi paſſiones, & proprietates habitus

Gratia habitualis, quia datur ad ſupernaturaliter eſſe, non requirit diſpoſitionem ſupernaturalem.

gratiæ; non imitatur tamen formam ſubſtantialem in prærequirendis præuiis diſpoſitionibus: & ratio eſt, quia forma ſubſtantialis naturalis ſupponit ſubiectum completum in eſſe naturali, & per conſequens capax diſpoſitionum, & perfectionum accidentalium, at gratia habitualis cum non ſupponat ſubiectum habens eſſe ſupernaturale, non ſupponit ſubiectum idoneum ad diſpoſitiones ſupernaturales, prius eſt enim eſſe in ſe, quam diſponi ad aliud, & prius tali modo eſſe in ſe, quàm tali modo diſponi ad aliud. In quo diuerſa eſt ratio de 24.
viſione, quæ cum iam ſupponat ſubſtantiam intellectiuam eleuatam ad eſſe ſupernaturale per gratiam, ſupponit eandem idoneam ad diſpoſitionem ſupernaturalem luminis. Quod dicitur de habitu luminis exercente munus diſpoſitionis reſpectu actus viſionis, procedit proportionaliter de cæteris habitibus infuſis reſpectu propriorum actuum, qui ſi aliquando eliciuntur per potentias deſtitutas habitibus, carent quidem formaliter diſpoſitione ea parte ſubiecti requiſitâ: at non carent ipsâ æquiualenter Deo ſupplente per auxilium extrinſecum cauſalitatem diſpoſitiuam non minùs, quàm effectiuam habituum. Quod dicebatur gratiam habitualem eſſe formam maximè vltimam, non verificatur niſi intelligendo nomine formæ vltimæ formam perfectiſſimam: cæterum in informando, & actuando gratia habitualis eſt forma omnium prima.

Habitus infuſi ſunt diſpoſitiones ad recipiendos proprios actus.

Assertvm III. Lumen gloriæ præſtat de facto munus principij intellectum eleuantis, & ſimul cum intellectu effectiuè concurrentis ad viſionem. Ita D. Thomas 1. *part. quæſt.* 12. *artic.* 5. Scotus *in* 4 *diſt.* 49. *quæſt.* 11. D. Bonauentura *in* 3. *diſtinct.* 14. *num.* 29. Ioan. à S. Thoma 1. *part. diſput.* 14. *art.* 1. Salmant. *tractat.* 2. *diſputat* 4. *dub* 1. *num.* 17. Molina *quæſtione* 12. *articulo* 5. *diſput.* 1. §. 3. *concluſio* Arriaga *diſputat.* 7. *ſect.* 4 *ſubſect.* 3. Lurca *diſp.* 18. *art.* 7. Amicus, De Quiros, aliique Theologi communiter contra Baronium cum Aureolo *in* 1. *diſt.* 17. *art.* 4 cenſentem lumen gloriæ exercere præcisè munus diſpoſitionis eleuãtis, & proportionantis intellectum. Item contra Mayroniũ Banolis, alioſque nonnullos apud Amicum 1. *par. diſp.* 9. *ſect.* 9. volentes lumen gloriæ deſeruire ad ſolum ornatum potentiæ, adeò vt ſicuti ad ornatum animæ manet in Patria character; ita ad ornatum intellectus infundatur in Patria lumen gloriæ. 25.

Lumen gloriæ eſt principium eleuans intellectum, & coefficiens viſionem.

Probatur primò ex Conc. Viennenſi ſæpius citato: Anima indiget lumine gloriæ ipſam 26.
eleuante ad Deum videndum, & ex *ſuperiori* *c.* 1. §. 5 intellectus creatus eſt impotens videre naturaliter Deum ob inferioritatem modi eſſendi, & inſufficiẽtiam virtutis actiuæ: ergo lumen gloriæ eſt principium eleuans, & eleuando tollens inſufficientiam virtutis actiuæ, adeoque addens aliquid actiuitatis ad Deum videndum: ergo præſtat de facto munus principij intellectum eleuantis, & ſimul cum intellectu, &c.

Dices, intellectui nec poſſe, nec debere ad- 26.
di actiuitatem à lumine gloriæ. Non poteſt,

quia talis additio deberet fieri per intenſionem virtutis, intellectus autem non eſt capax intentionis. Non debet, quia principio proportionato non debet addi actiuitas, ſed intellectus eleuatus eſt principium proportionatum viſionis: ergo non debet ei vltra eleuationem addi actiuitas luminis: ergo lumen gloriæ requiritur ſolùm ad eleuandum intellectum; cæterum nec poteſt, nec debet cũ intellectu eleuato exercere vllã immediatam actiuitatem in viſionem. Sed contra Principium eleuans in eo genere, in quo eleuat, ad effectum, ad quem eleuat, cõcurrit: cum igitur lumen gloriæ eleuet intellectum in genere actiuo inſufficientem ad viſionẽ, neceſſe eſt, quod in genere actiuo ad viſionem concurrat, & debet propterea, & poteſt immediatã actiuitatem in viſionem, exercere. Ad illud, quod primo loco affertur in oppoſitum, dico addi poſſe actiuitatem vel per maiorem intenſionem virtutis, vel per acquiſitionem virtutis ſpecie diuerſæ; augetur actiuitas primo modo, quando augetur in ordine ad effectum eiuſdem ſpeciei; augetur ſecundo modo, quádo in ordine ad effectum diuerſæ ſpeciei ab eo, quem poterat producere virtus actiua ante augmentum. Cum igitur viſio Dei ſit ſpecie diuerſa à cognitione, quam poterat intellectus naturaliter elicere, debet in ordine ad viſionem augeri intellectus actiuitas non per intenſionem, ſed per adeptionem virtutis ſpecie diuerſæ. Traditur tota hæc doctrina à D. Thoma 3. *contra Gentes cap.* 53. illis verbis: *Dupliciter contingit virtutem alicuius fortificari: vno modo per ſimplicem ipſius virtutis intenſionem, ſicut virtus actiua calidi augetur per intenſionem caloris, vt poſſit efficere vehementiorem actionem in eadem ſpecie. Alio modo per nouæ formæ appoſitionem ſicut virtus diaphani augetur ad hoc, vt poſſit illuminare per hoc, quod fit lucidum actu per formam lucis receptam in ipſo de nouo: & hoc quidem virtutis augmentum requiritur ad alterius ſpeciei operationem conſequendam.* Ad illud, quod ſecundò loco affertur in oppoſitum, dico intellectum eleuatum eſſe principium proportionatum ad producendam viſionem ſimul cum lumine, non ad producendam viſionem ſe ſolo non agente lumine, quod procedit proportionaliter de aliis habitibus infuſis reſpectu actuum, ad quos potentias eleuant. Nec refert, quod intellectus ſe ſolo recipiat, lumine diſponente quidem intellectum ad receptionem viſionis, at non recipiente ſimul cum intellectu viſionem ex ſupradictis ad primam inſtantiam contra ſecundum aſſertum. Non refert, inquam, quia vt in eiuſdem ſecundi aſſerti explicatione dicebatur, magis requiritur ad productionem quàm ad receptionem formæ ſubſtantialis.

Principium eleuans in eo genere in quo eleuat, concurrit ad effectum.

Actiuitas augeri poteſt, vel per intenſionem virtutis, vel per adeptionem virtutis ſpecie diuerſæ.

Intellectus eleuatus eſt proportionatus ad producendã viſionem cũ lumine, non ſe ſolo.

28\. Probatur ſecundò, omnis habitus ſimul cum potentia cuius eſt habitus, effectiuè concurrit ad proprios actus; ergo etiam habitus luminis ſimul cum intellectu effectiuè concurrit ad viſionem. Antecedens probatur. Habitus eſt qualitas dans vel facilè, vel ſimpliciter poſſe; ſed niſi concurrat effectiuè ad actum non apparet, quomodo det vel facilè, vel ſimpliciter poſſe actum: ergo. Confirmatur, alij habitus infuſi concurrunt effectiuè ad proprios actus: ergo etiam habitus luminis. Antecedens probatur ex habitibus Fidei, ſpei, & charitatis, aliarumque virtutum ſupernaturalium per ſe infuſarum.

Omnis habitus effectiue concurrit ad proprios actus.

Dices, ſpecialem eſſe neceſſitatem admittendi effectiuum concurſum aliorum habituum ſupernaturalium in proprios actus, quia aliunde nullum foret principium ſupernaturale, quod ad tales actus concurreret; cum tamen reſpectu viſionis detur aliunde ſupernaturale principium, ipſa ſcilicet diuina eſſentia in ratione obiecti effectiuè concurrens. Sed contra etiamſi in ordine ad actus Fidei darentur ſpecies ſupernaturales ad producendos ſuos actus Fidei habitus effectiuè concurreret: & quando potentia cum ſolo ſupernaturali concurſu obiecti elicere poſſet actus ſupernaturales, non indigeret magis roborari in ordine ad actus ſupernaturales, quàm in ordine ad naturales: in ordine enim ad vtroſque indigeret ſolo concurſu proprij obiecti. Sentiendum igitur viſionem, ſicuti & quemlibet alium ſupernaturalem actum, duplicem quodammodo habere ſupernaturalitatem, alteram vitalem, alteram obiectiualem. Nec ſufficienter habetur ab obiecto, vel ab aliquo ſe tenente ex parte obiecti: illa neceſſariò expoſcit aliquid ſe tenens ex parte potentiæ, cuiuſmodi ſunt habitus infuſi. Nec intellectus, cum ex ſe nullam habeat ſupernaturalitatem, poteſt tribuere ſupernaturalitatem viſioni etiamſi ſit eleuatus à lumine, niſi lumen ipſum concurrat: ſicuti aqua, quia ex ſe nullam habet vim calefactiuam, nequit tribuere alicui effectui calorem, etiamſi ſit calefacta, niſi calor ipſe concurrat. 29.

Habitus Fidei effectiuè concurreret ad actus Fidei, etiamſi ad iſtos darentur ſpecies ſupernaturales.

Supernaturalitas in viſione, alia obiectiualis, alia vitalis.

§. III.

Vtrùm lumen gloriæ reſpectu viſionis ſit tota ratio agendi?

ASSERTVM: Lumen gloriæ comparatum ad intellectum vt eleuatum non eſt tota ratio agendi, comparatum verò ad intellectum ſecundùm ſe dici poteſt tota ratio agendi. In hoc aſſerto videntur aliquo modo conciliari opiniones extremè oppoſitæ, pro quibus Theologi fere ex æquo diuiduntur. Affirmant abſolutè lumen gloriæ eſſe reſpectu viſionis totam rationem agendi, Scotus *in 4. diſtinct.* 49. *quæſtione* 3. *artic.* 2. Aluarez *de Auxiliis diſp.* 64. *&* 85. Nazarius 1. *part. quæſtione* 12. *articulo* 5. *controu.* 2. Ioan. à S. Thoma *diſputatione* 14. *articulo* 2. aliique plures præſertim ex Thomiſtis. Negant abſolutè lumen gloriæ eſſe totam rationem agendi, Suarez 2. *part. lib.* 2. *cap.* 9. Vaſquez *diſputatione* 43. *cap.* 4. Valentia *quæſtione* 12. *punct.* 3. Lugus *lib.* 1. *diſputatione* 12. *cap.* 2. Arriaga *diſput.* 7. *ſect.* 2. De Quiros *diſput.* 28. *ſect.* 3. Auerſa *quæſtione* 12. *ſect.* 20. Iſambertus *ad q.* 12. *diſp.* 3. *art.* 1. aliique Recentiores magis commu- 30.

Lumen gloriæ in aliquo ſenſu eſt tota ratio agendi, in aliquo non.

communiter, & inſuper Scotus *in* 1. *diſt.* 17. *quæſt.* 12. quem cum aliis Scotiſtis refert, & ſequitur Laurea *in* 4. *diſp.* 18. *art.* 8.

31. Probatur prima pars primò intellectus eleuatus eſt principium proportionatum, licet non adæquatum viſionis; ergo lumen gloriæ comparatum ad intellectum vt eleuatum, non eſt tota ratio agendi reſpectu viſionis. Conſequentia patet, quia quod eſt alteri tota ratio agendi, nullam in alio ſupponit proximam & proportionatam actiuitatem; nec aliunde ex duabus cauſis partialibus vna non eſt alteri tota ratio agendi, quam quia quælibet ſupponit in altera proportionatam, licèt non adæquatam actiuitatem. Antecedens probatur. Intellectum eleuari nihil eſt aliud, quam proportionari ad id, ad quod eleuatur; ergo intellectus ad viſionem eleuatus eſt principium proportionatum viſionis; licèt non adæquatum; quia, vt mox *in ſuperiori* §. dicebatur, principium eleuans concurrit ad effectum in eo genere, in quo eleuat, & intellectus per eleuationem proportionatur ad producendam ſimul cum lumine, non ad producendam ſe ſolo viſionem.

32. Intellectus creatus verè influit actiuè in viſionem.

Probatur eadem prima pars. Secundo intellectus creatus verè influit actiuè in viſionem: ſed non influit in viſionem ſecundùm ſe, & vt præciſus ab eleuatione; ergo influit vt eleuatus, ergo vt eleuatus habet reſpectu viſionis aliquam virtutem actiuam, ſeu aliquam actiuitatem, adeóque lumen gloriæ comparatum ad intellectum vt eleuatum, non eſt virtus actiua totalis, ſeu non eſt tota ratio agendi reſpectu viſionis. Minor conſtabit ex probatione ſecundæ partis huius eiuſdem aſſerti. Maior probatur primò paritate aliorum actuum ſupernaturalium, ad quos potentiæ vitales actiuè concurrunt, cùm in Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. definiatur hominem recipientem diuinam inſpirationem, & diſponentem ſe ad iuſtificationem cooperari gratiæ excitanti, & aliquid agere, eademque *ſeſſ. can.* 4. anathematizentur dicentes *arbitrium à Deo motum, veluti inanime quoddam, nihil omnino agere mereque paſſiuè ſe habere.* Secundo intellectus creatus videndo Deum viuit, viſio enim Dei eſt vita æterna, ergo videndo Deum agit, & actiuè influit in viſionem, quia ſicuti implicat viuere vita extrinſecâ; ita implicat viuere vitâ prouenıente omninò ab extrinſeco; nec ſufficit, quod vita proueniat ab intrinſeco, quatenus proueniat à virtute intrinſecè inhærente, quomodo lumen gloriæ dici poſſet reſpectu intellectus virtus intrinſeca. Non ſufficit, inquam, quia aliud eſt operari ab intrinſeco, aliud operari per virtutem intrinſecam, quod mouetur per impulſum, & virtutem impreſſam, mouetur per virtutem intrinſecam, non ab intrinſeco; aqua calida calefacit per virtutem intrinſecam, non ab intrinſeco; & operatio per virtutem intrinſecam poteſt eſſe etiam indebita, & violenta, non ſic operatio ab intrinſeco. Tertiò intellectus creatus dum recipit in ordine ad viſionem lumen gloriæ, non recipit ipſum præcisè, vt formam informantem, ſed etiam vt formam efficientem, ſeu actiuitatem; ergo recipit lumen gloriæ, vt cum ipſo agat in ordine ad viſionem; ergo verè influit actiue in viſionem; fruſtra enim reciperet formam vt actiuam niſi deberet & ipſe cum tali formâ agere; nec excederet puram conditionem ſubiecti receptiui, quale eſt aqua reſpectu caloris, ſi nullam per ſe exerceret actiuitatem. Antecedens probatur lumen gloriæ diuerſimodè recipitur in intellectu, ac recipi poſſit in ſubiecto non viuente, nec in ſubiecto non viuente receptum poſſet aliquid agere in ordine ad viſionem, & tamen etiam reſpectu ſubiecti non viuentis, ſe haberet vt forma informans, ergo quia reſpectu intellectus non ſe habet præcisè vt forma informans, ſed etiam vt forma efficiens, & actiuitas.

33. Aliud eſt operari ab intrinſeco, aliud operari per virtutē intrinſecam.

Lumen gloriæ recipitur in intellectu, vt forma non ſolùm informans ſed etiam efficiens.

34. Probatur ſecunda pars primò intellectus ſecundum ſe nullam habet actiuitatem immediatam, & proximam, reſpectu viſionis; ergo lumen gloriæ comparatum ad intellectum ſecundum ſe dici poteſt tota ratio agendi, ſeu virtus actiua totalis ſaltem immediatè, & proximè. Conſequentia patet, quia quando reſpectu alicuius effectus duo ita ſe habent, vt vno poſito nulla prorſus ponatur actiuitas, altero poſito reſultet ſufficiens, & totalis actiuitas, neceſſe eſt, quod hoc alterum ſit tota ratio agendi, & non ſolum agat per ſe, ſed etiam det agere illi alteri. Si igitur poſito intellectu ſecundùm ſe, nulla ponitur actiuitas immediata, & proxima reſpectu viſionis, superueniente vero intellectui lumine reſultat ſufficiens & totalis actiuitas neceſſe eſt, quod lumen ſit tota ratio proximè agendi, & non ſolùm agat per ſe, ſed etiam det proximè agere intellectui: Antecedens probatur primò, ſi intellectus ſecundùm ſe haberet reſpectu viſionis actiuitatem immediatam & proximam, haberet eandem actiuitatem reſpectu viſionis, quam reſpectu cuiuſcumque actus naturalis, nec multum refert, quod reſpectu viſionis indigeret ſupernaturali comprincipio, ſi huiuſmodi comprincipium inueniret ex parte intellectus actiuitatem omninò proportionatam, immediatam, & proximam, adeóque cum tali comprincipio intellectus concurreret eodem prorſus modo, quo cum quolibet comprincipio naturali. Secundò intellectus ſecundùm ſe eſt reſpectu viſionis principium non ſolum non adæquatum, ſed etiam non proportionatum (vbi aduerte obiter cum Io. à S. Thoma 1. *parte diſp.* 14. *art.* 2. *num.* 25. aliud eſſe, quod virtus dicatur non adæquata, aliud, quod dicatur non proportionata: habere virtutem non adæquatam commune vt cuilibet cauſæ partiali, habere virtutem non proportionatam dicit vltra rationem cauſæ partialis rationem cauſæ inferioris proportionabilis, eleuabilis, & reſpicientis aliam concauſam non præcisè vt comproducentem effectum, ſed inſuper eleuantem, & proportionantem ad comproductionem) & reſpicit lumen gloriæ non ſolùm tan-

35. Virtus non adæquata, & virtus nō proportionata ab inuicem differunt.

quam comprincipium cum quo viſionem producat, ſed etiam tanquam principium, quo eleuetur, & proportionetur ad viſionem producendam; ergo intellectus ſecundùm ſe nullam habet reſpectu viſionis actiuitatem immediatam, & proximam, quomodo enim poteſt eſſe immediata, & proxima actiuitas, quæ non eſt proportionata, aut quomodo poteſt eſſe proportionata actiuitas illius, quod etiam in ratione principij partialis improportionatum eſt.

36. Dices: Ad hoc, vt intellectus dicatur habere ſecundum ſe actiuitatem aliquam etiam proximam, & immediatam reſpectu viſionis, non eſt neceſſe, quod poſſit ſe ſolo ſine conſortio luminis aliquid circa viſionem agere, ſed ſufficit, quod id poſſit cum conſortio luminis, alioqui eodem modo probaretur lumen ſecundum ſe nullam habere actiuitatem proximam in ordine ad viſionem, quia ſine intellectu nihil poteſt circa viſionem agere: intellectum ſecundum ſe nullam habere actiuitatem in ordine ad cognitionem naturalem, quia ſine conſortio principij obiectiui nihil poteſt cognitionis elicere: & in vniuerſum nullam cauſam partialem heterogeneam reſpicientem concauſam diuerſæ rationis aliquam habere actiuitatem in ordine ad proprium effectum, quia inductione conſtat huiuſmodi cauſas nullatenus poſſe operari, niſi indiuiſibiliter ſimul operentur.

37. Sed contra: Cauſa partialis dupliciter indigere poteſt conſortio alterius concauſæ vel præcisè in ordine ad effectum, ratione ſcilicet concurſus, quem debet concauſa exercere in effectum, vel etiam in ordine ad ſe, ratione ſcilicet eleuationis, & proportionis, quam debeat in ſe ipſa recipere ab alia concauſa. Indigere conſortio alterius primo modo non impedit, quin cauſa partialis habeat ſecundùm ſe actiuitatem aliquam etiam proximam, & immediatam, quia quod ſe ſola nihil poſſit operari non eſt ex improportione propriæ virtutis, ſed ex conditione effectus continentis perfectiones heterogeneas, & exigentis propterea indiuiſibiliter plura comprincipia; verùm etiam ex improportione propriæ virtutis indigentis in ſe eleuari, & per eleuationem transferri ad actiuitatem proximam, immediatam, proportionatam. Intellectus indiget conſortio luminis gloriæ ſecundo modo: lumen verò gloriæ indiget conſortio intellectus: item intellectus indiget conſortio principij obiectiui ſolum primo modo, ideò deficit paritas, & inſtantia innixa paritati.

Cauſa partialis quandonâ habeat actiuitatem proximam reſpectu effectus, quádo non.

38. Probatur eadem ſecunda pars ſecundò: Lumen gloriæ non ſolum præſtat ex ſupradictis munus comprincipij efficientis viſionem, ſed etiam principij eleuantis intellectum ad eandem efficientiam; ergo reſpectu viſionis non ſolùm agit per ſe ipſum, ſed etiam eſt ratio, cur intellectus agat; ergo lumen gloriæ comparatum ad intellectum ſecundùm ſe, reſpectu cuius præſtent munus principij eleuantis eſt tota ratio agendi, & ei tribuenda non ſolùm actiuitas, quam per ſe exercet, ſed etiam actiuitas, quam exercet intellectus.

Dices: Actiuitas, quam exercet intellectus eſt vitalitas, ſeu actiuitas vitalis: hæc autem non apparet quomodo poſſit tribui lumini gloriæ, quod nec eſt quid vitale, nec concurrit vitaliter ad viſionem. Deinde vel datur in intellectu in ordine ad viſionem actiuitas aliqua proxima diſtincta ab actiuitate luminis, vel non. Si ſic; ergo actiuitas, quam exercet intellectus, non eſt tribuenda lumini, cui tribui ſolum debet actiuitas propria, non aliena. Si non datur; ergo intellectus nihil agit per ſe ipſum; & eodem prorſus modo recepto lumine videt, quo aqua recepto calore calefacit, aër recepto lumine illuminat. 39.

40. Sed contra actiuitas, quam exercet intellectus, eſt vitalitas, eleuata tamen, & ſupernaturalizata, qua ratione optimè poteſt tribui lumini, non quidem vt ipſam vitalitatem conſtituenti, ſed vt eleuanti eandem, & proportionanti ad producendam vitam ſupernaturalem: lumen non eſſe quid vitale, nec concurrere vitaliter, probat lumen non conſtituere vitalitatem, at non probat ipſam non eleuare; præterquam quod dici poteſt lumen eſſe quid vitale vt quo, concurrere vitaliter vt quo, quatenus eſt id, quo vitalitas fit apta concurrere.

Vitalitas intellectus, non niſi vt eleuata concurrit ad viſionem.

41. Ad illud, quod additur dico intellectum vel ſumi vt eleuatum, vel ſumi ſecundùm ſe. Intellectus vt eleuatus habet actiuitatem proximam diſtinctam ab actiuitate luminis, quia intellectus eleuatus, & lumen concurrunt, vt duæ cauſæ partiales omninò proportionatæ, nec intellectus eleuatus indiget lumine in ordine ad ſe, ſed ſolum in ordine ad effectum, ratione ſcilicet concurſus, quem debet lumen in effectum exercere. Intellectus ſecundùm ſe nullam habet actiuitatem proximam, & ſecundùm ſe præcisè nihil omninò agit: at non proptereà eodem prorſus modo ſe habet, quo aqua calida in ordine ad calefaciendum, vel aër illuminatus in ordine ad illuminandum: aqua enim recipit calorem præcisè, vt formam informantem, & non ſolum ſecundum ſe, ſed neque etiam vt calida, ſe habet vt cauſa partialis calefactionis exercens in ipſa actiuitatem aliquam diſtinctam ab actiuitate caloris, vt colligitur etiam à poſteriori ex eo, quod calor ab aqua ſeparatus habet in ordine ad calefaciendum eandem actiuitatem, quam in aqua receptus; Intellectus autem ex ſupra poſitis in prima probatione recipit lumen, vt formam non ſolum informantem, ſed etiam efficientem, vt eleuatus eſt cauſa partialis exercens actiuitatem diſtinctam ab actiuitate luminis, & lumen ſeparatum ab intellectu non habet eandem actiuitatem, quam in intellectu receptum. Quod dictum eſt de aqua calida in ordine ad calefaciendum procedit proportionaliter de aëre illuminato in ordine ad illuminandum. Nec refert, quod D. Thomas *ſuprà relatus circa finem ſuperioris* §. comparet confortationem, quam recepit virtus intellectiua à lumine gloriæ ad confortationem, quam

Intellectus vt eleuatus habet actiuitatem diſtinctam ab actiuitate luminis, non ſic intellectus ſecundum ſe.

Lumen gloriæ ad intellectum non ſe habet eodem prorſus modo, quo forma lucis ad aërem.

quam recipit virtus intellectiua à lumine gloriæ ad confortationem, quam recipit virtus diaphani, ſeu aëris à forma lucis. Non refert inquam, quia comparatio ſolùm procedit in eo, quod vtraque confortatio ſit per appoſitionem nouæ formæ ſpecie diſtinctæ, non in eo, quod vtrobique forma, quæ apponitur, ſit eodem modo tota ratio agendi.

43. Ex his habes intellectum, & lumen gloriæ in ordine ad viſionem, nec ſe habere, vt ſe habent aqua, & calor, in ordine ad calefactionem; nec vt ſe habent duo trahentes nauim in ordine ad tractionem; aut potentia cognoſcitiua, & obiectum in ordine ad cognitionem. Ratione primi eluduntur argumenta, quibus aduerſarij nobis obiiciunt intellectum merè paſſiuè ſe habere in ordine ad viſionem. Ratione ſecundi eluduntur argumenta, quibus contendunt probare concurſum partialem, quem intellectus impendit viſioni eſſe immediatè, & proximè ab ipſis naturalibus viribus, & innatâ actiuitate.

44. Habes inſuper lumen gloriæ dici totam rationem agendi, non præciſè vt exercet munus principij efficientis viſionem, ſed vt exercet munus principij tum efficientis viſionem, tum eleuantis intellectum, hac enim tantùm ratione comparatur ad intellectum ſecundùm ſe, & carentem omni actiuitate proximâ. E contra lumen gloriæ vt eleuans, non ſecundùm ſe, eſt tota ratio proximè agendi reſpectu viſionis. Ex quo fit lumen gloriæ dici quidem poſſe totam rationem proximè agendi, non totum principium proximè agens, quia dum ſumitur vt principium proximè agens, ſumitur vt exercens munus principij efficientis viſionem, & comparatur ad intellectum eleuatum, qua ratione exercet actiuitatem partialem tantùm, non totalem in viſionem.

Lumen gloriæ dici poteſt tota ratio proximè agendi, non totum principium proximè agens.

---

§. IV.

Vtrùm lumen gloriæ ſit cauſa principalis viſionis: & vtrùm ipſum ſolum, An etiam intellectus?

45. *Lumen gloriæ eſt cauſa principalis viſionis.*

ASSERTVM I. Lumen gloriæ eſt cauſa principalis viſionis. Ita vltra eos, qui docent lumen gloriæ reſpectu viſionis eſſe totam rationem agendi, Vaſquez 1. *parte, diſp.* 47. *num.* 38. Ribas *diſp.* 6. *cap.* 7. *num.* 56. Laurea *in* 4. *diſp.* 18. *art.* 7. *num.* 155. Amicus 1. *parte, diſp.* 9. *ſect.* 11. aliique apud ipſum citantur pro ſententia contraria Suarez *in Metaph. diſp.* 30. *ſect.* 11. *num.* 45. ibi tamen non docet abſolutè lumen gloriæ eſſe cauſam inſtrumentalem, ſed ſolùm dicit eſſe inſtrumentum Dei, quatenus Deo ſubordinatur: Cæterum agere in viſionem virtute propria, & proportionata, & hac ratione dici poſſe cauſam proximam, & principalem in ſuo genere.

Habitus ſupernaturales ſunt perfectiores ſuis actibus.

Probatur: Lumen gloriæ eſt qualitas perfectior ipſa viſione, ergo concurrit ad ipſam, vt cauſa principalis. Conſequentia patet, quia cauſa inſtrumentalis eſt imperfectior ſuo effectu, & ratione talis imperfectionis agit in virtutem cauſæ perfectioris. Antecedens probatur primo ex communi ratione habituum per ſe infuſorum, qui ſunt perfectiores ſuis actibus, cum non poſſint a ſuis actibus cauſari, & potentiis aſſimilentur. Secundò quia lumen gloriæ eſt magis immediata participatio ordinis diuini, & ad plura ſe extendit, quàm viſio; Neque enim ſemper Beatus actu videt ea omnia, quæ ex vi luminis gloriæ videre poteſt. Nec ratione vitalitatis viſio dici poteſt perfectior lumine gloriæ. Nam præterquàm quod lumen gloriæ dici poteſt habere vitalitatem vt quo, non eſt neceſſe quodlibet accidens vitale eſſe perfectius quolibet non vitali, alioqui cognitio falſa, odium Dei, eſſent perfectiora lumine gloriæ, gratia habituali, habitibus virtutum, &c. Confirmatur: Intellectus eſt principalis cauſa viſionis, ergo etiam lumen gloriæ. Antecedens traditur in ſequenti aſſerto; Conſequentia probatur, quia lumen gloriæ habet reſpectu viſionis maiorem proportionem, quàm intellectus, cum eleuando intellectum tribuat ipſi eſſe proportionatus viſioni. 46.

Accidens vitale quandoque eſt imperfectius accidente non vitali

Dices maiorem eſſe rationem, quod dicatur cauſa principalis viſionis intellectus, quàm lumen; cum intellectus denominetur videns, non lumen: Intellectus concurrat ad viſionem, vt quod; lumen verò ſolùm vt quo: ſed contra, quoad denominationem videntis dico ipſam non requiri in cauſa principali viſionis, alioqui Deus non eſſet cauſa principalis viſionis creatæ, quia non poteſt denominari videns viſione creata. Si igitur intellectui conuenit, non lumini, non eſt, quia intellectus, non lumen, ſit cauſa principalis: ſed quia intellectus, non lumen, eſt cauſa ratione ſui, & ab intrinſeco vitalis. Quoad rationem principij quo, dico lumen vel ſumi vt exercet munus principij eleuantis: vel vt exercet munus principij efficientis viſionem. Primo modo tranſeat habere rationem principij quo. Secundo modo habet rationem principij quod ſaltem eo modo, quo intellectus, cum ſit de ratione habitus infuſi imitari potentias: ſaltem inquam eo modo, quo intellectus, quia vtrum operari vt quod conueniat etiam potentiis, an verò ſoli naturæ, ſoliſve ſuppoſitis, eſt quæſtio ſpectans ad modum loquendi, & pendens ſolummodo à varia vſurpatione illorum terminorum quo, & quod; præſertim in ſententiâ aſſerente potentias ab anima diſtinctas; in ſententia enim aſſerente intellectum, aliaſque potentias indiſtinctas à ſubſtantia animæ eſt aliqua maior ratio tribuendi rationem principij quod intellectui, quàm lumini. 47.

ASSERTVM II. Non ſolùm lumen, ſed ſimul 48.

Intellectus cum lumine eſt cauſa principalis viſionis.

ſimul cum lumine etiam intellectus eſt cauſa principalis viſionis. Ita Ioan. à S. Thuma *1. parte, quæſt.* 12. *diſp.* 14. *art.* 2. *num.* 34. Salmant. *tract.* 2. *diſp.* 4. *dub.* 4. *numero* 60. aliique Thomiſtæ communiter, vt videre eſt apud Aluarez *de auxiliis, lib.* 7. *diſp.* 68. vbi fusè probat hominem ad actus ſupernaturales tanquam cauſam principalem concurrere; licet autem eius argumenta præcisè in tantum euincant in actibus liberis, in quibus vix poteſt ſaluari libertas, ſi voluntas ſe habeat vt merum inſtrumentum, magnam tamen in vniuerſum habeat vim pro omnibus actibus ſupernaturalibus etiam neceſſariis, cuiuſmodi eſt viſio; com Thomiſtis ſentiunt Salas 1. 2. *tract.* 2. *diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 74. Lugus 1. *parte, lib.* 1. *diſp.* 12. *cap.* 5. Laurea *in* 4. *diſp.* 18. *art.* 8. *&c.* contra Suarez *in Metaph. diſp.* 30. *ſect.* 11. *numero* 46. Amicum 1. *parte. diſp.* 9. *ſect.* 10. *numero* 235. Arriagam *diſput.* 8. *ſection.* 1. *numero* 2. Ribas *aliosque non paucos Recentiores relatos* à Faſolo 1. *parte quæſtione* 12. *dub.* 7.

Voluntas eſt principalis cauſa dilectionis ſupernaturalis.

Probatur primo ex D. Thoma 2. 2. *q.* 23. *art.* 2. *in C. Non poteſt dici, quod ſic moueat Spiritus Sanctus voluntatem ad actum diligendi, ſicuti mouetur inſtrumentum*, ergo nec poteſt dici, quod Deus moueat intellectum ad actum videndi, ſicut mouetur inſtrumentum, ergo intellectus ſimul cum lumine eſt principalis cauſa viſionis. Conſequentia probatur, quia ex vna parte non maior eſt proportio voluntatis ad actum diligendi ſupernaturalem, quam intellectus ad viſionem: Ex alia parte non minus eſſentialiter requirit eſſe à principio vitali, & intrinſeco viſio, quàm dilectio, ergo intellectus æquè poteſt exercere cauſalitatem principalem in viſionem, ac voluntas in dilectionem, & eandem cauſalitatem principalem tam exigit viſio ab intellectu, quàm

49. dilectio à voluntate. Confirmatur: Intellectus non eſt magis propriè cauſa cognitionis naturalis, quàm viſionis; ergo eſt cauſa principalis non ſolùm cognitionis naturalis, verùm etiam viſionis. Conſequentia patet, quia cauſa inſtrumentalis eſt magis proprie cauſa, quàm principalis, adeóque intellectus eſſet minus propriè cauſa viſionis, quàm cognitionis naturalis, ſi illius eſſet cauſa inſtrumentalis, iſtius principalis. Antecedens probatur: Intellectus non magis propriè cognoſcit obiecta naturalia, quàm cognoſcat Deum per viſionem, nec magis propriè denominatur à cognitione naturali cognoſcens, quàm à viſione Dei videns, alioqui ſupernaturalis perfectiſſima, & beata vita intellectus, minus propriè intellectui conueniret, quàm vita naturalis imperfecta, & miſera.

Intellectus non eſt magis propriè cauſa cognitionis naturalis quã viſionis Dei.

50. Probatur ſecundò Intellectus eleuatus attingit proximè, immediatéque viſionem per virtutem ſibi ab intrinſeco conuenientem, ergo intellectus eleuatus eſt cauſa principalis viſionis. Antecedens probatur ex §. *ſuperiori* reſpectu intellectus eleuati lumen non eſt tota ratio agendi: & intellectus eleuatus ſicuti videndo Deum ab intrinſeco agit viſionémque attingit per virtutem ſibi ab intrinſeco conuenientem: conſequentia etiam probatur, quia inſtrumentum differt à cauſa principali in eo, quod vel non attingit effectum immediatè, ſed ſolum producit aliquid præuium ad effectum; vel non attingit effectum per virtutem ab intrinſeco conuenientem, ſed per virtutem aut prorſus extrinſecam, aut ſaltem conuenientem ab extrinſeco: Primo modo ſe habent inſtrumenta naturalia, cuiuſmodi ſunt accidentia reſpectu formarum ſubſtantialium, quæ accidentia non producunt immediatè ipſas formas ſubſtantiales, ſed ſolùm immediatè attingunt accidentia ſibi ſimilia tanquam diſpoſitiones præuias ad formas ſubſtantiales. Secundo modo ſe habeat inſtrumenta obedientialia, quæ agunt præcisè per virtutem principij eleuantis, quæ aut manat ipſis prorſus extrinſeca, aut, ſi ipſis per qualitatem intrinſecè inhærentem communicatur, ſaltem conuenit ab extrinſeco. Medio modo ſe habent inſtrumenta artificialia, quæ, quatenus operantur per aliquam aptitudinem, & actiuitatem ſibi conuenientem ab intrinſeco, non attingunt immediatè ipſam formam artificialem: quatenùs verò attingunt immediatè ipſam formam artificialem, agunt per puram extrinſecam motionem ac virtutem artificis. Sic ſecuris v. g. quatenus ratione duritiei, & grauitatis, habet ab intrinſeco ſpecialem aptitudinem ad ſciſſionem, non attingit immediatè formam ſcamni, ſed ſolùm præparat ipſius materiam, & remouet impedimenta, partes ſcilicet ligni ſuperfluas, &c. Quatenus verò immediatè formam ſcamni attingit, per varias, ac ordinatas ſciſſionis modificationes operatur præcisè per virtutem, motionémque artificis, nec habet ex ſe vllam determinatam virtutem ad ſciſſionem hoc potius, quàm illo modo modificandam.

Inſtrumentum quomodo differat à cauſa principali.

Inſtrumentum triplex, naturale, artificiale, obedientiale.

Dices: Antecedens primum poſitæ probationis inuoluere repugnantiam in terminis. 51.
Repugnat enim aliquod eleuatum eſſe cauſam principalem, alioqui nullum daretur inſtrumentum obedientiale, quod nihil eſt aliud, quàm inſtrumentum eleuatum: Si igitur intellectus concurrit ad viſionem vt eleuatus, neceſſe eſt, quod concurrat, vt inſtrumentum obedientiale, non vt cauſa principalis, & imperceptibile eſt; quomodo, vt eleuatus concurrere poſſit per virtutem ſibi conuenientem ab intrinſeco, cum eleuatio ipſa tota fiat per virtutem extrinſecus aduenientem. Sed contra: Eleuatio duplex eſt: alia, quæ ſupponit virtutem actiuam, licèt non omninò proportionatam, talémque virtutem eleuat, auget, roborat: alia, quæ nullam ſupponit virtutem actiuam, nec eleuat virtutem aliquam, ſed tantummodo eleuat actionem. Dignoſcitur autem facile, vtrùm eleuatio primo, an ſecondo modo ſe habeat, ex conditione effectus, qui producitur. Si enim producatur effectus, qui non requirat eſſentialiter in ſuo principio virtutem alicuius determinatæ

Eleuatio duplex, alia ſupponens virtutē aliquam determinatam, alia non.

rationis

Digitized by Google

tationis, & indifferenter poſſit à quolibet principio eleuato obedientialiter produci, eleuatio fit ſecundo modo; Quod ſi producatur effectus requirens eſſentialiter in ſuo principio virtutem aliquam determinatam, cui ita ſit affixus, vt à principio, in quo talis virtus non reperiatur, neque etiam per eleuationem, & obedientialiter cauſari poſſit, eleuatio fit primo modo. Ex hoc duplici modo eleuationis habetur duplex modus operandi in principio eleuato. Principium ſcilicet eleuatum primo modo eleuationis operatur partialiter ab intrinſeco, & per illam virtutem intrinſecam, ratione cuius ei ſpecialiter conuenit eleuabilitas in ordine ad illum effectum, ad quem non poteſt quodlibet ens eleuari. Principium eleuatum ſecundò, modo operatur totaliter per virtutem extrinſecam principij eleuantis, quod in ordine ad talem effectum eleuare poteſt quodlibet indifferenter, quia cum principio eleuato tribuat totam virtutem actiuam hanc poteſt indifferenter cuicumque tribuere.

52. Inſtrumentum obedientiale non eſt quidquid obedientialiter concurrat.

Hinc ad inſtantiam dico non quodlibet principium eleuatum, & obedientialiter concurrens eſſe inſtrumentum, ſed illud ſolùm, quod eleuatur abſque vllà ſpeciali præuia virtute actiua, & in ordine ad effectum, in ordine ad quem quodlibet ens eſt indifferenter eleuabile. Cæterum quod eleuatur cum præuia ſpeciali virtute actiuâ, & in ordine ad effectum, ad quem non eſt eleuabile quodlibet; ab intrinſeco influit in talem effectum, adeoque tanquam cauſa principalis. Hoc ſecundo modo eleuatur, & obedientialiter concurrit intellectus ad viſionem, vt magis conſtabit ex ſequenti probatione, ideò &c.

53. Nulla cauſa vitalis operans vitaliter poteſt operari inſtrumentaliter.

Probatur tertiò: Intellectus concurrit ad viſionem, vt cauſa vitalis: ergo concurrit vt cauſa principalis. Antecedens patet, quia intellectus videndo viuit, & perfectiſſimè viuit. Conſequentia probatur: Nulla cauſa vitalis poteſt concurrere vt vitalis, quin concurrat principaliter: ergo ſi intellectus ad viſionem concurrit, vt cauſa vitalis, neceſſe eſt, quod concurrat, vt principalis. Antecedens probatur: Nulla cauſa poteſt concurrere vt vitalis, quin concurrat per virtutem ſibi ab intrinſeco conuenientem; ſed omnis cauſa concurrens per virtutem ſibi ab intrinſeco conuenientem concurrit principaliter: ergo. Maior probatur: tum quia nulla cauſa poteſt concurrere, vt vitalis quin viuat; non poteſt autem viuere, niſi ab intrinſeco; tum quia actus vitales ſunt eſſentialiter alligati determinatis principiis; non niſi, quia requirunt in ſuis principiis ſpecialem aliquam virtutem conuenientem ab intrinſeco, quæ nonniſi in determinatis quibuſdam principiis repetiri poteſt.

Conditiones cauſæ inſtrumentalis.

Minor etiam probatur: Cauſa inſtrumentalis concurrit præcisè, vt virtus cauſæ principalis, vt mota à cauſa principali, inſeruiendo cauſæ principali, aſſimilando effectum cauſæ principali, non ſibi: ſed cauſa concurrens per virtutem ſibi ab intrinſeco conuenientem non concurrit hoc modo ſic v.g. intellectus non concurrit præcisè, vt virtus luminis; alioqui reſpectu intellectus, etiam vt eleuati, lumen eſſet tota ratio agendi: Non concurrit præcisè, vt motus à cauſa principali; quia non ſolùm eleuatur ipſius operatio, ſed etiam ipſius virtus operatiua, adeoque etiam ab intrinſeco, & per propriam virtutem operatiuam, ſe mouet: Non concurrit præcisè inſeruiendo alij, quia virtus productiua eſt ſubiecta motui, & vſui ipſius intellectus, qui propterea producendo viſionem exercet dominium potius, quam ſeruitutem, & operatur vt proſit ſibi, non vt inſeruiat alij. Non concurrit aſſimilando effectum alij, quia concurrit, vt viuat in ſeipſo vtque ipſe exiſtens in ſe vitalis producat effectum vitalem; adeoque ſibi effectum aſſimilet: ergo à primo ad vltimum cauſa concurrens per virtutem ſibi ab intrinſeco conuenientem, & ſpecialiter intellectus concurrens ad viſionem; non concurrit inſtrumentaliter, ſed principaliter.

54. Cauſa concurrens ad effectum nobiliorem ſe non ſemper eſt inſtrumentalis.

Ex his patet primò, non quoties cauſa concurrit ad effectum nobiliorem ſe, concurrere inſtrumentaliter; ſed ſolùm quando talis effectus ita eſt nobilior, vt nullam ſupponat in cauſa virtutem intrinſecam ſibi ſpecialiter reſpondentem; adeò vt eo modo, quo cauſa indigens eleuatione non ſemper eſt inſtrumentalis, ſed ſolùm quando indiget eleuatione pro effecto, ad quem nullam habet neque etiam improportionatam ſpecialem virtutem intrinſecam; ita cauſa reſpiciens effectum nobiliorem non ſemper ſit inſtrumentalis, ſed ſolùm quando pro tali effectu nullam habet, neque etiam improportionatam, proportionabilem tamen ſpecialem virtutem intrinſecam. Dici etiam poteſt intellectum concurrentem ad viſionem non concurrere ad effectum nobiliorem ſe, quia concurrit vt eleuatus, qua ratione viſio non eſt ipſo nobilior, nec ordinis ſuperioris.

55. Intellectus, ſi eleuaretur ad producendum aliquod non vitale inſtrumentaliter operaretur.

Patet ſecundò, cur licèt Viſio ſit quid nobilius, & perfectius, quàm formica, feſtuca, aut aliqua alia huiuſmodi materialis entitas, intellectus tamen ad producendam viſionem concurrat principaliter; ſi verò eleuaretur ad producendam formicam, feſtucam, aut aliquam aliam huiuſmodi entitatem, concurreret inſtrumentaliter, ratio eſt ſcilicet, quia reſpectu viſionis habet ſpecialem virtutem, & actiuitatem non communem aliis creaturis, non ſic reſpectu formicæ, feſtucæ, &c. In ordine ad hæc propterea non eſt eleuabilis intellectus, niſi eo modo, quo eſt eleuabile indifferenter quodlibet ens, per virtutem ſcilicet omninò ab extrinſeco prouenientem obediendo potius, quàm agendo, adeoque ſe habendo inſtrumentaliter.

Digitized by Google

§. V.

Vtrùm lumen gloriæ ſit de potentiâ abſolutâ ſupplebile tum per auxilium actuale, tum per aſſiſtentiam Dei extrinſecam?

56. Lumen gloriæ eſt ſupplebile per auxilium actuale etiã intellectui extrinſecũ.

ASSERTVM I. Lumen gloriæ eſt de potentia abſoluta ſupplebile per auxilium aliquod actuale, & tranſiens, etiam intellectui extrinſecum, ipſique non inhærens. Prima pars eſt communis inter Theologos. Secunda, quod ſcilicet tale auxilium actuale, & tranſiens poſſit eſſe intellectui extrinſecum, & non inhærens, eſt contra Salmant. 1. *part. tract.* 2. *diſput.* 4. *dub.* 5. §. 2. Ioan. à S. Thom. *diſput.* 14. *art.* 5. Aluarez *de auxiliis*, *lib.* 7. *diſp.* 67. alioſque Thomiſtas communiter. Pro ipſa tamen ſtant Scotus *in* 3. *diſtinct.* 14. *quæſt.* 2. Laurea *in* 4. *diſt.* 18. *artic.* 50. Lugus 1. *part. lib.* 1. *diſput.* 13. *cap.* 2. Amicus *diſputat.* 9. *ſect.* 12. Arriaga *diſput.* 7. *ſect.* 1. *ſubſec.* 2. Vaſquez *diſput.* 46. *cap.* 2. De Quiros *diſp.* 28. *ſect.* 4. *n.* 44. Valentia *quæſt.* 12. *punct.* 3. Aureolus, Baconus, alijque communiter contra Scholam Thomiſticam.

57. Probatur prima pars ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 175. *artic.* 3. *ad* 2. *& quæſt.* 10. *de veritate, art.* 2. Primo loco ita habet; *Diuina eſſentia videri non poteſt, niſi per lumen gloriæ ab intellectu creato, quod tamen dupliciter participari poteſt: vno modo per modum formæ immanentis, & ſic Beatos facit Sanctos in Patria: alio modo per modum cuiuſdam paſſionis tranſeuntis, & hoc modo lumen illud fuit in Paulo, quando raptus fuit.* Secundò loco ita habet: *Videre diuinam eſſentiam eſt ſupra conditionem cuiuſlibet naturæ creatæ, vnde nulla creatura poteſt ad hoc pertingere, niſi aliquo lumine eleuetur ad illam beatam viſionem, quod lumen in aliquibus vnitur per modum paſſionis, quaſi pertranſeundo, vt in raptis.* Confirmatur ratione: Aliæ qualitates, quæ permanenter, & habitualiter dantur in ordine ad conſtituendas potentias in actu primo proportionato ad ſuos actus, ſuppleri poſſunt per auxilium aliquod actuale, & trãſiens, ſe habens per modum diſpoſitionis: ergo etiam lumen gloriæ. Conſequentia procedit à pari: Antecedens probatur in peccatore, qui deſtitutus habitu charitatis actum charitatis eliciat, vel in iuſto, qui habens habitum charitatis remiſſum eliciat actum charitatis intenſum; in illo in ordine ad actum ſimpliciter; in iſto in ordine ad maiorem actus intenſionem conſtituitur potentia proportionata per auxilium actuale, & aliquid tranſiens. Confirmatur inſuper à fortiori ex probatione 2æ. partis. Ideò

Habitus ſuppleri poſſunt per auxilium actuale.

58. Lumen gloriæ tria præſtat munera.

Probatur ſecunda pars primò: Lumen gloriæ ex *ſupradictis* §. 2. tria præſtat munera, ſcilicet diſpoſitionis principij eleuantis intellectum, & principij efficientis viſionem; ſed hæc tria munera poſſunt de potentiâ abſolutâ à Deo ſuppleri per auxilium actuale intellectui extrinſecum, ipſique non inhærens: ergo. Minor probatur: Poteſt Deus ſupplere munus diſpoſitionis, quia ſicuti poteſt in genere efficientis ſupplere cauſalitatem materialem; ita non eſt, cur nequeat in eodem genere ſupplere materialem diſpoſitionem; cum præſertim nec minùs omnem materialem diſpoſitionem, quàm omnẽ materialem cauſam Deus contineat; nec minus ad genus cauſæ materialis pertineat materialis diſpoſitio, quàm materialis cauſalitas. Poteſt Deus ſupplere munus principij eleuantis intellectum, quia ſicuti per auxilium extrinſecum eleuat ſacramenta ad producendam gratiam; ita non eſt, cur per ſimile auxilium eleuare nequeat intellectum ad producendam viſionem. Nec ex eo, quia intellectus eleuetur ad operandum vitaliter, & principaliter debeat eleuari per auxilium intrinſecum: Enimverò operatur quidem vitaliter, & principaliter, quia operatur per virtutem intrinſecam: at non quia operetur per virtutem intrinſecam eleuantem; ſed quia operatur per virtutem intrinſecam eleuatam. Poteſt tandem ſupplere Deus munus principij efficientis viſionem, quia lumen efficiendo viſionem non videt; adeoque non efficit viſionem efficientia vitali; Deus autem per auxilium extrinſecum ſupplere poteſt quamlibet efficientiam non vitalem, ſaltem enim de efficientiâ non vitali procedunt verba illa D. Thomæ 1. *part. quæſt.* 105. *artic.* 2. *Erroneum eſt dicere Deum non poſſe facere per ſeipſum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcumque cauſam creatam.* Nec refert, quod *ſuprà* §. 3. *circa finem*, præmiſſum fuerit lumen concurrere vitaliter, vt quo: Enimverò ſenſus eſt concurrere vitaliter, non ratione ſui, ſed ratione vitalitatis à ſe eleuatæ, in ordine ad cuius eleuationem ſe habet vt quo. Occaſione eius, quod mox dictum eſt Deum poſſe ſe ſolo ſupplere quamlibet efficientiam non vitalem, aduerte, quod Deus nequeat ſe ſolo producere actum vitalem creatum eſſe imperfectionem actus vitalis, non Dei. Enimverò, vt indicat Confalonerius *in epitome Philoſophica, aſſert.* 30. *num.* 2. eſt imperfectio exigere neceſſariò creaturam ad ſui productionem, & poſſe eſſe à Deo ſolo, & tanquam à cauſa particulari, eſt ſpeciale priuilegium, ſicuti eſt ſpeciale priuilegium militis eſſe, vel poſſe eſſe immediatè ſub duce ſupremo; è contra opprobrij, & dedecoris indicium eſt neceſſariò eſſe ſub duce ſubordinato, & ſecundo; nec poſſe eſſe ſub duce immediato, & primo.

Deus poteſt ſupplere omnem efficientiam nõ vitalem.

Non poſſe produci à ſolo Deo eſt imperfectio effectus.

Probatur eadem ſecunda pars ſecundò: Deus in operationibus ad extra, cuiuſmodi eſt viſio creata, eſt perfectiſſimè liber in ſubſtantia, & modo, ſed eſt aliquis modus libertatis poſſe ad viſionem concurrere non ſolùm, vel mediâ qualitate permanente, & habituali; vel media qualitate tranſeunte, & auxilio actuali; verùm etiam poſſe ad eandem

dem concurrere medio auxilio actuali, vel intrinſeco, vel extrinſeco: ergo hic etiam modus libertatis Deo concedendus, niſi afferatur ſpecialis repugnantia obſtans huiuſmodi conceſſioni.

60. Dices: ſpecialem repugnantiam eſſe, quia intellectus, vtpotè principalis, & vitalis cauſa viſionis debet producere viſionem per virtutem intrinſecam, quam cum non habeat à natura, intellectus quippè creatus ſecundùm ſe, & viribus naturæ relictus ex ſæpiùs dictis nullam habet actiuitatem immediatam, & proximam reſpectu viſionis, neceſſe eſt, quod talem virtutem intrinſecam habeat à principio eleuante, adeoque quod eleuetur per virtutem intrinſecùs receptam, non extrinſecùs aſſiſtentem. Sed contra; Inſtantia nimis probat, cum enim cauſa principalis, & vitalis debeat operari non ſolùm per virtutem intrinſecam, verùm etiam per virtutem conuenientem ab intrinſeco, probaretur eodem modo intellectum creatum ad viſionem Dei eleuari debere non ſolùm per virtutem intrinſecùs receptam, verùm etiam per virtutem ab intrinſeco conuenientem, ſicuti igitur intellectus ſufficienter concurrit ad viſionem per virtutem ab intrinſeco conuenientem, licèt per virtutem ab intrinſeco conuenientem non eleuetur; ita ſufficienter concurreret per virtutem intrinſecam, licèt pariter per virtutem intrinſecam non eleuaretur.

61. Ad illud, quod dicebatur intellectum creatum cum non habeat à natura virtutem intrinſecam ad viſionem, debere huiuſmodi virtutem ſortiri à principio eleuante; præterquam quod retorqueri poteſt in virtute ab intrinſeco conueniente; Reſpondeo intellectum non habere à natura virtutem intrinſecam proportionatam, habere tamen ab eadem virtutem intrinſecam proportionabilem, quæ per hoc, quod ab extrinſeco proportionetur, non euadit extrinſeca, & aliud eſt dicere virtutem extrinſecam, aliud virtutem proportionatam ab extrinſeco: ſicuti è contra aliud eſt dicere virtutem intrinſecam; aliud virtutem conuenientem ab intrinſeco.

Virtus extrinſeca non eſt idem, ac virtus proportionata ab extrinſeco, nec virtus intrinſeca idem, ac conueniens ab intrinſeco.

62. Dices inſuper: Viſio eſt ſupernaturalis intrinſecè: ergo debet eſſe à principio habente ſupernaturalitatem intrinſecam; ſed intellectus non eſt principium habens ſupernaturalitatem intrinſecam, niſi per virtutem intrinſecam, & qualitatem inhærentem eleuetur: ergo niſi per virtutem intrinſecam, & qualitatem inhærentem eleuetur non poteſt eſſe principium viſionis. Sed contra, eodem modo probaretur intellectum debere habere ſupernaturalitatem eſſentialem, & identificatam, quia viſio ſupernaturalis eſt non ſolùm intrinſecè, verùm etiam eſſentialiter, & per ſupernaturalitatem identificatam. Non debent igitur intellectui correſpondere omnia prædicata viſionis, ſed ſatis eſt, quod hæc omnia correſpondeant ſuo principio adæquato, adeoque quod in intellectu eleuato ſit aliquid habens ſupernaturalitatem intrinſecam, & hoc eſt ipſum principium eleuans: non quod intellectus ipſe eleuatus habeat ſupernaturalitatem intrinſecam, ſicque per ſupernaturalitatem intrinſecam eleuatus. Accedit quod, cum extrinſecum auxilium ſuppleat lumen intrinſecè inhærens, intellectus eleuatus per huiuſmodi auxilium dici poteſt eleuatus per virtutem intrinſecam non formaliter, benè tamen æquiualenter: ſicque non formaliter, benè tamen æquiualenter habens ſupernaturalitatem intrinſecam. In forma igitur ad inſtantiam concedo antecedens, diſtinguo conſequens: ergo debet eſſe à principio habente ſecundùm aliquam ſui partem ſupernaturalitatem intrinſecam, concedo; habente ſecundùm ſe totam ſupernaturalitatem intrinſecam, nego. Vel: ergo debet eſſe à principio habente ſupernaturalitatem intrinſecam aut formaliter, aut æquiualenter, concedo; ſemper formaliter, nego.

Intellectus eleuatus per auxilium extrinſecum dici poteſt eleuatus per ſupernaturalitatem intrinſecam æquiualenter.

Dubitatur hic pro maiori eorum, quæ hucuſque *in præſenti* §. poſita ſunt, intelligentiâ, vtrùm auxilium actuale, per quod eſt ſupplebile lumen gloriæ, debeat neceſſariò concurrere ad viſionem non ſolùm ſimultaneè, & concomitanter cum intellectu, tenendo ſe ex parte actus ſecundi; verùm etiam præviè, ſeu antecedenter roborando intellectum, tenendo ſe ex parte actus primi; An verò ſufficiat, quod ſimultaneè, & concomitanter concurrat: Reſpondetur neceſſarium eſſe, quod præuiè, & antecedenter ſe habeat roborando intellectum, & tenendo ſe ex parte actus primi. Ita Ioan. à S. Thoma 1. *part. diſp.* 14. *art.* 5. *n.* 10. Salmant. *tract.* 2. *diſp.* 4. *dub.* 4. §. 2. Aluarez *de auxiliis, lib.* 7. *diſput.* 7. aliiſque Thomiſtæ contra Molinam *quæſt.* 12. *art.* 5. *diſp.* 1. Amicum *diſp.* 9. *ſect.* 12. *num.* 253. alioſque plures Recentiores, & à fortiori contra Lauream *in* 4. *diſt.* 18. *art.* 10. *num.* 206. vbi ita concludit: In caſu poſſibili, quo Deus videndus eſſet ſine habitu luminis ſuppoſitâ eius obiectiuâ præſentiâ non eſſet neceſſarium aliquod ſupplementum luminis, ad videndum ſimpliciter, in quo loquitur hic Auctor *cum Scoto* conformiter ad ſua principia, ſecundùm quæ intellectus creatus habet ex parte ſua quidquid requiritur ad Deum videndum; nec eſt impotens, niſi ex eo, quod præſentia obiectiua Dei ſit omnino libera, & voluntaria ipſi Deo: huiuſmodi tamen principia iam *ſuprà* à nobis improbata ſunt *c.* 1. *ſ.* 5. vbi tradebatur impotentiam videndi Deum oriri ex inſufficientia virium ex parte intellectus, nec dari poſſe præſentiam obiectiuam Dei reſpectu intellectus non eleuari aut per lumen, aut per aliquod ſupplens vicem luminis. Quæ omnia ex loco citato recolantur, interim noſtra reſpõſio in terminis, 63.

Auxilium actuale non ſatis eſt, quod ſe teneat ex parte actus ſecundi, ſed debet etiam ſe tenere ex parte actus primi.

in quibus tradita eſt, ſic probatur: Lumen gloriæ non ſolùm efficit viſionem cum intellectu ſimultaneè in ipſam influendo, ſed 64.
etiam ad ipſam antecedenter ſe habet, & præuiè tenendo ſe ex parte actus primi, nec eleuatio eſt ſolùm concomitans ipſam actionem, vt contingit in iis, quæ eleuãtur purè inſtrumentaliter, verùm etiã eſt actionem antecedens, & eleuans ipſam virtutem actiuam, vt neceſſe eſt euenire in iis, quæ eleuantur ad operãdum principaliter, & ab intrinſeco: ergo

Auxilium ſupplens lumen debet ſe habere nõ ſolùm concomitanter, verùm etiam antecedenter ad viſionem.

etiam auxilium ſupplens lumen non ſolùm efficit viſionē cum intellectu ſimultaneè, &c. Confirmatur lumen non ſolùm agit per ſe, verum etiam dat intellectui proximè, & immediatè agere, & intellectus indiget neceſſariò conſortio luminis, non ſolùm in ordine ad effectum, verum etiam in ordine ad ſe; ergo etiam id debet præſtare auxilium ſupplens lumen: ſed non poteſt id præſtare niſi præuiè, & antecedenter, non ſimultaneè ſolùm ſe habeat ad viſionem, ergo. Antecedens probatum eſt *ſuprà* §. 3. Conſequentia patet, quia nec suppleretur lumen, nec ſatisfieret indigentiæ intellectus in ordine ad viſionem, per auxilium, quod non exerceret ea munera, quæ intellectus indiget ſibi à lumine præſtari. Confirmatur inſuper:

65. Tunc vna cauſa in ordine ad effectum, quem nequit ſe ſolà producere, iuuatur ab alterà etiam ſolùm concomitanter, & ſimultaneè ſe habente, quando cauſa habet in ordine ad talem effectum aliquam actiuitatem proximam, licèt non totalem. Sic ignis ab alio igne, trahens rhedam ab alio trahente, potentia ab obiecto, etiam ſolùm concomitanter ſe habente iuuatur: at intellectus ſecundum ſe nullam habet actiuitatem proximam, neque etiam partialem in ordine ad viſionem: ergo vt antecedenter ad viſionem habeat actiuitatem proximam debet antecedenter, & præuiè ab auxilio roborari; nec ſatis eſt, quod ab eodem iuuetur concomitanter, & ſimultaneè.

66. *Cauſa quandonam cum auxilio extrinſeco cōcomitante plus valeat, quàm ſe ſola.*

Dices: Intellectus cum auxilio extrinſeco etiam ſolùm concomitante plus valet, quàm ſe ſolo; ergo magis, & magis creſcente auxilio extrinſeco poterit vſque adeò valere, vt attingat viſionem Dei. Sed contra dico intellectum, & proportionaliter quamlibet aliam cauſam cum auxilio extrinſeco etiam ſolùm concomitante, plus valere, quàm ſe ſolo in ordine ad effectus, ad quos eſt in actu primo proportionatus, & habens virtutem proximam ſaltem partialem: non ſic in ordine ad effectus, ad quos debet in actu primo proportionari, quod nihil eſt aliud, quàm roborari per aliquod antecedenter ſe habens ad actum ſecundum, ſeu actionem. Nullum enim agens, vt tradit etiam Ariſtoteles 3. *phyſ.* agere poteſt, niſi ſit in actu primo ad agendum. Hinc fit intellectum creatum ſiue concurrat ad viſionem cum lumine, ſiue cum aliquo ſupplente lumen, non concurrere ex parte ſui per puram potentiam obedientialem, ſed per potentiam eleuatam, quod importat principium eleuans ſe tenere ex parte actus primi, & non eleuare ſolùm actionem manente potentià obedientiali in ſe inuariatâ.

Intellectus ex parte ſui non concurrit ad viſio- per puram potentiam obedientialem.

67. Assertvm II. Lumen gloriæ eſt de potentia abſoluta ſupplebile per aſſiſtentiam extrinſecam Dei, ſeu diuinæ omnipotentiæ. Habet hoc aſſertum eoſdem tum patronos, tum aduerſarios, quos ſecunda pars aſſerti ſuperioris: imò aliqui ibi nomine auxilij extrinſeci intelligunt ipſam diuinam omnipotentiam; ita expreſsè de Quiros *diſput.* 48. *ſect.* 4. *numero* 48. Quia tamen nomine auxilij extrinſeci intelligi etiam poteſt qualitas ſupernaturalis intellectui non inhærens & potentiori concurſu diuinitus in intellectu conſeruata placet hic ſpecialiter probare, quod Deus extrinſecè aſſiſtens per propriam omnipotentiam poſſit ſupplere lumen gloriæ, quod ſic

68. Probatur: Deus poteſt præſtare immediatè per propriam omnipotentiam quidquid præſtatur à lumine gloriæ; ergo lumen gloriæ eſt de potentia abſoluta ſupplebile &c. Antecedens probatur: Deus poteſt præſtare immediatè per omnipotentiam omnem effectum non vitalem, ſed lumen gloriæ nullum præſtat munus vitale, vt ſæpius dictum eſt; ergo. Maior probatur ex libertate, quam habet Deus in operando ad extra quemlibet effectum non vitalem vel mediatè, mediante ſcilicet cauſà creatà; vel immediatè per propriam omnipotentiam, & virtutem increatam, & ſicuti ratione talis libertatis concurſum obiectiuum formæ intelligibilis, quam de facto immediatè præſtat, de potentia abſoluta præſtare poteſt mediante ſpecie creatà; ita ratione eiuſdem concurſum ſupernaturalem formæ eleuantis, quam de facto præſtat mediante lumine creato, de potentia abſoluta præſtare poteſt immediatè per propriam virtutem increatam: in quo caſu omnipotentia triplicem concurſum exercebit in viſionem. Primò, concurſum vniuerſalem, quem omni effectui impendit, tamquam virtus cauſæ primæ. Secundò concurſum particularem præuium, quo roboraret, & eleuaret actiuitatem intellectus. Tertiò concurſum particularem ſimultaneum, quo ſimul cum intellectu per antecedentem concurſum confortato partialiter in viſionem influeret. Et hinc patet, cur licet omnipotentia extrinſecè aſſiſtat cuilibet intellectui, non tamen de facto ſuppleat lumen gloriæ, aſſiſtit enim præcisè aſſiſtentià locali, aut ad ſummum tanquam virtus vniuerſalis cauſæ primæ, non verò aſſiſtit aſſiſtentia particulari, & tamquam virtus continens, ac exercens particularem concurſum loco luminis.

Omnipotentia ſupplens lumen gloriæ tripliciter in viſionem influeret.

69. Dubitatur hic vtrùm ſicuti concurſum obiecti, quem Deus immediatè præſtat per eſſentiam, vt contradiſtinctam ab omnipotentia, præſtare poteſt per omnipotentiam vt contradiſtinctam formaliter ab eſſentia ex ſupradictis *cap.* 2. §. 3. *&* 4. ita è contra concurſum luminis quem ex mox dictis Deus præſtare poteſt per omnipotentiam, immediatè præſtare pariter poſſit per eſſentiam, vt contradiſtinctam formaliter ab omnipotentia, fateor difficilius eſſe concedere diuinæ eſſentiæ, vt contradiſtinctæ ab omnipotentia concurſum phyſicum, quàm intentionalem; cum concurſus intentionalis pluribus rebus conueniat, quàm concurſus phyſicus: difficilius item eſſe, quod diuina eſſentia vniatur per modum formæ ſupplentis lumen, quam per modum formæ ſupplentis ſpeciem quia hoc modo vnitur per modum formæ intentionalis: illo modo verò videretur vniri per modum formæ phy-

Probabile eſt Deū etiā per propriā

ſicæ,

eſſentiam vt diſtinctam formaliter ab omnipotentia poſſe ſupplere lumen gloriæ.

ſicæ, ex quo capite Salmanticenſes *tract.* 2. *diſputat.* 4. §. 2. enixè probant repugnare omninò quod Deus vniatur in ratione luminis gloriæ cum intellectu creato; nihilominus, quia ex alia parte fauet plurimùm perfectioni diuinæ libertatis in operationibus ad extra, aſſerere quod Deus ea, quæ immediatè ad extra operatur ſaltem, vt cauſa particularis (vt titulo cauſæ vniuerſalis ſaluetur neceſſitas concurſus omnipotentiæ in omnes effectus creatos) operari poſſit tum per omnipotentiam, tum etiam per eſſentiam,

70. vt contradiſtinctam ab omnipotentia, vt *ſuprà*, *cap.* 2. §. 3. latiùs explicabatur, valde propendeo ad affirmandum poſſe diuinitus lumen ſuppleri etiam per eſſentiam vt contradiſtinctam formaliter ab omnipotentia. Ad primam rationem dubitandi dico etiam nos faciliùs concedere diuinæ eſſentiæ concurſum intentionalem, quàm phyſicum, quia illum concedimus tanquam connaturalem, & conuenientem ipſi de facto; iſtum non item. Nec dum concedimus diuinam eſſentiam poſſe per ſe ipſam formaliter etiam phyſicè operari ſuperfluit omnipotentia, volumus enim diuinam eſſentiam poſſe per ſe ipſam præſtare ſolùm concurſum, quo Deus operatur, vt cauſa particularis; ſicque adhuc remanere in ordine ad quemlibet effectum exercitium omnipotentiæ in præſtando concurſu, quo Deus operatur vt cauſa vniuerſalis. Ad ſecundam rationem dubitandi dico non repugnare, quod Deus vniatur per modum formæ phyſicæ per ſe ſtantis, & aſſiſtentis, non informantis, nec inhærentis, exercentis munus comprincipij, non compartis. Cum præſertim in ordine ad tribuendam ſupernaturalitatem, nec requiratur vnio per modum partis, nec per modum formæ, aut informantis, aut inhærentis, vt patet in ſubſiſtentia Verbi reſpectu humanitatis. Sicuti igitur diuina ſubſiſtentia vnita per modum formæ terminantis eleuat humanitatem, cur diuina eſſentia vnita per modum formæ aſſiſtentis eleuare non poterit intellectum?

---

§. VI.

Vtrùm ſit poſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen gloriæ, aut aliud lumen æquiualens in ordine ad Dei viſionem?

71. *Eſt omninò impoſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen gloriæ.*

ASSERTVM I. Eſt omninò impoſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen gloriæ. Ita D. Thoma 1. *parte*, *quæſt.* 12. *art.* 5. *ad* 3. 3. *contra Gentes*, *cap.* 12. & 54. Ioan. à S. Thoma 1. *parte*, *diſp.* 14 *art.* 4. Salmant. *tract.* 2. *diſp.* 3. *dub.* 2. Gabriel à S. Vinc. *diſp.* 12. *dub.* 13. Siluius *quæſt.* 12. *art.* 5. Vaſquez *diſp.* 44. *cap.* 1. Amicus *diſp.* 9. *ſect.* 6. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 22. De Quiras *diſp.* 20. *ſect.* 2. aliique Theologi magis communiter contra Maiorem *in* 4. *diſp.* 49. *quæſt.* 4. cuius ſententiam cum aliqua ambiguitate, & formidine probabilem cenſent Molina 1. *parte*, *quæſt.* 12. *art.* 5. *diſp.* 2. Valentia *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 3. Arriaga *diſp.* 5. *ſect.* 7. Alarcon *diſp.* 2. *cap.* 10. Becanus, Albertinus, Herice, aliique nonnulli, quos refert, & minus formidoloſè ſequitur Ripalda *diſp.* 23. §. 2. eandem ſententiam plures ingenioſi Recentiores docent in Lyceis, ſuſtinent in bexedris; vnde ait Arriaga *loco cit.* non eſſe cur in ea defendenda vllum quis timeat ſcrupulum, & *De Quiros* fatetur eſſe iam omni cenſurâ liberam, *Lugus* cenſet nimis rigidos cenſores nonnullos ex auctoribus noſtri aſſerti, inter quos *Salas* damnans opinionem contrariam vt periculoſam, & à Scholis reiiciendam, *Nazarius* vt temerariam, *Cabrera* vt ſapientem hæreſim Pelagianorum, & Beguardorum. Mitiùs Amicus *loco cit. numero* 581. loquitur dicens illius opinionis auctores contra venerandam antiquorum Scholaſticorum auctoritatem leuibus rationum fundamentis inſurgere, quod certè nequit non eſſe illaudabile, cum in re graui communis auctoritatis ſuffragium grauiſſimi ponderis ſit, adeò vt docuerit Ariſtoteles 6. *Ethic cap.* 11. *Peritorum hominum, & ſeniorum, & Prudentum pronunciationibus, & opinionibus abſque demonſtratione non minus quàm demonſtrationibus attendendum eſt.*

Contraria ſententia, an cenſurâ mereatur.

Quàti ponderis ſit cõmunis auctoritas.

Probatur primo: Creatura, cui eſſet connaturale lumen gloriæ in ordine ad viſionem, deberet eſſe ſubſtantia, ſed eſt omninò impoſſibilis ſubſtantia creata, cui ſit connaturale lumen gloriæ, ergo. Maior probatur, & explicatur, eo ipſo, quod lumen gloriæ debet eſſe connaturale creaturæ in ordine ad viſionem, debet comparari ad creaturam capacem viſionis: quomodo enim lumen gloriæ dicere poſſet ordinem ad viſionem in ſubiecto, in quo viſio eſſe non poteſt. Non eſt autem capax viſionis, niſi ſubſtantia, quia creatura capax viſionis debet eſſe viuens, & principium vitale; cum viſio ſit actus vitalis, cuius capax eſt ſolùm principium vitale: at principium vitale debet eſſe ſubſtantia, cum principium vitale debeat eſſe ſubiectum proprij actus, & ratio ſubiecti, ſaltem vltimati, ſoli ſubſtantiæ conueniat. Minor probatur: Subſtantia creata, cui eſſet connaturale lumen gloriæ, ſi eſſet dabilis, debuiſſet de facto à Deo produci; ergo cum de facto producta non ſit, ſentiendum eſt eſſe omninò impoſſibilem, & non dabilem. Antecedens probatur; ſicuti Deus, vt auctor naturæ ſequitur exigentiam accidentium naturalium dando ipſis ſubiecta debita, & proportionata, ita, ſi eſſet dabilis ſubſtantia ſupernaturalis tanquam ſubiectum connaturale, & proportionatum luminis gloriæ, aliorúmque accidentium ſupernaturalium, debuiſſet Deus, vt auctor ſupernaturalis ſequi ſupernaturalium accidentium exigentiam, ipſiſque prouidere in ordine ſupernaturali ſubiectum proportionatum, ne ipſius prouidentia minus ac-

72.

Principium viuens debet eſſe ſubſtantia.

Subſtantia ſupernaturalis, ſi eſſet dabilis, daretur de facto.

cutata videretur in ordine ſupernaturali, quàm in naturali.

73 Probatur ſecundò: Non datur de facto creatura, cui ſit connaturale lumen gloriæ, ergo nec dari poteſt, ergo eſt omninò impoſſibilis creatura, &c. Antecedens patet, quia lumine gloriæ, vtpotè lumen intellectuale; imò vt loquitur D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 5. *in C.* virtus intelligendi, non poteſt eſſe connaturale alteri creaturæ, quam intellectui, at nulli intellectui de facto exiſtenti connaturale eſt. quia reſpectu cuiuſcunque intellectus de facto exiſtentis ſe habet vt qualitas eleuans ex Concilio Vienenſi *ſæpiùs relato.* Accidens autem non eleuat ſubiectum cui eſt connaturale. Conſequentia probatur, lumen gloriæ (ſicuti & gratia iuſtificans, aliique habitus per ſe infuſi) eſt ſupernaturale abſolutè, & ſimpliciter, non reſpectiuè ſolùm, & ſecundùm quid: ſed ſi eſſet ſupernaturale ſolùm reſpectu creaturarum de facto exiſtentium, eſſet ſupernaturale ſolùm reſpectiuè, & ſecundùm quid, ſeu ſecundum aliquam creaturarum ſeriem; non ſimpliciter, & præſcindendo à quolibet reſpectu ad aliquas determinatas creaturas; ergo non ſolum non datur, ſed nec etiam dari poteſt creatura, cui ſit connaturale, ſeu non ſupernaturale lumen gloriæ. Maior in cuius negationem

Lumen gloriæ eſt ſupernaturale abſolutè, nō reſpectiuè

74. propendet Arriaga *diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 23. probatur primò, quia ſecus lumen gloriæ non eſſet connaturale, niſi eo modo, quo accidentia propria naturæ ſuperioris comparata ad naturam inferiorem, putà accidentia naturæ viuentis comparata ad naturam non viuam, accidentia naturæ ſpiritualis comparata ad naturam materialem, &c. Nec in alio excelleret ſupernaturalitas luminis, niſi in extenſione, quatenus ſcilicet natura, cui ipſum eſſet connaturale, eſſet ſuperior ad plures naturas, quam ſit quælibet alia natura de facto exiſtens. Sicuti igitur accidentia naturæ creatæ ſuperioris dicuntur præternaturalia, non ſupernaturalia naturæ inferiori; ita lumen gloriæ deberet dici præternaturale, non ſupernaturale creaturis de facto exiſtentibus. Secundò ſi ſupernaturalitas, quæ de facto datur, eſſet ſolùm reſpectiua, & ſecundùm quid; non ſuprema, & ſimpliciter, eſſet dabilis ſupernaturalitas ſuperior: at hoc eſt contra rationem, quia non apparet quomodo ſit dabilis ordo ſuperior ordine ſupernaturali, qui de facto datur, cum hic ſit ordo diſtinctus, ſeu ordo Dei, vt eſt in ſe, ſicuti autem non eſt dabile aliquod ſuperius Deo, vt eſt in ſe; ita nec ordo ſuperior ordine Dei, vt eſt in ſe: eſt etiam contra auctoritatem *Sanctorum Patrum* prædicantium ordinem gratiæ, qui de facto datur tanquam ſupremum, & dona ſupernaturalia tanquam omninò excellentiſſima, ſic communiter gratiæ tribuitur illud Prouerb. 8. *Melior eſt cunctis opibus pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.* Sic D. Bernardus *Sermone* 28. *in Cantica: Chariſma peroptimum Charitas eſt planè incomparabile* D. Auguſtinus 15. *de Trinitate c.* 14. *Nullum eſt iſto Dei dono excellentiùs.* Accedit quod, ſicuti bona naturalia ſunt contemptibilia reſpectu bonorum ſupernaturalium ita ſi reſpectu bonorum ſupernaturalium, quæ de facto dantur, eſſet dabilis ordo ſuperior, reſpectu bonorum talis ordinis eſſe poſſent contemptibilia noſtra bona ſupernaturalia: quis autem audeat adeò indignè abiectéque ſentire de lumine gloriæ, gratiâ, viſione, &c. vt admittat ipſa vileſcere, & in contemptum abire, ſi ad alia bona creata poſſibilia compararentur.

Non eſt dabilis ſupernaturalitas ſuperior ei, quæ de facto datur.

Probatur tertiò: Eſt impoſſibilis creatura 75.
(ſubintellige pura, vt excipiatur Chriſtus, qui eſt creatura ſimul, & creator, homo, & Deus) cui ſit connaturalis gratia; ergo etiam cui ſit connaturale lumen gloriæ: Conſequentia patet, tum quia lumen gloriæ ab aliquibus dicitur gratia eminens, tum quia gratia, & lumen gloriæ ſunt eiuſdem ordinis; ex accidentibus autem eiuſdem ordinis, licèt non omnia eidem ſubiecto connaturalia ſint, & debita: ſi tamen aliquod habet in ſuo ordine ſubiectum connaturale, etiam alia omnia in eodem ordine poſſunt connaturale ſubiectum habere; quia in quolibet ordine dari poteſt perfectius, & perfectius ſubiectum, adeóque accidenti, cui ratione ordinis, non repugnat ſubiectum cõnaturale, nec ratione perfectionis, nec aliúde videtur poſſe repugnare huiuſmodi ſubiectum. Antecedens variis argumentis probari ſolet, vt videre eſt apud De Quiros 1. *parte, diſp.* 20. *ſect.* 2. miſſis aliis probationibus hæc ſufficiat, quod ſcilicet gratia non amplius nos redderet conſortes naturæ diuinæ, ſed illius naturæ creatæ cuius eſſet connaturalis proprietas.

Gratia iuſtificans nulli creaturæ poteſt eſſe connaturalis.

Fateor allatas probationes, aliaſque varias, quæ à variis afferri ſolent, non eſſe 76.
demonſtratiuas, nec euidenter conuincere eum, qui pertinaciter ſuſtineret poſſibilitatem ſupernaturalis ſubſtantiæ, & creaturæ, cui foret connaturale lumen gloriæ: quia tamen ex vna parte ſeniorum, Prudentumque pronunciationibus iuxta Ariſtotelem *ſuprà citatum* non minùs, quàm demonſtrationibus attendendum eſt; ex alia parte ſupernaturalis ſubſtantia, ſi non probatur à nobis euidenter impoſſibilis: multò minùs ab aduerſariis euidenter poſſibilis probari poteſt, placet ſtare pro impoſſibilitate; pro qua, & grauiores Auctores, & validiores rationes militant. Nec laudabile eſt ſtudium aliquorum Recentiorum, qui collimant ad infirmanda potius, quàm confirmanda antiquorum placita, & dum bonum ſcientiarum Patrimonium tranſmittere conantur ad Poſteros, tradunt fortè modum dediſcendi potiùs, quàm ediſcendi ſcientias. Non item laudabilis eſt nimia facilitas augendi catalogum poſſibilium, & inter poſſibilia recenſendi quidquid impoſſibile non demonſtratur cum in pari cauſa præſumptio ſtet potiùs pro impoſſibilitate, quàm pro poſſibilitate eo, quod maior ſit impoſſibilium, quàm poſſibilium numerus, & facillimum ſit

Subſtantia ſupernaturalis licet impoſſibilis non demonſtretur, eſt impoſſibilis aſſerenda.

Cæteris paribus præſumptio ſtat pro impoſſibilitate potiùs, quàm pro poſſibilitate rei.

ſit creato intellectui chimeriaare, vt probat Conſalonetius *in epitome philoſophica aſſert.* 60. In propoſito igitur ſtandum eſſet pro impoſſibilitate ſubitantiæ ſupernaturalis, & creaturæ, cui ſit connaturale lumen gloriæ, etiam quando argumenta ſuadentia talem impoſſibilitatem non eſſent validiora argumentis poſſibilitatem ſuadentibus, à fortiori verò pro eadem impoſſibilitate ſtandum, dum argumenta ipſam ſuadentia, licèt non demonſtratiua, ſunt tamen valida, & argumentis poſſibilitati fauentibus validiora.

77. Dices, ſi in pari, aut non multum impari cauſa præſumptio ſtat pro impoſſibilitate rei potiùs, quàm pro poſſibilitate, & impoſſibilium numerus numerum poſſibilium excederet, multum derogaretur diuinæ potentiæ, dum in pari cauſa ſtaret præſumptio in ipſius odium, non in ipſius fauorem, & plura eſſent, quæ irritarent, quàm quæ terminarent diuinam actiuitatem. Sed contra ſpectat ad perfectionem diuinæ potentiæ poſſe producere illud omne, quod eſt re verà poſſibile, ſeu quod re verà non implicat: & hoc nos ipſi omninò concedimus: at non ſpectat ad eiuſdem perfectionem poſſe producere illud omne, quod nos poſſibile imaginamur: nos quippe plura ſtulta, & Deo indigna imaginamur, Deus non niſi optima, & ſibi conuenientiſſima operatur, quod igitur in imaginatione, & mente noſtra crelcat, aut decreſcat poſſibilium numerus, nec obeſt, nec prodeſt diuinæ potentiæ imò cum huic æque inconueniens ſit poſſe producere aliquod impoſſibile, ac nõ poſſe prodocere aliquod poſſibile, æquè exponit ſe periculo indigne ſentiendi de diuina potentia, qui pronus eſt ad præſumendum pro poſſibilitate, ac qui pronus eſt ad præſumendum pro impoſſibilitate; quia ille, ſi errat, tribuit Deo poſſe producere impoſſibile: iſte ſi errat, negat Deum poſſe producere poſſibile: ille tribuit Deo aliquod indebitum; iſte negat Deo aliquod debitum. Non ſolùm autem iſtud, verum etiam illud eſt indignum; ſicuti indignum eſt non ſolùm negare principi titulum debitum Maieſtatis verùm etiam eidem tribuere titulum indebitum v. g. ruſticitatis. Ideo ſtudio, & prætextu fauendi diuinæ potentiæ non eſt facilè præſumendum pro rei poſſibilitate, nec pro maiori poſſibilium, quàm impoſſibilium numero. Quidquid deinde ſit de hoc aſſertum noſtrum in præſenti nihil ſubtrahit diuinæ potentiæ, nec minuit numerum poſſibilium, quia quod videmur ex vna parte detrahere, ex alia compenſamus, dum ſcilicet aſſerimus Deum non poſſe producere ſupernaturalem ſubſtantiam, aſſerimus è contra poſſe producere aliquod accidens ſuper omnem ſubſtantiam, quod Deo conuenientiſſimum eſt, dicente Auguſtino 9. *Gen. ad literam cap.* 17. *Pertinere ad Dei dignitatem, quod poſſit aliqua facere ſuper omnem naturam.*

Ad diuinam potentiam ſpectat producere poſſe, quod poſſibile in re eſt nõ quod poſſibile imaginamur.

Deo æquè repugnat poſſe producere impoſſibile, ac non poſſe producere poſſibile.

78.

79. Assertvm II. Eſt omninò impoſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen aliquod æquiualens lumini gloriæ in ordine ad Dei viſionem. Hoc aſſertum eoſdem habet tum propugnatores tum oppugnatores, quos aſſertum ſuperius, ſeque mutuo fouent, & roborant vtriuſque aſſerti probationes.

Eſt impoſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen æquiualens lumini gloriæ.

Probatur primò: Huiuſmodi lumen æquiualens lumini gloriæ vel eſſet ſuperadditum, & diſtinctum a tali creatura, ſicuti eſt diſtinctum ipſum lumen gloriæ à quolibet intellectu de facto exiſtente: vel eſſet identificatum, ſicuti eſt identificatum lumen naturæ cum intellectu naturali. Si dicatur primum: Huiuſmodi lumen æquiualens ſolo nomine differt à lumine gloriæ: & cum in ſupernaturalitate præſertim conueniat cum lumine gloriæ, contra ipſum recurrunt omnia argumenta probantia eſſe impoſſibilem creaturam, cui ſit connaturale lumen ipſum gloriæ, aut aliud quodlibet accidens ſupernaturale. Si dicatur ſecundum, ponatur ſcilicet poſſibilis creatura, quæ per identitatem, & ſuam ſimplicem entitatem æquiualent conflato ex intellectu, & lumine gloriæ: ex quo potiſſimum capite Muſina *ſuprà citatus* propendet in ſententiam oppoſitam. Contra ſic: Si quæ eſt ratio, cur ſic poſſibilis creatura ſeu ſubſtantia creata ſibi quodammodo identificans lumen gloriæ, & per ſimplicem entitatem æquiualens conflato, ex intellectu, & lumine; maximè quia huiuſmodi conflatum eſt finitæ perfectionis, ac virtutis, & datâ quâcumque virtute finitâ dabilis eſt alia tùm æqualis, tum etiam maior: Neque eſt ſpecialis repugnantia in eo, quod ſimplex entitas æquiualeat conflato ex duabus. Nam ſicuti, dum vnus Angelus comprehendit alium Angelum, quem homo nequit comprehendere, niſi adiutus ſuperiori auxilio; intellectus Angelicus in ordine ad comprehenſionem alterius Angeli æquiualet conflato ex intellectu humano, & ſuperiori auxilio; cur in ordine ad Dei viſionem aliquis intellectus poſſibilis æquiualere non poterit conflato ex intellectu de facto exiſtente, & lumine gloriæ. Sed hæc ratio nulla eſt, & nimis probat, eodem enim modo probaretur dari poſſe ſubſtantiam creatam, quæ tum ſine concurſu obiecti, tum ſine actu diſtincto, per 80.
ſe ipſam intelligat, quia conflatum ex potentia intellectiua & ſpecie: ex potentia intellectiua & actu, finitum eſt finitéque virtutis probaretur dari poſſe potentiam appetitiuam vitalem, quæ ſe ſola abſque præuia cognitione tendat in obiectum, quia conflatum ex potentia appetitiua, & cognoſcitiua, ſeu cognitione, finitum eſt. Probaretur dari poſſe voluntatem creatam æmulam diuinæ per ſe ipſam, ſeu per ſuam entitatem neceſſariam, libere volentem, quia conflatum ex voluntate, & actu libero, finitum eſt. Argumentum igitur ex vi formæ inualidum eſt, & ſi quandoque entitas ſimplex æquiualeat conflato ex duabus, vt in allato exemplo intellectus Angelici debet id aliunde conſtare, nec ſufficienter probatur ex finitate ipſius conflati, vt enim patet ex inſtantijs mox poſitis identitas mutat

Identitas notabiliter mutat rerũ eſſentias, & perfectius eſt eſſe tale per identitatem, quam per vnionẽ phyſicam.

tat notabiliter rerum eſſentias & cum longè diuerſum, perfectiuſque ſit, eſſe tale per identitatem, quàm eſſe tale per vnionem phyſicam, ex eo, quod poſſibile, & finitum ſit conflatũ habẽs aliquã perfectionẽ per vnionem phyſicã, non colligitur poſſibilis, aut finita, creatura habena eamdem perfectionem per identitatem. Ad illud, quod dicebatur quácumque virtute finitá eſſe dabilem tum maiorem, tum æqualem, verùm id eſt in eodem genere, non in diuerſo: ſicque dato quocumque conflato ex intellectu, & lumine, eſt dabile aliud conflatum tum maioris, tum æqualis virtutis: at non intellectus ſimplex, quia arguendo à conflato ad intellectum ſimplicem ſit tranſitus ad diuerſum genus.

Quomodo dará quálibet virtute finitá ſit dabilis tum maior, tum æqualis.

81. Probatur ſecundò: Eſt omninò impoſſibilis creatura, cui ſit connaturalis viſio Dei, ſed creaturæ, cui eſſet connaturale lumen aliquod æquiualens lumini gloriæ in ordine ad Dei viſionem, eſſet connaturalis viſio Dei, ergo eſt omninò impoſſibilis creatura, cui ſit connaturale lumen aliquod &c. Minor patet, quia cui connaturalis eſt diſpoſitio, præſertim vltima, connaturalis eſſe debet etiam forma; lumen autem æquiualens lumini gloriæ deberet eſſe, ſicuti eſt *ex ſupradictis* §. 2. *aſſert* 3. ipſum lumen gloriæ, diſpoſitio ad viſionem, & quidem vltima, cum inter lumen gloriæ, & viſionem nulla alia diſpoſitio mediet. Maior probatur: Impoſſibilis eſt creatura, cui ſit connaturalis cognitio perfectior comprehenſione ſui: Sed viſio Dei eſt cognitio perfectior comprehenſione cuiuſlibet creaturæ vtcumque perfectiſſimæ; ergo impoſſibilis eſt creatura, cui ſit connaturalis viſio Dei. Minor probatur, tum quia viſio Dei maiorem perfectionem in obiecto manifeſtat, magis explet intellectum, & intelligendi appetitum, quàm comprehenſio cuiuſlibet creaturæ, reddit intelligentem impeccabilẽ, & beatum, quod nullius creaturæ comprehenſio præſtare poteſt: tum quia, licet cæteris paribus & circa idem obiectum comprehenſio ſit perfectior viſione, non poteſt talis eſſe, quando cætera paria non ſunt, & obiectum viſionis eſt infinities excellentius obiecto comprehenſionis; alioqui etiam comprehenſio feſtucæ eſſet perfectior viſione Dei. Maior etiam probatur: Impoſſibilis eſt creatura cui ſit connaturalis cognitio excedens propriam virtutem cognoſcitiuam, nulli enim cauſæ eſſe poteſt connaturale operari vltra propriam virtutem: at habere cognitionem perfectiorem comprehenſione ſui eſt habere cognitionem excedentem propriam virtutem cognoſcitiuam, quod ſic probo: Comprehenſio ſui adæquat propriam virtutem cognoſcitiuam; ergo cognitio perfectior comprehenſione ſui talem virtutem excedit, neque enim poteſt non excedere id, quod eſt maius, & perfectius, quàm adæquans. Antecedens probatur: Comprehenſio ſui adæquat propriam cognoſcibilitatem, eſt enim commune cuicumque comprehenſioni cognoſcere ſuum obiectum, quantum cognoſcibile eſt; ergo etiam adæquat propriam cognoſcitiuitatem, ſeu virtutem cognoſcitiuam. Hæc vltima conſequentia probatur; Cognoſcitiuitas rei non poteſt eſſe maior, quàm rei cognoſcibilitas, alioqui cum ratio cognoſcibilis, & ratio entis conuertantur, ſi res aliqua habere poſſet magis de cognoſcitiuo, quàm de cognoſcibili, habere poſſet magis de cognoſcitiuo, quàm de ente; ergo cognitio adæquans rei cognoſcitiuæ cognoſcibilitatem adæquat eiuſdem rei cognoſcitiuitatem.

Impoſſibilis eſt creatura, cui ſit connaturalis cognitio perfectior comprehenſione ſui.

Viſio Dei eſt perfectior qualibet cõprehenſione creaturæ.

Cognoſcitiuitas in nulla re poteſt eſſe maior, quàm cognoſcibilitas.

82. Dices eodem modo probaretur neque etiam conflato ex intellectu, & lumine gloriæ poſſe eſſe connaturalem viſionem Dei, cum hæc ſit perfectior etiam comprehenſione talis conflati: probaretur item neque etiam contemplationem naturalem Dei, in qua conſiſtit naturalis beatitudo, poſſe eſſe connaturalem Angelo, aut alteri creaturæ intellectuali; quia etiam talis contemplatio eſt perfectior comprehenſione Angeli, aut alterius creaturæ intellectualis, cum in ipſa, non in comprehenſione alicuius creaturæ habeatur beatitudo naturalis. Sed contra: Conflatum ex intellectu, & lumine gloriæ, non eſt creatura operans ſine eleuatione; nos autem loquimur de creatura operante ſine eleuatione, quæ ſola operatur, iuxta menſuram propriæ virtutis, cum creatura operans ex eleuatione non tam operetur iuxta menſuram virtutis propriæ, quàm alienæ, exiſtentis ſcilicet in principio eleuante.
83. Ad aliam inſtantiam dico contemplationem naturalem Dei nihil aliud eſſe, quàm cognitionem abſtractiuam perfectiſſimam ex creaturis deriuatam, & Angelum non poſſe habere huiuſmodi cognitionem perfectiùs, quàm ex comprehenſione ſui, imò nihil aliud eſſe, quàm comprehenſionem ſui, vt ſpecialiter expreſſiuam reſpectus ſui ipſius ad Deum. Cõtemplatio igitur Dei, quæ eſt beatitudo naturalis creaturæ, ſaltem dum primò elicitur, nec eſt perfectior, nec diſtincta à comprehenſione ipſius creaturæ.

Contemplatio naturalis Dei eſt cognitio abſtractiua indiſtincta à comprehẽſione quam de ſe habet creatura.

84. Dices inſuper: allato argumento probaretur etiam ſubſtantiæ creatæ ſupernaturali, ſi eſſet dabilis, non fore connaturalem viſionem Dei, quia hæc eſt perfectior comprehenſione cuiuſcumquẽ ſubſtantiæ creatæ etiam ſupernaturalis, ſi eſſet dabilis: & tamen ex alia parte ſubſtantiæ ſupernaturali ſicuti eſſet connaturale lumen gloriæ; ita deberet eſſe connaturalis viſio. Sed contra: dico ſubſtantiæ ſupernaturali creatæ, ſi daretur fore, & non fore connaturalem viſionem Dei, vt probat inſtantia, ex quo nihil ſequitur contra nos, ſed ſolùm apparet magis repugnantia talis ſubſtantiæ: commune enim eſt ei, quod repugnat inferre contradictoria, ſi ſupponatur exiſtens & ſicuti poſſibile eſt, illud, quod, ſi eſſet, non repugnaret, & contradictoria non inferret; ita impoſſibile eſt, quod, ſi eſſet, repugnaret, & inferret contradictoria. Non negauerim tamen improportionem ſubſtantiæ ſupernaturalis creatæ, ſi daretur, fore minorem, & diuerſam

Subſtantiæ creatæ ſupernaturali ſi daretur foret, & non foret connaturalis viſio.

Digitized by Google

ſam ab improportione, quam in ordine ad Dei viſionem habent ſubſtantiæ intellectiuæ naturales de facto exiſtentes. Enimuerò iſtarum improportio pronenit ex inferioritate ordinis, & debet auferri per aliquid ordinis ſuperioris; illius verò improportio prouenıret ſolùm ex defectu perfectionis intenſiuæ,& auferretur per augmentum virtutis intellectiuæ, in eodem ordine, deberet ſcilicet hæc ſubſtantia roborari eo modo, quo debet roborari Angelus inferior, vt comprehendat ſuperiorem, non eo modo, quo debet roborari intellectus naturalis, vt videat Deum, aliudvè obiectum ſupernaturale.

85. Probatur tertiò Aſſertum, & confirmatur maior ſoperioris probationis: Creatura, cui eſſet connaturale lumen aliquod æquiualens lumini gloriæ in ordine ad Dei viſionem eſſet etiam connaturalis viſio ſed repugnat creatura, cui ſit connaturalis viſio Dei; ergo. Minor probatur; Repugnat creatura, cui ſit connaturalis amicitia Dei, ergo etiam, cui ſit connaturalis viſio Dei. Conſequentia patet, quia ad viſionem connaturaliter, imò neceſſariò, ſequitur perfecta charitas, quæ eſt vera amicitia. Antecedens probatur: Quælibet creatura eſt ex natura ſua contemptibilis reſpectu Dei, cum ſit reſpectu Dei maximè vilis; ergo nulli creaturæ poteſt eſſe connaturalis amicitia Dei: neque enim amicus poteſt ab amico iure contemni. Deinde amicitia non eſt connaturalis,niſi inter pares, iuxta illud: Amor aut pares in venit Amantes, aut facit: ſed nulla creatura poteſt eſſe par Deo; ergo.

Nulli creaturæ poteſt eſſe connaturalis amicitia Dei.

---

§. VII.

Ponuntur aſſerta nonnulla, aut conſequentia, aut corroboratiua doctrinam ſuperioris?

86. ASSERTVM I. Eſt omninò impoſſibilis ſubſtantia creata ſupernaturalia. Ita Authores citati pro aſſertis ſuperioris §.

Subſtantia ſupernaturalis creata eſt omninò impoſſibilis. Creatura ineleuabilis, & carens potentia obedientiali eſt impoſſibilis.

Probatur primò: Eſt omninò impoſſibilis creatura, quæ non ſit à Dei eleuabilis, ſed ſubſtantia ſupernaturalis creata, ſi daretur, non eſſet à Deo eleuabilis, ergo. Maior probatur, creaturæ reſpectu Dei eſt eſſentialis potentia obedientialis; reſpicit enim eſſentialiter creatura Deum, vt ſerua Dominum, vt inferior ſuperiorem: ſed creatura non eleuabilis non haberet potentiam obedientialem;ergo.Maior etiã probatur:Talis ſubſtantia nec reſpiceret ordinem ſuperiorem, ad quem poſſet eleuari, ordo enim ſupernaturalis eſt ordo ſupremus, qui excogitari poſſit *ex probatione 2. 1. aſſerti §. ſuperioris*; Nec reſpiceret accidens ſuperius, per quod poſſet eleuari, non enim poteſt dari accidens ſuperius accidentibus ſupernaturalibus, quæ de facto dantur, huiuſmodi autem accidentia reſpectu talis ſubſtantiæ non eſſent ſuperiora. Sed omnia ſe haberent, aut vt accidentia propria, aut vt accidentia communia. Et ſicuti ſubſtantia naturalis per nullum accidens naturale eleuari poteſt; ita nec ſubſtantia ſupernaturalis eleuari poſſet per vllum accidens ſupernaturale, & poſſet quidem recipere aliquod indebitum, quia aut præter, aut contra: & non quia ſuprà propriam naturam.

Dices eleuabilitatem, ſeu potentiam obedientialem, eſſe ad illud omne, ad quod res non habet virtutem innatam, ſiue deindè illud ſit ſuperius, ſiue non, ſic v. g. ſi Angelus producat lapidem, vel lumen gloriæ producat calorem, producit per eleuationem, & potentiam obedientialem, & tamen nec lapis eſt quid ſuperius Angelo, nec calor eſt quid ſuperius lumine gloriæ. Eodem igitur modo ſubſtantia creata ſupernaturalis, ſi daretur, haberet adhuc potentiam obedientialem, & eleuabilitatem, etiamſi non reſpiceret aliquid ſuperius, quia non haberet virtutem innatam ad quemlibet effectum producibilem, ſed contra. Eleuatio alia eſt impropria, & fit ad aliquid præter naturam eius, quod eleuatur: alia eſt propria, & fit ad aliquid ſupra naturam eius, quod eleuatur. Primo modo tranſeat, quod foret eleuabilis ſubſtantia creata ſupernaturalis: et non eſſet eleuabilis. Secundo modo, & tamen hæc etiam eleuabilitas videtur de eſſentia cuiuſlibet creaturæ, tum propter ſuprà allatam auctoritatem Auguſtini dicentis *pertinere ad dignitatem Dei, quod poſſit aliqua facere ſuper omnem naturam*: Tum quia eleuatio ad aliquid præter naturam poteſt ſæpiſſimè fieri etiam ab agente creato. Sic ignis eleuat aquam ad calefaciendum. Vt igitur reſpectu Dei ponatur in qualibet creatura ſpecialis eleuabilitas debet hæc poni ad aliquid ſupra naturam. 87.

Eleuatio, alia impropria ad aliquid præter, alia propria ad aliquid ſuprà naturã.

Dices inſuper: Allatum argumentum eodem modo probaret repugnare etiam accidentia ſupernaturalia, quia ex vna parte potentia obedientialis, & eleuabilitas, æquè eſt eſſentialis accidenti, ac ſubſtantiæ. Ex alia parte ſi ſupernaturalitas poſita in ſubſtantia reddit ipſam ineleuabilem, non eſt, cur poſita in accidente non reddat ipſum ineleuabile. Sed contra: Accidentia ſupernaturalia, quamvis non ſint eleuabilia vt quod, ſunt tamen eleuabilia, vt quo, ſeu ſunt ipſæ eleuationes, ſunt id, quo Deus cætera eleuat, adeóque optimè ſubſunt Deo, vt eleuanti ex quo capite modus vnionis hypoſtaticæ ſi aſſeratur diſtinctus realiter ab extremis, quamvis entitas ſubſtantialis ſit, non repugnat, quia ſe habet vt quo, & vt eleuatio; at ſubſtantia ſupernaturalis, ſi daretur, neque vt quo, neque vt quod eſſet eleuabilis. Non vt quod quia ipſa non reſpiceret ſuperiorem ordinem. Non vt quo, quia non ſe haberet vt eleuatio, ſed potiùs deberet ſe habere vt principium quod eleuationis, quia eſſet connaturale, & radicale principium acci- 88.

Accidentia ſupernaturalia ſunt eleuabilia vt quo, quatenùs ſunt ipſæ eleuationes.

dentium ſupernaturalium, quæ ſunt ipſæ eleuationes.

89. Dices tandem ſuſtineri poſſe, quod ſubſtantia ſupernaturalis creata haberet ordinem ſuperiorem, ad quem poſſet ſimpliciter, proprie, & vt quod eleuari: eſſet verò talis ordo, ordo vnionis hypoſtaticæ, qui videtur omninò ſuperior ordine ſupernaturali, qui de facto datur, & ſe habens in ordine ad gratiam, ſicuti gratia in ordine ad naturam. Sicuti enim opera procedentia à natura non poſſunt eſſe meritoria habitualis gratiæ; ita nec opera procedentia à gratia habituali poſſunt eſſe condignè meritoria vnionis hypoſtaticæ. Sed contra: Ordo vnionis hypoſtaticæ non eſt ſuperior ordine ſubſtantiæ ſupernaturalis: imò ex hoc capite etiam probatur repugnantia huius ſubſtantiæ, quia ſcilicet eſſet ipſi connaturalis vnio hypoſtatica, ex quo, vt infert De Quiros 1. *parte, diſp.* 20. *ſect.* 5. *num.* 77. ſequeretur Deum propriiſſimè venire in compoſitionem cum creatura, debere creaturæ per modum complementi diuinitatem, excuſabilem eſſe errorem illorum, qui putarunt Deum eſſe animam mundi, & partem compoſiti creati. Non eſt inquam ſuperior ordo vnionis hypoſtaticæ: & ſicuti de facto ſubſiſtentia naturalis non eleuat ſubſtantiam naturalem; ita nec ſubſiſtentia diuina ſupernaturalis eleuaret ſubſtantiam ſupernaturalem, ſi daretur, ſed ſolùm ipſam compleret, & perficeret in ſuo ordine, non eueheret ad ordinem ſuperiorem.

Ordo vnionis hypoſtaticæ non eſſet ſuperior ordine ſubſtantiæ creatæ ſupernaturalis, ſi daretur.

90. Ad probationem in oppoſitum dico opera naturalia, quia inferioris ordinis neque etiam de congruo mereri poſſe gratiam habitualem: at opera ſupernaturalia procedentia à gratia habituali, quia non inferioris ordinis ad gratiam vnionis poſſe ipſam de congruo mereri. Quod deinde nequeant mereri de condigno non prouenit ex inferioritate ordinis, ſed ex ratione ſupernaturalitatis accidentalis, quatenùs ſicuti accidens naturale, non poteſt eſſe cauſa phyſica principalis ſubſtantiæ naturalis, ita opus procedens à principio accidentaliter ſupernaturali non poteſt eſſe cauſa meritoria de condigno alicuius ſubſtantialiter ſupernaturalis, cuiuſmodi eſt perſona diuina, quam ſecum trahit vnio hypoſtatica: & ecce aliud caput repugnantiæ pro ſubſtantia ſupernaturali creata, quia ſcilicet opera procedentia à tali ſubſtantia, cum eſſent à principio ſubſtantialiter ſupernaturali, haberent condignitatem ad habendū pro præmio bonum ſubſtantiale ſupernaturale, adeóque ipſam diuinam perſonam.

Subſtantia creata ſupernaturalis poſſet condignè mereri vnionem hypoſtaticā.

91. Probatur ſecundò: Implicat natura inferior cui conueniat ab intrinſeco illud, quod eſt proprium naturæ ſuperioris: Sed ſubſtantia ſupernaturalis creata eſſet natura inferior ad naturam Dei, & ei conueniret illud, quod eſt proprium naturæ Dei. Maior probatur tum ratione, quia illud, quod eſt proprium naturæ ſuperioris, ſi ab intrinſeco conueniat naturæ inferiori erit, & non erit, proprium naturæ ſuperioris, ſeu erit proprium naturæ ſuperioris, & commune inferiori: tum inductione, qua conſtat vnam naturam fieri alteram, quando ei proprietates alterius ab intrinſeco conueniunt; ſic aquæ non conuenit eſſe principium connaturale radicale caloris, niſi in ignem conuertatur, & intercluderetur via Philoſophis probandi ex diuerſis proprietatibus diuerſas formas ſubſtantiales, ſi poſſent vni ab intrinſeco conuenire ea, quæ ſunt propria alterius. Minor quoad primam partem patet, quoad ſecundam probatur; ſubſtantiæ ſupernaturali creatæ conuenit ab intrinſeco eſſe connaturale principium accidentium ſupernaturalium: omnis enim ſubſtantia eſt connaturale principium aliquorum accidentium ſui ordinis: ſed eſſe connaturale principium accidentium ſupernaturalium eſt proprium naturæ Dei, quia accidentia ſupernaturalia dicunt proportionatam connexionem cum Deo, vt eſt in ſe; & ſunt participationes Dei in prædicatis ipſius propriiſſimis: eſt autem proprium naturæ Dei tribuere huiuſmodi connexionem, & participationem; nec natura inferior poteſt tribuere alteri connexionem cum natura ſuperiori, vt eſt in ſe, & participationem eiuſdem in prædicatis ipſius propriiſſimis, alioqui contineret prædicata propriiſſima naturę ſuperioris, & ipſam, vt eſt in ſe, ſibi quodammodo, ſubiiceret: ergo.

Proprietates naturæ ſuperioris nequeunt conuenire naturæ inferiori.

Dices: hinc ſequitur accidentia ſupernaturalia eſſe propria Dei, & tanquam naturæ diuinæ proprietates: hoc autem non eſt dicendum, quia non apparet, quomodo accidēs poſſit eſſe proprium, & connaturalis proprietas illius, cui nec ineſt, nec ineſſe poteſt, ſicuti nec inſunt, nec ineſſe poſſunt Deo accidentia ſupernaturalia. Sed contra dico accidentia ſupernaturalia eſſe propria Dei, & naturæ diuinæ proprietates tanquam efficientis, non tanquam recipientis; tanquam principij, non tanquam ſubiecti: & quod Deo nec inſint, nec ineſſe poſſint, probat ſolùm non eſſe propria, ſeu connaturales proprietates ipſius, tanquam recipientis, & ſubiecti. Neque vrgeas: ergo eſt dabilis ſubſtantia creata, reſpectu cuius ſint connaturales proprietates, tanquam recipientis, & ſubiecti, qua ratione non ſunt connaturales proprietates Dei, adeò vt, ſicuti ſunt connaturales Deo in ratione efficientis, & principij; non in ratione recipientis, & ſubiecti; ita è contra ſint connaturales alicui creaturæ in ratione recipientis, & ſubiecti; non in ratione efficientis, & principij. Contra enim: huiuſmodi creatura, ſi eſſet poſſibilis, deberet de facto dari, ne accidentia ſupernaturalia extra ſubiectum ſibi connaturale perpetuam violentiam paterentur, vt tradebatur *initio ſuperioris* §. Sentiendum igitur accidentia ſupernaturalia nec de facto habere nec habere poſſe ſubiectum connaturale, & ſolùm ſubiectum obedientiale reſpicere: habere quidem principium, à quo petunt effici, at non habere ſubiectum, in quo petant recipi; hanc eſſe ſpecialem prærogatiuam accidentiū ſupernaturaliū, quæ ſunt eleuationes inferioris factæ à ſuperiore, adeoque quia ſunt eleuationes inferioris reſpiciunt ſubiectum impro

92.

Accidentia ſupernaturalia ſunt proprietates Dei tanquā principij nō tanquā ſubiecti.

93.

Accidentia ſupernaturalia, nec de facto habent, nec habere poſſunt ſubiectum connaturale.

improportionatum, & inferius; quia factæ à ſuperiore reſpiciunt principium proportionatum, & ſuperius.

Eſt impoſſibilis forma ſubſtantialis creata ſupernaturalis.

Assertvm II. Eſt omninò impoſſibilis forma ſubſtantialis creata ſupernaturalis. Ita Auctores citati *pro aſſertu ſuperiori §. ſpecialiter verò* Io. à S. Thoma 1. *parte, diſp. art.*4.*num.*21. De Quiros *diſp.*20.*ſect.*6. *num.* 89.

Probatur: Eſt omninò impoſſibilis forma ſubſtantialis, quæ ſit ſupra naturam, & exigentiam cuiuſcumque ſubiecti creati; ergo eſt omnino impoſſibilis forma ſubſtantialis creata ſupernaturalis. Conſequentia patet, quia ſicuti accidens ſupernaturale eſt ſuprà naturam cuiuſcumque creatæ ſubſtantiæ; ita forma ſubſtantialis ſupernaturalis debet eſſe ſuprà naturam cuiuſcumque creatæ, materiæ, ſeu cuiuſcumque creati ſubiecti. Nec rectè diceretur poſſibilem etiam eſſe ſupernaturalem materiam, cum qua forma ſubſtantialis ſupernaturalis compoſitum ſubſtantiale conſtitueret, nam hoc modo admitteretur ſubſtantia ſupernaturalis completa, & compoſita, & ſic contra talem ſubſtantiam; quia eſſet completa recurrerent omnia argumenta ſuperioris aſſerti; quia eſſet compoſita, non poſſet ſuſtineri perfectior ſubſtantiis ſimplicibus, præſertim intellectualibus, & tamen ratione ſupernaturalitatis debet etiam eſſe ſupra huiuſmodi ſubſtantias. Antecedens probatur, quia cum anima rationalis ſuperans adeo perfectionem materiæ adhuc non ſit ſuprà naturam, & exigentiam ipſius, non apparet ex quo capite forma aliqua ſubſtantialis poſſit eſſe ſupà naturam, & exigêntiam cuiuſcomque materiæ ſeu ſubiecti; niſi ex eo, quod ſit radicale principium alicuius proprietatis ſupernaturalis: at eſſe connaturale principium proprietatum ſupernautralium eſt proprium naturæ diuinæ & repugnans omninò cuicumque entitati creatæ, vt mox

Eſt impoſſibilis materia ſupernaturalis.

95. ſuprà probabatur; ergo. Probatur inſuper idẽ antecedens: Eſt impoſſibilis forma ſubſtantialis creata, quæ non reſpiciat ſubiectum in ordine ad ipſam formaliter incompletum: ſed eo ipſo, quod reſpiceret ſubiectum in ordine ad ſe ipſam formaliter incompletum, non eſſet ſupra naturam, & exigentiam talis ſubiecti; ergo. Minor patet, quia quodlibet incompletum exigit compleri ab eo, in ordine ad quod eſt incompletum; & illud naturaliter reſpicit tanquam complementum ſibi debitum, & conueniens. Maior probatur: Huiuſmodi forma, quæ non reſpiceret ſubiectum in ordine ad ſe ipſam formaliter incompletum, adueniret ſubiecto vel ſimpliciter completo, & ſic adueniret vt accidens, non vt forma ſubſtantialis, vel incompleto, in ordine tamen ad aliam formam, non in ordine ad ſe ipſam, & ſic adueniret ſubiecto, in quo non inueniret proprium complementum, à quo non compleretur, & cum quo per conſequens non conſtitueret vnum quid completum ſubſtantiale, & per ſe: ſicque à primo ad vltimum eſſet forma ſubſtantialis, & non haberet, nec habere poſſet ſubiectum, cum quo poſſet conſtituere vnum ſubſtantiale, & per ſe.

96. Dices ſubſiſtentia diuina facit vnum per ſe cum natura creata, licèt nec à natura creata exigatur, nec natura creata ſit formaliter incompleta in ordine ad ipſam; cum natura creata in ordine ad propriam ſubſiſtentiam creatam, non in ordine ad ſubſiſtentiam increatam incompleta ſit; ergo ſimiliter eſt dabilis forma ſubſtantialis faciens vnum per ſe cum ſubiecto, licèt nec à tali ſubiecto exigatur, nec tale ſubiectum ſit formaliter incompletum in ordine ad illam formam. Sed contra: Argumentum noſtrum non intendit probare, quod ad conſtituendum vnum per ſe debeat ſemper vna pars connaturaliter, ineſſe alteri, ſed quod debeat reſpicere aliquam compartem, cui connaturaliter ineſſe poſſit, & à qua connaturaliter exigatur, ſicuti connaturaliter ineſt diuinæ naturæ, & ab hac connaturaliter exigitur diuina ſubſiſtentia, cui propterea ex genere ſuo competit conſtituere vnum per ſe: at forma ſubſtantialis ſupernaturalis; ſi daretur, nullam prorſus compartem reſpiceret, cum qua poſſet connaturaliter facere vnum per ſe, ideo non eſt par ratio.

Forma non poteſt conſtituere vnũ per ſe, niſi aliquã compartem reſpiciat connaturaliter,

97. Ex allatis probationibus vtriuſque aſſerti mox poſiti patet primò cur accidens ſupernaturale poſſit eſſe connaturale alteri accidenti, quomodo viſio eſt connaturalis lumini gloriæ, non verò poſſit eſſe connaturale ſubſtantiæ. Ratio ſcilicet eſt, quia cum ſubſtantia ſit ens per ſe, & propter ſe exiſtens, perfectio accidentis connaturalis ſubſtantiæ tota refunditur in ipſam ſubſtantiam ipſamque reſpicit tanquam principium radicale. Repugnat autem creatura, quæ ſit principium radicale accidentis ſupernaturalis & in quam refundatur tota perfectio talis accidentis: at accidens eſt entis ens, totáque ipſius perfectio refunditur in aliquam ſubſtantiam, ideo ex eo, quod vnum accidens ſit connaturale alteri, non ſequitur, quod tota ipſius perfectio refundatur in alterum, vel quod alterum reſpiciat tanquam principium radicale.

Cur accidens ſupernaturale poſſit eſſe connaturale alteri accidenti, non verò alicui ſubſtantiæ creatæ.

98. Patet ſecundò cur ſit dabilis forma accidentalis ſupernaturalis, non forma ſubſtantialis. Quia ſcilicet forma ſubſtantialis ſupernaturalis deberet eſſe principium radicale accidentium ſupernaturalium; accidens verò ſupernaturale, ſi eſt principium alterius accidentis ſupernaturalis, non eſt principium radicale. Item, quia forma ſubſtantialis, cum debeat conſtituere vnum per ſe, debet reſpicere ſubiectum, quod ipſam exigat, quod ad ipſam per ſe ordinetur, adeóque quod ipſi connaturale ſit: at forma accidentalis, cum non conſtituat niſi vnum per accidens, nullam petit in ſubiecto ſui exigentiam, ſed contentum eſt quacumque obedientiali capacitate.

Cur ſit dabilis forma accidentalis, non forma ſubſtantialis ſupernaturalis.

99. Assertvm III. Eſt omninò impoſſibilis ſubſiſtentia creata ſupernaturalis.

Eſt impoſſibilis ſubſiſtentia creata ſupernaturalis.

Probatur: Eſt omninò impoſſibilis ſubſiſtẽtia

tia creata, quæ non ſit connaturalis alicui ſubſtantiæ creatæ, ſed ſubſiſtentia creata ſupernaturalis nulli ſubſtantiæ creatæ connaturalis eſſet; ergo eſt omninò impoſſibilis ſubſiſtentia creata ſupernaturalis. Minor patet; quia ſubſiſtentia ſupernaturalis non poteſt eſſe connaturalis niſi ſubſtantiæ ſupernaturali: at ex ſupradictis ſubſtantia ſupernaturalis creata repugnat; ergo ſubſiſtentia ſupernaturalis creata nulli ſubſtantiæ creatæ poſſet eſſe connaturalis. Maior probatur primò: De conceptu ſubſiſtentiæ eſt emanare à natura, ſeu ſubſtantia, cuius eſt per ſe, & propria ſubſiſtentia, ideo enim dicitur terminus intrinſecus, quia intrinſecus emanat à natura, quam per ſe terminat: ſed quod emanat ab aliqua natura, ſeu ſubſtantia, non poteſt non eſſe connaturale tali ſubſtantiæ, emanare enim eſt ab intrinſeco fluere, nec poteſt non eſſe connaturale quod ab intrinſeco profluit, & ab intrinſeco conuenit. Secundo non poteſt dari complementum, reſpectu cuius non detur aliquid connaturaliter complebile, & quod aduenire non poſſit, niſi enti aliunde completo, ſed huiuſmodi eſſet ſubſiſtentia creata, quæ non eſſet connaturalis alicui ſubſtantiæ creatæ, talis quippè ſubſiſtentia, ſicuti nulli ſubſtantiæ eſſet connaturalis; ita nullam ſubſtantiam reſpiceret, vt connaturaliter complebilem, nec aduenire poſſet, niſi ſubſtantiæ aliunde completæ per ſubſiſtentiam propriam, & connaturalem: Maior probatur: Complementum, & complebile ſunt eſſentialiter correlatiua non minus, quam factiuum, & factibile; viſiuum, & viſibile; ſed non poteſt dari factiuum, cui non ſit connaturale aliquod factibile viſiuum, cui non ſit connaturale aliquod viſibile. Deinde complementum, quod ex natura ſua nequeat aduenire, niſi enti completo, eſt complementum, quod ex natura ſua nequit complere, adeoque eſt, & non eſt ex natura ſua complementum.

Subſiſtentia eſſentialiter fluit a natura, cuius eſt per ſe ſubſiſtentia.

100\. Eſt impoſſibilis modus ſubſtantialis ſupernaturalis exceptâ vnione hypoſtaticâ, ſi hæc eſt modus.

Aſſertvm IV. Eſt omninò impoſſibilis ſubſtantia modalis, ſeu modus aliquis ſubſtantialis ſupernaturalis, exceptâ vnione hypoſtaticâ, ſi hæc eſt modus, ſi inquam hæc eſt modus, nam in mea ſententia aſſerente vnionem eſſe complexum ex extremis, vnio hypoſtatica eſt complexum ex humanitate, & ſubſiſtentia verbi, eſt quid ſubſtātiale partim naturale, partim ſupernaturale, & eâ ratione, qua quid ſupernaturale eſt, eſt etiam quid increatum; vnde in meis principiis nihil prorſus ſubſtantiale, eâ ratione, qua quid creatum, eſt poteſt eſſe ſupernaturale. Loquendo deinde in principiis Modaliſtarum aſſero nullum modum ſubſtantialem poſſe eſſe ſupernaturalem præter modū vnionis hypoſtaticæ, quod ſic

Non eſt dabilis modus ſubſtantialis, qui non ſit modus vnionis.

Probatur: Non eſt dabilis modus ſubſtantialis, qui non ſit modus vniònis aut inter materiam, & formam ſubſtantialem, aut inter naturam, & ſuppoſitum: ſed modus vnionis inter materiam, & formam ſubſtantialem, non poteſt eſſe ſupernaturalis; ergo non eſt dabilis modus ſubſtantialis ſupernaturalis, niſi inter naturam, & ſuppoſitum; naturam ſcilicet creatam, & ſuppoſitum diuinum; qui modus dicitur vnio hypoſtatica; ergo eſt omninò impoſſibilis ſubſtantia modalis, ſeu modus ſubſtantialis ſupernaturalis exceptâ vnione hypoſtatica, ſi hæc eſt modus. Maior patet inducendo per ſingulos modos à Modaliſtis aſſignabiles, qui omnes reducuntur ad aliquod prædicamentum contradiſtinctum a ſubſtantia; ſcilicet, vel ad actionem, vel ad relationem, vel ad vbi, vel ad quando, &c. Minor probatur: Modus vnionis inter materiam, & formam ſubſtantialem non poteſt eſſe ſupernaturalis, niſi vniat vel materiam, vel formam ſubſtantialem ſupernaturalem, ſed ex *ſuperiori 2. aſſerto.* Nec eſt dabilis materia, nec forma ſubſtantialis creata ſupernaturalis; ex *lib. 1. cap. 6.* §. 9. Deus non poteſt venire in compoſitionem per modum aut materiæ aut formæ; ergo non eſt dabilis modus vnionis ſupernaturalis inter materiam, & formam ſubſtantialem. Maior probatur quia modus vnionis ſequitur conditionem extremorum, quæ vnit. Neque dicas dicendam eſſe ſupernaturalem omnem vnionem, quæ haberi non poſſit viribus naturæ: Multiplex autem aſſignabilis eſt inter materiam, & formam ſubſtantialem vnio, quæ haberi non poteſt viribus naturæ, talis eſt vnio inter materiam ſublunarem, & formam cœleſtem; inter materiam, & formam corruptam, &c. Contra enim, huiuſmodi vnio eſt ſupernaturalis ad ſummum in fieri, nullatenus in facto eſſe, nec maiorem habet ſupernaturalitatem, quàm viſus cæco reſtitutus, aut idem numero effectus reproductus.

Vnio non poteſt eſſe ſupernaturalis, niſi vniat, vel materiam, vel formam

Aſſertvm V. Eſt omnino impoſſibilis intellectus creatus ab intrinſeco ſupernaturalis, non ſolum in ſententia aſſerente intellectum realiter indiſtinctum à ſubſtantia intellectiua, ſed etiam in ſententiâ diſtinguente realiter intellectum à ſubſtantia intellectiua, tanquam accidens, ſeu potentiam accidentalem. Dixi non ſolùm, &c. Nam in ſententia identificante intellectum cum ſubſtantiâ argumenta allata ad probandam impoſſibilem ſubſtantiam creatam ſupernaturalem probant etiam impoſſibilem intellectum creatum ſupernaturalem. 101.

101\. Eſt impoſſibilis intellectus creatus ab intrinſeco ſupernaturalis, etiam in ſententia ipſum diſtinguente à ſubſtantia intellectiua.

Probatur primò: Eſt omninò impoſſibilis intellectus creatus, cui ſit connaturalis viſio Dei; ſed intellectui creato ab intrinſeco ſupernaturali eſſet connaturalis viſio Dei; ergo eſt omnino impoſſibilis intellectus creatus ab intrinſeco ſupernaturalis. Maior probata eſt in calce §. *ſuperioris.* Minor probatur: Intellectus ab intrinſeco ſupernaturalis æquiualeret conflato ex intellectu, & lumine gloriæ: ſed tali conflato eſt connaturalis viſio Dei. Confirmatur ex *ſuprà dictis, cap.* 1. §. 5. Impotentia videndi Deum viribus naturæ oritur ex imperfectione modi eſſendi, ſed intellectus creatus ab intrinſeco ſupernaturalis non habet inferioritatem modi eſſendi; eſſet enim participatiuè eiuſdem ordinis cum Deo non minus, quàm ipſum lumen gloriæ, ergo talis intellectus eſſet potēs,

non

noo impotens videte Deum propriis viribus.

101. Eſt impoſſibilis intellectus, qui non ſit connaturalis alicui ſubſtantiæ.

Probatur ſecundo : Eſt impoſſibilis intellectus creatus, qui non ſit coonaturalis alicui ſubſtantiæ creatæ, ſed intellectus ſupernaturalis ab intrinſeco non eſſet connaturalis alicui ſubſtantiæ ereatæ ; ergo. Minor patet, quia intellectus ſupernaturalis non poteſt eſſe connaturalis, niſi ſupernaturali ſubſtantiæ : Subſtantia autem ſupernaturalis creata repugnat ex dictis. Maior probatur, tum quia intellectus eſt ex genere ſuo proprietas emanans à ſubſtantia ; tum quia intellectus, qui non eſſet connaturalis alicui ſubſtantiæ non poſſet connaturaliter exire in actum ; potentia enim vitalis nequit exire in actum vitalem, niſi cum conſortio ſubſtantiæ recipientis, & coefficientis talem actum vitalem, qui cum ſit eſſentialiter immanens, non poteſt effici, niſi à principio, in quo recipiatur nec poteſt recipi, ſaltem tanquam io ſubiecto vltimo, niſi in ſubſtantia. Eadem ratione probatur nullam aliam potentiam vitalem creatam poſſe eſſe ab intrinſeco ſupernaturalem.

Potentia vitalis nō poteſt eſſe ſupernaturalis ab intrinſeco.

103. Subſtantia ſupernaturalis eſt ratio propria Dei, illatiuè, & conſequenter.

Ex his habetur rationem ſubſtantiæ ſupernaturalis eſſe rationem propriam Dei non quidem primario & formaliſſimè ; ſic enim eſt propria Dei ſola ratio eſſendi ſimpliciter à ſe, bene tamen ſecundario illatiuè, & conſequenter, eo modo, quo ſunt rationes propriæ Dei eſſe actum purum, eſſe incomprehenſibilem, eſſe primam cauſam, & ſimilia; quæ non poteſt Deus creaturis communicare, nec poſſunt reperiri niſi in Deo, ſeu niſi in babente naturam diuinam ; propterea recte habet D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 5. *ad* 3. *Lumen gloriæ non poteſt eſſe naturale creaturæ, niſi creatura eſſet naturæ diuinæ.* Vbi aduerte obitet diei oon poſſe D. Thomam loqui ſolùm de potentiâ ordinariâ, cum ipſius ratio de potentia etiam abſoluta procedat, & ſicuti per nullam potentiam creatura poteſt eſſe naturæ diuinæ, ita per nullam potentiam creaturæ poſſet eſſe naturale lumen gloriæ.

104. Habetur inſuper aliqua conuenire poſſe partibus ſeorſim, quæ non conueoiunt iiſdem ſimul, ſeu extremis ſeorſim, quæ non conueniont conflato ex extremis. Sic nec ratio ſupernaturalis, oec ratio ſubſtantiæ, eſt propria Dei, eſt tamen propria Dei ratio ſubſtantiæ ſupernaturali : nec ſubſtantiæ, vt ſubſtantia eſt, nec creaturæ, vt creatura eſt, repognat ſupernaturalitas ; repugnat verò conflato ex ſubſtantia, & creatura, ſeu ſubſtantiæ creatæ ; eo modo, quo nec hirco, nec ceruo repugnat exiſtere : repugnat verò bircoceruo, & in vniuerſum in qualibet Chymera quodlibet extremum ſeorſim eſt poſſibile, conflatum ex extremis eſt repugnans.

CAPVT IV.

De obiecto Increato Viſionis Dei.

QVi videntem omnia vident vix poſſunt omnia non videre, & vt cum D. Gregorio 2. *Moralium, cap.* 3. loquar : *Quid eſt quod ibi neſciant, vbi ſcientem omnia ſciunt.* Ampliſſimum propterea eſt obiectum viſionis Dei, nec aut increatum ſolùm, aut ſolùm creatum ens, ſed vtrumque complectitur ; increatum tanquam primarium, creatum tanquam ſecundarium. Illud idcirco primarij prærogatiuâ poſtulat primò explicari : & veniunt illius nomine omnes perfectiones, quæ ſunt in Deo formaliter, cuiuſmodi ſunt eſſentia, perſonalitates, attributa, &c. ſecuti nominè obiecti creati veniunt ea, quæ ſunt in Deo eminenter, nimitum creaturæ ſiue poſſibiles, ſiue exiſtentes. Dum nomine obiecti primarij dico veoire omnes perfectiooes, quæ ſunt in Deo formaliter, loquor comparatiuè ad obiectum creatum. Nam vtrùm abſolutè ſola eſſentia debeat dici obiectum primarium, & diuinæ perſonæ obiectum ſecundarium, vt tradit Scotus *in* 1. *diſt.* 1. *quæſt.* 2. 3. *modus ponendi eſt iſte.* Multum babet quæſtiooìs d enomine, & licèt eſſeotia ſit obiectum aliquo modo magis primarium, quàm perſonæ ; eſt tamen locutio minus congrua perfectioni diuinarum Perſonarum ipſas abſolutè nuncupare obiectum ſecundarium. 1.

§. I.

Vtrùm Beati videant de facto omnia, quæ ſunt in Deo formaliter?

ASSERTVM I. Beati de facto vident omnia, quæ ſunt io Deo formaliter. Ita D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 7. *ad* 1. *contra Gentes, cap.* 55. *in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 2. *art.* 3. *ad* 3. D. Bonauentura *in* 3. *diſt.* 14. *art.* 1. Salmant. 1. *parte, tract.* 2. *diſp.* 7. *dub.* 1. Ioan. à S. Thoma *quæſt.* 12. *diſp.* 15. *art.* 1. Syluius *quæſt.* 12. *art.* 8. *concl.* 1. Herincx *diſp.* 5. *quæſt.* 6. Molina *quæſt.* 12. *art.* 8. *diſp.* 3. Amicus *diſp.* 9. *ſect.* 17. Arriaga *diſp.* 9. *ſect.* 7. aliique Theologi cōmuniſſimè contra *Ockamum, Paludanum, Godefredum, Henricum, Ferrarienſem, Victoriam,* alioſque nonnullos, quorum ſententiam videntur magis rigidè excipere Smiſing. *diſp.* 9. *quæſt.* 5. *num.* 102. Herincx *loco cit. num.* 55. dum ille vult poſitum aſſertum ſine dubitatione de fide eſſe, iſte non poſſe ſine temeritate negari.

2. Vi. o Dei de facto attingit omnia, quæ ſunt in Deo formaliter.

Z 3 Probatur

Probatur primò auctoritate prim. Io. 3. *Videbimus eum ſicuti eſt*, vnum ſcilicet, & Trinum, vt explicare videtur Concilium Florentinum *ſeſſ. vlt. in decreto de Purgatorio* definiens *animas Iuſtorum intueri Deum ipſum Trinum, & vnum ſicuti eſt.* Nomine autem Dei vnius, & Trini vti ſolemus ad ſignificanda omnia, quæ ſunt in Deo formaliter: nomine quidem Dei vnius omnia abſoluta: nomine Dei Trini omnia relatiua: prim. Cor. 13. *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.* Et paulo ante: *Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt.* Si autem Beati non attingerent omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, adhuc Paulus in Patria ex parte cognoſceret, nec Deum cognoſceret ſicuti ipſe à Deo cognitus eſt, nec nos humiles eſſemus Deo, niſi cognoſcendo ipſum ſicuti eſt cognoſceremus omnia, quæ habet in ſe formaliter, vti hæc omnia cognoſcit Deus ipſe cognoſcendo ſe ſicuti eſt, contra illud prim. Io. 3. *Scimus quoniam, cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt.* Pſal. 47. *ſicuti audiuimus, ſic vidimus in Ciuitate Domini.* Sed nunc per auditum credimus eſſentiam, Perſonas, & attributa; ergo eadem per viſionem intuebimur, vt tradit etiam D. Auguſtinus *lib. 2. de ciuitate, cap. 21. Quid videbimus, niſi Deum, & omnia illa, quæ nunc non videmus, credentes autem pro modulo capacitatis humanæ, longè minus, quam ſunt, atque incomparabiliter cogitamus.* Neque dicas hinc potius probari, quod aliqui ſaltem Beati non videant omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, quia in via non quilibet omnia Myſteria credit; Sed vnus plura, alius pauciora. Contra enim: licèt quoad fidem explicitam non quilibet omnia credat, ſecus tamen eſt de fide implicita, cui, & non ſoli explicitæ, viſio correſpondet, vt videtur etiam colligi ex verbis illis Auguſtini *pro modulo capacitatis humanæ longè minus, &c.*

3. Probatur ſecundo ratione: Beati de facto vident Deum clarè, & diſtinctè, ſed non viderent clarè, & diſtinctè, niſi viderent omnia, quæ ſunt in ipſo formaliter: ergo Beati de facto vident omnia, quæ ſunt in Deo formaliter. Maior probatur: Licèt cognitio intuitiua, ſi imperfecta ſit, eſſe poſſit obſcura (vt exemplificari poteſt in viſione coloris à longe, & probari ex eo, quod cognitio intuitiua non differt, vt notat Arriaga 1. *parte, diſp. 9. ſect. 2. num.* 10. ab abſtractiua in eo, quod illa ſit clara, & diſtincta, iſta obſcura, & confuſa; ſed in eo, quod ille ſit per ſpecies proprias, & obiecti exiſtentis; iſta per ſpecies alienas, & præſcindens ab obiecti exiſtentia) cognitio tamen intuitiua quam habent Beati de Deo, cum ſit perfecta, & claritas ſit maxima cognitionis perfectio, debet eſſe clara, & diſtincta. Minor etiam primi argumenti probatur primò, quia Beati non videndo omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, videre quidem poſſent diſtinctè, & clarè aliquid Dei, at non Deum ipſum; cum Deus ipſe ſit omnia, quæ in ſe formaliter continet, iuxta illud, quod communiter dici ſolet: *Quidquid eſt in Deo, Deus eſt.* Secundo Beati vident Deum delectabiliter, ſeu tanquam obiectum, in quo maxime delectantur; videndo enim Deum beantur, & delectatio ſi non eſt de eſſentia, eſt ſaltem de complemento beatitudinis; ſed non viderent delectabiliter, niſi viderent ita clarè, & diſtinctè, vt viderent omnia, quæ ſunt in ipſo formaliter: ſicuti non videt quis delectabiliter hortum amœniſſimũ v. g. niſi videat ita clarè, & diſtinctè, vt attingat in ſe ipſis varios flores, proportiones, correſpondentias, &c. ergo Beati non viderent Deum clarè, & diſtinctè, ſaltem quantum requiritur ad videndum ipſum delectabiliter, niſi viderent omnia, quæ ſunt in ipſo formaliter.

Cognitio intuitiua poteſt eſſe obſcura.

Beati vident Deum clarè, & diſtinctè.

Et delectabiliter.

4. Confirmatur: Viſio Dei dici ſolet cognitio facialis iuxta illud 1. Cor. 13. *Tunc autem facie ad faciem*: Sed cognitio facialis alicuius rei ſolet dici illa, quæ ita clarè, & diſtinctè rem attingit, vt diſtinguat quodammodò in ipſa formam indiuidualem, & propriiſſima lineamenta: ergo Beati de facto vident Deum quoad prædicata ipſius etiam propriiſſima, adeoque multo magis quoad minus propria, & conſequenter quoad omnia, quæ in ipſo formaliter ſunt.

Viſio Dei eſt cognitio facialis.

5. Dices cum poſito aſſerto, eiuſque probationibus male cohærere illud, quod *ſuperiore libro, cap. 3. §. 1.* dictum eſt de attributorum numero, aſſerendo ipſa eſſe multitudine infinita, & innumera. Non enim apparet quomodo poſſit actus finitus, cuiuſmodi eſt viſio Dei attingere clarè, & diſtinctè obiecta multitudine, & numero infinita. Nec ſufficit reſpondere diuina attributa propriè non conſtituere multitudinem, & numerum propter identitatem, quam habent tum cum diuina eſſentia, tùm inter ſe. Non ſufficit inquam, quia ſaltem virtualiter, & ſecundum proprios conceptus formales multitudinem, & numerum conſtituunt, adeóque non poſſent omnia videri ſaltem, vt virtualiter diſtincta, & ſecundùm proprios conceptus formales. Sed contra licèt attributa in ratione obiecti terminatiui ſint in multitudine infinita, in ratione tamen obiecti motiui ſunt quid vnum ſimpliciſſimum, vt enim ſupra dictum eſt *c. 2. § 3.* Dei attributa, & perſonalitates non præſtant per ſe immediatè concurſum obiectiuum, ſed diuina eſſentia eſt quodammodo ſpecies vniuerſaliſſima repræſentans tum ſeipſam, tum cætera omnia Dei prædicata, ſicque obiectum motiuum viſionis eſt vnicum, & ſimpliciſſimum; parum igitur refert, quod attributa in ſe ipſis, qua ratione ſunt obiectum terminatiuum ſint multitudinis infinitæ, cognitio enim infinitatur ad ſummum ex infinitate obiecti motiui non ex infinitate obiecti terminatiui, vt magis infrà explicabitur dum tradetur poſſe in Deo infinita, imò omnia poſſibilia vno, & eodem actu etiam finito clarè, & diſtinctè cognoſci.

Attributa diuina in ratione obiecti terminatiui ſunt multa, & infinita, in ratione obiecti motiui ſunt vnum.

6. Assertvm II. Beati non vident de factò ea, quæ ſunt in Deo formaliter omnimodo, quo poſſunt videri, & penetrari,

vel

quæ ſunt in Deo formaliter omni modo, & ſecundùm omnes habitudines.

vel vt aliis terminis dici ſolet ſecundùm omnes habitudines, reſpectus, & gradus perfectionis quodammodo intenſiuæ. Ita Doctores omnes communiter, licèt non omnes ſub iiſdem terminis.

Probatur primò: Illud, quod videtur omni modo, quo poteſt videri, ſeu ſecundùm habitudines, reſpectus, & gradus perfectionis, comprehenditur: ſed Beati de facto non comprehendunt, imò nec de potentia abſoluta poſſunt comprehendere ea, quæ ſunt in Deo formaliter: ergo de facto ea non vident omni modo, quo &c. imò nec de potentiâ abſolutâ poſſunt ea tali modo videre. Maior, & minor infra explicabuntur, *cap. 7.*

7. Probatur ſecundò: Beati non cognoſcunt de facto omnes creaturas poſſibiles, nec omnes exiſtentes, vt tradetur *c. ſequenti*, ſed ſi viderent ea, quæ ſunt in Deo formaliter, omni modo, ſecundùm omnes habitudines, ac reſpectus, cognoſcerent omnes creaturas, tum poſſibiles, tum exiſtentes: ergo. Minor probatur in diuinâ omniſcientia, in diuina omnipotentia, aliiſque huiuſmodi Dei attributis, & prædicatis dantur particulares reſpectus ad quamlibet creaturam tum poſſibilem, tum exiſtentem, nec vlla eſt creatura, aut poſſibilis, aut exiſtens, quæ diuinam aut omnipotentiam, aut omniſcientiam ſubterfugiat: ergo qui cognoſceret huiuſmodi attributa omni modo, & ſecundùm omnes ipſorum particulares reſpectus, cognoſceret omnes creaturas: ergo Beati non cognoſcunt hoc modo diuina attributa, ſi non cognoſcunt de facto omnes creaturas.

8.

Attributa cognoſcuntur a Beatis diſtinctè ſecundùm ſuas rationes formales, non ſecundum quoſcumque reſpectus.

Dices, hinc ſequi non cognoſci à Beatis clarè, & diſtinctè diuina attributa. Sed contra ſequitur non cognoſci clarè, & diſtinctè diuina attributa ſecundùm aliquam habitudinem, & ſpecialem reſpectum, ſaluatur tamen cognoſci clarè, & diſtinctè ſecundùm propriam rationem formalem. Sic poteſt clarè, diſtincteque cognoſci diuina omnipotentia, vt dicit virtutem productiuam cuiuſcumque producibilis abſque eo, quod in ipſa diſtinctè cognoſcatur reſpectus, v.g. ad formicam producibilem. Hos particulares reſpectus, & determinatas habitudines Lugus 1. *part. lib. 1. diſp. 23. cap. 5.* vocat attributa latè, impropriéque dicta, & Auctores ſuprà citati pro ſententia negante Beatos de facto videre omnia, quæ ſunt in Deo formaliter ab omni ſunt cenſura immunes, ſi de huiuſmodi attributis impropriè dictis intelligantur.

---

§. II.

Vtrùm Beati videant de facto Decreta libera Dei?

9.

Beati de facto in aliquo ſenſu vident omnia, in aliquo ſolum aliqua decreta libera Dei.

Assertvm: Beati vident de facto Decreta libera Dei ſecundùm illud, quod huiuſmodi decreta important in eſſendo, & entitatiuè, ſeu quaſi ſubiectiuè; ſecùs ſecundùm illud, quod important in operando, & actiuè; vident tamen hoc modo etiam aliqua ex diuinis decretis. Hoc aſſertum eſt conforme iis, quæ *infrà, lib. 4. cap. 1. §. 8.* dicentur de actibus liberis Dei. Enimverò iuxta diuerſum modum explicandi conſtitutionem huiuſmodi actuum liberorum diuerſimodè vnuſquiſque ſentit de ipſorum cognitione, vt videre eſt apud Salmant. 1. *part. tract. 2. diſp. 7. dub. 3.* Ioan. à S. Thoma *quæſt. 12. diſp. 15. artic. 2.* Amicum *diſput. 9. ſect. 19.* Arriagam *diſp. 9. ſect. 8.* Lugum *lib. 1. diſp. 23. cap. 6.*

Decreta libera Dei in eſſendo neque etiam virtualiter diſtinguuntur ab actu neceſſario.

Probatur prima pars: Decreta libera Dei ſecundùm illud, quod important in eſſendo, & entitatiuè, ſunt omninò idem cum actu neceſſario diuinæ voluntatis, adeò vt à tali actu neceſſariò in eſſendo, & entitatiuè, neque etiam virtualiter diſtinguantur, eo quod nullatenùs admitti poſſit in Deo entitas aliqua, perfectio, vel virtualitas, quæ ſit libera in eſſendo, vt magis *infrà §. cit.* explicabitur; ſed Beati de facto vident actum neceſſarium diuinæ voluntatis, cum huiuſmodi actus ſit in Deo formaliter, & ſit attributum ipſius Dei, ſit ſcilicet ipſa diuina voluntas in actu ſecundo conſiderata: ergo etiam vident decreta libera Dei ſecundum illud, quod important, &c.

Dices: hoc modo potius probatur Beatos nulla decreta libera Dei cognoſcere, quàm cognoſcere omnia: in re enim probatur Beatos cognoſcere ſolùm actum neceſſarium, quem à Beatis cognoſci admittunt etiam illi, qui negant à Beatis cognoſci decreta libera, vnde in re nihil minùs aſſereremus à Beatis cognoſci, etiamſi aſſereremus ab ipſis cognoſci nulla decreta libera. Sed contra cum actus Dei neceſſarius ſit etiam decreta libera cognoſcere, actum neceſſarium eſt cognoſcere etiam decreta libera, & qui admittũt Beatos cognoſcere actum neceſſarium, non decreta libera, diſtinguunt actum neceſſarium à decretis liberis, & in ipſorum ſententia actus neceſſarius Dei non habet tot prædicata, quot in noſtra, non importat ſcilicet entitatem decretorum liberorum Dei. Hinc fit, quod licèt quoad nomen cum ipſis conueniamus dicendo Beatos cognoſcere ſolùm entitatem actus neceſſarij, diſcrepamus tamen in eo, quod per nomen exprimere intendimus, nos enim per tale nomen exprimimus etiam decreta libera entitatiuè conſiderata; illi non item. In noſtra igitur ſententia Beati cognoſcendo ſolùm actum neceſſarium cognoſcunt aliquid magis, quàm in ſententia ipſorum, quia in noſtra ſententia actus neceſſarius Dei eſt omninò in eſſendo indiſtinctus ab actibus liberis, & dum cognoſcitur actus neceſſarius cognoſcuntur etiam actus liberi, non in ſententia Aduerſariorum. Dum dicimus cognoſci omnia decreta libera in eſſendo, & entitatiuè, conſequens eſt cognoſci omnia in vago quodam modo, & in communi, non omninò determinatè, & in particulari; entitatiuè enim, & in eſſendo decreta libera Dei nullatenùs differunt. Nec propterea ſequitur cognoſci à Beatis confusè huiuſmodi decreta libera,

quamvis

quamvis enim cognoſcantur confusè, prout dicunt particulares habitudines, & reſpectus, quomodo quidquid eſt in Deo formaliter confusè cognoſcitur ex *2. aſſerto, §. ſuperioris*, cognoſcuntur tamen clarè, & diſtinctè ſecundùm propriam rationem formalem, & ſecundùm conceptum actus liberi.

11\. Decreta libera Dei ſecundùm illud, quod important in operãdo, & actiuè, nõ videtur omnia à Beatis.

Probatur ſecunda pars: Si Beati viderent de facto decreta libera Dei ſecundùm illud, quod important in operando, & actiuè, viderent de facto omnia futura, ſed non vident de facto omnia futura, vt probabitur in *cap. ſequenti*; ergo. Maior probatur: Decreta libera Dei ſecundùm illud, quod important in operando, & actiuè, nihil aliud ſunt, quàm entitas ipſa actus neceſſarij vt immutans hoc potiùs obiectum, quàm illud, vt dicens habitudinem actiuam determinatè ad hoc potiùs, quàm ad illud obiectum, ſed cognoſcere hoc modo omnia decreta libera Dei eſt cognoſcere determinatè omnia futura: ergo.

12\. Videntur tamen aliqua.

Probatur tertia pars: Beati cognoſcunt de facto aliqua futura, ea ſcilicet, quæ pertinent ad proprium ſtatum, vt probabitur *cap. ſequenti*, ergo cognoſcunt de facto aliqua decreta libera Dei ſecundùm illud quod important in operando, & actiuè: ad ſtatum enim Beatorum ad quos pertinent aliqua futura, pertinent etiam conſequenter decreta talibus futuris correſpondentia. Accedit quod ſolet amicus aliquos actus internos alteri amico manifeſtare; Cum igitur viſio ſecum ferat perfectam amicitiam inter Beatum, & Deum; congruum omninò eſt, quod Deus Beato aliquos ex propriis actibus internis, aliqua decreta libera propriæ voluntatis determinatè, & in particulari manifeſtet. Circa modum deinde, quo talia decreta cognoſcuntur: vtrùm eodem formaliter actu viſionis, an actibus à viſione diſtinctis: vtròm in diuina eſſentia tanquam in ſpecie, an tanquam in obiecto cognito, opportunior explicandi locus occurret *cap. ſequenti.*

---

§. III.

Vtrùm Beati de potentiâ abſolutâ videre poſſint eſſentiam non viſis Attributis, aut vnum Attributum non viſo alio.

13\. Eſſentia diuina videri poteſt non viſis attributis.

ASSERTVM: Beati de potentia abſoluta videre poſſunt eſſentiam diuinam non viſis ipſius attributis. Ita *omnes Scotiſtæ*, qui meritò volunt ita etiam ſenſiſſe *Scotum* licèt id in terminis non expreſſerit. *Scotiſtas* ſequuntur licèt ex diuerſo fundamento, independenter ſcilicet à diſtinctione ex natura rei, ipſaque negatâ Lugos 1. *part. lib. 1. diſp. 23. cap. 4. num. 19.* Granadus *tom. 1. tract. 5. diſp. 5.* Salas 1. 2. *tract. 2. diſput. 4. ſect. 2. Ribas, Auerſa, aliyque Recentiores non pauci contra Thomiſtas*, quos ſequuntur Molina *quæſt. 12. art. 8. diſp. 4.* Vaſquez *diſp. 48. cap. 2.* Amicus *diſp. 9. ſect. 9. Aureolus, Durandus, Baconus*, Alijque plurimi tam antiqui, quam Recentiores, quibus cum aliqua limitatione adhærent De Quiros 1. *part. diſp. 31. ſect. 3.* Arriaga *diſp. 9 ſect. 6. n. 36.*

Cognitio intuitiua poteſt ex genere ſuo eſſe præciſiua.

Probatur primò: Viſio, ſeu cognitio intuitiua poteſt ex genere ſuo eſſe præciſiua, eſſentia diuina poteſt præſcindi ab attributis: ergo viſio, ſeu cognitio intuitiua poteſt eſſe præciſiua eſſentiæ diuinæ ab ipſis attributis: ergo Beati de potentia abſoluta videre poſſunt eſſentiam diuinam non viſis, &c. Maior probatur: Cognitio intuitiua non importat ex genere ſuo, niſi ferri in obiectum exiſtens, & concurrens ad ſui cognitionem, vel per ſeipſum, vel per ſpeciem propriam, ſed hoc idem conuenire poteſt cognitioni præciſiuæ: ex eo enim, quod cognitio attingat in obiecto vnum prædicatum non attacto alio, vel ex parte actus, qua ratione cognitio eſt præciſiua præciſione formali, vel etiam ex parte obiecti, qua ratione cognitio eſt præciſiua præciſione obiectiuâ (quam præciſionem ſpecialiter negat inter eſſentiam diuinã, & attributa *Arriaga ſupra citatus*) non ſequitur, quod attingat obiectum aut præſcindendo ab exiſtentia, aut per ſpeciem alienam: ergo cognitio intuitiua poteſt ex genere ſuo eſſe præciſiua. 14

14\. Cognitio triplex intuitiua, præciſiua, & abſtractiua.

Vbi aduerte obiter triplicem diſtingui poſſe cognitionem intuitiuam, præciſiuam, abſtractiuam. Intuitiua, & abſtractiua opponuntur; præciſiua indifferens, eſt vt vel cum abſtractiuâ, vel cum intuitiuâ coniungatur, & malè à nonnullis cum abſtractiuâ confunditur. Minor primi argumenti probatur, tum quia ex *lib ſuperiori, cap. 3. §. 5. & 6.* Eſſentia ab attributis diſtinguitur realiter virtualiter etiam independenter à qualibet extrinſeca connotatione: item attributa non ſunt de conceptu formali eſſentiæ, adeoque poteſt attingi totus conceptus formalis eſſentiæ nullatenùs attactis attributis, & habet intellectus ex parte obiecti fundamentum concipiendi eſſentiam nullatenùs conceptis attributis: tum quia diuina eſſentia abſtractiuè cognita poteſt præſcindi ab attributis: neque enim; qui ex creaturis cognoſcit aliquod Dei attributum, cognoſcit ſtatim ipſam eſſentiam Dei, aut qui ex iiſdem cognoſcit eſſentiam Dei, cognoſcit ſtatim ipſius attributa: ergo diuina eſſentia quantum eſt de ſe poteſt ab attributis præſcindi, nec ipſius, aut ſimplicitas, aut cum attributis identitas, impedit præciſionem.

Dices ad maiorem primæ probationis: Cognitio intuitiua eo ipſo, quod tendit in obiectum per ſpeciem propriam, tendit in obiectum vt eſt in ſe: cognitio autem præciſiua non tendit in obiectum, vt eſt in ſe; quia ab ipſo, vt eſt in ſe aliquid præſcindit, ſic diuina eſſentia in ſe eſt cum attributis, dum præſcinditur autem ab attributis non cognoſcitur cum attributis: ergo cognitio præciſiua non eſt obiecti vt eſt in ſe, non eſt per propriam obiecti ſpeciem, & per conſequens cum cognitione præciſiuâ pugnat ex genere ſuo intuitiua, quæ eſt obiecti, vt eſt in ſe, & per ſpeciem propriam, Sed contra: Obiectum, 15

vt

Cognitio intuitiua quomodo tendat in obiectum vt eſt in ſe, ſeu ſicuti eſt.

vt eſt in ſe, dupliciter ſumi poteſt: Vel vt eſt in ſe adæquatè, qua ratione importat omnia vtcumque ſibi identificata, & coniuncta: vel vt eſt in ſe inadæquatè & formaliter, qua ratione importat ſolùm prædicata formaliter conſtitutiua. Pari modo cognitio intuitiua alia eſt intuitiua adæquata, alia intuitiua inadæquata; vtraque tendit in obiectum vt eſt in ſe, ſed ſeruatâ proportione: intuitiua ſcilicet adæquata in obiectū vt eſt in ſe adæquatè: intuitiua inadæquata in obiectū vt eſt in ſe inadæquatè. Dum dicitur diuina eſſentia in ſe eſt cū attributis, verum id eſt de diuina eſſentia ſumpta adæquatè, ſecùs de diuina eſſentia ſumpta inadæquatè, & formaliter. Neque enim diuina eſſentia formaliter conſurgit ex collectione omnium attributorum. Cognitio igitur tendens in diuinam eſſentiam, non in attributa, adhuc tendit in diuinam eſſentiam, vt eſt in ſe, ſed vt eſt in ſe inadæquatè, adhuc eſt intuitiua, ſed inadæquata; & ſicuti, qui cognoſcit animam, non corpus, non cognoſcit vt eſt in ſe hominē, benè tamen aliquid hominis, ita qui cognoſcit eſſentiam, non attributa non cognoſcit, vt eſt in ſe Deum, benè tamē aliquid Dei. Si vrgeas: Eſſentia Dei inadæquatè non eſt eſſentia Dei vt eſt in ſe, ſeu ſicuti eſt, facilè occurritur; non eſt eſsentia vt eſt in ſe, ſeu ſicuti eſt adæquatè concedo; vt eſt in ſe, ſeu ſicuti eſt inadæquatè negatur.

Cognitio intuitiua alia eſt adæquata, alia inadæquata.

Probatur ſecundò: Diuina eſſentia eſt per ſeipſam liberè repræſentatiua tum ſui, tum attributorum: ergo poteſt ſeipſam repræſentare nō repræſentatis attributis: ergo poteſt videri non viſis attributis. Neque enim intellectus creatus videt vnquam id, quod ſibi nō repræſentatur, alioqui videret cognitione, ad quam obiectum non concurreret, & quæ ex ſola potentia gigneretur. Antecedens traditum eſt ſuprà *cap.* 2. §. 3. Conſequentia probatur ex eo, quod diuina eſſentia ſit liberè repræſentatiua ſui ipſius, poteſt ſeipſam repræſentare, & nō repræſentare: ergo etiam ex eo, quod ſit liberè repræſentatiua attributorum poteſt repræſentare, & non repræſentare attributa, & cum in operationibus ad extra aſtruenda ſit in Deo quæcumque maxima libertas, concedendū eſt diuinæ eſſentiæ, quod poſſit non ſolùm ſimpliciter repræſentare, vel non repræſentare ſeipſam ſimul cum attributis, ſed etiam repræſentare ſeipſam non repræſentando attributa; repræſentare attributa, non repræſentando ſeipſam. Et ecce obiter alium modum explicandi quod viſio diuinæ eſſentiæ etiamſi non attingeret attributa, attingeret ipſam vt eſt in ſe, attingeret ſcilicet ipſam vt eſt in ſe in eſſe repræſentatiuo, licèt non vt eſt in ſe in eſſe entitatiuo: illo autem, non iſto modo cognitio intuitiua, dicitur cognitio obiecti vt eſt in ſe.

16.
Diuina eſſentia poteſt repræſentare ſeipſam non repræſentatis attributis.

Quomodo cognitio intuitiua tendat in obiectum, vt eſt in ſe.

17.
Hinc habetur diuerſam eſſe rationem præſcindendi in intellectu viatoris, ac in intellectu Beato. In intellectu enim viatoris oritur præciſio ex libertate, vel imperfectione ipſius intellectus volentis, vel non volentis attingere omnia, quæ in obiecto ſunt: in intellectu beato oritur ex libertate, & perfectione ipſius obiecti, quatenùs diuina, ſicuti poteſt repræſentare, vel nō repræſentare ea, quæ continet; ita poteſt repræſentare vnum, non alterum. Sic viſio in Patria, etiamſi ſit actus omninò neceſſarius, poteſt præſcindere, quia reſpectu ipſius præciſionem cauſat libertas ſe tenens ex parte obiecti, non libertas ſe tenens ex parte potentiæ: & illius neceſſitas præſtat, quod debeat in actu ſecundo attingere quidquid in actu ſecundo repræſentatur, non quod debeat in acto ſecundo attingere quidquid in obiecto quomodocumque eſt.

Quomodo viſio in Patria, etiamſi ſit actus neceſſarius, admittat præciſionem.

Assertvm II. Beati de potentia abſoluta videre poſſunt vnum attributum, non viſo alio.

18.
Vnum attributum videri poteſt, nō viſo alio.

Probatur primò argumentis allatis pro antecedente aſſerto. Neque enim eſt, aut maior identitas inter vnum, & aliud attributū, quàm inter eſſentiam, & attributa, aut maior libertas repræſentationis in diuina eſſentia comparatiuè ad ſe, & attributa; quàm comparatiuè ad attributa inter ſe: ergo quidquid probat poſſe videri eſſentiam non viſis attributis, probat poſse videri vnum attributum, non viſo alio.

19.
Dices, & eſt argumentum, cui maximè fidit Amicus *loc. cit. n.* 330. Si vnum attributum diuinum videri poſſet abſque alio, vna perfectio ſine alia, ſequeretur viſionem, qua de facto videntur omnia attributa eſſe infinitam, præſertim in noſtra ſententia aſſerente huiuſmodi attributa eſſe multitudinis infinitæ. Sequela probatur: Eo ipſo quod viſio non repræſentat neceſſariò, & ex conceptu ſuo omnia attributa, conſequens eſt, vt quo repræſentat plura ſit perfectior, adeóque, quod ſit infinita, ſi repræſentet attributa infinita, ad vitandum igitur hoc incommodum ſentiendum eſt, quod ratione indiuiſibilitatis obiecti quælibet minima viſio Dei omnia, & infinita Dei prædicata repræſentet, nec infinita ſit quæ repræſentat infinita, cum quælibet habeat infinita repræſentare ratione indiuiſibilitatis obiecti, non ratione propriæ perfectionis. Sed contra: Non valet illa calculatio: viſio repræſentans plura attributa eſt perfectior: ergo repræſentans infinita eſt infinita, alioqui eodem modo valeret, viſio repræſentans obiectum perfectius eſt perfectior: ergo repræſentans obiectum infinitum eſt infinita, huius rei ratio iam *ſuperiori* 1. §. inſinuata eſt, & magis illuſtrabitur *cap. ſequenti*, §. 8.

Viſio non eſt infinita ex eo, quod attingat vel infinitum, vel infinita.

20.
Probatur ſecundò: Attributum quodlibet diuinum poteſt videri, imò de facto videtur à Beatis abſque eo, quod videatur tota ipſius perfectio quodammodo intenſiua, non viſis ſcilicet omnibus reſpectibus, & modis, quos includit ex aſſerto 2. §. 1. *ſuperioris*: ergo de potētia abſoluta quodlibet diuinum attributum poteſt videri abſque eo, quod videatur ipſius perfectio quodammodo extenſiua, non viſis ſcilicet aliis attributis diuerſæ rationis ab ipſo, & quæ per conſequens noſtro explicandi modo extendūt potius, quàm intendāt ipſius perfectionem. Conſequentia probatur: Eandem, vel maiorem habet identitatem, &

indiuiſibilitatem quodlibet attributum cum totâ ſuâ perfectiune intenſiuâ, & homogeneâ, quam cum perfectione extenſiuâ, ac hæterogenea, aliorum attribotorum: ergo.

---

§. IV.

Vtrùm Beati de potentia abſoluta videre poſſint eſſentiam non viſis Perſonis?

21. Eſſentia diuina videri poteſt non viſis Perſonis.

ASSERTVM: Beati de potentia abſoluta videre poſſunt eſſentiam non viſis Perſonis. Ita expreſsè Scotus *in* 1. *diſt.* 1. *quæſt.* 2. *§. quantum ad iſtum articulum*, Laurea *tom.* 4. *in* 4. *ſentent. diſp.* 19. *art.* 21. Heriucx *diſp.* 5. *quæſt* 6. alijque omnes Scotiſtæ, quos ſequuntur à fortiori omnes Auctores citati pro aſſert. 1. *ſuperioris* §. & inſuper Arriaga 1. *part. diſp.* 9. *ſect.* 6. *num.* 40. Marchinus *de Deo Trino, diſp.* 28. contra Thomiſtas, Molinam, Vaſquium, & alios ſuprà relatos *initio* §. *ſuperioris, Arriagâ* excepto.

Probatur primò, argumentis allatis ad probandum poſſe videri eſſentiam non viſis attributis, vnum attributum, non viſo alio, quæ à fortiori probant videri poſſe eſſentiam non viſis Perſonis, inter quas, & eſſentiam faciliùs apparet ratio aliqua diſtinctionis, & diuerſitatis; quàm vel inter eſſentiam, & attributa; vel vnum attributum, & aliud; faciliùs quippè eſt diſtinguere, & diuerſificare abſoluta à relatiuis, quàm abſoluta ab inuicem.

22. Eſſentia cōmunicatur, non Perſonalitas; Perſonalitas producitur, non eſſentia.

Probatur ſecundò, Argumento communiſſimo, æquè tamen efficaciſſimo: Poteſt communicari eſſentia non communicatâ Perſonalitate; ſic communicatur filio eſſentia non Paternitas: poteſt produci perſonalitas, non productâ eſſentiâ; ſic producitur filiatio, non eſſentia: poteſt immediatè vniri naturæ creatæ Perſonalitas abſque eo, quod immediatè vniatur eſſentia; ſic humanitati Perſonalitas Verbi immediatè vnitur abſque eo, quod eidem immediatè vniatur eſſentia: ergo etiam poteſt videri eſſentia non viſis Perſonis. Antecedēs probatione non indiget: Conſequentia procedit à pari, imò à fortiori; productio enim, communicatio, vnio hypoſtatica, ſunt prædicata realia, viſio eſt prædicatum intentionale; ſi ergo eſſentia, & perſonalitas poſſunt quodammodo diuidi realiter; adeò vt vni non alteri conueniat aliquod prædicatum reale, multò magis poterunt quaſi diuidi intentionaliter; adeò vt vni, non alteri conueniat aliquod prædicatum intentionale.

23. Dices ex Salmant. 1. *part. tract.* 2. *diſp.* 7. *dub.* 2. *n.* 27. Ioan. à S. Thoma *quæſt.* 12. *diſp.* 15. *art.* 1. *n.* 23. non eodem modo eſſentiam eſſe communicabilem, quo eſt viſibilis, & communicari eſſentiam, vt eſt communicabilis, etiāſi communicetur ſine perſonalitate; quia ipſa præcisè, non perſonalitas, eſt communicabilis: at non videri eſſentiam, vt eſt viſibilis, ſi videatur ſine perſonalitate; quia nō ipſa præcisè, verùm etiam perſonalitas eſt viſibilis, ſicque non poſſe videri non viſâ perſonalitate, quia non videretur, vt eſt viſibilis in ſe: poſſe autem communicari, non communicatâ perſonalitate, quia adhuc communicatur vt eſt communicabilis. Sed contra: Reſponſio explicat poſſe videri eſſentiam ſimul cum Perſonalitate, licèt non poſſit ſimul cum perſonalitate communicari: at non probat debere neceſſario ita videri; & eſſentia eſt ſecundùm ſe indifferens vt videatur viſâ, vel non viſâ perſonalitate, & quocumque modo videatur, videtur vt eſt viſibilis, cū hoc diſcrimine, quod ſi videatur ſimul cum perſonalitate, videtur vt eſt viſibilis magis adæquatè, ſi ſine perſonalitate minùs adæquatè. Cæterum ſicuti viſibilitas perſonalitatis facit, quod poſſit videri, dum videtur eſſentia; ita è contra eius diſtinctio virtualis facit, quod, dum videtur eſſentia, poſſit non videri: & vis paritatis ſita eſt præcisè in eo, quod, ſicuti diſtinctio virtualis non obſtante identitate ſufficit ad hoc, vt communicetur eſſentia non communicatâ perſonalitate; ita etiam ſufficiat, vt videatur eſſentia non viſa perſonalitate, nec intendit, quod debeat neceſſariò videri non viſâ perſonalitate, ſicuti debet neceſſariò communicari non communicatâ perſonalitate.

Eſſentia ſiue videatur viſâ, ſiue non viſâ perſonalitate videtur, vt eſt in ſe viſibilis.

Dices inſuper ex Suarez *lib.* 2. *de attributis, cap.* 23. communicationem eſſe prædicatum intrinſecum diuinæ naturæ, adeoque debere regulari ex infinitate ipſius diuinæ naturæ, ratione cuius hæc petit identificari relationibus oppoſitis, quod euenire non poteſt non communicatâ relatione, ſeu perſonalitate; viſionem verò eſſe prædicatum extrinſecum, quod propterea non debet regulari ex infinitate diuinæ eſſentiæ, ſed ex natura, & conditione cognitionis intuitiuæ, de cuius ratione eſt attingere totum, quod in obiecto eſt. Sed contra primò: Licèt viſio ſit prædicatum diuinæ eſſentiæ extrinſecum, conſequitur tamen ad viſibilitatem, quæ eſt prædicatum diuinæ eſſentiæ intrinſecū, adeoque debet etiam ipſa ex diuina eſſentia regulari. Secūdò falſum omninò eſt eſſe de ratione cognitionis intuitiuæ attingere totū, quod in obiecto eſt: & ſupponitur ſemper, quod deberet probari, dum dicitur cognitio intuitiua ea conceptu ſuo eſt adæquata; eſſentialiter attingit totum obiectum; fertur in rem, vt eſt in ſe abſolutè, & ſimpliciter, quæ phraſes diuerſis terminis ſignificant ſemper idem ipſum, quod in quæſtione eſt. 24.

25. Pater æternus priùs origine videt eſſentiā, quàm filium iuxta Scotum.

Probatur tertiò argumento, quod apud Scotum *loco citato*, primum, & potiſſimum: Pater æternus priùs origine, quam generet filium videt eſſentiam, & non videt filium: ergo eſſentia diuina videri poteſt non viſo filio: ergo ab intellectu creato videri poteſt etiā non viſis aliis perſonis: in ordine enim ad intellectum creatum non eſt maior ratio, cur viſâ diuinâ eſsētiâ debeat videri vna Perſona potius, quàm alia. Antecedens probatur: In illo priori originis Pater habet omnia prædicata eſſentialia, videre autem propriam eſſentiam eſt prædicatum eſſentiale in Deo: ergo Pater æternus in illo priori originis

videt

videt eſſentiam, filius pro illo priori originis non eſt exiſtens, & viſio non fertur, niſi in rem exiſtentem; ergo Pater pro illo priori originis non videt filium, ergo videt eſſentiam, & non filium. Hoc argumentum quoad ſubſtantiam, licet non quoad modum, & terminos, Scoticum torquet non parum aduerſarios, quia tamen vis ipſius, & robur pendet quam maximè à diuerſo modo explicandi ex quarum rerum cognitione verbum procedat; vtrum ſcilicet ex cognitione ſui ipſius, & Spiritus ſancti, quod ſi affirmetur, valdè infirmatur allatum argumentum abſtineo ab ipſo vlterius, aut promouendo, aut roborando contra aduerſariorum reſponſiones.

26. Probatur quartò: Diuina eſſentia, non Perſonalitas aliqua (hæc ratio procedit etiam de attributis) habet rationem formæ intelligibilis, & obiecti motiui reſpectu viſiuus, ipſaque ſola exercet in viſionem concurſum obiectiuum, vt ſuprà traditum eſt *cap.* 2. §. 3. & docent etiam plures ex aduerſariis; ergo diuina eſſentia poteſt videri non viſâ aliquâ perſonalitate. Probatur cõſequentia: Identitas ipſius cum perſonis non impedit, quin ipſa, non perſonalitas aliqua exerceat munus formæ intelligibilis, & obiecti motiui, ergo neque impedit quin ipſa, non perſonalitas aliqua exerceat munus formæ intellectæ, & obiecti terminatiui, adeóque quin ipſa videatur non viſâ aliquâ perſonalitate.

Diuina eſſẽtia ſicuti ſe ſolâ eſt obiectum motiuum: ita etiam ſe ſolâ eſſe poteſt obiectum terminatiuum.

27. Dices ex Salmant. *ſupracitatis*: Imò potius ex eo, quod diuina eſſentia ſit forma intelligibilis, & obiectum motiuum, tum reſpectu ſui, tum reſpectu perſonalitatum ſequitur maiorem quodammodo eſſe identitatem inter diuinam eſſentiam, & perſonalitates in eſſe intelligibili, quàm in eſſe reali, nec poſſe diuinam eſſentiam vniri per modum formæ intelligibilis, niſi vniatur vt repræſentatiua tum ſui, tum perſonalitatum, cum non ſit in Deo diuerſa ratio formæ intelligibilis diuinæ eſſentiæ, & ratio formæ intelligibilis perſonalitatum. Sed contra: Bene ad ſummum procedit inſtantia quoad rationem intelligibilis in actu primo, & hoc modo tranſeat non poſſe diuinam eſſentiam vniri vt repræſentatiuam ſui, quin vniatur etiam vt in actu primo repræſentatiua perſonalitatum, aliorumque prædicatorum Dei, ſecus eſt de ratione intelligibilis in actu ſecundo, ſeu de exercitio intelligibilitatis, quod cum omninò liberè præſtetur à diuina eſſentia, præſtari poteſt in ordine ad vnum, non in ordine ad aliud Dei prædicatum. Deinde etiam ipſa intelligibilitas in actu primo ſuſtineri poteſt in diuina eſſentia virtualiter multiplex, adeo vt alia virtualitas correſpondeat intelligibilitati ipſius eſſentiæ, alia intelligibilitati paternitatis; alia intelligibilitati filiationis; alia intelligibilitati omnipotentiæ, &c.

Intelligibilitas in actu primo poteſt tum negari, tum cõcedi in diuina eſſentia virtualiter multiplex.

28. Probatur quintò: Si quæ eſt ſpecialis ratio (rationes enim communes deſumptæ vel ex natura cognitionis intuitiuæ, vel ex indiuiſibilitate obiecti diuini, iam ſunt improbatæ) cur non poſſit videri diuina eſsentia non viſis perſonis, maximè quia non poteſt videri diuina eſsentia, quin videatur communicabilis, cum communicabilitas ſit prædicatum diuinæ eſſentiæ maximè intrinſecum; nec poteſt videri communicabilis, quin videantur perſonæ, quibus communicabilis eſt, cum non poſſit videri relatio ſine termino: Sed hæc ratio nulla eſt, quia & poteſt videri diuina eſsentia, non viſa ipſius communicabilitate, & poteſt videri ipſius communicabilitas non viſis perſonis. Probatur primùm ex eo quod communicabilitas eſt prædicatum intrinſecum diuinæ eſsentiæ ſolùm adæquatè ſumptæ, nec eſt magis intrinſecum, quàm quodlibet aliud attributum ad ſummum igitur adæquatè non poteſt videri diuina eſsentia, quin videatur communicabilis, ſecus inadæquatè. Probatur ſecundum ex eo, quod viſâ relatione non eſt neceſse, quod videatur terminus; ſed ſatis eſt, quod abſtractiuè cognoſcatur, & poteſt videri relatio ſine termino viſo, quamvis non ſine termino abſtractiuè cognito, vt magis explicabitur *in ſequenti* §. Interim aduerte eodem modo, quo probatur, & ſuſtinetur videri poſse diuinam eſsentiam abſque eo, quod videatur vt communicabilis, vel videri poſse vt communicabilem perſonis abſque eo, quod videantur perſonæ, probari etiam, & ſuſtineri eamdem videri abſque eo, quod videatur vt radix attributorum, vel videri vt radicem attributorum abſque eo, quod videantur attributa; dum videtur primo modo, neque etiam confusè, & abſtractiuè neceſse eſt, quod attributa cognoſcantur, dum videtur ſecundo modo, quamvis non ſit neceſse, quod attributa videantur, eſt tamen neceſse, quod aliquo modo cognoſcantur, eo quod cognitâ relatione ſit neceſse cognoſci aliquo modo terminum.

Eſſentia diuina poteſt videri non viſâ communicabilitate, & poteſt videri communicabilitas non viſis perſonis.

29. Eſſentia diuina poteſt videri abſque eo, quod videatur vt radix attributorum & poteſt videri vt radix abſque eo quod videãtur attributa.

§. V.

Vtrum beati de potentia abſoluta videre poſſint vnam Perſonam diuinam, non viſis aliis?

30. **A**SSERTVM: Beati de potentia abſoluta videre poſsunt vnam perſonam diuinam non viſis aliis: Et non ſolùm Pater, & filius videri poſsunt non viſo Spiritu ſancto, verùm etiam Pater non viſo filio, filius non viſo Patre, Spiritus ſanctus non viſo vtroque. Quoad primam partem aſsertum habet eoſdem tum propugnatores, tum oppugnatores quos aſsertum ſuperius; quoad ſecundam eſt ſpecialiter contra Lugum 1. *par. lib.* 1. *diſp.* 23. *cap.* 4. *n.* 15. Baſsolium, Radam, alioſque nonnullos volentes perſonam relatiuam videri non poſse ſine ſua correlatiuâ.

Perſonæ diuinæ poſſunt videri, vna ſine alia.

Probatur prima pars: quod ſcilicet Pater, & Filius videri poſſint non viſo Spiritu Sancto: Pater, & Filius videri poſſunt non viſa ſpiratione actiua, ſeu relatione ſpiratoris: ergo etiam non viſa ſpiratione paſſiua,

Digitized by Google

Pater, & Filius videri poſſunt non viſa ſpiratione actiua.

ſeu termino ſpirato, qui eſt Spiritus Sanctus. Antecedens probatur ſpiratio actiua non eſt prædicatum conſtitutiuum nec Patris, nec Filij, & diſtinguitur virtualiter tum à Paternitate conſtitutiua Patris, tum à filiatione conſtitutiua Filij: ergo ſine ſpiratione actiuâ videri poſſunt tum Pater, tum Filius. Antecedens ſupponitur ex libris de Deo Trino, ad probandam conſequentiam recurrunt omnia argumenta, quibus probatum eſt videri poſſe eſſentiam non viſis attributis. Confirmatur ex verbis illis Ioan. 14. *Philippe qui vidit me, vidit & Patrem meum,* vbi cum Chriſtus non eodem modo dicat qui videt me, videt & Spiritum Sanctum, videtur ſpecialiter indicare Filium (eademque eſt ratio de Patre) videri poſſe ſine Spiritu Sancto. Appoſitè hic afferri poteſt etiam illud Act. 19. *Neque ſi Spiritus Sanctus eſt, audiuimus:* quibus verbis videtur inſinuari ſine Fide ſaltem explicitâ Spiritus Sancti haberi poſſe Fidem aliorũ, & cum Fidei ſuccedat viſio, viſis aliis poſſe ſaltem non videri Spiritum Sanctum. Verùm miſſis huiuſmodi congruentiis hæc prima pars manebit à fortiori probata ex probatione ſecundæ partis.

31\. *Relatiua eſſe ſimul cognitione quomodo verificetur.*

Probatur ſecunda pars primò: Si non poteſt videri Pater non viſo filio, filius non viſo Patre, Spiritus Sanctus non viſo vtroque, maximè quia cum *relatiua ſint ſimul tempore, natura, & cognitione,* non poteſt videri Perſona relatiua non viſa correlatiuâ, ſed hæc ratio nulla eſt: ergo. Minor probatur: Nam præterquam quod axioma illud non procedit, niſi de relatiuis ſumptis formaliter, & reduplicatiuè, adeoque exinde ad ſummum probaretur Patrem formaliter vt Patrem non poſſe videri non viſo Filio, ſecùs de Patre ſpecificatiuè accepto in ratione Perſonæ præcisè; quomodo non conſtituitur per Paternitatem vt exercentem formaliter munus relationis in ſententia præſertim Thomiſtarum; præter hoc inquam relatiua etiam formaliter ſumpta non eſt neceſſe, quod ſint ſimul cognitione eiuſdem rationis, adeò vt ſi vnum cognoſcitur clarè, cognoſcatur clarè & alterum: ſi vnum cognoſcitur intuitiuè, cognoſcatur intuitiuè & alterum; ſed ſufficit, quod ſint ſimul cognitione diuerſæ rationis, adeò vt ſi vnum cognoſcitur clarè, & intuitiuè; cognoſcatur alterum ſaltem obſcurè, & abſtractiuè, quod multis exemplis ſuadetur. Creatura enim etiam vt creatura, & relata ad Creatorem, à nobis clarè, & intuitiuè cognoſcitur, Creatorem confusè ſolùm, & abſtractiuè. Qui nunquam Cæſarem vidit, videns ſtatuam Cæſaris, cognoſcit illam clarè, & intuitiuè, & vt formaliter ſtatua Cæſaris eſt, Cæſarem verò non, niſi abſtractiuè: ſciens aliquem eſſe Patrem, etiam in filiorum abſentiâ, & non videndo filios, videt illũ in ratione Patris. Ratio à priori eſt, quia relatiuum cum formaliter conſtituatur per ordinem ad correlatiuum, relatio per ordinem ad terminum; non poteſt cognoſci aut illud ſine ordine ad correlatiuum, aut iſta ſine ordine ad terminum; at ad hoc, vt verificetur cognoſci ordinem ad correlatiuum, & ad terminum ſatis eſt quod cognoſcatur confuſe, & abſtractiuè correlatiuum, & terminus; alioqui ſi requireretur cognitio eiuſdem rationis, & ex cognitione intuitiua relatiui, & relationis, argueretur cognitio intuitiua correlatiui, & termini, etiam ex cognitione comprehenſiua illius, argueretur cognitio comprehenſiua iſtius: ex quo ſequeretur non poſſe comprehendi vllatenus aut creaturam, aut relationem ad Creatorem ab intellectu creato.

Dices: In noſtris principiis relatio vtpotè complexum ex fundamento, & termino, æquè conſtituitur ex termino, ac ex fundamento: ergo non poteſt videri relatio vnius Perſonæ ad alteram, niſi eadem ratione videatur vtraque Perſona, illa quæ habet rationẽ termini æquè ac illa, quæ habet rationem fundamenti. Sed contra Relatio vtpotè quid complexum poteſt ſecundùm aliquid videri, ſecundùm aliquid non videri: videri ſecundùm illud, quod dicit ex parte fundamenti, non videri ſecundùm illud, quod dicit ex parte termini. Nec dum dicimus poſſe videri relationem non viſo termino loquimur de viſione omninò adæquata, ſeu de viſione relationis adæquatè acceptæ, ſed de viſione relationis ſumptæ ex parte fundamenti. 32.

Relatio eriã ſi ſit complexum ex fundamento & termino quomodo poſſit videri, non viſo termino.

Dices inſuper ex Lugo *loco citat. num.* 18. poſſe videri relationem non viſo termino, qui ſe habet, vt ratio quæ, ſecùs non viſo termino, qui ſe habet vt ratio ſub qua, ſicuti ſe habet filiatio reſpectu Paternitatis, ſpiratio paſſiua reſpectu actiuæ. Sed contra terminus ſe habens vt ratio, ſub qua, nihil eſt aliud iuxta Lugum, ni fallor, quàm ratio terminandi relationem, ſeu terminus vt reduplicans rationem terminandi, quomodo ſe habet ſpiratio paſſiua reſpectu actiuæ, quatenùs ratio, cur Spiritus Sanctus terminet habitudinem ſpirationis actiuæ eſt ſpiratio paſſiua, ſicque terminus ſe habens, vt ratio ſub qua, non eſt, niſi terminus, vt formaliter terminans, & eo modo, quo probatum, explicatumque eſt relatiuum etiã vt formaliter relatiuum non debere neceſſariò cognoſci ſimul cum correlatiuo cognitione eiuſdem rationis, probari explicarique poteſt non debere cognitione eiuſdem rationis cognoſci relationem, & terminum etiam vt formaliter terminantem, ſeu ſe habentem tanquam rationem ſub qua. 33.

Relatio poteſt videri non viſo termino, qui ſe habeat etiam vt ratio ſub qua.

Probatur eadem ſecunda pars ſecundò, ſpecialiter quoad Patrem, & Filium, quod ſcilicet poſſit videri Filius non viſo Patre, & ex conſequenti etiam Pater non viſo Filio. De facto filius terminat vnionem hypoſtaticam, quam non terminat Pater: ergo etiam poteſt terminare viſionem, quam Pater non terminet: ergo poteſt videri non viſo Patre. Antecedens patet quia ſolus filius de facto eſt incarnatus: conſequentia procedit à pari, quia vtrobique ſermo eſt de terminatione; imò à fortiori, quia Perſona terminans vnionem hypoſtaticam, ſeu hypoſtaticè vnita ſe habet vt terminus intrinſecus vnionis, Perſona terminans viſionem, ſeu viſa, ſe habet vt terminus extrinſecus viſionis, 34.

Perſona vnita eſt terminus intrinſecus vnionis, Perſona viſa eſt terminus extrinſecus viſionis.

viſionis, Si autem aliqua terminatio intrinſeca conuenire poteſt filio, non Patri, multo magis filio, non Patri conuenire poteſt aliqua terminatio extrinſecâ, cuiuſmodi eſt terminatio viſionis.

35. Dices diſparitatem, etiam ſi fortè non cõſtet, ſupponendam omninò eſſe propter verba Chriſti Io. 14 *Qui videt me, videt & Patrem meum*, quæ quidem verba non videtur dici poſſe quod procedant de ſolâ potentiâ ordinariâ ob rationem ibidem à Chriſto allatam: *Quia ego in Patre, & Pater in me eſt*, quæ ratio, ſicuti verificatur etiam de potentiâ abſoluta; ita debet eodem modo verificari id, quod ex illa Chriſtus infert, fauet etiam Auguſtinus *lib. quæſtionum noui Teſtamenti, quæſt.* 43. illis verbis: *Per id, quod vnum in ſubſtantia ſunt, qui vnum videt, ambos videt.* Item Nazianzenus *Oratione* 49. *Qui videt me, videt & Patrem, non immeritò, quia vnitate ſubſtantiæ, & Maieſtate diuinitatis vnum ſunt.* Si igitur qui videt filium videt Patrem, quia Pater, & filius ſunt vnum in ſubſtantia; ſicuti per quamcumque potentiam repugnat Patrem, & filium non eſſe vnum in ſubſtantia; ita per quamcumque potentiam repugnat, vt qui videt Patrem non videat filium; & è contra, eademque eſt ratio de Spiritu Sancto, licèt de ipſo non adeo expreſsè Chriſtus, & Sancti Patres loquantur.

36. Sed contra; Vt ex *Sanctis Patribus tradit* Laurea *in 4. tom. 4. diſp. 19. art. 4.* Lugus 1. *parte, lib. 1. diſp. 23. c. 4. num.* 15. allatus ex Ioanne textus procedit de viſione ænigmatica per fidem, de fide enim Patris petebat Philippus inſtrui verbis illis: *Oſtende nobis Patrem*, alioquin incongruè Chriſtus reſpondiſſet: *Quomodo tu dicis, oſtende nobis Patrem: Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt* Senſus igitur illorum verborum eſt: Qui credit me, eâdem fide credit & Patrem meum, qui eſt in me quo ad eſſentiam per identitatem; quo ad perſonam per circuminſeſſionem, & eadem operatur, quæ ego operor, vt ibidem ſubditur. Neque vrgeas: ergo à fortiori, ſi qui cognoſcit filium fide, & cognitione ænigmatica, eâdem cognoſcit, & Patrem, multo magis eâdem cognoſcit & Patrem, qui cognoſcit filium viſione, & cognitione intuitiuâ. Contra enim dicit Chriſtus: Qui credit me, credit & Patrem, vt doceat, quomodo ex fide ipſius poſſet Philippus facilè etiam conſequi fidem Patris, vt potè exiſtentis in ipſo, & eiuſdem eſſentiæ ac omninò ſimilis ipſi, non vt ſignificet: Quicumque habet fidem ipſius eo ipſo habere fidem Patris: imò euincitur oppoſitum ex interrogatione factâ à Philippo, qui habebat fidem filij, non Patris, cum de Patre peteret inſtrui. In eodem ſenſu de viſione ſcilicet fidei, & ænigmaticè intelligendi ſunt Patres allati in confirmationem illius textus. Quando tamen etiam vel in textu illo, vel in Sanctis Patribus ſermo eſſet de viſione faciali, & intuitiua non obeſſet nobis auctoritas, quia procederet de viſione adæquata, non de inadæquata; cum præſertim circuminſeſſio, & exiſtentia vnius perſonæ in alia ſignificata verbis illis: *Quia ego in Patre, & Pater in me eſt*, ſolùm habeat vim ad probandum, quod vna perſona, ſi adæquatè videatur, non poſſit videri ſine alia; Neque enim ex eo, quod vnum ſit in alio, niſi ſit in ipſo, tanquam prædicatum formaliter conſtitutiuum (qua ratione non ſunt in ſe inuicem diuinæ perſonæ, quarum vna non eſt formaliter conſtitutiua alterius) debet neceſſariò videri viſo quomodocumque illo alio; ſed ſolum viſo illo alio adæquatè, & ſecundùm omnia, quæ continet. Vnde habetur obiter circuminſeſſionem diuinarum perſonarum non officere viſibilitati vnius Perſonæ, non viſâ aliâ de potentia abſolutâ.

Qui credit vnam perſonam diuinam, non ſemper credit aliam actu exercito, poteſt tamen facilè credere.

Viſio adæquata vnius Perſonæ diuinæ non poteſt haberi ſine viſione alterius.

Circuminſeſſio non obeſt viſioni vnius perſonæ, non viſâ aliâ.

37. Ex dictis habetur primò faciliùs concedendum eſſe, quod diuina eſſentia poſſit videri non viſis Perſonis, quàm quod Perſona aliqua poſſit videri non viſá eſſentiâ. Enim verò reſpectu eſſentiæ Perſona eſt prædicatum ſolum identificatum, non formaliter conſtitutiuum; reſpectu Perſonæ eſſentia eſt prædicatum formaliter conſtitutiuum: ſi tamen nomine perſonæ intelligatur vel perſonalitas in abſtracto, vel concretum perſonalitatis præcisè, quomodo alibi explicabitur Patrem in diuinis ſumi poſſe vel prout importat conſtitutum ex eſſentia, & paternitate, vel prout importat ſolam Paternitatem in concreto, eâdem ratione, qua dicitur videri poſſe eſſentiam non viſis perſonis, dici poteſt videri poſſe Perſonas, non viſâ eſſentiâ.

Perſona ſumi poteſt, vel pro cõcreto ex eſſentia & Perſonalitate, vel pro concreto perſonalitatis præcisè.

38. Habetur ſecundò independenter à diſtinctione ex natura rei ſuſtineri poſſibilem viſionem vnius diuini prædicati non viſo alio: & beneficio diſtinctionis virtualis poſſe, quantum ad præſens inſtitutum attinet, ſufficienter explicari ea omnia, quæ explicant Scotiſtæ per diſtinctionem ex natura rei. Quidquid ſcilicet ab alio virtualiter diſtinguitur ſine præiudicio identitatis, ac ſimplicitatis realis actualis, poteſt ſine alio videri: & quod vulgariter decantatur: *Ens indiuiſibile, & ſimplex, vel totum ſcitur, vel totum neſcitur*, procedit de ente indiuiſibili, & ſimplici etiam virtualiter.

Ens ſimplex vel totum ſcitur, vel totum neſcitur, quomodo verificetur.

39. Habetur tertiò aliud eſſe diuinam eſſentiam videri non viſis, aut attributis, aut perſonis; aliud eſſe videri negatis de eadem aut attributis, aut perſonis. Primo modo dici poteſt ipſam videri ſine attributis & perſonis præciſiuè, nec affirmando ſcilicet, nec negando ipſi ineſſe aut attributa, aut perſonas. Secundo modo dici poteſt ipſam videri ſine attributis, & perſonis poſitiuè; poſitiuè ſcilicet negando de ipſa attributa, & perſonas. Primo, non ſecundo modo procedunt ſuperiora aſſerta, quæ ſi ſecundo modo procederent, iure nobis opponerent aduerſarij, quòd viſio præciſiua attingeret diuinam eſſentiam aliter, ac eſt.

40. Habetur quartò hucvſque poſita procedere de viſione, vt cognitio intuitiua eſt: Vtrùm verò eadem viſio poſſit eſſe præciſiua, etiam vt eſt cognitio Beatifica, eſt difficultas

ficultas diſparata peudens ab explicatione obiecti beatifici. Si enim dicatur cum *Scoto* diuinam eſſentiá ſecūdùm ſe præciſè habere ſufficientem rationem obiecti beatifici, viſio non ſolum vt cognitio intuitiua, ſed etiam vt beatifica poterit attingere diuinam eſſentiam non attactis perſonis. Si verò ad rationem obiecti Beatifici exigatur etiam Trinitas Perſonarum; vt beatifica non poterit attingere diuinam eſſentiam non attactis Perſonis, vt ex profeſſo diſcutietur in libris de beatitudine. Interim certùm ſit non fore beatificam viſionem, qua quis videret ſolùm, aut perſonalitates, aut attributa, non viſâ eſſentiá; huiuſmodi enim perfectiones neque ſunt ſummum bonum abſolutè, quia non ſunt omne bonum, neque ſunt ſummum bonum comparatiuè, quia datur bonum maius, ipſa ſcilicet diuina eſſentia. Hinc fit poſſe intellectum creatum videre aliquid Dèi abſque eo, quod beetur; & è contra poſſe beari etiamſi aliquid Dei non videat, loquendo in ſententia *Scoti* a nobis etiam ſuo loco propugnanda.

Intellectus creatus poteſt videre aliquid Dei abſque eo, quod beetur.

CAPVT V.

De obiecto creato Viſionis Dei.

1. OBIECTVM creatum viſionis dignitate magis, quàm difficultate ſecundarium eſt, & inferius increato: licèt enim certum ſit beatos videndo Deum omnes creaturas in confuſo, & aliquas in particulari cognoſcere, valde tamen controuertitur quomodo, quænam, cur hæ potius, quàm illæ creaturæ cognoſcantur; & ne terminorum, aut obſcura aut ambigua ſignificatio difficiliorem reddat aſſerendorum intelligentiam, breuem nonnullorum explicationem præmitto, quæ ad præſens inſtitutum maximè pertinet.

2. Præmitto primò: Creaturas ſumi poſſe poſſe vel ſecundùm eſſe eminentiale, quod habent in Deo; vel ſecundùm eſſe formale, quod habent, aut habere poſſunt, in ſe ipſis. Primo modo non ſunt quid diſtinctum à Deo, ſed ſunt ipſa Dei entitas, & vt communiter dicitur: *Creatura in Deo eſt ipſa creatrix eſſentia Dei*; quod axioma ſumpſerunt Theologi ex Anſelmo *in Monologio, capite* 33. vbi de creaturis ita habet: *In ſe ipſis ſunt eſſentia mutabilis ſecundum mutabilem rationem creata, in ipſo verò ſunt ipſa prima eſſentia.* Secundo modo ſunt quid à Deo diſtinctum & extra Deum ſecundùm eſſe reale.

Creaturæ ſumi poſſũt vel ſecundùm eſſe eminentiale, vel ſecundū eſſe formale.

3. Præmitto ſecundò: Diuinam eſſentiam ſe habere poſſe ad cognitionem creaturarũ, vel vt medium quo, vel vt medium in quo, vel vt medium ex quo, vel vt medium cum quo, cognoſcantur creaturæ. Se habet diuina eſſentia, vt medium quo, ſi ad cognitionem creaturarum concurrat per modum ſpeciei ipſarum repræſentatiuæ, quod duplici titulo præſtare poteſt: vel titulo ſupplendi ſpecies creatas efficiendo per concurſum propriæ omnipotentiæ illud, quod faceret obiectum creatum, vel per ſe ipſum, vel per ſpeciem propriam; vel titulo omnimodæ infinitatis, ratione cuius continet non ſolum eſſe phyſicum; ſed etiam eſſe intentionale cuiuſcumque creaturæ, & ſicuti quia continet eſſe phyſicum poteſt præſtare per ſe quidquid phyſicè poteſt præſtare creatura; ita quia continet eſſe intentionale debet poſſe præſtare quidquid poteſt intentionaliter præſtare creatura: ex quo patet obiter cur cauſa, ſecunda non poteſt concurrere vt ſpecies ad cauſandam cognitionem ſui effectus, etiamſi ipſum contineat; ratio ſcilicet eſt quia continet ipſum phyſicè tantum, non intentionaliter, cum continentia cauſæ ſecundæ non ſit continentia in omni genere. Se habet diuina eſſentia, vt medium in quo, quando ratione continentiæ phyſicæ, & connexionis, quam habet in ordine ad creaturas tanquam ipſarum eminentialis cauſa, & perfectiſſima idea, determinat intellectum cognoſcentem ipſam ad cognoſcendum in ſe ipſa creaturas; ſicuti quidquid aliud continet, præſertim tanquam cauſa effectum, ſi in ſe perfectiſſimè cognoſcatur, in ſe poſtulat cognoſci id, quod continet. Se habet diuina eſſentia, tanquam medium, ex quo, quando ipſa cognita conducit ad cognoſcendas creaturas directè, & in ſe ipſis cognitione diſtinctâ quidem à cognitione ſui, aliqualiter tamen à ſui cognitione cauſatâ ſeu deductâ, eo modo, quo quælibet cauſa poteſt eſſe medium, ex quo cognoſcatur effectus; quilibet actus vitalis medium, ex quo cognoſcatur obiectum; quodlibet relatiuum medium, ex quo cognoſcatur correlatiuum. Se habet diuina eſſentia tanquam medium, cum quo, ſi ita cum ipſa cognoſcantur creaturæ vt creaturarum cognitio purè concomitanter ſe habeat ad illius cognitionem, & intellectus ita ſimul cum ipſa creaturas cognoſcat, vt ad creaturas cognoſcendas aliunde prorſus, nullatenus ab ipſa determinetur.

Eſſentia diuina ad cognitionem creaturarũ poteſt ſe habere vel vt mediũ quo.

Vel vt mediũ in quo.

Vel vt mediũ ex quo.

Vel vt medium cum quo.

Præmitto tertiò: Creaturas cognoſci poſſe vel in proprio genere; vel in verbo cognoſci dicũtur in proprio genere quando cognoſcũtur non ſolùm ſecundum proprium eſſe, ſed etiam per proprias ſpecies creatas. Cognoſci dicuntur in verbo quando cognoſcuntur in Deo, qui modus loquendi eſt appropriatus, ſeu per appropriationem, ratione cuius ea, quæ ſpectant ad cognitionem, licet alioqui communia toti Trinitati, ſolent ſpecialiter tribui Perſonæ procedenti per inellectũ, ſcilicet verbo; ſicuti quæ ſpectant ad volitionem perſonæ procedenti per voluntatem ſcilicet Spiritui Sancto. Difficilius eſt explicare, quid ſit quo ad rem creaturas in Deo, ſeu in verbo cognoſci: Vtrùm ſcilicet ſit cognoſci actu ipſo, quo videtur diuina eſſentia, quod eſt cognoſci in verbo formaliter, ſeu ex vi viſionis formaliter, an verò ſit cognoſci actibus diſtinctis à viſione, conſequentibus tamen ad viſionem, & elicitis dependenter à ſpeciebus, 4.

Creaturæ cognoſcentur, vel in proprio genere vel in verbo.

illios tractionibus, & reuelationibus conceſſis à Deo ratione ſtatus benefici, quod eſt creaturas cognoſci in verbo cauſaliter, ſeu ex vi viſionis cauſaliter, ſi tamen hæc cognitio non eſt potius dicenda à verbo, quàm in verbo, vt notat Herincx *diſp.5. quæſt.7. num. 62.* pro terminorum intelligentiâ prælibatis, ſit

§. I.

An & quomodo beati cognoſcant aliquas Creaturas in verbo, ſeu ex vi viſionis Dei?

5. Beati cognoſcunt aliquas creaturas in Verbo formaliter.

ASSARTVM I. Beati cognoſcunt aliquas creaturas in Verbo, ſeu ex vi viſionis formaliter. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt. 12. articulo 8. & 9. aliiſque pluribus in locis relatis* à Syluio *eadem quæſt. 12. art. 9.* D. Bonauentura *in 3. diſtinct. 14. articulo 2. quæſtione 1.* Scotus *quæſtione 3. prolegi, aliiſque in locis relatis* à Laurea *in 4. tom. 4. diſput. 19. articulo 5.* Thomiſtæ, Scotiſtæque communiter, & omnes ferè recentiores, Suarez *lib. 2. de attributis, cap. 25.* Amicus *prima parte, diſput. 9. ſect. 21.* Arriaga *diſput. 10. ſect. 3.* De Quiros *diſputat. 22. ſect. 1.* Auerſa *ſect. 13. &c. contra Nominales*, volentes beatos non poſſe cognoſcere creaturas in Verbo, niſi cauſaliter, & actu diſtincto ab actu viſionis, quam Nominalium ſententiam propugnat acerrimè Vaſquez *diſp. 50.* quem ſequuntur Torres, Beccanus, Alarcon & ex parte Lugus *lib. 1. diſput. 24. cap. 1. num. 14.* dicens Nominalium ſententiam, quam *Vaſquez* auidius arripuit, nullâ dignam eſſe cenſurâ, nec forſan probabilitate carere.

Probatur primò: Beati poſſunt in Verbo, & ex vi viſionis formaliter cognoſcere aliquas creaturas, ergo de facto aliquas ita cognoſcunt. Conſequentia patet, quia ex vna parte non ſunt in beatis multiplicandi actus ſine neceſſitate, ex alia parte viſio, quæ de facto datur perfectiſſima eſt, adeóque non eſt ipſi neganda perfectio attingendi per ſe ipſam formaliter aliquas creaturas, ſi talis perfectionis eſt capax. Antecedens probatur: Deus in ſe ipſo, & ex vi viſionis formaliter, quâ cognoſcit propriam eſſentiam, in propria eſſentia, tamquam in medio cognito cognoſcit creaturas, vt habetur ex Sanctis Patribus: D. Dionyſius *de diuin. nom. cap. 7. Diuina mens non nouit ea, quæ ſunt ex iis, quæ ſunt; ſed ex ſe, & in ſe, per cauſam rerum omnium,* D. Thomas *prime contrà gentes, cap. 49. Deus cognoſcit ſe ipſum, tanquam primò, & per ſe notum; alia verò, ſicut*
6. *in eſſentiâ ſuâ visâ.* D. Auguſtinus *6. de Trinitate cap. vltimo: In Deo eſt verbum; eſt verbum perfectum, cui non deeſt aliquid, & ars quædam omnipotentis, &c. ibi nouit omnia Deus, quæ fecit per ipſam.* Euincitur etiam ratione, quia nec aliter Deus potuit ab æterno creaturas cognoſcere, quàm in ſe ipſo; nec propriam eſſentiam perfectè videret ſub omni ratióne, præſertim ſub ratione cauſæ, niſi in ipſa videret effectus poſſibiles; ergo etiam beati ex vi viſionis formaliter, qua intuentur diuinam eſſentiam, poſſunt in ipſa, tanquam in medio cognito, cognoſcere aliquas creaturas. Hæc conſequentia probatur: Intellectui creato ſecundùm ſe non repugnat cognoſcere in cauſa aliquem effectum, neque ex tali cognitione debet in infinitum creſcere perfectio actus attingentis cauſam; diuina eſſentia, vt eſt cauſa creaturarum poteſt tanquam medium cognitum inſeruire, vt in ipsâ visâ cognoſcantur vi eiuſdem viſionis creaturæ, quod enim præſtare
poteſt reſpectu proprij intellectus increa- 7.
ti, multò magis, niſi aliundè aſſignetur repugnantia, præſtare poteſt reſpectu intellectus creati, ergo.

Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſo omni modo, quo ſunt cognoſcibiles.

Dices nec ſufficienter probari quod Deus cognoſcat creaturas in propria eſſentia tamquam in medio cognito; nec quando id probaretur rectè extendi paritatem ad beatos. Ratio primi eſt, quia ſaluatur optimè Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſo, per hoc quod cognoſcat ipſas in propria eſſentia tanquam in medio quo, & eminentiſſima ſpecie, abſque eo, quod eas cognoſcat in eadem, tanquam in medio in quo, & cauſâ prius cognitâ. Nec aliud videntur ſuadere allatæ ex Sanctis Patribus auctoritates. Ratio ſecundi eſt, quia cognitio, quam habet Deus ſui ipſius, ſeu propriæ eſſentiæ, eſt comprehenſiua, non ſic illa, quam habent beati: ex eo autem, quod vnum in alio attingatur cognitione comprehenſiuâ, non ſequitur debere in eodem attingi cognitione intuitiuâ. Sed contra: Non ſufficit ſaluare præcisè, quod Deus cognoſcat creaturas in ſe ipſo, ſed debet ſaluari, quod cognoſcat omni modo, quo in ipſo cognoſcibiles ſunt, adeóque non ſolùm, tanquam in medio quo, & eminentiſſima ſpecie; verû etiam tanquã in medio in quo, & cauſâ cognitâ, niſi hic modus aliundè euincatur impoſſibilis, & *D. Dionyſius* dum exprimit Deû cognoſcere creaturas in ſe per cauſam rerum omnium, aliquid ampliùs intendit, quàm cognoſcere creaturas in ſe, tanquam in medio quo. Nec rem per cauſam cognoſcere eſt quomodocumque cognoſcere rem, & cauſam, ſed eſt ita rem cognoſcere, vt cauſa cognita ſit ratio ipſam cognoſcendi. Ad impugnationem paritatis dico eo ipſo, quod admittitur cognitione comprehenſiuâ poſſe cognoſci creaturas in diuina eſſentia, tanquam in medio cognito ſequitur diuinam eſſentiam, vt medium cognitum poſſe eſſe rationem formalem cognoſcendi creaturas: gratis deinde additur, quod non poſſit exercere talem rationem formalem, niſi reſpectu cognitionis comprehenſiuæ. Nec refert, quod cognitio comprehenſiua plura poſſit, in ſuo obiecto attingere, quam intuitiua, hoc enim ſi quid ſuadet ad ſummum illam non iſtam, poſſe in diuina eſſentia attingere omnes creaturas. Cæterùm ſi diuina eſſentia, vt medium cognitum

Digitized by Google

gnirum poteſt manifeſtare omnes creaturas intellectui comprehendenti, non eſt, cue nequeat manifeſtare eodem modo aliquas intellectui videnti, cum præſertim aliunde ad cognoſcendos aliquos effectus in cauſa ſufficiat viſio, noo requiratur comprehenſio cauſæ.

8. Probarut ſecundò: Beati babent de facto actum, reſpectu cuius aliquæ creaturæ ſunt obiectum ſecundarium, ſed hoc non poteſt verificari, niſi cognoſcant de facto aliquas creatnras in verbo, ſeu ex vi viſioois formaliter: ergo beati cognoſcunt aliquas creaturas, &c. Maior pater, quia communiree dicitur creaturas reſpectu beatorum eſſe obiectum ſecundarium; non poſſunt autem eſſe obiectum ſecuodarium; niſi comparatiuè ad aliquem actum exiſtentem in beatis, cum ratio obiecti ſit eſſentialiter correlatiua ad actum. Minor probatur: Si beati non cognoſcunt aliquas creatutas in verbo ex vi viſionis formaliter, eodem ſcilicet actu, quo viderur eſſentia diuina: Sed omnes cognoſcunt actibus à viſione diſtinctis, immediatè, & directè terminatis ad ipſas creaturas, creaturæ neque eſſent obiectum ſecuodarium reſpectu ipſius actus viſionis, quia à tali actu non attingerentur, neque reſpectu actuum conſequentium diſtinctorom à viſione, quia à talibus actibus primariò, imò vnicè attingerentur, ergo niſi dicarur eundem formalem actum viſionis attingere primariò in ſe diuinam eſſentiam, ſecundario in diuina eſſentia creaturas, nullus eſt actus in beatis reſpectu cuius aliquæ creaturæ ſint obiectum ſecundariom.

Creaturæ eſſent obiectum ſecundarium, niſi cognoſceréturvi viſionis formaliter.

9. Dices crearuras ſufficienter dici obiectum ſecundarium viſionis per hoc, quod ſint obiectum actuum conſequentium ad viſionem. Sed contra: Nimis abuſiuè dicitur obiectum ſecundarium alicuius actus id, quod non attingitur à tali actu, & non eſt obiectum ipſius: & ſicuti obiectum concluſionis oon eſt obiectum ſecundarium actuum præmiſſarum, ita, &c. Accedit, quod aduerſarij negantes omnem connexionem diuinæ eſſentiæ ad creaturas ægrè poſſunt explicare, quomodo ad cognitionem diuinæ eſſentiæ conſequatur in beatis cognitio creaturarum.

Obiectum primarium, & ſecundarium, debēt dici per ordinem ad eundem actum.

10. Probatur tertiò: Si aliqua eſt ratio, cur beati non cognoſcant aliquas crearuras in verbo, ſeu ex vi viſionis formaliter; vel ſe tenet ex parte diuinæ eſſentiæ, quæ cum ſit abſoluta ab omni re creata, nec ad aliquam rem creatam relatione reali referatur, nequeat eſſe medium cognoſcendi res creatas: vel ſe tenet ex parte intellectus creati, qui ratione ſuæ finitæ virtutis nequeat eodem actu attingere plura, præſertim valde diuerſa, cuiuſmodi ſunt eſſentia diuina, & creaturæ: Sed neutra ratio ſubſiſtit; ergo. Probatur minor: Non ſubſiſtit prima ratio, licet *à Vaſquio* vrgeatur, tanqoam validiſſima; quia nec verum eſt eſſentiam diuinam eſſe abſolutam ab omni reſpectu ad res creatas, nec ex huioſmodi reſpectu rimendum eſt redundare imperfectiooem aliquam in ipſam diuinam eſſentiam; reſpectus enim dicit quidem eſſentialiter connexionem, at non dicit eſſentialiter dependentiam vnius relatiui ab altero; imo cum relatiua ſiot ſimul natura, ex præciſa ratione relatiui, non poteſt vnum ab alio dependere. Deinde, vt vnum ſit ratio cognoſcendi aliud, requiritur continentia, & connexio non relatio; eſſentia enim eſt ratio cognoſcendi ſuas proprietates Metaphyſicas, ad quas realiter non referror: Imò cum relatiua ſint ſimul cognitione, vnum non eſt ratio cognoſcendi aliud, & cognitio debet in relatioa ferri vel immediatè, vel per medium, quod ſit ratio cognoſcendi vtrumque ex ipſis; & non niſi materialiter conuenire poteſt relatiuis, quod vnum ex alio, vel in alio cognoſcatur. Non ſubſiſtit ſecunda ratio, quia intellectum creatum poſſe quantum eſt ex ſe vnico actu attingere plura etiam valde diuerſa, præſertim quando vnum in alio cognoſcitur, euincitur io Angelis, qui quo perfectiores ſunt, eo plura vnicâ ſpecie, & vnico acto cognoſcunt. Cum igitur viſio Dei ſit perfectior, & eleuatior quolibet actu intellectus Angelici, eſt ei à fortiori concedendum, quod poſſit in plura etiam valde diuerſa ferri, Deúmque, & creaturas, maxime verò io Deo creaturas intellligere.

Eſſentia diuina non eſt abſoluta ab omni reſpectu ad creaturas, non eſt tamen neceſſarius reſpectus vt in ipſa videatur creaturæ.

Intellectus creatus poteſt vno actu plura attingere.

Dices ſpecialem eſſe rationem, cur Deus, 11.
& creaturæ præſertim poſſibiles nequeant eodem actu attingi, quia ſcilicet Deus eſt obiectum ſupernaturale, creaturæ ſunt obiectum naturale: Deos eſt obiectum cognitioois iotuitiuæ, creaturæ poſſibiles ſont obiectum coghitionis abſtractiuæ; eadem autem cognitio non poreſt eſſe ſupernaruralis, & natoralis; intuitiua, & abſtractiua. Sed contra: Eodem modo probaretur neque etiam Deom poſſe vnico actu ſe, & creaturas cognoſcere. Dico igitur ad primum 12.
naturale, & ſupernaturale, eſſe ſpecificatiua diuerſorum actuom ad ſummum, quando vtrumque ſe habet, vt obiectum motiuum; & naturale modo naturali, ſupernaturale modo ſupernaturali attingitur, quod non euenit in præſenti; cognoſcuntur enim creaturæ in diuina eſſeotia, tanquam in medio ſupernaturaliter mouente. Nec viſio euaderet naturalis ſimul, & ſopernaturalis niſi ad ſummum termioatiuè. Cæterom in ſe eſt abſolutè ſupernaturalis, quia vtrumque obiectum attingeret modo, & medio ſupernaturali. Ad ſecundum dico repugna- 13.
re eidem actui eſſe intuitiuum ſimul, & abſtractiuum ad ſummum reſpectu eiuſdem obiecti, ſecus reſpectu diuerſorum; imò reſpectu eiuſdem obiecti ſolùm per idem medium, quod non poteſt eſſe ſimul ſpecies aliena, & propria; at per diuerſa media non repognar, ſicuti non repugnar eundem actum reſpectu eiuſdem obiecti eſſe fidem, opinionem, & ſcientiam ſi tendat per auctoritatem, per congruentiam, & demonſtrationem

Eadem cognitio quomodo poſſit tendere in obiectū ſupernaturale, & naturale.

Quomodo poſſit eſſe ſimul intuitiua, & abſtractiua.

Aduerte dum hucuſque diximus beatos 14.
cognoſcere aliquas creaturas io verbo, tanquam

Creaturæ non cognoſcuntur in Deo, tanquam in cauſa ratione ſolius omnipotentiæ.

quam in me d io cognito,ſeu in Deo tanquam in cauſa, no n intendere nos, quod huiuſmodi creaturæ cognoſcantur in diuina eſſentia præcisè ratione omnipotentiæ, ſed etiam ratione cuiuſcumque alterius attributi reſpicientis creaturas, & concurrentis ad ipſarum productionem, ſicque ratione ſapientiæ, ſeu prouidentiæ dirigentis; voluntatis applicantis, affectus complacentis, &c.

15. *Beati cognoſcunt aliquas creaturas ex vi viſionis cauſaliter.*

Assertvm II. Beati cognoſcunt aliquas creaturas actibus diſtinctis à viſione, ad ipſam tamen viſionem, ſeu ad ſtatum beatificum conſequentibus, quod à nonnullis dicitur cognoſcere creaturas extrà verbum, ab aliis cognoſcere creaturas in verbo cauſaliter, ſeu ex vi viſionis cauſaliter. Ita Amicus 1. *parte, diſp.* 9. *ſect.* 23. *num.* 441. Syluius *q.* 12. *art.* 10. Moncæus *in diſputationibus ſelectis, diſp.* 2. *cap.* 11. Herincx *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *numero* 72. Laurea *in* 4. *tom.* 4. *diſp.* 19. *artic.* 8. *num.* 198. & à fortiori, Vaſquez *cum Nominalibus*, aliiſque citatis pro ſententia aſſerente nullam Creaturam videri in verbo formaliter contra Lugum 1. *part. lib.* 1. *diſp.* 24. *c.* 3. *num.* 20. & plures Thomiſtas, D. Thomas, & Scotus ambiguè locuti ſunt, vt quo ad *D. Thomam* videre eſt apud Io. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 12. *diſp.* 15. *art.* 5. *num.* 15. quoad Scotum apud Lauream *art.* 8. *mox cit.* ſatis etiam indefinitè, ac dubitanter loquuntur Molina 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 8. *memb.* 6. Arriaga *diſp.* 11. *ſect.* 6.

16. *Illas ſcilicet quas non cognoſcunt ab initio beatitudinis.*

Probatur: Beati cognoſcunt aliquas creaturas ſucceſſiuo decurſu temporis, quas non cognouerunt ab initio beatitudinis, & in primo inſtanti viſionis; ſed huiuſmodi creaturas non cognoſcunt ex vi viſionis formaliter, & eodemmet viſionis actu, quo vident diuinam eſſentiam; ergo cognoſcunt ipſas ex vi viſionis cauſaliter, actibus ſcilicet à viſione diſtinctis, ad viſionem tamen conſequentibus, & conceſſis ad exigentiam viſionis eo ferè modo; quo gloria corporis conſequitur gloriam animæ, & conceditur ad ipſius exigentiam. Maior infrà probabitur §. *ſequenti*. Minor probatur. Actus, quo beati cognoſcunt diuinam eſſentiam, eſt omninò inuariabilis, & ideò, vt latè explicat Io. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 10. *diſp.* 10. *art.* 1. menſuratur peculiari menſurâ quæ dicitur æternitas participata, & diſtinguitur ab æuo in eo, quod importet maiorem immutabilitatem, ideo etiam dicitur vita æterna Io. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum.* Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna*, non vtique ex eo præcisè, quod ſit ſine fine duratura; nam hoc modo etiam damnati habent vitam æternam; ſed quia ſit futura ſine mutatione; ideò tandem eſt ſumma felicitas, qualis non eſſet, ſi foret obnoxia mutationi; & incrementi, decrementique capax: at non poſſet huiuſmodi actus ſuſtineri inuariabilis, ſi vi ipſius formaliter attingerentur creaturæ, quas beati ab initio beatitudinis non cognouerunt, & ſucceſſiuo decurſu temporis cognoſcunt: eſt enim imperceptibile, quod actus, qui non eſt, niſi vitalis obiecti attingentia, ſeu vitale comple-

Viſio Dei eſt omninò immutabilis.

xum potentiæ, & obiecti ſine intrinſeca ſui mutatione poſſit aliquid de nouo, modò plura, modò pauciora cognoſcere. Nec eſt eadem ratio de ſpecie impreſſa vniuerſali, quæ poteſt modò plura, modò pauciora repræſentare abſque intrinſecâ ſui mutatione. Non eſt, inquam, eadem ratio, quia ſpecies impreſſa conſtituitur per actum primum, ſeu virtutem repræſentatiuam, ideò optimè poteſt ſine intrinſeca, & eſſentiali ſui mutatione diuerſimodè ſe habere, in actuali repræſentatione: at viſio formaliter conſiſtit in actu ſecundo, & per ipſam actualem attingentiam eſſentialiter conſtituitur, ideò eſt imperceptibile, quod variatâ tali actuali attingentiâ, ipſa eſſentialiter, & intrinſecè non varietur.

Viſio eadem non poteſt attingere modò plura, modò pauciora obiecta, licet ſpecies eadem poſſit modò plura, modò pauciora repræſentare.

Dices viſionem non variari eſſentialiter, niſi ex variatione obiecti primarij, creaturas verò eſſe obiectum ſecundarium, ex cuius variatione propterea non eſt neceſſe, quod viſio varietur, niſi variatione accidentali, ſeu modificatione aliquâ. Sed contrà: Si ly *eſſentialiter*, ſumatur pro ſpecificè ſufficienter percipio ex ſola variatione obiecti primarij variari eſſentialiter viſionē, quod ſi ly *eſſētialiter*, ſumatur pro entitatiuè, & intrinſecè, nūquam percipiam eādem entitatē actus, qui nihil eſt aliud; quàm attingentia obiecti, ſiue primarij, ſiue ſecundarij, poſſe abſque numerica variatione attingere nouum obiectum ſecundarium, quod additur de variatione accidentali, ſeu modificatione faciliùs dicitur, quàm capiatur. Eodemque modo dici poteſt cognitionem quamlibet naturalem abſque entitatiuâ, & intrinſecâ ſui mutatione cum ſolâ variatione accidentali, aut modificatione poſſe plura obiecta ſecundaria antecedenter ignota ſucceſſiuo temporis decurſu cognoſcere. Nec congruè, quis in præſenti afferret actum cognitionis diuinæ, qui abſque vllâ ſui intrinſecâ variatione poteſt in plura, aut pauciora futura ferri. Enim verò id habet diuina cognitio ratione eminentiſſimæ infinitatis ratione cuius diuerſis quibuſcumque cognitionibus per ſe ipſam æquiualet, quod nulli cognitioni creatæ poteſt competere. Deinde nulla eſt in præſenti neceſſitas transferendi myſterium actuum diuinorum ad actus creatos, cum ſine recurſu ad myſteria poſſit res noſtra facillimè explicari admittendo in beatis actus à viſione diſtinctos. 17.

18. *Quomodo fiant beatis ſpeciales illuſtrationes vi viſionis cauſaliter.*

Aduerte hîc huiuſmodi actus à viſione diſtinctos, & ad viſionem conſequentes, eliciendos eſſe à beatis dependenter à ſpecialibus quibuſdam illuſtrationibus, & reuelationibus diuinis, à Deo præſtitis vel per ſpecierum intentionalium aut infuſionem, aut excitationem, vel, quod veriſimilius eſt, per propriam eſſentiam ſe habentem, vt medium quo, modo *in limine capitis*, explicato, & immediatè ſupplentem ſpecies proprias obiectorum, quorum noua manifeſtatio beatis fieri, quod facilè explicatur ſuppoſitâ libertate diuinæ eſſentiæ in repræſentando plura, vel pauciora pro libito.

§. II.

Quaſnam Creaturas Beati de facto cognoſcant ex vi viſionis, aut formaliter, aut cauſaliter?

19. Beati nō vident de facto omnes creaturas in particulari, benè tamen in confuſo.

ASSERTVM I. Beati non vident de facto omnes creaturas diſtinctè, & in particulari, benè tamen confusè, & in communi, Ita Theologi communiter contra Duraodum *in 3. diſt.14.quæſt.2.* Baſſolium *quæſt. 4. Prologi, art.3.* alioſque paucos volentes Deum non poſſe videri, quin attingãtur diſtinctè, & in particulari omnia, quæ eminẽter continet non minùs, quàm quæ continet formaliter.

Probatur: Cognitio omnium creaturarum diſtinctè, & in particulari, vix poteſt probari poſſibilis: ergo multò minùs poteſt ſuſtineri de facto, cum præcipuè ex D.Diooyſ. *de Cœleſti Hierarchia, cap.7.* habeatur Angelos inferiores à ſuperioribus circa multa illuminari. Si autem omnes omnia creata, ac creabilia diſtinctè cognoſcerent, nullus haberet, vndè ab alio illuminaretur. Nec refert, quod plures Sancti Patres adducti à Laurea *in 4. tom.4. diſp.19.art.9.* videantur docere omnes Beatos videre omnia, quæ Deus poteſt extra ſe facere, vel enim, vt explicat D.Bonauentura *in 4. diſt.45. dub.9.* vident omnia æquiualenter; quatenùs videot eum, qui æquiualet omnibus; vel vident omnia cõfusè, & io communi; quatenùs vident in Deo omnipotentiam, omniſcientiam, aliaque huiuſmodi relatiua ad omnes creaturas: vnum verò relatiuum non poteſt videri, niſi correlatiuum confusè ſaltem, & ſub aliquo communi conceptu cognoſcatur ex quo manent probatæ poſteriores particulæ poſiti aſſerti.

20. Beati cognoſcunt de facto Myſteria Fidei, quæ in via crediderunt.

ASSERTVM II. Beati cognoſcunt de facto ex Myſteriis gratiæ ea omnia, quæ in via crediderunt, Gratiam ſcilicet, habitus, infuſos, vnionem hypoſtaticam, Sacramenta, Maternitatem Virginis, & huiuſmodi alia obiecta creata Fidei, excepto iudicij die. Ita Amicus *1.part. diſp.9. ſect.23.num.443.* Lugus *1.part. diſp. 24. cap. 3. num. 1.* Laurea *in 4. tom.4. diſp.19.art.9. n.229.* Herincx *diſp.5. quæſt.8. num.74.* Moncæus *in diſputationibus ſelectis, diſp.2. cap.10.* Leſſius *lib.2. de ſummo bono, cap.9.* alijque communiter, licèt quoad exceptionem diei iudicij nobis aduerſentur nonnulli, inter quos Lugus *cap. cit. n.24.*

Probatur primò ex ſæpius relatis verbis: Pſalm. 47. *Sicut audiuimus, ſic vidimus.* 1. Corinth. 13. *Per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:* quibus, & ſimilibus locis omninò exprimitur viſionem, & cognitionem facialem correſpondere Fidei, & cognitioni ænigmaticæ, vt etiam clarè tradit D. Thom. *1.2.q.4.art.3.in C.* dicens: *Perfecta cognitio finis reſpondet imperfectæ.* Colligitur hoc etiam ex iis, quæ cum D.Th. *1. part. q.1. art.2. poſuimus in prologomenis, c.1.§.4.* explicantes Theologiã noſtrãm eſſe propriè ſcientiam etiam iuxta definitionem *Ariſtotelis*, eò quòd ipſius principia, quæ ſunt principia Fidei, habeant euidentiam lumine Scientiæ ſuperioris, & beatæ; quæ omnia malè ſubſiſterent, niſi à Beatis de facto viderentur in patria ea, quæ creduntur in via. Confirmatur ex Auguſtino *lib.14. de Trinitate, c.2.* vbi de fine vitæ, & ſtatu Patriæ ita habet: *Neque enim Fides iam erit, quâ credantur, quæ non videntur; ſed ſpecies, quâ videntur, quæ credebantur.* Idem tradunt Sanctus Paulinus Nolanus *Epiſt.12. ad ſeuerum*, Sanctus Proſper Aquitanus *de vita contemplatiua lib.1. cap.4.* alijque plures Sancti Patres.

Viſio in Patria correſpondet Fidei in via.

21. Beati vident ea, quæ crediderunt etiã ſolùm habitu, & implicitè.

Probatur ſecundò ratione: Notitia obſcura excitat appetitum cognitionis claræ, & rationabiliter quiſque deſiderat videre, quod credit: ergo Beati, quibus de facto in ſtatu illo perfectiſſimo, ac feliciſſimo, omne deſiderium expletur, omnis appetitus ſatiatur, de facto cognoſcunt ex myſteriis gratiæ ea, quæ in via crediderunt, ſubintellige vel actu, vel habitu; alioqui paruuli ante vſum rationis decedentes nullum Myſterium gratiæ viderent in Patria, ſicuti nullum actu crediderunt in via. Subintellige item (ſaltem quoad myſteria præcipua) vel explicitè, vel implicitè; alioqui qui explicitè credidiſſet ſolùm Myſteria increata, aut ex creatis ſolùm Myſterium Incarnationis, nullum aliud Myſterium videret in Patria. Dixi ſaltem quoad Myſteria præcipua, vtrùm enim Beati omnes videant omnia obiecta Fidei, etiam minùs præcipua, omnes figuras, omnes Prophetias, omnes ſymbolicas adumbrationes, omnes Scripturæ ſenſus præſertim myſticos, omnes Eccleſiæ definitiones, ac traditiones, valdè ambiguũ eſt. Affirmat Leſſius *lib.2. de ſummo bono, cap.9.n.60.* cui præcipuè quoad prophetias videtur fauere illud 1. Corinth. 13. *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit*, &c. Negat Salas 1.2. *tract.* 2. *diſput.4. ſect.11.* pro quo fortè ſtat D.Hieronymos dum *epiſt.* ad Paulinum, *cap.7.* Suadens ſtudium Sacrarum Litterarum ait: *Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in Cœlis.* Lugus, Herincx, Moncæus *locis citatis*, alijque magis communiter nihil definiunt: faciliùs, & meritò concedit Herincx *diſp.5. quæſt.8. n.78.* quod inter ea, quæ ſpectant ad ordinem gratiæ videat quilibet Beatus alios omnes exactiſſimè cognoſcendo ipſorum dignitatem, ordinem, gloriã, &c. hoc enim maximè conducit ad perfectionem illius ſupernaturalis Politiæ, & Cœleſtis. Reſpondeo, cui plurimum derogaretur, ſi ſuperni illi Ciues, imò Fratres, & cohæredes, ſe inuicem non cognoſcerent. Suadetur hoc etiam à fortiori ex verbis illis Anſelmi *lib. de ſimilitudinibus, cap.59.* dicentis: *Ibi à ſingulis omnes, ibi ab omnibus ſinguli, cognoſcentur; nec quemquam omninò latebit, qua Patria, qua gente, qua ſtirpe, quis editus fuerit, vel quid etiam in vita ſua geſſerit.*

Beati an videant in Patria Myſteria Fidei etiam minus præcipua, ambiguum eſt.

Minus ambiguũ, quod videant ſe omnes inuicem.

22. Beati nō vident determinatè diem iudicij.

Probatur vltimò aſſertum, quoad vltimas particulas, in quibus excipitur iudicij dies, ex verbis Matth. 24. *De die autem illâ, & horâ nemo ſcit, neque Angeli Cœlorum, niſi*

ſolus

ſolus Pater. Marci 13. *De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in Cælo, neque filius, niſi Pater:* Et quamvis nonnulli, inter quos Bellarminus *lib. 4. de Anima Chriſti, cap. 5.* Suarez *3. part. queſt. 10. art. 2. in fine commentarij*, velint allata verba iotelligenda eſse cum aliqua limitatione de Angelis, ſcilicet reuelandi, dicendique cauſa aliave ſimili ratione, ſicuti intelliguntur cum tali limitatione de filio. Nihilominùs, quia neceſſitas moderandi, ſeu limitandi huiuſmodi verba procedit de filio, non de Angelis, aliiſve Beatis, & Sacra Scriptura propriè, & ſine limitatione intelligenda eſt, quoties non cogit neceſſitas, ſeotiendum protſus allata verba quoad Angelos, alioſque Beatos, in ſenſu proprio, ac abſoluto procedere, & ipſos verè neſcire determinatè iudicij diem, vt ex Saoctorum Patrum auctoritate, nonnulliſque congruentiis luculeotiùs probat *Moncaus, cap. pracit.*

33. Quid Beati videant de facto ex rebus naturalibus.

Assertvm III. Beati vident de facto ex rebus oaturalibus ſpecies omnium rerum conſtitueotium hoc vniuerſum; non ſic omnia talium ſpecierum indiuidua. Ex his tamen vident aliqua, præſertim magis inſignia. Probabile eſt inſuper, quod cognoſcant etiam res aliquas merè poſſibiles, præſertim illas, quæ continentur in naturali virtute ageotium creatorum. Ita D. Thom. *3. contra Gentes, cap. 59. & 1. part. quaſt. 12. art. 8. ad 4.* vbi ipſum ſequuntur omnes Thomiſtæ. Item Molina *in eundem articulum, diſp. 5. memb. 3.* Lugus *1. part. lib. 1. diſp. 24. cap. 3.* Lautea, Herincx, Moncæus, Leſſius *locis citatis, in ſuperiori aſſerto, alijque Doctores communiter*, quorum aliqui, inter quos Laorea, & Leſſius cæteris liberaliores à nobis poſito aſſerto aduerſantur in eo, quod cognitionem Beatorum extendant ad attiogenda in particulari omnia etiam iodiuidua rerum hoc vniuerſum conſtituentium.

Probatur primò ex Sanctis Patribus: Auguſtinus *lib. de triplici habitaculo, cap. vltimo* ait: *Tunc abdita creaturarum, & ipſius inferni, videndo Deum, videbimus:* Bernardus *de triplici genere bonorum: O Sapientia, qua tunc omnia, quæ in Cælo, & quæ in terra ſunt, perfectiſſime cognoſcemus, in ipſo fonte ſapientiæ rerum omnium cognitionem bibentes.* Origenes *lib. 2. de principiis, cap. 12. Cum ad cæleſtia loca peruenerint Sancti, tunc eam rationem aſtrorum per ſingula pervidebunt, & ſiue animantia ſint, ſiue quidquid illud eſt comprehendent, ſed etiam alias rationes operum Dei, quas eis ipſe reuelabit, intelligent.*

34. Beati videbunt, Deum vt Creatorem, non quomodocumque, ſed huius mundi.

Probatur ſecundo ex aſſerto ſuperiori: Beati vident de facto in Patria ea, quæ in via creduntur, ſed inter cætera credimus Deum rerum omnium Creatorem: ergo Beati vident in Deo rationem Creatoris: ergo etiam vident creaturas ſaltem quoad genera, & ſpecies. Probatur hæc vltima Conſequentia, tum quia Beati vident Deum non vt Creatorem quomodocumque; ſed vt Creatorem huius mundi, neceſſe eſt igitur, quod diſcernant ſaltem genera, & ſpecies rerum hunc mundum cōſtituētium, tum quia viſo creante non poteſt nō excitari rationabile deſiderium videodi res creatas, ex Anſelmo autem *lib. de ſimilitudinibus, c. 59. Sapientia tanta in futura vita bonis erit, vt eorum, quæ ſcire voluerint* vtique rationabiliter) *nihil ſit, quod ignorent.* Et quia huiuſmodi deſiderium ad aliqua etiam indiuidua, præſertim inſigniora, ſine quibus vix poſsunt genera, & ſpecies perfectè cognoſci iure extenderet, etiam ad huiuſmodi indiuidua extenderet cognitio; ſicque non ſolùm videbunt omnia indiuidua, quæ ſunt vnica in ſpecie, verum etiam celeberrima flumina, ingentes lacus, metalla pretioſiora, fontes mirabiliores, &c. omnia verò indiuidua noo cognoſcent, tum quia nonnullorum indiuiduorum cognitio, puta vnius feſtucæ, vnius arenæ, eſt adeò exiguæ perfectionis, vt vix ſit expetibilis, tum quia congruit concedere Beatis aliquam inæqualitatem etiam in ordine ad cognitionem rerum naturalium, admiſso autem, quod omnia genera, & ſpecies ſinguli Beati cognoſcant, noo poſsunt eſse in cognitione rerom naturalium hunc mundum conſtituentium inæquales (loquor extenſiuè) niſi vnus cognoſcat plura, alius pauciora indiuidua, non quilibet omnia.

35. Beati cognoſcunt de facto etiam aliquas creaturas merè poſſibiles.

Probatur tertiò ſpecialiter, quod Beati cognoſcant res aliquas merè poſſibiles præſertim, &c. Perfectior cognitio, & maior penetratio cauſæ ex genere ſuo infert cognitionē plurium effectuum, etiam merè poſſiblium, cum ad effectus etiam merè poſſibiles cauſa dicat habitudinem: ergo cum vnus Beatus perfectiùs penetret, & melius cognoſcat cauſam rerum omnium, qoam alter, probabile eſt, quod &c. præſertim verò illas, quæ continentur, &c. quia illæ pertinent aliquo modo ad totalem compreheoſionē agentium creatorum, & cum contineantur in naturali virtute rerum hunc mundum conſtituētium, remotè ſpectant ad huiuſmodi conſtitutionem. Huius generis ſunt plures ſpecies animalium, quæ ex coitu animalium ſpecie diuerſorum generarentur eo modo, quo nunc mulus gignitur; item aliæ ſpecies effectuum, qui producerentur, tanquam naturæ monſtra, ex vario concurſu, occurſu, & attemperatione cauſarum naturalium valdè diuerſarum. Quæ rerum ſpecies manent in puro ſtatu poſſibilitatis, quia nec illa animalia vnquam ſimul coibunt, nec iſtæ cauſæ vnquam ſibi occurrent.

Quid Beati videant de facto ex futuris contingentibus, & ſecretis cordium.

Assertvm IV. Ex futuris contingentibus, & ſecretis cordium Beati vident de facto ea, quæ pertinent ad proprium ſtatum. Ita D. Thom. *2. 2. qu. 83. ar. 4. ad 2. 3. part. qu. 10. ar. 2. in 4. diſt. 45. queſt. 3. art. 2. & 3. contra Gentes, cap. 59.* Scotus *in 4. diſt. 45. q. 4.* D. Antooinus *3. par. tit. 30. c. 4. §. 4.* alijque communiter.

Probatur primò ex Concilio Senonenſi in decreto Fidei, vbi definitur *Beatis omnium eſſe omniforme diuinitatis ſpeculum, in quo, quidquid eorum interſit, illuceſcat*, & licèt huiuſmodi Concilium, quia vt notat Vaſquez *1. part. diſp. 50. cap. 5. n. 38.* Prouinciale, & non confirmatum, non habeat auctoritatem Concilij Oecumenici, eſt tamen magni ponderis propter auctoritatem Sanctorum Patrum, qui ipſi interfuerunt.

26. Probatur ſecundò, Maximè decet, maximéque delectat videre ea, quæ pertinent ad proprium ſtatum, nimirum vel ad propriarum actionum exercitium, vel ad propriæ perſonæ dignitatem, vel ad propriæ conditionis officium; ergo vident de facto beati huiuſmodi omnia, ſiue futura contingentia ſint, ſiue ſecreta cordium: Conſequentia probatur tum auctoritate Hugonis à S. Victore, *lib. 2. de Sacramentis, parte 16. cap. 11.* dicentis *animas ſanctorum eorum, quæ foris aguntur, tantùm ſcire, quantum vel illis ad gaudium, vel nobis ad auxilium prodeſſe conſtat.* tum ratione, quia ea ſuprà poſitis beati vident quidquid rationabiliter deſiderant; nequit aut non eſſe rationabile deſiderium videndi ea, quæ videre maximè decet, maximéque delectat.

27. Dices, hinc ſequi, quod contingere facilè poſſit ſanctum inferioris meriti plura videre, quàm ſanctum meriti ſuperioriotis, eò quod ad illius ſtatum plura pertineant. Sed contra: Neque id abſolutè ſequitur, nec quando ſequeretur foret inconueniens. Non abſolutè ſequitur, quia nos non aſſerimus beatos videre abſolutè ex contingentibus, & ſecretis cordium, ea ſolùm quæ pertinent ad proprium ſtatum, ſed dicimus ea videre ratione ſtatus, non excludendo, quo ratione maioris meriti poſſit aliquis beatus videre plura etiam ad proprium ſtatum non pertinentia. Quando ſequeretur, non foret inconueniens, quia ſanctus ſuperioris meriti non idcirco eſſet inferioris conditionis in beatitudine, ſiue eſſentiali ſiue accidentali. Non in eſſentiali, quia illa non habetur ex cognitione creaturarum, nec ex plurium cognitione creſcit, dicente Auguſtino 5. *Confeſſ. cap. 4. Qui te, & illa* (id eſt entia creata) *nouit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolùm beatus eſt.* Non in accidentali, quia ſanctus ſuperioris meriti vel videndo plura indiuidua rerum naturalium, vel cognoſcendo plures ſpecies rerum merè poſſibilium facilè compenſaret etiam cum fœnore exceſſum, quo in futuris, & ſecretis cordium à ſancto inferiori habente tamen vniuerſaliorem ſtatum ſuperaretur.

Cognitio creaturarum non confert ad beatitudinem eſſentialem.

28. Dices inſuper, ſi ſemel conceditur aliquem beatum videre de facto plura futura ad proprium ſtatum non pertinentia, vix videtur aſſignabilis ratio, cur non videat omnia; illo enim conceſſo non ampliùs rectè dicitur non videre omnia, quia non omnia pertinent ad proprium ſtatum. Sed contra: Potiſſima ratio cognoſcendi futura contingentia eſt, quod ad proprium ſtatum pertineant, adeóque abſolutè nullus beatus videbit omnia, quia is, ad cuius ſtatum multa ſpectant hæc ſola videbit, is ad cuius ſtatum ſpectant pauca videbit tot, quot requiruntur ad hoc, vt non excedatur à beato inferioris meriti ad cuius ſtatū plura ſpectēt. Ratio igitur vidēdi futura vel eſt ſtatus proprius, vel eſt ſtatus beati inferioris vniuerſalior proprio, & ex vtroque capite probatur non debere videri omnia futura: ſuadetur id etiam, tum ex Scriptura, ex qua colligitur Angelos beatos nonnulla futura ignorate, vt videre eſt apud Moncæum *in diſputationibus ſelectis, diſput. 2. cap. 10.* tum ex *Sanctis Patribus*, qui cognitionem omnium futurorū arbitrantur ſpecialē priuilegium Christi, aut nulli alij beato, aut ſoli Virgini matri factum commune, eum aliqua tamen limitatione, vt notat Sylius *quæſt. 12. art. 10. in fine.*

Nullus beatus, ſi Chriſtum, eiuſque Matrem excipias, videt de facto omnia futura.

Assertvm V. Futura, vel ſecreta cordium, quæ non ſpectant ad ſtatum beati ab initio beatitudinis, videntur à beato ſucceſſiuo decurſu temporis ex vi viſionis cauſaliter; Reliqua omnia obiecta creata in præmiſſis aſſertis expoſita videntur in primo beatitudinis inſtanti ex vi viſionis formaliter. Ita Auctores relati pro aſſertis *ſuperioris* §. 29.

Quid ex rebus creatis cauſaliter, quid formaliter vi viſionis videatur

Probatur prima pars: Ea quæ videntur à beato ſucceſſiuo decurſu temporis, non ab initio beatitudinis, videntur vi viſionis cauſaliter, ſed futura, vel ſecreta cordium, quæ non ſpectant ad ſtatum beati ab initio beatitudinis, videntur à beato ſucceſſiuo decurſu temporis, non ab initio beatitudinis; ergo videntur vi viſionis cauſaliter. Maior probata eſt *in calce ſuperioris* §. Minor probatur: Ex futuris, (ſemper in præſenti ſubintellige contingentibus) & ſecretis cordium, non videt ab initio beatitudinis ea omnia, quæ ad ipſius ſtatum pro toto beatitudinis decurſu ſpectant; ergo videt ab initio ea ſolùm, quæ ſpectant ad ipſius ſtatum pro tali initio, non ea, quæ pro tali initio ad ipſius ſtatum non ſpectant (ſubintellige regulariter loquendo, & titulo ſtatus proprij, nam titulo ſtatus alieni, ad adæquandam ſcilicet conditionem beati inferioris, probabile eſt iuxta antecedenter poſita aliquem beatum videre ab initio beatitudinis nonnulla futura, quæ ad ipſius ſtatum pro tunc, imò nec pro toto beatitudinis decurſu pertineant) Antecedens probatur, quia ſecus quilibet beatus videret ab initio beatitudinis omnes preces ad ſe fundendas: adeóque plures beati ad quos tempore Antichriſti, & in die iudicij extremi, preces fundentur, viderent tales preces, & ex conſequenti tempus aduentus Antichriſti, & diei iudicij, contra exceptionem factam in ſecundo aſſerto: Quilibet Summus Pontifex videret ab initio beatitudinis totum decurſum Eccleſiæ militantis, adeóque quouſque duratura ſit: Quilibet beatus videret omnes illas, qui futuri ſunt conſortes beatitudinis, adeóque ab initio beatitudinis diſcerneret in particulari omnes prædeſtinatos à reprobis. Scio Arriagam *diſput. 11. ſect. 6. n. 41.* velle quod preces fundendas tempore Antichriſti videant beati ab initio beatitudinis non viſa ipſarum duratione, non videndo ſcilicet quo determinato tempore fundantur, ex quo explicat videri tales preces abſque eo, quod videatur aut tempus Antichriſti, aut dies iudicij. Impugnatur tamen, quia ex vna parte malè congruit beatis confuſa, ac non ordinata notitia noſtrarum precum; ex alia parte relabitur *Arriaga* in eandem difficultatem circa durationem talium precum, & circumſtantiam temporis,

Beati non cognoſcunt ab initio beatitudinis preces ad ſe fundendas tempore Antichriſti.

30.

temporis, quam tenetur concedere non cognoſci à beatis ab initio beatitudinis, & explicare quomodo deinde ſuo tempore cognoſcatur.

31. Probatur ſecunda pars: Omnia obiecta creata poſſunt videri ex vi viſionis formaliter ſaluâ ipſius viſionis inuariabilitate. Neque enim beati ſicuti aliquando incipiunt videre, quæ antea non videbant; ita aliquando videre deſinunt, quæ antea viderint, & perfectio ſtatus beatifici ita admittit beatitudinis accidentalis incrementum, vt reſpuat decrementum. Ea igitur, quæ beati initio beatitudinis vident toto beatitudinis decurſu vident, ſicque ea, quæ beatitudinis initio vident, videre poſſunt ex vi viſionis formaliter abſque detrimento inuariabilitatis ipſius viſionis. Et cum ex aliâ parte in hoc magis eluceat excellentia ipſius actus viſionis, nec facilè aſſignari poſſit, cur ex iis, quæ videntur ab initio beatitudinis vnum debeat videri ex vi viſionis formaliter, aliud ex vi viſionis cauſaliter; ſentiendum eſt ea, quæ ab initio beatitudinis videntur, omnia eodem modo, omnia ex vi viſionis formaliter videri, omnia inuariabiliter attingi. Et de cognitione horum obiectorum congruè intelligi poteſt D. Auguſtinus 15. *de Trinitate, cap.* 16. dicens: *Fortaſſis volubiles non erunt noſtra cogitationes, ab aliis in alias euntes, atque redeuntes, ſed omnem ſcientiam noſtram vno ſimul conceptu videbimus.* Quæ verba videntur eſſe vniuerſaliora, quàm vt poſſint aptè intelligi de ſolâ attingentiâ obiecti beatitudinis eſſentialis.

Quidquid videtur ab initio beatitudinis, videtur ex vi viſionis formaliter.

32. Dices ea videre ex vi viſionis formaliter ſeu in verbo formaliter, quæ videntur in diuina eſſentia, vt in cauſa; res autem creatæ quoad exiſtentiam non poſſunt videri in diuina eſſentia, vt in cauſa; quia diuina eſſentia nullam habet neceſſariam connexionem cum actuali exiſtentia alicuius creaturæ. Sed contra: Diuina eſſentia quamvis ſecundùm ſe non habeat neceſſariam connexionem, &c. habet tamen huiuſmodi connexionem, vt ſimul ſumpta cum decretis, ſeu vt modificata decretis, ideo in ipſâ, ſaltem vt decretis modificatâ optime poſſunt videri res creatæ quo ad exiſtentiam. Deinde: vt aliquid videatur vi viſionis formaliter, non eſt neceſſe ex dictis *in* §. *ſuperiori*, quod videatur in diuina eſsentia, vt in cauſa, ſed ſufficit, quod videatur in ipſa ratione alterius prædicati, putà quantum ad præſens attinet ratione ſcientiæ viſionis.

Eſſentia, diuina, vt modificata decretis, habet neceſſariam connexionẽ cum exiſtẽtia actuali creaturarũ.

33. Habetur ex dictis primò, Libertatem, quam habent beati ad cognoſcendum modò has modò illas creaturas, eſſe ſolùm in ordine ad cognitionem, quam habent de creaturis in proprio genere, non in ordine ad cognitionem, quam habent de creaturis in verbo, & ex qua ſortiuntur beatitudinem accidentalem; in hac enim congruum eſt beatos nunquam decreſcere, & quidquid ſemel incipiunt cognoſcere, ſemper in actu ſecundo cognoſcere: Siue id inceperint cognoſcere in beatitudinis initio, ex vi viſionis formaliter, ſiue in beatitudinis decurſu ex vi viſionis cauſaliter; dummodo id, quod cognoſcitur ex vi viſionis cauſaliter cognoſcatur reuelatione immediatè factâ à diuina eſſentia ſupplente munus ſpeciei, non reuelatione, ſeu illuſtratione facta aut per infuſionem, aut per excitationem ſpeciei creatæ propriæ illius, quod de nouo cognoſcitur; cognitio enim habita per huiuſmodi illuſtrationem eſt eiuſdem rationis cum cognitione qualibet obiecti creati in proprio genere, à qua poteſt beatus abſtinere pro libito.

Beati liberè cognoſcunt res creatas in proprio genere, non in Verbo.

Habetur ſecundò, ex eo quod beati videant in verbo ſaltem cauſaliter orationes, quæ ad ipſos funduntur iure damnatam eſſe impietatem Vualdenſium, Sollardorum, Lutheri, &c. deridentium inuocationem Sanctorum ex eo præcipuè capite, quod Sancti ignorent noſtras inuocationes, noſtraſque preces, quas ſectarias impiè ſentire decernit Trid. *ſeſſ.* 25. *ſub tit. de Inuocatione, & veneratione, & Reliquiis Sanctorũ, &c.* Et licèt olim controuerſus fuerit etiam apud Sanctos Patres modus, quo Beati noſtras preces cognoſcerent, vt videre eſt apud Eſtium *in* 4. *diſt.* 45. §. 18. fuit tamen apud omnes in confeſso, quod vere cognoſcerent. Iam vero conceditur communiter, non ſolùm quod Beati preces ad ſe fuſas cognoſcant, ſed etiam, quod cognoſcant ipſas in verbo aut formaliter, aut cauſaliter; licèt non negentur alij minùs præcipui, & minùs vniuerſales modi cognoſcendi eaſdem preces, vt explicat *Eſtius ibidem.* 34.

Inuocationem Sanctorum deridentes iure damnantur.

Sancti Preces ad ſe fuſas multipliciter cognoſcunt.

Habetur tertiò, Beatos poſt diem Iudicij nihil amplius in hoc vniuerſo de nouo viſuros, quia poſt vniuerſalem mundi conflagrationem nihil amplius in hoc inferiori vniuerſo ad Beatorum ſtatum pertinebit. Accedit, quod poſt diem Iudicij gloria tum Angelorum, tum hominum erit penitus, ideſt non ſolùm ſubſtantialiter, verùm etiam accidentaliter conſummata. Ex quo D. Thomas *in* 4. *diſt.* 49. *quaſt.* 2. *art.* 5. *ad* 12. inclinatur ad ſentiendum Beatos tunc ſcire omnia futura. Verba *S. Doctoris* ſunt: *Nihil prohibet dicere, quod poſt diem Iudicij, quando gloria hominum, & Angelorum erit penitus conſummata, omnes beatè ſcient omnia, qua Deus ſcientia viſionis nouit; ita tamen, quod non omnes omnia videant in eſſentia diuina, ſed anima Chriſti ibi plene videbit omnia, ſicut & nunc videt: Alij autem videbunt ibi plura, vel pauciora ſecundum gradum, quo Deum cognoſcent; & ſic anima Chriſti de iis, qua pra aliis videt in verbo, omnes alias illuminabit, &c.* 35.

Beati poſt diem Iudicij nullã creaturam de nouo videbunt.

Habetur quartò, Beatos de facto cognoſcere plures creaturas exiſtentes, quàm poſſibiles; ita tamen, vt non ſolùm non cognoſcant omnes poſſibiles, ſed nec cognoſcant omnes exiſtentes, ſaltem loquendo quo ad indiuidua. Hic iam dubitatur, cur beatus has potius, quam illas creaturas cognoſcat, præſertim quoad illas, quas cognoſcit in verbo formaliter: ex quo capite Vaſquez 1. 36.

parte, diſp. 5. *cap.* 4. probar nullam creaturam cognoſci poſſe iu verbo formaliter; nec cum pet ipſum non ſit maior ratio cur vna, quàm alia in verbo formaliter cognoſcatur, ſi admittat cognoſci aliquas cogatur admittere cognoſci alias omnes. Porrò dum quæritur ratio, ſeu cauſa, cur beatus cognoſcat has potius, quam illas creaturas. Nec ſermo eſt de cauſa formali, quam conſtat eſſe talem oumero viſionem, quæ ex ſe eſt attingentia harum ereaturarum, non aliarum. Nec de cauſa morali, quam cooſtat eſſe merita, & ſtatum beati, iuxta enim diuerſitatem meriti, & ſtatus videntur diuerſæ creaturæ, & quidem iuxta diuerſitatem ſtatos potiſſimum diuerſæ creaturæ exiſtentes, iuxta diuerſitatem meriti potiſſimum diuerſæ creaturæ poſſibiles. Nec de cauſa phyſica efficieoter remota, quam conſtat eſſe decretum diuinæ voluntatis iuxta diuerſitatem ſtatus, & meriti determinantis diuerſitatem viſionis. Senno eſt igitur de cauſa phyſica efficiente proxima, pro qua ſit

§. III.

Quænam ſit cauſa phyſica efficiens proxima, cur beatus cognoſcat ex vi viſionis has potius, quàm illas creaturas?

37. Cauſa proxima videndi diuerſas creaturas eſt ipſa diuina eſſentia.

ASSERTUM: Cauſa phyſica efficiens proxima, cot beatus cognoſcat, &c. noo, eſt lumen gloriæ, aut intenſius, aut heterogeneum; ſed eſt diuina eſſennia vniens ſe intellectui, vt repræſeotatiua harum potiùs, quàm illarum creaturarum. Prima pars eſt contra Molinam *quæſt.* 12. *art.* 8. *diſp.* 5. *membr.* 1. Valentiam *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 6. Richardum *in* 3. *diſt.* 14. *art.* 2. *quæſt.* 3. *&c.* Secunda pars eſt contra Suarez *lib.* 2. *de attributis, cap.* 6. Granadum 1. *par. tract.* 5. *diſp.* 12. Amicum *diſp.* 9. *ſect.* 24. *&c.* Totum aſſertum eſt Scoti *in* 7. *diſt.* 14. *quæſtione* 2. §. *ſed ſi iſta via*, Herice *diſp.* 51. *cap.* 5. Heriocx *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 65. Arrubal *diſp.* 26. *cap.* 4. Fauet Arriaga *diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 20. & 24. licèt deinde *num.* 28. cenſeat probabiliorem, quia eſt communior, ſententiam refundentem diuerſitatem in heterogeneitatem luminum, fauet etiam ex parte Ioan. à S. Thoma *quæſt.* 12. *diſp.* 15. *art.* 5. *num.* 5. licèt velit cauſam videndi diuerſas creaturas ita eſſe diuinam eſſentiam diuerſimodè vnitam in ratione ſpeciei intelligibilis vt ſit ſimul diuerſitas, vel intenſiua, vel indiuidoalis luminis, ad cuius diuerſam exigentiam vnitur diuina eſſentia, vt repræſentatiua in actu ſecundo iſtarum potius, quàm illarum creaturarum.

Lumen gloriæ intenſius non conducit per ſe loquẽdo ad cognitionẽ plurium, vel diuerſarum creaturarũ.

Probatur prima pars: Lumen gloriæ ex eo, quod ſit intenſius, non conducit per ſe loquendo ad cognitionem vel plurium, vel diuerſarum creaturarum, ergo cauſa proxima, cur beatus cognoſcat, &c. non eſt lumen intenſius. Conſequentia patet; antecedens probatur, quia lumen intenſius non conducit per ſe loquendo, niſi ad intenſiorem viſionem; viſio autem Dei ex eo, quod ſit intenſior, non attingit per ſe loquendo plures creaturas, cum poſſit haberi viſio intenſa diuinæ eſſentiæ aut paucis, aut etiam nullis creaturis attactis, vt patebit ex §. *ſequenti*. Dixi per ſe loquendo, quia cæteris paribus non negatur congruum eſſe, vt, qui habet intenſius lumen, plures, perfectioresve creaturas videat: at hoc non oritur præcisè ex maiori intenſione luminis, cui ſufficit concurrere ad intenſiorem viſionem, & huius maior intenſio attenditur, aut penes maiorem penetrationem obiecti primarij, aut penes perfectiorem attingentiam obiecti ſecundarij, non quo ad extenſionem, & pluralitatem, ſed quoad intenſionem, & penetrationem rationum intelligibilium alicuius determioatæ creaturæ,

Confirmatur: Intenſius lumen naturæ conducit ad perfectius intelligenda eadem obiecta, non ad intelligenda plura; ergo etiam intenſius lumen gloriæ inſeruiet ad perfectius attingendas creaturas, non ad attingendas plures. Neque dicas diſparitatem eſſe, quia quodlibet lumen naturæ, etiam remiſſum reſpicit omne verum naturale, non quodlibet lumen gloriæ reſpicit omnes creaturas. Contra enim, diſparitas, vel ſupponit heterogeneitatem luminis gloriæ in ſequenti probatione impugnandam, vel continet id, quod eſt in quæſtione ſcilicet, quod lumen gloriæ ex eo præcisè, quod ſit intenſius ſit ratio cognoſcendi plures creaturas. Neque vrgeas lumen corporeum ex eo præcisè, quod ſit intenſius, inſeruit oculo corporeo ad videnda plura obiecta; experientiâ enim conſtat, in medio magis illuminato non ſolum melius videri idem obiectum, ſed etiam de nouo apparere aliquod obiectum, quod antea non apparebat; ergo pariter lumen gloriæ intenſius inſeruit intellectui ad videndas plures creaturas. Contra enim: Lumen corporeum, vt *ſupra capite* 3. §. 2. *in fine* primi aſſerti explicatum eſt, ſe tenet ex parte obiecti, ideo ſi ſit intenſius poteſt facere plura obiecta viſibilia, quia obiectum exiguum cum luce intenſa emittit ſpeciem ſufficientem mouere potentiam, quam non emittit cum luce remiſſâ: at lumen gloriæ ſe tenet ex parte potentiæ perficiendo ipſius virtutem indifferenter in ordine ad quodlibet obiectum ſupernaturaliter attingibile, nec afficit obiectum ipſum, ideo ex eo, quod ſit intenſius, vel remiſſius, non reddit viſibilia plura, vel pauciora obiecta. 38.

Lumen corporeum intenſius eſt ratio cognoſcendi plura obiecta, quia ſe tenet ex parte obiecti.

39. Lumen gloriæ heterogeneum nõ repugnat; at tale de facto non eſt.

Probatur ſecunda pars: Licèt de poſſibili nulla appareat repugnantia luminis gloriæ heterogenei, adeo vt vnum lumen nequeat inſeruire, niſi ad videndas tot creaturas, aliud niſi ad videndas tot alias, aliud niſi ad videndam vnicam ſpeciem; tamen de facto non eſt aſtruendum lumen heterogeneum ſine neceſſitate, cum ſicuti non ſunt ſine neceſſitate

ceſſitate multiplicandæ, ita non ſint ſine neceſſitate diuerſificandæ entitates, ſed nulla eſt neceſſitas aſtruendi lumen gloriæ heterogeneum; ergo de facto lumen gloriæ heterogeneum non eſt, & per conſequens ipſius heterogeneitas non eſt ratio videndi has potius, quàm illas creaturas. Minor probatur: Si quæ eſt neceſſitas, maximæ diuerſitas viſionum; at ex hoc capite non habetur ſufficiens neceſſitas, quia diuerſitas viſionum melius habetur ex diuerſa motione diuinæ eſſentiæ, & in vniuerſum diuerſitas actuum potius ſumenda eſt, ex aliquo ſe tenente ex parte objecti, vt eſt ipſa diuina eſſentia; quàm ex aliquo ſe tenente ex parte potentiæ, vt eſt lumen gloriæ. Confirmatur: Alij habitus infuſi non ſunt heterogenei; & quilibet habitus fidei inſeruit ad credendum omne credibile; idem habitus ſpei ad ſperandum omne ſperabile; nec datur vnus habitus fidei ad tot credibilia, vnus ad tot alia, ergo idem proportionaliter ſentiendum eſt de habitu: Luminis gloriæ. Confirmatur inſuper lumen gloriæ, ſe habet ad modum potentiæ, commune quippè eſt habitibus per ſe infuſis potentias incitari, ſed potentia tendit indifferenter in quælibet obiecta contenta ſub propriâ ratione formali, & non niſi ab aliquo ſe tenente ex parte obiecti determinatur ad attingendum hoc potius, quàm illud obiectum; ergo.

Actuum diuerſitas debet ſumi ab aliquo ſe tenente ex parte obiecti.

40. Probatur tertia pars: Cauſa phyſica efficiens proxima, cur beatus cognoſcat &c. Neque eſt lumen gloriæ, vt iam probatum eſt; neque eſt intellectus creatus, tum quia hic habet eamdem, imò maiorem indifferentiam, & homogeneitatem, quàm lumen, in ordine ad cognoſcendam quamlibet creaturam; tum, quia *cap. ſequenti* §. 4. explicabitur ipſum nihil conferre ad inæqualitatem viſionis; ergo eſt ipſa diuina eſſentia ſe vniens, vt repræſentatiua harum potiùs, quàm illarum creaturarum: Neque enim reſpectu viſionis datur alia cauſa efficiens proxima præter lumen eleuans, intellectum eleuatum, & diuinam eſſentiam. Confirmatur ex eo, quod cum diuina eſſentia ſit ſpeculum voluntarium, & liberè in actu ſecundo repræſentet quidquid creato intellectui repræſentat, facilè percipitur, quomodo poſſit intellectui creato repræſentare has potius, quàm illas creaturas, & quomodo ex conſequenti intellectus creatus à lumine determinatus, & neceſſitatus ad videndum illud præcisè, quod diuina eſſentia in actu ſecundo ei repræſentat, videat has potius, quàm illas creaturas.

Eſſentia diuina eſt intellectui creato cauſa proxima videndi has potius, quàm illas creaturas.

41. Dices: Vel ſermo eſt de diuina eſſentia exercente munus ſpeciei, & medij quo; vel de eadem exercente munus obiecti cogniti, & medij in quo. Si primum rectè explicatur cur beatus directè, & immediatè cognoſcat has potius, quàm illas creaturas: at non cur cognoſcat has potius, quàm illas creaturas formaliter in verbo, cognoſcitur enim res verbo, non in verbo; quando diuina eſſentia ſe habet vt medium quo, non in quo. Si ſecundùm diuina eſſentia non poteſt ducere in cognitionem plurium creaturarum, niſi ſit magis in ſe cognita: ſed non poteſt eſſe magis in ſe cognita niſi ratione luminis intenſioris, ergo ratio cognoſcendi plures creaturas ſaltem in verbo formaliter, & in diuina eſſentia, tanquam in medio cognito, eſt maior intenſio luminis. Maior probatur: Diuina eſſentia exercens munus medij in quo non poteſt ducere in cognitionem creaturarum, niſi ipſa cognoſcatur; Ergo neque in cognitionem plurium, niſi ipſa magis cognoſcatur: & ſicuti tali modo cognitio creaturarum nequit eſſe ſine cognitione diuinæ eſſentiæ; ita nec maior cognitio creaturarum ſine maiori cognitione eſſentiæ: at cognitio plurium creaturarum eſt maior cognitio creaturarum, ergo.

42. Sed contra, dico ſermonem eſſe de diuina eſſentia, non ſolùm vt exercente munus ſpeciei, & medij quo, verum etiam de eadem exercente munus obiecti cogniti, & medij in quo. Ad impugnationem aduerto dupliciter diuinam eſſentiam poſſe magis in ſe cognoſci: vel magis intenſiuè, quatenùs ſecundùm vnum, & idem prædicatum magis, ac magis penetretur, & quod diuina eſſentia huc modo ſit magis cognita, prouenit à maiore intenſione luminis, ad cuius exigentiam diuina eſſentia ſe vnit intellectui creato quodammodo magis intimè, & magis ipſi manifeſtando de propria perfectione intenſiua: Vel poteſt diuina eſſentia magis in ſe cognoſci extenſiuè, quatenùs non magis penetrando aliquid ipſius, attingantur in ipſa plures reſpectus, qui plures poſſunt ſinguli attingi etiam cognitione remiſſa, & poteſt contingere, vt cognoſcens in diuina eſſentia reſpectus pauciores, ſingulos cognoſcat intenſiùs, quàm qui in eadem cognoſcit plures; & quod diuina eſſentia hoc ſecundo modo magis cognoſcatur non prouenit à maiori intenſione luminis, & poteſt diuina eſſentia ſub eodem lumine etiam in ratione cauſæ ſe præbere magis, vel minùs extenſiuè cognoſcendam. Cum igitur maior cognitio creaturarum, ſeu cognitio plurium creaturarum, in diuina eſſentia, vt in cauſa, non inferat niſi maiorem cognitionem ipſius extenſiuam, non infert maiorem intenſionem luminis, nec in intenſius lumen refunditur.

Non ſolùm vt ſe habens per modum medij quo; verùm etiā vt ſe habens per modum medij in quo.

---

§. IV.

Virùm poſſit videri diuina eſſentia nullatenus attactis Creaturis?

43. ASSERTVM: De potentiâ abſolutâ videri poteſt diuina eſſentia nullatenùs attactis creaturis nec diſtinctè, & in particulari; nec confusè & in communi. Prima pars aut traditur, aut ſupponitur ferè communiter, licet Vaſquez *diſputat. 5. cap. 4. numero* 17. velit inuoluere repugnantiam, quod creaturæ videantur vi viſionis formaliter; & quod poſſit haberi viſio, in qua nulla creatura

creatura videatur. Secunda pars eſt *Scoti, Scotiſtarum, & plurium Recentiorum* contra *Thomiſtas, & illos omnes*, qui negant videri poſſe diuinam eſſentiam non viſis attributis, pro quo recolendi ſunt Auctores citati *cap. præcedenti, §. 3. & ſequentibus.*

Beatus poteſt videre Deum nulla attactâ creaturâ diſtinctè, & in particulari.

Probatur prima pars quod ſcilicet videri poſſit diuina eſſentia nullâ attactâ creaturâ diſtinctè, & in particulari. Poteſt videri diuina eſſentia aliquâ creaturâ in particulari, & diſtinctè non attractâ; ergo etiã nullâ prorſus tali modo attactâ. Antecedens patet, quia ex ſupradictis beati videndo de facto diuinam eſſentiam non vident in particulari quamlibet creaturam. Conſequentia probatur: Nec diuina eſſentia dicit maiorem connexionem cum vna creatura, quàm cum alia, nec eſt vlla ratio, cur debeat neceſſariò videri vna creatura, potiùs quàm alia; ergo ſi viſâ diuinâ eſſentiâ poteſt aliqua creatura non cognoſci, poteſt quælibet non cognita.

44\. Dices impoſſibilitatâ aliquâ creaturâ in particulari impoſſibilitaretur Deus; ergo quia in Deo datur eſſentialis reſpectus ad quamlibet creaturam in particulari; ergo non poteſt videri Deus quin videatur huiuſmodi reſpectos, & quælibet creatura in particulari, tanquam terminus talis reſpectus. Sed contra: Inſtantia nimis probat; probat enim videri de facto quamlibet creaturam in particulari: Datis igitur antecedente, & prima conſequentia; dico ſecundam falſam eſſe quoad vtramque partem: falſa eſt quoad primam, quia vt videatur diuina eſſentia non eſt neceſſe, quod videantur omnia prædicata eſſentialia cum ipſa identificata, vt patet ex dictis de viſione præciſiua eſſentiæ ab attributis: falſa eſt quoad ſecundam, quia viſo reſpectu non eſt neceſſe, quod attingatur ipſius terminus clarè, & diſtinctè; ſed ſufficit, quod cognoſcatur confusè, vt patet ex dictis de viſione præciſiua vnius perſonæ ab alia.

45\. Beatus poteſt videre Deum non attactis creaturis confusè, & in communi.

Probatur ſecunda pars, quod ſcilicet videri poſſit diuina eſſentia, neque etiam confusè, & in communi attactis creaturis. Poteſt videri diuina eſſentia attingendo ſolùm prædicata formaliſſimè conſtitutiua ipſius, ſed inter prædicata formaliſſimè conſtitutiua diuinæ eſſentiæ non habetur vllus reſpectus ad creaturas; ergo poteſt videri diuina eſſentia neque etiam confusè, & in communi attactis creaturis. Conſequentia patet, quia in tantum per aduerſarios nequit videri diuina eſſentia non attactis, ſaltem in communi creaturis, in quantum videri nequit diuina eſſentia per ipſos non viſis omnipotentia, & omniſcientiâ, & ſimilibus prædicatis reſpicientibus creaturas. Maior, & Minor ſupponuntur ex dictis; illa ex eo, quod viſio poſſit eſſe præciſiua; iſta ex eo, quod diuina eſſentia conſtituatur formaliter per rationem eſſendi à ſe ſimpliciter. Confirmatur ex eo, quod ſic maximè elucet in diuina eſſentia ratio ſpeculi voluntarij, & perfectiſſima libertas in creaturis repræſentandis, dum poteſt ex ipſis in actu ſecundo nullas omnino repræſentare neque in particulari, neque in communi; vel repræſentare omnes in communi, nullas in particulari, vel repræſentare aliquas in particulari, & has potius, quàm illas; vel repræſentare omnes omninò etiam diſtinctè, & in particulari, quod ſupereſt probandum ad illuſtrandam excellentiam beatæ viſionis, & eminentiam diuinæ repræſentationis. Ideo ſit

§. V.

Vtrùm poſſit videri Diuina eſſentia attingendo ſimul diſtinctè, & in particulari, omnes omnino creaturas?

ASSERTVM: De potentia abſoluta videri poteſt diuina eſſentia attingendo ſimul, & eodem actu viſionis diſtinctè, & in particulari omnes omninò creaturas. 46.

Viſio aliquãdo ſumitur pro omni cognitione clarâ, & diſtinctâ, & non intuitiuâ.

Dum dico eodem actu viſionis attingi omnes creaturas, loquor vel de viſione ſpecificatiuè ſumptâ, quæ ſcilicet ſit actus intuitiuus, at non formaliter, vt attingit creaturas. Certum enim eſt poſſibilia non poſſe ratione ſui formaliter terminare actum intuitiuũ; vel de viſione ſumptâ pro omni cognitione clara, & diſtincta, non pro ſola cognitione intuitiua, in quo ſenſu ſæpiſſimè vſurpant Sancti Patres *Viſio, & videre*; dum frequenter dicunt videri in Deo poſſibilia. In eodem ſenſu D. Thomas *quaſt. 2. de Veritate art. 9. ad 3.* habet nihil prohibere aliquando omnem ſcientiam diuinam viſionem dici; in hoc etiam ſenſu me loqui lector intelligat, ſi quandoque irrepſerit dicere poſſibilia videri, dari viſionem poſſibilium. Aſſertum ita explicatum traditur à Scoto *in prologo quaſt. 3.* Laurea *in 4. tom. 4. diſp. 19. art. 7. aliiſque Scotiſtis*, quos ſequuntur Arriaga *1. parte, diſp. 13.* De Quiros *diſp. 32. ſect. 2.* Meratius *diſp. 20. ſect. 1.* Herice *diſp. 51. cap. 4.* Ouiedus *1. 2. tract. 1. controu. 4. punct. 5.* Ribas *1. parte, tract. 3. diſp. 9. cap. 4.* qui Recentiores ſimul cum Scoto ſententiam hanc ſumpſerunt à *Magiſtro ſententiarum in 3. diſt. 14. §. quibus reſpondentes* Alberto Magno *ibidem art. 1. cap. 3.* aliiſque antiquioribus docentibus animam Chriſti de facto actu creato omnia ſcire, quæ Deus ſit. Stant pro noſtro aſſerto à fortiori *Durandus, Baſſolius, Gotfredus*, volentes Deum non poſſe videri, quin cognoſcantur omnia poſſibilia, in quo *Durandus* loquitur de potentia ordinaria, reliqui de potentia etiam abſoluta. Licèt autem habeat aſſertum tot ſectatores, habet tamen etiam plurimos oppugnatores, & in primis eſt contra omnes Thomiſtas, quos ſequuntur ſaltem quo ad opinionis ſubſtantiam Syluius *1. parte, quaſt. 12. art. 8. concl. 4.* Suarez *lib. 2. de attributis cap. 26. & 3. parte, tom. 1. diſp. 26. ſect. 3.*

ſect. 3. Amicus *diſp.* 9. *ſection.* 23. Franciſcus Lugus *lib.* 1. *diſp.* 24. *cap.* 2. Moncæus *in diſputationibus ſelectis*, *diſput.* 2. *cap.* 9. Arrubal, &c. quatenus verò ſpecialiter aſſerimus omnia poſſibilia attingi poſſe eodem actu viſionis, quo videtur diuina eſſentia, eſt noſtra ſententia à fortiori contra Vaſquez & alios relatos, §. 1. contendentes nullam creaturam cognoſci poſſe in Verbo ex vi viſionis formaliter. Dixi ſaltem quoad opinionis ſubſtantiam, *Thomiſtæ* enim ſentiunt repugnare cognitionem omnium poſſibilium in Verbo, quia talis cognitio eſſet comprehenſiua Dei; *Lugus*, *&* *Moncæus*, quia nulla cognitio poteſt directè terminari ad ſeipſam; *Amicus* quia nulla cognitio creata poteſt eſſe actu infinita; *Arrubal*, quia nulla cognitio poteſt eſſe de obiecto indeterminato, cuiuſmodi eſt per ipſum collectio omnium poſſibilium.

47. **Non** repugnat diſtinctè attingi omnia poſſibilia eodem actu, quo videtur diuina eſſentia.

Probatur primò: Neque ex parte poſſibilium, neque ex parte diuinæ eſſentiæ, neque ex parte actus viſionis, neque ex parte intellectus creati videntis, neque ex parte luminis gloriæ ſimul cum intellectu concurrentis, repugnat videri diuinam eſſentiam attingendo ſimul, & eodem actu, &c. ergo de potentiâ abſolutâ videri poteſt diuina eſſentia attingendo ſimul, &c. Conſequentia patet ex ſufficientia inductionis, & ex eo, quod non videatur ſupereſſe aliud caput repugnantiæ. Neque ſtatim referas ex ſupradictis *c.* 3. §. 6. *ad finem* 1. *aſſerti*, pro ſuſtinenda alicuius rei poſſibilitate non ſufficere, quod nullum appareat caput repugnantiæ propter copioſiorem impoſſibilium, quam poſſibilium ſegetem. Contra enim rectè id procedit in pari, vel non multum impari cauſa, & quando repugnantia negatur ex eo præcisè, quod non appareat, vel non aſſignetur: at in præſenti non repugnantia attingendi omnia poſſibilia plurimis rationibus repugnantiæ præponderat, & ex prædictis capitibus repugnantia negatur non præcisè, quia non appareat, ſed quia nec in re adeſſe poſſe ſuadetur; ideo probatur antecedens diſcutiendo per ſingula aſſignata capita; *in ſequentib.* §. §. nullum aliud ſupereſſe repugnantiæ caput magis probabitur.

Cognitio omnium poſſibilium non repugnat.

Nec ex parte ipſorum poſſibilium.

Non repugnat ex parte ipſorum poſſibilium, quia hæc ſecundùm ſe omnia ſimul eodem actu viſionis cognoſcuntur à Deo. Si autem haberent ſecundùm ſe repugnantiam ad omnia ſimul cognoſci, haberent talem repugnantiam etiam reſpectu Dei: ſicuti enim quæ habent ſecundùm ſe repugnantiam ad ſimul produci, vt entia ſucceſſiua, habent talem repugnantiam etiam reſpectu Dei; ita ſimiliter &c.

Nec ex parte diuinæ eſſentiæ.

Non repugnat ex parte diuinæ eſſentiæ, quia diuina eſſentia ſecundùm ſe æquè continet omnes, ac aliquas creaturas; ergo æquè poteſt inſeruire cognitioni omnium, ac cognitioni aliquarum, ſed *ex* 1. *aſſerto* §. 1. inſeruire poteſt, imò de facto inſeruit cognoſcendis in ſe ipſa eodem actu viſionis aliquibus creaturis; ergo etiam eodem modo cognoſcendis omnibus. Accedit, quod diuina eſſentia non eſt ſecundum ſe maioris efficacitatis, maioriſve virtutis repræſentatiuæ reſpectu intellectus proprij, quam reſpectu intellectus creati, ſed de facto inſeruit intellectui proprio cognoſcendis in ſe ipſa eodem actû viſionis omnibus prorſus creaturis; ergo ſecundùm ſe poteſt id etiam repræſentare reſpectu intellectus creati.

Nec ex parte actus viſionis.

Non repugnat ex parte actus viſionis, quia vnus, & idem actus intellectus, præſertim quando vno, eodemque vtitur medio, poteſt tendere in plura, vt plura, & non in tot, quin in plura; ergo poteſt quantum eſt de ſe tendere ſimul in omnia poſſibilia. Antecedens exemplificatur in Angelo, qui quò perfectior eſt, eò habet vniuerſaliorem ſpeciem, & in eò plura vnica ſpecie, vnicoque actu tendit, idque ſine detrimento attentionis ad ſingula. Ex quo 48.
obiter patet potentiam, quoad plura aduertit, eò eſſe ad ſingula remiſſiorem, procedere ad ſummum de potentiâ aduertente ad plura per plura media; propterea in præſenti ex eo, quod intellectus ad infinita ſimul aduerteret non ſequitur quod infinitè remitteretur eius attentio circa ſingula quod eſſet nullatenùs ad ſingula attendere, vt malè nonnulli nobis obiiciunt.

Non ex parte intellectus creati.

Non repugnat ex parte intellectus creati videntis, quia intellectus creatus videndo Deum non operatur per virtutem naturalem, quæ valde limitata eſt, ſed per obedientialem, quæ cum menſuretur penes Deum eleuantem, & imperantem, non penes creaturam eleuatam, & obedientem, nullis arctatur limitibus, & poteſt eſſe maior, ac maior in infinitum.

Nec ex parte luminis gloriæ.

Non repugnat denique ex parte luminis gloriæ ſimul cum intellectu concurrentis, quia cum quodlibet lumen gloriæ ſit ſecundùm ſe indifferens ad inſeruiendum cognitioni huius, vel illius creaturæ, eſt aptum inſeruire cognitioni omnium; ſicuti lumen materiale, quia eſt indifferens ad hunc, vel illius colorem illuminandum, poteſt quantum eſt de ſe inſeruire viſioni omnium colorum indifferentia luminis ad inſeruiendum, &c. patet ex *ſupradictis* §. 3. & confirmatur ex indifferentiâ eiuſdem luminis ad inſeruiendum cognitioni huius, vel illius ex iis, quæ ſunt in Deo formaliter. Accedit, quod *ex cap.* 3. §. 5. de potentiâ abſolutâ elici poteſt viſio ſine lumine gloriæ; ergo ex eo, quod lumen gloriæ non poſſet concurrere ad viſionem attingentem omnia poſſibilia, non ſufficienter infertur, quod de potentiâ abſolutâ talis viſio nequeat elici: & ſicuti ex eo, quod repugnaret ſpecies creata repræſentatiua omnium poſſibilium non ſufficienter inferretur, quod diuina eſſentia nequeat exercere munus ſpeciei reſpectu omnium poſſibilum; ita ex eo, quod repugnaret lumen creatum manifeſtatiuum omnium poſſibilium, non ſufficienter inferretur, quod Deus nequeat exercere munus talis luminis.

Probatur ſecundò: Si repugnat viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas, vel 49.
eſt, quia repugnat cognitio comprehenſiua Dei; vel quia repugnat cognitio terminata ad ſe ipſam; vel quia repugnat cognitio actu infinita; vel quia repugnat cognitio de

obiecto indeterminato, ſed nullâ ex his rationibus repugnat Viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas. Maior continet potiſſima fundamenta aduerſariorum. Minor probatur ſtabiliendo ſpecialia aſſerta ad cuiuſcumque ex allatis rationibus, & fundamentis improbationem, & euerſionem. Ideo ſic

§. VI.

Quomodo ex repugnantia comprehenſionis Dei non probetur repugnans viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas?

50. Cum incõprehenſibilitate Dei cohæret viſiõ omniũ poſſibilium in diuina eſſentia.

ASSERTVM: Cum incomprehenſibilitate Dei cohæret optimè viſio attingens in diuina eſſentia clarè, & diſtinctè, omnes creaturas, adeóque ex repugnantia comprehenſionis Dei non probatur repugnans viſio, &c. Eſt contra Thomiſtas.

Probatur primò: Si cum incomprehenſibilitate Dei non cohæret viſio attingens in diuina eſſentia clarè, & diſtinctè omnes creaturas; maximè quia non poſſunt in cauſa formaliter vt cauſa, & ex vi penetrationis virtutis actiuæ ipſius cognoſci clarè, & diſtinctè, ideſt ſecundùm omnes rationes, reſpectus, circumſtantias, & modos, omnes effectus à tali cauſa producibiles, quin talis cauſa cognoſcatur, quantùm cognoſcibilis eſt in ratione cauſæ, & ipſius virtus actiua penetretur, quantum penetrari poteſt, quod eſt cauſa in ratione cauſæ, & ſecundum virtutem actiuam comprehendit, ſed viſio attingens in diuina eſſentia clarè, & diſtinctè omnes creaturas cognoſceret in Deo, vt cauſa, & ex vi penetrationis virtutis actiuæ ipſius clarè, & diſtinctè, quoad omnes ſcilicet rationes, reſpectus, &c. omnes effectus à Deo producibiles, ergo comprehenderet in ratione cauſæ, & ſecundùm virtutem actiuam Deum; ergo cum incomprehenſibilitate Dei, qui debet ſuſtineri incomprehenſibilis in quolibet prædicato, imò quia omnia diuina prædicata ſunt realiter vnum, & idem, ſi in vno Deus comprehenditur erit quoad omnia cõprehenſibilis, non cohæret viſio attingens in diuina eſſentia, &c. Maior traditur à D. Thoma, *prima parte, quæſtione* 12. *articulo* 8. *in cap. Ille intellectus poteſt in cauſa cognoſcere omnes cauſa effectus, & omnes rationes effectuum, qui cauſam totaliter comprehendit. tertia parte, quæſtione* 10. *articulo* 2. *in corp. Virtus qualibet cognoſcitur* (ſermo eſt de cognoſci comprehenſiuè) *per cognitionem omnium, in quæ poteſt.* Quibus *D. Thomæ* verbis excitati Thomiſtæ vrgent acriter eamdem maiorem dicentes eſſe imperceptibile, quod cognito termino adæquato alicuius virtutis actiuæ non cognoſcatur quantum cognoſcibilis eſt talis virtus in ratione virtutis; quod Deus non poteſt in ſe ipſo formaliter, vt in cauſa cognoſcere aliquid ampliùs, quam clarè, & diſtinctè omnia producibilia, quod ſicuti virtus actiua non habet actiuitatem excedentem producibilitatem omnium ſuorum effectuum, ita nec habet cognoſcibilitatem excedentem cognoſcibilitatem omnium ſuorum effectuum, quod ſicuti, quo plures effectus in cauſa cognoſcuntur perfectius cauſa cognoſcitur; ita quando omnes cognoſcuntur, cauſa cognoſcitur perfectiſſimè, & quantùm cognoſcibilis eſt. Vt deinde ex tali maiori ſic corroboratâ oſtendant ſe rectè procedere ad probandum ex cognitione omnium poſſibilium ſequi Dei comprehenſionem, aduertunt primò ſe cum ſancto Doctore loqui de cognitione omnium poſſibilium non in proprio genere, ſed in Deo, vt in cauſa ex vi viſionis formaliter, ſecundò loqui de cognitione omnium poſſibilium non quomodocumque, ſed ſecundùm omnes combinationes, circumſtantias, fines, reſpectus, modos, & aliàs quaſcumque rationes in ipſis cognoſcibiles. Tertiò ſe ex tali cognitione omnium poſſibilium non inferre immediatè, & formaliter comprehenſionem diuinæ eſſentiæ, ſed comprehenſionem diuinæ virtutis actiuæ, ſeu Dei in formali ratione cauſæ, quamvis deinde hinc mediatè, & conſecutiuè deducatur abſoluta incomprehenſibilitas ipſius diuinæ eſſentiæ.

Vis tota & energia doctrinæ Thomiſticæ pro repugnantia cognitionis omnium poſſibilium.

Sic, ni fallor, exhibetur tota, quantacumque eſt, vis, & energia doctrinæ Thomiſticæ pro repugnantia cognitionis omnium poſſibilũ in verbo, & quidẽ quatenùs innititur auctoritati *D. Thomæ*, niſi quis velit abſolutè concedere ipſum, vt priuatum Doctorem pro Thomiſtica ſta-

51. re ſententia, intelligi poteſt locutus de comprehenſione minùs propriâ & extenſiuâ; adeò vt mens *D. Thomæ* ſit virtutem quamlibet comprehendi extenſiuè per cognitionem omnium, in quæ poteſt. Et dum probat beatos non cognoſcere in Deo omnia poſſibilia, quia ſecus Deum comprehenderent loquitur de potentiâ ordinariâ, ſecundùm quam Deus neque etiam extenſiuè poteſt comprehendi. Et ſic ly *quia Deum comprehenderent*, ſubintelligi debet extenſiuè: vel loquitur ex ſuppoſitione, quod cognitio omnium poſſibilium neceſſariò ſit infinita ſimpliciter, & in eſſentia qua ſuppoſitione *ex inferiori* §. 8.

52. corruente, corruit vis auctoritatis Angelicæ, vt infrà etiam tangetur *cap.* 8. §. 3. Quatenus verò doctrina Thomiſtica innititur rationi peccat in eo, quod nimis vniuerſaliter procedit, nec diſtinguit cauſam æquiuocam continentem ſuos effectus eminenter & modo ſuperiori, ab vniuoca continente eoſdem formaliter, & modo æquali. De vniuoca fateor non poſſe in cauſâ, vt cauſâ, cognoſci clarè, & diſtinctè omnes effectus, quin comprehendatur in ratione; hæc enim eo ipſo, quod eſt vniuoca à perfectione omnium ſuorum effectuum in ratione cauſæ omnimodè adæquatur,

Deus ſi eſt comprehenſibilis quoad vnum prædicatum eſt comprehenſibilis quoad omnia.

Cauſa vniuoca per cognitionem claram omnium ſuorū eff.ctuum in ipſa comprehenditur, nō ſic æquiuoca, & eminens.

quatur; ſecùs ſentiendum de cauſa æquiuoca, & eminenriali, hæc enim cum in ratione canſæ ſit eminens etiam comparatiuè ad omnes effectus neceſſe eſt, quod excedat in ratione cauſæ perfectionem omnium ſuorum effectuum, adeoque quod poſſir in ſeipſa oſtendere totam perfectionem omnium ſuorum effectuum abſque eo, quod oſtendat rotam perfectionem propriam, ſicque abſque eo quod comprehendarur. Quidquid igitur in propoſito Thomiſtæ aſſerunt, militat de canſa voiuoca ad ſuos effectus comparatâ, nec rectè applicatur Deo comparato ad creaturas poſſibiles, reſpectu quarum ſe habet, vt cauſa eminens.

53. Dices, licèt cognitis in ſe, & in proptio genere omnibus effectibns cauſæ eminentialis non comprehendatur cauſa eminens, quia in huiuſmodi effectibus ſecundùm ſe conſideraris verè non relucer rota perfectio cauſæ; cognoſcendo tamen omnes effectus cauſæ eminentialis in ipſa eminentia cauſæ, tanquam in medio cognito omninò inferrri ipſius cauſæ etiam eminentialis comprehenſionem, quia nihil de eminentia ipſius remanet cognoſcibile, alioqui daretur aliquid virtutis actiuæ eminentialis, cui nullus reſponderet terminus paſſiuus, ſeu effectus poſſibilis. Sed contra: Ad hoc, vt effectus cognoſcatur imò comprehendarur in eminentia cauſæ, non eſt neceſſe, quod ipſa eminentia cognoſcatur quantum intenſioè cognoſcibilis eſt, ſicuti (vt in re alioqui ſubtili craſſo vtar exemplo) ad cognoſcendam in vaſe pretioſiſſimo quantitatem liquoris, quem continer, non eſt neceſſe cognoſcere quantum cognoſcibilis eſt pretioſitatem, & perfectionem intenſiuam vaſis, ſufficit igitur, quod cognoſcatur, quantum cognoſcibilis eſt; eminentia cauſæ extenſiuè; ex quo ſeqnitur cognitis omnibns poſſibilibus nihil de eminentia ipſius extenſiuè conſiderata remanere cognoſcibile, ſicque nihil dari virtutis actiuæ, eminentialis, cui nullus reſpondeat terminus paſſiuns; intenſiuè verò remanere adhuc magis cognoſcibilem totam eminentiam, & ſingolos ipſius gradus, ſic non comprehendi. Et hinc facilè eluduntur omnes inſtanriæ, vel potius phraſes, (aliis enim verbis idem ſemper vrgent) quibus Thomiſtæ propriam doctrinam illuſtranr, & corroborant: Putà quod cognito termino adæquato alicuius virtutis actiuæ debeat talis virtus comprehendi; qnod quo plures effectus in cauſa cognoſcuntur, perfectius cauſa cognoſcatur: quod Deus ipſe in cauſa, vt cauſa nihil ampliùs poteſt cognoſcere, quàm omnes effectus ab ipſa producibiles. Quæ omnia in ordine ad cauſam vniuocam poſſunt abſolutè concedi, at non faciunt ad rem contra nos: in ordine verò ad cauſam eminentialem verificantur ad ſummum extenſiuè, & ad ſummum probat Deum in ratione cauſæ poſſe extenſiuè comprehendi, quæ tamen eſt locutio valdè impropria, cum comprehenſio importet cognitionem rei quantum omnimodè cognoſcibilis eſt.

Cognitis in cauſa eminente omnibus effectibus cognoſcitur eminētia cauſæ quàtum cognoſcibilis eſt extenſiuè non intenſiuè.

54.

Comprehenſio extēſiua dicitur per abuſum vocabuli cōprehenſio.

55. Probatur ſecundò ex eo, quod cognoſcantur in diuina eſſentia omnes creaturæ viſionibus diſtinctis, non ſequitur comprehenſio diuinæ eſſentiæ: ergo. Neque ſequitur comprebenſio ex eo, quod cognoſcuntur in diuina eſſentia omnes creaturæ vno eodemque actu viſionis: ergo cum incomprehenſibilitate Dei cohæret optime, &c. Antecedens patet, quia non eſt poſſibilis comprehanſio Dei, & ramen ſunt poſſibiles viſiones diſtinctæ omnium creatnrarum in diuina eſſentia, cuilibet enim creaturæ poſſibili reſponder poſſibilis viſio ipſius in diuina eſſentia, alioqui daretur aliqua creatura, quæ in diuina eſſentia videri non poſſet: Conſequentia probatur: Nihil minùs penetratur de diuina eſſentia attingendo in ipſa omnia poſſibilia pluribus diſtinctiſq; viſionibus, quàm attingendo in eadem omnia poſſibilia vnâ eâdemque viſione: ergo ſi non ſequitur comprehenſio, nec adeò penetratur, vt comprehendatur in primo caſu, neque etiam in ſecundo. Antecedens probatur; tum quia nihil magis cognoſcitur de poſſibilibus, tum quia de diuina eſſentia nihil poteſt aſſignari latens in primo caſu, non latens in ſecundo: & ratio à priori eſt, quia quidquid cognoſcitur vnâ cognitione poteſt cognoſci cognitionibus diſtinctis, ſi habeantur ſimul.

Cacherani Theolog. Tom. I.

Omnia poſſibilia poſſunt in Deo cognoſci viſionibus diſtinctis.

56. Dices, quamvis non repugnent viſiones diſtinctæ, & diuerſæ, omnium poſſibilium, repugnat tamen, quòd omnes huiuſmodi viſiones habeantur ſimul. Sed contra; gratis hoc dicitur, neque enim poſſibilia in cognoſci habent eſſentialem ſucceſſionem, ratione cuius eſſentialiter petant cognoſci vnum poſt aliud, alioqui non potuiſſet Deus cognoſcere omnia poſſibilia ab æterno. Si dicas repugnare ex eo, quod nequeat intellectus creatus habere ſimul infinitos actus; nec probabis talem infinitorum actuum neceſſitatem, cum enim idem actos poſſit tendere in obiecta infinita ad cognoſcenda omnia poſſibilia, non ſunt neceſſarij actus infiniti; ſed ſufficit, quod inter actus finits aliquis attingat poſſibilia infinita. Nec item probabis in intellectu creato repugnantiam infinitorum actuum ſimul, niſi aliunde probes repugnantiam cuiuſcumque infiniti categorematici creati, quam repugnantiam ſuppono protsùs impoſſibilem. Si duas repugnare ſimultatem illam, quia nequit intellectus ſimul cognoſcere actibus diſtinctis plura, quàm poſſit cognoſcere actu vnico; repugnat autem, quod actu vnico omnia poſſibilia cognoſcat: ſuppons id quod debes probare, & ſuccumbis, non reſpondes difficultati.

Quæ viſiones diſtinctæ, & diuerſæ habeantur omnes ſimul.

Non eſt neceſſe, quod huiuſmodi viſiones ſint, poſſunt tamen eſſe, infinitæ.

57. Probatur tertiò: Ex eo, quod cognoſcantur extra verbum clarè, & diſtinctè, imò comprehenſiuè, omnes creaturæ in ſeipſis ſeu in proprio genere, non ſequitur comprehenſio: ergo neque ſequitur comprehenſio ex eo, quod cognoſcantur omnes creaturæ in diuina eſſentia, ſeu in verbo; ergo cum incomprehenſibilitate Dei cohæret optimè, &c. Antecedens euincitur ex eo, quod cognoſcendo omnes creaturas in ſeipſis, in

Cognitio omniū poſſibilium in

Cc 2 proprio

ſeipſis non infert comprehenſionem Dei.

proprio genere, extra Verbum, non eſt neceſſe, quod Deus videatur; adeoque multò minùs eſt neceſſe, quod Deus comprehendatur. Item quia cognoſcibilitas omnium poſſibilium in ſeipſis eſt longè minor, quàm cognoſcibilitas Dei vt tradit etiam D. Thomas 3. *contra Gentes*, *cap.*56. dicens: Maius eſt videre Deum quoad ea quæ ſunt in ipſo formaliter, quam videre omnes effectus poſſibiles in ſeipſis. Nec Thomiſtæ negantes dari poſſe actum attingentem omnes creaturas etiam in ſeipſis id probant ex eo, quod comprehenderetur Deus, ſed aliunde, vt videre eſt apud Ioan. à S. Thoma 1. *part. quaſt.* 12. *diſputat.* 15. *artic.*4. *num.*27. Conſequentia primi argumenti probatur: Si ſequitur comprehenſio ex cognitione omnium creaturarum in diuina eſſentia eſt, qnia perfectè attingitur terminus adæquatus virtutis actiuæ, & omnipotentiæ Dei, ſed idem terminus adæquatus perfectè attingitnr comprebeudendo omnes creatutas in ſeipſis: ergo ſi in hoc ſecundo caſu non ſequitur comprehenſio, neque in primo.

58. Dices in ſecundo caſu cognoſci materialiter ſolùm terminum adæquatum omnipotentiæ Dei. Sed contra: Quando cognoſcetur talis terminus formaliter, nihil amplius de ipſo penetrabitur, ſupponitur enim dum cognoſcitur in ſe comprebendi: ergo ſi non inducit comprehenſionem Dei, cognitus materialiter, neque ipſam inducet cognitus formaliter.

59. Probatur quartò: Creaturæ poſſibiles etiam vt cognitæ in Verbo, ſeu in diuina eſſentia, ſunt obiectum ſecundarium viſionis: ergo malè explicatur per ordinem ad ipſas comprehenſibilitates Dei. Antecedens patet. Conſequentia probatur: Incomprehenſibilitas eſt maxima obiecti perfectio: ergo obiectum incomprehenſibile debet eſſe tale per ordinem ad id, quod in ipſo perfectiſſimum eſt, & primarium; non per ordinem ad id, quod eſt in ipſo minùs perfectum, & ſecundarium.

---

§. VII.

Quomodo viſio attingens in diuina eſſentia omnes Creaturas non probetur repugnans ex eo, quod terminetur ad ſeipſam?

60. Nnn repugnat cognitio, quæ ad ſeipſam terminetur.

ASSERTVM: Non repugnat Cognitio, quæ ad ſeipſam etiam clarè, & explicitè terminetur, adeoque viſio attingens in dinina eſſentia clarè, & explicitè omnes creatnras non probatur repugnans ex eo, quod debeat ad ſeipſam terminari. Eſt contra Lugum 1. *part. diſp.*24. *cap.*2. *n.*16. Moncæum *in diſputationibus ſelectis*, *diſp.*2. *cap.*9.

Probatur primò: Si repognat cognitio, quæ ad ſeipſam terminetur, maximè, quia obiectum debet eſſe aliquo modo cauſa cognitionis, & ipſâ cognitione prius tum propter commune illnd effatum ſumptum ex Auguſtino: *ex obiecto, & potentia gignitur notitia*, tum propter alia verba eiuſdem Auguſtini 4. *Geneſis ad Litteram*, *cap.* 32. dicentis: *Præcedit cognitionem quidquid cognoſci poteſt, niſi enim prius ſit, quod cognoſcatur, cognoſci non poteſt:* Sicuti igitur repugnat, quod aliqua cognitio ſit cauſa ſui ipſius, & ſit ſeipſâ prior; ita repugnat, quod ſit obiectum ſui ipſius, & ad ſeipſam terminetur: ſed hæc ratio nulla eſt: ergo non repugnat cognitio, quæ ad ſeipſam etiam clarè, & diſtinctè terminetur, adeóque &c. Minor probatur: Obiectum eſſe prius cognitione, & cauſam ipſius, procedit ſolùm de obiecto motiuo, nec apparet, quomodo obiectum purè terminatiuum, quod nec per ſe ipſum, nec per ſpeciem à ſe cauſatam concurrit ad cognitionem, ſit cauſa cognitionis. Quod ſi dicatur cauſa cognitionis per hoc, quod Deus concurrens ad cauſandam ipſius cognitionem, contineat ipſum, quælibet creatura poteſt dici cauſa ſui ipſius, quia Deus producens creaturam continet ipſam creaturam. Si addas Deum concurrere ad cognitionem non ſolùm, vt continentem obiectum; ſed etiam vt ſubſtitutum loco obiecti poſtulantis per ſe ipſum ſui cognitionem cauſare; eſt locutio valdè impropria, & verificatur ad ſummum in ordine ad obiectum primarium, quod ratione ſui præciſè cognitionem terminet. Cæterùm obiectum ſecundarium terminans cognitionem in alio, vel ratione alterins, non apparet, quomodo poſtulet per ſe ipſum cauſare cognitionem ſui, adeò vt exigat ſubſtitutum gerens vices proprias, ſi per ſe ipſum non cauſet. Cum igitur viſio attingens in diuina eſſentia inter alias creaturas ſe ipſam habeat pro obiecto motiuo, & primario in ſe cognito, diuinam eſſentiam; ſe ipſam verò pro obiecto purè terminatiuo, & ſecundario, cognito in alio, in ipſa ſcilicet diuina eſſentia, optimè poteſt terminari ad ſe ipſam abſque eo, quod ſit cauſa ſui ipſius, & prior ſe ipſâ.

Obiectum motiuum debet eſſe prius, & cauſa cognitionis, non ſic terminatiuum, præſertim, quod in alio cognoſcatur.

Dices: Dato, quod cognitio habere poſſit pro obiecto terminatiuo aliquid, quod nnn ſit prius ipſâ, ſaltem habere nequit pro obiecto terminatiuo aliquid, quod ſit vel ab ipſa omninò indiſtinctum, vel ipſâ poſterius, ſed viſio attingens in diuina eſſentia ſeipſam, & omnes alias creaturas haberet pro obiecto terminatiuo aliquid à ſe indiſtinctum, quia haberet pro obiecto terminatiuo ſeipſam, quo nihil eſt magis indiſtinctum ab ipſa: haberet etiam pro obiecto terminatiuo aliquid poſterius ſeipſa, quia haberet pro obiecto terminatiuo omnes cognitiones poſſibiles reflexas ſeu reflexibiles ſupra ſe, quæ omnes ſunt poſteriores ipſâ, imò cum in huiuſmodi reflexionibus poſſit in infinitum procedi, attingeret talis cognitio reflexiones in infinitum poſteriores ſeipſâ. Maior probatur: Cuilibet cognitioni eſt eſſẽtialis relatio trãſcendentalis ad obiectũ etiam terminatiuũ, ſed relatio tranſcendentalis nec poteſt eſſe ad aliquid indiſtinctum, quia relatio ex conceptu 61.

ſuo

ſuo eſt ad aliud; neque ad aliquod poſterius, quia relatiua ſunt ſimul naturâ. Accedit, quod cognitio, quæ terminaretur ad aliquod poſterius ſe ipſâ, eſſet cognitio ſine obiecto, obiectum enim nequit eſſe poſterius cognitione, niſi cognitio ſit prior obiecto, adeóque cognitio ſit, & non ſit obiectum, quod eſt cognitionem eſſe ſine obiecto. Sed contra, vt ex ſequentibus aſſerti probationibus conſtabit, falſum eſt omninò, quod ſit eſſentialis cuilibet cognitioni relatio tranſcendentalis ad quodlibet obiectum terminatiuum, ideo male probatur ex eo capite non poſſe cognitionem habere pro obiecto terminatiuo aliquid à ſe ipſa indiſtinctum. Quod nequeat cognitio habere pro obiecto aliquid ſe ipſa poſterius, licèt non bene probetur ex relatione, quam debeat habere ad obiectum, bene probatur ex eo, quod cognitio pro illo priori, eſſet ſine obiecto, ideo id libenter admitto; at nego id ſequi ex eo, quod talis cognitio haberet pro obiecto terminatiuo omnes cognitiones reflexibiles ſupra ſe, quamvis enim ſeruatâ proportione cognitio reflexa ſit poſterior cognitione directa, (loquor de cognitione directâ, & reflexa diſtinctis ab inuicem) reflexa ſcilicet possibilis directa poſſibili; reflexa exiſtens directa exiſtente; ſi tamen proportio non ſeruetur, & reflexa poſſibilis comparetur ad directam exiſtentem, directa non eſt prior, ſed poſterior reflexa; quia omnia poſſibilia ſunt ab æterno, omnia creata exiſtentia ſunt in tempore, & omne quod eſt in tempore eſt poſterius omni eo, quod eſt ab æterno. Ex eo igitur, quod viſio exiſtens terminetur ad cognitiones poſſibiles reflexas ſeu reflexibiles ſupra ſe, non terminatur ad obiectum poſterius ſe. Quod ſi ſupponas aliquam ex huiuſmodi cognitionibus reflexis poſſibilibus fieri exiſtentem, illa viſio hanc cognitionem reflexam vt exiſtentem non attingit, attinget tamen adhuc hanc, aliaſque omnes, vt poſſibiles, & ſemper vltima cognitio reflexa facta exiſtens poterit attingere omnes tum vt poſſibiles, quia vt poſſibiles ſunt priores, tum vt exiſtentes, quia cum inter exiſtentes ſupponatur vltima nullam habet exiſtentem poſteriorem ſe.

Cognitio nõ eſt eſſentialis relatio ad obiectũ terminatiuum.

Cognitio actualis attingens omnes cognitiones poſſibiles ſupra ſe reflexas non attingit aliquod poſterius ſe.

63\.

Cognitio poteſt terminari ad ſe ipſam implicite, imò, de facto terminatur.

Probatur ſecundò: Non repugnat cognitio, quæ ad ſe ipſam terminetur confusè, & implicitè; ergo nec etiam quæ ad ſe terminetur clarè, & explicitè, adeóque viſio attingens in diuina eſſentia, &c. Conſequentia probatur: Cauſari ab obiecto, eſſe poſterius ipſo, eſſe ipſius imaginem, ad ipſum referri, aliaque huiuſmodi, quibus aduerſarij probant non poſſe cognitionem ad ſe ipſam terminari, ſi verificantur æquè verificantur de cognitione confuſâ, ac de clarâ; ergo ſi illis non obſtantibus cognitio confuſa poteſt terminari ad ſe ipſam, poterit etiam cognitio clara. Antecedens etiam primi argumenti probatur primò; quia omnis cognitio eſt ſine actu diſtincto aliquo modo reflexiua ſupra ſe ipſam, tum quia eſt actio viua, vi cuius intelligens cognoſcit ſe eſſe in exercitio vitæ, & per conſequens cognoſcit ſe intelligere: tum quia implicat, quod cognoſcens iudicet obiectum ſibi eſſe ignotum, quod non eſt, niſi quia cognoſcendo obiectum ſimul aliquo modo cognoſcit ſe cognoſcere, ſeu ſuam cognitionem, & vt ait Ariſtoteles 2. *Poſter. cap.* 18. *Cognitio cognoſcentem ipſum latere non poteſt.* Probatur idem antecedens ſecundò: Actus enuncians omnis creatura eſt dependens, omnis actus intellectus eſt vitalis, &c. aliquo modo, confusè ſaltem, & implicitè terminatur ad ſe ipſum, quia ſe ipſum falſificaret, ſi ipſe, vel non eſſet dependens, vel non eſſet vitalis; ergo. Neque dicas in cognitione conceptus communis non eſſe neceſſe, quod ſingularia cognoſcantur, adeóque non eſſe neceſſe, quod qui dicit omnis creatura cognoſcat omnes creaturas ſingulares, & inter alias ipſum actum, quo id enunciat. Contra enim ly *omnis creatura* dupliciter ſumi poteſt vel prout importat conceptum vniuerſalem abſtractum à creaturis ſingularibus, & hac ratione tranſeat, quod qui dicit omnis creatura, non debeat neceſſariò cognoſcere ſingula indiuidua creaturarum, vel prout importat collectionem omnium creaturarum, & hac ratione eſt imperceptibile, quod qui dicit omnis creatura, non cognoſcat aliquo modo ſingula indiuidua creaturarum conſtituentium collectionem ſignificatam per ly, *omnis creatura*. Qui igitur in hoc ſenſu enunciat illam propoſitionem, neceſſe eſt, &c.

Cognoſcens non poteſt non cognoſcere ſuam cognitionẽ.

64\.

Si cognitio non poteſt ad ſe terminari, nulla creatura poteſt ab alia, vel a ſe naturaliter cõprehendi.

Probatur tertiò: Si cognitio non poſſet ad ſe ipſam terminare, nulla creatura rationalis poſſet ſe ipſam comprehendere, ſed hoc non videtur dicendum, ergo cognitio poteſt ad ſe ipſam terminari, adeóque viſio attingens in diuina eſſentia, &c. Sequela maioris probatur: Cognitio qua creatura poteſt ſe ipſam comprehendere debet attingere omnes actus, quos poteſt talis creatura producere, ſed inter alios actus eſſet ipſamet cognitio, qua talis creatura ſe poſſet comprehendere; ergo ſi talis cognitio non poſſet ſe ipſam attingere, nulla creatura rationalis poſſet ſe ipſam comprehendere. Eodem fere modo probatur vnam creaturam rationalem non poſſe comprehendere aliam; cum enim Angelus Gabriel v. g. etiamſi inferior cognoſcere poſſit ſaltem imperfectè omnes actus Angeli Michaëlis, ſi hic debet illum comprehendere, debet in illo cognoſcere omnes proprios actus, adeóque illummet actum, quo ipſum comprehenderet; Lugus 1. *parte, lib.* 1. *diſp.* 25. *cap.* 4. *num.* 2. totum concedit, & libenter admittit nullam creaturam poſſe actu naturali aut ſe, aut aliam comprehendere. Verùm vt arguit Arriaga *diſp.* 13. *sect.* 5. *ſubſect.* 2. ex iiſdem principiis probari poteſt, quod neque actu ſupernaturali poſſit dari creaturæ comprehenſio, & quidquid de hoc ſit, ſatis per ſe apparet quam difficilis ſit doctrina cogens negare quamcumque naturalem creaturæ comprehenſionem.

Dubitabis pro maiori poſiti aſſerti in- 65.

telligentia vtrùm viſio, qoæ attingeret in diuina eſſentia ſeipſam deberet dici attiogere ſcipſam directè, an teflexè, ſeu vtrum debetet dici directa, an reflexa cognitio ſui ipſius. Non videtur poſſe dici ditecta, quia per ipſam beatus cognoſcetet propriam cognitiooem, cognitio autem reflexa nihil cſt aliud formaliſſimè, quam cognitio propriæ cognitionis. Non videtur poſſe dici reflexa, quia cognitio reflexa neceſſariò ſupponit directam, adeóque ſupponeret ſe ipſam, ſi eſſet reflexa ſupra ſe ipſam. Deinde cognitio reflexa habet pro obiecto primario cognitionem. Beatus autem videns in diuina eſſentia viſionem propriam hanc non habet pro obiecto primario.

Viſio attingens in diuina eſſentia ſe ipſam eſt reſpectu ſui æquiualenter tum directa, tum reflexa.

Reſpondetur viſionem illam dici poſſe æquiualenter, ſeu eminenter tum ditectam, tum reflexam reſpectu ſui. Eſt æquiualenter ditecta, quia Beatus videt ipſam in codem medio, eodem lumine, eadem claritate, qua videt quamlibet aliam creatutam. Eſt æquiualenter teflexa quia præſtat id, quod præſtaret diſtinctus actus ſupra ipſam reflexiuos. Abſolutè verò melius dicitur reſpectu ſui teflexa, quia verè formaliſſima ratio cognitionis reflexæ, ſi ita eſt in eo, quod quis per ipſam cognoſcat cognitionem propriam. Quod dicitur cognitionem teflexam neceſſariò ſupponere ditectam, procedit ſolum quando directa eſt obiectum motiuum reflexæ. Quod dicitur reflexè coguoſcentem habere pro obiecto primario propriam cognitionem, procedit de cognoſcente purè reflexè, ſeu de habente actum, cuius primarium munus ſit reflectere.

---

§. VIII.

Quomodo viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas non probetur repugnans ex eo, quod eſſet actu finita?

66\. Cognitio poſſibilium non repugnat ex eo, quod eſſet actu infinita.

ASSERVM: Non tepugnat cognitio creata actu infinita, nec neceſſe eſt, quod viſio attingens io dioina eſſentia omnes creatoras actu infinita ſit, adeóque viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas non probatur repugnans ex eo, quod eſſet actu infinita. Eſt contra Amicum 1. *parte, diſp.* 9. *ſect.* 11. *num.* 404. eſt etiam contta plures Thomiſtas, qui ex hoc capite ſpecialitet probant repugnare cognitionem omnium poſſibilium etiam extra verbum, & in ptoprio genere.

67\. Probatur prima pars, vel potius ſupponitut ex communi non repugnantia infiniti categorematici in creatis. Neque hic nobis reuocanda ſunt ex Philoſophia omnia fundamenta talis non-repugnantiæ; cum præſertim neceſſarium id non ſit ad præſens inſtitutum; & ſuſtinere non repugnantiam cognitionis attingentis omnes creaturas dependenter à non repugnantia cognitionis actu infinitæ ſit augere, non minuere difficultatem. Ideo

68\. Viſio finita poteſt attingere creaturas, in Verbo.

Probatur ſecunda pats: Viſio attingens in diuina eſſentia omoes creaturas ſi eſt actu infinita, vel eſt talis, qoia attingat creaturas in diuina eſſentia, & hoc non alioqui de facto omnis viſio diuinæ eſſentiæ eſſet actu infinita, com omnis viſio de facto attingat in diuina eſſentia aliquas creaturas:

Infinitas.

vel eſt talis, quia attingat creaturas infinitas; & boc non alioqui aduerſatij ſibi contradicetent, dum docent Chtiſtum de facto viſione creatâ finitâ videre in verbo infinita futura;

Omnes.

vel eſt talis, quia attingit creaturas omnes, & hoc non, quia ſi per impoſſibile eſſent poſſibiles tantum centum creaturæ, cognitio attingens centum creaturas attingeret creaturas omnes, & tamen non eſſet infinita, non enim eſſet de infinito obiecto; è contra ſi de facto aliqua cognitio attingeret creaturas omoes centum exceptis, talis cognitio non attingeret ſimpliciter creatutas omnes, & tamen eſſet infinita, quia quod finitè diſtat ab infinito eſt infinitum, & cognitio illa à cognitione infinitâ, qualis eſt per aduerſarios cognitio attingens ſimpliciter creaturas omnes diſtaret ſolum finitè, eâ ſcilicet perfectione, quam importat cognitio centum creaturarum. Plures huiuſmodi inſtantias ex ſuppoſitione impoſſibili format Artiaga *diſp.* 13. *ſect.* 5. *ſubſect.* 3. *&* 4. Verùm, quia eo ipſo, quod procedunt ex ſuppoſitione impoſſibili præbent aduerſariis aditum reſpondendi *ex impoſſibili ſequitur quodlibet*, nec adeo deinde facile eſt probare, quod inſtantia ſit à loco intrinſeco, ad faciliora, & firmiora argumenta progredior.

69\. Ex infinitate obiecti non arguitur infinitas cognitionis.

Probatur eadem ſecunda pars: Ex infinitate obiecti increati, & ex eo, quod videatur totum obiectum increatum, non ſequitur quod viſio ſit infinita; ergo etiam ex infinitate obiecti creati, & ex co, quod clarè, diſtinctéque attingatur tum obiectom creatum, ſeu omnis creatura, non ſequitur, quod viſio ſit infinita; ergo non eſt neceſſe quod viſio attingens in diuina eſſentia omnes creaturas infinita ſit, adeóque viſio attingens, &c. Antecedens patet ex ſuprà dictis, nam ex *cap.* 1. §. 3. *huius libri*. Viſio Dei non eſt infinita, & ex *cap.* 4. §. 1. attingit omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, ſeu totum obiectum increatum. Conſequentia probatur tum quia infinitas obiecti increati maior eſt infinitate obiecti creati, & perfectius eſt videre totum obiectum increatum, quam videre totum obiectum creatum etiam in ipſo increato iuxta ſuprà relata Auguſtini *verba ex* 5. *Confeſſionum, cap.* 4. *qui te, & illa* (ideſt entia creata) *nouit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus eſt*, tum quia argumentum calculatorium:

Argumentum calculatorium non ſubſiſtit.

Quo plura obiecta cognoſcuntur, eo perfectior eſt viſio, ergo ſi cognoſcantur obiecta infinita, & omnes creaturæ cognitio erit infinita, & omnimodè perfecta: Quod aduerſarij maximè exaggerant in ordine ad probandam infinitam

Digitized by Google

tam cognitionem attingentem omnes creaturas, eâdem calculatione, eâdemque, ſi non maiori, vi formari poteſt ad probandam infinitam cognitionem attingentē totum obiectū increatū: *Quo perfectius eſt obiectū, eò perfectior eſt ipſius viſio, ergo ſi videatur obiectum infinitum, & totum obiectum increatum viſio erit infinitè, & omnimodè perfecta.* Quidquid etiam affetatur ad corroborationem argumenti calculatorij in ordine ad infinitatem viſionis omnium poſſibilium, puta quod talis viſio æquiualeat viſionibus infinitis, quarum quælibet excedat aliam in aliquo determinato gradu, quod poſſint infra ipſam aſſignari viſiones infinitæ proportionaliter etiam afferri poteſt ad probandam viſionis Dei infinitatem. Si addatur illam eſſe infinitam, quia non poteſt excedi, cum non ſit dabilis viſio, quæ in plura tendat; addam neque viſionem Dei excedi poſſe, cum non ſit dabilis viſio, quæ tendat in obiectum maius. Quidquid igitur probat eſſe infinitam viſionem attingentem omnia poſſibilia, & obiecta infinita, probat eſſe infinitam viſionem attingentem Deum, & obiectum infinitum; & quidquid inſeruit ad ſuſtinendam rationem finiti pro vna viſione, inſeruit pro altera.

Quidquid probat finitam, vel infinitam viſionem omnium poſſibilium, probat finitam, vel infinitam viſionem Dei.

70.

Dices ex Amico *prima parte, diſput. 9. sect. 22. num.* 407. non eſſe eandem rationem de cognitione, qua videtur Deus, & de cognitione, qua attingantur omnia poſſibilia, quia illa debet tantùm vitaliter in Deum tendere, non Deum exprimere; iſta debet exprimere diſtinctè, & dearticulatè ſingula poſſibilia iuxta proprias naturas, ac notas. Sed contra: Non ſatis percipio quid importetur per ly *exprimere*, ſi enim importetur expreſsè, & clarè cognoſcere, etiam viſio Dei Deum exprimit. Si importetur formare ſpeciem expreſſam, non eſt ad rem in præſenti, cum loquamur de cognitione creaturarum non in proprio genere, & per proprias ipſarum ſpecies, ſed in verbo, in quo viſio habetur ſine omni ſpecie creata, ſiue impreſſa, ſiue expreſſa. Quidquid deinde ſignificetur nomine expreſſionis, non eſt facilius probare infinitatem in intentionali expreſſione, quàm in cognitione omnium poſſibilium, & ſicuti ex dictis *cap.* 2. §. 2. & 5. ſpecies vel impreſſa, vel expreſſa obiecti infiniti non eſt neceſſe, quod ſit infinita; ita nec eſt neceſſe, quod ſit infinita ſpecies infinitorum obiectorum, & omnium poſſibilium, & quantum ad præſens inſtitutum attinet, ita ſemper adamuſſim quadrat paritas obiecti infiniti, vt argumentum calculatorium formatum ad probandum infinitatem in cognitione omnium poſſibilium, ſeu infinitorum obiectorum, eâdem protſus ratione ſoluatur, qua ſoluitur, dum formatur ad probandum infinitatem in viſione Dei, ſeu infiniti obiecti, pro quo recolantur *ſupradicta cap.* 1. §. 3. Ad illud ſpecialiter, quod addebatur, viſione attingente in Deo omnes creaturas non eſſe dabilem viſionem, quæ tendat in plura, dico inde probari, quod talis viſio nequeat excedi quoad extenſionem obiecti,

Species infiniti, aut infinitorum obiectorum, non eſt neceſsè, quod ſit infinita.

71.

Viſio attingens in Deo omnia poſſibilia poteſt excedi intenſiuè, ſi non extenſiuè.

poſſe tamen adhuc excedi quoad propriam intrinſecam perfectionem, quæ non tam penes conditionem obiecti, quàm penes modum tendendi in ipſum, metienda eſt quoad modum autem tendendi, maiorem ſcilicet, minoremve claritatem viſio attingens in Verbo omnia poſſibilia optimè poteſt excedi: & ſicuti viſio obiecti infiniti poteſt excedi, quia non eſt neceſſe, quod habeat infinitam claritatem; offenſa facta perſonæ infinitæ poteſt excedi, quia non eſt neceſſe, quod ſit facta infinitâ affectus prauitate, ita ſimiliter, &c. & in vniuerſum actus tendentes in obiecta infinita, niſi tendant modo infinito, non contrahunt infinitatem intrinſecam, entitatiuam, intenſiuam; ſed ſolùm extrinſecā, terminatiuā, extenſiuā. 72.

Vrgebis: Virtus intellectiua, quæ poſſit ſimul producere actus infinitos eſſet intrinſecè, & entitatiuè; non extrinſece ſolùm, & terminatiuè infinita; ergo idem ſentiendum de intellectione, quæ attingat infinita obiecta, & vt paritas exactius quadret, actio, qua producerentur infinita poſſibilia ſimul, eſſet intrinſecè infinita, & non niſi à virtute actiua intrinſecè infinita prodire poteſt; ergo à fortiori cognitio, qua attingantur omnia, nedum infinita poſſibilia, erit intrinſecè infinita, & non niſi à virtute intellectiua intrinſecè infinita prodire poteſt; cur enim ex infinitate termini debet intrinſecè infinitari actio phyſica potius, quàm actu intentionalis. Contrà tamen: Diſparitas eſt, quia virtus cognoſcitiua, ſeu intellectiua debet continere perfectionem ſuorum actuum, virtus productiua perfectionem ſuorum effectuū, nō ſic virtus cognoſcitiua, aut cognitio perfectionū obiectorum, cū illæ ad ſuos actus, & effectus ſe habeant per modum efficientiæ tribuendo ipſis, adeóque præhabendo ipſorum perfectionem; virtus verò intellectiua, & intellectio in ordine ad obiecta ſe habent per modum puræ attingentiæ, ſeu tendentiæ, nec debent obiectis perfectionem tribuere; habere autem ſimul infinitas tendentias, ſeu infinitos reſpectus non arguit intrinſecam infinitatem, quod Lauteа *in* 4. *tom.* 4. *diſput.* 19. *articulo* 7. *numero* 168. ſic facilè explicat: Si datis infinitis ouis Gallina aliquod ouum producat hoc haberet infinitos reſpectus ſimilitudinis ad illa infinita oua; & tamen nec actio, nec Gallina eſſet intrinſecè infinita. Et hinc obiter patet cur non ſit maior virtus intellectiua creaturæ, quam virtus actiua Dei, licet illa poſſit omnes creaturas ſimul cognoſcere, iſta non poſſit omnes creaturas ſimul producere. Ratio ſcilicet eſt, quia maior, vel minor virtus potentiæ non ſumitur præcisè ex latitudine obiecti, ſed principaliùs ex modo ſe habendi ad ipſum, in quo virtus actiua Dei, vtpotè omnia poſſibilia eminenter præcontinens, infinitè excedit virtutem intellectiuam creatam, vtpotè præcisè attingentem, non continentem poſſibilia. Neque ex eo, quod intellectus intelligēdo omnia fiat, ſequitur, quod in actuali intellectione contineat obiectum, aut in ſe in-

Virtus productiua infiniti cur debeat eſſe infinita, non ſic virtus cognoſcitiua.

Infinitas reſpectuum non arguit infinitatem intrinſecam.

73.

fini

vel ab ipſa viſione ſuper totam ſuam durationem reflecteote, vel ab alio actu ſuperoaturali affirmatur, neceſſe prorſus eſt, quod talis duratio verè ſit æterna, nec poſſit vnquam deficere, niſi deficiat, falſificetur; ſi deficere poſſit, poſſit falſificari actus ſupernaturalis affirmans talem durationem, æternam, & nunquam defecturam. Sed nec probatur indeſtruibilis viſio ex eo, quod attingat propriam durationem futuram æternã, neque ex eo, quod attingat aliquem alium actum ſupernaturalem id affirmantem, ergo. Probatur Minor quo ad primam partem ex *dictis cap. 7 §. x.* vbi variis modis explicatur deſtruibilitas viſioois etiam ſupra propriam durationem reflectentis ſaluâ ipſius infalſificabilitate; maximè verò ex eo, quod talis viſio non affirmat æternam ſuam durationem, niſi de potentiâ ordinariâ, ſeu affirmat æternam ſuam duratinnem non quodammodo omnindò abſolutè, ſed ſub conditione implicita, ſi Deus non vtatur potentiâ abſolutâ, & extraordinaria. Probatur minor quo ad ſecuodam partem primo eadem ratione, quâ probata eſt quoad primam partem, quia ſcilicet quilibet actus ſupernaturalis affirmans æternam viſionis durationem ooo affirmat ipſam æternam, niſi de potentiâ ordinariâ; & ex ſuppoſitione, quod Deus non vtatur potentia abſolota. Vnde non falſificatur per hoc quod viſio poſſit ab æternitate deficere, vel etiam deficiat Deo vtente po-

Viſio attingens propriam durationē æternam poſſet deſtrui abſque ſui falſificatione.

77. tentiâ exttaordinariâ, & abſolutâ. Secundo actus ſupernaturalis affirmans æternam viſionia durationem, vel à viſione attingeretur, vt exiſtens, vel vt poſſibilis. Sicut exiſtens probatur ad ſummum duratio, & iodeſtroibilitas viſionis quouſque talis actus exiſteret; & poterit Deus ſaltem deſtruendo prius talem actum deſtruere viſionem abſque talis actus falſificatione: neque enim actus, qui amplius non eſt falſificari poteſt. Neque dicas: Actus affirmans æternam alicuius obiecti exiſtentiam, non affirmat exiſtentiam talis obiecti ſolùm pro tempore, quo ipſe exiſtit, ſed pro ſemper, ideo falſificatur, ſi ipſo non exiſtente fiat non exiſtens etiam obiectum, ſic enim de obiecto fuit falſum dicere pro ſemper exiſter. Contra enim: Actus, qui dùm exiſtit affirmat obiectum ſibi coëxiſtere, videtor id affirmare abſolutè, & falſificari, quocumque ex capite obiectum non exiſtat; dum verò affirmat obiectom extiturum impoſterum, facilius percipitur id affirmare cum aliqua conditione puta ſi attendatur ſola potentia ordinaria, ſi non exerceatur potentia extraordinaria. Quod ſi actua affirmans æternam viſionis durationem à tali viſione attingatur vt poſſibilis, minor eſt difficultas, quia ex infalſificabilitate, ſeu eſſentiali veritate alicuius actus poſſibilis, ſeqoitur ſolùm, quod ipſius obiectum ſit poſſibile, non quod actu ſit: quis enim non videat ad hoc, vt ſit poſſibilis actus fidei v. g. de Incarnatione futura Spiritus Sancti ſufficere, quod Spiritus Sancti Incarnatio poſſit futura decerni. Ex eo igitur,

Actus poſſibilis, vt verùs ſit, contentus eſt poſſibilitate, non requirit exiſtentiam ſui obiecti.

quod ſit poſſibilis actus eſſentialiter verus affirmans æternam viſionis durationem, ſufficit, quod viſionis duratio æterna eſſe poſſit, non eſt oeceſſe, quod de facto ęterna ſit, in eo autem, quod viſio, quæ æterna eſſe poſſit, poſſit etiam deſtrui, nulla vel leuis apparet difficultas.

CAPVT VI.

De Æqualitate, & Inæqualitate Viſionis Dei.

ÆQVALITAS, & inæqualitas Viſionis Dei alia formalis, & ſpecifica, alia materialis, & numerica; & hæc alia intenſiua, quæ dici etiam poteſt ſubiectiua, alia extenſiua, quæ dici poteſt obiectiua Ioæqualitas ſeu diuerſitas formalis, & ſpecifica conſiſtit in eo, quod vna viſio ab alia differat notabiliter, ſeu in prædicatis eſſentialibus, & primò conſtitutiuis. Inæqualitas intenſiua, ſeu obiectiua conſiſtit in eo, quod vna viſio ſit intenſior aliâ, obiectum magis penetret, clarius euidentioſque intueatur. Inæqualitas extenſiua conſiſtit in eo, quod vna viſio ſe extendat ad plura obiecta, quam alia, & vt propriè extenſiua ſit, debet fieri comparatio ad plura obiecta ſecundaria, quod ſcilicet vna viſio attingat in verbo plures creaturas, ſeu plura ex iis, quæ ſunt in Deo eminenter, quàm alia. Nam quo ad ea, quæ ſunt in Deo formaliter, cum ex ſupradictis *cap.* 4. §. 1. ſinguli Beati omnia videant, nulla datur de facto extenſiua viſionis inæqualitas; & licet de potentiâ abſoluta etiam ex iis, quæ ſunt in Deo formaliter videre poſſint vnum, non viſo alio, vix tamen hinc conſurgere poterit ſola extenſiua inæqualitas, ſed vt plurimum erit etiam intenſiua, imò aliquando formalis, & ſpecifica, vt patet ex iis, qoæ infrà habetur §. 2. circa medium. 1.

Inæqualitas viſionis alia ſpecifica, alia numerica, & hæc alia intenſiua, alia extenſiua.

§. I.

An detur de facto tùm æqualitas, tum inæqualitas in Viſione Dei?

ASSERTVM I. datur de facto æqualitas inter aliquas viſiones Dei, nec omnes Beati vident Deum inæqualiter. Ita Doctores communiter contra Paludanum *in 4. diſt. 4. quæſt.* 1. aſſerentem homines in gloria, reſtaurare ſedes malorum Angelorum, eandemque ſortiri gloriam, quam ſortiri debuiſſent mali Angeli, hi autem habuiſſent pro menſura gloriæ perfectionem naturæ, & ſicuti fuiſſent omnes inæquales in perfectione naturæ, ita & fuiſſent inæqualea 2.

Datur de facto æqualitas inter aliquas viſiones Dei.

Dd io

in quantitate gloriæ. Verùm *Paludanm* & falſo nititur ſuppoſito, cum enim ex dicendis ſuo loco non omnes Angeli differant ſpecie, non omnes ſunt inæquales io perfectione naturæ, & ex conſequenti neque in quantitate gloriæ; & quando etiam id concederetur in Angelis, vt homines malorum Angelorum ruinas reſtaurent, non eſt neceſſe, quod ſingulis Angelia ſinguli homines cum iiſdem gloriæ gradibus ſuccedant, imò nec eſt conueniens, cum homo habeat pro menſura ſuæ gloriæ propria merita, non perfectionem Angeli, cuius ſedem implet. Ideò aſſertum

Aliqui electi decedunt cum æqualibus meritis.

Probatur: Certum eſt plures decedere abſque vllo merito, & veriſimile aliquos decedere cum merito æquali, ſed tum illi inter ſe, tum iſti inter ſe habebunt de facto viſiones æquales, ergo datur de facto æqualitas inter aliquas viſiones, &c. Maior quoad primam partem patet in paruulis decedentibus cum ſolo baptiſmo ante vſum rationis: quoad ſecundam ſuadetur ex eo, quod videtur moraliter impoſſibile, quod in tota electorum multitudine, ex iis præſertim, qui eiuſdem rationis, & inſtituti vitam degunt aliqui non ſortiantur paria merita, ſintque æquales in meritis, ſicuti ſunt æquales in vocatione, aliiſque pluribus gratiæ donis. Minor quoad ſecundam partem probabitur §. 3. vbi aſſignabitur pro cauſa radicali, & morali inæqualitatis viſionis inæqualitas meritorum, quoad primam partem probatur, tum quia eo ipſo, quod decedunt abſque vllo merito, decedunt abſque vllo iure ad glóriam inæqualem, tum quia ipſi sgloria confertur, non vt præmium debitum meritis propriis, ſed vt hæreditas acquiſita operibus Chriſti; gloria autem, vt hæreditas æqualiter conuenit omnibus iuſtis, ſicuti ipſam Chriſtus æqualiter pro omnibus meruit; tum quia denique in decedentibus abſque vllo merito gloria reſpondet præcisè gratiæ baptiſmali: hæc autem in illis omnibus æqualis eſt, quia baptiſmus, & quodlibet aliud Sacramentum non cauſat gratiam inæqualem, niſi ad inæqualitatem diſpoſitionis, adeóque in omnibus illis ſubiectis, in quibus nullam inuenit diſpoſitionem, nullúmque bonum opus, gratiam cauſat omninò æqualem, minimam ſcilicet, quam cauſare poſſit, vnde etiam obiter ſequitur decedentes cum ſolo baptiſmo abſque vllo merito proprio minimam inter omnes alios beatos viſionem conſequi.

Paruuli decedẽtes cum ſolo baptiſmo vident omnes Deũ viſione æquali, & minimá.

3\.

Datur de facto inæqualitas inter aliquas viſiones Dei.

Assertvm II. Datur de facto inæqualitas inter aliquas viſiones Dei, nec omnes beati vident Deum æqualiter. Ita D. Thomas 1.*part. quæſt.*12. *art.*6. *in* 4.*diſt.*49. *quæſt.*2. *art.*4. 3.*contra gentes*, *cap.*56. Scotus *in* 4. *diſt.*50.*quæſt.*5.*&* 6. *aliique omnes Theologi*, contra Iouinianum Lutherum *& alios quoſdam hæreticos*, contra quos aſſerta veritas, vt Catholicæ Fidei dogma, ſuſtinetur, & res iſta (verba ſunt Io. à S. Thoma 1. *parte*, *quæſt.*12. *diſp.*15.*art*6. *num.*2.) licet expreſsè definita non eſſet, ita traditione ipſâ fixa eſt in Eccleſia Catholica, vt hoc pro eius certitudine ſufficiat. Porrò Iouinianus, & Lutherua diuersâ viâ in eumdem errorem inciderunt. *Iouinianus* ſcilicet docuit omnes beatos æqualiter Deum videre, quia exiſtimauit omnia merita in ordine ad gloriam obtinendam eſſe æqualia, & bona opera huius vitæ valere ſolùm ad continuandum, non ad augendum ios ad gloriam; ad quod ductus eſt ex parabola laborantium in vinea: *Matth.* 20. quibus diuersâ hora conductis eadem merces, idemque denarius retribuitur, non ſine querimonia prius conductorum, qui propterea murmorabant aduersùs Patremfamilias dicentes, *Quia pares illos nobis feciſti.* Lutherus verò docuit omnes beatos æqualiter Deum videre, quia exiſtimauit iuſtos nullam habere iuſtitiam intrinſecam, & tales eſſe præcisè per extrinſecam imputationem iuſtitiæ, ſeu meritorum Chriſti; ideo omnes eſſe æquali, eàdemque iuſtitià iuſtos; ſicuti vna, eademque eſt pro omnibus iuſtitia Chriſti; vnum, idemque pro omnibus Chriſti meritum. Hoc Lutheri fundamentum, vel potius figmentum, ſpeciali hic impugnatione non indiget, cum proprium habeat impugnationis locum in libris de gratia. Parabola illa *Matth.*20. quam malè *Iouinianus* in ſui erroris fundamentum aſſumpſit, à D. Auguſtino *lib. de ſancta Virginitate cap.* 26. *& de verbis Domini ſermone* 59. à D. Chryſoſtomo *in cap.* 20. *Matth.* à D. Nazianzeno *oratione* 40. à D. Thoma 1. 2. *quæſt.*5. *art.*2. *ad primum* à Scoto *in* 4. *diſt.* 50. *quæſt.* 6. §. *ad argumenta, aliiſque Sanctis Patribus, & Theologis.* Magis communiter intelligitur procedere de obiecto viſionis, ſeu de beatitudine obiectiuâ, adeo vt vnius denarij nomine ſignificetur vnus, & idem Deus, ſeu vna, eademque diuina eſſentia omnes beatificans, & licet Vaſquez 1.*part.diſp.*45.*cap.*3. tali expoſitioni non acquieſcat, tamen nec *Vaſquez* nec vllus alius Catholicus interpretatur parabolam in fauorem Iouiniani; nec ratio, ob quam *Vaſquez* communi interpretationi non acquieſcit, arridet aliis Theologis, vt videre eſt apud Io. à S. Thoma 1. *part. quæſt.*12. *diſputat.* 15. *articulo* 6. Arriagam *diſput.* 12. *ſect.* 1. ſpecialiter verò quod oppo@it *Vaſquez* illi interpretationi obſtare murmurationem, quæ inducitur in eadem parabola, impugnatur ex eo, quod adhuc cum inæqualitate viſionis formalis ſaluatur motiuum obmormurandi apud eos, qui exiſtimant quantitatem præmij debere reſpondere aut diuturnitati laboris, aut ſoli operi operantis, hi propterea videntes ſibi pares in præmio fieri eos, qui aut breuiori tempore, quàm ipſi laborarunt, aut ex opere operantis minùs, quàm ipſi meritum ſortiti ſunt, in murmur erumpunt, licet aliunde non ambigant pluribus habentibus inæqualia merita concedi beatitudinem formalem, ſeu viſionem inæqualem. Verùm hæc fuſiùs proſequi noſtri inſtituti non eſt; ideò miſſis circa allatam parabolam, tum aliis interpretationibus, tum interpretationis communis maiori elucidatione aſſertum

4\.

Senſus Parabolæ Matth. 20.

Probatur

5. Probatur primò à Scriptura 1. Cor. 15. *ſtella differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum.* Dan. 13. *Qui docti fuerant fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtella in perpetuas æternitates.* Iſaiæ 15. *dabo eis in domo mea, in muris meis nomen melius à filiis, & filiabus.* Confirmatur ex illis omnibus ſcripturæ locis, & Conciliorum definitionibus, quibus iuxta infrà dicenda §. 3. probatur bona opera, & merita huius vitæ, eſſe menſuram beatitudinis, & viſionis alterius vitæ; cum enim conſtet huiuſmodi bona opera inæqualia eſſe, conſequens protſus eſt fore etiam inæqualem beatitudinem, & viſionem Dei. Confirmatur inſuper ex communi ſenſu Eccleſiæ, quæ Deiparam Virginem tanquam ſuper omnes Beatas creaturas Beatiſſimam, Apoſtolos tanquam reliquis Sanctis Beatiores, & inſigniores quoſcumque Sanctos tanquam minùs inſignibus, in beatitudine præcellentes, veneratur, eiſque plures honores defert & cultum religioſiorem.

Merita huius vitæ sũt mẽſura beatitudinis alterius vitæ.

6. Probatur ſecundò: Aliqui Angeli ſunt de facto inæquales in viſione Dei, ergo etiam aliqui homines, ergo datur de facto inæqualitas inter aliquas viſiones Dei. Antecedens ſupponitur, quia vt cum D. Thoma 1. *part. quæſt.* 62. *art.* 6. tradunt Theologi communiter Angeli conſecuti ſunt gratiam, & gloriam ſecundùm quantitatẽ ſuorum naturalium, & in natura perfectiores fuerunt etiam in gratia, & gloria excellentiores, certum eſt autem aliquos Angelos, quamvis non omnes, vt ſentiunt *Thomiſtæ* eſſe de facto diuerſos ſpecie, & inæquales in natura ſeu in perfectione naturali. Prima conſequentia probatur ex verbis illis Luc. 20. *Æquales enim Angeli ſunt*, quibus perhibetur homines poſt reſurrectionem futuros æquales Angelis, congruit igitur, vt Angelos imitentur, etiam in inæqualitate viſionis.

Homines in viſione Dei erunt ſimiles Angelis.

7. Probatur tertiò vbi eſt inuenire maximè tale, eſt etiam inuenire magis, & minùs tale; ſed de facto datur viſio Dei omninò maxima ea ſcilicet, quam habet Deus de ſe ipſo; ergo etiam datur de facto viſio maior, & minor; ergo datur inæqualitas inter aliquas viſiones. Maior probatur, quia vbi eſt inuenire maxime tale, eſt etiam inuenire diuerſum acceſſum ad ipſum, & diuerſam participationem ipſius, præſertim quando, vt euenit in caſu noſtro, talis acceſſus, & participatio liberè fit. Neque enim moraliter poſſibile eſt, quod plura principia libera eodem prorſus modo operentur, ad eundem terminum æque appropinquent, de eodem bono æquè participent. Accedit, quod ex eo, quod detur aliquod magis, & minus tale, rectè infertur aliquod maximè tale, vt colligitur ex quarta via, qua D. Thomas 1. *parte*, *quæſt.* 2. *art.* 3. demonſtrat exiſtentiam Dei; ergo etiam ex eo, quod detur aliquod maximè tale, rectè infertur aliquod magis, & minus tale; eadem enim eſt proportio magis, & minus talis ad maximè tale, quæ maximè talis ad magis, & minus tale.

Maxime tale infert magis, & minùs tale, nec non è contra.

---

§. II.

Qualis ſit inæqualitas, quæ de facto datur in viſione Dei: numericane, an etiam ſpecifica?

8. ASSERTVM I. Inæqualitas, ſeu diuerſitas, quæ de facto datur in viſione Dei non eſt ſpecifica, ſaltem Theologicè loquendo. Ita Salmant. 1. *parte*, *tract.* 2. *diſp.* 15. *dub.* 2. §. 10. à S. Thoma *quæſt.* 12. *diſp.* 15. *art.* 7. aliique Thomiſtæ communiter, qui vnitatem ſpecificam omnium viſionum in Patria ſe colligere profitentur ex S. Doctore pluribus in locis: Stant pro eadem vnitate ſpecifica, Amicus 1. *parte*, *diſputatione* 9. *ſectione* 15. Durandus *in* 3. *diſtinctione* 14. *quæſtione* 1. Scotus videtur eam ſupponere *in* 4. *diſtinct.* 50. *quæſtione* 6. *in* 2. *tamen diſtinct.* 5. *quæſtione* 6. ad primum loquitur dubitanter. Suſtinent inæqualitatem, ſeu diuerſitatem ſpecificam in Dei viſione Maior *in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 11. Richardus *eadem diſt. art.* 2. *quæſtione* 8. aliique nonnulli exiſtimantes ad diuerſitatem ſpecificam potentiarum ſequi diuerſitatem ſpecificam actuum, & conſequenter viſiones elicitas vel ab Angelis ſpecie diuerſis, vel ab hominibus, & Angelis eſſe ab inuicem ſpecie diuerſas; Arriaga 1. *parte*, *diſp.* 12. *ſect.* 3. docet viſiones Dei eſſe ſpecie diuerſas quoties in Deo attingunt creaturas diuerſæ ſpeciei, & ſecendo obiter nonnihil miſceri quæſtionis de nomine, ait ſuam doctrinam eſſe communiſſimam inter Recentiores, & efficaciſſimè probari ex eo, quod viſioni illi, quæ in Deo cognoſcit Angelum v. g. tam eſſentialis eſt reſpectus ad Angelum, quàm ad Deum, & cum reſpectus ad Angelum ſit ſpecie diuerſus à reſpectu ad leonem, infertur viſionem attingentem in Deo Angelum eſſe ſpecie diuerſam à viſione attingente in Deo leonem; huic doctrinæ vt occurrerem addidi in aſſerto ſaltem Theologicè loquendo; vtrùm enim phyſicè, ſeu philoſophicè viſiones illæ ſpecie differant pendet ab eo, quod in philoſophia ſuſtineatur ex cuiuſlibet obiecti diuerſificatione actum diuerſificari eo quia quodlibet obiectum ſiue formale, ſiue materiale, ſiue primarium, ſiue ſecundarium eſſentialiter reſpiciat in quo quoad rem in affirmatiuam partem propenderem. Verum quidquid ſit de hoc, Theologicè loquendo, aſſertum

Viſiones Dei de facto nõ differunt ſpecie Theologica inter ſe.

9. Probatur primò: Nullum de facto datur principium diuerſitatis ſpecificæ in viſione Dei; ergo diuerſitas quæ de

facto datur in viſione Dei, non eſt ſpecifica. Conſequentis patet. Antecedens probatur: Huiuſmodi principium neque eſt intellectus, neque lumen gloriæ, neque obiectum increatum, neque obiectum creatum. Non intellectus, quia intellectus creati naturalis diuerſitas, & inæqualitas non conducit ex infrà aſſerendis §. 4. ad inæqualitatem viſionis aut intenſiuam, aut extenſiuam; ergo multo minùs ad eiuſdem inæqualitatem, diuerſitatemve ſpecificam. Non lumen gloriæ, quia *ex capite ſuperiori* §. 3. lumen gloriæ de facto non eſt heterogeneum indiuidualiter; ergo multo minùs eſt heterogeneum ſpecificè: imò cum idem ſpecie habitus, præſertim infuſus, inſeruire poſſit ad actus ſpecie diuerſos, difficilius poni poteſt diuerſitas ſpecifica inter lumina gloriæ, quàm inter viſiones Dei. Non obiectum increatum, quia *ex cap.* 4. §. 1. ſinguli beati vident de facto totum obiectum increatum; nec ex iis, quæ ſunt in Deo formaliter plura attinguntur ab vno, quàm ab alio; eademque diuina eſſentia eodem modo intelligibili quemlibet intellectum creatum mouet ad viſionem; ergo ex parte obiecti increati ſiue conſideretur, vt terminatiuum eſt, ſiue conſideretur vt motiuum, nihil apparet, ex quo haberi de facto poſſit ſpecifica diuerſitas viſionis. Non obiectum creatum, quia licet ex creaturis etiam ſpecie diuerſis vna viſio de facto attingat plures, quàm alia; huiuſmodi tamen creaturæ, vel nullatenùs conferunt ad diuerſitatem ſpecificam viſionis Dei, quia ſunt obiectum materiale terminatiuum ſecundarium, non formale motiuum, & primarium, quod ſolùm communiter habetur pro obiecto ſpecificatiuo, vel, ſi cum *Arriaga*, aliiſque non paucis recentioribus admittatur ex quolibet obiecto actum aliqualiter ſpecificari, non conferunt ad diuerſitatem ſpecificam Theologicam, quia non ſunt obiectum diuinum, à quo ſolo habetur ſpecies Theologica, vt ſuo loco explicatur, dum agitur de virtutibus Theologicis.

Diuerſitas ſpecifica viſionis nec probatur ex diuerſitate intellectuũ, nec ex diuerſitate luminum.

Nec ex obiecto increato.

Nec ex obiecto creato.

10\. Allata probatio in ſententiâ Thomiſtica ſuſtinente ex iis quæ ſunt in Deo formaliter nullatenùs poſſe videri vnum non viſo alio, procedit etiam de potentiâ abſolutâ, & Thomiſtæ cohærenter loquuntur, dum poſtquam docuerunt repugnare viſionem Dei non videntem omnia quæ ſunt in Deo formaliter, docent in præſenti repugnare viſionem Dei diuerſam ſpecie ab eâ, quæ de facto datur. At in noſtra ſententia ſuſtinente poſſibilem viſionem præciſiuam, qua videatur diuina eſſentia non viſis aut attributis, aut perſonis, vnum attributum non viſo alio, vna perſona non viſâ aliâ, iuxta aſſerta *c.* 4. §. 3. *& ſequentibus*, videtur omninò admittenda poſſibilis ſpecifica diuerſitas etiam Theologica inter viſiones Dei, & ſicuti v. g. Paternitas, & filiatio in diuinis quaſi ſpecie differunt in ratione obiecti diuini; ita in ratione viſionis Theologicæ ſpecie differrent duæ viſiones, quarum vna ſolam Paternitatem, alia ſolam filiationem videret, quod proportionaliter procedit de duabus viſionibus, quarum vna ſolùm Dei omnipotentiam, alia ſolam Dei omniſcientiam; vna ſolam Dei eſſentiam, alià ſola Dei attributa videret. Idque maximè confirmat, ſi alicuius roboris eſt argumentum, quo vtitur *Arriaga* ad probandum ex obiectis etiam materialibus actus ſpecificari dicens: Cum differentia, & diuerſitas ſit quoddam genus mali, quod prouenit ex quocumque defectu, parum intereſt ad diuerſitatem actus; an obiecta diuerſa ſint materialia, an formalia.

Viſiones Dei de potentiâ abſolutâ poſſunt differre ſpecie Theologicâ.

Probatur ſecundò: Viſiones aliquorum hominum ſunt æquales viſionibus aliquorum Angelorum, vt probat D. Thomas 1. *part. quaſt.* 108. & viſio humana Chriſti Domini eſt perfectior qualibet viſione Angelicâ, vt ſupponit idem D. Thomas *eâdem quaſt. art.* 2. ſed hæc non verificarentur, ſi viſiones Dei eſſent de facto ſpecie diuerſæ, diuerſitate præſertim ſumptâ à diuerſis ſpecie intellectibus, ſeu potentiis; ergo viſiones Dei de facto ſpecie non differunt, ſaltem ex eo, quod ſint à potentiis ſpecie diuerſis. Minor probatur: Si viſiones Dei eſſent de facto ſpecie diuerſæ diuerſitate proueniente à diuerſis ſpecie potentiis; perfectio eſſentialis, & ſpecifica cuiuſlibet viſionis Angelicæ eſſet maior perfectione eſſentiali, & ſpecifica cuiuſlibet viſionis humanæ: ergo, licet in perfectione aut extenſiuâ, aut intenſiuâ poſſent Angeli à Chriſto excedi, & ab aliis hominibus adæquari, non ſic tamen in perfectione viſionis eſſentiali ſeu ſpecificâ; & cum hæc ſit potiſſima viſionis perfectio, deberet abſolutè dici, quod nec viſio humana Chriſti ſit perfectior omnibus viſionibus Angelicis, nec aliqua alia viſio humana ſit æqualis alicui viſioni Angelicæ, ex quo etiam ſequeretur error ille damnatus à D. Thoma 3. *contra Gentes*, *cap.* 57. quorundam dicentium, quod anima humana, quantumcumque eleuetur, non poteſt ad æqualitatem ſuperiorum intellectuum peruenire. Eſſet inquam maior perfectio eſſentialis, & ſpecifica cuiuſlibet viſionis Angelicæ comparativè ad humanas, quia Angelus, & intellectus Angelicus ſunt eſſẽtialiter ſpeciei ſuperioris & perfectioris, quàm homo & intellectus humanus. Nec poſſet dici, vt vult maior, fore cõmunicabilem perfectionem viſionis Angelicæ viſioni humanæ, alioqui foret etiam communicabilis perfectio ſpecifica intellectus Angelici intellectui humano, cum in ſententia, quam impugnamus, perfectio viſionis tota habeatur à perfectione intellectus, nec dici inſuper poteſt viſionem Angelicam eſſe eſſentialiter perfectiorem humanâ in ratione entis, non in ratione viſionis, & vitalitatis; alioqui daretur in aliqua viſione plus vitalitatis, quam entitatis. 11.

Chriſtus habuit viſionẽ creatam perfectiorem qualibet viſionem Angelica.

Assertvm II. Inæqualitas, ſeu diuerſitas, quæ de facto datur in viſione Dei 12.

Viſiones

numerica

Dei de facto diffeſunt rũ intenſiuè, tũ extenſiuè.

numerica eſt, tum intenſioa, tum extenſiua. Ita Theologi communiter; maximè verò qui citati ſunt pro ſuperiore aſſerto.

Probatur ex *ſuperiori §.* dstur de facto aliqus inæqualitas inter aliquas viſionis Dei; ex *ſuperiori aſſerto* huiuſmodi inæqualiras non eſt ſpecifica, ergo eſt numerica. Quod deinde huiuſmodi inæqualitas numerica ſit extenſiua probatum, & explicatum eſt *cap. ſuperiori §.* 2. vbi aſſerebatur nec omnes beatos cognoſcere omnes, nec omnes cognoſcere eaſdem creaturas. Quod ſit etiam intenſiua prubator ex eo, quod ſecus beati non eſſent inæquales in beatitudine eſſentiali (aduerte obiter aliud eſſe hsbete inæqualitatẽ eſſentialẽ beatitudinis, aliud habere inæqualitatẽ eſſentialis bestitudinis, ſeu in eſſentiali beatitudine, illod non iſtud importat inæqoalitatem ſpecificam) videre enim plures, vel pauciores creaturas, ex quo habetur viſionis inæqualitss extenſiua, confert ſolum ad inæqualitatem beatitudinis accidentslis non ad inæqualitatẽ beatitudinis eſſentialis, imò ſi inæqualitas viſionis eſſet ſolum extenſiua, & per ordiñem ad creaturas, nullus in Patria eſſet Beatior alio propter ſuprà relats verba Auguſtini 5. *Confeſſionum, cap.* 4. *Qui te, & illa nouit, non propter illa beatior.* Vt igitur ſaluetur vera inæqualitas beatitudinis, & inæquali merito verè correſpondeat inæqoale præmium eſſentiale, admittenda omninò eſt in viſione Beata non ſolum inæqualitas extenſiua per ordinem ad obiectum creatum, verùm etiam inæqualitas intenſiua per ordinem ad obiectum ipſum increatum.

Beati non eſſent inæquales in beatitudine eſſẽtiali ſi haberent ſolùm inæqualitatem extẽſiuam viſionis.

---

§. III.

Quænam ſit cauſa radicalis, & moralis eius inæqualitatis, quæ de facto datur in Viſione Dei?

13.
Cauſa moralis inæqualitatis, præſertim intenſiuæ in viſione, eſt inæqualitas meritorum.

ASSERTVM: Cauſa radicalis, & moralis eius inæqualitatis præſertim intenſiuæ, quæ de facto datur in viſione Dei, eſt inæqnalitas meritorum. Dixi præſertim intenſiuæ quia inæqualitas, & diuerſitas extenſiua, ratione cuius beatus videt plures, vel pauciores; has potius, quàm illas crestoras, prouenit aliqoando ex diuerſitate ſtatns, & haberi poteſt cum æqualibus, paribuſque meritis, vt pster ex *cap. ſuperiori §.* 2. *aſſert.* 4.

Probatur primò ex *Script.* Matth. 5. *Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines minimus vocabitur in Regno Cælorum; Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum* Rom. 2. *Reddet vnicuique ſecundùm opera eius* 1. Cor. 3. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem* 2. Corint. 9. *Qui parce ſeminat, parce & metet.* Confirmatnr, cauſa tadicalis, & moralis inæqualitatis pœnæ in damnatis eſt inæqualitas demeritorum, ſeu malorum operum; ergo cauſa motalis & radicalis inæqualitatis præmij, ſen viſionis in beatis eſt inæqualitas meritorum, ſeu bonorum operum. Conſequentia patet, quia eadem eſt proportio meriti, ſeu boni operis ad præmium, & viſionem; quæ demeriti, ſeu mali operis ad pœnam, & damnationem. Antecedens probatur ex Luc. 12. *Qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, vapulabit multis; qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis,* Apocal. 18. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.*

Cauſa moralis inæqualitatis pœnę in damnatis eſt inæqualitas demeritorum.

14. Probatur ſecundò ex Coocilio Trid, *ſeſſ.* 6. *can.* 32. vbi fertur anathema in negantes hominem iuſtificatum per bona opera mereri augmeutum gloriæ. Ex Concilio Florentino *in litteris vnionis*, vbi traditur, quod iuxta meritorum diuerſitatem vous alio perfectius videt eſſentiam diuinam. Idem fuerat antiquius definitum in Concilio Telenſi *ſub Siricio Pontifice in Epiſtola Concilij ad ipſum*, quæ eſt, 85. inter Epiſtolas *D. Ambroſij*, qui huic Concilio interfuit, vt animaduertit Vaſquez 1. *parte*, *diſp.* 47. *cap.* 1. *num.* 1. Confirmatur ex Sanctis Patribus, quos abunde referunt Ioan. à S. Thoma 1. *parte*, *quæſt.* 12. *diſput.* 15. *artic.* 6. *numero* 2. Laurea *in* 4. *tom.* 4. *diſputatione* 16. *artic.* 8.

15. Probatur tertiò: Gloria, ſeu viſio correſpondet gratiæ, & maiori gratiæ maior gloria, ſeu viſio; ſed vt explicatur in libris de grstia, hæc in adultis ſequitur menſuram meritorum, & bonorum operum, ergo eandem menſuram ſequitnr gloria, ſeo viſio, loquendo de ea viſione, quæ datur vt præmium, & in qua reperitur inæqualitas: nam viſio, quæ paruulis datur abſqoe merito datur, vt hæreditas; & eſt æqualis in omnibus *ex* 1. *aſſerto* §. 1. Confirmatur ex eo, quod minus eluceret ſplendor diuinæ iuſtitiæ remuneratiuæ; valde exigua eſſet vtjliras bonorum operum; tepeſceret plurimum ardor augendi merita apud Deum, ſi inæqualiras meritorum non eſſet cauſa moralis inæqualitatis viſionis, nec iſta augeretnr in Patria ad incrementum bonorum operum in via.

---

§. IV.

Quænam ſit cauſa proxima, & phyſica eius inæqualitatis, quæ de facto datur in viſione Dei?

ASSERTVM I. Inæqualitas perfectionis naturalis intellectuum non eſt cauſa proaima, & phyſica inæqualitatis in viſione Dei. Ita D. Thomas 1. *parte*, *quæſt.* 12. *art.* 6. *ad* 3. illis verbis: *Diuerſitas videndi erit per diuerſam facultatem intellectus non quidem naturalem, ſed glorioſam, &* 3. *contra Gentes, cap.* 58. illis verbis: *Neceſſe eſt, quod ſecundùm modum luminis gloria ſit mo-* 16.

16.
Inæqualitas perfectionis naturalis intellectuũ nõ eſt cauſa inæqualitatis viſionis.

dus diuinæ viſionis. Nec ſibi aduerſatur Sanctus Doctor dum 3.*part.quæſt.*10. *art.*4.*ad* 2. ita habet : *Gradus viſionis attenduntur magis ſecundùm ordinem gratiæ , quàm ſecundùm ordinem naturæ.* Non inquam ſibi aduerſatur, quia ly *magis* ſtat pro potiùs , aduerſatiuè ſcilicet vſurpatur , non comparatiuè ; ſicuti , cum dicitur, aqua magis calefacit calore aduentitio , quam virtute innatâ ; magis expedit mori , quàm peccare. Vnde immeritò hic *D. Thomæ* textus fuit *Caietano* occaſio deficiendi ab aſſertâ ſententiâ, quam communiter Thomiſtæ amplectuntur. Ferrarienſis 3. *contra Gentes*, *cap.* 52. & 58. Medina 1.2. *quæſt.*3.*art.*2. Aluarez *de auxiliis diſp.*63.Salmant. 1. *part.tract.*2.*diſp.*5.*dub.*3. §.2. Ioan. à S.Thom. *quæſt.*12. *diſp.*15.*art.*6. *num.*13. &c. Thomiſtas ſequuntur Syluius 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 6. Valentia *quæſt.* 12. *diſput.* 1. *punct.*4. Vaſquez *diſput.* 47. *cap.*6. Amicus *diſp.*9. *ſect.*16. Suarez *lib.*2. *de attributis, cap.* 21. Recupitus, Arrubal, Faſolus, Auerſa &c. Contra Alenſem 1. *part. quæſt.*27. *memb.*2. Durandum *in* 3. *diſt.* 14. *quæſt.*1. Richardum *in* 4.*diſt.*49.*art.*2.*quæſt.*8. Scotum *in* 4. *diſt.*50. *quæſt.*6. Herincx *diſp.* 5. *quæſt* 5. Lauream *in* 4. *tom.*4. *diſp.*16.*ar.*9. aliosque Scotiſtas, quos ex Recentioribus ſequuntur Molina 1. *part. quæſt.*12.*art.*6. *diſp.*
17. 2. Leſſius *de ſummo bono, lib.*2. *cap.*8.*n.*57. Herice, Alarcon, &c.

Particula magis ſumitur non comparatiuè, ſed aduerſatiuè.

Probatur prima pars : Intellectus creatus ad Dei Viſionem non concurrit ſecundùm perfectionem naturalem ; niſi remotè , & præſtando ipſam eleuabilem : ergo inæqualitas perfectionis naturalis intellectuum non eſt cauſa proxima , &c. Antecedens patet ex ſupradictis præſertim *cap.*3. §.3. vbi probatum eſt intellectum ſecundùm ſe , quod eſt idem , ac dicere , ſecundùm ſuam perfectionem naturalem , nullam prorſus habet actiuitatem immediatam , & proximam reſpectu viſionis , eique ſecundùm ſe ſumpto Lumen gloriæ eſſe totam rationem agendi. Conſequentia probatur : Perfectio naturalis intellectus , vt præſtatur eleuabilis , eſt in quolibet intellectu æqualis, nec intellectus naturaliter perfectior eſt obedientialiter eleuabilior : ergo perfectio naturalis intellectus , vt concurrit ad viſionem inæqualis non eſt , & ſolùm inæqualis eſt eâ ratione , quâ ad viſionem non concurrit: ergo talis inæqualitas non eſt cauſa proxima inæqualitatis viſionis. Hæc vltima conſequentia probatur : Non quilibet effectus participat quamlibet perfectionem cauſæ , ſed ſolùm illam, ſecundùm quam cauſa in effectum concurrit, alioqui in quolibet effectu reſplenderet tota cauſa , & inæqualitas cauſæ; nec duæ cauſæ inæquales effectum æqualem , aut duæ æquales effectum inæqualem ſortiri poſſent : ergo inæqualitas , ſecundùm quam cauſa non concurrit in effectum, non poteſt eſſe ratio inæqualitatis effectus, adeoque inæqualitas perfectionis naturalis intellectus nequit eſſe ratio inæqualitatis viſionis , cum ſecundùm naturalem perfectionem ea ratione , qua inæqualis eſt intellectus non influat in viſionem.

Perfectio, ſecundùm quam intellectus proximè influit in viſionem, eſt in omni intellectu æqualis.

Cauſæ inæqualitas non relucet in quolibet effectu.

Hac probatione non ſolùm concluditur aſſertum , ſed etiam eluditur argumentum potiſſimum, quod aduerſarij vrgere ſolent ad probandum prouenire etiam ex inæquali perfectione naturali intellectus inæqualitatem viſionis , eo quia quoties duæ cauſæ concurrunt ad eundem effectum , vtraque concurrit ad maiorem , & minorem effectus perfectionem , vtraque confert ad effectus inæqualitatem, vt exemplificari poteſt in intellectu , & ſpecie ; in oculo , & luce corporea : ratione etiam ſuadetur , nam quod dat eſſe , dat conſequentia ad eſſe , adeoque quando multiplex cauſa concurrit ad dandum eſſe effectui , multiplex etiam concurrere poteſt ad dandam effectui æqualitatem, vel inæqualitatem ad eſſe conſequentem. Sed ad viſionem concurrunt lumen , & intellectus : ergo non ſolùm à lumine , verùm etiam ab intellectu haberi poteſt viſionis inæqualitas. Eluditur inquam allatâ probatione hoc argumentum , quia quoties duæ cauſæ concurrunt ad eundem effectum vtraque confert ad effectus inæqualitatem, quando vtraque poteſt eſſe in ordine ad talem effectum inæqualis: intellectus autem ſecundùm ſe non eſt inæqualis in ordine ad viſionem, quia ſecundùm ſe non præſtat , niſi virtutem eleuabilem , & quælibet virtus intellectiua eſt ſecundùm ſe in ordine ad quamlibet viſionem æqualiter eleuabilis. 18.

Intellectus creati in ordine ad viſionem non ſunt inter ſe inæquales.

Dices : ex *ſupradictis, cap.*3. §.1. Intellectus creatus concurrit ad viſionem vt cauſa principalis , & ſecundùm virtutem intrinſecam , ſed intellectus creati ſecundùm virtutem intrinſecam ſunt inæquales : ergo intellectus creati , vt concurrunt ad viſionem , ſunt inæquales. Sed contrà : Intellectus creati ſecundùm virtutem intrinſecam naturaliter conſideratam ſunt inæquales , verum eſt : ſecundùm virtutem intrinſecam conſideratam obedientialiter , ſeu eleuabiliter ſunt inæquales , falſum eſt. Concurrunt autem intellectus ad viſionem ſecundùm virtutem intrinſecam obedientialiter conſideratam , & operantem ex obedientia iuxta menſuram eleuationis, non ex ſua præcisè efficientia iuxta menſuram naturalis perfectionis. Neque vrgeas : Intellectus creati, etiam vt tales , ſunt eleuabiles ad Dei viſionem , alioqui intellectus humanus, vt humanus , non videret Deum ; ſed vt tales ſunt inæquales : ergo vt ſunt eleuabiles ad Dei viſionem ſunt inæquales , & ipſorum virtus intrinſeca etiam eleuabiliter conſiderata inæqualis eſt. Contra enim , dico , intellectus creatos , vt tales , eſſe eleuabiles eleuabilitate communi cuilibet enti creato, non eleuabilitate propriâ principij intellectiui ; vel vt tales eſſe eleuabiles eadem eleuabilitate , qua ſunt eleuabiles , vt intellectus ; non eleuabilitate diuerſa. Vel denique ſi particula , vt ſumatur in toto rigore, & reduplicet omnimodam rationem formalem eleuabilitatis , dico intellectus creatos, vt tales , non eſſe eleuabiles , & in quolibet ente ſpecificatiuè , non ſub qualibet reduplica 19.

Intellectus creati vt tales in quo ſenſu ſint eleuabiles.

duplicatione ponendam eſſe potentiam, ſeu eleuabilitatem. Ad illud, quod additur, alioqui intellectus humanus, vt humanus non videret Deum; præterquam quod parum intereſt intellectui humano, quod vt humanus videat; dummodo videat; dico, quod ſicuti, vt aliquod ſuppoſitum etiam formaliter, & reduplicatiuè dicatur operari, ſufficit ſi operetur per aliquam ſui potentiam, ita vt aliqua potentia etiam formaliter, & reduplicatiuè dicatur operari, ſufficit ſi operetur par aliquam ſui rationem, vt intellectus humanus denominetur formaliter, & reduplicatiuè videns Deum ſufficit quod operetur formaliter per rationem genericam intellectus, cum præſertim talis ratio generica habeat in ipſo identificatam rationem ſpecificam.

Intellectus humanus videt Deum, vt humanus.

21. Probatur ſecundò: Si inæqualitas perfectionis naturalis intellectus eſſet de facto cauſa proxima,& phyſica inæqualitatis viſionis, aliqui habentes æqualia merita inæqualiter Deum viderent,& inæqualiter bearentur;ſed hoc eſt contra veritatem aſſertam *in §. Antecedenti*:ergo.Sequela maioris probatur: Alioqui habentes æqualia merita haberent inæquales intellectus: ergo licèt ratione inæqualium meritorum ſortirentur æquale lumen gloriæ,tamen cum æquali lumine ratione inæqualis intellectus inæqualiter Deum viderent, & inæqualiter bearentur.

22. Dices: in tali caſu ſtante paritate meritorum fore parem viſionem, quia vel non dabitur tantum lumen intellectui perfectiori, quantum imperfectiori, vel intellectus perfectior non operabitur ſecundùm totum ſuum conatum, vel intellectus imperfectior magis roborabitur potentiori concurſu extrinſeco Dei. Primus & ſecundus dicendi modus habetur ex Scoto *in 4. diſt.50. quæſt.6. §. Quinta Concluſio 3.* ex Molina *1. parte, quæſt. 12. art.6. diſp.2. ad 4.* Sed contra impugnatur primus modus, tum quia eâdem ratione habenti perfectiorem intellectum eſſet dandus etiam minor habitus charitatis, habens quippè perfectiorem intellectum habet quoque perfectiorem voluntatem, & ſicuti cum æquali habitu luminis perfectiùs Deum videret, ita cum æquali habitu charitatis perfectiùs Deum amaret, perfectiùs Deo frueretur, ſicque adhuc magis bearetur ſaltem completiuè: tum quia lumen gloriæ ita confertur tanquam medium conducens ad conſequendum præmium vltimatum viſionis, vt ſimul in ſe ſit præmium, cum ex vna parte ſit donum ſopernaturale ad maximum decus, ac ornamentum animæ inſeruiens; & ex alia parte ratio medij ad viſionem nō excludat rationem præmij,alioqui nec gratia, nec charitas, nec alij habitus infuſi darentur in præmium noſtrorum bonorum operum: ergo habentibus æqualia merita, & æqualem viſionem adhuc daretur inæquale præmium, ſi daretur inæquale lumen maius habenti imperfectiorem, minus habenti perfectiorem intellectum.Imò in rigore ipſa viſio licèt æqualis haberet rationem præmij inæqualis, quia viſio habet rationem præmij, vt correſpondet lumini, non vt correſpondet naturali actiuitati; eſſet verò inæqualis per correſpondentiam ad lumen, licèt fieret æqualis per correſpondentiam ad naturalem actiuitatem.

23. Perfectiorē intellectum perfectior voluntas conſequitur.

Lumen gloriæ datur etiā vt præmium.

24. Impugnatur ſecundus modus, tum quia conatus potentiæ ad agendum nihil eſt aliud, quàm influxus in actum, adeóque intellectus ſecundùm perfectionem naturalem non exercet conatum maiorem, vel minorem in viſionem; cum ſecundùm potentiam, perfectionemve naturalem, non poſſit in viſionem magis, aut minus influere, tum quia intellectus videndo operatur neceſſariò, adeoque adhibet ſemper totum conatum, quem poteſt adhibere. Si dicas diuinitus, ſeu ex negatione diuini concurſus cohiberi, ne totum conatum adhibeat, admittis fieri intellectui in ſtatu beatitudinis perpetuam violentiā, & ſine neceſſitate recurris ad perenne miraculū.

Conatus potentiæ nihil eſt aliud, quàm ipſius influxus.

25. Impugnatur tertius modus,tū quia talis concurſus eſſet abſque exigentia intellectus imperfectioris, vtpotè ſupra ipſius actiuitatem, eſſet cum iniuria intellectus perfectioris, vtpotè qui careret perfectione conceſſa intellectui imperfectiori,adeoque eſſet omninò indebitus: in ſtatu autem beatitudinis nihil poni debet indebitum; tum quia talis concurſus vel datetur ex meritis, & ſic deberet etiam dari habenti intellectum perfectiorem, cum ſupponantur in iſto æqualia merita, alioqui habens intellectum imperfectiorem obtinendo ex meritis æqualem viſionem, & potentiorem concurſum obtineret præmium maius alio obtinente ſolùm æqualem viſionem,non potentiorem concurſum:vel datetur gratis, & ſic habens intellectum perfectiorem obtineret aliquid viſionis,illud ſcilicet, quod correſpondet concurſui,vt potentiori,gratis, & licèt haberet in re viſionem æqualem, non haberet tamen viſionem æqualem ex meritis, ſed partem ex meritis, partem gratis; vnde cum meritis æqualibus non conſequeretur præmium æquale,nec viſionem æqualem in ratione præmij.

26. Hiſce impugnationibus nonnulli ſuccumbunt, & ad extremum appoſitum declinantes abſolutè concedunt in dato caſu habentes æqualia merita inæqualiter Deum videre,ita inter alios Herincx *diſp.5.quæſt.5.n.53.* Verùm hi tenentur concedere, quod viſio non detur tota, vt præmium; quod non ſit tota à Deo glorificatore, & Auctore gratiæ, ſed ſecundùm aliquid ſui ſit beneficium naturæ à Deo vt Creatore procedens, quæ malè cohærent cum ſupernaturalitate viſionis,& cum ſuprà relatis Auctoritatibus Scripturæ Conciliorum, & Patrum ad probandam commenſurationem viſionis ad merita; ideò huiuſmodi ſolutio à Ioan. à S. Thoma *1. part. quæſt. 12. diſp. 15. art.6. num.16.* dicitur non eſſe tuta in principiis Fidei.

Non eſt tutum in Fide concedere viſionem inæqualem habentibus merita æqualia.

27. Ex his habetur idem proportionaliter ſentiendum de cauſa proxima, & Phyſica inæqualitatis reſpectu aliorum actuum ſupernaturalium, quod ſcilicet non habeatur ab inæquali

Habens perfectiorem

inæquali perfectione naturalium potentiarum. Nec refert, quod qui perſpicacioris eſt intelligentiæ videatur melius penctrate Myſteria fidei. Enim verò ly *penetrare* vel importat apprehenſionem; vel aſſenſum. Appreheuſio Myſteriorum eſt ab intellectu, & ſpeciebua naturalibua; aſſenſus eſt ab intellectu, & lumine fidei: illa eſt naturalis, eſſe poteſt inæqualis ad inæqualitatem perfectiouis naturalis intellectus, & qui perſpicacioris eſt intelligentiæ melius penetrat Myſteria fidei ſumendo penetrare pro apprehendere. Aſſenſus eſt ſupernaturalis, nec eſſe poteſt inæqualis ad inæqualitatem perfectionis naturalis intellectus, & licèt quia habitibus in via vtimur, cum volumus & quantum volumus, habentes æquale lumen fidei poſſint elicere actus fidei inæquales: neuter tamen poteſt talem actum elicere, cui æqualem nequeat elicere alter habens æquale fidei lumen etiamſi habeat longe inæqualem, & deteriorem intellectum, ſicque qui perſpicacioris eſt intelligentiæ non melius penetrat myſteria fidei ſumendo penetrare, pro aſſentiri; nec in ordine ad ſupernaturalem actum fidei Theologus eſt melioris conditionis, quàm Ruſticus.

Intellectum cum æquali lumine fidei poteſt myſteria melius apprehendere, at non melius ipſis aſſentiri.

28\. Cauſa proxima, & phyſica inæqualitatis viſionis eſt partim diuina eſſentia; partim lumen gloriæ.

Aſſertum II. Cauſa proxima, & phyſica inæqualitatis extenſiuæ in viſione Dei eſt diuina eſſentia vniens ſe intellectui, vt repræſentatiua plurium, vel pauciorum creaturarum. Cauſa proxima, & phyſica inæqualitatis intenſiuæ eſt lumen gloriæ magis, vel minus intenſum. Primam partem ſuſtinent auctores citati pro aſſerto ſuprà poſito *cap.* 5. §. 3. Secundam partem ſuſtinent auctores citati pro aſſerto ſuperiori, vtramque ſuſtinet Ribas *tom.* 3. *diſp.* 12.

Probatur prima pars: Inæqualitas extenſiua viſionis conſiſtit in attingentia plurium, vel pauciorum creaturarum in verbo, ſed cauſa proxima, & phyſica attingendi plures, vel pauciores creaturas in verbo eſt diuina eſſentia vniens ſe, &c. ergo. Minor probatur: Eadem eſt cauſa proxima, & phyſica attingendi plures, vel pauciores creaturas in verbo, quæ eſt cauſa phyſica attingendi has potius, quàm illas; ſed cauſa phyſica, & proxima attingendi in verbo has potius, quàm illaa creaturas, eſt diuina eſſentia vniens, vt latè probatum eſt *præcitato* §. 3.

29\. Probatur ſecunda pars: Lumen gloriæ inæqualiter intenſum poteſt quantum eſt de ſe eſſe cauſa proxima, & phyſica inæqualitatis inteuſiuæ viſionis, nec vlla alia cauſa æque conuenienter aſſignari poteſt; ergo verè cauſa proxima, & phyſica inæqualitatis intenſiuæ viſionis eſt lumen gloriæ, &c. Probatur anteccedena quoad primam partem, quia commune eſt cuilibet habitui intenſiori concurrere ad intenſiorem actum, ſpecialibus verò id conuenit lumini gloriæ, quod cum neceſſitet intellectum, & concurrat ad viſionem tota intenſione, qua poteſt, eo ipſo, quod intenſior eſt, neceſſe eſt, quod concurrat ad actum intenſiorem; in quo differt habitus luminis ab habitibus viæ, qui vt ſecundùm maiorem, minoremve intenſionem in actu ſecundo operentur, pendent ab applicatione libera voluntatis. Probatur antecedena quo ad ſecundam partem: Cauſæ proximæ viſionia ſunt intellectus creatus, eſſentia diuina, lumen gloriæ. Intellectus non poteſt aſſignari pro cauſa inæqualitatis intenſiuæ, vt ſuprà aſſertum eſt: eſſentia diuina non conuenienter aſſignatur; quia ipſa ſecundùm ſe eſt indifferens ad quamcumque ſui repræſentationem, & ſicuti de facto non vnitur intellectui, niſi ad exigentiam luminis; ita non vnitur, vt magis, vel minus repræſentatiua, niſi ad exigentiam maioris, vel minoris luminis; ergo ex cauſis proximis viſionis ſolum lumen conuenienter aſſignatur pro cauſa inæqualitatia intenſiuæ.

Cauſæ proximæ viſionis ſunt intellectus, eſſentia, lumē.

Vtraque aſſerti pars procedit de potentiâ ordinatiâ; cæterùm de potentiâ abſolutâ poteſt res oppoſito modo ſe habere, lumen ſcilicet poteſt eſſe cauſa proxima inæqualitatis extenſiuæ, quia de potentiâ abſolutâ non repugnant lumina heterogenea, quorum alterum petat conducere ad cognitionem plurium, alterum ad cognitionem pauciorum creaturarum. Eſſentia poteſt eſſe cauſa proxima inæqualitatis intenſiuæ, quia ſicuti de potentia abſolutâ poteſt per ſe ipſam præſtare id, quod præſtat lumen, ita poteſt per ſeipſam cauſare illam inæqualitatem viſionis, quam de facto cauſat lumen. 30.

De potentia abſolutâ inæqualitas extenſiuę viſionis poteſt eſſe à lumine, intenſiua ab eſſentia.

Ex his corroborantur maximè ſupradicta §. 2. de æqualitate ſpecifica viſionum Dei, cum enim principia, ex quibus de facto habetur inæqualitas, lumen ſcilicet gloriæ, & eſſentia diuina ſint eiuſdem ſpeciei, conſequens eſt, quod de facto omnis viſionis inæqualitas ſit intra eandem ſpeciem, adeóque, quod omnea viſiones ſint eiuſdem ſpeciei, & habeant ſpecificam æqualitatem. Neque hîc audiendi ſunt nonnulli, inter quos Vuadingus *de Incarnatione, diſp.6. dub.3.* §.4. volentea viſiones non poſſe eſſe inæquales in claritate, quin ſint eo ipſo diuerſæ in ſpecie, quod ſic probant. Viſio, ſeu cognitio non poteſt fieri clarior per additionem alteriua cognitionia, nam hæc cognitio addita vel eſt ſe ipſâ clarior primâ, vel non: ſi eſt ſe ipſa clarior primâ, ergo nec eſt eiuſdem ſpeciei cum prima, quia ab ipſa differt plus, quàm numero, nec intendit primam cum per ſe abſoluiè independenter à prima præſter intellectui maiorem claritatem. Si non eſt clarior primâ; ergo non reddit, primam clariorem, quia non facie intellectum clarius videntem, duæ enim cognitiones æquè clarè eiuſdem obiecti non magis illuminant intellectum, alioqui actua fidei repetiti omnem ab intellectu obſcuritatem expellerent; ergo vna viſio non poteſt eſſe clarior alterâ per maiorem ſui intenſionem; ſed debet eſſe clarior alterâ per totam ſuam entitatem indiuiſibiliter; ergo. Non datur in viſionibus inæqualitas intenſiua, ſed omnis inæqualitas maioris, 31.

Vna cognitio non fit clarior per additionem alterius.

ioris, minoriſvè claritatis eſt ſpecifica. Audiendi inquam non ſunt huiuſmodi auctores, quia allata ratio non probat in viſionibus Dei diuerſitatem ſpecificam Theologicam, ſed ad ſummum diuerſitatem ſpecificam Phyſicam, aut Metaphyſicam. Verùm neque hanc in rigore probat, quia aliud eſt vnum cognitionem differre ab alia ſe totâ, aliud eſt differre ab alia ſpecie; ad hoc enim vlterius requiritur, quod differentia illa ſit notabilis, eâdem de cauſâ aliud eſt differre plus, quàm numero; aliud eſt differre ſpecie: quod deinde cognitio non poſſit fieri clarior per additionem alterius ſolùm probat in cognitione non dari perfectionem intenſiuam formaliter factam per additionem gradus ad gradum, at non excludit perfectionem intenſiuam æquiualenter ſitam in claritate ſimplici per ſeipſam æquiualente pluribus, vel paucioribus gradibus claritatis; quod eſt cognitionem eſſe magis, vel minus intenſam æquiualenter, & eſſe capacem inæqualitatis æquiualenter intenſiuæ. Neque in hoc poteſt vltra procedi abſque lapſu in quæſtionem de nomine.

Cognitio clarior alia eſt aliâ intenſior æquiualenter.

§. V.

Vtrùm ex inæquali perfectione naturali alicuius intellectus ſaltem poſſibilis haberi poſſit aliqua inæqualitas in viſione Dei?

32\. ASSERTVM: Non eſt poſſibilis intellectus, ex cuius inæquali perfectione naturali habeatur inæqualitas in viſione Dei, etiamſi talis inæqualitas dicatur conſiſtere in entitate ſolùm, aut vitalitate viſionis; non in expreſſione aut clariore Dei, aut plurium creaturarum in Deo. Prima pars eſt ſpecialiter contra Oniedum *t.2. tract.1. contron. 4. punct. 2. vbi num. 28. & 33.* ita concludit Intellectus inæquales de facto exiſtentes cum æquali lumine elicere viſiones Dei æquales etiam ſecundùm entitatem, vt *num.26.* exiſtimet non repugnare intellectum perfectiorem ſpecificè, & indiuidualiter, qui cum æquali lumine eliciat viſionem perfectiorem etiam in ratione expreſſionis, & imaginis, ſpecificè, & indiuidualiter proportione ſeruata. Secunda pars eſt contra Alarcon *tract. 1. de viſione, diſp.3. cap.6. num.15.* De Quiros *1. part. diſput. 19. ſect. 2.* alioſque nonnullos volentes ex inæqualitate perfectionis naturalis intellectus non poſſe quidem haberi inæqualitatem viſionis ſecundùm rationem intuitionis, expreſſionis, ſeu attingentiæ obiecti, benè tamen ſecundùm entitatem, & vitalitatem. Hi dicendi modi à paucis expreſsè impugnantur, cenſendi tamen ſunt contra ipſos ſtare illi omnes auctores, qui ſimpliciter, & abſolutè tradunt intellectus inæquales cum lumine æquali videre Deum æqualiter.

Inæqualitas etiam ſolùm in entitate aut vitalitate viſionis Dei neque etiam de potentia abſoluta haberi poteſt ex inæqualitate alicuius intellectus.

33\. Probatur prima pars: Non eſt poſſibilis intellectus creatus, qui concurrat ad viſionem ſecundùm ſuam perfectionem naturalem proximè, & abſque eleuatione: ergo non eſt poſſibilis intellectus creatus, ex cuius inæquali perfectione naturali habeatur inæqualitas in viſione Dei. Antecedens habetur ex *ſupradictis, cap.1. §.4. & cap.3. §.6. & 7.* vbi traditur intellectui creato, nec de potentiâ abſolutâ, conuenire poſſe naturæ viribus viſionem Dei; nec item eſſe creabilem intellectum aut ab intrinſeco ſupernaturalem, aut ab intrinſeco exigentem lumen gloriæ, aut ab intrinſeco de ſe potentem elicere viſionem Dei. Conſequentia probatur: Eo ipſo, quod quilibet Intellectus creabilis indiget eleuatione, & nullus poteſt concurrere proximè per propriam perfectionem naturalem, ſed ſolùm præſtando ipſam vt eleuabilem, eadem eſt ratio de quolibet intellectu creabili, ac de quolibet intellectu creato, & pro quolibet intellectu creabili recurrit prima probatio ſuprà poſita *initio antecedentis* §. ergo ſicuti non datur de facto, ita nec eſt poſſibilis intellectus creatus, ex cuius inæquali perfectione naturali habeatur inæqualitas in viſione Dei.

Dices: Sicuti intellectus de facto exiſtens habet ex ſua intrinſeca perfectione quod ſit eleuabilis à lumine gloriæ, à quo non eſt eleuabilis voluntas; ita videtur poſſibilis intellectus à lumine gloriæ eleuabilis ad tantam viſionem, ad quantam non ſit eleuabilis aliquis alius. Sed hoc admiſſo, quod illa viſio eſſet maior, & perfectior, proueniret ex intrinſeca perfectione intellectus, non ex lumine: ergo eſt poſſibilis intellectus, ex cuius inæquali perfectione naturali habeatur inæqualitas, &c. Sed contra: Intellectus, & voluntas habent diuerſas rationes formales tendendi in propria obiecta, ſeu eliciendi proprios actus, & quia potentia vitalis non eſt eleuabilis ad operandum vitaliter, niſi intra propriam rationem formalem, conſequens eſt, quod intellectus, & voluntas habeant diuerſas eleuabilitates. Intellectus verò quilibet poſſibilis eo ipſo, quod intellectus eſt, debet habere eandem rationem formalem, quam quilibet intellectus de facto exiſtens, adeoque debet habere etiam eandem eleuabilitatem: & ſicuti ad effectus non vitales eſt æqualiter eleuabilis quælibet entitas: ita ad actus vitæ intellectiuæ eſt æqualiter eleuabilis quilibet intellectus, ad actus vitæ appetitiuæ eſt æqualiter eleuabilis quælibet voluntas. Ratio à priori eſt, quia ratio formalis tendendi in obiectum ſub ratione veri, (idem procedit de ratione formali tendendi in obiectum ſub ratione boni reſpectu voluntatis) vi cuius intellectus eſt eleuabilis ad cognoſcendum quodlibet obiectum, conſiſtit quodammodo in indiuiſibili eſſentialiter ſcilicet reſpicit omne verum, nec eſt poſſibilis intellectus alligatus alicui determinato vero: ergo eadem ratione non eſt poſſibilis Intellectus alligatus alicui determinatæ claritati, ſeu perfectioni actus tendentis in verum. 34.

Intellectus quilibet de facto exiſtẽs ſicuti habet eandem rationem formalem; ita habet eandẽ eleuabilitatem, quam quilibet; intellectus poſſibilis.

35. Probatur ſecunda pars: Tota tum entitas, tum vitalitas viſionis eſt obiecti expreſſiua: ergo repugnat, quod viſio ſit inæqualis in entitate, aut vitalitate, qoin ſit etiam inæqualis in expreſſione obiecti; ergo ſi ex inæquali perfectione naturali intellectus nequir haberi viſio inæqualis in expreſſiooe obiecti, nequir pariter haberi viſio ioæqualis in entitate, ſeu vitalitate. Antecedens probatur: Viſio ſecundùm ſe totam eſt attingentia, ſeu expreſſio obiecti, maior vitalitas viſionis eſt maior attingentia vitalis, nec poteſt explicari in cognitione maior aliqua perfectio, ſiue deinde explicetur perfectio entitatiua, ſiue vitalis, quin talia perfectio faciat cognitionem attingere aut meliùs idem obiectom, aut plura obiecta: ergo.

Cognitio nō poteſt eſſe perfectior, quin attingat aut plura obiecta, aut meliùs idem obiectum.

36. Dices: Negari non poteſt, quin vitalitas viſionis ſit à potentia: ergo neqoe etiam negari poteſt, quin à perfectiore potentiâ debeat eſſe in viſione perfectior vitalitas, & ſicuti ſi daretur virtus eleuatiua indifferens ad eleuandum aut potentiam vitalem, aut cauſam non vitalem, eadem virtus cauſaret cum potentia vitali actum vitalem, cum caoſa non vitali effectum non vitalem; ita lumen, qood eſt indifferens ad eleuandam perfectiorem, vel imperfectiorem potentiam vitalem, cur non cauſabit cum perfectiori potentia vitali perfectiorem, cum imperfectiori imperfectiorem actum vitalem, ſaltem in ratione vitalis. Sed contra: Vitalitas viſionis ſub quacumqoe reduplicatione ſumatur ſupernaturalis eſt, quia nihil eſt in viſione, quod noo ſit intuitio ſeu expreſſio Dei, & vitalitas ac ſupernaturalitas in viſiooe Dei ſe omnimodè inoicem imbibunt, & adæquant, nec vna poteſt aut ſine alia produci, aut ſine alia augeri. Dico igitur vitalitatem viſionis eſſe à potentia noo præſtante propriam virtutem vt naturaliter concurrentem, ſub qua ratione vna potentia eſt perfectior aliâ, & à perfectiore potentia oriri poteſt perfectior vitalitas, ſed præſtante propriam virtotem vt obedientialiter eleoabilem, ſub qua ratione quælibet potentia eſt æqualis, nec vlla vitalitas, poteſt ex virtute potentiæ eſſe perfectior, cum nolla oriatur à potentia perfectiore; ad paritatem allatam dico in potentia vitali, & cauſa non vitali eſſe eleuabilitatem diuerſam, in qualiber autem poteotia intellectiua eſſe eandem eleuabilitatem, vt patet ex mox dictis ad inſtantiam ſuperiorem, ideò lomen in vigore non eſt indifferens ad eleuandam potentiam perfectiorem, vel imperfectiorem, quia reſpicit potentiam vitalem vt eleuabilem qoomodo quælibet potentia intellectiua eſt æqoalis, non vna perfectior aliâ.

Vitalitas viſionis Dei ſub omni reduplicatione eſt ſupernaturalis.

37. Ex his habetur non poſſe aot probari, aut ſuſtineri inæqualitatem viſionis, ſiue ponatur inæqualitas in expreſſione, ſiue in entitate, ſiue in vitalitate, ſiue in alio qoocumque viſionis prædicato, deriuari ab inæqualitate natorali intellectuum, niſi aut probetur, aut ſuſtineatur intellectum creatum ſecundùm ſuam virtutem naturalem proximè partialiter concurrere ad viſionem, vel ad aliquod prædicatum ipſius. Cum igitur hoc à nobis falſum ſupponator ex *cap. 3. §. 3.* corruit totum fundamentum, cui iuniti poteſt ioæqualitas viſionis orta ex inæqualitate naturali intellectuum, imò inæqualitas cuiuſcumque effectus in ſubſtantia ſupernaturalis orta ex inæqualitate naturalis prîncipij; in ſubſtantia, inquam, ſopernaturalis, nam effectus ſupernaturalis in modo, ſicuti poteſt eſſe partialiter proximè à virtute naturali, ita poteſt à naturali principio participare inæqualitatem, ex quo capite idem Dei auxilium ſupplens, v.g. calorem vt duo, poteſt com calore vt quatuor producere calorem vt ſex, cum calore vt ſex producere calorem vt octo; quia calor vt quatuor aſſumptum in conſortium ſupernaturalis auxilij Dei habet virtotem partialem proximam ad calorem vt ſex, & iſte productus à calore vt quatuor ſimul cum auxilio ſupernaturali eſt ſupernaturalis ſolùm in modo. Propterea malè De Quiros 1. *parte, diſput. 19. ſection. 2. n. 9.* hoc exemplo vtitur ad formandum vniuerſale argomentum quo probetur ex maiori perfectione potentiæ naturalis poſſe cæteris paribus creſcere effectum ſupernaturalem, & ex maiori perfectiooe intellectus naturalis viſionem Dei.

Ex inæqualitate naturali intellectus viſionis inæqualitas non poteſt ſuſtineri, niſi intellectus concurrat proximè ad ipſam ſecundùm vires naturales.

Effectus ſupernaturalis in modo poteſt creſcere ex maiori perfectione principij naturalis, non ſic effectus ſupernaturalis in ſubſtantia.

Pro huius capitis complemento adoerto me hucuſque locutum eſſe in ſententia diſtinguente intellectionem à potentia intellectiua, viſionem Dei ab iotellectu vidente; cæterùm in meis, & Complexiſtarum principiis, iuxta quæ intellectio nihil eſt aliud, quàm complexum poteotiæ iotellectiuæ, & obiecti intellecti, non poteſt negari, qoin ex dioerſitate, & inæqualitate iotellectuum oriatur aliqua diuerſitas, & inæqualitas viſionis; complexum enim ex quacumqoe cuioſlibet partis variatione aliqualiter variatur. Nihilominùs, quia intellectus ſecundùm perfectionem naturalem ſolùm vt eleuabilem aptum eſt facere complexum cum obiecto ſupernaturali; propriè, & formaliter complexum viſioois ex parte intellectus ſemper eſt æqoale, quia ſemper conſurgit ex intellectu, vt eleuabili, adeoque ex iotellectu, vt cuilibet alij intellectui æquali. Complexum igitur viſionis ex obiecto ſupernaturali, & intellectu naturaliter perfectiore valdè materialiter perfectius eſt, & includit quidem aliquam maiorem perfectionem, ſed à tali maiori perfectione in ratione complexi viſionis formaliter non perficitur. Ideò propriè, & abſolutè etiam ſuſtinendo viſionem ſitam in complexo verificator ex intellectibus naturaliter inæqualibus, æquali tamen lumine eleuatis non conſurgere viſiones inæquales. 38.

Viſio Dei etiamſi conſiſtat in complexo intellectus, & obiecti propriè nō creſcit ex maiore perfectione intellectus.

CAPVT

CAPVT VII.

De Repugnantia Viſionis Comprehenſiuæ Dei.

1\. Compre-henſionis nomen à corporalibus ad ſpiritualia tranſlatum eſt.

VISIO comprehenſiua idem eſt, ac intellectualis comprehenſio, & quia, vt indicat D. Thomas *in 4. diſtinct. 49. quæſt. 2. artic. 3.* comprehenſionis nomen ex primæua ſui ſignificatione corporaliter dicitur, & à corporalibus ad ſpiritualia tranſlatum eſt, comprehenſio intellectualis, ſeu ſpiritualis per habitudinem, ac analogiam ad comprehenſionem materialem, ſeu corporalem poſtulat explicari. Porrò in materialibus comprehenſio dupliciter ſumitur. Primò pro tentione rei, quam inſequimur, etiamſi ipſam ſecundùm partem tantùm attingamus, ſic dicitur *Iudicum primo. Quem perſequentes comprehenderunt.* Eccleſ. 9. *aues laqueo comprehenduntur.* Luc. 22. *comprehendentes autem Ieſum.* Secundò pro incluſione vnius in alio tanquam in continente, adeò vt tota vnius quantitas intra aliud includatur, & contineatur. Sic dicit Dan. 9. *breui ſermone comprehendit.* 2. Machab. 2. *quinque libris comprehenſa.* Sic communiter dicitur vas comprehendere liquorem, quem continet. Eodem proportionaliter modo in ſpiritualibus comprehenſio intellectualis dupliciter ſumitur. Primò pro quacumque obiecti intellectuali tentione, poſſeſſione, & aſſecutione. Sic quia intellectus, vtpotè qui intelligendo omnia fit, ex ſua genericâ operandi ratione, fertur in obiectum trahendo ipſum ad ſe, & aliqualiter ipſum acquirendo, omnis intellectio dici poteſt comprehenſio, ſpecialiter verò viſio, quæ obiectum aſſequitur, non vtcumque, ſed vt eſt in ſe, & in hoc ſenſu non repognat Dei comprehenſio, ſeu viſio Dei comprehenſiua, imo datur de facto, & de illa loquitur Apoſtolus ad Philip. 3. *Sequor autem, ſi quomodo comprehendam,* ad Epheſ. 3. *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis,* 1. ad Cor. 9. *Sic currite, vt comprehendatis.* Hinc Beati dicuntur comprehenſores; & comprehenſio numeratur inter tres dotes animæ glorioſæ. Secundò pro intentionali tentione, poſſeſſione, & aſſecutione ita perfectâ, vt obiectum totum, & totaliter contineatur, claudaturque quodammodo intra cognitionem, nec aliquid cognoſcibilitatis in obiecto ſit, quod extra cognitionem aliqualiter remaneat, & in hoc ſenſu agitur in præſenti de comprehenſione, ſeu viſione comprehenſiua Dei, de qua explicabitur, an de Fide ſit ipſam repugnare, & vnde oriatur ipſius repugnantia, quia tamen allata comprehenſionis explicatio verbalis potius, & grammaticalis eſt, quàm ſcholaſtica, & Theologica, ne quæſtio aut ſit de nomine, aut ex variâ nominis vſurpatione variè nimis, vagéque diſtrahatur, operæ pretium eſt præmittere, quid ſignificetur in ſenſu Scholaſtico, & Theologico per comprehenſionem, ſeu viſionem comprehenſiuam Dei. Vtrùm ſignificetur cognitio omnium perfectiſſima, quæ de Deo haberi poſſit. Vtrùm cognitio, quæ adæquat extenſiuam Dei cognoſcibilitatem, attingat ſcilicet omnia, quæ ſunt in Deo tum formaliter, tum eminenter. Vtrùm cognitio, quæ adæquet Dei cognoſcibilitatem non ſolùm extenſiuam, verùm etiam intenſiuam, non ſolùm ſcilicet attingat omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, & eminenter, ſed huiuſmodi omnia attingat ſecundùm omnem perfectionem, ſecundùm quam poſtulant ex naturâ ſuâ cognoſci. Vtrùm cognitio procedens à cognoſcente eiuſdem perfectionis cum Deo cognito. Quilibet ex his dicendi modis ſuos habet ſectatores, & Patronos; quorum nonnullos in ſequentibus aſſertis ſubiicio. Ideò ſit

Dupliciter ſumitur tum in corporalibus, tum in ſpiritualibus.

Viſio comprehenſiua Dei in ſenſu improprio non repugnat.

2\.

§ I.

Quid ſit formaliter propriè, & ſcholaſticè Comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei?

ASSERTVM I. Comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei, non conſiſtit formaliter in cognitione perfectiſſima, quæ de Deo haberi poſſit. Eſt contra Ochamum *in 4. diſt. 13. art. 1.* Gabrielem *in 3. diſt. 14. art. 3. dub. 2.* alioſque Nominales, quibus Vaſquez 1. *part. diſp. 53. cap. 3. num.* 10. ait: in hac controuerſia accidere illud, quod ipſis familiare eſt, cum ſcilicet alicuius rei difficultate premuntur, varias illius acceptiones exagitare, vt difficultatem liberiùs effugiant, ſic in præſenti, vt facilè ſuſtineant repugnantiam comprehenſionis Dei, allatam comprehenſionis definitionem inter alias ipſius acceptiones comminiſcuntur, ſed eſt acceptio incongrua, & nimis reſtricta definitio. Ideò aſſertum

Probatur: Vt aliquod obiectum comprehendatur non eſt neceſſe, quod cognoſcatur cognitione perfectiſſimâ, quæ de ipſo haberi poteſt: ergo comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei, non conſiſtit formaliter, &c. Conſequentia patet, quia non poſſumus explicare comprehenſionem Dei, niſi per habitudinem ad comprehenſionem aliorum obiectorum. Antecedens probatur: Comprehenſibilitas, ſeu incomprehenſibilitas eſt prædicatum ſe tenens ex parte obiecti: ergo debet deſumi ex perfectione obiecti, ſeu rei cognitæ, non ex perfectione cognoſcentis, ſed quod cognitio ſit perfectiſſima, quæ haberi poſſit oritur ex perfectione cognoſcentis, ex eo ſcilicet, quod ſit à cognoſcente omnium perfectiſſimo: ergo. Secundò ſi verum eſſet illud antecedens, nulla creatura poſſet comprehendi, niſi

Cognitio comprehenſiua non debet eſſe perfectiſſima, quæ de obiecto haberi poteſt.

à ſolo Deo; quia ſolus Deus elicere poreſt cognirionem perfectiſſimam, quæ de creatura haberi poſſit, ſieque creatura quælibet eſſet incomprehenſibilis eâdem ratione, qua Deus, quia non minùs, quàm Deus comprebendi, non poſſet, niſi cognitione diuina, Quud ſi quia ad vitandas anguſtias huius nimis reſtrictæ explicationis dixerit ſufficere ad comprehenſionem, quod ſit Cognitio perfectiſſima, quæ de obiecto haberi poſſit ab illo cognoſcente, qui obiectum cognoſcit, nimis ampliatur comprehenſionis explicatio, & à quolibet cognoſcente quodlibet obiectum poſſet comprehendi, quia quilibet cognoſcens poreſt circa quodlibet obiectum eliecre perfectiſſimam cognitionem, quam poteſt; & adhibete in cognoſcendo totam vim, totumque conatum, quem poteſt. Deinde hinc ſequitur ex duabus cognitionibus æqualibus eiuſdem obiecti vnam eſſe comprehenſiuam, non aliam; ſi vna ſit perfectiſſima, quæ ſuo principio cognoſcente eliei poſſit, non alia.

4. Assertvm II. Comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei, non conſiſtit formaliter in cognitione adæquante extenſiuam Dei cognuſcibilitatem; attingente ſcilicet omnia, quæ ſunt in Deo tum formaliter, tum eminenter. Eſt contra *Auctores cap. ſuperiori §. 6. relatos* pro ſententia ſuſtinente non poſſe ſine Dei comprehenſione ex vi viſionis cognoſci omnia poſſibilia, contra quos, propterea recurrunt omnia argumenta ibi allata, & inſuper aſſertum.

Cognitio comprehenſiua non cõſiſtit in cognitione adæquante extenſiuam cognoſcibilitatem obiecti.

Probatur: Comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua debet adæquare totam ſui obiecti cognoſcibilitatem, ſed cognoſcibilitas extenſiua non eſt tota obiecti cognoſcibilitas, ergo cognitio adæquans cognoſcibilitatem extenſiuam Dei non eſt per hoc præciſè comprehenſio Dei, ergo comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei, non conſiſtit, &c. Maior patet ex ſuprà traditâ analogiâ cõprehenſionis intellectualis ad comprehenſionem corporalem, & magis patebit ex infrà dicendis. Minor probatur primò perfectio extenſiua non eſt tota rei perfectio, ergo neque cognoſcibilitas extenſiua eſt tota obiecti cognoſcibilitas. Conſequentia patet, quia quælibet perfectio eſt cognoſcibilis, nec poteſt eſſe perfectio diuerſa ſine diuerſa cognoſcibilitate, Antecedẽs probatur tum ex cõmuni diuiſione perfectionis in intenſiuam, tum ex eo quod duæ entitates quales in perfectione extenſiua, purà duo intellectus reſpicientes eadem obiecta, duæ materiæ habentes potentiam ad eaſdem formas poſſunt eſſe inæquales in perfectione intenſiuâ; vna ſcilicet ex illis duabus entitatibus poteſt eſſe intrinſecè perfectior aliâ. Minor eadem probatur ſecundò, ſi cognoſcibilitas extenſiua eſſet tota obiecti cognoſcibilitas, cognitione etiam vel obſcurâ vel probabili cognoſci poſſet obiectum, quantum eſt cognoſcibile, ſeu ſecundùm totam cognoſcibilitatem; cum cognitio etiam obſcura, & probabilis poſſit adæquare cognoſcibilitatem extenſiuam ſui obiecti; ſic, ſi Deus reuelaret omnia, quæ continet tum formaliter, tum eminenter, actus obſcurus fidei adæquaret cognoſcibilitatem extenſiuam Dei, & qui auctoritate humanâ, aut congruentiâ aliquâ ducitur in notitiam alicuius propoſitionis ſecundùm prædicatum, ſubiectum, & copulam, cognitione probabili adæquat cognoſcibilitatem extenſiuam talis propoſitionis. Confirmatur ex aſſerto ſequenti, in quo magis elucidabitur quid ſit in obiecto intenſiua perfectio, & quomodo iſtâ perfectè non penetratâ, haberi nequeat obiecti comprehenſio.

Cognoſcibilitas extenſiua non eſt tota rei cognoſcibilitas.

Assertvm III. Comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei, conſiſtit formaliter in cogitione adæquante Dei cognoſcibilitatem, non ſolùm extenſiuam, verùm etiam intenſiuam; non ſolùm ſcilicet attingente omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, & eminenter, ſed huiuſmodi omnia attingente ſecundùm omnem perfectionem, ſecundùm quam poſtulant ex naturâ ſuâ cognuſci. Ita licet non iiſdem adamuſſim terminis Scotus *in 3. diſt. 14. quæſt. 2. §. exemplum huius eſt*, Richardus *eadem diſt. art. 1. quæſt. 4.* Durandus *eadem diſt. quæſt. 1. numero* 10. Herincx *diſp. 5. quæſt. 10. numero* 90. Laurea *in 4. tom. 4. diſput. 17. artic. 5.* Moncæus *in diſputat. ſelectis, diſp. 2. cap. 10. §. 3. denique*, Amicus *prima parte, diſputat.* 10. *ſect. 1. &c.* 5.

Comprehẽſio ſita eſt formaliter in cognitione adæquante cognoſcibilitatem intenſiuam, & extenſiuam.

Aduerte pro clariori aſſerti probatione nomine comprehenſionis propriæ, & rigoroſæ importari cognitionem ita perfectè attingentem obiectum, vt nihil omninò vlterius cognoſcibile, nec quoad ſubſtantiam, nec quoad modum in obiecto ſuperſit. Colligunt Theologi hanc explicationem comprehenſionis intellectualis tum ex analogia ad propriam comprehenſionem corporalem, ſecundùm quam vnum ab alio comprehenditur quando in alio totum, & totaliter continetur, adeò vt ſecundùm nihil ſui res contenta excedere poſſit continentem, vt accuratiùs exponit Moncæus *loco cit.* tum maximè ex *S. Auguſtino, & Thoma.* Nam ex Sancto Auguſtino, *Epiſt.* 112. *cap. 8. habetur Totum comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat vidente, aut cuius fines circumſpici poſſunt. lib. 12. de ciuitate, cap. 18. quod ſcientis cognitione finitur* (ſubintellige non poſitiuè, ſed negatiuè; non abſolutè, ſed cognoſcenti; quia reſpectu eius ſe habet, ac ſi eſſet finitum eo ipſo, quod reſpectu eius non eſt excedens, ſicut propter æqualitatẽ diuinarum perſonarum, *verba ſunt Scoti loco citato*, dici poſſet vna perſona finita alteri, quia non excedens eam, vnico verbo ly *finitur* idem eſt, ac adæquatur) ex D. Thoma *prima parte, quæſt. 12. art. 7. in c. Illud comprehenditur, quod perfectè cognoſcitur, perfectè autem cognoſcitur quod tantum cognoſcitur, quantum eſt cognoſcibile; quæſt. 8. de veritate, articulo 2. ad 2. Tunc dicitur aliquis alterum videre totaliter; quando ita eſt perfectus modus viſionis ipſius videntis, ſicut eſt modus viſibilitatis ipſius rei.* 6.

Aduerte

7. Aduerte inſuper circa idem obiectum ſecundùm omnia ſua prædicata, ſecuodùm omnes proprietates, & perfectiooes attactum dari poſſe vnam cognitionem clariorem, & perfectiorem alterâ abſque eo, quod, quæ clarior eſt, ſit ſupra exigentiam cognoſcibilitatis obiecti, aut excedens perfectionem, ſecundùm quam poſtulat ex natura ſua cognoſci. Sic Angelus v. g. perfectiùs, clariùſque cognoſcitur à ſe ipſo, quàm ab Angelo inferiori, à quo ſecundum omnia ſua prædicata cognoſcatur, & tamen cognitio, quâ cognoſcitur à ſe ipſo non eſt vltra ipſius exigentiam, nec excedit ipſius obiectiuam cognoſcibilitatem, tum quia ad talem cognitionem per propriam ſubſtantiam oaiectiuè concurrit, tum quia ſi poſſet elicere cognitionem excedentem propriam cognoſcibilitatem, haberet magis de cognoſcitiuo, quàm de cognoſcibili, & conſequenter, qnàm de ente, quod implicat. Hinc meo videri euidenter conſtat dari in obiecto cogooſcibilitatem correſpondentem claritati cogoitionis, & hanc voco cognoſcibilitatem intenſiuam, non quod ex gradibus conſurgat, ſed quod ſit maximè intrinſeca obiecto, vt potè conueniens cuilibet vtrumque ſimpliciſſimæ entitati, item, quod maximè diſtinguatur à cognoſcibilitate extenſiua, quæ habetur vel per ordinem ad extrinſeca, vel per plures realitatea, formalitates, virtualitateſve obiectiuas. Tandem quod correſpondeat claritati, ſeu perfectioni intenſiuæ cognitionis, vnde ab aliquibus illa cognoſnibilitas intenſiua propter correſpondentiam, quam habet ad cognitionis claritatem dicitur claritas obiectiua. Porrò cognoſcibilitas inteoſiua, ſeu obiectiua claritas ſequitur rationem entis, & quo magis aliquid habet de ente magis habet de intenſiua cognoſcibilitate; Maiorem concurſum obiectiuum poteſt quantum eſt de ſe impendere ad cauſandam ſui notitiam; clariori, perfectiorique cognitione poſtulat ex natura ſua cognoſci hæ duæ animaduerſiones continent præmiſſas conſtituentes argumentum, quo aſſertum.

Cognoſcibilitas intenſiua propriè quid ſit.

Cognoſcibilitas intenſiua eſt maior vbi eſt magis de ente.

8. Probatur comprehenſio conſiſtit in cognitione, qua cognoſcatur obiectum, quantum omnino cognoſcibile eſt, adeo vt nihil alterius cognoſcibile in ipſo ſuperſit nec quoad ſobſtantiam, nec quoad modum, ſed huiuſmodi eſt ſola cognitio adæquans cognoſcibilitatem obiecti, non ſolum extenſiuam, verum etiam inteoſiuam; non ſolùm ſcilicet attingens omnia, quæ ſuot in obiecto formaliter, & eminenter; ſed huiuſmodi omnia attingens, &c. ergo comprehenſio conſiſtit in cognitione adæquante cognoſcibilitatem obiecti, non ſolum extenſiuam, verum etiam intenſiuam, &c. ergo facta applicatione huius vniuerſalis doctrinæ ad caſum noſtrum particularem comprehenſio, ſeu viſio comprehenſiua Dei conſiſtit formaliter.

9. Dices argumentum malè ſupponere, quod cognitio adæquata extenſiuè, ſeu adæquans cognoſcibilitatem obiecti extenſiuam poſſit non eſſe adæquata intenſiuè, ſeu poſſit non adæquare cognoſcibilitatem obiecti intenſiuam. Hoc malè ſupponi probatur ex eo, quod tota claritas & iotenſio cognitionis ordinatur ad obiectum perfectius penetrandum: ergo vbi obiectum eſt adæquatè penetratum, ſicuti eſt adæquatè penetratum, dum eſt cognitum ſecundùm omnia, quæ continet tum formaliter, tum eminentialiter, tom abſolutè, tum reſpectiuè, habetur cognitio obiecto adæquata etiam intenſioè, adeóque omnis cognitio extenſiuè adæquata eſt, etiam adæquata intenſiuè, quod confirmatur primò ex eo, quod omnis cognitio adæquata intenſiuè eſt, adæquata etiam extenſiuè, ergo ſimiliter è contra. Confirmatur ſecundo: Cognitio, quæ nihil omninò obiecti relinquit cognoſcibile, & non cognitum, eſt omnimode adæquata obiecto etiam intenſiuè, ſed cognitio adæquata extenſiuè nihil omnino obiecti relinquit cognoſcibile, & non cognitum; ergo cognitio adæquata extenſiuè eſt omnimodè adæquata etiam intenſiuè. Maior patet, quia ſecus obiectum peteret cognoſci magis, quàm ſit cognoſcibile, & cognitio intenſiuè adæquata deberet excedere obiecti cognoſcibilitatem. Minor probatur: Si quid relinquit cognoſcibile, ſiue vocetur modus ſiue perfectio intenſiua, ſiue claritas obiectiua, vel eſt aliquid obiecti, & ſic non poteſt non ſupponi attactum à cognitione adæquata extenſiua; vel non eſt aliquid obiecti, & ſic habetur intentum, quod nihil omnino obiecti relinquatur cognoſcibile. Sed contra admittendum prorſus eſt dari poſſe cognitionem aliquam adæquatam extenſiuè, non iotenſiuè; idque euincitur primò ex parte obiecti, quod in ordine ad eandem ſimpliciſſimam, & omoino indiuiſibilem formalitatem, in ordine ad quam dari non poteſt cognitio magis, vel minus axtenſa concurrere poteſt maiori, vel minori concurſu obiectiuo; & mouere ad cognitionem magis, vel minus claram, ſeu intenſam, ſicque in ordine ad formalitatem, in ordine ad quam quælibet cognitio eſt adæquata extenſiuè, vna eſt minor aliâ, & inadæquata intenſiuè. Secundò ex parte potentiæ, quæ vel ex libertate, vel ex imperfectione poteſt non reſpondere toti motioni obiecti; & obiecto adæquatè mouente tum extenſiuè, tum intenſiuè, ipſa adæquatè concurrera ſolum exteoſiuè. Tertiò à paritate habituum, in quibus diſtinguitur perfectio extenſiua ab intenſiua, & ſicuti lumen gloriæ æquale alteri in perfectione extenſiua poteſt eſſe inæquale in intenſiuâ; ita cognitio adæquata obiecto, & æqualis alteri cognitioni extenſiuè; poteſt eſſe obiecto inadæquata, & alteri cognitioni inæqualis intenſiuè. Ad impugnationem in oppoſitum dico claritatem, & intenſionem cognitionis ordinari ad obiectum perfectius penetrandum quo ad iotenſionem, & obiectum cognitum ſecundum omnia quæ continet formaliter, & eminenter eſſe adæquatè penetratum extenſiuè ſolùm,

10. *Cognitio adæquatè extenſiua nō eſt ſemper adæquata intenſiuè.*

11. *Cognitionis intenſio ordinatur ad maiorē penetrationem obiecti, ſed intenſiuam.*

ſolùm, non intenſiuè. Ad primam confirmationem diſparitas eſt, quia cognitio adæquata intenſiuè ad cognitionem adæquatam extenſiuè ſe habet vt includens ad incluſum cum dicat totam illius perfectionem, & aliquid amplius, commune autem eſt iis, quæ ſe habent vt includens, & incluſum, quod incluſum diſtinguatur ab includente, & poſſit eſſe ſine ipſo; non è contra includens poſſit eſſe ſine incluſo, & ab ipſo adæquatè diſtinguatur. Ad ſecundam confirmationem dico cognitionem adæquatam extenſiuè ſub aliqua ratione nihil obiecti relinquere non cognitum, ſub aliqua alia relinquere totum obiectum non cognitum; & illud, quod nos dicimus perfectionem intenſiuam, ſeu claritatem obiectiuam, eſſe ipſum totum obiectum comparatum ad claritatem cognitionis correſpondentem propriæ exigentiæ, ſeu propriæ actiuitati intentionali, & quo vſque obiectum non terminat talem claritatem, remanet ſub aliqua ratione totum non cognitum, & ex natura ſua potens determinare potentiam ad clariorem, perfectiorem, intenſiorem cognitionem de ſe toto.

Cognitio adæquata intenſiuè eſt ſemper etiā adæquata extenſiuè.

12.

13. Vrgebis hinc duo ſequi abſurda. Primò quod detur diuerſa cognitio ſine diuerſo obiecto, quod non videtur minùs abſurdum, quàm ſi daretur cognitio ſine obiecto. Secundò quod ſemper quodlibet obiectum maneat non comprehenſum & ſub aliqua ratione non cognitum, quia ſemper poteſt comparari ad potentiam intellectiuam perfectiorem, quàm poſſit determinare ad clariorem, & perfectiorem cognitionem de ſe toto. Contrà tamen: Ad primum dico pro diuerſitate cognitionis ſufficere obiectum diuerſum quoad claritatem, non quoad entitatem, & diuerſam, ac nouam cognitionem eſſe debere vel de diuerſà, & nouà perfectione, vel de eadem perfectione clariùs cognità. Ad ſecundùm dico, vt obiectum maneat non comprehenſum debere manere non cognitum, ſub aliqua ratione ſibi debità, & proportionatà, non ſub aliqua ratione ſibi improportionatà, & indebita: obiecto autem non debetur, niſi illa claritas cognitionis, quam poteſt cauſare per ſpeciem adæquatam ſui, ſeu per ſuum concurſum obiectiuum adæquatum in potentiâ commenſuratà tali concurſui, ſeu tali ſpeciei omnis deinde alia maior claritas vel à ſuperiori lumine, vel à perfectiori potentiâ deriuata eſt obiecto indebità, & ſi deſit, non impedit obiecti comprehenſionem.

Cognitio diuerſa quomodo eſſe debeat de obiecto diuerſo.

14. Corroboratur tota hæc doctrina, & confirmatur aſſertum paritate amoris, qui vt ſit ſimpliciter adæquatus, & quodammodo comprehenſiuus obiecti, debet adæquatè obiecti amabilitatem non ſolùm extenſiuam, verùm etiam intenſiuam; nec per hoc, quod quis amet in obiecto quidquid amabile, amat illud quantum eſt amabile, niſi amet feruore, & intenſione amoris maiore, vel minore iuxta maiorem, vel minorem bonitatem intenſiuam obiecti. Cæterùm actu etiam valde remiſſo amari poteſt in obiecto quidquid eſt amabile, cum amans quidquid eſt in obiecto amore intenſo, & proportionato poſſit, non deſinendo attendere ad quidquid in obiecto eſt, ex propria libertate amorem attemperare, & remittere. Nec qui diuerſimodè amat neceſſe eſt quod amet in obiecto aliquid entitatiuè diuerſum; ſed ſatis eſt, quod eadem amabilitas, vel bonitas, magis, vel minùs in actu ſecundo excitet. Porrò ita ſe habet feruor ad amorem, ſicuti claritas ad cognitionem; feruor eſt perfectio intenſiua amoris, ſicuti claritas eſt perfectio intenſiua cognitionis. Sicuti igitur ratio comprehenſiui in amore debet maximè attendi penes perfectionem intenſiuam feruoris; ita ratio comprehenſiui in cognitione penes perfectionem intenſiuam claritatis; ſicuti amor non eſt adæquatus intenſiuè, & in feruore per hoc, quod ſit adæquatus extenſiuè, & ſub aliqua ratione attingat quidquid in obiecto eſt amabile; ita cognitio non eſt adæquata intenſiuè, & in claritate per hoc, quod ſit adæquata extenſiuè, & ſub aliqua ratione attingat, quidquid in obiecto eſt cognoſcibile. Tandem ſicuti poteſt eſſe diuerſus amor ſine diuerſà entitate obiecti amabilis; ita poteſt eſſe diuerſa cognitio ſine diuerſà entitate obiecti cognoſcibilis.

Amor comprehenſiuus ita ſe habet ad obiectum amabile, ſicuti cognitio comprehenſiua ad obiectum cognoſcibile.

Assertvm IV. Comprehenſio ſeu viſio comprehenſiua Dei, importat illatiuè, & conſequenter cognitionem procedentem à principio cognoſcente eiuſdem, ſaltem æquiualenter, perfectionis cum Deo cognito. Dixi importat illatiuè, & conſequenter, formaliter enim conceptus proprius cuiuſque cognitionis magis attenditur, per habitudinem ad ſuum obiectum, quàm per habitudinem ad ſuum principium, ſicque melius explicatur conceptus proprius cognitionis comprehenſiuæ per hoc, quod adæquet cognoſcibilitatem extenſiuam, & intentiuam obiecti, quàm per hoc, quod procedat à principio adæquante obiectum in perfectione, entitatiua. Accedit, quod principium cognoſcitiuum non ſemper operatur toto conatu, quo poteſt, & per conſequens ex eo, quod cognitio ſit à principio adæquante obiectum, non ſufficienter habetur, quod ſit etiam ipſa adæquata obiecto, & comprehenſiua. Ideò diſplicet Arriaga *prima parte, diſputat.* 13. *ſect.* 1. *numero* 3. vbi rationem formalem comprehenſionis collocat in eo, quod procedat à principio tam perfecto, quàm ſit perfectum obiectum ipſum. Multò magis diſplicet ſententia nonnullorum apud Lugum *prima parte, lib.* 1. *diſputat.* 15. *cap.* 1. *numero* 8. exiſtimantium comprehenſionem debere eſſe cognitionem in ſe ipſa æquè perfectam entitatiuè, ac ſit obiectum ipſum, qua ratione non video quomodo cognitio creata, quæ ex genere ſuo eſt accidens poſſit eſſe comprehenſiua alicuius ſubſtantiæ, cum nullum accidens ſit entitatiuè eiuſdem perfectionis cum ſubſtantia. Accedit, quod explicare cognitionem per id, quod impor- 15.

Comprehēſio non eſt formaliter aut cognitio procedens à principio eiuſdē perfectionis cū obiecto, aut cognitio entitatiuè æqualis obiecto.

entitatiuè; eſt explicare id, quod materiale non id, quod formale eſt in cognitione, miſſis igitur his dicendi modis aſſertum

16. Probatur: Comprehenſio ex ſupradictis conſiſtit formaliter in cognitione adæquante cognoſcibilitatem extenſiuam, & intenſiuam obiecti, ſed huiuſmodi cognitio non poteſt haberi niſi à principio cognoſcente eiuſdem ſaltem æquiualenter perfectionis cum obiecto cognito; ergo comprehenſio importat illatiuè, & conſequenter cognitionem præcedentē, &c. ergo comprehenſio, ſeu viſio compreheoſiua Dei, &c. Minor probatur à principio cognoſcente minùs perfecto non poteſt haberi cognitio adæquans cognoſcibilitatem obiecti magis perfecti, ergo cognitio adæquans cognoſcibilitatem obiecti noo poteſt haberi, niſi à principio cognoſcente eiuſdem ſaltem æquiualenter perfectionis, Antecedens probatur: à nullo principio cognoſcente poteſt haberi cognitio perfectior comprehenſione ſeu cognitione adæquante propriam cognoſcibilitatem ex dictis *c. 3. §. 6.* ſed cognitio adæquans cognoſcibilitatem obiecti magis perfecti reſpectu cognoſcentis minùs perfecti eſt perfectior comprehenſiooe ipſius, & cum adæquet cognoſcibilitatem obiecti perfectioris, vtique excedit cognoſcibilitatem cognoſcentis inferioris, ergo. Confirmatur ex D. Thoma 3. *contra Gentes, cap. 55. quia cuiuſlibet actionis modus ſequitur efficaciam actiui principij: magis enim calefacit, cuius calor virtuoſior eſt, oportet, quod etiam modus cognitionis ſequatur efficaciam principij cognoſcendi.* Ex quibus verbis ſic eruitur argumentum pto noſtro aſſerto. Sicut ſe habet actio ad principium actiuum, ita cognitio ad principium cognoſcitiuum: ſed ex eo, quod actio ſit adæquata effectui, infertur quod ſit à principio actiuæ eiuſdem perfectionis cum effectu; ergo ex eo, quod cognitio ſit adæquata obiecto ſeu comprehenſiua infertur, quod ſit à principio cognoſcitiuo eiuſdem perfectionis cum obiecto.

Ita ſe habet cognitio ad principium cognoſcitiuum, ſicut actio ad actiuum.

17. Dices hinc probaretur neque Angelum ab homine, neque Angelum ſuperiorem ab Angelo inferiori poſſe comprehendi, cum nec homo ſit eiuſdem perfectionis cum Angelo, nec Angelus inferior cum Angelo ſuperiori. Sed contra particula illa, *ſaltem æquiualenter* in aſſerto poſita inſtantiam eludit. Enim verò licèt homo ſecundom ſe non ſit eiuſdem perfectionis cum Angelo, quem propterea ſecundùm ſe, & naturaliter nequit comprehendere, roboratos tamen ſuperiori auxilio æquiualer perfectioni Angeli, & poteſt elicere cognitionem æquè perfectam, ac Angelus, adeóque eſt æquiualenter eiuſdem perfectionis cum Angelo. Idem procedit de Angelo inferiori comparato ad ſuperiorem, & poteſt res tota explicari in cauſa phyſica ioferiori, quæ ex conſortio diuini auxilij poteſt æquiualere ſuperiori, & eundem effectum producere, quem ſuperior.

Principium cognoſcitiuum, vel actiuum inferius, diuinitùs poteſt æquiualere ſuperiori.

§. II.

An ſit de fide repugnare ſimpliciter comprehenſionem, ſeu viſionem comprehenſiuam Dei?

ASSERTVM: De fide ſt repugnare ſimpliciter, id eſt etiam ſecundum potentiam abſolutam comprehenſionem, ſeu viſionem comprehenſiuam Dei ſumptâ comprehenſione vt contradiſtinguitur à quacumque obiecti intentionali tentione, & in eo ſenſu, in quo io huius capitis limine præmiſſum eſt procedere præſentem controuerſiam, præſcindendo deinde ab eo, quod talis propria comprehenſio conſiſtat vel in cognitione perfectiſſimâ, vel in cognitione adæquatâ extenſiuè, vel in cognitione adæquatâ intenſiuè, vel in aliquo alio cognitionis modo. Ita Ioan. à S. Thoma 1. *parte, quæſt.* 12. *diſp.* 1. *art.* 8. *num.* 2. Salmant. *tract.* 2. *diſp.* 6. *dub. vnico* §. 3. Syluius 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 7. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 25. *cap.* 2. *num.* 5. Amicus *diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 31. *De Quiros, Faſolus, Riuo* aliique Theologi communiter contra *Anomæos*, qui inaniter iactitabant ſe Deum comprehendere. Item contra Vaſquex 1. *parte, diſp.* 52. *cap.* 2. Arriagam *diſp.* 13. *ſect.* 3. alioſque nonnullos volentes temerarium eſſe, non contra fidem aſſererè Deum eſſe comprehenſibilem de potentia abſoluta. 18.

De fide eſt Deum eſſe incomprehenſibilem etiam de potentiâ abſolutâ.

Probatur ex Scriptura Ierem. 32. *Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu* Iob. 11. *Forſitan veſtigia Dei comprehendens.* Rom. 11. *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.* Eccleſ. 43. *Ne laboretis. Non enim comprehenditis.* Confirmatur ex Concilio Lateranenſi *cap. firmiter, de ſumma Trinitate*, vbi dicitur: *Vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, incomprehenſibilis, &c. & capite damnamus. Nos ſacro approbante Concilio credimus, & confitemur, quod vna quadam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater, & filius, & Spiritus Sanctus.*

Dices allatas, & alias huiuſmodi quæ afferri poſſunt auctoritates procedere de incomprehenſibilitate Dei reſpectu intellectus creati in via, vel reſpectu eiuſdem conſiderati ſolùm ſecundùm proprias vires naturales, & ſecundum potentiam ordinariam, cum præſertim in allatis verbis Concilij eodem modo, quo Deus dicitur incomprehenſibilis dicatur ineffabilis, & tamen certum ſit, qood beati ſicuti clarè Deum vident, ita poſſint ipſum lingua mentis effari, & exprimere. Item in Scriptura eodem modo, quo relatis in locis Deus dicitur incomprehenſibilis, in aliis dicitur inuiſibilis ad Coloſſ. 1. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis* 1. ad Tim. 1. *Regi ſæculorum, immortali, inuiſibili, ſoli Deo*, & tamen huiuſmodi inuiſibilitas communiter explicatur vel 19.

comparatiuè

comparariuè ad oculum corporeum, vel comparatiuè ad intellectum ſecundùm ſolas naturales vires conſideratum: Cur igitur non poterit Scriptura intelligi io eodem ſenſu loqui de Dei incomprehenſibilitate. Sed contra Scriptura non eſt cum limitatione intelligenda, niſi cogat neceſſitas, vt verè cogit quoad inuiſibilitatem, cum aliuode de fide ſit iotellectum creatnm medio lumine gloriæ Deum videre iuxta ſuptadicta *cap.* 1. §. 1. non cogit verè quoad incomprehenſibilitatem, quia licet in aliquibus Scripturæ locis, nimirum ad *Epheſ.* 3. *ad Philip.* 3. 1. *ad Cor.* 9. habeatur Deom comprehendi, talis tamen comprehenſio ſumitur pro quacumque obiecti iutentionali aſſecutione, & benè cohæret cum abſoluta incomprehenſibilitate hic aſſertâ. Ineffabilitas inuiſibilitatem conſequitur, ideò eodem modo de ipſa, quo de inuiſibilitate loquendum. Confirmatur hoc totum ex diuerſo modo, qno Sancti Pattes de Dei incompreheoſibilitate, & inuiſibilitate loquuntur, tanquam de diuerſis attributis, quotum alterum dicatur comparatiuè ad vires naturæ, alterum comparatioè etiam ad vites gratiæ Gregorius X. *Moral. cap.* 10. ait: *Et ſi hunc in claritate ſua quandoque conſpicimus, non tamen eius eſſentiam plenè contuemur.* Tertullianus *in apologetico, cap.* 17. *Inuiſibilis eſt Deus licet videatur, incomprehenſibilis licet per gratiam repræſentetur.* Beda *in illud* 1. Io. 3. *videbimus eum ſicuti eſt. Promittitur vobis Deum videre, non comprehendere, nam Deum comprehendi concedi non poteſt.*

20. Ineffabilitas Dei conſequitur inuiſibilitatem, hæc diſtinguntur ab incomprehenſibilitate.

---

§. III.

Vnde oriatur repugnantia comprehenſionis, ſeu viſionis comprehenſiuæ Dei.

21. Repugnantia comprehenſionis Dei oritur ex Dei cognoſcibilitate intenſiua.

ASSERTVM: Repugnantia comprehenſionis, ſeu viſionis comprehenſiuæ Dei, oritur formaliter ea Dei cognoſcibilitate intenſiua ea eo ſcilicet, quod talis cognoſcibilitas nequeat adæquari ab vllâ cognitione creatâ, nec cognoſci, quantum cognoſci puſtulat ex natura ſua, etiamſi cognoſcantur omnia quæ ſunt in Deo formaliter, & eminenter. Ita Auctores citati *pro* 3. *aſſerto ſuperioris* §. 1. Diai formaliter, nam conſequenter ſicuti comprehenſio importat principium cognoſcitiuum eiuſdem perfectionis cum obiecto cognito; ita repognantia comprehenſionis Dei oritur conſequenter ea eo, quod dari nequeat principium cognoſcitiuum creatum eiuſdem, neque etiam æquiualenter perfectionis cum Deo.

Probatur primò ex *SS. Patribus* D. Gregorius *lib.* 10. *moral. cap.* 7. *in verba illa Iob. Forſitan veſtigia Dei comprehendes*, ait: *Excelſior itaque eſt cælo, quia ipſi quoque electi Spiritus viſionem tantæ celſitudinis perfectè non penetrant.* Ecce ly *penetrant*, in quod refunditur incomprehenſibilitas Dei, ſpectat ad perfectionem, ſeu cognoſcibilitatem, intenſiuam. D. Hilarius *lib.* 1. *de Trinitate loquens de Deo incomprehenſibili*, ait: *Totum mente complectere, nihil tenes, quia totum hoc habet reliquum.* Ecce ly *totum mente complectere* importat Deú cognoſcibilem totum extenſiuè: *Totum hoc habet reliquum*, in quod refundit *Hilarius* incomprehenſibilitatem Dei, importat Deum cognoſcibilem intenſiuè, qua ratione totus Deus ſemper relinquitur nouo modo cognoſcibilis. D. Thomas *quæſt.* 8. *de veritate, artic.* 2. *cuius titulus eſt: Virùm intellectus Angeli, vel hominis beati eſſentiam diuinam comprehendat, corpus articuli* ita concludit. *Impoſſibile eſt, quod aliquis intellectus creatus diuinam eſſentiam comprehendat, non quod partem aliquam eius ignoret, ſed quod ad perfectum modum cognitionis ipſius pertingere non poteſt.* Ecce recurrit *D. Thomas* pro ratione incomprehenſibilitatis non ad aliquid, qnod in Deo lateat, ſed ad modum cognitionis, qui nihil eſt aliud, quàm intenſiua ipſius perfectio correſpondens intenſiuæ cognoſcibilitati Dei. Quod ſi alibi *D. Thomas* aſſignat pro ratione incomprehenſibilitatis Dei repugnantiam cognitionis omnium poſſibilium, quæ correſpondet cognoſcibilitati Dei extenſiuè eſt, quia ſupponit cognitionem omnium poſſibilium debere eſſe ſimpliciter infinitam in æſſentia, & pertingere ad perfectum modum cognitionis ipſius Dei.

Probatur ſecundò: Comprehenſio conſiſtit formaliter in cognitione adæquatè cognoſcibilitatem tum extenſiuam, tum intenſiuam obiecti; ergo repugnantia comprehenſionis oritur formaliter vel ea eo, quod nequeat adæquari cognoſcibilitas extenſiua, vel ea eo, quod nequeat adæquari cognoſcibilitas intenſioa. Sed cognoſcibilitas intenſiua Dei verè adæquari non poteſt à cognitione creata: poteſt verò adæquari cognoſcibilitas extenſiua, cum poſſint videri *ex duobus ſuperioribus capitibus* omnia, quæ ſunt in Deo tum formaliter; tum eminenter; ergo repugnantia comprehenſionis Dei oritur formaliter ea Dei cognoſcibilitate intenſiua, ea eo ſcilicet, quod talis cognoſcibilitas nequeat adæqnari ab vlla cognitione creatâ; Minor ſubſumpta quoad primam partem, in qua ſita eſt tota difficultas, probatur primò: Cognoſcibilitas intenſiua Dei adæquatur, non excediturà cognitione increata ipſius; ergo adæquari non poteſt ab vlla cognitione creata. Antecedens patet, quia Deus non habet magis de cognoſcitiuo, qoàm de cognoſcibili; comprehendit ſo tantùm, non ſupercomprehendit; nec datur obiectum perfectius, cui poſſit diuina cognitio adæquari, ſi Deum ipſum excedit. Conſequentia probatur: Si cognoſcibilitas intenſiua Dei, quæ adæquatur præcisè, non exceditur, à cognitione increata, adæquaretur etiam à cognitione creata, cognitio creata eſſet æqnalis increatæ; vtraque enim eſſet æqualis eidem cognoſcibilitati; ſicuti autem

Cognoſcibilitas Dei intenſiua à diuina cognitione adæquatur, non exceditur.

quæ

Digitized by Google

quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe; ita quæ ſunt æqualia vni tertio, ſunt æqualia inter ſe, ſed per ſe patet cognitionem creatam non poſſe eſſe æqualem increatæ; ergo. Minor eadem ſubſumpta probatur ſecundò: Cognoſcibilitas intenſiua ex præanimaduerſis *in* 1. §. ſequitur rationem entis, & creſcente ratione entis creſcit arithmeticè ratio intenſiuæ cognoſcibilitatis; ergo ſicuti ratio entis in Deo eſt per eſſentiam ſimpliciter infinita, & à nullo ente, quamuis infinito, quod Deus non ſit, adæquabilis; ita eſt per eſſentiam ſimpliciter infinita ratio diuinæ cognoſcibilitatis, intenſiuæ, & à nulla cognitione etiam infinita, quæ diuina non ſit, adæquabilis. Minor eadem ſubſumpta probatur tertiò, patitate intenſiuæ amabilitatis Dei, quæ tanta eſt, vt nullo amore creato valeat adæquari, à nulla voluntate creata amari, quantum meretur; ergo ſimiliter intenſiua cognoſcibilitas Dei tanta eſt, vt nulla cognitione creata valeat adæquari, à nullo intellectu creato cognoſci, quantum exigit. Eadem paritas vrgeri poteſt in intenſiua Dei laudabilitate, æſtimabilitate, &c.

Amabilitas Dei nullo amore creato poteſt adæquari.

23\. Ex eo, quod probatum ſit, vnde formaliter oriatur diuina incomprehenſibilitas, maner à fortiori probata ipſa incomprehenſibilitas, quam ex conſequenti non ſolùm oſtendit lumen fidei iuxta *aſſertum §. ſuperioris*, verùm etiam lumen naturæ valde, validèque confirmat. Neque hic negotium vllum faceſſit ratio dubitandi, quæ à nonnullis affertur, deſumpta ab vnione Hypoſtaticâ, quatenùs ſicuti verbum vnitum eſt naturæ creatæ quoad totum eſſe perſonale; ita etiam videtur vniri poſſe quoad totum eſſe intelligibile, cum vnio perſonalis, vtpotè ſubſtantialis, ſit maior vnione intelligibili quæ accidentalis eſt. Verùm prærerquam quod dici poteſt verbū vnitū eſſe naturæ creatæ ſecundùm totum eſſe parſonale, ſed non ſecundùm totum eſſe perſonale ſumptum totaliter, & quoad totale exercitium terminatiuitatis, cum verè terminabilitas naturæ creatæ non adæquet ex ſe terminatiuitatem perſonalitatis diuinæ, & ſuperterminetur quodammodo à diuina perſona, ſicuti ſupercomprehenditur à diuino intellectu: Prærerquam quod inquam dici id optimè poteſt, dato, quod verbum vniatur ſecundùm totum eſſe perſonale, non ſequitur, quod debeat etiam, aut poſſit vniri ſecundùm totum eſſe intelligibile; non quod debeat, quia vnio perſonalis eſt in genere cauſæ formalis, quod autem communicatur formaliter communicatur totum. Vnio intelligibilis eſt in genere cauſæ efficientis: quod autem communicatur effectiuè poteſt communicari partialiter. Non quod poſſit, quia vnio ſecundùm totum eſſe perſonale, non requirit adæquationem creaturæ ad terminum vnibilem, ſicuti requirit vnio ſecundùm totum eſſe intelligibile. Quod vnio ſecundùm eſſe perſonale ſit in genere ſuo maior, quàm vnio ſecundùm eſſe intelligibile, nihil probat, quia ſolùm quando magis, & minus ſunt in eodem genere; ex eo, quod

Incomprehenſibilitas Dei probatur lumine fidei, confirmatur lumine naturæ.

Ex vnione diuinæ perſonę ad creaturam non infertur, quod poſſit comprehendi.

non repugnet maius, rectè infertur non repugnare minus.

24\. Ex dictis habetur primò non ſolùm totum Deum eſſe incomprehenſibilem, ſed etiam quodlibet ipſius attributum, & prædicatum tale eſſe, quia quidquid diuinum eſt, ſicuti habet perfectionem inadæquabilem ab vlla perfectione creata; ita habet cognoſcibilitatem intenſiuam inadæquabilem ab vlla cognitione creata, etiam infinitâ, ſi daretur. Nam ſicuti infinitas entis creati non adæquat infinitatem entis increati; ita nec infinitas cognitionis creatæ adæquat infinitatem cognoſcibilitatis increatæ, & vnum infinitum ab alio non excedi verificatur ſolùm de infinitis eiuſdem rationis, ſeu eiuſdem generis. Cæterùm ſatis eſt per ſe notum infinitas gēmas eſſe quid perfectius infinito luto, infinitum Angelorum eſſe quid perfectius infinito lapidum, adeòque à fortiori quodlibet infinitum increatum eſſe perfectius quolibet infinito creato; vt euincitur maximè ex eo, quod in infinito increato non ſolùm ipſum totum, ſed etiam quælibet ipſius portio, quilibet gradus quodlibet prædicatum, quælibet formalitas, quælibet virtualitas habet infinitatem; quod nec conuenit, nec conuenire poteſt alicui infinito creato.

Deus eſt incomprehenſibilis etiam ſecundùm quodlibet attributum ſeorſim, & ſecundùm ſe.

Creatura neque inſtrumentaliter poteſt eleuari ad Dei cōprehenſionē.

25\. Habetur ſecundò: Neque etiam inſtrumentaliter eleuari poſſe creaturam aliquam ad Dei comprehenſionem. Non ſolùm, quia in noſtris principiis actui vitali, qualis eſt intellectiua comprehenſio, repugnat inſtrumentaliter produci: verùm præcipuè, & ſpecialiter, quia comprehenſio creata Dei eſt ſimpliciter repugnans, creatura autem etiam inſtrumentaliter eleuari ſolùm poteſt ad aliquod creatum, & non repugnans.

Co[...] creata [...] infinita [...] eſt comp[...]henſiua De[...].

CAPVT VIII.

De repugnantia viſionis corporeæ Dei.

1\. Viſionem corpoream, vtpotè longè inferioris conditionis ad viſionem ſpiritualem, poſthabentes in poſtremum huius libri locum reſeruauimus, acturi ſub nomine viſionis de qualibet ſenſitiua cognitione. Licet enim viſionis nomen, quia commune actui elicito ab oculo corporis, & actui elicito ab oculo mentis, occaſio ſit opinandi Deum, ſicuti viſibilis eſt oculo mentis, ita viſibilem eſſe oculo corporis, & hinc nonnulli deluſi, neſcio quid maioris perſpicacitatis, maioriſque cum intellectu affinitatis agnoſcant in oculo, quàm in quolibet alio ſenſu, reuerà tamen non eſt maior proportio ad Deum attingendum in viſione corporeâ, quàm in qualibet aliâ ſenſatione, ſeu ſenſitiuâ cognitione, ſaltem prouenientæ à potentiis materialibus de facto exiſtentibus, à quibus deinde extendetur controuerſia ad quamlibet poten-

Ff tiam

tiam materialem per quamcumque potentiam prodneibilem. Verum antequam, quid de potentia abſoluta poſſit contingere examinemus quid de poten tia ordinaria contingat, præmittendum eſt:potentia enim ordinaria viam ſternit ad digooſcendam abſolutam, & id, quod de facto eſt, ſe habet vt veſtigium quoddam eius,quod eſſe poteſt. Ideo ſit

§. I.

Vtrùm ſit de fide Deum de facto non videri oculo corporeo, ſeu repugnare de potentia ordinaria viſionem corpoream Dei?

2. De fide eſt de facto Deũ non videri oculo corporeo.

ASSERTVM: De fide eſt Deum de facto non videri oculo corporeo, ſeu repugnare de potentia ordinaria viſionem corpoream Dei. Ita *Scholaſtici*, & *Sancti Patres* communiter excepto Auguſtino, qui *Epiſt.* 111. & *lib.* 22. *de ciuitate, cap.* 29. videtur fuiſſe anceps vtrùm oculi beatorum, redditi quodammodo ſpirituales, puri ſcilicet & incorruptibiles Deum de facto videant, quia tamen *allatis in locis* Auguſtinus loquitur ex ingenij diſeurrentis acumine; potius quàm ex iudicis definientis dictamine, & alibi, ſpecialiter verò *in lib. de videndo Deo, cap.* 17. 19. 20. 21. 22. 23. abſolutè tradit ſententiam negantem Deum videri corporeis oculis, aſſertum poſitum non eſt contra *Auguſtinum*, ſed ſolùm contra damnati nominis viros, Ethnicos, vel hæreticos; illos exprobat D. Athanaſius *oratione contra Idola* verbis illis: *Irrationali vecordia vti rem viſibilem Deum eſſe finxerunt.* Cum Ethnicis fingentibus Deum viſibilem, & corporeum ſenſerunt Sadducæi, qui *act.* 23. Spiritum omnem negabant: in eundem errorem lapſi ſunt hæretici *Antropomorphita*, & quoad perſonam Verbi diuini nonnulli *Ariani*, inter quot *Maximinus*: Minùs errauerunt qui fatentes Deum ſpiritualem, exiſtimarunt ipſum poſt reſurrectionem videndum ab oculo corporis glorificati, in quo errore fuere Epiſcopus quidam Anonymus apud Auguſtinum *Epiſt.* 111. Celſus, & Vorſtius Caluiniſta apud Gabrielem à S. Vinc. 1. *part. diſp.* 12. *dub.* 11. *num.* 138.

Augustini mens circa viſionem corpoream Dei.

Probatur ex Scriptura *Exod.* 33. *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet,* Io. 1. & 1. Io. 4. *Deum nemo vidit vnquam:* 1. ad *Cor.* 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Dominus iis, qui diligunt illum.* 1. ad Tim. 6. *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt.* Quæ, & ſimilia Scripturæ loca, licet intelligi etiam poſſint vel de viſione Dei comprehenſiua, vel de viſiooe producta viribus naturæ, vel de viſione habitâ in hac vitâ mortali procedunt tamen potiſſimum de viſione corporea, vt colligitur *ex SS. Patribus*, quorum communis auctoritas plurimi habenda eſt in Sacræ Scripturæ explicatione. Nec eſt, quod aduerſarij opponant talem explicationem non eſſe conſonam aliis Scripturæ locis, quibus clarè exprimitur Deum corporeis oculis videri Iob. 19. *In carne mea videbo Deum meum, quem viſurus ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt* 42. *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Iſa. 6. *Regem Dominum exercituum vidi oculis meis*, Luc. 3. *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* Enimuerò eodem SS. Patrum præſidio ſentiendum eſt hos textus intelligendos eſſe, vel de viſione Dei in aliqua imagine, & ſimulacro materiali, vel de viſione Dei hominis, & Saluatoris in humanitate aſſumptâ, vel de viſione mentali, & intellectuali, quæ poſt reſurrectionem corporum habebitur etiam in carne, non tamen oculis carnis, & corporis; ſed intellectus, & mentis. Confirmatur aſſertum ex Trident. quod *ſeſſ.* 25. *in decreto de Sacris imaginibus*, ita habet: *Doceatur populus non proptèrea diuinitatem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus, aut figuris exprimi poſſit.* Confirmatur inſuper ſpecialiter contra fingentes Deum corporeum *ex ſupradictis, lib.* 1. *capite* 6. §. 1. vbi talis error improbatur, & explicatur, quam irrationabiliter Dei corporei Auctores errandi cauſam acceperint ex Sacris Paginis ſæpius tribuentibus Deo 3.
membra corporea.

Aſſerta veritas non ſolùm lumine fidei firmatur, ſed etiam confirmatur lumine naturæ, & quidem excluſâ à Deo ratione corporis, ipſum de facto oculo corporeo non videri probant à fortiori rationes infrà afferendæ pro repugnantia viſionis corporeæ attingentis obiectum ſpirituale. Quando verò Deus admitteretur corporeus, adhuc ipſum de facto, & de potentiâ ordinariâ ab oculo corporeo non videri probatur ex eius immenſitate, argumento D. Fulgentij *in reſponſione ad quæſtionem tertiam*, vbi ita habet: *Hoc habent quippè oculi corporis, vt non ſolùm corpora videant, ſed nec videre poſſint, niſi inter ipſos, & ea, quæ vident ſpatij cuiuſquam media internalla fuerint. Inde eſt, quod cum alia plurima videant, ſe ipſos videre non poſſunt, nec vident in ſe, cum videant extra ſe. Quiſquis ergo putat Deum poſſe oculis corporalibus cerni prius eſt, vt eum dicat ab ipſis oculis corporali ſpatio ſeparari.*

Deus etiamſi eſſet corporeus non videretur de facto viſione corporea.

§. II.

Vtrùm repugnet etiam de potentia abſoluta viſio corporea Dei?

ASSERTVM: Viſio corporea Dei repugnat etiam de potentia abſoluta: 4.
ita D. Thomas *in* 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 2. *art.* 2. 1. *parte, quæſt.* 12. *art.* 3. ſuum Doctorem ſequuntur Thomiſtæ, qui tamen, ſobrie controuerſiam hanc pertractant; eandem Scotus ex

Viſio corporea Dei repugnat etiã de potentia abſoluta.

Digitized by Google

ex profeſſo non agitat, deducitur tamen ipſius mens aſſerto poſito conformis ex iis, quæ docet *in 3. diſt. 10. quæſt. 9.* ſimpliciter verò, & ex profeſſo traduot noſtrum aſſertum Laurea *in 4. tom. 4. diſp. 17. art. vlt.* Suarez *lib. 2. de attributis, cap. 6.* Vaſquez 1. *parte, diſp. 40. cap. 2.* Lugus *lib. 1. diſp. 21. cap. 1.* Amicus *diſp. 9. ſect. 5.* De quiros *diſp. 21. ſect. 1.* Valentia *diſp. 1. quæſt. 12. punct. 8.* Arriaga *diſp. 6. ſect. 1. num. 2.* aliique Theologi communiſſimè loquendo de viſione corporea prouenięnte à potentia corporea de facto exiſtente, nam quoad potentiam aliquam corpoream diuinitus producibilem non eodem modo ſentiunt omnes præcitati auctores, vt patebit ex *ſequenti* §. Porrò circa viſionem corpoream prouenientem à potentia corporea de facto exiſtente, ſententiam noſtro aſſerto contrariam ob communem auctoritatem in oppoſitum vix eſſe immunem à nota temeritatis ſentiunt Lugus *loco citato, num.* 12. De Quiros *num.* 3. Vaſquez *num.* 2. ait debere talem ſententiam iudicari errorem manifeſtum. Sed *Vaſquij* cenſura nimia eſt, & inſufficiens ratio; quam pro ipſa adducit dicens ex vi ſolum rationis naturalis planè ſequi Deum eſſe corporatum, ſi poſſit videri oculo corporeo. Licèt enim re verâ exiſtimem non poſſe oculo corporeo videri, niſi quod eſt corporeum, non exiſtimo tamen id adeo manifeſte conſtare, vt ſit manifeſtus error id negare, & aſſerere poſſe oculo corporeo videri etiam aliquid ſpirituale. Cæterùm quidquid ſit de cenſura ſententiæ oppoſitæ, poſitum aſſertum

5. Lucidum, & coloratũ ſunt affectiones entis materialis.

Probatur primò: Repugnat etiam de potentia abſoluta viſio corporea obiecti neque lucidi neque colorati: ergo repugnat etiam de potentia abſoluta viſio corporea Dei. Conſequentia patet, quia lucidum, & coloratum (loquor de luce, qua colores illuminantur, & redduntur proximè viſibiles) ſunt affectiones materiales, nec conueniunt, niſi enti materiali, & corporeo, Deus autem omnino ſpiritualis, & incorporeus eſt. Antecedens probatur: Repugnat etiam de potentiâ abſolutâ viſio corporea, quæ non ſit ſub determinatâ aliquâ ratione formali: huiuſmodi ratio formalis eſt ratio lucidi, & colorati; ergo repugnat etiam de potentiâ abſolutâ viſio corporea obiecti neque lucidi, neque colorati. Minor patet, tum quia non apparet quænam ratio magis propria reſpectu viſionis corporeæ aſſignari poſſit, quam ratio lucidi, & colorati, tum quia ita ſe habet ratio lucidi, & colorati ad viſionem corpoream, ſicuti ratio veri ad intellectionem, ratio boni ad volitionem, ratio ſonori ad auditionem, &c. Maior probatur: Viſio corporea eſt actus vitalis: actus autem vitales ſicuti eſſentialiter exigunt determinatum principium; ita etiam exigunt determinatam rationem, ſub qua tale principium operetur. Si enim poſſent cauſari ſub quacumque operandi ratione; non eſt, cur non poſſent etiam cauſari à quocumque princi-

Viſio corporea non poteſt eſſe niſi obiecti lucidi.

pio. Porrò illa determinata ratio operandi in principio reſpicit eſſentialiter determinatam rationem in obiecto; vt attingentia potentiæ, & attingibilitas obiecti ſibi correſpondeant; ergo viſio corporea eſſentialiter eſt ſub aliqua determinata ratione formali, & repugnat etiam de potentiâ abſolutâ, quod ſub tali ratione formali non ſit, & ſit viſio corporea. In hac doctrina fundamentum habet, quod communiter dici ſolet potentiam vitalem non poſſe egredi rationem formalem proprij obiecti, vel obiectum intrinſecè ſpecificare potentiam, & hanc ferri non poſſe niſi circa ſuum ſpecificatiuum intrinſecum, ratio ſcilicet formalis obiecti eſt illa, quæ ſpecialiter correſpondet determinatæ rationi operandi potentiæ, & obiectum dicitur intrinſecum potentiæ ſpecificatiuum, non quia ſit forma potentiæ inexiſtens, & ipſam conſtituens, ſed quia terminat habitudinem potentiæ intrinſecam, & per propriam attingibilitatem determinat modum attingendi ipſius, adeo vt ſicut talis potentia nequit operari niſi tali modo attingendi puta oculus, niſi videndo; ita nequeat operari, niſi circa obiectum taliter attingibile; puta oculus, niſi circa obiectum viſibile, ſicuti deinde videre eſt determinata ratio diſtincta à volitione ab intellectione, ab auditione, &c. ita viſibile debet eſſe determinata ratio diſtincta à volibili, intelligibili, audibili conſiſtens in lucido, & colorato, ſicuti volibile in bono, intelligibile in vero, audibile in ſonoro, &c.

6. Quid ſit potentiam non poſſe egredi rationẽ formalem ſui obiecti, & hoc eſſe intrinſecum ſpecificatiuum potentiæ.

Probatur ſecundò aſſertum, & corroboratur prima probatio mox poſita: Repugnat etiam de potentiâ abſolutâ viſio corporea ſoni, aut odoris, aut ſaporis, ergo repugnat etiam de potentia abſoluta viſio corporea Dei. Conſequentia patet, quia magis diſtat à connaturali obiecto viſionis corporeę Deus, qui cum tali obiecto neque etiam conuenit in ratione generica materialitatis, quàm ſonus, odor, ſapor, quibus cum obiecto connaturali viſionis corporeæ, luce ſcilicet, & colore, ſaltem ratio generica materialitatis communis eſt. Antecedens probatur, tum quia repugnat etiam de potentia abſoluta viſio corporea, quæ ſit auditio, aut olfactio, aut guſtus: ſed viſio corporea ſoni eſſet auditio, viſio corporea odoris eſſet olfactio, &c. cum auditio nihil ſit aliud, quàm ſenſatio perceptiua ſoni, & attingens obiectum ſub ratione ſoni; ergo. Tum quia ſi poteſt dari viſio corporea ſoni, ſaporis, &c. quilibet ſenſus poterit in quodlibet obiectum vagari, & in cuiuſlibet alterius ſenſitiuæ potentiæ meſſem propriæ ſenſationis falcem immittere, nec vllum ſupererit ſufficiens fundamentum diuerſificandi aut ſenſationes, aut potentias ſenſitiuas.

7. Repugnat viſio corporea ſoni, odoris, aut ſaporis.

8. Dices viſionem ſoni non fore auditionem, quia vt ſenſatio aliqua ſit auditio, neceſſe eſt, quod eliciatur à potentia auditiua, nec ſufficit quod percipiat ſonum, & hinc ſatis diuerſificari tum ſenſationes, tum potentias ſenſitiuas, quatenus

licet habeant quodammodo vaga, & communia obiecta, habent tamen modom tendendi, & actus diuerſos, & non communes: Potentiæ verbi gratia tum viſiua, tum auditiua tendit & in colotem, & in ſonum; ſed illa videndo vtrumqoe, iſta vtrumque audieodo; & ſicuti intellectus, & voluntas ſunt diſtinctæ potentiæ, quamvis vtraque tendat in quamlibet rationem entis, adeóque vna in obiectum alterius potentia intellectiua in verum; potentia volitiua in bonum; quia intellectus tendit in bonum cognoſcendo, voluntas in verum amando; ita viſus, & auditus erunt diſtinctæ potentiæ, quamvis vtraque tendat tum in colorem, tum in ſonum, vna in obiectum alterius, quia viſus tendit in ſonum videndo, auditus in colorem audiendo. Alio etiam ex capite dato, quod viſione corporeâ ſit attingibilis ſonus, aſſignari poteſt diuerſitas inter potentiam viſiuam, & auditiuam, aliáſque proportionaliter potentias vitales ſenſitiuas; ſcilicet ex eo, quod viſus reſpiciat colorem vt obiectum connaturale, ſonum vt obiectum obedientiale; & è contra, auditus ſonum vt obiectum connaturale, colorem vt obiectum obedientiale; ſicque non confunduntur potentiæ vitales, ſed ſufficienter diuerſificantur per hoc, quod ſingulæ, habeant habitudinem naturalem ad diuerſas rationes formales, etiamſi deinde quælibet habeat habitudinem obedientialem ad rationem formalem alterius. Nec videtur poſſe negari huiuſmodi obedientialis habitudo ad rationes formales extraneas, alioqui reſpectu potentiarum vitalium ſphæra obedientialis non

9. eſſet amplior ſphæra naturali. Sed contra: Implicat in terminis auditionem debere neceſſariò elici à potentia auditiua, & tamen ferri poſſe in obiectum, rationemve formalem potentiæ viſiuæ: viſionem debere elici à potentiâ viſiua, & ferri poſſe in rationem formalem potentiæ auditiuæ. Conceſſo igitur hoc ſecundo non eſt negabile primom: & dicere, quod potentia viſiua nequeat elicere auditionem, poſſit tamen videre obiectum audibile, eſt dicere potentiam viſiuam eſſe, & non eſſe auditiuam; habere ſcilicet, & non habere, illam determinatam rationem, ſub qua operatur potentia aoditiua: habere quia eo ipſo, quod attingit obiectum audibile habet illam rationem, cui correſpondet audibilitas: non habere, quia non poteſt producere auditionem. Adductum igitur effugium non vitat difficultatem, & quilibet leuiter vtcumque aſſecutus notitiam terminorum, non minus ægrè percipiet, quod ſonus videatur, quàm quod oculus audiat; quod ſonus ſit obiectum viſibile, quàm qood auditio ſit viſio. Paritas quæ affertur de intellectu, & voluntate, ad ſummum pocederet; ſi aut intellectus tenderet in bonum ſub ratione boni, aut ratio boni & ratio veri non eſſent inuicē idemtificatæ, adeóque in bono nō cōtineretur ratio formalis intellectiuæ potentiæ, ſicuti non ſunt inuicem idemtificatæ, nec poſſunt identificari ratio ſoni, & coloris v. g. adeòquē in ſono

Sonum videri eſt æquè difficile, ac auditionem eſſe viſionē.

Cur intellectus cognoſcat bonum, oculus non videat, nec videre poſſit ſonum?

continetur ratio formalis potentiæ viſiuæ. Deindè ſi paritas aliquid probat, nimium probat; probat ſcilicet, quòd oculus naturaliter videat ſonum; ſicuti intellectus naturaliter cognoſcit bonum. Aliud, quod 10.
aſſignatur, caput diuerſitatis deficit in eo, quod admittit eandem ſphæram obedientialem in potentiis vitalibus, quam in non vitalibus; ſemel enim admiſſo potentiam vitalem poſſe obedientialiter egredi ſuam rationem formalem, adeóque operari vitaliter circa obiectum, ad quod nullam habeat ſpecialem virtutem intrinſecam, nulla eſt aſſignabilis ratio cur potentia vitalis non ſit eleuabilis ad illud omne, ad quod eſt eleuabilis potentia non vitalis, & è contra; cum in tantum aſſignetur eleuabilitas magis reſtricta in potentia vitali, quam in non vitali, & dicatur ad effectos vitales eleuari non poſſe potentiam non vitalem, in quantom potentia vitalis debet eſſentialiter operari ſecundùm determinatam virtutem intrinſecam in ordine ad determinatos effectus adeò affixos tali virtuti intrinſecę, vt à nullo principio tali virtute intrinſecâ deſtituto neque etiam obedientialiter produci poſſit. Nega- 11.
mus igitur abſolutè in potentiis vitalibus obedientialem habitudinem ad rationes formales extraneas; adhuc tamen talium potentiarum ſphæra obedientialis eſt amplior naturali, quatenùs potentia quælibet intra propriam rationem formalem poteſt aliqoid obedientialiter, quod non poteſt naturaliter; poteſt ſcilicet videre obiecta excedentia vel in modo ſupernaturalitatis; vel in intenſione, vel in diſtantia. Sic potentia viſiua corporea poteſt obedientialiter videre lucem ſupernaturalem glorioſorum corporum, quam ſuppono eſſe qualitatem materialem & corpoream: oculus quilibet poteſt obedientialiter videre colorem quemlibet in qualibet diſtantia, vel lucem quamlibet intenſiſſimam; putà oculus noctuæ lucem meridianam ſolis etiam millies, & infinities auctam.

Potentiæ vitales non habent obedientialem habitudinem ad rationes formales extraneas, adhuc tamen habēt ſphæram obedientialem ampliorem naturali.

12. Probatur tertiò: Viſio Dei eſt eſſentialiter in diuerſo genere vitæ ab eo, in quo eſt viſio corporea; ergo repugnat etiam de potentia abſoluta quod viſio corporea ſit viſio Dei. Conſequentia patet; quia ſi viſio Dei eſt eſſentialiter in diuerſo genere ab eo, in quo eſt viſio corporea, non poteſt viſio corporea fieri viſio Dei, niſi euadat diuerſi generis ab eo, in quo eſt, adeóque niſi deſinat eſſe viſio corporea, & fiat viſio eſſentialiter diuerſa; cum enim genus ſit prædicatom eſſentiale, vtique mutare genus eſt mutare eſſentiam, & euadere diuerſi generis eſt diuerſificari eſſentialiter. Antecedens probatur viſio Dei eſt eſſentialiter in genere vitæ intellectiuæ: Primò quia Deus non poteſt cognoſci, niſi ſub ratione veri, proprium autem eſt vitæ intellectiuæ attingere obiectum ſub ratione veri: Secundò viſio Dei eſt eſſentialiter in eo genera vitæ, in quo reperitur aliqua virtus innata, & intrinſeca ad Deū aliqualiter cognoſcendū; ſed huiuſmodi virtus reperitur in ſolo genere vitæ intellectiuæ; ſolus enim intellectus poteſt ex ſe ab intrinſeco elicere cognitionem

Viſio Dei eſt eſſentialiter in diuerſo genere à viſione corporea.

tionẽ aliquam imperfectam circa Deum;ergo viſio Dei eſt eſſentialiter in ſolo genere vitæ intellectiuæ; Maior probatur, viſio Dei eſt vita in actu ſecundo, vita autem non poteſt exerceri, niſi dependenter ab aliqua virtute innata, & intrinſeca, cum repugnet viuere omnino ab extrinſeco, vt probatum eſt *ſuprà cap.3.§.4.in 3. probatione ſecundi aſſerti:* ergo viſio Dei eſt eſſentialiter in eo genere vitæ, in quo reperitur aliqua virtus innata, & intrinſeca ad Deum aliqualiter cognoſcendum.

13. Repugnat Deum cognoſci abſque ſenſatione proueniente à potentiis de facto exiſtẽtibus.

Argumenta hucvſque allata ad probandum repugnare quod Deus attingatur viſione corporeâ ſeu ſenſitiuâ euincunt proportionaliter repugnare, quod Deus attingatur aliquâ aliâ ſenſitiua cognitione, ſaltem proueniente à potentiis materialibus de facto exiſtentibus, habent ſcilicet huiuſmodi potentiæ non minus, quam potentia viſiua corporea, ſuas determinatas rationes formales intra genus entis materialis intra quod Deus non continetur; item viuunt in diuerſo genere vitæ ab eo, in quo eſt viſio Dei. Accedit, quod licet in re ſit eadem omnium ratio, ex ipſa terminorum apprehenſione humana mens magis refugit opinari, quod Deus poſſit auribus audiri, naribus olfieri, lingua guſtari, manibus palpari; quàm quod poſſit oculis videri. Quæ omnia à fortiori magis conſtabunt ex *ſequenti* §. in quo probabitur nullatenus eſſe dabilem potentiam corpoream, etiam diuerſam ab iis quæ de facto dantur, quæ ſit eleuabilis ad cognoſcendum aliquod obiectum ſpirituale, & multo magis ad videndum Deum, Imò nec aut ad producendam præciſè, aut ad præciſè recipiendam Dei viſionem, ideo ſit

---

§. III.

Vtrùm dari poſſit potentia corporea diuerſa ab iis, quæ de facto dantur eleuabilis ad Deum videndum, vel ſaltem ad Dei viſionem, aut producendam, aut recipiendam?

14. Non eſt poſſibilis potẽtia corporea viſiua obiecti ſpiritualis, aut Dei.

ASSERTVM I. Nullatenus dari poteſt potentiâ corporea, quantumvis diuerſa ab iis, quæ de facto dantur, eleuabilis ad videndum aliquid ſpirituale, & multo minus ad videndum Deum. Eſt contra Valentiam 1. *parte, quæſt.* 12. *punct.* 8. §. *ſed quæres* Arriagam *diſp.* 6. *ſect.* 1. *num.* 3. De Quiros *diſp.* 21. *ſect.* 5. nullus tamen ex his, aliiſve, quos viderim pleno aſſenſu nobis aduerſantur, nam *Valentia* loquitur excitando potius, quam definendo controuerſiam: *Arriaga* abſolutè quidem ſuſtinet poſſibilem potentiam corpoream eleuabilem ad videndum aliquid ſpirituale, & de Deo loquitur dubitanter, & *num.*6. vult maiam eſſe hanc conſequentiam: Eſt creabilis potentia materialis, quæ cognoſcat obiectum aliquod ſpirituale; ergo, quæ cognoſcat Deum. *De Quiros* pluribus argumentis pro tali ſententia formatis *num.* 47. expreſsè fatetur adhuc ſe ipſi plenum aſſenſum non ferre, quia communiter Theologos in eam propenſos non videt. Quæ communis in oppoſitum Theologorum propenſio reddit illaudabilem licentiam nonnullorum ſimpliciter docentium aut dari, aut dari poſſe potentiam corpoream eleuabilem ad Deum videndum, hos eo, quod ſternant viam ad ſuſtinendum poſſe etiam bruta eleuari ad Dei viſionem, imo amicitiam; periculosè philoſophari ait Amicus 1. *parte, diſp.*9. *ſect.* 5. *num.* 133. & contra ipſos refert concordem cenſuram Theologorum Romanorum, qui poſt examinata de mandato Mutij Vitelleſchi talis liberioris doctrinæ principia, his verbis ſenſum ſuum expreſſerunt: *Hæ propoſitiones deprimentes eleuationem gratiæ diuinæ, & gloriæ beatificæ ad bruta animantia exponunt Chriſtianam ſpem ſummi boni, æternæque beatitudinis ludibrio Atheis præſertim hominibus, & cum per ſe abſonum ſit amicitiam, & adoptionem, qua filij Dei nominamur, & ſummum Paradiſumque, quo beati perfruuntur, poſſe eſſe Boum, & Aſinorum, ſi Deus illos eleuet, ſicut eleuat beatos, cenſemus propoſitiones illas cum ſtomacho reiiciendas.*

Cenſura Romana contra eleuabilitatem potẽtiæ corporeæ ad Dei viſionem.

15. Abſurda, quæ ſequuntur ex eadem eleuabilitate.

Probatur aſſertum primò admiſſâ poſſibilitate potentiæ corporeæ eleuabilis ad viſionem obiecti ſpiritualis, & Dei, difficilè explicatur non eſſe ad eandem viſionem eleuabilem potentiam corpoream de facto exiſtentem, ſternitur via ad ſuſtinendam eandem eleuabilitatem in brutis, deprimitur dignitas obiecti increati, & contra illud 1. Cor.15. *Caro, & ſanguis Regnum Dei poſſidere non poſſunt*, potentiæ ſpectanti ad carnem, & ſanguinem conceditur poſſe videre obiectum beatificum, quod eſt regnum Dei poſſidere. Quæ & ſimilia licet non demonſtrentur abſurda, aut non euidenter inferantur ex ſententia oppoſita, ſunt tamen motiuum valde rationabile acuendi ingenia ad confirmandas potius, quàm ad infirmandas rationes ſuadentes repugnantiam potentiæ corporeæ eleuabilis ad Dei viſionem; iiſdemque rationibus aquieſcendi etiam ſi demonſtratiuæ non ſint, cum præſertim ex *ſupra dictis, cap.* 3. §.6. non ſit facile recenſendum inter poſſibilia quidquid impoſſibile non demonſtratur; imò in pari cauſa ſtet præſumptio pro impoſſibilitate potius, quàm pro poſſibilitate, adeóque à fortiori ſtet pro impoſſibilitate in præſenti, vbi par cauſa non eſt, ſed valde in pari exceſſu rationum, & multo magis auctoritatem impoſſibilitas, quàm poſſibilitas ſuadeatur vt quoad rationes patebit ex ſequentibus, quo ad auctoritates fatentur etiam aduerſarij, licèt ipſorum nonnulli, vt propriæ ſententiæ aliquam ex auctoritate probabilitatem concilient, pro ipſa citent omnes illos

Aliqui Sancti Patres citantur pro ſupradicto eleuabilitate.

Sanctos Patres, qui exiſtimarũt Angelos eſſe corporeos, nec propterea Angelis negatunt vim cognoſcitiuam rerum ſpiritualium. Verùm vel Sancti Patres locuti ſunt de corporeitate impropriâ, vel ſi de corporeitate propriâ intelligantur, reiecta eſt ab Eccleſia talis opinio, & per conſequens infirmata auctoritas tali opinioni innixa. Meliùs aduerſarij probarent Angelos eſſe ſpirituales, quia cognoſcunt ſpiritualia; quàm ſpiritualia poſſe cognoſci à potentia corporea, quia Angeli ſint corporei.

16. Probatur ſecundò: Potentia corporea quamvis diuerſa ab iis, quæ de facto dantur, & tendens in obiectum ſub ratione aliqua vniuerſaliori, quàm ſit ratio colorati, ſonori, aliavè propria alicuius potentiæ de facto exiſtentis, non poteſt tamen tendere in obiectum, niſi ſub ratione entis materialis materialiter attingibilis, ſed ens ſpirituale, multoque magis Deus nõ habet rationẽ entis materialis materialiter attingibilis: ergo potentia corporea quãvis diuerſa, &c. nõ poteſt tendere in Deum: ergo nullatenus dari poteſt potentia corporea quamvis diuerſa, &c. Minor patet, quia materialitas, & ſpiritualitas ſunt differentiæ eſſentialiter diuerſæ, adeoque ſpirituale non poteſt habere rationem materialis. Maior probatur primò: quia ita ſe habet potentia materialis ad ens materiale, ſicut viſiua ad viſibile, auditiua ad audibile; ſicuti enim potentia viſiua non poteſt elicere, niſi actum viſionis, cui correſpondet viſibile, auditiua auditionis, cui correſpondet audibile; ita materialis non poteſt elicere, niſi actum materialem, cui correſpondeat materiale. Secundò: potentia tendens in obiectum ſub ratione vniuerſaliori, quàm ſit ratio entis materialis haberet obiectum potentiæ intellectiuæ, ens ſcilicet præſcindens à materiali, & ſpirituali, & operaretur ſub eadem ratione formali, ſub qua operatur potentia intellectiua, & quia potentia vitalis eſt eleuabilis ad quemlibet actum exiſtentem intra propriam rationem formalem, talis potentia materialis eſſet eleuabilis ad eliciendos actus potentiæ intellectiuæ, adeoque non eſſet intellectus, & poſſet intelligere; non eſſet ſpiritualis, & poſſet Deum ſpiritualiter videre, è contra potentia intellectiua eſſet eleuabilis ad eliciendos actus illius potentiæ materialis, ſicque intellectus poſſet videre Deum viſione materialis & homo materiali viſione beari.

Non eſt poſſibilis potentia materialis, quæ non tendat in obiectum ſub ratione entis materialis.

17. Dices potentiam tendentem in obiectum ſub ratione vniuerſaliori, quàm ſit ratio entis materialis poſſe eſſe addictam aliquibus determinatis obiectis ſpiritualibus, ſicque non habere pro obiecto ens in eâ totâ latitudine, in qua habet pro obiecto ens potentia intellectiua. Sed contra: Non eſt aſſignabilis ratio communis enti materiali, & ſpirituali, quæ non ſe extendat ad omnia ſpiritualia, debet enim huiuſmodi ratio eſſe ratio cognoſcibilis vel veri, vel alia ſimilis: ſicuti igitur quia ratio veri, quam reſpicit intellectus, eſt communis cuilibet enti, intellectus eſſentialiter reſpicit quodlibet ens; nec eſt dabilis alligatus alicui determinato enti; ita quia ratio communis enti materiali, & ſpirituali, quam reſpiceret illa potentia corporea, vagaretur per omne ens, etiam talis potentia eſſentialiter reſpiceret omne ens, nec poſſet eſſe addicta aliquibus determinatis obiectis ſpiritualibus. Confirmatur hoc ſpecialiter in propoſito: Potentia potens attingere Deum debet eſſe potentia potens attingere omne ens, ſed per aduerſarios potentia corporea, de qua loquimur poſſet attingere Deum: ergo deberet poſſe attingere omne ens, nec poſſet eſſe alligata alicui enti determinato. Maior probatur: Potentia potens attingere continens debet poſſe attingere omne contentum: ſed in Deo continetur omne ens; ergo potentia potens attingere Deum, &c. Neque dicas hoc ad ſummum verificari, ſi continens attingatur ſub ratione communi omnibus contentis, aut ſub ratione formali continentis: 18. Contra enim eo ipſo, quod Deus attingitur ſub ratione communi enti materiali, & ſpirituali, attingitur ſub ratione communi omnibus contentis, cum quidquid continetur in Deo ſit ens aut materiale, aut ſpirituale. Quod additur de ratione formali continentis nihil refert, quia continens ſolùm debet attingi ſub tali ratione, quando debent attingi actu omnia contenta, cæterùm ſicuti, qui producit cauſam etiam materialiter, & ſpecificatiuè ſumptam, quamvis non ſit neceſſe, quod producat actu effectus talis cauſæ, eſt tamen neceſſe, quod contineat virtutem omnium effectuum productiuam, ita qui cognoſcit continens etiam ſolùm materialiter, ſpecificatiuè, & non ſub ratione formali continentis (loquendo de continentia entitatiua, non de continentia locali, aut alia ſimili) non eſt neceſſe, quod actu cognoſcat contenta, eſt tamen neceſſe, quod habeat virtutem contentorum cognoſcitiuam.

Non eſt dabilis intellectus cognoſcitiuus alicuius tantum determinati entis.

Potentia cognoſcitiua Dei debet neceſſariò eſſe cognoſcitiua cuiuſcũque entis contenti in Deo.

19. Probatur tertiò: Si eſſet dabilis potentia corporea naturaliter perceptiua alicuius ſpiritualis, proptereaque eleuabilis ad quodlibet ſpirituale, etiam ad Deum videndum; eſſet dabilis actus corporeus ex natura, & eſſentia ſua poſtulans eſſe à principio ſpirituali, vt formaliter ſpirituali; ſed nullatenùs eſt dabilis iſte actus: ergo nullatenùs etiam eſt dabilis illa potentia. Probatur minor: Actus pendens à principio ſpirituali, vt formaliter ſpirituali, (addo ly *vt formaliter ſpirituali*, vt occurram inſtantiæ, quæ opponi poteſt in actibus ſenſitiuis hominis, qui materiales ſunt, & tamen poſtulant habere pro principio animam rationalem ſpiritualem, verùm ad ipſos anima rationalis non concurrit, vt formaliter ſpiritualis, & rationalis; ſed vt continens perfectionem animæ materialis, & ſenſitiuæ) debet neceſſariò participare à tali principio ſpiritualitatem, nihil quippe eſt aliud ſub aliquâ determinatâ ratione cauſa concurrere ad effectum, quàm talem rationem relucere in effectu: ergo nullatenùs eſt dabilis actus corporeus poſtulans eſſe à principio ſpirituali vt formaliter ſpirituali. Probatur etiam ſequela maioris: Quælibet cognitio petit ex natura ſua habere pro principio

Non eſt dabilis actus corporeus poſtulans ex natura ſua eſſe à principio ſpirituali, vt ſpirituali.

Digitized by Google

cipio obiectum, cuius eſt cognitio: ergo ſi eſſet dabilis actus corporeus, qui eſſet cognitio obiecti ſpiritualis, eſſet dabilis actus corporeus ex natura ſua poſtulans eſſe à principio ſpirituali, vt formaliter ſpirituali; vt formaliter inquam ſpirituali; quia obiectum concurrit ad cognitionem, vt eſt in ſe, adeoque, ſi in ſe ſpirituale eſt; neceſſe eſt, quod vt ſpirituale concurrat. Neque dicas ſpeciem

20. Species materialis non poteſt repræſentara obiectum ſpirituale.

materialem poſſe concurrere loco obiecti ſpiritualis, ſicuti ſpecies ſpiritualis concurrere poteſt loco obiecti materialis. Contra enim ſpecies ſpiritualis poteſt præſtare quod præſtatur à materiali, quia eſt ſuperior, & perfectior materiali; non ex oppoſito ob oppoſitam rationem, & quando ſpecies materialis poſſet repræſentare obiectum ſpirituale, etiam ſpecies naturalis poſſet repræſentare obiectum ſupernaturale, ſpecies ſenſibilis obiectum intelligibile, ſpecies diuiſibilis obiectum indiuiſibile. Ex quo patet obiter eadem de cauſâ non valere illationem nonnullorum apud Auguſtinum *epiſt.* 111. Potentia ſpiritualis poteſt attingere obiectum corporeum; ergo etiam potentia corporea obiectum ſpirituale.

21. Hæ rationes, licet deficiant à demonſtratiuâ euidentiâ, nec conuinci poſſit manifeſti erroris, qui concederet vel dabilem eſſe materialem intellectum, vel ſpeciem materialem eſſe poſſe repræſentatiuam obiecti ſpiritualis, vel notitiam aliquam ex obiecto non produci: nihilominùs validiſſimæ ſunt, & maioris longè roboris, quàm nonnullæ, quæ afferri ſolent ab aduerſariis ad probandam non-repugnantiam potentiæ corporeæ cognoſcitiuæ rei ſpiritualis. Prima eſſe poteſt: Res corporea appetere poteſt appetitu elicito rem ſpiritualem; ergo etiam cognoſcere. Cõſequentia probatur; Appetitus elicitus non fertur, niſi in rem cognitam, & appetitus elicitus materialis, non niſi in rem cognitam cognitione materiali. Antecedens etiam probatur: Res corporea appetit appetitu innato rem ſpiritualem, vt patet in corpore reſpectu animæ: ergo etiam poteſt appetere appetitu elicito ex Ariſtotele *enim* 1. *Rhetor. cap.* 6. Illa res amat innatè, quæ amaret elicitè, ſi elicitè eſſet appetitiua. Secunda ſit: Potentia operans per accidens, & ad tempus cum dependentia à quantitate, & materia ſenſibili poteſt eſſe cognoſcitiua obiecti ſpiritualis, vt patet in noſtra potentia intellectiua vnita corpori: ergo etiam poteſt eſſe cognoſcitiua obiecti ſpiritualia potentia operans per ſe, & ſemper cum tali dependentia; ſed talis potentia eſſet materialis, conceptus enim materialitatis non poteſt melius explicari, quàm per connaturalem, & perpetuum ordinem ad quantitatem, aut materiam ſenſibilem: ergo. Tertia in eo genere, in quo datur cognitio imperfecta, ſeu potentia potens cognoſcere imperfectè dabilis eſt cognitio perfecta, & potens cognoſcere perfectè; ſed in ordine ad obiecta ſpiritualia datur in genere cognitionis, & potentiæ corporeæ, cognitio imperfecta, & potentia potens cognoſcere imperfectè; nos enim de facto per ſenſum internum tendimus imperfectè in Deum, & Angelum, concipiendo illum per modum venerabilis ſenis, iſtos per modum pulcherrimorum adoleſcẽtum: ergo eſt dabilis in ordine ad eadem obiecta ſpiritualia in eodem genere corporeæ cognitionis cognitio perfecta. Verùm hæ rationes ſunt valdè imbecilles, nec nos cogunt ad concedendas res ita difficiles, vt noſtræ cogunt aduerſarios. Improbatur prima ratio, quia appetitus innatus infert elicitum ſolùm in ſubiecto capaci, alioqui inferretur dabilis lapis potens elicitè appetere centrum, cum tamen ponere in lapide appetitum elicitum ſit deſtruere eſſentiam lapidis, nec obeſt conditionalis allata ex *Ariſtotele*, quia conditionales etiam ſub conditione impoſſibili explicant per locum intrinſecum rerum eſſentias: & ſicuti, licèt non omne animal poſſit eſſe rationale, rectè dicitur, illud eſt animal, quod diſcurreret, ſi eſſet rationale; ita licèt non omne appetitiuum innatè poſſit eſſe appetitiuum elicitè, rectè dicitur illud appetit innatè, quod appetit elicitè, ſi eſſet elicitè appetitiuum. Improbatur ſecunda ratio, quia eodem modo probaretur; quod potentia operans per accidens, & ad tempus dependenter à quantitate, & materia ſenſibili, eſſet materialis, ſicuti eſt materialis potentia operans per ſe, & ſemper dependenter à materia ſicuti igitur per aduerſarios ex eo, quod ſit materialis potentia operans, per ſe, & ſemper dependenter à materiâ, non infertur, quod ſit etiam materialis potentia operans per accidens, & ad tempus cum eadem dependentia; ita per nos ex eo, quod cognoſcat ſpiritualia potentia operans per accidens, & ad tempus dependenter à materia, non infertur, quod cognoſcat ſpiritualia potentia operans per ſe, & ſemper cum eadem dependentia; imò cum natura rerum debeat attendi ſecundùm illud, quod ipſis per ſe conuenit ex eo, quod potentiæ per ſe independenti à materia conuenit ferri in ſpiritualia, potius inferretur, quod ferri in ſpiritualia ſit proprium potentiæ per ſe à materia independentis. Improbatur tertia ratio, quia in eo genere, in quo datur cognitio imperfecta, dabilis eſt cognitio perfecta ſiſtendo in eadem ratione formali cognoſcendi, ſecùs procedendo ad diuerſam rationem formalem; in propoſito datur ſub genere cognitionis corporeæ cognitio imperfecta ſpiritualium, ſed ſub ratione formali entis ſenſibilis, qualis eſt ratio penetrabilis leuis, pulcherrimi adoleſcentis; dabilis eſt igitur ſub eodem genere cognitionis corporeæ cognitio perfectior ſemper, & perfectior rerum ſpiritualium, ſed ſemper ſub ratione entis ſenſibilis, ſub qua ratione res ſpiritualis nunquam videri poteſt vt eſt in ſe.

22. Appetitus innatus non inferi elicitum in quocũque ſubiecto.

23.

24. In eo genere, in quo datur cognitio imperfecta, poteſt dari cognitio perfecta, dummodo ſiſtatur in eadẽ ratione formali.

Assertvm II. Nullatenùs dari poteſt potentia corporea eleuabilis ad Dei viſionem ſpiritualem, & intellectiuã aut producẽdam, aut recipiendam. Eſt contra Suarez l. 2. *tr.* 2. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 5. vbi non reputat impoſſibile poſſe oculum corporeum videre Deum viſione ſpirituali, vel ab ipſo elicitâ medio lumine gloriæ, vel ab extrinſeco productâ, & in ipſo recepta. Eſt etiam aliqualiter contra *Scotum*

25. Potentia corporea nequit aut producere, aut recipere viſionẽ ſpiritualem Dei.

Digitized by Google

Scotum admittentem actus vitales poſſe ab extrinſeco in potentiis vitalibus produci, quia tamen vult huiuſmodi actus vitales ab extrinſeco productos recipi in ſubiecto, ſeu potentiâ vitali, vt qualitates mortuas ineptas obiectum attingere, concedit quidem *Scotus* poſſe poni in oculo viſionem ſpiritualem, at negat per huiuſmodi viſionem oculum poſſe fieri videntem, ſicque ex ſententia *Scoti* non ſequitur cum ludibrio noſtræ Fidei, & beatitudinis contemptu, eſſe eleuabilia ad viſionem ſpiritualem Dei, etiam bruta, imò etiam ligna, & lapides, quæ ex Auguſtino *contra Iulianum, cap.* 3. non habent maiorem Incapacitatem eleuationis gratiæ, quàm pecora: ſicuti ſequitur ex ſententia *Salas*, quæ propterea eſt ex hoc capite maximè improbabilis, licet principia Philoſophica, quibus innititur, non careant omni probabilitate, nec ſit adeò certum actus vitales eſſe eſſentialiter alligatos determinatis principiis, nec poſſe potentiam vitalem recipere actum vitalem alterius potentiæ, & per talem actum viuere. Nihilominùs nos in re ita ſentimus, ideò aſſertum

Bruta eandem habent incapacitatem videndi Deum, quâ ligna, & lapides.

26. Probatur: Actus vitalis eſt eſſentialiter alligatus determinato principio, & determinato ſubiecto, nec eſt eleuabile ad ipſum producendum quodcumque principium, aut ad ipſum recipiendum quodcumque ſubiectum. In propoſito viſio ſpiritualis, & intellectiua, eſt eſſentialiter alligata intellectui, tanquam principio, & tanquam ſubiecto: ergo nullatenùs dari poteſt potentia corporea eleuabilis, &c. Antecedens probatur, quia actus vitalis, cum ſit eſſentialiter immanens, eſſentialiter petit recipi in ſuo principio, & cum eſſentialiter requirat in ſuo principio virtutem aliquam intrinſecam ſibi proportionatam, nec virtus eadem poſſit ab intrinſeco conuenire diuerſis principiis, eſſentialiter poſtulat eſſe à principio determinato. Qua de re, quia alibi ſparſim agimr, explicando quomodo actus vitalis nequeat produci à ſolo Deo, nequeat produci inſtrumentaliter, quomodo nullum viuens viuere poſſit vitâ alienâ, & extrinſecâ, non eſt hic fuſiùs diſſerendum. Solùm aduerto negari à nobis eleuabilitatem potentiæ corporeæ ad producendam, vel recipiendam viſionem ſpiritualem, non præcisè, quia ſit ſpiritualis, ſed quia eſt vitalis vitâ diuerſâ à vitâ corporeâ: vnde non negamus accidentia ſpiritualia non vitalia poſse obedientialiter, aut ab agente materiali produci, aut in ſubiecto materiali recipi, & oculus ipſe corporeus, qui eleuari nequit ad productionem, aut receptionem viſionis ſpiritualis, eleuari poteſt ad productionem, aut receptionem tum luminis gloriæ, tum ſpeciei intentionalis diuinæ eſsentiæ, quæ licèt accidentia ſpiritualia ſint, non ſunt accidentia vitalia. Verum tamen eſt, quod nec ſpecies, nec lumen gloriæ in oculo exerceret proprium munus complendi potentiam in ordine ad operationem, ſed tum ſpecies, tum lumen reciperetur per modum qualitatis non operatiuæ, ſicuti de facto per modum qualitatis non operatiuæ, ſeu accidentis phyſici, non intentionalis, recipitur in aëre, aliove ſubiecto intermedio ſpecies, quæ ab obiecto ad ſenſum tranſmittitur.

Actus vitales ſunt eſſentialiter alligati principio, & ſubiecto determinato.

Viſio ſpiritualis nequit recipi in oculo corporeo nõ quia ſpiritualis, ſed quia vitalis eſt.

---

§. IV.

Cur potentia materialis nequeat ſpiritualizari, & eleuari ad vitaliter attingendum ſpirituale, ſicuti potentia naturalis poteſt ſupernaturalizari, & eleuari ad attingendum ſupernaturale?

ASSERTVM: Potentia meterialis neqnit ſpiritualixari, ſicuti potentia naturalis poteſt ſupernaturalizari, quia ſupernaturale, & naturale ſe habent vt ſuperius, & inferius; vt includens, & incluſum: ſpirituale, & materiale vt duo diſparata, imò vt excludens, & excluſum. 27.

27. Potẽtia materialis nequit ſpiritualizari, licet potentia naturalis poſſit ſupernataralizari.

Probatur, & explicatur: Supernaturale perficit, non deſtruit naturale, & quod eſt ſuprà naturam, non negat naturam, ſed potius naturam includit, & aliqnid ſupra ipſam: propterea ſupernaturale ad naturale ſe habet vt ſuperius ad iuferius, vt includens ad incluſum; ſuperius autem trahit inferius ad ſe, includens dicit incluſum intra ſe, ſicque ſupernaturale trahit ad ſupernaturalitatem, & in ſe includit naturale, quod eſt naturale ſupernaturalixari. At ſpirituale negat in ſuo conceptu materiale, & conſtituitur per independentiam à qualiber materia, ad quam materiale eſſentialiter dicit ordinem propterea ſpirituale, & materiale ſunt omninò diſparata, & ſe inuicem excludentia. Nequit igitur vnum trahere alterum ad ſuam rationem, alioqui traheret ad ſe excluſiuum ſui, & deſtrueret propriam rationem eius, quod ad ſe traheret, ſicque materiale nequit ſpiritualizari, quia vt ſpiritualizaretur, deberet deſtrui, nõ minùs, quàm deſtrueretur ipſis ſi lapideſceret, & deſtruitur lignum, dum igneſcit. Et ecce, cur entitas naturalis recipiendo formam ſupernaturalem ſupernaturalixetur, ſupernaturalizetur intellectus per receptionẽ luminis gloriæ, ſupernaturalixetur humanitas per vnionem cum ſubſiſtentia diuina; non ſic entitas materialis ſpiritualizetur recipiendo formam ſpiritualem, non ſpiritualixatur; Corpus in homine per receptionem animæ non ſpiritualizaretur; oculus corporeus, ſi ſpeciem intelligibilem, aliamve qualitatem ſpiritualem reciperet.

Supernaturale, & naturale ſunt ſubordinata: ſpirituale, & materiale ſunt diſparata.

28. Dices: De facto Intellectus agens ſpiritualixat phantaſma materiale: ergo ſaltem aliquando ſpirituale ſpiritualizat materiale. Sed contra: Intellectus agens dicitur ſpiritualizare phantaſma materiale, nõ quia illud eleuet ad eſse ſpirituale, ſed quia cum ipſo producit ſpeciem ſpiritualem, qua ratione poſset etiã oculus à ſpirituali principio, cuius eſſet inſtrumentum eleuari ad producendam ſpeciẽ, vel alium effectum ſpirituale non vitalẽ.

Phantaſma materiale nõ ſpiritualizatur ab intellectu, cum quo producit ſpeciem ſpiritualem.

ASSERTVM

Digitized by Google

Assertvm II. Potentia materialis eleuari nequit ad attingendum vitaliter ſpirituale, ſicuti eleuari poteſt potentia naturalis ad attingendum vitaliter ſupernaturale, quia ſpirituale non eſt intra rationem formalem potentiæ materialis, ſicut eſt ſupernaturale intra rationem formalem potentiæ naturalis.

29. Potentia nequit vitaliter operari, niſi ab intrinſeco.

Probatur & explicatur: Vt potentia aliqua eleuetur ad attingendum vitaliter obiectum, debet eleuari ſecundùm virtutem intrinſecam, ſecundùm quam tale obiectum determinate reſpiciat, & ad ipſum ſpecialiter inclinet, vt alibi explicabatur, & docet expreſsè D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 179. *art.* 1. *in C. Illa propriè dicuntur viuere, quæ ſeipſis mouentur, illud autem conuenit alicui per ſeipſum, quod eſt proprium ipſi, & ad quod maximè inclinatur.* Illa virtus intrinſeca, ſicuti eſt in ſe determinata, ita reſpicit in obiecto determinatam rationem attingibilitatis, & obiectum, quod eſt intra talem determinatam rationem attingibilitatis dicitur eſſe intra rationem formalem potentiæ, cui correſpondet talis attingibilitas: ſicuti igitur potentia nequit eleuari ad attingendum vitaliter aliquid, niſi ſecundùm propriam virtutem intrinſecam; ita nequit eleuari ad attingendum vitaliter aliquid, niſi exiſtens intra rationem formalem ipſius, quæ eſt attingibilitas correſpondens ipſius virtuti intrinſecæ; ex eo ergo quod ſpirituale ſit extra rationem formalem potentiæ materialis; & ſupernaturale ſit intra rationem formalem potentiæ naturalis rectè explicatur potentiam materialem eleuari non poſſe ad attingendum vitaliter ſpirituale, ſicuti potentia naturalis eleuari poteſt ad attingendum vitaliter ſupernaturale. Porrò ſpirituale non eſt intra rationem formalem potentiæ materialis, quia hæc, quamvis ſupponatur diuerſa à qualibet alia potentia materiali de facto exiſtente, non poteſt operari vitaliter, niſi modo materiali, (vt colligitur etiam ex eo, quod iuxta mox dicta nullatenùs ſpiritualizari poteſt) adeóque non niſi circa obiectum attingibile ſub aliqua ratione materiali: obiectum autem ſpirituale eſt extra omnem rationem materialem, ideò &c. E contra ſupernaturale non eſt extra rationem formalem potentiæ naturalis, quia hæc ſicuti poteſt ſpiritualizari, ita poteſt operari modo ſupernaturali; ratio propterea, ſecundùm quam reſpicit obiectum, præſcindit à naturalitate, & ſupernaturalitate, verſarique poteſt circa obiectum tum naturaliter, tum ſupernaturaliter, adeoque obiectum ſupernaturale eſt intra rationem formalem potentiæ naturalis: v.g. intellectus, ſicuti præſcindit ab eo, quod naturaliter, vel ſupernaturaliter operetur, poteſt operari circa verum naturale, vel ſupernaturale, voluntas proportionaliter circa bonum naturale, vel ſupernaturale, oculus circa lucem corpoream naturalem, vel ſupernaturalem. At potentia corporea, quia non præſcindit ab eo, quod materialiter, vel ſpiritualiter operetur, & alligata eſſentialiter eſt operationi materiali non poteſt operari circa obiectum tum materiale, tum ſpirituale, nec vtrumque habet intra propriam rationem formalem, ſed eſt eſſentialiter alligata ad operandum circa obiectum materiale, & hoc ſolùm habet intra propriam rationem formalem.

30. Cur ſupernaturale ſit intra rationẽ formalem potentiæ naturalis, non ſpirituale intra rationem formalem Potentiæ materialis.

§. V.

Cur potentia materialis eleuari nequeat ad attingendum ſpirituale vitaliter, ſicuti eleuari poteſt ad attingendum ſpirituale non vitaliter?

31. Assertvm: Potentia, ſeu entitas materialis eleuari nequit ad attingendum ſpirituale vitaliter, ſicuti eleuari poteſt ad attingendum ſpirituale non vitaliter, quia vt eleuetur primo modo debet eleuari ſecundùm ſpecialem virtutem intrinſecam, & intra determinatam rationem formalem, non ſic vt eleuetur ſecundo modo.

Operatio vitalis, & nõ vitalis in quonam maximè differant.

Probatur & explicatur: Attingentia, ſeu operatio vitalis in hoc maximè differt ab attingentiâ, ſeu operatione non vitali, quod illa debeat eſſe à determinato principio, in quo reluceat ſpecialis virtus intrinſeca in ordine ad talem attingentiam, & cui ſpeciali virtuti intrinſecæ correſpondeat in eo, quod attingitur ſpecialis ratio formalis, iſta, ſcilicet attingentia non vitalis, id non requirit, & poteſt eſſe à principio operante etiam per virtutem prorsùs extrinſecam, ſeu extrinſecus aduenientem, ex alia parte iuxta mox dicta, potentia materialis non habet ſpecialem virtutem intrinſecam reſpectu obiecti ſpiritualis, nec iſtud eſt intra illius rationem formalem: ergo per hoc benè explicatur, quod entitas materialis nequeat eleuari ad attingendum ſpirituale vitaliter, ſicuti poteſt eleuari ad attingendum ipſum non vitaliter.

32. Hinc habes, cur aqua in Sacramento Baptiſmi, aliæque res materiales in aliis Sacramentis eleuentur ad producendam gratiam etiam Phyſicè, in ſententia aſſerente Sacramenta eſſe inſtrumenta Phyſica, & tribuente ipſis Phyſicam cauſalitatem: Cur ignis materialis in inferno eleuetur ad torquendos malos Angelos, & animas damnatas etiam Phyſicè, in ſententia aſſerente ignem torquere per actionem Phyſicam, & productionem qualitatis ſpiritualis diſconuenientis, & doloriferæ. Non tamen eleuari poſſit potentia aliqua, ſeu entitas materialis, & corporea ad producendam viſionem ſpiritualem, vel ad videndum obiectum ſpirituale. Ratio ſcilicet eſt, quia nec aqua producendo gratiam, nec ignis torquendo malos Angelos, & producendo in ipſis qualitatem ſpiritualem doloriferam, vitaliter operatur: ſicuti tamen vitaliter operatur potentia producens viſionem ſpiritualem, vel videns obiectum ſpirituale. Ideò nec in aqua

in ordine ad gratiam, nec in igne in ordine ad qualitatem doloriferam requiritur ſpecialis virtus intrinſeca, ſicuti requiritur in potentia in ordine ad viſionem aut ſpiritualem, aut obiecti ſpiritualis. Neque dicas hinc
33. ſequi, quod ſit minor eleuabilitas in potentia materiali vitali, quàm in ente materiali non vitali, dum illa eleuari non poteſt ad attingendum ſpirituale, ad quod poteſt iſta eleuari. Contra enim vel ſermo eſt de eleuatione ad attingendum ſpirituale vitaliter, & principaliter, vel ad ipſum attingendum non vitaliter, & inſtrumentaliter. Primo modo nec potentia materialis vitalis, nec vlla alia materialis entitas eleuabilis eſt, ſic enim non ſolùm corporeus oculus ſed etiam aqua, aut ignis ineleuabilis eſt ad viſionem rei ſpiritualis. Secundo modo potentia materialis vitalis æquè, ac quælibet alia materialis entitas, eleuabilis eſt, & oculus corporeus eleuabilis eſt, tum ad productionem gratiæ, æquè ac aqua, tum ad productionem qualitatis ſpiritualis doloriferæ, æquè ac ignis. Sicque nullatenùs eſt minor eleuabilitas in potentia vitali, quàm in entitate non vitali: quin è contra eſt aliqua maior eleuabilitas in potentia vitali, hæc quippè non ſolùm eleuari poteſt ad quoſlibet effectus non vitales, ad quos eleuari poteſt quælibet alia non vitalis entitas; ſed inſuper eleuari poteſt ad alios effectus vitales intra propriam rationem formalem, ad quos entitas non vitalis nequit eleuari. Ex quo obiter infeias potentiam obedientialem ad operandum inſtrumentaliter, & non vitaliter, eſſe prorſus æqualem in rebus omnibus; potentiam obedientialem ad operandum principaliter, & vitaliter eſſe inæqualem, & maiorem in rebus viuentibus potentiiſque vitalibus.

Potẽtia obedientialis ad operandum inſtrumentaliter eſt æqualis in rebus omnibus ad operandũ principaliter eſt maior in rebus viuentibus.

Habes inſuper cur poſſit dari vnio ſubſtantialis, & Phyſica inter rem materialem, & ſpiritualem, vt patet in homine, in quo ſubſtantialiter phyſicè vnitur ſpiritualis anima materiali corpori, nequeat verò dari vnio accidentalis intentionalis inter materialem potentiam, & ſpiritualem actum, aut ſpirituale obiectum. Ratio ſcilicet eſt, quia vnio animæ ad Corpus non eſt vitalis, nec per talem vnionem conſurgit formaliter exercitium vitæ in actu ſecundo: ſicuti tamen eſt vitalis, & importat formaliter exercitium vitæ, vnio intentionalis actus, aut obiecti ad potentiam, ideò hæc requirit ſpecialem quandam habitudinem intrinſecam inter extrema vnibilia non repertam inter materiale, & ſpirituale; quam illa non exigit.

34. Cur ſit dabilis inter potentiam materialem, & formam ſpiritualem vnio phyſica non vnio intentionalis.

LIBER

LIBER TERTIVS, DE INTELLECTV, INTELLECTIONE, ET SCIENTIA DEI.

QVIDQVID Dei veſtigium eſt, opus eſt Intelligentiæ: Quidquid diuinitatem clamat, celebrar ſapientiam: Primæ cauſæ, vltimi finis, entis perfectiſſimi prærogatiua, dum Dei exiſtentiam probat, Dei ſcientiam confirmat. Inane ſit preces ad Deum fundere: ſuperſtitioſum religioſè Deum colere: irriſorium ſupplicia, aut pιœmia, à Deo aut pauere, aut ſperare, ſi preces non perciperet, non cerneret obſequia, non diſcerneret merita. Finge Numen intellectu, ſcientiàque deſtitutum; apparet illicò expers libertatis, incapax regiminis; ſine beatitudine, ſine vita; miſerum, mortuum, monſtrum Deitatis, non Deus. In huiuſmodi tamen diuinæ ſcientiæ euidentia adhuc caligat humana mens, & in ipſius indagine tutiùs admirationis, quàm cognitionis viâ procedit: Scientiam quippè Dei mirabilem profitemur *Pſal* 138. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua:* eandemque incomprehenſibilem veneramur *Rom.* 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius!* & commune omnibus diuinis prædicatis? Incomprehenſibilitatis priuilegium ſpecialiter attribuimus ſapientiæ: in qua ſiue obiecti cogniti amplitudinem, ſiue intellectus cognoſcentis ſublimitatem, ſiue modi cognoſcendi claritatem contempleris, vbique cogêris in ſuperexcellenti infinitate deficere; niſi humana imbecillitas roboretur ſubſidio diuinæ fidei, cuius beneficio *tantum ſcientiæ Dei veritas apud homines inualuit* (verba ſunt S. Doctoris 1. *contra Gentes*, *cap.* 44. *in fine*) *vt ab intelligendo nomen Dei imponerent: nam Theos, quod ſecundùm Græcos Deum ſignificat, dicitur à Theaſte, quod eſt conſiderare, vel videre:* fidei ergo præuio lumine à Deo cognoſcibili, & viſo ad Deum cognoſcitiuum, & videntem procedimus, Intellectus, & ſcientiæ Dei actus, obiecta, proprietates & diuiſiones explicaturi. Ideò ſit Deus ex Græco dictus eſt à videndo.

CAPVT PRIMVM.

De actu primo, & ſecundo Intellectus, & ſcientiæ Dei.

1. EXTRA omnem controuerſiam eſt dari in Deo actum ſecundum intelligendi, non quidem accidentalem, cauſatum, inhærentem, & cum intellectu realiter componentem; ſed ſubſtantialem, incauſatum, per ſe ſtantem, & ſimpliciſſimum, omni depuratum imperfectione, omni perfectione cumulatum: ſolet huiuſmodi actus ſcientia nominari, quia valde familiaris nobis eſt ſcientiæ conceptus; cæterùm continet etiam rationes formales aliarum virtutum intellectualium, non minus, quàm ſcientiæ. Continet rationem formalem intelligentiæ, quatenus omnia principia intuetur. Continet rationem formalem ſapientiæ, quatenus altiſſimam, & ſupremam rerum omnium tum naturalium, tum ſupernaturalium cauſam dignoſcit. Continet rationem formalem prudentiæ, quatenus de moralibus actionibus optimè iudicat. Continet rationem formalem artis, quatenus effectionem æternorum operum rectiſſimè dirigit: non ſic continet formaliter opinionem, & fidem, quia hi actus important in ſuo conceptu formali imperfectionem, fallibilitatem ſcilicet, aut obſcuritatem. Non eadem certitudine, quâ conſtat dari in Deo actum ſecundum intelligendi, Intellectio diuina continet rationem formalem omniũ virtutũ intellectualiũ,

conſtat dari etiam actum primum, etiamſi iſte actus ſumatur, non vt importat priuationem actus ſecundi; qua ratione non poteſt ſimul eſse cum actu ſecundo; ſed vt importat virtutem productiuam actus ſecundi, cum ipſo actu ſecundo omninò ſimultaneam; elucentem per actum ſecundùm, quem ſemper habeat, non quem præciſè habere poſſit: qua ratione ſumpto actu primo ſit

Actus primus importat vel priuationem, vel virtutem productiuã actus ſecũdi

---

§. I.

An detur realiter in Deo actus primus intelligendi.

2. Datur realiter in Deo actus primus intelligendi.

ASSERTVM: Datur in Deo realiter actus primus intelligendi ſine carentia tamen actus ſecundi: Ita Scotus *in* 1. *diſt.*2. *quaſt.*7. *§.obijcitur, verſu ad* 1.*§. contra iſta, verſu ad tertiam inſtantiam*, Suar. *in Metaph. diſput.*30. *ſect.* 15. *num.* 13. Arriaga 1.*part. diſp.* 15. *ſect.* 3. *ſubſect.* 2. De Quiros *diſput.*35. *ſect.*3. Artubal, Auerſa *&c.* contra Aureolum *in* 1.*diſt.*35.*part.*1. *art.* 3. Io. à S. Thom. 1.*part. diſput.*16. *art.*2. *num.*20. Lugum *lib.* 1. *diſp.* 16. *cap.* 4. *&* 27. *cap.*3. Ribas, Herice, Ruiz &c. Aliqui tamen ex Auctoribus pro hoc aſſerto citatis loquuntur cum limitatione, *Suarez* ſcilicet admittit actum primum in Deo ex parte intelligentis ſolùm, non ex parte obiecti. *De Quiros* admittit actum primum intentionalem ſolùm, non phyſicum.

Actus primus intelligendi eſt perfectio ſimpliciter ſimplex.

Probatur primò: Actus primus intelligendi ſumptus ſine carentia actus ſecundi eſt perfectio ſimpliciter ſimplex nullam inuoluens in ſuo conceptu formali imperfectionem, ergo datur in Deo realiter, non minus, quàm detur in Deo reliter ſapientia, omnipotentia, immenſitas, & aliæ huiuſmodi perfectiones ſimpliciter; antecedens probatur, tum quia tota imperfectio actus primi eſt, quod careat perfectione actus ſecundi, ergo actus primus ſumptus ſine carentia actus ſecundi nullam prorſus inuoluit imperfectionem; tum quia non poteſt aſſignari quænam perfectio incompoſſibilis cum actu primo intelligendi ſit melior ipſo actu primo, & impediat, ne perfectio talis, actus primi ſit melior ipſa, quàm non ipſa; in quo conſiſtit ratio perfectionis ſimpliciter, ergo actus primus intelligendi, &c.

3. Dices eſſe repugnantiam in terminis ſumere actum primum ſine carentia actus ſecundi, & perfectionem actus ſecundi eſſe incompoſſibilem cum actu primo, ipſoque actu primo meliorem; quod ſit melior perfectione actus primi, patet ex eo, quod eſt perfectio magis vltima, & magis actualis; quod ſit incompoſſibilis cum perfectione actus primi; probatur ex eo, quod actus primus comparatur ad ſecundùm, vt potentia ad actum, vt via ad terminum; ſed eſt impoſſibile quod idem reſpectu eiuſdem ſit in potentia, & in actu; in via, & in termino; ergo eſt impoſſibile quod idem ſimul habeat perfectionem actus primi, & ſecundi adcóque perfectio actus ſecundi eſt incompoſſibilis cum perfectione actus primi.

Eſſe ſimul in actu primo, & in actu ſecundo non ſunt perfectiones incompoſſibiles.

Sed contra actus primus, cum per ſe ordinetur ad actus ſecundi poſitionem, & actus ſecundi perfectionem per ſe intendat; per ſe ordinaretur ad ſui deſtructionem, intenderet perfectionem ſibi repugnantem, ſi non poſſet eſſe cum actu ſecundo, & ipſius perfectio non eſſet compoſſibilis cum perfectione actus ſecundi. Ne igitur ſequatur rem aliquam intendere maximum malum ſui, neceſſe eſt actum primum cum ſecundo non pugnare, imo per ſecundum maximè perfici; tunc enim maximè res eſse poteſt, cum eſt; tunc maximè cauſare poteſt, cum cauſat, tunc potentia maximè producere poteſt, cum producit; & potentia faceret quod non poteſt, ſi dum facit, & eſt in actu ſecundo, deſineret poſse facere, & eſse in actu primo: Eſse in via, & in termino, eſse in potentia, & in actu, repugnat fortè reſpectu eiuſdem ſubiecti immediati, & ex vi eiuſdem formaliter perfectionis, non reſpectu eiuſdem ſubiecti mediati, & ex vi diuerſæ formaliter perfectionis, vt alibi dicitur de eſse in ſe, & in alio. Deinde ad ſummum repugnat eſse in via tranſeunter, & in termino; eſse in potentia imperfecta, & in actu; non ſic eſse in via permanenter, & termino, eſse in potentia perfecta ſeu actuata, & in actu.

Quomodo idem poſſit eſſe in via, & in termino; & in potentia, & in actu.

Probatur ſecundò: Dantur in Deo prædicata, quæ ſunt propria actus primi intelligendi; ergo datur in Deo realiter actus primus intelligendi; conſequentia patet, quia huiuſmodi prædicata, eo ipſo, quod ſunt propria actus primi, nequeunt haberi, niſi ab actu primo: Antecedens probatur eſse intellectiuum, eſse principium, ſeu radicem actualis intellectionis, ſunt prædicata propria actus primi intelligendi & vbicumque in creaturis inueniuntur talia prædicata, inuenitur actus primus intelligendi; ſed Deus verè habet eſse intellectiuum, nec minùs rectè dicitur Deus eſt intellectiuus, quàm Deus eſt intelligens: Verè item habet eſse principium, & radicem actualis intellectionis, quia hæc eſt eſsentialiter operatio, & de conceptu operationis eſt eſse ab aliquo principio, vt probatur *ſuprà, lib.* 1. *capite* 2. §. 2.*aſſert.*4. & pro nunc corroboratur paritate relationis; non magis eſt, de conceptu relationis eſse ad terminum, quàm operationis eſse à principio, & ſicuti illa definitur per habitudinem ad terminum, ita iſta per egreſſionem à principio; ſed relatio etiam in diuinis eſt ad terminum, & per habitudinem ad terminum conſtituitur, ergo pariter operatio etiam in diuinis eſt à principio, & per egreſſionem à principio conſtituitur. Confirmat: 5.

Datur

Datur in Deo actus primus generandi, ſeu potentia generatiua, ergo etiam actus primus intelligendi, ſeu putentia intellectiua; antecedens pater, quia dantur in Deo proceſſiones, & principia proceſſionum, principium autem proximum proceſſionis filij non puteſt eſſe niſi actus primus generandi,

Datur in Deo actus primus generandi ſeu potentia generatiua.

ſeu potentia generatiua: Conſequentia probatur primò quia filius in diuinis procedit per intellectum, eiuſque generatio eſt intellectio, ergo ſicuti quatenus generatio eſt, reſpicit actum primum generandi, & potentiam generatiuam; ita quatenus intellectio eſt reſpicit actum primum intelligendi, & potentiam intellectiuam: Secundo, quia ſi ratio potentiæ generatiuæ non dicit potentialitatem repugnantem ſummæ actualitati, nec vllam aliam imperfectionem, ratione cuius debeat à Deo excludi, non apparet cur idem non ſit ſentiendum de potentia intellectiua, cum nihil contra iſtam afferri poſſit, quod nequeat contra illam vrgeri.

6. Dices ex Ioan. à S. Thom. *loco cit. num.* 21. dari in Deo potentiam generatiuam, non per ordinem ad generationem, ſed per ordinem ad terminum genitum, ſicque non per modum actus primi, ſed per modum principij, præcisè, ex quo per conſequens poteſt ad ſummum probari principium intelligendi in ordine ad terminum intellectum, non actus primus intelligendi in ordine ad intellectionem; indicat hanc doctrinam D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 25. *art.* 1. *ad* 3. illis verbis: *In Deo ſaluatur ratio potentiæ quantum ad hoc, quod eſt principium effectus, non autem quantum ad hoc, quod eſt principium actionis.* Sed contra potentia in creaturis diſtinguitur realiter, non tantùm ab effectu, ſed etiam ab actione, in diuinis ab actione realiter non diſtinguitur,

Potentia in Deo quomodo ſit principium effectus, non actionis.

ſed tantum, ab effectu; & ideo ait *D. Thomas* ſaluari in Deo rationem potentiæ quantùm ad hoc, quod eſt principium effectus, non quantum ad hoc, quod eſt principium actionis; quod ſi principium ſumatur prout dicit præcisè virtutem actiuam, quæ exerceatur vel in aliquid diſtinctum actualiter, vel in aliquid diſtinctum tantum virtualiter, datur in Deo potentia etiam quantum adeſſe principium actionis, & hoc ſufficit ad ſuſtinendam in Deo rationem actus primi tum in potentiâ generatiuâ, tum in potentiâ intellectiuâ; licet enim nec potentia generatiua à generatione, nec potentia intellectiua ab intellectione diſtinguatur realiter in diuinis, illa tamen ad generationem, iſta ad intellectionem ſe habet vt virtus actiua, & radix.

7. Ex his habes D. Thomam 2. *contra Gentes, cap.* 10. vbi ait *Intellectus, & voluntas in Deo non ſunt vt potentiæ, ſed tantum vt actiones*, vel loqui de potentia, vt eſt principium dicens habitudinem ad aliud ſeu ad

Intellectus, & voluntas in Deo in quo ſenſu non ſint potentiæ.

diſtinctum vel loqui de potentia, vt importat carentiam, ſeu priuationem actus ſecundi; qua ratione etiam ſumpta potentia repugnat actui puriſſimo, & ſimpliciſſimo: Cæterum potentia realiter indiſtincta ab actu, & pugnans cum carentia, ſeu priuatione actus ſecundi, qualis à nobis aſtruitur potentia intellectiua, in qua conſiſtit actus primus intelligendi Dei, non magis repugnat actui puriſſimo, & ſimpliciſſimo, quàm eidem repugnet virtualis effluxus attributorum, & perſonalitatum ab eſſentia, virtualis poſteritas vnius attributi ad aliud, voluntatis ad intellectum, &c.

Habes inſuper potentiam intellectiuam, 8.
quæ à nobis aſſeritur actus primus intelligendi in Deo, non eſſe puram potentiam logicam, ſeu non repugnantiam intellectionis, quia vt ſuprà explicabatur *lib.* 1. *cap.* 6. §. 7. potentia logica, ſeu non repugnantia nullatenus eſt perfectio diuerſa ab exiſtentia rei; Aſſeritur igitur à nobis in Deo potentia intellectiua phyſica, ſumendo ly *phyſica* vt contradiſtinguitur à potentia logica, non vt importat actiuitatem phyſicam, & quæ in actum phyſicè diſtinctum exerceatur; ſicuti exercetur potentia intellectiua creata præſertim in ſententia docente, aut actua intellectus eſſe qualitates aut actiones diſtingui realiter à ſuis principiis.

Potentia intellectiua in Deo non eſt pura potentia logica.

---

§. II.

Quomodo in Deo actus primus intelligendi diſtinguatur ab actu ſecundo?

Aſſertum: In Deo actus primus intelligendi diſtinguitur ab actu ſecundo realiter virtualiter, & ratione rationata, non ex natura rei, multoque minus diſtinctione reali ſimpliciter, & abſolutè tali. Hoc aſſertum ſatis commune eſt inter auctores admittentes in Deo actum primum intelligendi excepto *Scoto* cum ſuis ſuſtinente in actu primo, & ſecundo, non minus quàm in aliis diuinis prædicatis diſtinctionem ex natura rei. 9.

Actus primus intelligẽdi in Deo diſtinguitur virtualiter ab actu ſecundo.

Probatur actus primus, & ſecundus intelligendi verè ſunt in Deo ſecundum proprias rationes formales; verè æquiualent perfectionibus realiter actualiter diſtinctis; verè habent inter ſe identitatem non omnimodam, non tantam ſcilicet, quantam vel actus primus cum ſe ipſo, vel actus ſecundus cum ſe ipſo; ex alia parte non datur in diuinis diſtinctio ex natura rei, & multò minus, præterquam inter perſonas, diſtinctio realis; ſimpliciter, & abſolutè talis; ergo in Deo actus primus intelligendi diſtinguitur ab actu ſecundo, &c. Conſequentia patet ex *ſupradictis libr* 1. *capite* 3. dum explicaretur diſtinctio attributorum diuinorum ab eſſentia, & ab inuicem. Antecedens quoad rationem formalem actus primi intelligendi probatum eſt *ſuperiori* §. quoad rationem formalem actus

terit; non præterit vllus actus, quia ſcientia Dei eſt inuariabilis, & quidquid Deus aut ſciuit, ant ſcier, ſcit: Non præterit vllum obiectum, quia æternitas Dei eſt menſura indiuiſibilis ſimul coëxiſtens omnibus temporum differentiis, futura quodammodo anticipans, poſticipans præterita, vt ſuprà explicabatur *lib. 1. cap. 9. §. 4.* Nequit igitur dari in Deo memoria, prout dicit habitudinem ad aliquid præteritum; quod confirmari poteſt ex D. Proſpero *ſenteut.* 108. dicente: *Neque obliuio cadit in Deum, quia nullo modo mutatur, neque recordatio, quia nihil obliuiſcitur*; & non niſi impropriè in Scriptura aliquando tribuitur Deo obliuio, vt Oſeæ 1. *Obliuione obliuiſcar eorum.* Ezech. 18. *Omnium iniquitatum, quas operatus eſt, non recordabor*, Pſalm. 41. *Quare oblitus es mei.*

Obliuio impropriè Deo tribuitur.

15. Sumendo deinde memoriam, vt dicit potentiam conſeruatiuam ſpecierum, non niſi eminenter admitti poteſt in Deo memoria, quia reſpectu diuini intellectus non alia datur ſpecies, quàm diuina eſſentia, & hæc ſicuti, præſertim reſpectu rerum creatarum, non eſt ſpecies niſi eminentiſſimè, ita non poteſt niſi ad eminentiſſimam memoriæ rationem intellectui diuino conferre, nec in maiori rigore Deus dici poteſt habere memoriam, quàm dici poſſit habere ſui ipſius, & rerum omnium ſpecies, quæ eſſet memoria in actu primo, aut per ſui, & rerum omnium ſpecies ſe, & res omnes in actu ſecundo intelligere, quæ eſſet memoria in actu ſecundo. Nihilominùs, quia plures tum Scholaſtici, tum SS. PP. paſſim tradunt memoriam fœcundam Patris eſſe principium generationis filij, & S. Auguſtinus ſpecialiter tribuit Patri æterno memoriam *lib. 10. de Trinitate, capite 11. libro 14. capite 7. & alibi*, non eſt negandum quin detur memoria in Deo ſaltem in aliquo ſenſu minùs proprio, intelligendo nomine memoriæ principium intellectiuum completum ſecundùm illud, quod requiritur non ſolùm ex parte ſui, verum etiam ex parte obiecti, etiam ſi deinde huiuſmodi complementum ex parte obiecti habeatur per propriam eſſentiam, non per aliquod, quod ſit formaliter, & rigorosè ſpecies, vt videtur requiri ad formalem, & rigoroſum conceptum memoriæ.

Memoria ſaltem in aliquo ſenſu minus proprio debet Deo concedi.

§. IV.

Quomodo & vnde conſtet dari intellectionem, & ſcientiam in Deo?

16. ASSERTVM I. Dari in Deo intellectionem, & ſcientiam conſtat ſupernaturali certitudine fidei, ſeu de fide eſt. Ita Scholaſtici, imò Catholici omnes communiſſimè, & non niſi Atheus poteſt in Deo negare ſcientiam, cum negare Deum ſcientem ſit negare Deum ipſum, idemque ſit dicere, non eſt Deus ac dicere non eſt videns. Procedit aſſertum formaliter, & propriè, non cauſaliter ſolùm, aut metaphoricè, contra duos errores ſuppreſſo Auctorum nomine relatos à D. Thoma *queſt. 2. de veritate, articul. 1.* Primus eſt, quod dum Deo ſcientiam attribuimus, nihil in eo ponimus, ſed ſignificamus ipſum eſſe cauſam ſcientiæ in rebus creatis, & dicitur ſciens, quia ſcientiam creaturis infundit. Secundus eſt, quod attribuimus ſcientiam per quandam ſimilitudinem proportionis, ſicuti attribuitur ei ira, & dicitur Deus ſciens, quia effectum facit ſimilem effectui ſcientis, ipſius ſcilicet opera procedunt ex determinatis principiis ad determinatos fines, vt procedunt opera ſcientis, ſicut dicitur iratus, in quantum facit effectum ſimilem irato, punit ſcilicet, qui in nobis eſt effectus iræ.

De fide eſt dari in Deo intellectionem, & ſcientiam formaliter, & propriè.

Probatur ex Scriptura Iob. 12. *Apud ipſum eſt fortitudo, & ſapientia*; Eſther 14. *Domine, qui habes omnium ſcientiam* Eccl. 15. *Quoniam multa ſapientia Dei.* Pſalm. 138. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua.* Pſalm. 146. *Sapientia eius non eſt numerus.* Rom. 11. *O altitudo diuitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei.* Colloſſ. 2. *In quo ſunt omnes Theſauri Sapientiæ, & Scientiæ Dei.* Quæ, & aliæ, plures huiuſmodi Scripturæ auctoritates, non niſi irrationabiliter poſſunt in ſenſu, aut ſolùm cauſali, aut metaphorico intelligi: Non in ſenſu ſolùm cauſali, quia Scriptura, dum voluit indicare Scientiam Deo etiam cauſaliter conuenire, propriis id terminis expreſſit, ſic habetur Eccleſ. 1. *Omnis Sapientia à Domino Deo eſt*, Pſalm. 93. *Qui docet hominem ſcientiam.* Non in ſenſu metaphorico, quia Scriptura exprimit ſcientiam conuenire Deo cum ſpeciali perfectione, dicitur enim: *Multa ſapientia, altitudo Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ*, quod autem conuenit metaphoricè conuenit imperfectiori modo, non cum ſpeciali perfectione. Deinde ſenſus tum cauſalis, tum metaphoricus eſt ſenſus minùs proprius; verba autem Scripturæ non ſunt ad ſenſum improprium deflectenda ſine omnimoda neceſſitate, quæ neceſſitas nulla eſt in præſenti, imò neceſſitas eſt potius in oppoſitum, cum ratio naturalis euincat dari in Deo propriam, ac perfectiſſimam ſcientiam, imò id etiam abſque ratiocinatione ex primo rerum creatarum aſpectu facilè appareat, & vt quis Deum ſcientem fateatur; benè monet Auguſtinus *lib. 5. de Gen. ad litt. cap. 15. Sufficere, vt quiſquis nouerit, vel inconcuſsè credat, quod Deus hæc omnia fecerit, non enim opinor aliquem eſſe tam excordem, vt Deum, quæ non nouerat feciſſe arbitretur.* 17.

18. ASSERTVM II. Dari in Deo intellectionem, & ſcientiam conſtat naturali euidentiâ ſcientiæ, ſeu demonſtrabile eſt. Ita omnes communiſſimè, licet diuerſi diuerſis viis procedant ad talem demonſtrationem.

Euidens eſt dari in Deo intellectionem, & ſcientiam.

Probatur:

Scientia in Deo rectè probatur ex infinitate.

Probatur : Deus eſt demonſtrabilis ſub ratione entis ſimpliciter boni , & infinitè perfecti , vt patet *ex ſupradictis , lib.* 1. *capite* 1. §. 2. *& cap.* 5. §. 1. Sed demonſtrabile eſt in ente ſimpliciter bono , & omninò perfecto , dari intellectionem , & ſcientiam , ergo demonſtrabile eſt dari in Deo intellectionem , & ſcientiam : Minor probatur primò : demonſtrabile eſt in ente ſimpliciter bono , & omninò perfecto dari quidquid eſt perfectio ſimpliciter , alioquin ſi careret aliquâ perfectione ſimpliciter tali, eſſet dabile ens melius , & perfectius , ſed ſcientia in ſuo conceptu formaliſſimo , in quo præſcindit ab actu accidentali , vel ſubſtantiali ; cauſato , vel incauſato ; diſcurſiuo , vel immediato : eſt perfectio ſimpliciter, vt conſtat recolenti definitionem perfectionis ſimpliciter ſuprà explicatam *lib.* 1. *capite* 5. §. 2. ergo : Secundò ens ſimpliciter bonum , & omninò perfectum debet eſſe viuens vitâ intellectiuâ in actu ſecundo ; debet eſſe viuens vitâ intellectiuâ , quia quodlibet aliud viuentis genus eſt imperfectum, vtpotè obnoxium incremento , & decremento , mutationi , & corruptioni ; debet eſſe viuens in actu ſecundo, quia vt naturali lumine nouit Ariſtoteles , *Si ſemper non eſt in actu intelligendi* (verba ſunt Ariſtotelis 12. *Metaph. cap.* 9. 7. *quid nam erit precellens , erit enim vt dormiens* , ergo ex eo, quod demonſtrabile ſit dari in Deo omnigenam perfectionem , demonſtrabile eſt dari actualem intellectionem , & ſcientiam. Tertiò ens ſimpliciter bonum, & omninò perfectum debet eſſe gratiâ ſui , ſed ens , in quo non detur intellectio , & ſcientia non poteſt eſſe gratiâ ſui , debet enim neceſſariò eſſe gratiâ alterius , ad cuius felicitatem ordinetur , cum in ſe non ſit capax felicitatis , nec poſſit ſe ipſo frui , vt requiritur ad id , quod eſt gratiâ ſui , ergo in ente ſimpilciter bono, & omninò perfecto debet dari intellectio, & ſcientia. Maior probatur : Ens ſimpliciter bonum , & omninò perfectum debet eſſe finis vltimus , ergo debet eſſe maximè gratiâ ſui. Antecedens probatur tum quia proprium eſt boni habere rationem finis, adeóque boni ſimpliciter , & ſummi , habere rationem finis ſimpliciter , & vltimi : Tum quia ens ſimpliciter bonum , & omninò perfectum eſt incauſatum in genere efficientis, ergo etiam eſt incauſatum in genere finis, cum enim cauſa finalis non cauſet niſi mouendo efficientem , quod non habet cauſam efficientem , nequit habere finalem ; quod eſt primum efficiens eſt vltimus finis ; quod eſt à ſe eſt gratiâ ſui ; quod non eſt ab alio non ordinatur ad aliud.

19. Eſt perfectio ſimpliciter.

Eſt actus ſecundus vitæ perfectiſſimè.

20. Quod caret intellectione non poteſt eſſe gratiâ ſui.

Primum efficiens neceſſariò eſt vltimus finis quod eſt à ſe neceſſariò eſt gratiâ ſui.

21. Vltrà hos modos, & ſimiles demonſtrandi à priori ſcientiam in Deo , à poſteriori etiam erui poſſunt eiuſdem ſcientiæ demonſtrationes ex tendentia rerum omnium, etiam non cognoſcentium in finem ; ex malorum punitione , & remuneratione bonorum , ex vniuerſi ſpectatiſſima pulchritudine , ordinatiſſima diſpoſitione , & gubernatione : Tandem ex eo quod communiter dicatur Deus rerum creatarum artifex , artifex autem arte , quæ ſcientia agendorum eſt, conſtituitur. Certè artificis prærogatiua adeò eſt in Deo lumine naturæ conſpicua, vt Sap. 13. Vani appellentur homines, qui ex creaturis non cognouerunt , quis eſſet artifex. *Vani ſunt homines , in quibus non ſubeſt ſcientia Dei , & de his , quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum , qui eſt , neque operibus attendentis cognouerunt, quis eſſet artifex.* Vtrùm deinde ex immaterialitate vel tanquam ex radice , vel tanquam ex paſſione intellectiuitatis efficaciter probetur , vel à priori , vel à poſteriori intellectiuitas, & conſequenter ex eo , quod Deus ſit ſummè immaterialis rectè demonſtretur , quod ſit ſummè intellectiuus , difficultas eſt valdè controuerſa , nec adeo obiter expedienda. Ideo ſit

Scientia Dei demonſtrari poteſt etiam à poſteriori.

§. V.

Vtrùm dari in Deo intellectionem , & ſcientiam efficaciter etiam probetur ex Dei immaterialitate.

ASSERTVM : Dati in Deo intellectionem , & ſcientiam non probatur efficaciter ex Dei immaterialitate , ſiue eſſe immateriale ſumatur præcisè titulo carentiæ, & negationis , prout ſcilicet excludit materiam quantam , & habitudinem ad ipſam : Siue ſumatur titulo excellentiæ , & perfectionis , prout dicit eſſe ſupra materiam ; ſiue titulo immaterialis receptionis, prout dicit recipere formas non ſolùm modo phyſico , & entitatiuo , ſed etiam modo intentionali, & repræſentatiuo. Ita Gabriel, & Ocham *in* 1. *diſtinct.* 35. *quæſt* 1. Herincx *diſputat.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 2. Arriaga 1. *part. diſputat.* 13. *ſect.* 1. *&c.* Prima pars eſt *contra plures Thomiſtas*, alioſque nonnullos abſolutè ſuſtinentes ex immaterialitate inferri cognoſcitiuitatem. Secunda pars eſt ſpecialiter contra De Quiroa *prima parte , diſputat.* 34. *ſect.* 3. Tertia contra Io. à S. Thoma *diſputatione* 16. *articulo* 1. & clariores Thomiſtas, quos ſequuntur Ruiz *diſputatione* 1. *ſect.* 3. Herice *tractat.* 1. *diſputatione* 1. *capite* 3, *&c.*

22. Scientia, & intellectio non efficaciter probatur ex immaterialitate.

Probatur prima pars : Immateriale , quod eſt tale titulo carentiæ , & negationis , poteſt eſſe quid imperfectius rebus materialibus ; quæ de facto dantur , ipſâque materiâ primâ ; ſed huiuſmodi immateriale non infert intellectionem , & ſcientiam , ergo : Minor patet , quia per aduerſarios eo tantùm res immaterialis infert eſſe intellectiuum , in quantùm quo res magis eleuatur ſuprà materiam , magis participat de eſſe cognoſcitiuo , & res , quæ nullatenùs ſuprà materiam eleuatur , nullatenùs cognoſcitiua eſt , ergo à fortiori nulla-

tenùs

Immateriale, quod eſt tale titulo carentiæ poteſt eſſe imperfectius materiali.

tenùs eſt cognoſcitiua res, quæ infra materiam deprimitur. Maior probatur primò: Materialitas quomodocumque explicetur eſt aliqua perfectio: ergo carentia materialitatis ſecundùm ſe præcisè eſt aliqua imperfectio: ergo illud, quod eſt materiale eſt tale
23. titulo perfectionis; & illud, quod eſt immateriale titulo carentiæ, eſt tale titulo imperfectionis: ergo immateriale titulo carentiæ poteſt eſſe imperfectius materiali. Neque dicas carentiam materialitatis neceſſariò ſemper coniungi cum perfectione maiori, quàm ſit ipſa materialitas. Contra enim à qualibet perfectione creatâ per defectum æquè, ac per exceſſum, recedi poteſt, cum æquè repugnet creatura omnium imperfectiſſima, ac omnium perfectiſſima: ergo carentia materialitatis æquè poteſt coniungi cum aliquo, quod à materialitate recedat per defectum, ſitque materialitate imperfectius, ac cum aliquo, quod à materialitate recedat per exceſſum, ſitque materialitate perfectius. Maior eadem
24. probatur ſecundò: De facto illud, quod eſt minùs materiale non eſt ſemper perfectius eo, quod eſt magis materiale, ſed aliquando eſt perfectius, ſic ſpecies intentionales ſunt accidentia perfectiora qualitatibus phyſicis; aliquando eſt imperfectius, ſic indiuiſibile materiale eſt imperfectius toto materiali, & tamen minùs materiale eſt, quam ipſum totum; cum pluribus materialibus conditionibus careat, nimirum diuiſibilitate, ſenſibilitate ſaltem extrinſeca; extenſione, &c. ergo neque etiam illud, quod eſt immateriale eſt ſemper perfectius eo, quod eſt materiale; ſicuti enim quod à materiali recedit ad immateriale accedendi non ſemper accedit ad maiorem perfectionem, ita quod à materiali omninò diſtat, & in immaterialitate eſt, non ſemper eſt in maiori perfectione: ergo immateriale ſaltem quod eſt tale titulo carentiæ poteſt eſſe quid imperfectius materiali.

Minùs materiale non eſt ſemper perfectius magis materiali.

25. Probatur ſecunda pars primò: Si illud quod eſt immateriale titulo excellentiæ, & perfectionis, & materialitatem excludit, quia includit perfectionem materialitate maiorem neceſſariò, ac efficaciter, infert eſſe intellectiuum, maximè quia tale immateriale eſt perfectius omni materiali, & immateriale perfectius omni materiali, non poteſt non eſſe intellectiuum, ſed falſum eſt, quod immateriale perfectius omni materiali non poſſit non eſſe intellectiuum: ergo falſum eſt quod immateriale titulo excellentiæ, & perfectionis, neceſſariò, ac efficaciter inferat eſſe intellectiuum, maior eſt fundamentum opinionis oppoſitæ ex De Quiros *loco cit. num.* 13. *&* 14. Minor probatur: Si immateriale perfectius omni materiali non poteſt non eſſe intellectiuum. Maximè quia tale immateriale eo ipſo, quod eſt perfectius omni materiali, eſt etiam perfectius aliquo cognoſcitiuo, cum detur aliquod materiale cognoſcitiuum; non poteſt autem eſſe perfectius aliquo cognoſcitiuo, quin ſit cognoſcitiuum, quia nihil ex genere non cognoſcitiuo poteſt æquare, nedum excedere, cognoſcitiuum: nec poteſt eſſe cognoſcitiuum, quin ſit intellectiuum, quia intellectiuum nihil aliud eſt, quàm cognoſcitiuum immateriale, & cognitio intellectiua à ſenſitiuâ, ſeu non intellectiuâ ſolâ immaterialitate ſecernitur: ſed falſum eſt non poſſe eſſe perfectius aliquo cognoſcitiuo illud, quod non eſt cognoſcitiuum: ergo immateriale ex eo, quod ſit perfectius omni materiali, & conſequenter aliquo cognoſcitiuo, non ſequitur, quod ſit cognoſcitiuum, multoque minus, quod ſit intellectiuum. Minor probatur, licèt cognoſcitiuum ex genere ſuo ſit perfectius non cognoſcitiuo, non ideò neceſſe eſt quamlibet ſpeciem rei cognoſcitiuæ eſſe perfectiorem qualibet ſpecie rei non cognoſcitiuæ: ergo optimè dari poteſt non cognoſcitiuum perfectius cognoſcitiuo, & per conſequens immateriale non cognoſcitiuum poteſt eſſe perfectius materiali cognoſcitiuo, nec ex eo, quod illud ſit iſto perfectius neceſſe eſt, quod etiam illud cognoſcitiuum ſit. Antecedens probatur tum a priori, quia vt aliquod genus ſit perfectius ſimpliciter alio, ſufficit quod perfectiſſima ſpecies illius generis ſit perfectior perfectiſſimâ ſpecie iſtius; ſpecies enim ſunt ſicuti numeri, vt autem vnus numerus ſit ſimpliciter maior alio, ſufficit quod vltima figura vnius ſit maior vltimâ figura alterius, nec neceſſe eſt quod quælibet figura numeri maioris ſuperet quamlibet figuram numeri minoris, tum à poſteriori inductione, & exemplis; vitale enim eſt ex genere ſuo perfectius non vitali, nec tamen quodlibet accidens vitale eſt perfectius quolibet non vitali, alioqui viſio Dei eſſet perfectior lumine gloriæ, actus quilibet peccati eſſet perfectior habitu quolibet virtutis: Incorruptibile eſt perfectius ex genere ſuo corruptibili; nec tamen quælibet ſubſtantia incorruptibilis eſt perfectior qualibet corruptibili, alioqui cœlum eſſet perfectius Leone, materia prima eſſet perfectior toto.

Immateriale etiam perfectius omni materiali nõ eſt neceſſariò intellectiuum.

Aliquod nõ cognoſcitiuũ poteſt eſſe perfectius aliquo cognoſcitiuo, & aliquod imperfectius ex genere poteſt eſſe perfectius in ſpecie.

Probatur eadem ſecunda pars ſecundò: Immateriale, quod eſt tale titulo excellentiæ, & perfectionis, quodque eſt ſupermateriale, ſeu perfectius omni materiali, vel eſt perfectius omni materiali præcisè ratione gradus intellectiui, vel ratione alterius gradus, ſeu prædicati diuerſi à gradu intellectiuo; neutrum probat immateriale perfectius omni materiali neceſſariò eſſe intellectiuum: ergo. Probatur Minor quoad primam partem: Falſum eſt immateriale perfectius materiali eſſe perfectius præcisè ratione gradus intellectiui: ergo inde non probatur immateriale, quod eſt perfectius materiali neceſſariò eſſe intellectiuum. Probatur antecedens: Aſſerentes creabilem eſſe potentiam intellectiuam materialem, non propterea dicũt talem potentiam fore eiuſdem perfectionis cum potentia intellectiua immateriali: ergo immateriale, quod eſt perfectius materiali 26.

Immateriale non eſt perfectius materiali præcisè ratione gradus intellectiui.

non eſt tale præciſè ratione gradus intellectiui. Deindè maior, & minor perfectio ipſarum rerum immaterialium inter ſe non attenditur præciſè penes gradum intellectiuum, plura enim, quæ non ſont formaliter gradus intellectiui: adcóque minùa habent de intellectiuo excedunt in perfectione ea, quæ ſunt formaliter gradus intellectiui, adcóque magis habent de intellectiuo, ſic ſubſtantia Angelica, verbi gratia excedit in perfectione Angelicam intellectionem, lumen gloriæ excedit viſionem, & in multorum ſententia voluntas excedit iotellectum, ergo etiam maior perfectio rerum immaterialium comparatiue ad res materiales non attenditur præ-

27\. ciſè penes gradum intellectiuum. Probatur minor quoad ſecundam partem, ſi immateriale, quod eſt perfectius omni materiali, eſt perfectius ratione gradus diuerſi ab intellectiuo, ergo poterit manere perfectius etiam circunſcripto gradu intellectiuo; maior enim perfectio, quæ formaliter non ponitur, ex eo quod ponatur gradus intellectiuus, non debet formaliter auferri, ex eo, quod gradus intellectiuus circunſcribatur, ergo immateriale ex, eo quod ſit perfectius materiali, non probatur quod ſit intellectiuum, cum poſſit manere perfectius materiali etiam circunſcripto intellectiuo. Confirmatur: ex eo quod aliquis actus ſit immaterialis, & perfectior quolibet actu materiali, non ſequitur, quod ſit intellectio, volitio enim eſt actus immaterialis perfectior quolibet actu materiali, & tamen intellectio non eſt, ergo etiam ex eo, quod res aliqua ſit immaterialis, & perfectior qualibet re materiali, non ſequitur quod ſit intellectiua, ergo eſſe immateriale titulo excellentiæ, & perfectionis ſupra materiale non infert neceſſariò eſſe intellectiuum.

Et poteſt manere perfectius etiam circunſcripto gradu intellectiuo.

28\. Supereſt probanda tertia pars, pro cuius intelligentia refero verba D. Thomæ, *pluribus in locis* 1.p.q.14.a.1.*in c. Cognoſcentia à nõ cognoſcentibus in hoc diſtinguũtur, quia non cognoſcentia nihil habent niſi formã ſuam tantum: ſed cognoſcens natum eſt habere formã etiam rei alterius, nam ſpecies cogniti eſt in cognoſcente. Vnde manifeſtum eſt, quod natura rei non cognoſcentis eſt magis coarctata, & limitata, natura autem rerum cognoſcentium habet maiorem amplitudinem, & extenſionem, coarctatio autem formæ eſt per materiam; patet igitur; quod immaterialitas alicuius rei eſt ratio, quod ſit cognoſcitiua.* quæſt. 2. de verit. art. 2. *Quod perfectio, quæ eſt propria vnius rei, in altera inueniatur, eſt perfectio cognoſcentis in quantum eſt cognoſcens: Perfectio autem vnius rei in alterâ eſſe non poteſt ſecundùm determinatum eſſe quod habebat in re illa, & ideo ad hoc quod nata ſit eſſe in re alterâ oportet eam conſiderare abſque his, quæ nata ſunt eam determinare, & quia formæ, & perfectiones rerum per materiam determinantur, inde eſt quod ſecundùm hoc eſt aliqua res cognoſcibilis, ſecundùm quod à materia ſeparatur. Vnde oportet, quod etiam id, in quo ſuſcipitur talis rei perfectio ſit immateriale, ſi enim eſſet materiale, perfectio recepta eſſet in eo ſecundùm aliquod eſſe determinatum, & ita non eſſet in eo ſecundùm quod eſt cognoſcibilis, vnde oportet in intellectu cognoſcente recipi aliquid immaterialiter; & ideo videmus, quod ſecundùm ordinem immaterialitatis in rebus, ſecundùm hoc in eis natura cognitionis inuenitur.* Primo contra Gent. cap. 44. *Ex hoc aliqua res eſt intelligens, quod eſt ſine materia, cuius ſignum eſt, quod formæ ſunt intellecta in actu per abſtractionem à materia: vnde & intellectus eſt vniuerſalium, & non ſingularium, quia materia eſt indiuiduationis principium, forma autem intellecta in actu fiunt vnum cum intellectu actu intelligente, vnde ſi ex hoc formæ ſunt intellecta in actu, quod ſunt ſine materia, oportet rem aliquam ex hoc eſſe intelligentem, quod eſt ſine materia.*

29\. Ex quibus, & ſimilibus locis colligitur *D. Thomam* ſtatuere pro ratione cognoſcitiuitatis immaterialitatem quandam receptionis, ſeu eleuationem ſuprà materiam in modo recipiendi quatenùs materia recipit formas entitatiuè, habendo ipſarum entitatem intra ſe, & coarctando quodammodo ipſas, ac limitando, ne in alio ſubiecto recipiantur; neque enim eadem forma præſertim in ſententia Thomiſtica deſumente rerum indiuiduationes à materia, poteſt entitatiuè recipi in duplici materia: ſupra hunc modum recipiendi eleuantur cognoſcentia, quatenùs recipiunt formas non entitatiuè, ſed repræſentatiuè; non proprias tantum, ſed etiam rerum aliarum, relinquendo tamen ipſas extra ſe entitatiuè exiſtentes in propriis ſubiectis, qua ratione formæ non coarctantur, ſed ſunt commmunicabiles quibuſcumque ſubiectis, ſic quælibet forma entitatiuè permanens in proprio ſubiecto, poteſt intentionaliter, ſeu repræſentatiuè pluribus, & pluribus ſubiectis communicari: Quod eſt formam intentionalem recipi in ſubiecto abſque coarctatione, com eleuatione ſupra modum recipiendi materiæ, & cum quadam immaterialitate receptioois. Ex hac immaterialitate *D. Thomas* probat cognoſcitiuitatem, & ad Deum aſſurgendo infert in ipſo cognoſcitiuitatem perfectiſſimam, ſeu intellectiuitatem. Huiuſmodi probatio plurimum habet, & acuminis, & roboris, cum tamen *à D. Thoma* non afferatur, vt demonſtratiua, poteſt etiam ſine iniuria auctoritatis angelicæ aſſeri non omninò efficax, nec aſſerendo ex tali ratione non efficaciter probari in Deo intellectionem aſſerimus ipſam omni carere probabilitate, quod ſolùm eſſet recedere à mente *D. Thomæ.* Ideò

Immaterialitas, quam *D. Thomas* ſtatuit pro ratione cognoſcitiuitatis, quid ſit?

Probatur tertia pars: Immaterialitas in modo recipiendi formas ſita in eo, quod res poſſit recipere formam non ſolùm ſuam, ſed etiam rei alterius, non ſolùm modo entitatiuo, ſed etiam repræſentatiuo, licet inferat eſſe cognoſcitiuum, non tamen infert eſſe cognoſcitiuum in re ſpirituali magis, quàm in re materiali, & ſicuti non infert eſſe cognoſcitiuum in omni re materiali, ita nec in omni re ſpirituali, ſed 30.

hoc

Digitized by Google

hoc eſſet neceſſarium, vt ex tali immatetialitate efficaciter probaretur intellectio, & ſcientia in Deo: ergo. Probatur minor; eo ipſo, quod illa immaterialitas non infert eſſe cognoſcitiuum in omni re ſpirituali, nec in re ſpirituali magis, quàm in materiali, non probat efficaciter rem maximè ſpiritualem debere eſſe maximè cognoſcitiuam, ſeu intellectiuam perfectiſſimè; qua ratione rectè probaretur Deum eſſe maximè intellectiuum, vtpotè qui eſt maximè ſpiritualis: ergo vt ex tali immaterialitate efficaciter probaretur intellectio, & ſcientia in Deo eſſet neceſſarium, quod conueniret omni, & ſoli rei ſpiritnali. Maior etiam probatur: Illa immaterialitas receptionis conuenit etiam aliquibus rebus materialibus, vt patet in Brutis, aliiſque materialibus cognoſcentibus; non conuenit omnibus rebus ſpiritualibus, plures enim res ſpirituales plures formas recipiunt præcisè, vt formas proprias, & in eſſe entitatiuo; non vt formas alterius, & in eſſe repræſentatiuo, ſic ſubſtantiæ ſpirituales potentias, habitus, actus, vbicationem in ſententia aſſerente ipſam eſſe formam modalem, recipiunt vt formas proprias eodem modo, quo eaſdem formas recipiunt ſubſtantiæ materiales: ergo

Immaterialitas in modo recipiendi nec omnibus nec ſolis rebus ſpiritualibus conuenit.

31. Dices licèt res ſpirituales aliquas formas recipiant materialiter, & modo entitatiuo; proprium tamen rerum ſpiritualium eſt omnes formas intentionaliter, & modo repræſentatiuo receptibiles poſſe intentionaliter recipere, quod non conuenit rebus materialibus; nam aër non ſolùm formas phyſicas, ſed nec formas intentionaliter receptibiles poteſt intentionaliter recipere; oculus poteſt intentionaliter recipere ſolas ſpecies obiecti viſibilis, non ſpecies aliorum obiectorum, quamvis etiam aliorum obiectorum ſpecies ſint ſecundùm ſe formæ intentionaliter receptibiles: ergo rebus ſpiritualibus multo magis, quàm materialibus conuenit immaterialitas in modo recipiendi formas, & per conſequens rei maximè ſpirituali, qualis eſt Deus, maximè conueniet talis immaterialitas. Sed contra: Vnde conſtat non eſſe dabilem rem aliquam ſpiritualem, quæ formas etiam intentionaliter receptibiles nequeat intentionaliter recipere? non video vnde poſſit id probari, niſi ſupponendo quod eſt in quæſtione; ſupponendo ſcilicet quamlibet rem ſpiritualem poſſe recipere modo cognoſcitiuo formam omnem cognoſcibilem, idem quippe ſonat recipere intentionaliter formas intentionaliter receptibiles.

32. Neque dicas id colligi ex carentia quantitatis, & materiæ, quam habent res ſpirituales, cum enim quantitas impediat cognitionem; & materia, vtpotè principium indiuiduationis tribuat formis eſſe maximè determinatum, & coarctatum; carentia quantitatis conferet ad cognitionem, & carentia materiæ conferet ad recipiendas formas modo illimitato, repræſentatiuo, & vt formas alterius. Cõtra enim primò ſi talis ratio aliquid probat, probat nimis, probat ſcilicet quamlibet rem ſpiritualem eſſe æqualiter intellectiuam: quia quælibet res ſpiritnalis habet æqualiter carentiam quantitatis, & materiæ: quælibet ſcilicet habet talem carentiam per priuationem in facto eſſe, priuatio autem in facto eſſe non ſuſcipit magis, & minus ex D. Thoma 1. 2. *quæſtione 73. articulo 2. in C.* Contra ſecundò falſum eſt quantitatem impedire cognitionem, cum plura entia quanta ſint cognoſcitiua; falſum item eſto materiam eſſe principium indiuiduationis, cum quælibet res à propria entitate indiuiduetur, non à materia; deinde indiuiduatio non eſt illa, quæ tribuit formis coarctationem impeditiuam cognitionis, alioqui formæ intentionales, ſeu ſpecies carere deberent indiuiduatione. Contra tertiò: Etiamſi quantitas eſſet impeditiua cognitionis, & materia eſſet coarctatiua formæ, ad inferendum ex carentia quantitatis, & materiæ virtutem cognoſcitiuam, & receptiuam formæ modo illimitato, deberet probari, quod quantitas eſſet impedimentum vnicum cognitionis, & materia principium vnicum coarctationis formarum, alioqui optimè ſtare poteſt quod quantitas ſit impedimentum cognitionis, & quod aliquid carens quantitate non ſit cognoſcitiuum, ſed habeat aliundè, putà ex propria natura, cognitionis impedimentum, quod materia ſit principium coarctationis, & quod aliquid carens materia, &c. ſicuti ſtat v.g. quod quantitas ſit impedimentum ſummæ ſimplicitatis, & quod aliquid carens quantitate non ſit ſummè ſimplex.

Priuatio in facto eſſe non ſuſcipit magis & minus.

Quantitas deberet eſſe impedimentum vnicum cognitionis, vt ex illius carẽtia probaretur cognoſcitiuitas.

33. Ex dictis habetur primò: Immaterialitatem recipiendi ſumptam pro modo recipiendi intentionaliter, repræſentatiuè, & cum quadam illimitatione, qua forma recipiatur, vt forma alterius, conuenire etiam rebus omninò materialibus ſeu corporeis: è contra materialitatem recipiendi ſumptam pro modo recipiendi phyſicè entitatiuè, & cum quadam limitatione, qua forma recipitur, vt propria præcisè ſubiecti, cui ineſt, conuenire etiã rebus omninò immaterialibus, ſeu ſpiritualibus. Vnde ſicuti modus recipiendi immaterialis, licèt aliquibus ſubſtantiis materialibus conueniat, non infert omnia materialia eſſe cognoſcentia, ita ex eo, quod idem modus conueniat aliquibus ſubſtantiis immaterialibus, non infert omnia immaterialia eſſe intelligentia. Non negamus igitur modum recipiendi immaterialiter, intentionaliter, & repræſentatiuè, non inferre eſſe cognoſcitiuum in rebus corporeis, eſſe intellectiuum in rebus ſpiritualibus; ſed dicimus, quod ſicuti nõ conuenit omnibus rebus corporeis, ita non conuenit omnibus ſpiritualibus, & ex conſequenti; ſicuti non infert in omnibus illis eſſe cognoſcitiuum, ita non infert in omnibus iſtis eſſe intellectiuum: Quod ſi quis deinde contendat ſpecialiter inferre eſſe intellectiuũ in Deo, eo quod Dei ſpiritualitas, vtpotè perfectiſſima, non poſſit non habere perfectionem recipiendi immaterialiter eo ipſo, quod talis perfectio alicui rei ſpirituali conuenire poteſt, non damno illationem, ſed dico vim ipſius refundi in infinitatem, non in ſpi-

Immaterialitas recipiendi conuenit rebus etiam materialibus, & materialitas recipiendi rebus etiam immaterialibus.

ritualitatem; probatur enim Deus intelligens, quia immaterialiter recipiens, & probatur immaterialiter recipiens, non quia ſpiritus, ſed quia ſpiritus omnino perfectiſſimus, & infitus.

Spiritualitas perfectiſſima, nō quatenus ſpiritualitas, ſed quatenus perfectiſſima infert eſſe intellectiuum.

34. Habetur ſecundò Immaterialitatem modi recipiendi eſſe potius proprietatem, quàm radicem cognoſcitiuitatis, vel intellectiuitatis; eadem enim forma, eadem v. g. ſpecies intentionalis in ſubiecto cognoſcitiuo immaterialiter, in ſubiecto, non cognoſcitiuo materialiter, recipitur; immaterialitas igitur receptionis prouenit à ſubiecto, non à forma, & præſupponit, non ponit virtutem cognoſcitiuam in ſubiecto; alioqui quælibet forma immaterialis, ſeu intentionalis, deberet in quolibet ſubiecto immaterialiter recipi, & cuilibet ſubiecto tribuere eſſe cognoſcitiuum. Si igitur de aliquo ſubiecto conſtet, quod ſit immaterialiter receptiuum, ex tali immaterialitate à poſteriori, non à priori infertur illud ſubiectum eſſe cognoſcitiuum: Vnde qui ſimpliciter docent ex immaterialitate probari eſſe cognoſcitiuum, tanquam ex radice, & ratione à priori, errant dupliciter, præſertim ſi ſint ex Schola Thomiſtica, in qua cum gradus intellectiuus in Deo ſit primus, & conſtitutiuus eſſentiæ formaliſſimæ Dei nequit ſupponere immaterialitatem, aut alium gradum tanquam priorem, & ex quo poſſit à priori probari quod etiam aduerterunt nonnulli ex Thomiſtis, inter quos Ioan. à S. Thom. 1. *parte*, *diſp.* 16. *art.* 1. *num.* 24. vbi fatetur, quod immaterialitas dicitur radix cognoſcitiuitatis lato modo, ſicut ratio quædam requiſita, & eſſentialiter imbibita in omni gradu cognoſcitiuo, ſicut ſi diceremus, quod virtus mouendi non ſolum alia, ſed etiam ſe eſt radix vitæ.

Immaterialitas percipiendi eſt proprietas potius quā radix cognoſcitiuitatis, & hanc à poſteriori probat, non à priori.

35. Habetur tertiò maiorem eſſe connexionem intellectiui cum immateriali, quàm immaterialis cum intellectiuo, etiam ſumendo immateriale, prout importat ſpiritualitatem. Enim verò omne intellectiuum debet eſſe immateriale, non ſolùm quatenus debet poſſe recipere modo intentionali, quod eſt commune cuilibet cognoſcitiuo, ſed etiam quatenus debet habere ſpiritualitatem, *ex ſuperiori* enim *lib. cap.* 8. repugnat entitatem non ſpiritualem eſſe intellectiuam, aut productiuam intellectionis: Non è contra, omne immateriale debet eſſe intellectiuum, quia immateriale ſumptum pro eo, quod habet modum recipiendi intentionalem, commune eſt aliquibus rebus materialibus, quibus nequit competere eſſe intellectiuum; ſumptum pro ſpirituali poteſt non habere modum recipiendi intentionalem, qui eſſentialiter comitatur, ſeu conſequitur quodlibet eſſe cognoſcitiuum, & hoc quo ſaltem eminenter reperto, vt reperitur in Deo, nequit haberi intellectiuitas, ſubſtantia igitur ſpiritualis poteſt non eſſe intellectiua, ſecus è contra.

Dubitatur pro complemento doctrinæ hucuſque traditæ; Verum ſubſtantia ſpiritualis non intellectiua eſſe poſſet aliquo modo operatiua. Negant nonnulli, qui etiam exinde probant repugnantiam ſubſtantiæ ſpiritualis non intellectiuæ, verum nec neceſſe eſt ſubſtantiam ſpiritualem non intellectiuam eſſe nullo modo operatiuam, nec ex eo, quod eſſet nullo modo operatiua repugnaret, ideo Reſpondetur ſubſtantiam ſpiritualem non intellectiuam eſſe poſſe tum aliquo modo, tum nullo modo operatiuam, & in arbitrium Dei producentis, non in rationem formalem ſpiritualitatis refundendum eſſe; quod ſubſtantia ſpiritualis operatiua, vel non operatiua producatur. Poteſt eſſe aliquo modo operatiua, quia non omnis operatio ſpiritualis eſt intellectio, aut intellectionem ſupponens; quamvis igitur ſubſtantia ſpiritualis non intellectiua nec poſſet producere intellectionem, nec vllam actionem liberam, quia omnis actio libera intellectionem ſupponit, producere tamen poſſet motum localem, lucem ſpiritualem, aliaque huiuſmodi accidentia ſpiritualia, tum in ſe, tum extra ſe; & ſicuti ſubſtantia materialis non productiua materialis cognitionis producere poteſt alia accidentia materialia, cur ſubſtantia ſpiritualis non productiua ſpiritualis cognitionis producere nequibit alia accidentia ſpiritualia. Poteſt eſſe nullo modo operatiua, quia eſſe operatiuum nec eſt de conceptu ſubſtantiæ, alioqui non eſſet dabilis ſubſtantia materialis non operatiua, quod apparet falſum in materia prima; nec eſt de conceptu rei ſpiritualis, alioqui non eſſet dabile accidens ſpirituale non operatiuum, quod apparet falſum in charactere Sacramenti, ergo eſſe operatiuum neque eſt de conceptu ſpiritualis ſubſtantiæ, adeóque dari poteſt ſubſtantia ſpiritualis non operatiua. Nec propterea talis ſubſtantia ſuperflueret, quia vel poſſet eſſe receptiua, ſicuti eſt materia prima in ordine corporeo, vel inſeruire poſſet ad exercitium diuinæ libertatis, oſtenſionem diuinæ potentiæ, aliumve finem diuinæ prouidentiæ nobis occultum. Neque dicas non eſſe operatiuum eſſe proprium materiæ primæ, & ſubſtantiam ſpiritualem eo ipſo, quod excludit materiam primam, debere includere eſſe operatiuum, ſeu actiuitatem. Contra enim eodem modo probaretur accidens ſpirituale, ſubſiſtentiam ſpiritualem debere includere actiuitatem; aliud eſt igitur materiam primam non eſſe operatiuam, aliud eſt ipſam ſolam talem eſſe, ſicuti requireretur, vt non eſſe operatiuum eſſet proprium ipſius; verum eſt materiam primam non eſſe operatiuam; falſum, & gratis dictum ipſam ſolam talem eſſe, ideo, &c. 36.

Subſtantia ſpiritualis non intellectiua poteſt eſſe tū operatiua, tum non operatiua.

§. VI.

§. VI.

Vtrùm detur in Deo ſcientia per modum habitus?

37. Scientia in Deo nõ habet ratione formalem habitus.

ASSERTVM: Non datur in Deo ſcientia per modum habitus. Ita à fortiori illi omnes, qui abſolutè negant in Deo actum primum intelligendi; certum eſt enim habitum ſe tenere ex parte actus primi; & inſuper magis communiter illi, qui actum primum admittunt; in terminis verò tradunt expreſsè poſitum aſſertum Herincx *diſp.* 6. *queſt.* 1. *num.* 7. De Quiros 1. *parte*, *diſp.* 35. *ſect.* 4. contra Henricum 1. *parte*, *art.* 37. *queſt.* 1. Arriagam *diſp.* 15. *ſect.* 3. *ſubſect.* 4. *num.* 55.

Probatur: Habitus datur, vt complementum potentiæ, vel non habentis ſufficientem actiuitatem, vel non habentis facilitatem ad operandum, ſed reſpectu diuini intellectus non eſt dabile aliquod, aut complens actiuitatem, aut tribuens facilitatem, nec intellectus diuinus habere poteſt ex parte ſui, aut inſufficientiam, aut difficultatem ad agendum, ergo non datur in Deo ſeu in diuino intellectu ſcientia per modum habitus: Minor patet, quia intellectus diuinus habet ex ſuo conceptu formali omnem perfectionem ex parte ſui ſe tenentem; alioqui Deus in linea intellectiua non eſſet ſimpliciter infinitus; nec reſpectu Dei eſt dabile obiectum, aut improportionatum, in ordine ad quod diuinus intellectus indigeat complemento augente actiuitatem; aut arduum in ordine quod diuinus intellectus indigeat complemento tribuente facilitatem; Maior probatur: Habitus ex ſua ratione formali ſe tenet ex parte potentiæ, & adæquatè diuiditur in infuſum per ſe, qui datur ad ſimpliciter poſſe; & acqoiſitum, ſeu infuſum per accidens, qui datur ad melius eſſe, ſeu ad facilè poſſe, ergo datur vt complementum potentiæ, vel non habentis actiuitatem ſufficientem, & erit intra rationem formalem habitus infuſi per ſe, vel non habentis facilitatem, & erit intra rationem formalem habitus infuſi per accidens. Confirmatur: Habitus intellectuales acquiſiti non diſtinguuntur à ſpeciebus intentionalibus, habitus per ſe infuſi dantur ad eleuandum intellectum io ordine ad obiectum ſuperius; ſed in intellectu diuino non datur aliquid habens formalem rationem ſpeciei intentionalis ex *ſuprà dictis* §. 3. Multo minus eſt dabile aliquid habens rationem formalem eleuantis, alioqui Deus non eſſet ex ſe ſummum, & ſupremum intelligens: ergo non datur in Deo aliquid, quod habere poſſit rationem formalem, aut habitus aquiſiti, aut habitus per ſe infuſi. Confirmatur inſuper: In diuino intellectu nec dari poteſt habitus in ordine ad obiectum neceſſarium, nec in ordine ad obiectum contingens; non in ordine ad obiectum neceſſarium, quia Deus quodlibet obiectum neceſſarium neceſſariò intelligit, in ordine verò ad intellectionem neceſſariam non datur habitus, niſi potentia ſit omnino improportionata, vt eſt intellectus creatus reſpectu viſionis; non in ordine ad obiectum contingens, in ordine ad quod eſt libera ſcientia Dei, quia ſi daretur in diuino intellectu habitus pro ſcientia libera, non pro ſcientia neceſſaria, ſcientia libera in Deo haberet principium diuerſum, ab eo quod habet ſcientia neceſſaria; adeóque actus liber Dei differret entitatiuè & intrinſecè à neceſſario contra infrà dicenda *lib. ſeq. cap.* 1. §. 5.

Habitus quilibet datur vt complementum potentiæ.

38.

Scientia libera in Deo non poteſt habere principium diuerſum à ſcientia neceſſaria.

Ex his habes actum primum proximum intelligendi in Deo adæquatè conſurgere ex diuina eſſentia, & diuino intellectu: Illa enim per ſe ipſam præſtat quidquid ad intellectionem requiritur ex parte obiecti, repræſentat ſcilicet eminentiſſimo, & perfectiſſimo modo omne intelligibile; iſte per ſe ipſum habet quidquid deſiderari poteſt ex parte potentiæ, habet ſcilicet in ordine ad quodlibet intelligibile omnem tum proportionem, tum facilitatem. Neque dicas in hac proportione, & facilitate ſitam eſſe formalem rationem habitus. Contra enim proportio, & facilitas non habet rationem habitus, niſi quatenus eſt ſupplementum, & complementum potentiæ aut non proportionatæ, aut non expeditæ: Nec vnquam alicui venit in mentem ponere habitum in potentia de ſe maximè proportionatâ, & faciliimè expeditâ, imo incapaci aut maioris proportionis, aut maioris facilitatis, qualis eſt potentia intellectiua diuina in ordine ad quemlibet actum, & ad quodlibet obiectum.

39. Actus primus proximus intelligẽdi in Deo adæquatè conſurgit ex diuina eſſentia & diuino intellectu.

CAPVT II.

De obiecto neceſſario ſcientiæ Dei.

QVIA in Deo ſcientia idem eſt, ac omniſcientia, obiectum adæquatum ſcientiæ, Dei eſt omne ſcibile, ſeu omne cognoſcibile, adeóque complectitur non ſolum entia neceſſaria, cuiuſmodi ſunt Deus ipſe, & res poſſibiles; verùm etiam entia contingentia cuiuſmodi ſunt omnes creaturæ aliqualiter conſtitutæ extra ſtatum poſſibilitatis: Præmittimus in præſenti conſiderationem obiecti neceſſarij conſiderationi obiecti contingentis, tum quia obiectum neceſſarium continet ens ipſum increatum quod eſt obiectum primarium, & motiuum diuinæ ſcientiæ; cum obiectum contingens totum conſurgat ex entibus creatis, quæ ſunt eiuſdem ſcientiæ, obiectum ſecundarium, & purè terminatiuum; tum quia obiectum contingens minoris, eſt dignitatis, & maioris

1. Scientia in Deo idem eſt, ac omniſcientia.

difficultatis, adeóque maioris tum dignitatis, tum facilitatis iure obiectum neceſſarium exigit primò explicari; & ſe non eodem facilitatis, ſaltem maiori dignitatis excelleotioris titulo obiectum oeceſſarium inereatum præponi poſtulat obiecto neceſſario ereato. Ideo ſit

§ I.

Quomodo, & vnde conſtet Deum cognoſcere, imo etiam comprehendere ſe ipſum?

a. Certitudine fidei & euidentia naturali conſtat Deum ſe cognoſcere.

ASSERTVM I. Deum cognoſcere ſe ipſum, ſeu habere ſcientiam ſui ipſius, conſtat tum ſupernaturali certitudine, tum naturali euidentiâ: Ita communiſſimè illi omnes, qui ſatentur Deum eſſe ſcientem, ſeu intelligentem, nec exiſtimaudus eſt oppoſitum ſenſiſſe Atiſtoteles *lib.* 2. *Magnorum Moralium, cap.* 15. ita de Deo loquens. *Quid igitur inſpiciet? nam quidqnam aliud inſpiciet, id erit melius. Hoc verò abſurdum eſt, vt ſe quidquam melius habeat Deus. Ipſe igitur ſe ſe inſpiciet: at hoc delirum: nam homini, qui ſe ſe ſuſpiciat, vt potè attonito inclamamus:* Non inquam oppoſitum ſenſit *Ariſtoteles*, quia citato mox loco aſſertiuè non loquitur, ſed ponens rationem dubitandi, & nihil determinans; vnde addit, *Quid igitur Deus inſpiciat, omittamus:* alibi deinde mentem ſuam ſatis exprimit oimirum *lib.* 12. *Metaph. cap.* 9. vbi de Deo ita habet: *Manifeſtum eſt igitur quod illnd intelligit, quod diuiniſſimum, honorabiliſſimumque eſt* (& nonnullis interpoſitis) *ſe ipſam: ergo intelligit, ſi eſt quidem quod optimum eſt, & eſt intellectio intellectionis intellectus.*

Ariſtoteles non ſenſit oppoſitum.

Probatur prima pars quo ad certitudinem ſupernaturalem: Deum cognoſcere ſe ipſum eſt veritas fidei tradita in Scripturis 1. Cor. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei; Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt nemo cognoſcit, niſi ſpiritus Dei.* Eſther. 14. *Domine, qui habes omnium ſcientiam* Eccl. 39. *Non eſt quidquam abſconditum ab oculis eius* 1. Ioan. 3. *Maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia*; Quomodo autem omnia cognoſceret, omnium ſcientiam haberet, ſi ſe ipſum, qui omnia continet, & omnia eſt, ignoraret.

3. Probatur ſecunda pars quo ad euidentiam naturalem: Naturaliter euidens eſt Deum habere intellectionem, & ſcientiam ex *cap. ſuperiori* §. 4. ergo naturaliter euidens eſt Deum habere intellectionem, & ſcientiam ſui ipſius, ſeu ſe ipſum cognoſcere. Probatur conſequentia primò: Intellectio, & ſcientia perfectiſſima, ac maximè talis, debet habere obiectum perfectiſſimum, & maximè intelligibile, ſed intellectio, & ſcientia Dei eſt perfectiſſima, Deus item eſt obiectum perfectiſſimum, & maximè intelligibile, ergo intellectio, & ſcientia Dei omnino habere debet Deum ipſum pro obiecto; alioqui finge Deum à ſe ipſo cognoſci non poſſe, cogeris ſtatim admittere imperfectionem tum in diuina cognitione, quæ ſolum attingeret cognoſcibilia imperfecta, tum in diuina cognoſcibilitate, quæ euaderet chymetica ob carentiam virtutis cognoſcitiuæ, à qua poſſet attingi; neque enim aut Deus poſſet attingi à virtute cognoſcitiua creaturæ, ſi attingi non poſſet à virtute cognoſcitiua propria, aut dari poteſt cognoſcibile, cui nulla correſpondeat virtus cognoſcitiua, ſicuti dari non poteſt producibile, cui nulla correſpondeat virtus productiua. Probatur eadem prima conſequentia ſecundò: Virtus quælibet cognoſcitiua maximè attingit obiectum ſibi maximè proportionatum, & maximè intimum; ſed Deus eſt obiectum maximè proportionatum, & maximè intimum propriæ virtuti intellectiuæ, quia cum propria virtute intellectiuâ identificatur, quæ autem identificantur non poſſunt non eſſe ſibi maximè proportionata, & maximè intima.

Cognoſcibile dari non poteſt ſine virtute cognoſcitiua ipſi correſpondente.

Dices identitatem Dei cum propria virtute cognoſcitiua, imo cum propria cognitione, inferre oppoſitum; ſcilicet quod Deus nequeat ſe ipſum cognoſcere, ſeu eſſe obiectum propriæ cognitionis; cum ſit de eſſentia cognitionis diſtingui à ſuo obiecto propter tranſcendentalem ordinem quem dicit ad ipſum. Tanti facit hanc inſtantiam Herice *tract.* 5. *diſp.* 4. *cap.* 1. Et adeo certum exiſtimat debere obiectum à cognitione diſtingui, vt ne concedat obiectum à cognitione indiſtinctum, neget Deum eſſe obiectum propriæ cognitionis, & velit Deum cognoſcere quidem ſe ipſum, eſſe à ſe cognitum, at non eſſe obiectum ſui ipſius, ſeu cognitionis, qua ſe ipſum cognoſcit. Sed contra, *Herice* ſcrupuloſè nimis hæret in nomine obiecti eademque ſecuritate conſcientiæ, qua admittit idem poſſe cognoſcere ſe ipſum, poteſt, imo tenetur, admittere ideio poſſe eſſe obiectum ſui ipſius; cum in communi acceptione cognitum, & obiectum ſynooyma ſint; & quod cognoſcitur ſit obiectum cognitionis: Ideo ad inſtantiá nego abſolutè, quod ſit de eſſentia cognitionis diſtingui à ſuo obiecto, aut dicere ordinem realem tranſcendentalem ad ipſum; pro quo recolenda ſunt *ſupradicta lib.* 2. *cap.* 5. §. 7. vbi aſſeritur cognitionem etiam creatam poſſe habere pro obiecto ſe ipſam, adeóque habere obiectum à ſe indiſtinctum; verum quia ibi potiſſimum ſermo fuit de obiecto terminatiuo, & in præſenti diuina eſſentia reſpectu propriæ cognitionis eſt obiectum non præciſè terminatiuum, ſed motiuum etiam, præciſis imperfectionibus, quod debet aliquo modo à cognitione diſtingui, cum ſit aliquo modo cognitionis principium; dico ſufficere in diuinis ad rationem obiecti motiui, quod virtualiter diſtinguatur à cognitione, vnde quod diuina eſſentia ſit obiectum motiuum propriæ cognitionis infert, quod non ſit formaliter, & virtualiter

4.

Obiectum cognitionis & cognitum ſynonyſma ſunt.

Non eſt de eſſentia cognitionis diſtingui ab obiecto.

Ab obiecto motiuo ſufficit ſi diſtinguatur virtualiter ſaltem in diuinis.

liter ipſa cognitio, vt nos ipſi inferebamus *ſupra, lib. 1. cap. 2. §. 2. in 3. probat. quarti aſſerti*; at non infert quod non ſit ipſa cognitio materialiter, realiter, & ideoticè. Sufficit, inquam, in diuinis ad rationem obiecti motiui, quod virtualiter diſtinguatur à cognitione, etiamſi fortè hoc non ſufficiat ad rationem obiecti motiui reſpectu cognitionis creatæ, quia ſicuti in creatis cognitio æque eſſentialiter diſtinguitur à principio cognoſcente, ac ab obiecto mouente; ita in diuinis non debet videri difficilius quod cognitio non diſtinguatur realiter ab obiecto mouente, quàm quod non diſtinguatur realiter à principio cognoſcente, ſicuti igitur iuxta ſupra dicta in Deo actus primus diſtinguitur ſolùm virtualiter ab actu ſecundo, ita, & obiectum motiuum poterit diſtingui ſolum virtualiter à cognitione, & ſicuti in Deo eadem entitas eſt intellectio, & res intelligens; actus ſecundus, & primus intellectionis; ita eadem entitas eſſe poterit intellectio, & res intellecta, actus, & obie-

5. ctum etiam motiuum. Ratio à priori horum omnium eſt, quia ad lineam intelligibilem ſpectat tum intelligere actiuè, tum intelligi paſſiuè, tum eſſe actum, tum eſſe obiectum intellectionis, illud igitur quod modo puriſſimo, & ſimpliciſſimo habet omnem perfectionem in linea intelligibili, debet ſibi identificare, & intelligere, & intelligi, & rationem intellectionis, & rationem obiecti: Hinc duo eruuntur, primùm quod in Deo, vtpotè habente omnimodam in linea intelligibili infinitatem, debeat identificari intellectio, & obiectum: Secundùm, quod ratio formalis obiecti non petat diſtinctionem ab intellectu, aut intellectione, ſed potius identitatem, nec diſtinguatur realiter, niſi ex eo, quod tum ipſum obiectum, tum actus habent finitam, ac limitatam, non omnem perfectionem lineæ intelligibilis. Colligitur hæc doctrina ex D. Thoma 1. *parte*, tum *quæſt.* 14. *art.* 2. *in C. Secundum hoc tantum ſenſus, vel intellectus aliud eſt à ſenſibili, vel intelligibili, quia vtrumque eſt in potentia, cum igitur Deus nihil potentialitatis habeat, &c.* tum *quæſt.* 27. *art.* 1. *ad* 2. *intellectus ſecundum hoc, quod actu intelligit, ſecundùm hoc fit magis vnum cum intellectu, vnde cum diuinum intelligere ſit in fine perfectionis, neceſſe eſt; quod verbum diuinum ſit perfectè vnum cum eo, à quo procedit, abſque omni diuerſitate.*

6. Certitudine fidei, & euidentiâ naturali conſtat Deum ſe comprehendere.

ASSERTVM II. Deus non cognoſcit ſe ipſum quomodocumque, ſed perfectè comprehendit. Hoc aſſertum eſt tum lumine fidei certum, tum lumine naturæ euidens non minus, quàm ſuperius: Traditur ab omnibus communiſſimè cum D. Thoma 1. *p. q.* 14. *a.* 3.

Probatur primò ex ſupra allatis verbis Scripturæ, *Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei*, vbi ly *ſcrutari profunda* aliquid magis importat, quàm ſimplicem vtcumque aut etiam intuitiuam præcisè cognitionem, nec rectè *SS. PP.* relati à De Quiros 1. *parte*, *diſp.* 38. *ſect.* 3. *num.* 14. ex allato textu probarent diuinitatem Spiritus Sancti, ſi ly *ſcrutari profunda* non importaret cognitionem Dei comprehenſiuam, & creaturæ omnino incommunicabilem: fauent eidem intento verba ſubſequentia continentia paritatem ſpiritus hominis comparati ad ea, quæ ſunt hominis, ſicuti enim ſpiritus hominis comprehendit ea, quæ ſunt hominis, imò ex Auguſtino *lib.* 83. *quæſtionum*, *quæſt.* 14. *Omne quod intelligit ſe, comprehendit ſe*, ita Spiritus Dei, &c.

Probatur ſecundò ex ſupra allatis rationibus deſumptis ex maxima perfectione cognitionis diuinæ, ex maxima Dei proportione ad propriam cognitionem, ex eo quod in Deo nihil cognoſcibilitatis eſſe poſſit, cui in eodem virtus cognoſcitiua non reſpondeat; huiuſmodi rationes non ſolum probant Deum ſe ipſum cognoſcere, ſed ſe ipſum cognoſcere comprehenſiuè, neque in hoc vllus ſupererit ambigendi locus recolenti explicationem comprehenſionis traditam *lib. ſuperiori, cap.* 7. §. 1. Neque huic veritati obſtant verba Auguſtini *lib.* 83. *quæſtionum*, *quæſt.* 14. dicentis *quod comprehendit ſe, finitum eſt ſibi.* Non obſtant, inquam, quia ſicuti ex Scoto *ibi cit.* vna perſona diuina poteſt dici finita alteri, ita & Deus poteſt dici finitus ſibi, quod clariùs explicat D. Thomas 1. *parte*, *quæſt.* 14. *art.* 3. *ad* 2. *Dicendum quod cum dicitur Deus finitus eſt ſibi, intelligendum eſt ſecundùm quandam ſimilitudinem proportionis, quia ſic ſe habet in non excedendo intellectum ſuum, ſicut ſe habet aliquod finitum in non excedendo intellectum finitum. Non autem ſic dicitur Deus ſibi finitus, quod ipſe intelligat ſe eſſe aliquod finitum.* 7.

Deus in quo ſenſu dici poſſit finitus ſibi.

Laborant hic nonnulli in proceſſu infinito cognitionum reflexarum, quibus etiam cum ſola diſtinctione virtuali admiſſis in Deo, ſequitur nullam virtualitatem diuinæ cognitionis eſſe comprehenſiuam Dei, cum nulla virtualitas diuinæ cognitionis poſſit ferri in omnes reflexiones, eo ipſo enim, quod proceditur in infinitum in reflexionibus, quælibet reflexio debet reſpicere aliam, quæ reſpectu ipſius ſit cognoſcens non cognita, adeóque reſpectu cuiuſlibet reflexionis, vt virtualiter diſtinctæ ab alia datur in Deo aliquod non cognitum; & nulla reflexio, nullaque cognitio in Deo vt virtualiter diſtincta à qualibet alia cognitione eſt comprehenſiua Dei. Labor iſte ſine vlla aut neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, & humana mens ex propria imperfectione auctrix eſt infiniti diuinarum reflexionum proceſſus, in quo laborat. Cæterum re ipſâ non datur in Deo cognitio reflexa virtualiter diſtincta à directa, & à fortiori non datur proceſſus infinitus reflexionum virtualiter ab inuicem diſtinctarum; propterea imaginaria difficultate angitur quiſquis conatur cum illo infinito proceſſu ſaluare cognitionem diuinam eſſe Dei comprehenſiuam. Non datur, inquam, re ipſa in Deo cognitio reflexa virtualiter diſtincta à directa, quia cum quælibet cognitio per ſe ipſam formaliter cognoſcat ſe ipſâ ex *dictis l. ſuperiori c.* 5. §. 7. ſitque ſuper ſe æqui 8.

Cognitio reflexa in Deo vt formaliter talis, non datur.

æquiualenter reflexa, cognitio perfectiſſima erit ſuper ſe ipſam perfectiſſimè reflexiua, non admittet igitur cognitionem formaliter reflexiuam à ſe diſtinctam, quia ſecus per ſe ipſam ſupra ſe perfectè non reflecteretur; non datur igitur in diuina cognitione reflexio, niſi eminens quatenùs cognitio formaliter directa eſt per ſe ipſam ſuper ſe eminenter reflexa. Si tamen placeat argumentationis gratia admittere infinitum illum proceſſum reflexionum adhuc ſaluaretur in Deo cognitio Dei comprehenſiua, ſumendo cognitionis nomine, non aliquam determinatam virtualitatem, ſed totam collectionem ipſarum reflexionum; in tota quippè collectione nulla eſt aſſignabilis reflexio non cognita, quia eo ipſo quod ſupra quamlibet reflexionem datur alia reflexio, quælibet reflexio eſt cognita per aliam reflexionem.

---

§. II.

Vtrùm Deus cognoſcendo ſe ipſum habeat pro obiecto motiuo, & ſpecificatiuo ſolam diuinam eſſentiam, an omnia diuina prædicata?

9. Deus in cognitione ſui non habet pro obiecto motiuo ſolá diuinam eſſentiam.

ASSERTVM: Deus cognoſcendo ſe ipſum habet pro obiecto motiuo, & ſpecificatiuo, non ſolam diuinam eſſentiam; ſed omnia diuina prædicata, nimirum relationes etiam, & attributa. Ita Gonzalez *prima parte, diſputat.* 35. *numero* 4. De Quiros *diſputatione* 37. *ſect.* 3. Albelda *diſputatione* 35. *conc.* 2. Ruiz *diſputatione* 5. *ſect.* 5. aliјque nonnulli contra Salmant. *prima parte, tractat.* 3. *diſputatione* 3. *dub.* 2. §. 2. Io. à S. Thoma *diſputatione* 17. *articulo* 1. (qui tamen *numero* 9. aliqualiter etiam fauet noſtro aſſerto) Lugum *lib.* 1. *diſputatione* 28. *cap.* 2. *numero* 5. & alios magis communiter præſertim ex Schola Thomiſtica.

Probatur primò: Ratio quaſi ſpecifica intellectionis diuinæ, qua ſcilicet intellectio diuina conſtituitur in propria ratione formali, & diuerſificatur à qualibet intellectione creata (voco talem rationem quaſi ſpecificam, quia cum in Deo nulla detur propria ratio generis, aut differentiæ; neque etiam dari poteſt propria aliqua ratio ſpeciei) non deſumitur per ordinem ad ſolam diuinam eſſentiam, ſed ad omnia diuina prædicata, ergo Deus habet pro obiecto motiuo, & ſpecificatiuo, non ſolam diuinam eſſentiam, ſed omnia diuina prædicata. Conſequentia patet ex communi acceptione obiecti motiui, & ſpecificatiui alicuius actus, nec aliâ de causâ intellectio

Obiectum motiuum, & ſpecificatiuũ eſt à quo deſumitur ſpecies, & propria ratio formalis actus.

ſecundùm ſe habet pro obiecto ſpecificatiuo verum; intellectio humana animæ corpori vnitæ verum dicens aliquam habitudinem ad materiam; intellectio Angelica, & animæ ſeparatæ verum independens à materia, inuoluens tamen aliquam potentialitatem, niſi quia propria, & formalis ratio intellectionis ſecundùm ſe deſumitur per ordinem ad verum &c. Antecedens probatur: Ratio quaſi ſpecifica intellectionis diuinæ qua &c. deſumitur per ordinem ad verum, in quo reluceat ratio actus puriſſimi excludentis omnem materiam, omnemque potentialitatem; per huiuſmodi enim rationem actus puriſſimi maximè differt intellectio diuina ab humana, Angelica, & qualibet alia creata intellectione, ſed ratio actus puriſſimi excludentis &c. relucet non ſolùm in diuina eſſentia, verùm etiam in omnibus diuinis prædicatis, ſiue abſolutis, & attributalibus; ſiue relatiuis, & perſonalibus, ergo.

Dices nomine obiecti motiui aliquid amplius intelligi, intelligi ſcilicet illud, quod 10.
non eſt quomodocumque ſpecificatiuum actus; verùm etiam eſt ipſius actus principium, & ſpeciei munus exercet: In diuinis verò exercere munus ſpeciei, & eſſe præciſis imperfectionibus principium virtuale diuinæ intellectionis, conuenit ſoli eſſentiæ non attributis, aut relationibus; quod enim Deus ſit rerum omnium eminentiſſima ſpecies, omniaque intentionaliter repræſentet, conuenit ipſi ratione eſſentiæ, non ratione attributorum, aut relationum. Poteſt hoc confirmari ex dictis *lib. ſuperiori, cap.* 2. §. 3. *circa finem*, vbi docebatur totum concurſum obiectiuum in ordine ad viſionem Dei in Patria præſtari immediatè à diuina eſſentia, tanquam ab vniuerſaliſſima ſpecie, omnium diuinorum prædicamentorum repræſentatiuâ; cur ergo diuina eſſentia non eſt vniuerſaliſſima ſpecies reſpectu intellectus proprij, ſicuti eſt reſpectu intellectus creati; vel cur attributa, & relationes exercent concurſum obiectiuum reſpectu intellectus diuini potius, quàm reſpectu intellectus noſtri. Sed contra: Reſpectu diuini intellectus exercere munus ſpeciei vniuerſaliſſimæ non ſolùm ſe, ſed etiam alia omnia repræſentantis conuenit ſoli eſſentiæ, at exercere munus ſpeciei quodammodo particularis, & præciſè in ordine ad propriam repræſentationem, conuenit etiam aliis diuinis prædicatis; eodemque modo eſſe principium virtuale diuinæ intellectionis vniuerſaliter quodammodo acceptæ & omnia attingentis conuenit ſoli eſſentiæ; at eſſe principium virtuale diuinæ intellectionis quodammodo particularis, & vt præciſè attingentis alia diuina prædicata conuenit etiam aliis diuinis prædicatis; vnde concedimus nos diuinæ eſſentiæ totum illud, quod ipſi concedunt aduerſarij, ſed hoc cum aliqua limitatione, id eſt in ordine ad ſe ipſa præciſè, extendimus etiam ad alia diuina prædicata, & intendimus Deum cognoſcere relationes, & attributa, tum vt repræſentantur ab eſſentia, tum vt repræſentantur à ſe ipſis, & hoc ne diuinis prædicatis negetur aliqua perfectio ſine neceſſitate, & cum detrimento intelligibilitatis, quæ eiuſdem lineæ eſt in alijs diuinis prædicatis, ac in diuina eſſentia; ſicuti igitur reddit diuinam eſſentiam per ſe ipſam mouentem

Reſpectu diuini intellectus exercere munus ſpeciei conuenit omnibus diuinis prædicatis, non ſoli diuinæ eſſentiæ, hæc ſola tamen eſt ſpecies vniuerſaliſſima.

tem ad ſui intellectionem, ita debet reddere per ſe ipſa mouentia ad propriam intellectionem, alia diuina prædicata; licet deinde hæc, quia non continent aliorum omnium perfectionem ac intelligibilitatē, nequeant mouere ad intellectionem etiam aliorum, ſicuti mouere poteſt diuina eſſentia continens eminentiſſimo, & perfectiſſimo modo omnem cuiuſcumque alterius tum creati, tum increati prædicati perfectionem, ac intelligibilitatem.

11. Nec obſtat illud, quod in confirmationem afferebatur: Enim verò quod totus concurſus obiectiuus in ordine ad viſionem creatam Dei præſtetur immediatè à diuina eſſentia prouenit ex eo, quod talis concurſus eſt ad extra, & omnes actiones ad extra eſſe debent communes toti Trinitati, & formaliter liberæ; quod ægrè ſaluaretur, ſi diuinæ perſonalitates ad viſionem creatam præſtarent per ſe ipſas concurſum obiectiuum. Neutrum ex his cogit negare immediatum concurſum obiectiuum earumdem perſonalitatum in ordine ad viſionem increatam, cum hæc eliciatur ad intra, & neceſſariò. Sicque patet, cur attributa, & relationes exerceant concurſum obiectiuum reſpectu intellectus diuini, potius quam reſpectu intellectus noſtri. Cur deinde diuina eſſentia non ſit vniuerſaliſſima ſpecies reſpectu intellectus diuini, & ſit reſpectu intellectus noſtri, non eſt à nobis aſſignandum, cum admiſſo concurſu obiectiuo aliorum diuinorum prædicatorum, adhuc non negemus in diuina eſſentia reſpectu intellectus proprij rationem ſpeciei vniuerſaliſſimæ.

Cur ad viſionem creatam obiectiuè concurrat ſola eſſentia, ad increatam etiã alia diuina prædicata.

12. Dices inſuper eo ipſo, quod alia diuina prædicata per ſe ipſa præſtant concurſum obiectiuum, repugnat quod intelligantur per eſſentiam, tanquam per vniuerſaliſſimam ſpeciem, quia quod reſpectu alicuius intellectus eſt per ſe neceſſariò intelligibile, nequit fieri intelligibile per aliud, diuina autem prædicata ſi ſunt per ſe intelligibilia à proprio intellectu, ſunt per ſe intelligibilia neceſſariò, cum ſint in ſe prædicata neceſſaria, & diuinus intellectus neceſſariò intelligat omne obiectum neceſſarium. Sed contra, quod eſt per ſe neceſſariò intelligibile, nequit fieri liberè intelligibile per aliud, quia eadem intelligibilitas nequit eſſe intelligibilitas libera, & intelligibilitas neceſſaria, poteſt tamen fieri intelligibile per aliud neceſſariò, ſicuti quod eſt per ſe liberè intelligibile, poteſt fieri etiam liberè intelligibile per aliud. Deinde quod eſt per ſe neceſſariò intelligibile, nequit fieri intelligibile per aliud ex indigentia, benè tamen ex infinitate intelligibilitatis continentis omnem intelligibilitatis modum & ex fœcunditate intelligentis omni modo intelligentia omne intelligibile.

Quod eſt per ſe intelligibile, quomodo poſſit fieri intelligibile etiam per aliud.

13. Ex his patet, quomodo quælibet diuina perſona, etiam ſi non habeat in ſe relationem, ſeu perſonalitatem alterius, habeat tamen etiam ratione ſui præcisè quidquid requiritur ad cognoſcendum quamlibet diuinam perſonalitatem; habet quippè etiam ratione ſui diuinam eſſentiam, cui à nobis non negatur ratio ſpeciei vniuerſaliſſimæ repræſentatiuæ omnium diuinorum prædicatorum. Quod deinde vna perſona ad cognoſcendam relationem, ſeu perſonalitatem alterius, vt exercentem per ſe ipſam munus ſpeciei, indigeat quodammodo alia perſonâ, non eſt vlla imperfectio; quia eſt exigentia, non indigentia; nec id prouenit ex inſufficientia, quam vna perſona habeat ad intelligendam aliam ex ſe, ſed ex fœcunditate, & infinitate, qua vna perſona petit aliam intelligere omni intelligibilitatis modo.

Perſona quælibet diuina habet in ſe quidquid requiritur ad cognoſcendam aliam.

14. Probatur ſecundò: Potiſſima, & fundamentalis ratio aſſerendi ſolam diuinam eſſentiam eſſe obiectum motiuum ac ſpecificatiuum diuinæ intellectionis, eſt quia intellectio diuina debet ſibi identificare, abſque diſtinctione etiam virtuali, proprium obiectum ſpecificatiuum, non identificat autem ſibi abſque diſtinctione virtuali relationes, aut attributa, ſed ſolam diuinam eſſentiam, cum ſit diuina intellectio formaliter conſtitutiua eſſentiæ, non relationum, aut attributorum; at hæc omnia falſa ſunt, ergo maior traditur ab Aduerſariis præſertim ex Schola Thomiſtica, vt videre eſt apud Salmant. *prima parte, tractat. 3. diſputatione 3. dubio 2. §. 2. numero* 18. Minor patet ex eo quod ſupradictum eſt eſſentiam diuinam non conſtitui formaliter per intellectionem; hanc diſtingui virtualiter ab eſſentia; imò inter hanc, & eſſentiam mediare actum primum intelligendi, ſeu potentiam intellectiuam.

15. Ex dictis colligitur, ſicuti non ſola diuina eſſentia, ſed etiam relationes, attributa, & omnia diuina prædicata, ſunt obiectum motiuum, & ſpecificatiuum diuinæ intellectionis, ita non ſolam diuinam eſsentiam, ſed etiam omnia diuina prædicata eſse eiuſdem diuinæ intellectionis obiectum primarium, neque enim poteſt non eſse primarium obiectum, quod eſt ſpecificatiuum, & motiuum, quia tamen omnia diuina prædicata habent virtualiter ab eſsentia, tanquam à prima radice tum entitatem, tum intelligibilitatem; & per conſequens diuina eſsentia à ſe præcisè, alia diuina prædicata ab eſsentia habent rationem obiecti motiui, ſpecificatiui, & primarij; ratio obiecti primarij prius, & principalius conuenit diuinæ eſsentiæ, quam aliis diuinis prædicatis, & ſicuti aduerſarij in eadem linea obiecti ſecundarij diſtinguunt obiectum magis, & minus principale, vocant ſcilicet rationes, & attributa obiecta ſecundaria magis principalia; creaturas obiecta ſecundaria minusprincipalia, ita nos diſtinguimus obiectum magis, & minùs principale in linea obiecti primarij, & dicimus eſſentiam diuinam

Intellectio diuina habet pro obiecto primario omnia diuina prædicata.

Eſſentia diuina eſt obiectum primarium magis principale, alia diuina prædicata obiectum primarium minus principale.

nam eſſe obiectum primarium magis principale, relationes, & attributa eſſe obiectum primarium minùs principale.

16. Colligitur inſuper Deum habere in ſe ipſo, & per ſe ipſum, quidquid requiritur ad adæquatam ſui cognitionem. Habet ſcilicet quidquid requiritur ex parte potentiæ, quia *ex ſupradictis ſuperiori capite*, præſertim, *§. vltimo*, potentia intellectiua Dei eſt per ſe ipſam formaliter abſque vllo habitu, & complemento, etiam virtualiter ſolùm diſtincto, maximè proportionata, & expedita ad intelligendum omne intelligibile. Habet quidquid requiritur ex parte obiecti, quia Deus eſt per ſe ipſum obiectum tum terminatiuum, tum motiuum propriæ intellectionis. Terminatiuum, quia quidquid eſt intelligibile eſt terminatiuum intellectionis. Motiuum quia diuina eſſentia reſpectu ſui, & cuioſcumque diuini prædicati, quodlibet item diuinum prædicatum reſpectu ſui, exercet munus ſpeciei, & præſtando obiectiuum concurſum mouet præciſis imperfectionibus diuinum intellectum ad intelligendum: Ex quo dilucide conſtat Deum cognoſcere ſe ipſum in ſe ipſo, & per ſe ipſum; vtrùm verò cognoſcat ſe ipſum etiam in aliis, aut ex aliis eſt diuerſa difficultas, pro qua ſit

Deus cognoſcit ſe ipſum in ſe ipſo & per ſe ipſum.

---

§. III.

Vtrùm Deus cognoſcat ſe ipſum in creaturis, & ex creaturis?

17. Deus aliquo modo cognoſcit ſe ipſum in creaturis.

Assertum I. Deus cognoſcendo creaturas in ſe ipſis cognoſcit ſe ipſum in creaturis, tanquam in medio cognito: Ita, licet non ſinguli exprimant eaſdem limitationes, Lugus *1. part. lib. 1. diſp. 28. cap. 2. n. 7.* Ribas *tract. 4. diſp. 3.* Arriaga *diſp. 18. ſect. 3.* De Quiros *diſp. 39. ſect. 2.* & magis communiter reliqui recentiores à quibus ſolis agitatur hæc controuerſia, ab antiquioribus ſub ſilentio præterita. Dixi *cognoſcendo creaturas in ſe ipſis* ad excludendum cognitionem ſui ipſius in creaturis cognitis in ſe ipſo, tanquam in medio cognito, nam dum hoc modo cognoſcit creaturas per eamdem formalitatem cognitionis, cognoſcit ſe ipſum, vt terminantem habitudinem, & dependentiam creaturarum à ſe, non poteſt igitur diſtinctâ virtualiter cognitione iterum cognoſcere in creaturis ſe ipſum ratione eiuſdem habitudinis, & dependentiæ; quia hæc ſecunda virtualitas cognitionis ſolo numero à prima differret, in Deo autem non diſtinguuntur virtualiter cognitiones ſolo numero diuerſæ, alioqui in infinitum procederet virtualis multiplicitas talium cognitionum; differret inquam hæc ſecunda virtualitas cognitionis ſolo numero à prima, quia cognoſcere ſe ipſum vt cauſam creaturarum, & cognoſcere in creaturis ita cognitis ſe ipſum, vt cauſam, non exprimit diuerſam perfectionem cognoſcendi, & ſi concedatur Deum cognoſcentem in ſe vt cauſa creaturas vt effectus in creaturis ita cognitis vt effectibus regredi ad cognoſcendum ſe vt cauſam, concedendum vlterius erit, quod cognoſcendo ſe vt cauſam in creaturis cognitis vt effectibus regrediatur ad cognoſcendum in ſe vt cauſa cognita ex creaturis vt effectibus, creaturas vt effectos, & ſic multiplicatis in infinitum huiuſmodi regreſſibus fingitur inutiliter, imò inintelligibiliter, infinita circulatio diuinæ cognitionis. Dixi *tanquam in medio cognito* ad excludendam rationem obiecti formalis, & motiui, quæ creaturis reſpectu diuini intellectus nullatenùs conuenit, vt deduci poteſt *ex ſuperiori §.* & magis conſtabit ex infra dicendis. Sic explicatum aſſertum

Non ſunt diſtinguendæ in Deo virtualiter cognitiones ſolo numero diuerſæ. Subintellige niſi circa obiecta numero diuerſa, iuxta infrà dicenda. §. 5.

18. Probatur primò: Cognoſcere ſe ipſum in alio eſt cognoſcere ſe ipſum cognitione directè, & immediatè terminatâ ad aliud, indirectè, & mediatè terminata ad ſe, ſed Deus cognoſcendo creaturas in ſe ipſis habet cognitionem directè, & immediatè terminatam ad creaturas tanquam ad medium cognitum, indirectè, & mediatè terminatam ad ſe; ergo Deus cognoſcendo creaturas in ſe ipſis cognoſcit ſe ipſum in creaturis, tanquam in medio cognito: Maior eſt communis explicatio cognitionis vnius in alio: Minor quoad primam partem infrà explicabitur §. 8. vbi tradetur Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſis, quatenùs cognoſcit creaturas per medium æquiualenter incognitum, æquè ac ſi ipſas cognoſceret per proprias ſpecies, & in proprio genere. Quoad ſecundam probatur: Cognitio Dei directè, & immediatè terminata ad creaturas eſt perfectiſſima, & comprehenſiua ipſarum creaturarum, ergo eſt indirectè, & mediatè terminata ad ipſum Deum. Hæc conſequentia probatur: Cognitio vnius tranſcendentaliter relatiui ad aliud, & eſſentialiter dependentis ab alio, non poteſt eſſe perfectiſſima, & comprehenſiua, niſi feratur in talem relationem, & dependentiam; nec poteſt ferri in talem relationem, & dependentiam, niſi indirectè, & mediatè feratur in aliud, quod eſt terminus talis relationis, & dependentiæ, ſed creatura eſt tranſcendentaliter relatiua ad Deum, eſſentialiter dependens à Deo, ergo cognitio perfectiſſima & comprehenſiua creaturæ non poteſt non eſſe indirectè, & mediatè terminata ad Deum. Neque dicas eodem modo probaretur Deum cognoſcere ſe ipſum in creaturis cognitis in ſe ipſo, nam etiam cognoſcendo creaturas in ſe ipſo cognoſcit ipſas perfectiſſimè, & comprehenſiuè, illud autem non cohæret ſuprapoſitis in explicatione aſſerti. Contra enim, quando res comprehenditur in termino, non eſt neceſſe quod cognoſcatur indirectè, & in ipſa re comprehensâ terminus, qui, dum in ipſo res comprehenditur, ſupponitur in ipſa rei comprehenſione directè cognitus, comprehenſio igitur alicuius dicentis eſſentialem habitudinem ad terminum debet ſimul eſſe cognitio termini, vel directa tamen, vel indirecta; at non ſimul, & directa, & indirecta, tum quia indirecta requiritur quodammodo

Cognitio ſui in alio eſt cognitio terminata indirectè ad ſe, directè ad aliud.

Quando res comprehenditur in alio, non eſt neceſſe illud aliud indirectè cognoſci, etiamſi ad ipſum res

comprehenſa dicat habitudinem eſſentialem.

dammodo in ſupplementum directæ, tum quia daretur infinita cognitionum regreſſio, ſi dum cognoſcitur in termino indirectè res, deberet ſimul cognoſci in re indirectè terminus, & ecce cur Deus comprehendendo creaturas in ſe ipſis debeat ſe indirectè cognoſcere, non verò comprehendendo creaturas in ſe ipſo; ratio ſcilicet eſt quia primo modo comprehendendo creaturas, niſi ſe indirectè cognoſceret, nullatenùs ſe cognoſceret, repugnat autem comprehendi creaturam nullatenùs cognito Deo, at ſecundo modo comprehendendo creaturas cognoſcit ſe directè, ideo nulla eſt neceſſitas, quod cognoſcat ſe indirectè. Confirmatur aſſertum, & corroboratur hucvſque poſita probatio ſpecialiter in actibus creatis habentibus Deum pro obiecto, vt amor Dei, viſio Dei &c. hos actus certum eſt ex vna parte Deum cognoſcere in ſe ipſis non minùs, quàm aliàs creaturas; ex alia parte non minùs certum eſt repugnare, quod cognoſcatur in ſe ipſo aliquis actus, quin ſimul indirectè, & in tali actu cognoſcatur ipſius obiectum, nec Deus cognoſcendo in ſe ipſis actum amoris ſui, & actum amoris Angeli ab eodem intellectu elicitos, diſtingueret tales actus ab inuicem, niſi diſcerneret obiecta, & indirectè cognoſceret in amore ſui ſe ipſum, in amore Angeli Angelum.

19.

Probatur ſecundò: Deo vtpotè ſimpliciter infinito in linea intellectuali, & eſſentialiter ſibi identificanti omnem perfectionem talis lineæ, debet concedi quælibet cognitio, ſeu quilibet modus cognoſcendi nullam inuoluens imperfectionem, ſed cognitio aſſerta nullam inuoluit imperfectionem, ergo. Minor probatur: Talis cognitio vel inuoluit imperfectionem, quia ſit abſtractiua, vtpotè attingens Deum mediatè, & in medio imperfectiori; non immediatè, & in ſe ſicuti requiritur ad cognitionem intuitiuam: Vel quia non ſit quiditatiua, vtpotè attingens ſolum Deum quoad vnitatem, & quoad an eſt, qua ratione ſolùm relucet Deus in creaturis, vnde etiam D. Thomas 1. *part. quaſt.* 14. *artic.* 6. *ad* 2. expreſsè ait: *Eſſentia creaturæ nõ ſufficienter ducit in cognitionem eſſentiæ diuinæ*; Vel quia ſit præciſiua, & non comprehenſiua, vtpotè iuxta mox dicta attingens Dei exiſtentiam, non eſſentiam; Vnitatem, non Trinitatem; vel quia eſſet probabilis, fallibilis, obſcura, quatenùs ſicuti poteſt elici circa Deum actus creatus opinionis, fidei humanæ, fidei diuinæ, ita Deus ſi deberet ſe cognoſcere in creaturis, cognoſcendo ſe ipſum in huiuſmodi actibus cognoſceret ſe in actu opinionis probabiliter, in actu fidei humanæ fallibiliter; in actu fidei diuinæ obſcurè; ſed nullo ex his modis aſſerta cognitio inuoluit imperfectionem: Non primo, quia cognitio abſtractiua dicit imperfectionem, quando eſt talis ratione intelligentis ſecundùm ſe imparis ad eliciendam cognitionem intuitiuam, & per conſequens non habet in intellectu cognitionis intuitiuæ conſortium; ſecus quando eſt talis ratione medij obiecto imperfectioris, & habet in eodem intellectu conſortium, imò identitatem cognitionis intuitiuæ, & immediatæ, vt euenit in præſenti. Neque vrgeas repugnare, quod idem actus ſit reſpectu eiuſdem obiecti immediatus, & mediatus; intuitiuus, & abſtractiuus. Contra enim id repugnat eidem actui per idem medium, & ſecundùm eamdem virtualitatem, non per diuerſa media, & ſecundùm diſtinctas virtualitates. Neque vrgeas inſuper, ergo ſaltem virtualitas cognitionis abſtractiuæ, vt diſtincta à virtualitate cognitionis intuitiuæ erit imperfecta. Contra enim, erit imperfecta negatiuè ideſt minùs perfecta, quàm virtualitas cognitionis intuitiuæ quod poſſe in Deo concedi habetur *ex dictis lib.* 2. *cap.* 5. §. 7. at non erit imperfecta poſitiuè, quatenùs aut dicat aliquam poſitiuam imperfectionem, aut careat aliqua perfectione. quia Deus per talem virtualitatem cognitionis ſe cognoſcit quantum in creaturis cognoſcibilis eſt. Non ſecundo, & tertio modo, quia eâdem ratione reſpondetur cognitionem non quiditatiuam, non comprehenſiuam, præciſiuam, ſi ſit talis ratione intelligentis, nec ſibi identificet cognitionem quiditatiuam, comprehenſiuam, non præciſiuam, dicere imperfectionem; ſecus ſi oppoſito modo ſe habeat, vt contingit in cognitione, quam Deus habet de ſe ipſo in creaturis, propterea talis cognitio abſolutè dicenda eſt quiditatiua, comprehenſiua, non præciſiua, quia prædicata diuina debent abſolutè affirmari, qualia ſunt realiter, non qualia ſunt virtualiter, niſi cum addito exprimente diſtinctionem virtualem, & ſenſum formalem. Accedit quod virtualitas, qua Deus cognoſcit ſe ipſum in creaturis, etiam vt diſtincta à virtualitate, qua Deus cognoſcit ſe ipſum in ſe ipſo eſt quiditatiua, comprehenſiua, non præciſiua reſpectu creaturarum ad quas primariò terminatur, & directè; quamvis non reſpectu Dei ad quem terminatur ſecundariò; & indirectè, cognitio autem debet denominari potius per ordinem ad id, ad quod directè, & primariò, quam ad quod indirectè, & ſecundariò terminatur. Neque hic opponas obiter; quod Deus cognoſcat ſe ſecundariò, creaturas primariò. Contra enim, in ratione obiecti motiui vel in ſe ipſo cogniti, Deus non poteſt eſſe obiectum ſecundarium ſuæ cognitionis, benè tamen in ratione obiecti purè terminatiui, & cogniti in alio. Non denique quarto modo aſſerta cognitio dicit imperfectionem, quia imperfectio, quæ obijcitur tota eſt ex parte medij, nullatenùs ex parte cognitionis, quæ aliundè certiſſima, & clariſſima eſt, & aliud eſt Deum cognoſcere ſe in actu creato obſcuro, aliud cognoſcere ſe obſcurè, ſicuti aliud eſt cognoſcere ſe in medio finito, aliud cognoſcere ſe finitè; Deus igitur cognoſcendo ſe in fide diuina ab intellectu creato elicitâ cognoſcit fidem eſſe repræſentationem ſui obſcuram, & hoc cognoſcit clariſſimè, & fides reddit obſcurè cognoſcentem eum, reſpectu cuius eſt actus elicitus; non eum, reſpectu cuius eſt medium cognitum. Idem dicito proportionaliter de opinione, & fide humana

20.

Cognitio abſtractiua non ſemper eſt imperfecta.

21.

Cognitio qua Deus cognoſcit ſe in creaturis debet abſolutè dici quiditatiua, comprehenſiua, non præciſiua.

22.

Deus in aliquo ſenſu cognoſcit ſe ſecundariò.

Fides diuina reddit obſcurè cognoſcentem, vt eſt actus eli-

citus, non vt eſt medium cognitum.

reſpectu probabilitatis, & fallibilitatis.

23. Assertvm II. Deus cognoſcendo creaturas in ſeipſis cognoſcit ſeipſum ex creaturis cognitione virtualiter, ſeu eminenter diſcurſiua. Ita Lugus 1. *part. lib.1. diſput.*28. *cap.*2.*n.*14. Ribas *tract.*4 *diſp.*3. alijque nonnulli contrx Arriagam *diſputat.*18.*sect.*4.*ſubſec.*2. Dixi *cognoſcendo creaturas in ſeipſis*, ad excludendam cognitionem ſui ipſius ex creaturis cognitis ex ſeipſo, qua ratione deberet iterum Deus cognoſcere creaturas ex ſeipſo cognito ex creaturis, & ſeipſum ex creaturis cognitis ex ſeipſo cognito ex creaturis cognitis ex ſeipſo, ſicque regreſſu, & proceſſu infinito multiplicarentur virtualiter in Deo cognitiones ſolo numero diuerſæ, nec exprimentes nouā perfectionem, vt proportionaliter dicebatur in primo xſſerto. Dixi *cognitione virtualiter, ſeu eminenter diſcurſiua*, ad excludendum à Deo diſcurſum formalem, qui æque repugnat Deo, ac repugnet eidem realis diſtinctio actuum, realiſque cauſalitas vnius actus in alium, quod enim per diſcurſum formalem ex alio cognoſcitur, cognoſcitur cognitione realiter diſtincta, & realiter cauſata à cognitione alterius. De hoc diſcurſu intelligendus eſt D. Thomas 1. *part. quæſt.* 14. *art.*7. vbi abſolutè concludit non dari in Deo ſcientiam diſcurſiuam.

Deo repugnat diſcurſus formalis.

24. Probatur: Deus cognoſcendo creaturas in ſeipſis cognoſcit ipſas, txnquam effectus proprios: ergo ex ipſis, tanquam ex effectibus, cognoſcit ſe, tanquam cauſam: ergo cognoſcendo creaturas in ſeipſis cogooſcit ſe, &c. Antecedens patet; quia Deus cognoſcendo creaturas in ſeipſis, ipſas comprehendit, adeoque cognoſcit in ipſis quidquid eſt cognoſcibile, & inter alia rationem effectus, & dependentiæ à Deo, tanquam à cauſa. Primx conſequentia probxtur: Si Deus cognoſcendo creaturas tanquxm effectus, non cognoſcit ex creaturis ſeipſum, tanquxm cauſam ex effectibus. Vel eſt quix Deo repugnet quilibet diſcurſus virtualis, quo cognoſcat vnum ex alio, vel quia ſpecialiter repugnet diſcurſus virtualis, quo cognoſcat ex effectu cauſam, vel quia ſpecialiſſimè repugnet diſcurſus virtualis, quo cognoſcat ſeipſom ex creaturis, eo quod talis cognitio eſſet cognitio ſui inadæquatx, abſtractiua, præciſiua, aliiſque huiuſmodi titulis imperfecta, ſed nullum ex iis ſubſiſtit: Non primum quia cum aliunde inter diuina prædicata concedatur diſtinctio virtualis, & virtualis prioritas, non eſt cur eadem concedi nequeat inter diuinos actus, ſed xd diſcurſum virtualem ſufficit virtualis diſtinctio, & virtualis prioritas actuum: ergo. Non ſecundum quia præciſa reali actuum multiplicitate Deus poteſt cognoſcere, & cognoſcit ex cauſa, ſaltem adæquatx effectum, vt inter aduerſarios in terminis concedit Arriaga *loco citato*, *numer.* 46. ergo etiam ex effectu ſaltem vniuoco, & adæquato cauſam, nec Arriaga *loco mox citato*, abſolutè negans Deo cognitionem tum ſui,

Deus diſcurrit virtualiter.

Cognoſcit effectus ex cauſis.

tum creaturarum ex effectibus, loquitur cohærenter ad ex, quæ antecedenter dixerat *diſp.*17. *sect.*2. *num.*10. vbi ſimpliciter aſtruit in Deo ſcientiam à poſteriori. Non tertium, quia ſicuti cognitio, qux Deus cognoſcit ſe in Creaturis, non dicit imperfectionem, quia licèt ſit abſtractiua, præciſiua, non quiditatiua, eſt talis ſolùm ratione medij, in quo: non ratione intelligentis, in quo habet conſortium cognitioois intuitiuæ, adæquatæ, quiditatiuæ, ita nec dicet imperfectionem ſpecialemvè repugnantiam cognitio, qua Deus cognoſcit ſe ex creaturis; quia licèt ſit abſtractiux, præciſiua, inadæquxta habet tamen conſortium intuitiuæ, &c. & abſtractiux eſt, præciſiua, inadæquata ſolùm ratione medij ex quo, non ratione intelligentis, qui non ex indigentia talis medij, ſed ex perfectione cognitionis inuoluentis omnem modum cognoſcendi ab imperfectione immunem, vtitur tali medio ex quo xd ſui cognitionem.

Seipſum ex creaturis.

Dices ex eo, quod Deus cognoſcendo ſe in creaturis poſſit ſe ex vi talis cognitionis formaliter, abſtractiuè, præciſiuè, non quiditatiuè cognoſcere, malè inferri, quod poſſit ſe etiam ex creaturis xbſtractiuè, præciſiuè, non quiditatiuè cognoſcere: ratio eſt quix, dum cognoſcit ſe in creaturis habet ſe pro obiecto ſecundario, & indirecto, non eſt autem imperfectio cognitionis, quod reſpecto obiecti ſecundarij, & indirecti ſit abſtractiux, præciſiux, non quidditatiua; At cognoſcendo ſe ex creaturis habet ſe pro obiecto primario, & directo, quix cognitio vnius ex alio oritur quidem ex alterius cognitione, at non terminatur directè, & primariò ad aliud, videtur, autem, vt ait Arriaga *diſput.* 18. *cit. num.*39. lumine naturæ ſaltem probabiliter notum, quod cognitio præciſiua, inadæquata &c. reſpectu ſui formalis primarij, & directi obiecti inuoluxt poſitiuxm imperfectionem. Sed contrx: Cognitio reſpectu obiecti directi primarij, & immediati, xbſtractiua, præcipux, inadæquata, ſi xdæquatam excludat, vtique dicit poſitiuam imperfectionem, at dum includit, imò ſibi identificat eiuſdem obiecti cognitionem adæquatam, omnem prorsùs imperfectionem exuit, ſicuti actus primus intelligendi omnem prorsùs exuit imperfectionem ex eo, quod ſibi identificet xctum ſecundum. Neque inſtes ſaltem eſſe otioſam cognitiooem inxdæquatam immediatxm, & directam, dum habetur eiuſdem obiecti cognitio adæquata, immediata pariter, & directa. Contra enim, ſi vtraque ſit immediatx, & inſuper eiuſdem rationis verum eſt otiari inadæquatam, vbi habetur adæquata; at in propoſito non eſt vtraque eiuſdem rationis; inadæquata ſcilicet oritur ex alterius cognitione, adæquata non item. 25.

Cognitio abſque imperfectione poteſt eſſe inadæquata, & reſpectu obiecti primarij & directi.

Cognitio inadæquata otioſa eſt cū adæquatâ eiuſdem rationis.

§. IV.

§. IV.

Vtrùm Deus cognoſcendo ſe ipſum in ſe ipſo cognoſcat vnum diuinum prædicatum in alio, & ex alio?

ASSERTVM: Deus cognoſcendo ſe
26. ipſum in ſe ipſo cognuſcit etiam vnum diuinum prædicatum in alio, & ex alio. Dixi *etiam* ad innuendum cum hoc ſtare quod Deus ſimul cognoſcat omnia ſua prædicata in ſe ipſis, hocque negari non poteſt præſertim à oobis, qui *ſuperiori* §. 2. aſſeruimus umnia diuina prædicata exercere munus obiecti motiui, & ſpecificatiui reſpectu intellectionis diuinæ.

Deus cognoſcit vnum diuinũ prædicatum in alio, & ex alio.

Probatur, & explicatur, Deus cognoſcit umnia diuina prædicata ſecundùm omnem perfectionem, quam includunt, cognoſceudo ſe ipſum in ſe ipſo; aliuqui cognoſcendo ſe ipſum in ſe ipſo non cognoſceret ſe perfectiſſimè, nec haberet in ſe ipſo ſufficiens obiectum motiuum, ac ſpecificatiuum propriæ intellectionis; ſed diſtinctio virtualis diuinurum prædicatorum ab inuiccem, & prioritas virtualis aliquorum prædicatorum ad alia, putà eſſentiæ ad attributa, intellectus ad voluntatem, actus ptimi ad ſecundum, immutabilitatis ad immenſitatem, &c. eſt maxima perfectio, ergo Deus cognoſcendo ſe ipſum in ſe ipſo cognoſcit omnia diuina prædicata ſecundùm virtualem diſtinctionem, virtualemque prioritatem. Hoc poſitu ſic vlterius procedo: In di-

Cognoſcit diſtinctioné & prioritatem virtualem ſuorum prædicatorum.

27. uinis prædicatis vltra diſtinctionem, & prioritatem virtualem, datur eſſentialis connexio, neceſſaria habitudo, & inter aliqua virtualis cauſalitas vnius ad aliud, ergo Deus cognoſcendo virtualem diſtinctionem ſuorum prædicatorum cognoſcit ipſa actibus virtualiter diſtinctis, & cognoſcendo eorundem eſſentialem connexionem habitudinem, & virtualem cauſalitatem, cognoſcit vnum in alio, & ex alio, eſſentism in attributis, & ex attributis, tanquam ex effectibus virtualibus, attributa in eſſentiâ, & ex eſſentiâ, tanquam ex cauſa virtuali: Intellectum in voluntate, & ex voluntate propter eſſentialem vtriuſque connexionem, &c. ſicuti propter eſſentialem connexionem creaturarum cum ſe ipſo; & cauſalitatem, quam in creaturas exercet, cognoſcit iuxta ſupradicta ſe ipſam in creaturis, ex creaturis & etiam iuxta infrà dicenda creaturas in ſe ipſo, & ex ſe ipſu.

Dices nos hic relabi in infinitum regreſ-
28. ſum ſuperioribus aſſertis excluſum diuinarum cognitionum virtualiter diſtinctarum, & diuerſarũ ſolo numero; nam ſi Deus cognoſcit attributa ex eſſentia, tanquam ex cauſa virtuali, & deinde eſſentiam & attributis tanquã ex effectibus virtualibus, poterit iterũ regredi ad cognoſcẽda attributa ex eſſentia, tanquam ex cauſa virtuali cognita ex attributis, tanquam ex effectibus virtualibus; & ſic in infinitum. Sed contra: Sicuti ad vitandum huiuſmodi regreſſum ſuprà dicebamus Deum cognoſcere ſe in creaturis, & ex creaturis, vt cognitis in ſe ipſis; non vt cognitis in Deo vel ex Deo, ita in præſenti aſſerimus Deum cognoſcere attributa in eſſentiâ, ex eſſentiâ vt cognitâ in ſe, & ex ſe; non vt cognitâ in attributis, & ex attributis: eſſentiam proportionaliter in attributis, ex attributis vt cognitis in ſe, & ex ſe; non vt cognitis in eſſentiâ, & ex eſſentiâ.

Ex eo, quod Deus cognoſcat vnum di- 29.
uinum prædicatum in alio, & ex alio ſequitur Deum abſque vlla imperfectione præſcindere vnum diuinum prædicatum ab alio: Quod enim in alio cognoſcitur, cognoſcitur indirectè, & mediatè eâ cognitione, quâ aliud directè, & immediatè cognoſcitur, adeóque cum cognitio vnius directa non ſit cognitio directa alterius, cognitio vnius directa eſt præciſiua à cognitione directâ alterius. Quod ex alio cognoſcitur non cognoſcitur eâdem formaliter cognitione, quâ aliud, adeóque quodlibet cognoſcitur cognitione formaliter præſcindente à cognitione alterius. Eſt autem huiuſmodi præciſio abſque vllâ imperfectione, quia eſt abſque reali actuum diſtinctione, & per conſequens ita aſſignatur in Deo cognitio virtualiter præciſiua, & virtualiter inadæquata, vt ſimul ſit realiter adæquata, & comprehenſiua; nec vllus ponitur in Deo actus realiter inadæquatus, quia nullus ponitur in Deo actus realiter ab alio diſtinctus: ponere deinde actum virtualiter inadæquatum nihil eſt aliud, quàm diſtinguere plures virtualitates in ſcientia Dei, quod eſt commune omnibus attributis, & ſicuti in diuina entitate, vt cognoſcibili diſtinguimus virtualiter plures cognoſcibilitates, & quodammodo plura obiecta inadæquata, ita poſſumus in eadem vt cognoſcente diſtinguere virtualiter plures cognitiones, & plores actus inadæquatos, idque abſque detrimento ſimplicitatis omnimodæ, & ſimpliciter infinitæ tum cognoſcibilitatis, tum cognoſcitiuitatis.

Cognitio diuina eſt præciſiua vnius diuini prædicati ab alio.

Abſque reali actuum multiplicitate.

§. V.

Quomodo, & vnde conſtet Deum cognoſcere poſſibilia diſtinctè, & in particulari?

ASSERTVM: Deum cognoſcere poſ- 30.
ſibilia diſtinctè, & in particulari, conſtat tum ſupernaturali certitudine fidei, tum naturali euidentiâ ſcientiæ. Ita omnes communiter cum D. Thoma 1. *parte, quaeſt.* 14. *art.* 6. *in* 1. *diſt.* 35. *quaeſt.* 1. *art.* 3. 1. *contra Gentes, cap.* 50. *quaeſt.* 2. *de verit. art.* 4. Contra errorem nonnullorum volentium Deum cognoſcere alia à ſe ſolum ſub communi ratione entis, quatenus cognoſcit ſe, vt principium eſſendi rerum omnium. Ita ſenſiſſe

Deus cognoſcit poſſibilia diſtinctè, & in particulari.

videtur Auerroes 12. *Metaph. comment.* 51. exiſtimans ſe ſequi Ariſtotelem, *qui eodem Metaph. lib. text.* 51. de diuina mente loquens ait: *Abſurdum eſt ipſam de quibuſdam intelligere* (nonnulliſque interpoſitis) *Etenim non videre quidem quædam dignius, quàm videre.* In tali errore Ariſtoteli aſcribendo conſentiunt Auerroi plures tum ſcholaſtici, tum Eccleſiaſtici Scriptores relati à Valentia 1. *part. diſp.* 1. *queſtion.* 14. *punct.* 3. vbi tamen aduertit congruè tum Auerroem, tum maximé Ariſtotelem poſſe à tali errore vindicari. Ad prædictum errorem ex Catholicis Doctoribus deflectere videtur Aureolus *in* 1. *diſt.* 35. *part.* 2. *art.* 1. docens creaturam, nec per modum obiecti primarij, nec per modum obiecti ſecundarij relucere diuino intellectui; quia tamen *artic.* 2. *ſequenti*, tradit diuinum intuitum terminando ad eſſentiam, & ibi ſiſtendo, attingere eminenter, & pluſquam æquipollenter omnem creaturam ſolo loquendi modo errasſe *Aureolum* ſentiunt plures Theologi, inter quos Arriaga 1. *part. diſp.* 19. *ſec.* 2. *n* 9. improbans cenſuram illorum, qui *Aureoli* opinionem tanquam abſolutè erroneam notant. Secunda aſſerti pars eſt ſpecialiter contra *Nominales* admittentes ſolum ratione probabili poſſe naturaliter ſuaderi ſcientiam Dei de rebus omnibus in particulari.

Probatur prima pars ex Scriptura Eſther.
31. 14. *Domine, qui habes omnium ſcientiam,* Eccleſ. 42. *Cognouit Deus omnem ſcientiam,* & 23. *Domino Deo, antequam crearentur, omnia ſunt agnita, ſic & poſt perfectum reſpicit omnia.* Prou. 26. *Omnes via hominum patent oculis eius,* Heb. 4. *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* Neque ſibi aduerſatur Scriptura aliis in Litteris, vt Habac. 1. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Matth. 25. *Neſcio vos* 1. Corinth. 14. *Si quis ignorat ignorabitur.* Non inquam ſibi aduerſatur, quia huiuſmodi loca intelliguntur communiter de ſcientia approbationis, qua ſcilicet Deus ſibi complacet de eo, quod cognoſcit, idque approbat; hac ſcientiâ Deus mala neſcit iuxta illud Auguſtini *lib. de eſſentia diuinitatis circa medium: Ars rectè dicitur neſcire vitia, cum improbat: vitia:* Cæterùm quod eadem mala abſque approbatione cognoſcat, ſcientiâ, quæ ab aliquibus ſimplicis notitiæ, ab aliis reprobationis, nominatur non ſolùm colligitur ex ſupra allatis, aliiſque huiuſmodi textibus abſolutè tribuentibus Deo rerum omnium ſcientiam, ſed ſpecialiùs euincitur ex Amos 5. *Cognoui ſcelera veſtra.* Vltra mox allata, & explicata Scripturæ loca afferri ſolent contra particularem, & diſtinctam rerum omnium in Deo notitiam verba D. Hieronymi *in mox citatum cap.* 1. *Habacuc* dicentis: *Abſurdum eſt ad hoc deducere Dei maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula, quot naſcantur culices, quotvè moriantur. quæ cimicum, & pulicum, & Muſcarum ſit in terra multitudo,* &c. Verum non fauet Hieronymus errori,

Deus ſcit mala ſcientiâ reprobationis, neſcit ſcientiâ approbationis.

quem impugnamus: Sicuti enim Propheta, vt magis exprimat non placere Deo mala, vtitur phraſi, qua videtur negare Deo omnem ſcientiam malorum, ita Hieronymus vt clariùs oſtendat Deum non habere eandem ſpecialem prouidentiam irrationabilium, quam habet rationabilium, vtitur phraſi, qua videtur negare Deo omnem irrationabilium præſertim viliorum ſcientiam: in re tamen ille ſolùm ſcientiam, cui ſit annexa complacentia; iſte ſolum ſcientiam, cui ſit annexa ſpecialis prouidentia, à Deo remouet. Hæc Hieronymi interpretatio traditur communiter à Theologis; ſoli *Vaſquio* non probatur 1. *part. queſt.* 14. *artic.* 6. *in comment.* ſed *Vaſquez* facili nimium, & vt loquitur Herincx *diſputat.* 6. *quæſtione* 2. *numero* 17. non tolerandâ libertate tantum virum de adeò abſurdo errore ſuſpectum reddit.

Non habet prouidentiam eandē irrationaliū, quam rationalium.

Probatur ſecunda pars: Scientia cuiuſlibet rei diſtincta, & in particulari, eſt ſecundùm ſe perfectio ſimpliciter; ſed in Deo, vtpotè in omni genere infinito, euidens eſt reperiri omnem perfectionem ſimpliciter: ergo. Maior probatur, quod in intellectu creato diſtincta, & particularis ſcientia viliorum quarundam rerum dicat imperfectionem prouenit ex limitatione ſubiecti, quod in cognoſcendo dependet ab obiecto, & quo attendit ad plura, eo remiſſius attendit ad ſingula, eſt autem maxima imperfectio à rebus etiam vilioribus dependere, & ex attentione ad viliora ſingillatim, & particulatim cognoſcenda à nobiliorum cognitione retardari. Cæterùm ex conceptu ſuo cum cognitio diſtincta obiecti, nec petat ab obiecto dependere, nec minuat attentionem ad alia cognoſcenda, eſt cognitio, ſeu ſcientia cuiuſlibet rei etiam vilioris, diſtincta, & in particulari ab omni imperfectione depurata, adeoque eſt perfectio ſimpliciter. Confirmatur: Deus eſt cauſa rerum ſecundùm omnem ipſarum rationem particularem, & propriam: ergo cognoſcit res omnes ſecundùm omnem ipſarum rationem particularem, & propriam, adeoque diſtinctè, & in particulari. Antecedens patet, quia res omnis extra Deum eſt ſecundùm omnem rationem dependens à Deo, & ſicuti ſecundùm nullam rationem eſt à ſe, ita ſecundum nullam rationem ſubterfugit eſſe à Deo. Conſequentia probatur: Deus omnia per ſcientiam cauſat, & cognoſcit quidquid poteſt cauſari vt *cap.* 5. §. 1. explicabitur; & pro nunc ſuadetur auctoritate D. Dionyſij, *cap.* 7. *de diuinis nominibus* dicentis: *Si aliquod eſt in rebus non cognitum ab eo, oportet, vt circa illud diuina operatio vacet*: ergo ſi omnia aut cauſat, aut cauſare poteſt ſecundùm quamcumque rationem particularem, & propriam, eodem proportionaliter modo omnia cognoſcit. Euidentia huius veritatis magis conſtabit ex *ſequentibus*, §. 5. dum tradentur varij modi, quibus diuina cognitio ad omnes creaturas clarè, & diſtinctè cognoſcendas extendit. Iure propterea plures Ethnici ſolo naturæ lumine

32. Cognitio diſtincta, & in particulari rei cuiuſlibet etiam vilioris eſt perfectio ſimpliciter.

lumine docti cognouerunt Deum omnia ſcire, vt de Ægyptiis teſtatur Clemens Alexandrinus, *lib. 5. Stromatum ante medium*, dicens: *Aures, & oculos ex materia pretioſa fabricantes conſecrant Diis, hoc vtique tacitè ſignantes, quod Deus omnia videt, & audit.*

Rerum omnium ſcientiam in Deo admiſerunt aliqui Ethnici ducti ſolo lumine naturæ.

33. Eædem tum auctoritates, tum rationes probant eſſe tum lumine Fidei certum, tum lumine naturæ euidens, quod Deus cognoſcat ſingularia, non ſolùm indirectè, vt cognoſcit intellectus noſter, qui propterea 2. *de anima, text.* 60. dicitur eſſe vniuerſalium, ſenſus verò particularium, quatenùs ſenſus cognoſcit per ſpecies immediatè acceptas ab obiectis ſingularibus; adeoque per ſe primò repræſentatiuas ſingularium, Intellectus depurat ſpecies à conditionibus materialibus, quæ ſunt principia, quibus intellectus corpori vnitus diſtinguit vnum ſingulare ab alio, & per conſequens intellectus noſter corpori vnitus cognoſcit per species per ſe primò repræſentatiuas vniuerſalium, at hoc oritur ex imperfectione noſtri intellectus, ex eo ſcilicet, quod operetur dependenter à corpore, ſibique ſpecies elaboret ſenſuum miniſterio, idcirco intellectus ſeparatus cognoſcens per ſpecies infuſas per ſe primò repræſentatiuas ſingularium, & à fortiori diuinus intelligens per propriam eſſentiam, quæ eſt vniuerſiſſima omnium in ſingulari æquè, ac vniuerſali ſpecies, ſingularia æquè, ac vniuerſalia directè cognoſcit, nec de ipſo verificatur, quod vniuerſalium ſit, non ſingularium, vt magis explicat D. Thomas 1. *part. quæſt.* 14. *artic.* 11. *in* 1. *diſt.* 36. *quæſt.* 1. *artic.* 1. 1. *contra Gentes, cap.* 63. *quæſt.* 2. *de veritate, art.* 5. *& alibi.*

Intellectus noſter cur ſit vniuerſalium non ſingularium.

Id non procedit de Intellectu ſeparato, aut diuino.

34. Dubitatur hic, vtrum Deus cognoſcat quodlibet ſingulare cognitione virtualiter diſtincta à cognitione, qua cognoſcit aliud ſingulare, an verò vnica cognitione etiam virtualiter ſimplici feratur in omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei, quod idem eſt, ac quærere, an circa duo obiecta ſolo numero diſtincta dentur in Deo duæ cognitiones virtualiter diſtinctæ numero. Dixi circa duo obiecta, nam circa idem obiectum non poſſe in Deo virtualiter diſtingui cognitiones ſolo numero diuerſas, iam præindicatum eſt *ſuperiori* §. 3. Reſpondetur circa obiecta etiam ſolo numero diſtincta dari in Deo cognitiones virtualiter diſtinctas, ſeu diuerſas numero, & Deum cognoſcere vnumquodcumque ſingulare cognitione virtualiter diſtinctâ ab eâ, qua cognoſcit quodcumque aliud. Ratio eſt, quia in cognitione, qua Deus attingit plura ſingularia datur æquiualentia ad cognitiones realiter diſtinctas numero, & obiectiuè diuerſas, item quia non eſt maior ratio ponendi in Omnipotentia diuerſas numero virtualitates in Deo ad effectus ſolo numero diuerſos, quàm ponendi proportionaliter diuerſas numero virtualitates in omniſcientia in ordine ad obiecta ſolo numero diuerſa.

Cognitiones diuinæ circa obiecta numero diuerſa, ſunt in ſe virtualiter numero diſtinctæ.

35. Dices primò: Virtus, quæ ſufficit ad calorem A, v. g. aut producendum, aut cognoſcendum, ſufficit etiam ad aut producendum, aut cognoſcendum, calorem B, ergo eadem numero virtualitas ſufficit tum in diuina omnipotentia ad diuerſos numero effectus, tum in diuina omniſcientia ad diuerſa numero obiecta, nec vlla eſt ratio multiplicandi diuerſas numero virtualitates, &c. Sed contra virtus quæ ſufficit ad calorem A, ſufficit etiam ad calorem B, arguitiuè, & compenſatiuè, non formaliter, & entitatiuè: ſufficit arguitiuè, & compenſatiuè, quatenùs rectè arguitur eſſe virtutem ad calorem B, vbi eſt virtus ad calorem A, & cum vtraque virtus ſit omninò æqualis, vna continet aliam compenſatiuè; per perfectionem ſcilicet propriam habet compenſatiuè perfectionem alterius. Non ſufficit formaliter, & entitatiuè, quia habitudo ad calorem A, non eſt formaliter, & entitatiuè habitudo ad calorem B, nec virtus potens producere ſimul A, & B, eſt entitatiuè, & formaliter eadem cum illa, quæ poſſet producere aut ſolum A, aut ſolum B, alioqui qui cognoſceret in cauſa virtutem productiuam vnius indiuidui, æquè diſtinctè penetraret, æquè perfectè comprehenderet cauſam, ac ille, qui in eadem cognoſceret diſtinctè, & in particulari omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ab ipſa producibilia. Neque dicas hoc eſſe neceſſariò ab omnibus concedendum, cum communiter concedatur Angelum perfectè comprehendere cauſas naturales, etiamſi non cognoſcat diſtinctè, & in particulari omnes ipſarum effectus ſolo numero diuerſos. Contra enim in toto rigore falſum eſt Angelum naturæ viribus habere comprehenſionem omninò perfectam alicuius cauſæ naturalis, & qui cæteris paribus plures effectus etiam ſolo numero diuerſos in cauſa ſingillatim diſcernit, magis cauſam penetrat, perfectius ipſam comprehendit. Quia tamen in ordine ad vnicum etiam indiuiduum cognoſcitur tota virtus cauſæ æquiualenter, & compenſatiuè, comprehenditur æquiualenter, & compenſatiuè cauſa naturalis, etiamſi non attingantur in ipſa ſingillatim omnes effectus ſolo numero diuerſi: Hocque ſufficit ad veram comprehenſionem vulgari, & communi modo acceptam, ideò Angelus dicitur comprehendere, &c.

Virtus ſufficiens ad vnum numero effectum ſufficit ad alios arguitiuè ſolum, & compenſatiuè, non formaliter.

Comprehenſio perfectiſſima debet in cauſa ſingillatim diſcernere omnes effectus etiam ſolo numero diuerſos.

Dices ſecundò: Si æquiualentia ad cognitiones realiter numero diuerſas argueret in Deo diſtinctionem virtualem cognitionum numero diuerſarum etiam in ordine ad idem numero obiectum, admitti deberent in Deo infinitæ cognitiones diſtinctæ numero, quia circa idem numero obiectum habet Deus cognitionem æquiualentem infinitis cognitionibus numero realiter diſtinctis, quæ circa idem omninò numero obiectum, vel à diuerſis intelligentibus, vel ab eodem intelligente diuerſis temporibus, elici poſſunt, quod concedere non eſt conforme iis, quæ ſuprà aſſerebantur §. 3. Sed contra dico in creatis cognitiones realiter numero diuerſas, ſeu diſtinctas alias importare præciſè vnam diſtingui ab alia, ſeu vnam non eſſe aliam: 36.

cæterum

cæterum in ratione tendentiæ, & perfectione cognitionis nullatenùs differre: Aliàs importare diuerſitatem maiorem, quàm hoc, quod eſt vnam non eſſe aliam, & differre in ratione tendentiæ, quatenus tendunt in obiecta ſaltem numero diuerſa: Æquiualentia ad cognitiones numero diuerſas hoc ſecundo modo datur in Deo, & cum reſpiciat perfectiones diuerſas, arguit in Deo eaſdem perfectiones cum virtuali diſtinctione. Æquiualentia ad cognitiones numero diuerſas primo modo, in vno eodemque actu realiter ſimplici eſt implicatoria, implicat enim ex terminis dicere, quod idem actus æquiualeat diſtinctis importantibus præciſè hoc, quod eſt eſſe diſtinctum, quod identitas æquiualeat diſtinctioni quoad id, quod eſt formaliter diſtingui, ſeu non eſſe idem. Ex alia parte vix vlla apparens ratio ſuadet necesſitatem ponendi multitudinem, alioqui imperceptibilem, virtualitatum ſolo numero diuerſarum, & ſicuti in creatis cognitiones circa idem numero obiectum ſolo numero diuerſæ nunquam ponuntur ſimul in eodem intellectu, nec poſſunt vtiliter ſimul poni, ita non poteſt æquiualentia ad huiuſmodi cognitiones ſolo numero diuerſas vtiliter poni, in intellecto diuino, cum præſertim æquè inconueniens ſit ſine vtilitate, & neceſſitate multiplicare virtualiter aliquid diuinum, ac multiplicare realiter aliquid creatum.

Cognitiones diuinæ non ſunt numero virtualiter diſtinctæ per æquiualentiam ad cognitiones creatas ſolo numero diuerſas circa idem obiectum numero.

---

§. VI.

Vtrùm in ſeipſo, & in quonam diuino prædicato Deus cognoſcat poſſibilia?

37\. Deus cognoſcit poſſibilia in ſeipſo, tanquā in obiecto cognito.

ASSERTVM I. Deus cognoſcit poſſibilia in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito, ſeu medio obiectiuo, & in quo. Ita D. Thomas *1. part. quæſt.* 14. *art.* 5. *in* 1. *diſt.* 35. *quæſt.* 1. *art.* 2. 1. *contra Gentes, cap.* 48. D. Thomam ſequuntur vltra omnes Thomiſtas Valentia 1. *part. diſp.* 1. *quæſt.* 14. *punct.* 3. Molina *quæſt.* 14. *artic.* 5. & 6. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 28. *cap.* 4. Arriaga *diſput.* 19. *ſect.* 3. De Quiros *diſp.* 41. Herincx *diſp.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 22. aliique Theologi communiter contra Vaſquez 1. *part. diſp.* 60. *cap.* 3. Amicum *diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 19. volentes Deum cognoſcere creaturas in ſeipſo, tanquam in ſpecie expreſſa, ſeu verbo. Diſſentiunt tamen inter ſe hi duo Auctores in eo, quod *Vaſquez* vult Deum ſe habentem vt ſpeciem expreſſam creaturarum, ſe habere vt rationem qua: *Amicus* verò conformiter ad ea, quæ tradiderat *diſp.* 9. *ſect.* 3. vult ſe habere vt rationem, in qua, ſeu medium, in quo: eſt inſuper contra *Gabrielem, Ochamum, Aureolum*, relatos à Vaſquio *loco mox citato, cap.* 1. vbi etiam addit eandem opinionem colligi ex Scoto *in* 1. *diſtinct.* 35 *quæſt.* 1. *§. ad iſta*: Verum *Scotus* apertius pluribus in locis indicat oppoſitum, & ſpecialiter *in* 1. *diſt.* 3. *quæſt.* 3. *§. contra iſtam opinionem, in* 2. *diſt.* 1. *q.* 1. *§. quantum ad primum, & §. quantum ad hoc igitur.*

Probatur primò recolendo auctoritates, & rationes ſupra poſitas *lib. ſuperiori, cap.* 5. *§.* 1. *in* 1. & 3. *probatione primi aſſerti*, vbi etiam obiter improbatur potiſſimum *Vaſquij* fundamentum probantis Deum non poſſe alicui intellectui etiam diuino, eſſe medium cognoſcendi creaturas aliquas, tanquam obiectum primarium prius cognitum, eo quod Deus in ſe omninò abſolutus ſit ab omni relatione, & ordine ad creaturas. 38.

Probatur ſecundò: Quod Deus cognoſcat poſſibilia in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito, & medio obiectiuo, nullam importat imperfectionem, imò exprimit perfectionem maximam, exprimit ſcilicet excellentiam repræſentatiuitatis diuinæ, vi cuius diuino intellectui omne intelligibile, ſiue increatum, ſiue etiam creatum relucet: ſufficientiam Dei ad intelligendum, vi cuius habet in ſe, & à ſe quidquid etiam ex parte obiecti ad quamlibet intellectionem requiritur; ſed in Deo aſſerendum eſt quidquid perfectionem exprimit ſine imperfectione: ergo aſſerendum quod cognoſcat poſſibilia in ſeipſo, &c. 39.

Dices Deum cognoſcere poſſibilia in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito, importare maximam imperfectionem; importare ſcilicet quod Deus non cognoſcat poſſibilia comprehenſiuè, ratio eſt quia vt Vaſquez arguit *diſp.* 60. *cit. c.* 2. *n.* 8. obiectum aliquod prius cognitum non poteſt eſſe medium cognoſcendi aliud quiditatiuo, & proprio conceptu, niſi in ſe contineat omnes rationes illius, & ſit omninò ipſi ſimile; ſi enim eſt ab alio diuerſum imperceptibile eſt, quod ad inſtar illius poſſit aliud quiditatiuè, & comprehenſiuè cognoſci, cum igitur Deus non contineat formaliter omnes rationes creaturarum, & ſit creaturis valdè diſſimilis, conſequens eſt, &c. Accedit quod cognitio vnius in alio, tanquam in medio cognito nequit eſſe intuitiua: ergo à fortiori nequit eſſe comprehenſiua. Sed contra: Aliud eſt Deum non cognoſcere poſſibilia comprehēſiuè abſolutè loquendo, aliud eſt non cognoſcere poſſibilia comprehenſiuè ſecundùm aliquam formalitatem, ſeu modum cognitionis. Primum verè poneret in Deo imperfectionem, ſecundum non item; & ſicuti ex *ſuperiori* §. 3. poteſt ſine abſurdo concedi, quod Deus per eam præciſè formalitatem cognitionis, qua ſe in creaturis, & ex creaturis cognoſcit, ſe non comprehendat; ita eodem proportionaliter modo admitti poſſet, quod non comprehendat creaturas per eam præciſè formalitatem cognitionis, qua creaturas cognoſcit in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito: Nec cogimur tamen, nec volumus hoc admittere; ſed nego abſolutè Deum non comprehendere poſſibilia in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito. Ad rationem in oppoſitum dico obiectum cognitum, vt poſſit eſſe medium cognoſcendi aliud quiditatiuo proprio, 40.

Admitti poteſt Deum non cognoſcere poſſibilia comprehenſiuè per eam formalitatem cognitionis, qua illa cognoſcit in ſeipſo, tanquam in obiecto.

&

Digitized by Google

Cognitio in alio, tanquã in medio cognito poteſt eſſe cõprehenſiua, ſi tale mediũ cõtineat obiectum eminenter.

& comprehenſiuo conceptu, debere continere omnes perfectiones illius, & eſſe illi ſimile, vel formaliter, vel eminenter, Deus autem ſaltem eminenter continet perfectiones omnium creaturarum, & eſt ipſis eminenter ſimilis; & ſicuti vt res aliqua poſſit aliam perfectè & adæquatè producere; non eſt neceſſe, quod habeat continentiam, & ſimilitudinem formalem, ſed ſufficit quod habeat ſimilitudinem, & continentiam eminentem; ita vt res aliqua cognita poſſit ducere in perfectam, & adæquatam alterius rei cognitionem, ſufficit ſimilitudo, & continentia eminens, præſertim quando talis continentia non ſolùm eſt ſecundùm eſſe phyſicum, & entitatiuum, ſed etiam ſecundùm eſſe intentionale, & obiectiuum, cuiuſmodi eſt continentia creaturæ in Deo ex præmiſſis *lib. ſuperiori in lim. cap. 5.* Illud, quod in inſtantia additur de cognitione intuitiua non eſt ad rem, quia cognitio intuitiua debet eſſe immediata, non ſic comprehenſiua; nec ab illa ad iſtam valet arguere, alioqui ex eo quod creaturæ poſſibiles, vt potè non exiſtentes, nullatenus poſſint cognoſci intuitiuè, probaretur etiam nullatenus poſſe cognoſci comprehenſiuè.

Cognitio intuitiua eſt eſſentialiter immediata, non ſic cõprehenſiua.

41. Vrgebis contra poſitam doctrinam; ſimilitudo eſt eſſentialiter mutua, ſed in creatura non datur ſimilitudo, ratione cuius poſſit Deus in ipſa quidditatiuè, & comprehenſiuè cognoſci, ergo nec in Deo datur ſimilitudo ratione cuius poſſit creatura in ipſo quidditatiuè, & comprehenſiuè cognoſci. Vrgebis etiam contra impugnationem eius, quod addebatur, malè ſupponi, quod cognitio comprehenſiua non debeat neceſſariò eſſe immediata, & obiecti in ſe, cum enim obiectum, vt comprehendatur, debeat repræſentari quantùm repræſentabile eſt, & perfectius ſit repræſentari immediatè, & in ſe, quàm mediatè, & in alio; obiectum, vt comprehendatur, debet repræſentari immediatè, & in ſe; cognitio, vt ſit comprehenſiua, debet eſſe immediata, & obiecti in ſe. Sed contra ſimilitudo alia æqualitatis, alia eminentiæ, ſeu æquiualentiæ: illa mutua eſt, & eſſentialiter afficit vtrumque extremum; iſta non eſt mutua, & repetitur ſolùm in extremo perfectiori, & ſolum Deus eſt eminenter ſimilis creaturæ, eſt eminenter, ſicuti creatura; non creatura eſt eminenter ſimilis Deo, eſt eminenter, ſicuti Deus; ſicuti quantitas bipalmaris eſt eminenter æqualis palmari, non è contra; & in vniuerſum maius æquiualet minori, non è contra. Ad illud, quod ſecundo loco vrgetur, dico etiam mediatè, & in alio, poſſe obiectum repræſentari, quantùm repræſentabile eſt; dummodo tale medium obiectum totum perfectè contineat, imò ſi medium contineat obiectum eminenter, quo modo continet Deus creaturam, perfectius repræſentatur obiectum in medio, quàm in ſe, quia in medio poteſt ſupercomprehendi, in ſe poteſt ſolùm comprehendi.

Similitudo æqualitatis eſt eſſentialiter mutua, non ſic ſimilitudo eminentiæ.

Probatur tertiò: Deus cognoſcit poſſibilia, tanquam obiectum ſecundarium, ſe ipſum tanquam obiectum primarium, ſed hoc non poteſt verificari, niſi cognoſcat creaturas in ſe ipſo, tanquam in obiecto cognito, ergo: Maior eſt propoſitio adeo in Theologia decantata, vt non videatur poſſe negari; Minor probatur: obiectum, quod attingitur directè, immediatè, in ſe ipſo attingitur primò, vt primario; nec poteſt attingi ſecundò, ſeu ſecundariò, niſi attingatur in alio primo; & in ſe attacto, vt ſuprà etiam dicebatur *cap. 5. §. 1. in 2. probatione primi aſſerti*, ergo Deus non cognoſcit poſſibilia, tanquam obiectum ſecundarium, niſi, &c.

Obiectum quod attingitur immediatè non eſt ſecundariũ.

43. Dices ex Lugo *cap. ſuprà citato, num. 23.* vbi *Vaſquis*, cui videtur abſolutè contrarius, plurimum fauet, Deum eſſe obiectum primarium ſolùm dignitate, non cognitione, & cognoſcere poſſibilia in ſe ipſo, tanquam in obiecto prius cognito prioritate dignitatis, & excellentiæ, non prioritate naturæ, vel rationis; fundamentum ipſius eſt, quia poſſibilia cognoſcuntur in Deo vi relationum tranſcendentalium Dei ad ipſa, cognitio autem relatiui, vel relationis nunquam poteſt naturâ, aut ratione præcedere cognitionem termini. Sed contra, ſi Deus cognoſcit ſe vt obiectum primarium dignitate ſolùm, & excellentiâ, nimis deficit à perfectione obiecti verè primarij, eâdemque ratione Angelus v. g. cognoſcens æque primo animam, & corpus, hominem, & lapidem, haberet pro obiecto primario animam, hominem, pro ſecundario corpus, lapidem. Sentiendum igitur Deum cognoſcendo in ſe ipſo creaturas habere ſe pro obiecto primario, non ſolum prioritate excellentiæ, ſed etiam prioritate virtuali cognitionis, cognoſcendo ſe prius, quam creaturas, & quod dicitur cognitionem relatiui, vel relationis, non poſſe natura, aut ratione præcedere cognitionem termini, procedit de relatiuo, & relatione ſumptis formaliter, & vt in actu exercito; non de iiſdem ſumptis fundamentaliter, & in actu ſignato: Vnde quia Deus cognoſcit ſe tũ vt fundamentaliter, tum vt formaliter relatiuum ad poſſibilia, habet duplicem virtualitatem cognitionis; alterâ cognoſcit ſe vt fundamentaliter relatiuum, alterâ vt relatiuum formaliter: Iſtâ attingit prius Deum, quàm creaturas ſolùm prioritate dignitatis, & minus propriè habet Deum pro obiecto primario, illa attingit prius Deum, quàm creaturas etiam prioritate virtuali cognitionis, & habet propriſſimè Deum pro obiecto primario.

Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſo tanquã in obiecto prius cognito, etiã prioritate virtuali cognitionis.

44. Assertum II. Deus cognoſcit poſſibilia in quolibet diuino prædicato, quod circa poſſibilia verſatur, ſeu importat habitudinem aliquam, & reſpectum ad poſſibilia, ſpecialiter verò ipſa cognoſcit in propria eſſentia, in omnipotentia, in omniſcientia, in ſimplici complacentia, &c. Ita auctores relati pro ſuperiori aſſerto, dummodo, quo ad ſimplicem complacentiam excipias *Thomiſtas*, vt potè qui abſolutè negant in Deo reſpectu poſſibilium affectum quemcumque voluntatis, etiam per modum ſimplicis complacentiæ, ſuppoſita autem ex infrà dicendis *lib. ſequenti c. 3. §. 2.* huiuſmodi ſimplici complacentia nulla eſt difficultas ſpecialis, quin in ipſa æque,

Deus cognoſcit creaturas in quolibet diuino prædicato, quod circa creaturas verſatur.

æquè, ac in omnipotentia, & omniſcientia Deus cognoſcat poſſibilia.

44. Probatur Deus cognoſcit comprehenſiuè omnia ſua prædicata diuina, ergo cognoſcit in quolibet diuino prædicato omnem habitudinem, reſpectum, & connexionem, adeóque in quolibet prædicato importantem habitudinem, reſpectum, & connexionem ad poſſibilia cognoſcit talem habitudinem, reſpectum, & connexionem, & conſequenter etiam poſſibilia, ſed inter alia prædicata dicentia habitudinem ad poſſibilia eſt in primis diuina eſſentia, in qua omnia tum entitatiuè tum repræſentatiuè continentur, & ex cuius diuerſa participatione diuerſa poſſibilia ſortiuntur diuerſa prædicata eſſentialia: Eſt omnipotentia, quæ eſt virtus omnium poſſibilium productiua, tum dirigendo per intellectum, & determinando per voluntatem poſſibilium productionem, tum eandem per ſe ipſam formaliter exequendo: Eſt omniſcientia, quæ omne ſcibile, nedum omne poſſibile, pro obiecto reſpicit: Eſt ſimplex complacentia, qua diuina voluntas in omnium poſſibilium bonitatem affectu ſimplici, ſeu amore inefficaci, & non operatiuo fertur, ergo in his prædicatis ſpecialiter Deus omnia poſſibilia cognoſcit cognitionibus inter ſe virtualiter diſtinctis, & inter ſe habentibus eundem ordinem virtualem prioris, & poſterioris, quem habent ipſa diuina prædicata. Sic v. g. cognitio, qua Deus poſſibilia cognoſcit in propria eſſentia eſt virtualiter prior cognitione, qua eadem poſſibilia cognoſcit in omnipotentia ſicuti in Deo eſſentia eſt virtualiter prior omnipotentiâ, & comprehenſio eſſentiæ in ſe eſt prior virtualiter comprehenſione omnipotentiæ in ſe, ex quo ſoluitur obiter argumentum, quo aduerſarij probant poſſibilia non cognoſci à Deo in omnipotentia, ex eo quod omniſcientia in Deo præcedat omnipotentiam: ſoluitor inquam, quia omniſcientia rerum in diuina eſſentia præcedit omnipotentiam, non ſic præcedit omnipotentiam omniſcientia rerum omni modo, quo haberi poteſt.

Et ſpecialiter.

In propria eſſentia.

In omnipotentia.

In omniſcientia.

In ſimplici complacentia.

45. Aduerte pro pleniori poſiti aſſerti intelligentiâ non in quolibet diuino prædicato poſſibilia reſpiciente, aut cum poſſibilibus connexo eodem modo poſſibilia cognoſci. Aliqua enim diuina prædicata poſſibilia reſpiciunt, & ſimul continent; vt eſſentia diuina, & aliquo modo etiam omnipotentia: Reliqua vt omniſcientia, & ſimplex complacentia poſſibilia reſpiciunt, & connotant, at non continent. In prædicatis primi generis verè, & propriè, tanquam in mediis cognitis poſſibilia cognoſcuntur. In prædicatis ſecundi generis minus propriè, & ſunt huiuſmodi prædicata potius media determinantia, imo neceſſitantia ad cognitionem poſſibilium, quàm media in quibus poſſibilia cognoſcantur, quod enim in alio non continetur, non poteſt propriè in alio cognoſci, & relatio, aut connexio ex ſe præciſè facit vtrumque relatiuum, & vtrumque connexum ſimul cognoſci, at non facit vnum cognoſci in alio, niſi vnum in alio contineatur, quod enim in alio non eſt, cognoſceretur aliter, ac eſt: ſi cognoſceretur in alio: Quod igitur cognoſcitur ex vi continentiæ in alio, propriè in alio cognoſcitur, quod dicitur cognoſci in alio præciſè ex eo, quod terminet connexionem cum alio, vel relationem alterius, minus propriè dicitur in alio cognoſci: Ex quo obiter patet magis rigoroſè verificari quod Deus cognoſcat creaturas in ſe ipſo, quàm quod cognoſcat ſe ipſum in creaturis.

Ad cognoſcẽdum propriè vnũ in alio requiritur continẽtia vnius in alio, nec ſufficit connexio.

46. Aduerte inſuper connexionem alicuius diuini prædicati cum poſſibilibus ſufficientem, vt tale prædicatum ſit medium determinatiuum ad cognitionem poſſibilium, vtque in ipſo ſaltem impropriè dicantur poſſibilia cognoſci, debere illi prædicato conuenire ratione ſui formaliter, non ratione identitatis cum alio, loquimur enim hic de prædicatis diuinis, vt virtualiter ab inuicem diſtinctis, & terminantibus diſtinctas virtualitates diuinæ cognitionis: Cæterùm identicè, & realiter, ſicuti omnia diuina prædicata ſunt Deus, ita Deus cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſo, cognoſcit poſſibilia in omnibus diuinis prædicatis. Hinc patet, cur licet deficientibus poſſibilibus omnia diuina prædicata deficerent, non tamen omnia habeant ſufficientem connexionem cum poſſibilibus, vt in omnibus poſſibilia cognoſcantur; ratio ſcilicet eſt, quia deficientibus poſſibilibus plura diuina prædicata deficerent ob connexionem cum poſſibilibus, ſibi conuenientem non formaliter, & ratione ſui; ſed ſolum identicè, & ratione aliorum prædicatorum ſibi identificatorum, & connexorum formaliter cum poſſibilibus; ſic v. g. deficientibus poſſibilibus deficeret omnipotentia formaliter ex vi connexionis cum ipſis, beatitudo diuina verò deficeret non ex vi connexionis cum poſſibilibus ſed ratione identitatis cum omnipotentia.

Non omnia diuina attributa ſunt formaliter connexa cũ poſſibilibus, licet omnia deficerent deficiẽtibus poſſibilibus.

47. Aduerte tandem, ne cognitio poſſibilium in omniſcientia Dei diſcordet ab eo, quod dicebatur *in hoc eodem capite ad finem* §. 1. dum negaretur in Deo cognitio reflexa a directâ diſtincta, Deum cognoſcentem in ſuâ omniſcientiâ non habere cognitionem reflectentem formaliter ſupra omniſcientiam, ſed eandemmet omniſcientiam, ſicuti per ſe ipſam cognoſcit ſe ipſam abſque formali reflexione, ita per ſe ipſam in ſe ipſa abſque formali reflexione cognoſcere poſſibilia, & diſtingui quidem in diuina omniſcientia virtualitatem, qua cognoſcit poſſibilia in ſe ipſa, à virtualitate, qua cognoſcit poſſibilia in aliquo alio diuino prædicato; virtualitatem tamen illam, qua cognoſcit poſſibilia in ſe ipſa non reflectere formaliter ſupra ipſam omniſcientiam ſed eſſe cognitionem formaliter directam omniſcientiæ, & eminenter ſolùm reflexam.

Scientia, qua Deus poſſibilia cognoſcit in ſua ſcientia, nõ eſt reflexa formaliter ſuprà ſe ipſam.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VII.

Vtrùm ex ſe ipſo, & ex quonam diuino prædicato, Deus cognoſcat poſſibilia?

48. ASSERTVM: Deus cognoſcit poſſibilia ex ſe ipſo; & ex quolibet diuino prædicato importante ratione ſui formaliter habitudinem aliquam, ſeu reſpectum ad poſſibilia, ſpecialiter verò ex propria eſſentia, ex omnipotentia, ex omniſcientia, &c. Ita auctores ſuprà relati pro cognitione Dei ex creaturis; & licet Lugus *ſup. cit. diſp.* 28. *c.* 2. *num.* 14. *cap.* 4. *num.* 27. aliqualiter hæreat in modo loquendi exiſtimans particulam, *ex*, in communi acceptione ſemper denotare realem, formalemve diſcurſum, re vèra tamen ly *ex* optime ſupponit etiam pro diſcurſu virtuali, terminiſque rectè intellectis abſolutè dici poteſt conuenire Deo cognitionem vnius ex alio. Ideo aſſertum

Poſſibilia poſſunt ex alio cognoſci, & à Deo cognoſcuntur ex ſe ipſo.

Probatur: Poſſibilia, quantum eſt de ſe poſſunt cognoſci ex Deo, & ex quolibet diuino prædicato cum ipſis connexo, vel ad ipſa relato: Deus poteſt quantum eſt de ſe cognoſcere vnum ex alio præſtando per diſcurſum virtualem, & virtualem multiplicitatem actuum modo perfectiſſimo, illud, quod per diſcurſum formalem, realemque actuum multiplicitatem præſtat modo imperfecto intellectus creatus: Ex alia parte debet Deo circa obiecta neceſſaria, cuiuſmodi ſunt poſſibilia, de facto concedi quælibet cognitio, ſeu quilibet modus cognitionis ipſi non repugnans, ergo Deus de facto cognoſcit poſſibilia ex ſe ipſo, & ex quolibet diuino prædicato, &c. Antecedens quo ad ſecundam partem conſtat ex dictis, nec poteſt negari ſine quæſtione de nomine; quo ad primam probatur, quidquid eſt in alio contentum, cum alio connexum; vel eſſentialem relationem alterius ad ſe terminat, poteſt ex alio cognoſci, ſed poſſibilia continentur in Deo, connectuntur cum determinant relationem Dei ad ſe, ergo. Confirmatur ratione connexionis, quam Deus habet cum creaturis, & vnum diuinum prædicatum habet cum alio, Deus cognoſcit ſe ex creaturis, & vnum diuinum prædicatum ex alio, ergo etiam ratione connexionis, quam creaturæ habent cum Deo, & cum aliquibus diuinis prædicati, Deus cognoſcit creaturas ex ſe ipſo, & ex aliſquibus diuinis prædicatis, ex quolibet ſcilicet prædicato importante, &c.

49. Dices, ſi Deus cognoſcit ex ſe creaturas, habet creaturas pro obiecto immediato, directo, & primario; vt enim iam dictum eſt cognitio vnius ex alio oritur quidem ex cognitione alterius, at non terminatur directè, & primario ad aliud: E contra dum Deus cognoſcit ſe ex creaturis habet ſe pro obiecto primario, & directo, ſicuti igitur ex eo quod Deus habeat ſe pro obiecto primario, & directo, non ſequitur, quod poſſit etiam habere pro obiecto primario, & directo creaturas, ita ex eo, quod poſſit cognoſcere ſe ex creaturis, non infertur, quod poſſit etiam cognoſcere ex ſe creaturas: imò ſi recolantur *ſuprà poſita in vtroque aſſerto* §. 3. infertur potiùs oppoſitum, cum enim iuxta ibi dicta Deus nequeat cognoſcere creaturas ex ſe cognito ex creaturis; quod Deus cognoſcat ſe ex creaturis probat non poſſe cognoſcere creaturas ex ſe, ne ſequatur ipſum cognoſcere creaturas ex ſe cognito ex creaturis: Sed contra Deum habere poſſe creaturas pro obiecto immediato, & directo, patebit ex ſequentibus, vbi etiam explicabitur an ex eo, quod ſint reſpectu alicuius diuinæ cognitionis obiectum immediatum, & directum, dici poſſint, aut debeant reſpectu talis cognitionis obiectum primarium; quod igitur creaturæ cognitæ ex Deo ſint obiectum immediatum, & directum, talis cognitionis, non impedit, quin poſſint ex Deo cognoſci. Non item id impedit illud, quod ex alibi poſitis affertur; enim verò aliud eſt Deum cognoſcere creaturas ex ſe, & cognoſcere ſe ex creaturis; aliud eſt cognoſcere creaturas ex ſe cognito ex creaturis; ad hoc ſecundum requireretur quod Deus cognoſceret ſe ex creaturis tantum, vt deinde poſſet inferri, quod cognoſcendo creaturas ex ſe, cognoſceret creaturas ex ſe cognito ex creaturis; at nos non diximus Deum cognoſcere ſe tantum ex creaturis, ſed volumus Deum cognoſcere ſe ex ſe, ſe ex creaturis, & cognoſcendo ſe ex ſe, cognoſcere ex ſe creaturas; ſicque cognoſcere creaturas ex ſe cognito ex ſe, non ex ſe cognito ex creaturis.

Creaturæ poſſunt eſſe obiectū immediatum, & directum alicuius diuinæ cognitionis.

§. VIII.

Vtrùm Deus cognoſcat poſſibilia immediatè in ſe ipſis?

ASSERTVM: Deus cognoſcit etiam in ſe ipſis immediatè poſſibilia. Ita Herice 1. *parte diſp.* 5. *cap.* 4. Ribas *tract.* 4. *diſp.* 4. Martinun *diſp.* 10. *ſect.* 1. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 28. *cap.* 4. *num.* 25. Arriaga *diſp.* 19. *ſect.* 4. De Quiros *diſp.* 44. *ſect.* 2. Moncæus *in diſputationibus ſelectis, diſp.* 3. *cap.* 11. §. *quod ergo.* Ita à fortiori *Nominales* & Vaſquez *in* 1. *aſſerto* §. 6. relati pro ſententia negante Deo cognitionem poſſibilium in ſe ipſo. Ita tandem in vniuerſum omnes ferè auctores ſcientiæ mediæ, qui per cognitionem immediatam poſſibilium, in ſe ipſis exiſtimant ſe iacere fundamentum cognitionis immediatæ futurorum conditionatorum in ſe ipſis independenter à quolibet Dei decreto. Verùm cognitio immediata poſſibilium in ſe ipſis nec neceſſarium eſt, nec ſufficiens fundamentum ſcientiæ mediæ: Non neceſſarium quia *Molina* ſcientiæ mediæ propugnator acerrimus negat Deo cognitionem poſſibilium in ſe ipſis: Non ſufficiens, vt infrà conſtabit ex impugnatione ſcien- 50.

Deus cognoſcit poſſibilia etiam immediatè in ſe ipſis.

tiæ mediæ præſertim exponendis *capite 4. §. 2. & 5.* Porrò poſitum aſſertum licet tot habeat propugnatores, habet tamen etiam oppugnatores plurimos, & in primis Henricum *quodlib. 9. quæſt. 2.* Durandum *in 1. diſt. 35. quæſt. 1. art. 3.* Richardum *eâdem diſt. quæſt. 3.* Marſilium, Ægidium, Thomiſtas communiter, Molinam *prima parte, quæſtione 14. articulo 5. & 6. §. 2. Concluſio,* Suarezium *lib. 3. cap. 2.* Ruizium *diſputatione 10. ſect. 2.* &c. *Scotus* obſcurius loquitur, vt videre eſt *locis ſuprà citatis in 5. aſſerto §. 6.* ideo ab aliquibus citatur pro cognitione poſſibilium in Deo, ab aliis pro cognitione poſſibilium in ſe ipſis, crediderim re ipſâ vtrumque cognitionis modum Deo conceſſiſſe, adeóque ſtare pro nobis, non contra nos.

51. Probatur primò: Deum cognoſcere in ſe ipſis immediatè poſſibilia neque repugnat ex eo, quod cognoſcat eadem poſſibilia mediatè in ſe ipſo, tanquam in obiecto cognito; neque ex eo, quod cognoſcere poſſibilia immediatè inferat ipſa eſſe obiectum ſpecificatiuum, & formale diuinæ cognitionis, adeóque ſit poſitiua imperfectio: Neque ex eo, quod poſſibilia non ſint in ſe ipſis cognoſcibilia, vtpotè quæ ſicuti nullum habent in ſe ipſis eſſe, ita nullam habeant veritatem nullamque cognoſcibilitatem: Neque ex eo quod daretur in Deo cognitio, quæ ex obiecto nullatenùs gigneretur cōtra illud decantatum, *ex obiecto, & potentia gignitur notitia;* ſed nullo ex his modis repugnat Deum cognoſcere in ſe ipſis immediatè poſſibilia, ergo nullatenùs id repugnat, ergo cum circa obiecta neceſſaria aſſerendum ſit in Deo quidquid ipſi non repugnat, aſſerendum omninò eſt Deum verè cognoſcere etiam in ſe ipſis immediatè poſſibilia.

52. Probatur antecedens quoad primam partem: Cognitio immediata ex genere ſuo non pugnat cum cognitione mediata eiuſdem obiecti, dummodo cognitio immediata ſumatur poſitiuè, vt in præſenti, pro ea, quæ attingit obiectum etiam in ſe ipſo, non negatiuè pro ea, quæ excludit omne medium; nec quoad hoc maior eſt difficultas in eo, quod Deus cognoſcat poſſibilia immediatè in ſe ipſis, & mediatè in propria eſſentia; quàm in eo, quod cognoſcat ſe ipſum immediatè in ſe ipſo, & mediatè in creaturis; ſicuti igitur illud *ex ſupradictis §. 3.* per diuerſas virtualitates Deo conuenit, ita & iſtud; certè cum in creaturis cognitio non ſolùm intellectiua, ſed etiam ſenſitiua immediata poſſit ſimul eſſe cum mediata, vt patet in eo qui ſimul videt Petrum in ſe, & in ſpeculo; aut Petrum, & Petri imaginem, facile conſtat cognitionem immediatam, & cognitionem mediatam ſibi non opponi, nec ſe excludere.

Cognitio immediata poſitiuè accepta non pugnat cum mediata, ſed ſolùm accepta negatiuè.

53. Probatur antecedens quoad ſecundam partem ex dicendis *in ſequenti §.* vbi ex profeſſo examinabitur an, & quomodo Deus cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſis, habeat ipſa, vel non habeat pro obiecto ſpecificatiuo, & formali diuinæ cognitionis.

54. Probatur antecedens quoad tertiam partem, licet poſſibilia in ſe ipſis nullum habeant eſſe actuale, & participale, habent tamen eſſe eſſentiale, & nominale, ratione cuius verè poſſunt eſſe in ſe ipſis immediatus terminus diuinæ cognitionis, tum quia ratione eiuſdem ſunt immediatus terminus diuinæ omnipotentiæ, tum quia veritas, & cognoſcibilitas ſunt prædicata entis vniuerſaliſſimè accepti, adeóque comitantur ens etiam ſolum nominale; quod confirmatur ex eo, quia poſſibilia etiam in aduerſariorum ſententia cognoſcuntur mediatè ab intellectu diuino; immediatè ab intellectu creato Chriſti Domini præſertim, & Angelorum, ſi autem nullam haberent veritatem nullo modo, & à nullo intellectu poſſent verè cognoſci.

Poſſibilia in ſe ipſis habent cognoſcibilitatem, & veritatem

55. Probatur antecedens quoad quartam, & vltimam partem, quia propoſitio illa *ex obiecto, & potentia gignitur notitia* procedit de obiecto motiuo, non de terminatiuo, quamvis immediato. Certè enim cognitiones, quæ eliciuntur dependenter à ſpeciebus infuſis, nullatenùs gignuntur ex obiectis, ad quæ terminantur, ſed ſolum ex ſpeciebus exercentibus rationem obiecti motiui; illud igitur quod præſtant ſpecies infuſæ reſpectu intellectus creati, præſtat eſſentia diuina reſpectu intellectus increati exercens eminentiſſimo, perfectiſſimóque modo, munus ſpeciei vniuerſaliſſimæ, & obiecti motiui non ſolum reſpectu ſui, verum etiam reſpectu poſſibilium.

Ex obiecto, & potentia gignitur notitia, procedit de obiecto motiuo non de terminatiuo.

56. Dices illud, quod exercet munus ſpeciei, & obiecti motiui, debere eſſe incognitum, & quod ſe habet ad cognitionem vt medium in quo, non poſſe eſſe medium quo: Cum igitur diuina eſſentia reſpectu diuini intellectus nequeat eſſe incognita, eumdemque intellectum ducat ad cognitionem poſſibilium, vt medium in quo, videtur nec poſſe exercere munus ſpeciei, nec ſe habere, vt medium quo: Sed contra, quod in creatis res exercens munus ſpeciei, & obiecti motiui debeat eſſe incognita, & res ſe habens vt medium in quo, & cognitum, nequeat ſe habere vt medium quo, & incognitum, prouenit ex finitudine creaturæ, cui non conuenit continere rem aliquam, tum in eſſe entitatiuo, vt requiritur ad veram rationem medij in quo, tum in eſſe repræſentatiuo, vt requiritur ad rationem medij quo; ſicque in creatis quod ſe habet vt medium in quo, & in ſe cognitum ducit in cognitionem alterius, non ſe habet vt Medium quo, valens etiam incognitum ducere in alterius cognitionem; quia in creatis quod continet entitatiuè non continet repræſentatiuè; è contra quod ſe habet vt medium quo, non ſe habet vt medium in quo, quia quod continet repræſentatiuè non continet entitatiuè. At diuinæ eſſentiæ, in qua indentificantur perfectiones in creatis diſperſæ, conuenit continere tum entitatiuè, tum repræſentatiuè, adeoque in ordine ad diuerſas virtualitates diuinæ cognitionis eſſe medium in quo, & quo; exercere munus medij cogniti, & incogniti; incogniti inquam non abſolutè, ſed comparatiuè ad determinatam

Eſſentia diuina ſimul eſt medium in quo, & quo reſpectu cognitionis poſſibilium.

terminatam quandam virtualitatem diuinæ cognitionis: Item æquiualeoter potius, quàm formaliter; quatenùs etiamſi reuerâ cognoſcator, quando tameo ſimpliciter non cognoſceretur io ſe, adhuc poſſet repræſentare creaturas, & determinare, ac mouere ad ipſarum cognitionem tum creatum intellectum, vt dictum eſt *ſuperiori lib. in limit. cap.5. & in §.3. eiuſdem capitis*, tum etiam diuinum, reſpectu cuius diuina eſſentia eum ſit obiectum magis proportionatom, perfectius exercet quodcumque obiecti munus. Ex his habes rationem formaliſſimam ſpeciei, & medij quo, non conſiſtere in ratione medij incogniti, ſed in ratione medij continentis obiectum intentionaliter, & repræſentatiuè, quamvis deinde pura ſpecies, purè intentionaliter obiectum contineos, nequeat ducere in cognitiooem obiecti, vt medium in quo, & io ſe cognitum; ſed taotùm vt medium quo in ſe incognitum.

Formaliſſima ratio ſpeciei non dicit eſſe incognitum.

57\. Probatur ſecundò: Poſſibilia ſunt in ſeipſis immediatè cognoſcibilia: ergo à Deo immediatè cognoſcuntur. Antecedens patet tum à priori, quia poſſibilia habent in ſeipſis veritatem, vnde propoſitiones, quæ formantur de eſſentiis rerum in ſtatu poſſibilitatis, dici ſolent propoſitiones æternæ veritatis; tum à poſteriori, quia ſecùs & Chriſto, & Angelis eſſet neganda omnis immediata cognitio poſſibilium in ſeipſis. Conſequentia probatur: Virtus intellectiua ſimpliciter infinita, qualis eſt virtus intellectiua Dei debet attingere non ſolùm omnia cognoſcibilia, ſed etiam omni modo quo cognoſcibilia; ſicuti virtus productiua ſimpliciter infinita non ſolùm debet attingere omnia producibilia, ſed etiam omni modo, quo producibilia ſunt: ergo.

Poſſibilia ſunt immediatè in ſe cognoſcibilia.

58\. Dices ex Ioan. à S. Thoma 1. *part. q.14. diſp.18. art.2. num.15.* Poſſibilia eſſe in ſeipſis immediatè cognoſcibilia comparatiuè ad intellectum creatum, non comparatiuè ad intellectum diuinum, quia huic proportionatur ſolum cognoſcibilitas perfectiſſima, cognoſcibilitas autem poſſibilium in ſeipſis non eſt perfectiſſima, cum ſit perfectior cognoſcibilitas eorundem in Deo. Sed contra, reſponſio, vt iacet, continet id, quod eſt in quæſtione; ratio, quæ ad reſponſionem firmandam affertur, infirma eſt. Primò quia aſſerere abſolutè, quod ſola cognoſcibilitas perfectiſſima ſit Deo proportionata eſt fauere plurimum errori negantium Deo viliorum rerum cognitionem, ne diuina ſcientia vileſcat ex obiecti vilitate: cognoſcibilitas igitur etiam vilis, & imperfecta non eſt diuino intellectui improportionata, imò eſt maximè conſona iuxta illod D. Thomæ 2. *contra Gentes, cap. 70. Quod Deus cognoſcat vilia nobilitati ſcientiæ eius non repugnat, ſed atteſtatur*, & quamvis *S. Doctor* præcipuè loquatur de cognitione vilium in propria eſſentia, tanquam in cognito principali, tamen *num.4.* affert etiam rationem, quæ probat ex vilitate obiecti cognitionem etiam immediatam non vileſcere, ait enim: *Vilitas cognitorum in cognoſcentem non redundat per ſe, hoc eſt enim de ratione cognitionis, vt cognoſcens contineat ſpecies cogniti ſecundùm modum ſuum, per accidens autem poteſt redundare in cognoſcentem vilitas cognitorum, vel eo quod, dum vilia conſiderat a nobilioribus abſtrahitur*, &c. Quod magis conſtabit ex iis, quæ *infrà lib.5. cap.1. §.1.* tradentur de Dei Prouidentia circa res quaſcumque, etiam minimas, & maximè viles. Secundò, quia licèt cognoſcibilitas poſſibilium in ſeipſis non ſit perfectiſſima, & patiatur cognoſcibilitatem perfectiorem, non eſt tamen poſitiuè imperfecta, nec incompoſſibilis cum cognoſcibilitate perfectiore etiam comparatiuè ad vnum, eundemque intellectum; in Deo autem quamvis admittenda non ſit cognitio poſitiuè imperfecta, admittitur cognitio minus perfecta, quàm alia; adeoque rectè admitti poteſt duplex cognitio virtualiter diſtincta, altera attingens perfectiſſimam, altera attingens minus perfectam eiuſdem obiecti cognoſcibilitatem.

Negare Deo immediatā cognitionē creaturarum eſt fauere errori negantiū Deo cognitionē rerum vilium.

59\. Deo repugnat cognitio poſitiuè imperfecta, at non minus perfecta.

60\. Ex dictis habes cognitionem immediatam poſſibilium, quam Deo tribuimus, non haberi per ſpecies formaliter proprias ipſorum poſſibilium, & vel repræſentabilitati poſſibilium præciſè commenſuratas, vel à poſſibilibus deriuatas, in quo ſenſu Auguſtinus *lib.83. quæſtionum, quæſt.46.* ait Deum nihil intueri extra ſe ipſum: In eodem ſenſu *D. Thomas* pluribus in locis negat Deo cognitionem immediatam poſſibilium in ſeipſis; ſpecialiter verò 1. *part. q.14. art.5. in C. Dupliciter aliquod cognoſcitur vno modo in ſe ipſo, alio modo in altero. In ſeipſo quādo cognoſcitur per ſpeciem propriam adæquatam ipſi cognoſcibili. In alio autem videtur id, quod videtur per ſpeciem continentis*, &c. *Deus ſeipſum videt per ſeipſum, quia ſeipſum videt per eſſentiam ſuam: alia à ſe videt non in ipſis, ſed in ſeipſo, in quantum eſſentia ſua continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo.* Nec rectè Ioan. à S. Thoma *loco ſuprà citato, n.5.* contendit ſenſum, iu quo nos S. Doctorem intelligimus, non congruere menti ipſius *S. Doctoris*, eo quod ſi intenderet ſolùm excludere à Deo ſpecies formaliter proprias creaturarum, & à creaturis deriuatas de re nimis notâ otioſè diſputaret. Contra enim eâdem ratione otioſè loqueretor S. Doctor *in 1. diſt. 35. art. 2. Deus non recipit ſpecies rerum, per quas cognoſcat, ſed per eſſentiam ſuam*; &c. quæſt. 2. de veritate, art. 3. ad 1. *Intellectus diuinus non habet ſcientiam cauſatam à rebus*, opuſc.3. cap.30. *Omnis intellectus intelligens per ſpeciem aliam à ſe comparatur ad illam ſpeciem intelligibilem, ſicut potentia ad actum, cum ſpecies intelligibilis ſit perfectio eius faciens ipſum intelligentem actu.* Ex alia parte cum 1. *part. quæſt.14. ar.6. ad 1.* illis verbis: *Deus non ſolùm cognoſcit res eſſe in ſeipſo, ſed per id, quod in ſeipſo continet res, cognoſcit eas in propria natura*: Et *quæſt.20. art.2. ad 2.* illis verbis: *Ab æterno Deus cognoſcit res in propriis naturis*, & ſimilibus verbis alibi ſæpè doceat Deum cognoſcere creaturas io ſeipſis. Cum item tribuat propriæ eſſeotiæ rationem ſpeciei, ſeu

Deus non cognoſcit per ſpecies deriuatas à creaturis, vel ipſis præciſè commenſuratas.

Diuus Thomas admittit cognitionem creaturarum in ſeipſis in Deo.

Item tribuit diuinę eſſentiæ eſſe ſpeciem creaturarum.

ſimilitudinis creaturarum, tum locis citatis ex 1. *part.* ex *C. ſent.* ex *quæſt.* 2. *de verit.* tum ex eâdem *quæſt.* 2. *de verit. eodem art.* 3. *ad* 9. illis verbis: *Quamvis ſit minima ſimilitudo creaturæ ad Deum ſecundùm conuenientiam naturæ, eſt tamen maxima ſimilitudo, ſecundùm quam expreſſiſſimè diuina eſſentia repræſentat creaturam*, & art. 4. ad 2. *Eſſentia Dei eſt ſimilitudo rerum omnium, & propria ratio vniuſcuiuſque*: idemque tradat 1. *contra Gentes, cap.* 67. aliiſque pluribus in locis conforme prorſus eſt menti *D. Thomæ* ponere in Deo cognitionem creaturarum, non ſolum in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito, ſeu in propria eſſentia, tanquam in cauſa, & medio in quo; ſed etiam immediatè in ſeipſis, ſeu in propria eſſentia, tanquam in ſpecie vniuerſaliſſima, ſimilitudine repræſentatiuâ, & medio quo; hinc fit conſequenter eundem *D. Thomam*, dum dicit Deum non cognoſcere creaturas in ſeipſis, ſolum velle, quod creaturas non cognoſcat per ſpecies ipſarum proprias ab ipſis deriuatas, aut ab extrinſeco infuſas: Dum item ait Deum cognoſcere creaturas ſolum in ſeipſo, ly *in ſeipſo*, ſupponere tum pro medio in quo, tum pro medio quo, tum pro propria eſſentia, vt cauſa; tum pro eâdem, vt ſpecie.

---

§ IX.

An, & quomodo Deus cognoſcendo poſſibilia in ſeipſis habeat ipſa pro obiecto ſpecificatiuo, & formali diuinæ cognitionis?

61. Poſſibilia immediatè à Deo cognita ſolùm impropriè dici poſſunt obiectum formale, & ſpecificatiuum diuinæ cognitionis.

ASSERTVM: Licet in aliquo ſenſu poſſibilia in ſeipſis immediatè à Deo cognita dici poſſint obiectum formale, & ſpecificatiuum diuinæ cognitionis; melius dicitur abſolutè loquendo Deum in cognitione etiam immediatâ poſſibilium habere pro obiecto formali, & ſpecificatiuo propriam eſſentiam exercentem munus ſpeciei. Ita ex Auctoribus admittentibus in Deo cognitionem immediatam poſſibilium in ſe ipſis. Alarcon *diſp.* 7. *cap.* 1. Arrubal *diſp.* 29. Vaſquez *diſp.* 50. & 60. &c. contra Ariminenſem *in* 1. *diſt.* 36. Arriagam 1. *part. diſp.* 19. *num.* 31. Martinon *diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 12. De Quiros *diſput.* 40. *ſect.* 2. Inter vtriuſque tamen ſententiæ Auctores (excepto *Ariminenſi* ſimpliciter negante diuinam eſſentiam poſſe vllo modo eſſe motiuum ad cognoſcendas creaturas) eſt diſſidium potius in eo, quod intelligunt nomine obiecti ſpecificatiui, & formalis, quàm in eo, quod ſub tali nomine Deo aut negant, aut concedunt. Dixi ex Auctoribus admittentibus in Deo cognitionem immediatam poſſibilium, nam qui docent poſſibilia nullatenus eſſe obiectum immediatum diuinæ cognitionis, docent à fortiori nullatenus eſſe obiectum ſpecificatiuum, & formale; imò ex eo, quod abſurdum reputent obiectum creatum ſpecificare cognitionem diuinam, probant creaturas non poſſe in ſe immediate attingi à cognitione diuina, vt ſpecialiter videre eſt apud Ioan à S. Thoma 1. *par. quæſt.* 14. *diſp.* 18. *art.* 2. *n.* 7.

Poſtremæ aſſerti particulæ exprimentes diuinam eſſentiam reſpectu cognitionis immediatæ poſſibilium exercere munus ſpeciei ſunt non ſolùm contra oppugnatores cognitionis immediatæ poſſibilium, volentes conſequenter diuinam eſſentiam reſpectu cognitionis poſſibilium ſolùm exercere munus obiecti primariò cogniti, ſed inſuper inter propugnatores illius immediatæ cognitionis contra Monexum *in diſputationibus ſelectis, diſputatione* 3. *capit.* 11. *ad* 3. De Quiros *prima parte, diſputatione* 44. *ſect.* 3. *num.* 19. volentes intellectum diuinum tantæ eſſe viuacitatis in intelligendo, vt ad cuiuſcumque rei intellectionem non alio ei opus ſit, quàm rei veritate. Nihilominùs diuinam eſſentiam exercere præciſis imperfectionibus munus ſpeciei probatum eſt ſufficienter *tum §. antecedente, tum cap. ſuperiori ad calcem* §. 3. & 6. Confirmatur etiam validiſſimè *ex ſuperiori lib. cap.* 2. vbi latè explicatur diuinam eſſentiam exercere munus formæ intelligibilis reſpectu intellectus creati, à quo transferri poteſt paritas ad diuinum. Ex alia parte durum valde eſt admittere notitiam obiecti, ad quam neque obiectum terminatiuum, neque motiuum concurrat, quæque nullâ prorſus ratione ex obiecto gignatur contra illud vulgatum *ex obiecto, & potentia gignitur notitia.* Neque rectè dicitur huiuſmodi axioma ſolùm procedere de potentia intellectiua finitâ, & de notitiâ propriè cauſatâ; Non de potentiâ intellectiuâ infinitâ, quæ cum ex ſe habeat omnem perfectionem lineæ intelligibilis, debet ex ſe habere etiam rationem ſpeciei. Non item de notitia incauſata, cum notitia non requirat concurſum obiecti, niſi vt cauſetur. Contra enim: Potentia intellectiua ſimpliciter infinita, qualis eſt diuina, debet habere omnem perfectionem lineæ intelligibilis, cum aliqua tamen diſtinctione virtuali: Notitia Dei eſt quidem incauſata realiter, nec poteſt requirere concurſum obiecti realiter diſtincti, eſt tamen cauſata virtualiter; ideo gigni debet ex obiecto virtualiter diſtincto: & aliud eſt dicere, diuinus intellectus, diuina intellectio, non indiget ſpecie realiter diſtincta; aliud eſt dicere, non indiget ſpecie? Primum verum eſt, falſum ſecundum; ſicuti aliud eſt dicere, non datur in Deo actus primus intelligendi diſtinctus realiter à ſecundo, non datur intellectio diſtincta realiter à potentia intellectiua; aliud eſt dicere, non datur in Deo actus primus intelligendi, non datur in Deo intellectio: Primum verum eſt, falſum ſecundum: Ratio igitur infiniti, & incauſati in diuina notitia probat ipſam non diſtingui à ſpecie, & obiecto motiuo: Ratio repræſentatiui in diuina eſſentia, virtualiter cauſati in diuina cognitione, probat dari in Deo rationem ſpeciei vniuerſaliſſimæ,

62. Eſſentia diuina exercet munus ſpeciei, etiam reſpectu intellectus proprij.

Aliud eſt intellectum, & intellectionē diuinam carere ſpecie, aliud carere ſpecie realiter diſtincta.

ſaliſſimæ, & hanc exerceri à diuina eſſentia, His præmiſſis,

64. Probatur, & explicatur aſsertum: Obiectum formale, & ſpecificatiuum, aliquando mitius, latiúſque ſumitur pro eo omni, quod terminatiuè quodammodo, & extrinſecè cognitionem ſpecificat; & licet ipſius cognitio ſupponat aliud obiectum motiuum, à quo determinetur, non tamen habet aliud obiectum terminatiuum, ad quod priùs terminetur. Item ſumitur obiectum formale, & ſpecificatiuum pro eo omni, quod habet connexionem cum cognitione, & quo deficiente, cognitio deficeret: Hoc vtroque modo poſſibilia in ſe ipſis immediatè à Deo cognita poſſunt dici obiectum ſpecificatiuum diuinæ cognitionis; imò ſecundo modo etiam cognita mediatè in diuina eſſentia, tanquam in cauſa, dici poſſunt obiectum ſpecificatiuum diuinæ cognitionis. Neque hæc ſpecificatio importat imperfectionem aliquam, aut propriam dependentiam diuinæ cognitionis à poſſibilibus potius, quàm extrinſeca, & terminatiua ſpecificatio, quam ab iiſdem poſſibilibus titolo connexionis, & ordinis; non titulo depeodentiæ, & ſubordinationis habet diuina omnipotentia. Rigoroſè, ſtrictéque ſumitur obiectum formale, & ſpecificatiuum, pro eo, quod eſt etiam motiuum, penes quod diſtinguitur modus cognoſcendi vnius principij, à modo cognoſcendi alterius, qua ratione dicimus ens materiale eſſe ſpecificatiuum potentiæ cognoſcitiuæ materialis, non potentiæ intellectiuæ; ens ſpirituale omninò independens à materia eſſe ſpecificatiuum intellectus ſeparati, non corpori vniti: Et hac ratione certum eſt poſſibilia non eſſe obiectum formale, ac ſpecificatiuum diuinæ cognitionis, diuinique intellectus, cum nec per ſe, nec per ſpecies proprias ipſum moueant, nec ſint obiectum proprium intellectus diuini, per ordinem ad quod ſecernatur modus intelligendi Dei à modo intelligendi creaturarum; Hac ratione ſola diuina prædicata ſunt obiectum ſpecificatiuum diuinæ cognitionis, & quia obiectum ſpecificatiuum abſolutè vſurpatum hoc ſecundo modo ſupponit, vnde etiam communiter dicitur cognitionem non eſſe perfectiorem ſuo obiecto formali ſpecificatiuo, abſolutè loquendo melius dicitur poſſibilia etiam immediatè cognita non eſſe obiectum formale, & ſpecificatiuum diuinæ cognitionis, & ſicuti ens materiale non dicitur ſpecificatiuum intellectus creati, quia licet ſit immediate intellectionis creatæ terminatiuum, non eſt tamen motiuum ipſius per ſpeciem propriam materialem, ſed ſolùm per ſpeciem nobiliorem ſpiritualem, ita ens creatum dici nequit abſolutè, & ſimpliciter ſpecificatiuum intellectus increati, quia licet ſit immediatè terminatiuum intellectionis increatæ, non eſt tamen motiuum eiuſdem per ſpeciem propriam creatam, ſed ſolùm per ſpeciem ſuperiorem increatam: Non niſi igitur cum addito ideſt per modum terminantis, ſecundùm quid, extrinſecè, & cum aliqua huiuſmodi expreſſione ampliante ſignificationem propriam obiecti formalis, ſeu ſpecificatiui, dici poteſt poſſibilia, & eos creatum eſſe obiectum ſpecificatiuum, & formale diuinæ cognitionis, etiam immediatè circa ipſa verſantis.

Obiectum formale, & ſpecificatiuũ ſumitur dupliciter.

---

§. X.

Vtrùm Deus cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſis cognoſcat etiam aliqua poſſibilia in aliis, aliqua ex aliis poſſibilibus?

65. Assertvm: Deus cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſis, cognoſcit aliqua poſſibilia in aliis, aliqua ex aliis poſſibilibus. Ita Ribas *prima parte, tract.* 4. *diſput.* 4. *num.* 27.

Deus cognoſcit aliqua poſſibilia in aliis, & ex aliis.

Probatur: Deus cognoſcere poteſt vnum in alio, & ex alio; poſſibilia cognoſci poſſunt aliqua in aliis, aliqua ex aliis, ergo Deus poteſt cognoſcere, & (quia circa obiecta neceſſaria cognoſcit quidquid poteſt cognoſcere) cognoſcendo poſſibilia in ſe ipſis cognoſcit aliqua poſſibilia in aliis, aliqua ex aliis poſſibilibus. Antecedens quoad primam partem conſtat *ex ſuperioribus* §§. 3. *&* 4. quoad ſecundam probatur: Inter aliqua poſſibilia datur eſſentialis conoexio, & neceſſaria habitudo, item continentia vnius poſſibilis in alio poſſibili, nam cauſa poſſibilis eſſentialiter reſpicit effectus poſsibiles, & hi in cauſa poſsibili continentur quoad ſua prædicata eſſentialia, nec minorem connexionem dicit riſibilitas poſsibilis cum rationalitate poſsibili, quàm riſibilitas exiſtens cum rationalitate exiſtente; ſed ea, inter quæ datur eſſentialis connexio, neceſſaria habitudo, & continentia, poſſunt cognoſci vnam in alio, & ex alio vt patet *ex iiſdem* §§. 3. *&* 4. ergo poſsibilia poſſunt cognoſci aliqua in aliis, aliqua ex aliis poſsibilibus; purà riſibilitas poſsibilis in rationalitate, vel ex rationalitate poſsibili; lux poſsibilis in ſole vel ex ſole poſsibili &c. Conſequentia primi argumenti probatur: Deus cognoſcendo in ſe ipſis poſsibiliia, poſsibilia comprehendit, ergo exhaurit ipſorum cognoſcibilitatem, & cognoſcit ipſa, quantum cognoſci poſſunt adeoque aliqua in aliis, aliqua ex aliis, ſi ſic cognoſci poſſunt.

66. Dubitatur hic, vtrum Deus etiam cognoſcendo poſsibilia in ſe ipſo, tanquam in obiecto cognito cognoſcat aliqua poſsibilia in aliis, aliqua ex aliis poſsibilibus. Reſpondetur affirmatiuè, quia etiam in ſe ipſo, tanquam in obiecto cognito poſsibilia comprehendit, imò ſuper comprehendit. Vtrum verò ſicuti comprehendit poſsibilia in ſe ipſo cognitione virtualiter diſtinctà ab ea, qua comprehendit poſsibilia in ſe ipſis ita cognitio vnius poſsibilis in alio, vel ex alio conſequens ad comprehenſionem eiuſdem

posſibilis

poſſibilis in Deo, ſit virtualiter diuerſa à cognitione talis poſſibilis in alio conſequente ad comprehenſionem eiuſdem poſſibilis in ſe; videtur quod non, quia cognitio eiuſdem poſſibilis ex alio, ſiue oriatur ex comprehenſione eiuſdem poſſibilis in ſe, ſiue ex comprehenſione eiuſdem poſſibilis in Deo, nihil magis exprimit ex parte obiecti, & eſt de eodem omninò obiecto, in Deo autem non diſtinguuntur virtualiter cognitiones ſolo numero diuerſæ verſantes circa idem omninò obiectum, & habentes eumdem modum tendendi: ſentiendum igitur eàdem prorſus virtualitate cognitionis cognoſcere vnum poſſibile ex alio, ſiue id præſtet attingendo poſſibilia immediatè in ſe ipſis, ſiue attingendo eadem mediatè in ſe ipſo, adeo vt ſit quidem virtualiter diſtincta attingentia immediata poſsibilium ab attingentia eorumdem mediatâ; at ſit etiam virtualiter eadem cognitio vnius poſſibilis ex alio conſequens ad vtramque attingentium.

§. XI.

An, & quomodo Deus cognoſcat impoſſibilia, & non entia.

67. *Deus cognoſcit impoſſibilia, & non entia etiam contradiſtincta ab ente in potentia & nominali.* ASSERTVM I. Deus cognoſcit impoſſibilia, & non entia. Ita omnes communiſſimè contra errorem negantium Deo viliorem rerum cognitionem, qui negabunt à fortiori cognitionem impoſſibilium, & non entium; ne ſicuti iuxta ipſorum ſenſum diuina cognitio ex obiecti vilitate vileſceret, ita ex obiecti impoſſibilitate impoſsibilitetur; & ex eo, quod non ens cognoſcat, ipſamet non ens fiat: Porrò in præſenti non entium nomine veniunt ea, quæ nullam prorſus habent poſitiuam entitatem, id eſt neque in actu, neque in potentia, neque in ſe, neque in cauſa; veniunt ſcilicet negationes, & priuationes, ſeu non entia contradiſtincta à quolibet ente poſitiuo etiam purè poſſibili, quod etiam pro ſtatu poſsibilitatis eſt in potentia, & nominaliter ens, licet actu, & participialiter ſit non ens, ſeu non ſit, & de ipſo propterea communiter intelligatur illud Apoſt. Rom. 4. dicentis de Deo: *Qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.* Sic intellectum aſſertum

68. Probatur: Deus cognoſcit quidquid eſt aliquo modo cognoſcibile, at impoſſibilia, & non entia ſunt aliquo modo cognoſcibilia: ergo Deus cognoſcit impoſſibilia, & non entia. Maior patet ex infinitate omnimoda diuinæ virtutis cognoſcitiuæ, quæ deficeret eſſe omnicognoſcitiua, ſi aliquod cognoſcibile ipſam ſubterfugeret, nec haberet quidquid aliquo modo ſpectat ad perfectionem cognoſcendi, niſi cognoſceret quidquid eſt aliquo modo cognoſcibile. Minor probatur primò à poſteriori, ex intellectu creato cognoſcente impoſſibilia, & non entia, certum eſt autem quod non eſt aliquo modo cognoſcibile à nullo intellectu cognoſci poſſe, ſicuti quod non eſt aliquo modo producibile à nullo agitante produci poteſt, propter eſſentialem habitudinem cognoſcitiui ad cognoſcibile, productiui ad producibile: Ex cognitione quam intellectus creatus habet de impoſſibilibus, & non entibus confirmatur obiter aſſertum noſtrum ſic: Deus cognoſcit quemcumque actum, & quamcumque cognitionem intellectus creati, & quia nequit actus aliquis cognitionis cognoſci, quin ſimul aliquo modo cognoſcatur obiectum talis actus; cognoſcit Deus quodcumque obiectum cuiuſcumque cognitionis creatæ: ergo aliquo modo cognoſcit impoſſibilia, & non entia, eo ipſo, quod hæc ſunt obiectum alicuius cognitionis elicitæ ab intellectu creato. Minor eadem probatur ſecundò à priori, ex diſcrimine quod intercedit inter intellectum, & ſenſum, oculum, v.g. Intellectus enim quia habet operari tum per modum aſſenſus, & proſecutionis; tum per modum diſſenſus, & fugæ, elicit actus ſuos tum circa ens, & verum, cui aſſentitur; tum circa non ens, & falſum, cui diſſentitur; ſicuti pariter voluntas, quia & ipſa operatur per modum proſecutionis, & fugæ, per amorem, & odium, complacentiam, & diſplicentiam; elicit actus ſuos tum circa ens, & bonum, tum circa non ens, & malum, vnde etiam communiter Intellectus dicitur veri, & falſi: Voluntas boni, & mali. Nec refert illud Ariſtotelis 1. *poſt. cap.* 2. *Quod non eſt, non ſcitur*; procedit enim de aſſenſu, quod ſcilicet non eſt, non ſcitur per aſſenſum, ſeu quod cognoſcitur non eſſe; aut falſum eſſe, non affirmatur. De aſſenſu pariter, & actibus proſecutionis procedit, quod dici ſolet: Solùm verum eſt ſpecificatiuum intellectus, intellectus ſemper tendit in obiectum ſub ratione veri: Solùm bonum eſt ſpecificatiuum voluntatis: voluntas ſemper tendit in obiectum ſub ratione boni. Diuerſimodè res ſe habet in ſenſu, hic non habet obiectum fugæ, ſed ſolùm proſecutionis, ideò ſolùm elicit actus ſuos circa ſenſibile, putà oculus circa colorem, & lucem; nec eâ ratione, quâ intellectus dicitur veri, & falſi; ſenſus dici poteſt ſenſibilis, & inſenſibilis; oculus lucis & tenebrarum, nec ex ſenſu cognoſcitur priuatio obiecti ſenſibilis per ſenſationem; ſed per priuationem ſenſationis: Sic oculus non elicit viſionem corpoream circa tenebras alioqui ſitum, & extenſionem tenebrarum perciperet, ſed ex eo, quod oculus apertus nihil videat, ſeu habeat priuationem viſionis, cognoſcitur ab intellectu nihil eſſe locis, ſeu eſſe priuationem lucis, & tenebras. Ex hoc diſcrimine ſic formatur probatio minoris præmiſſæ intellectus eſt veri, & falſi; entis, & non entis, ergo etiam poſſibilis, falſa, & non entia ſunt obiectum ipſius, adeòque poſſunt aliquo modo cognoſci, ſeu intelligi. Difficultas iam eſt in hoc, modo aſſignando, præſertim reſpectu intellectus diuini, à quo debet omnis

Intellectus, non ſenſus operatur per modum non ſolùm proſecutionis, ſed etiam fugæ.

69.

Intellectus eſt veri & falſi, voluntas boni, & mali.

Senſus non cognoſcit priuationes, & negationes, ſed ſolùm intellectus.

nis imperfectio remoueri. Reducitur verò difficultas ad duo præcipuè capita. Primum eſt, vtrum impoſſibilia, & non entia cognoſcat Deus ſolum iudicio negatiuo, & diſſenſu, an etiam iudicio affirmatiuo, & aſſenſu. Secundum vtrum illa cognoſcat ſolùm in aliquo poſitiuo, an etiam immediatè in ſeipſis.

69. *Deus cognoſcit non entia ſolùm iudicio negatiuo.*

Assertvm II. Deus cognoſcit impoſſibilia, & non entia ſolùm iudicio negatiuo, ſeu diſſenſu; non autem iudicio affirmatiuo, ſeu aſſenſu, niſi ad ſummum æquiualenter. Ita Vaſquez 1. *part. diſp.* 61. & 62. Arrubal *diſput.* 35. *cap.* 10. Lugus *diſput.* 33. *cap.* 1. De Quiros *diſput.* 55. *ſect.* 1. & alij apud ipſos contra Ioan. à S. Thoma 1. *par. diſp.* 18. *art.* 4. *num.* 25. Arriagam *diſp.* 19. *ſect.* 6. *num.* 35. Alarcon *tract.* 2. *de Scientia num.* 27.

Probatur primò: Si Deus non entia, negationes ſcilicet, & priuationes iudicio affirmatiuo, ſeu aſſenſu cognoſceret, cognoſceret illa ad modum entis poſitiui: Sed Deus non cognoſcit negationes, & priuationes, ſeu non entia ad modum entis poſitiui; alioqui non cognoſceret negationes, & priuationes ſecundùm proprias ipſarum rationes, (eadem proportionaliter eſt ratio de impoſſibilibus, quæ ſi cognoſcantur iudicio affirmatiuo, ſeu aſſenſu cognoſcuntur ad modum alicuius poſſibilis) ergo Deus cognoſcit impoſſibilia, ſeu non entia ſolùm iudicio negatiuo, ſeu diſſenſu, non autem, &c. Minor communiter conceditur, nec videtur poſſe negari ſine detrimento diuini intellectus attingentis omne cognoſcibile, vt eſt in ſe. Maior probatur: Iudicio affirmatiuo, ſeu aſſenſu non cognoſcitur, niſi id, quod aliquo modo importat eſſe, exprimitur enim iudicium affirmatiuum per copulam, *eſt*, ſignificatiuam identitatis, nequit autem percipi aliqua identitas in eo, quod ſimpliciter non eſt, alioqui id, quod non eſt, eſſet; quia id, quod non eſt, eſſet idem cum eo, quod de ipſo affirmatur, vel de quo ipſum affirmatur: ergo non entia nequeunt cognoſci iudicio affirmatiuo, niſi cognoſcantur ad modum entis, &c. Confirmatur: Ly, *eſt*, importat ex ſuo formali conceptu copulam poſitiuam: ergo iudicium affirmatiuum, quod non poteſt verſari, niſi circa aliquod, cui applicet ly, *eſt*; non poteſt verſari, niſi circa aliquod, cui attribuat aliquod poſitiuum, adeoque quod concipiat ad modum entis poſitiui: ergo ſi Deus non-entia iudicio affirmatiuo cognoſceret, &c.

Non cognoſcit ea ad modū entis.

Copula eſt ex ſuo formali conceptu eſt poſitiua.

70. Dices ex Arriaga *loco citato, num.* 36. Sicuti ens abſtrahit à poſitiuo, & negatiuo, ita etiam copulam, *eſt*, abſtrahere à poſitiuâ, & negatiuâ, *&*, dum verſatur inter extrema negatiua, copulam negatiuam importare, ſicque iudicium affirmatiuum talis copulæ eſſe iudicium affirmatiuum copulæ negatiuæ, non copulæ poſitiuæ aliquod poſitiuum applicantis ei, ſupra quod cadit. Sed contra: Ens vt abſtrahit à poſitiuo, & negatiuo valdè, æquiuocè, abuſiuè, & impropriiſſimè ſumitur, & dicere ens negatiuum, ſeu ens negatiuum eſt ens, idem in rigore ſonat ac ens non-ens, ſeu non-ens eſt ens: Si igitur velit *Arriaga* eodem abuſu, & impropietate loquendi copulam *eſt* præſcindere à poſitiuâ, & negatiuâ, adeò vt copula negatiua idem ſonet, ac non-copula; ex vna parte de voce contendit, ex alia incongruè transfert ad Deum cognitionem correſpondentem, ſeu conformem noſtro modo loquendi adeò abuſiuo, adeoque improprio.

Et non ni i abuſiue, ſu ni poteſt vt abſtrahens à poſitiua, & negatiua.

Probatur ſecundò: Si Deus iudicio etiam affirmatiuo, ſeu aſſenſu, impoſſibilia, & non entia cognoſcit maximè quia cuilibet veritati Deus præſtat aſſenſum, & iudicium affirmatiuum, cum æquè ſit imperfectio intellectus diſſentiri vero, ac aſſentiri falſo, ſed circa impoſſibilia, & non entia poſſunt cognoſci plures veritates. Quid enim verius, quàm Chymeram eſſe impoſſibilem. Priuationem eſſe carentiam formæ, tenebras eſſe carentiam lucis, &c. ergo circa impoſſibilia, & non entia Deus verſari poteſt iudicio affirmatiuo, ſeu aſſenſu. Verùm hæc ratio nihil probat, quia ſi aliquid probaret, probaret nimis, probaret ſcilicet nullum iudicium negatiuum, nullum actum diſſenſus poſſe eſſe verum, & qui dicit homo non eſt lapis, non verè negaret lapidem de homine, ſed dici deberet affirmare de homine negationem lapidis: Dico igitur cuilibet veritati terminis poſitiuis, & copulâ affirmatiuâ expreſſæ præſtari à Deo aſſenſum, & iudicium affirmatiuum, at veritati expreſſæ terminis negatiuis, & non copula vnius prædicati cum alio, ſed diuiſione vnius prædicati ab alio, præſtari à Deo diſſenſum, & iudicium negatiuum, ſeu iudicio negatiuo tendere in prædicata, ex quibus conſurgit talis veritas: cognoſcere deinde in ſeipſa hanc veritatem non eſt aliquid obiectiuè affirmare, ſed ſolùm eſt affirmare talia prædicata non eſſe cognoſcibilia, niſi iudicio negatiuo, ſicque affirmatio veritatis non verſatur circa illa prædicata, ſed circa actum negantem affirmari poſſe aliquid de illis prædicatis. In propoſito Deus habet hæc iudicia, Chymera non eſt poſſibilis, priuatio non eſt forma, tenebræ non ſunt lux, nec affirmat de huiuſmodi non entibus aliquam veritatem, ſed negat poſſe de ipſis veritatem affirmari, & ſolùm affirmat eſſe vera iudicia negatiua, quæ de illis non entibus efformat. Quia tamen ſecundùm noſtrum modum concipiendi iudiciis illis negatiuis æquiualent hæc alia poſitiua, ſeu affirmatiua, Chymera eſt impoſſibilis; priuatio eſt carentia formæ, tenebræ ſunt carentia lucis, concipimus nos Deum iudicia iſta affirmatiua habere, licèt in rigore non habeat ipſa formaliter & ſecundùm rem, ſed æquiualenter ſolum, & ſecundùm noſtrum modum concipiendi.

71.

Circa veritatem poſſumus verſari iudicio negatiuo, alioqui nullum iudicium negatiuũ eſſet verum.

Deus circa non entia habet iudicia affirmatiua æquiualenter.

Dices: Non haberet Deus notitiam qui-

ditatiuam non entium, ſi tenderet in ipſa ſolùm iudicio negatiuo cognoſcendo quid non ſint; nullatenùs iudicio affirmatiuo cognoſcendo quid ſint. Sed contra: Sicuti notitia quiditatiua entis poſitiuè non habetur per quid non eſt, ſeu per conceptum negatiuum; ſed per quid eſt, ſeu per conceptum poſitiuum, ita ex oppoſito notitia quiditatiua non entis non habetur per quid eſt, ſeu per conceptum poſitiuum, ſed per quid non eſt, ſeu per conceptum negatiuum, & non habere quiditatem eſt non entis quiditas; & per purum non eſſe lucis, in ſe conſtituuntur à luce diſtinguuntur tenebræ, & quoties in non ente quæritur quiditas poſitiua; quæritur quiditas aliena, non propria ipſius non entis. Poteſt hoc totum confirmari ex Auguſtino *tom.* 10. *lib. de vita beata*, vbi loquens de egeſtate, ſeu carentia rerum, ait: *Neſcio quomodo dicamus habet egeſtatem, ita'e eſt enim, ac ſi locum aliquem, qui lumine careat, dicamus habere tenebras, quod nihil eſt aliud, quàm lumen non habere* (& nonnullis interpoſitis) *quamobrem vt, quod volo explicem, ſicuti poſſum, ita dicitur habet egeſtatem, quaſi dicatur habet non habere.*

Non entium quiditas eſt nō quiditas, nec poteſt poſitiuè explicari.

73. ASSERTVM III. Impoſſibilia, & non entia cognoſcuntur à Deo ſolùm in aliquo poſitiuo, non immediatè in ſeipſis. Ita D. Thom. *in* 1. *diſtinct.* 36. *quæſtione* 1. *articulo* 2. *quæſtione* 2. *de veritate, articulo* 15. 1. *contra Gentes, cap.* 71. 1. *part. quæſtione* 14. *articulo* 10. quem ſequuntur cum Thomiſtis plures Recentiores contra Arriagam 1. *part. diſputat.* 19. *ſect.* 7. *numero* 39. alioſque nonnullos.

Deus non cognoſcit impoſſibilia, & non entia immediatè in ſeipſis.

Probatur: Impoſſibilia, & non entia nec per ſpeciem propriam, nec per ſpeciem aliquam eminentem, æquiualentem ſpeciebus propriis cognoſci poſſunt: ergo non poſſunt cognoſci immediatè in ſeipſis. Conſequentia patet. Antecedens probatur: Impoſſibilia, & non entia nullatenus ſunt actiua: ergo nullatenùs poſſunt eſſe productiua propriarum ſpecierum, eo ipſo autem quod nequeunt habere ſpecies proprias, nequeunt etiam habere ſpeciém aliquam æquiualentem propriis, nihil enim æquiualet ei, quod dari non poteſt. Confirmatur: Si Deus haberet ſpeciem aliquam eminentem repræſentatiuam impoſſibilium, & non entium, talis ſpecies eſſet ipſamet diuina eſſentia, ſed hoc non: ergo. Minor probatur: Diuina eſſentia non continet impoſſibilia, & non entia in eſſe entitatiuo, alioqui poſſet impoſsibilia, & non entia producere: ergo neque continet in eſſe repræſentatiuo, vt requiritur ad rationem ſpeciei: ergo diuina eſſentia reſpectu impoſsibilium, & non entium nullatenus exercere poteſt ſpeciei munus.

Impoſſibilium, & non entium nec dari poteſt ſpecies propria nec æquiualens propriæ.

74. Dices intellectum diuinum eſſe abſque vllis ſpeciebus per ſemetipſum ſufficientiſsimè completum ad intelligendum quodlibet intelligibile, ideò ex eo, quod dari nequeant ſpecies repræſentatiuæ non entium, probari ad ſummum quod non entia nequeant in ſeipſis immediatè intelligi ab intellectu creato indigo ſpecierum; non ſic reſpectu intellectus diuini. Sed contra: Intellectus diuinus non indiget quidem ſpeciebus emendicatis ab obiecto aliquo creato, exigit tamen in ordine ad intellectionem cuiuſcumque obiecti creati concurſum ſpeciei præſtitum à propria eſſentia, vt ſuprà explicabatur §. 9. Si igitur in ordine ad impoſſibilia, & non entia nequit diuina eſſentia exercere concurſum ſpeciei, conſequens eſt, vt nequeat diuinus intellectus impoſſibilia, & non entia, in ſeipſis immediatè intelligere.

ASSERTVM IV. Poſitiuum in quo, vel ex quo Deus, non entia, & impoſſibilia cognoſcit, eſt ſpecialiter, & potiſſimum reſpectu non entium formæ oppoſitæ, reſpectu impoſſibilium extrema poſſibilia, ex quibus Chymeræ coaleſcunt. Poteſt tamen etiam vtraque Deus cognoſcere in noſtris actibus, vel ex noſtris actibus ad impoſſibilia, & non entia terminatis: Item mediatè, & remotè in ſeipſo. Inſuper negationes, & priuationes in ſubiectis, vel ex ſubiectis, in principiis, vel ex principiis formatum, in quarum carentia priuationes, & negationes conſiſtunt. 75.

In quonam poſitiuo Deus cognoſcat non entia, & impoſſibilia.

Probatur, & explicatur: Forma oppoſita eſt, quæ priuationes & negationes maximè diſtinguit, atque ſpecificat; & quia principium diſtinctiuum eſt etiam conſtitutiuum ordo ad formam oppoſitam priuationes, & negationes conſtituit, eo modo, quo dici poteſt, quod priuationes & negationes conſtituantur: ergo poſitiuum, in quo Deus potiſſimum cognoſcit non entia, ſunt formæ oppoſitæ. Antecedens probatur iuxta diuerſitatem formæ, qua priuat priuatio, quam negat negatio magis, quàm iuxta diuerſitatem aut principij, aut ſubiecti priuationes, & negationes diuerſificantur; ſubiectum quippè plurium formarum eſt incapax, pluribuſque formis, quarum eſt capax, caret: adeoque plures tum negationes, tum priuationes indifferenter reſpicit. Principium item eandem proportionaliter indifferentiam ſuo modo ſortitur; ſola forma oppoſita per ſe determinatè reſpicit vnicam priuationem, & vnicam negationem. In impoſſibilibus pariter nihil eſt poſitiuum, per quod magis vnum impoſſibile ab alio impoſſibili diſtinguatur, quàm extrema ipſa poſſibilia, ex quibus chymeræ coaleſcunt. Nec Hircocernus, & Hippocentaurus diſtinguuntur ratione identitatis inter extrema, ſed ratione extremorum diuerſorum ſecundùm ſe poſſibilium. Cognoſcit deinde Deus minùs principaliter tum non entia, tum impoſſibilia in noſtris actibus ad illa terminatis, comprehendendo enim omnes actus noſtros, neceſſe eſt, quod aliquo modo cognoſcat omnium noſtrorum actuum obiecta; adeoque

Deus cognoſcit non entia in formis oppoſitis.

76. In noſtris actibus.

adeoque quod in noſtris actibus, & ex noſtris actibus ad impoſſibilia, & non entia terminantis cognoſcat talium actuum obiecta, ipſa ſcilicet non entia, ipſaque impoſſibilia, neutra tamen affirmando, niſi æquiualenter, cum longè aliud ſit cognoſcere tenebras terminantes intellectionem creatam, qua concipiuntur per modum entis poſitiui, cognoſcere Hircocetuum terminantem intellectionem creatam, qua affirmatur identitas inter hircum, & ceruum; ac illas concipere per modum entis poſitiui, inter iſta affirmare identitatem; & ſicuti Deus cognoſcendo in noſtro actu Fidei obiectum, non cognoſcit obſcurè, ita in noſtra affirmatione cognoſcendo identitatem inter hircum, & ceruum, non affirmat realem identitatem.

77. In ſeipſo. Cognoſcit inſuper Deus impoſſibilia, & non entia mediatè, ac remotè in ſeipſo, quatenùs in ſeipſo cognoſcit omnia extrema poſſibilia, ex quibus poſſunt impoſſibilia coaleſcere, & omnes formas poſitiuas dedocentes in immediatam notitiam priuationum, & negationum, ſeu non entium.

78. In ſubiectis, & principiis. Cognoſcit tandem priuationes, & negationes in ſubiectis, vel ex ſubiectis, in principiis, vel ex principiis, quatenus comprehendendo ſubiecta, & principia, cognoſcit illa aut habere incapacitatem, aut poſſe habere carentiam plurium formarum, cognoſcit iſta poſſe ab actionibus ceſſare; & plures formas vel poſſibiles non producere, vel productas non conſeruare.

79. Latè hic quàm plures diſputant, vtrum Deus etiam cognoſcat, & faciat entia rationis. Certum eſt Deum cognoſcere impoſſibilia poſſe ab intellectu creato affirmari, & dependenter à creata cognitione ſortiri eſſe purè obiectiuum, ſicque ea, quæ nos dicimus entia rationis, & cum fictione formamus, atque affirmamus, Deus abſque vlla fictione, & negando, non affirmando cognoſcit. Vtrùm deinde hoc ſit entia rationis propriè cognoſcere, aut etiam facere pendet à diuerſo modo explicandi, quid ſit propriè cognoſcere, quid facere ens rationis. Controuerſia eſt ad Philoſophicam magis, quam ad Theologicam conſiderationem pertinens, imò vix vllam poſtulat conſiderationem, cum vix vllam contineat vtilitatem, nec poſſit actius examinari ſine altercatione de nomine.

Deus cognoſcit, an, vel etiam faciat entia rationis, quæſtio eſt de nomine.

80. Ex dictis patet diuerſimodè Deum cognoſcere mala pœnæ, ac cognoſcat mala culpæ: Mala enim pœnæ, cum ſint ſaltem vt plurimum entia poſitiua æquè, ac quodlibet aliud ens poſſibile, & iuxta illud *Amos 3. Si erit malum in Ciuitate, quod Dominus non fecerit*, habeant propriè Deum pro cauſa æquè ac reliqua poſſibilia à Deo cognoſcuntur tum in ſeipſo, & vt in cauſa, & vt in vniuerſaliſſima ſpecie, tum immediatè in ſeipſis. Mala culpæ cum vel formaliter in priuatione conſiſtant, vel ſaltem, ſi malitia moralis in aliquo poſitiuo collocetur; priuationem aliquam rectitudinis eſſentialiter includant, à Deo, nec in ſeipſo, nec immediatè in ſeipſis poſſunt totaliter cognoſci, ſed quatenùs includunt priuationem debent cognoſci eo modo, quo aliæ priuationes potiſſimum ſcilicet in forma oppoſita: & quia huiuſmodi forma oppoſita non eſt bonitas increata, ſolùm quippè vt obiecto, & fine, non vt formâ oppſitâ peccatum priuat Deo, non cognoſcit Deus peccata primò, & principaliter in propria bonitate increata, vt ſenſerunt nonnulli apud Durandum *in* 1. *diſt*. 36. *quæſt*. 1. *num*. 12. Sed in bonitate creata, vel gratiæ in ſententia aſſerente peccatum eſſe priuationem gratiæ, vel illius virtutis, cui peccatum opponitur, & cuius rectitudine peccatum priuat. Dixi primò, & principaliter nam cum per propriam bonitatem increatam contineat Deus bonitatem creatam, & gratiæ, & cuiuſcumque virtutis, remotè, & mediatè dici poteſt cognoſcere in propria bonitate increata omnia mala culpæ ſicuti eâdem de causâ dicitur cognoſcere mediatè, & remotè in ſeipſo omnia non entia omniaque impoſsibilia.

Mala culpæ cognoſcuntur à Deo in bonitate creata.

Peccatum priuat Deo vt fine, non vt formâ.

CAPVT III.

De obiecto contingenti abſoluto ſcientiæ Dei.

1. CONTINGENTIS nomen in tota ſua latitudine acceptum importat illud omne quod non habet exiſtentiam ſimpliciter neceſſariam, & poteſt quantum eſt de ſe eſſe, & non eſſe, ſaltem logicè, & ab extrinſeco: hac ratione obiecti contingentis nomine ſignificatur quidquid eſt extra Deũ, & extra ſtatum poſsibilitatis, adeoque omne ens creatum, ſiue præſens, ſiue præteritum, ſiue futurum. Non in totâ hac latitudine hic ſumimus rationem contingentis, nec obiecti contingentis nomine intelligimus quodcumque contingens, ſed ſolùm contingens futurum, & meritò poſt explicatam ſcientiam Dei per ordinem ad creaturas in eſſe neceſſario, & ſtato poſsibilitatis, eandem proponimus explicandam per ordinem ad eaſdem in eſſe contingenti, & à ſtatu poſsibilitatis extractas; ſpecialiter verò conſtitutas in ſtatu futuritionis: Melius quippè ſcientia Dei de creaturis exiſtentibus exponitur comparatiuè ad ipſas futuras, quàm comparatiuè ad eaſdem, aut præteritas, aut præſentes; tum quia ſtatus, ad quem immediatè tranſeunt creaturæ à pura poſsibilitate exeuntes, eſt ſtatus futuritionis, quem conſequenter creaturæ ab æterno ſortiuntur, adeoque ſecundùm huiuſmodi ſtatum aptiſsimæ ſunt ad terminandum diuinum intuitum ab æterno elicitum; tum quia ſuppoſitâ in Deo notitiâ futurorum nulla eſt ſpecialis difficultas pro notitia præſentium, aut præteritorum; nec vllus eſt, vel tam rudis, vel

Contingentis nomen latè acceptũ complectitur omne creatum.

Scientia Dei melius exponitur cõparatiuè ad futura, quàm cõparatiuè ad præſentia, aut præterita.

tam barbarus, qoi Deum ſaciat præſcium futurorum, & ioſcium præſentium, aut immemorem prætcritorum. Agetur verò primò de ſururis in cauſa, & ſtatu abſoluto, vt per ſactliorem futotorum abſolurorum conſidetationem ſternamus viam ad difficiliorem indagationem conditionatorum, interim pro vtrorumque generali quadam ſimplicique notitia neceſſe eſt præmittere nonnulla ad ipſorum quiditatem, & multiplicitatem pertinentia. Ideo

Futuritio propriè eſt exiſtẽtia pro aliqua differentia temporis cum negatione inceptionis.

2. Præmitto primò futuritionem formaliter, & rigoroſè ſumptam oihil aliud eſſe, quàm exiſtentiam pro aliqua differcotia temporis cum negatione inceptionis, & per conſequens futurum dici illud, cui talis exiſtentia cum negatione inceptionis conuenit. Per exiſtentiam pro aliqua differentia temporis importatam diſtinguitur futurum tom à purè poſſibili, quod non reſpicit exiſtentiam magis, quàm non exiſtentiam, tum ab ente increato, cuius exiſtentia eſt quidem cum negatione inceptionis, at eſt pro ſemper, non pro aliqua temporis differentia. Per negationem inceptionis diſtinguitur ſututum à præterito, & præſenti, quod vtrumque dicit inceptionem; præteritum quidem inceptionem ſine conſeruatione, præſens inceptionem cum conſeruatione exiſtentiæ: futurum verò ſimpliciter, & rigoroſè acceptom inceptionem omnem negat; ſuturum inquam ſimpliciter, ideſt futurum quoad eſſe, & productionem, nam ſuturum quoad continuationem, & perſeuerantiam, oon oegat quidem ioceptioocm; at non eſt futurum ſimpliciter, nec quod hodie exiſtit, & per continuatam exiſtentiæ conſeruationem cras perſeruabit in eſſe, ſimpliciter dici poteſt cras futurum.

Futuritio alia effectus in cauſa, alia effectus in ſe.

3. Præmitto ſecundò alicuius rei ſututitionem conſiderari poſſe, vel ex parte effectus, ſeo rei, quæ denominatur futura, vel ex patte cauſæ. Primo modo futotitio importat exiſtentiam pro aliqua differentia temporis mox explicatam: Secundo modo eſt inclinatio, ſeu determinatio ad producendum effectum, & ſicoti poſſibilitas effectus in cauſa nihil eſt aliud, quàm cauſa potens producere ſine vlla determinatione ad producendum; ita fututitio effectus in cauſa, eſt cauſa determinata, & inclinata ad producendum. Hæc ſururitio effectus in cauſa, niſi ſit in cauſa adæquata, & inimpedibili, eſſe poteſt ſine futorition effectus in ſe; propterea ait D. Thomas *quæſt. 2. de veritate art. 12. ad 9. Deus ſcit aliquid futurum eſſe, quod non erit, in quantum ſcit, aliquas cauſas ad aliquem effectum inclinatas, qui non producitur*, idem tradit *quæſt. 12. art. 10. ad 7.* explicans illud Ariſtotelis *2. de generatione text. 64. Quod futurus quis incedere non incedet.* Ex hac duplici acceptione futuri io ſe, & in cauſa, videtur explicari facilè poſſe illud, quod nonnulli parom vtiliter diſputant quæreotes, vtrum futurum, quà formaliter futurum, ſit aliquid actu, & per aliqoid actuale ſecernatur à purè poſſibili, ſi enim ſumatur ſecundùm illud, quod dicit in caoſa, eſt aliquid actu, dicit ſcilicet actualem inclinationem, & determinationem cauſæ ad ipſius productionem; ſi ſecundum illud præcisè, quod dicit in ſe, non eſt aliquid actu, repugnat quippè, quod ſit aliquid actu, & neget omnem inceptionem, propterea rectè docet Auguſtinus 11. *Confeſſ. cap.* 20. Non niſi impropriè, & abuſiuè dici, *Tempora ſunt tria præteritum, præſens, & futurum.* Eâdem ratione abuſiuè dicitur diluuium eſt præteritum, Antichriſtus eſt futurus, & vt ex nonnullis Dialecticis notat Lugus 1. *parte, lib. 1. diſp. 29. cap. 2. num.* 16. dicere Diluoium eſt præteritum, Antichriſtus eſt futurus, idem eſt in rigore, ac dicere diluuium eſt, fuit; Antichriſtus eſt, erit.

Futuritio effectus in cauſa eſſe poteſt ſine futuritione effectus in ſe.

Futurum quà formaliter tale eſt aliquid actu in cauſa, non in ſe.

Futurum aliud neceſſarium.

4. Præmitto tertiò duplicem aſſignari vniuerſalem, & præcipuam fututorum diuiſionem. Prima eſt in futurum neceſſarium, & contingens; Secunda in futurum abſolutum, & conditionatum. Futurum neceſſarium (non loquor de neceſſario ſimpliciter, cui ſcilicet de potentia etiam abſoluta repugnet non eſſe; hac enim ratione nullum futurum poteſt eſſe neceſſarium, ſed quidquid extra Deum, & extra ſtatum poſſibilitatis reperitur, contingens eſt!) eſt qood pendet à cauſa neceſſaria, quæ nec naturaliter deſiſtere, nec naturaliter impediri ab operatione poteſt; adeóque atteotâ virtute naturæ creatæ, & Dei vt naturæ auctoris, non poteſt non eſſe. Fututum contingens eſt illud, quod etiam naturaliter poteſt non eſſe, & ſubdiuiditur in contingens ſecundùm quid, quod etiam dicitur contingens ab extrioſeco, contingens à caſu, & in cootingeos ſimpliciter, quod etiam dicitur contingens ab intrinſeco, contingens à propoſito.

Aliud contingens ſecundũ quid.

Contingens ſecundum quid eſt, quod poteſt non eſſe, non quia pendeat à cauſa libera habente poteſtatem propriam, & intrinſecam ad ipſum non efficiendum; ſed quia licet pendeat à cauſa neceſſaria ſecundùm ſe determinatâ ad ipſum efficiendum, huioſmodi tamen cauſa eſt ab extrioſeco ex occurſu aliarom caoſarum naturalium impedibilis, ſic ſunt futura ſecundùm quid cootingeotia pluuiæ, influxus Aſtrorum, fructus arborum, & alia hoiuſmodi, quæ ita ſunt contingentia & indeterminatè futura reſpectu vnius, aut alterius cauſæ, vt ſint neceſſaria, & determinatè ſotura comparatiuè ad totam collectionem, & ſeriem cauſarum naturaliom.

Aliud contingens ſimpliciter.

Contiogens ſimpliciter eſt, qood poteſt non eſſe ex eo, quod pendeat à cauſa libera habente ab intrinſeco poteſtatem ad oppoſita, ad ipſum ſcilicet non efficiendum æqoè, ac ad efficiendum; ſic ſunt futura contingentia ſimpliciter omnes effectus liberi voluntatis, ſiue creatæ, ſiue diuinæ, licet in ordine ad effectus voluntatis diuinæ cautius vſurpanda ſit vox contingentiæ, vtporè quæ volgariter ſignificare ſolet in cauſa non ſolum indifferentiam, ſed etiam aut mutabilitatem, aut euentum præter intentionem, vt notat Suarez *in Metaph. diſp. 30. ſect. 16. num. 43.* Futurum abſolutum

Aliud abſolutum.

5. abſolotum eſt, quod de facto erit in aliqua differentia temporis, & cuius exiſtentia à nulla conditione ſuſpenditor. Futurum conditionatum eſt, cuius exiſtentiæ aliqua conditio apponitur; & qoidem, ſi talis conditio aliquando ponetur io eſſe, etiam futurum à tali conditiooe dependens aliquando erit, & valde impropriè conditionatum dicitur, dicitur verò propriè conditionatum, quod numquam erit, quia illius conditio numquam ponetur, eſſet tamen ſi conditio poneretur: Sobdiuiditur hoc futurum in conditionatum conditione diſparatâ, & conditionatum conditione connexâ.

Aliud conditionatum conditione diſparata.

Illud eſt, quod nullam habet cum conditione appoſita connexionem, vt ſi Turca ſaltabit; Petrus ſomniabit. Iſtud, quod habet cum conditione connexionem; vel neceſſariam, vt ſi ſol erit, diea erit: vel liberam, ſed infallibilem ratione dioini decreti, aut poſitiui, aut permiſsiui, aut promiſsiui, vt ſi Petrus vocabitur, couſentiet; ſi Iudas tentabitur, peccabit: Si ponetur arcus in oubibus, erit ſignum fœderis: vel liberam, & fallibilem, vt (nullâ habitâ ratione ad diuina decteta) ſi Paulus audiet concionem, conuertetur. His præmiſsis, ſit

Aliud conditionatum conditione connexa.

---

§ I.

Quomodo, & vnde conſtet Deum cognoſcere futura abſoluta contingentia?

6. ASSERTVM I. Deum cognoſcere futura abſoluta contingentia conſtat certitudine fidei, ſeu eſt de fide. Ita non ſolùm omnes Theologi, ſed etiam omnes Catholici contra errorem Ciceronis *lib. 2. de diuinit. & lib. 2. de natura Deorum*, concedentis Deo ſolùm ſcientiam futurorum contingentium ſecundùm quid, & procedentiom à cauſa naturali, noo futurorum contingentium ſimpliciter procedentium à cauſis liberis: Eſt etiam contra errorem illorum, qui exiſtimantes omnia fatali neceſſitate euenire omnem contingentiam adeóque etiam omnem contingentium ſcientiam negarunt. In quo errore fuerunt Stoici, Manichæi, Lutherus, Caluinus alijque nominatim relati à Vaſquio *1. p. diſp. 68. c. 1.*

De fide eſt Deum cognoſcere futura abſoluta etiam ſimpliciter contingentia.

Probatur ex Scriptura Dan. 13. *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant.* Eccleſ. 23. *Domino Deo, antequam crearentur, omnia ſunt agnita.* Sap. 8. *Scit præterita, & de futuris æſtimat: ſigna, & monſtra ſcit antequam fiant, & euentus temporum, & ſæculorum* Pſalm. 138. *Omnes vias meas præuidiſti.* Quæ qiidem auctoritates intelligi nequeunt ſolùm de futuris, aut neceſſarijs, aut contingentibus ſecundùm quid, cum vniuerſaliter omnino loquantur, imò in aliquibus vt Dan. 13. & Pſalm. 138. ſit ſpecialiter ſermo de actibus humanis liberis, adeóque ſimpliciter contingentibus. Confirmatur primò: De fide eſt cognitionem futurorum eſſe Dei propriam, & ſpeciale iudicium diuinitatis, ergo de fide eſt Deum cognoſcere futura. Conſequentia patet, antecedens probatur, Iſa. 40. *Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia dij eſtis vos.* 45. *Hæc dicit Dominus Deus, quæ ventura ſunt interrogate me.* Io. 14. *Nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cum factum fuerit credatis*, me ſcilicet eſſe Deum, cui ſoli conuenit futura prænoſcere, & prænunciare. Hinc Auguſtinus 5. *de ciuitate, capite 9.* ait: *Confiteri Deum eſſe, & negare præſcium futurorum apertiſſima inſania eſt. Qui non eſt præſcius omnium futurorum non eſt vtique Deus.* Idem tradiderunt plures alij *SS. PP.* apud Salmant. *prima parte, tract. 3. diſputatione 7. dub. 2. §. 2.* imò idem ſenſerunt omnes ferè nationes, quæ non ex alio capite in magna ſemper veneratione habuerunt oracula de futtris, niſi ex eo, quod in talibus oraculis agnoſcerent veſtigium aliquod diuinitatis. Confirmatur ſecundò ex omnibus prædicationibus futurorum quas Scriptura Sacra continet, & eueotus confirmauit: Vnde eſt illud Tertulliani *lib. 2. contra Marcionem, cap. 5. Præſcientia Dei tot habet teſtes, quot fecit Prophetas.*

ASSERTVM II. Deum cognoſcere futura contingentia abſoluta conſtat etiam naturaliter certitudine ſcientiæ, morali ſaltem ſi non metaphyſicâ. Ita cum *SS. Auguſtino, & Thoma, omnes Thomiſtæ*, qui licet non expreſsè affirment eſſe euidentes rationes, quas afferunt ad probandam in Deo præſcientiam futurorum, adeò tamen abſolutè ipſas tradunt, vt ſatis inſinuent ſe non ambigere de ipſarom euidentia. Expreſsiùs, & in terminis tradunt aſſertum noſtrum, Lugua *prima parte, lib. 1. diſputatione 29. capite 2. numero 6.* Arriaga *diſputat. 20. ſect. 1. numero 3.* De Quiros *diſputatione 46. ſect. 2.* Martinon *diſputatione 9. numero 36.* Suarez *in Metaph. diſputatione 30. ſect. 15. à numero 28.* &c. contra *Nominales*, quos ex recentioribus ſequitur Herice *diſputatione 6. numero 3.* volentes aſſertam præſcientiam futurorum non alia, quàm fidei certitudine, conſtare. 7.

Eiuſdem eſt Deum cognoſcere futura.

Probator primò: Conſtat naturaliter certitudine ſcientiæ, ſeu euidentia luminis naturalis Deum habere ſcientiam ſimpliciter infinitam ſe extendentem ad omne cognoſcibile, ſed eâdem certitudine ſcientiæ, & euidentiâ naturalis luminis, morali ſaltem, ſi non metaphyſicâ, conſtat futura contingentia abſoluta eſſe cognoſcibilia, ergo Deum cognoſcere futura contingentia &c. Maior patet ex infinitate Dei in omni genere, & qui de ipſius veritate dubitaret intercluderet aditum demonſtrandi in Deo ſcientiâ non ſolùm futurorum, verùm etiam poſsibilium, & ſui ipſius. Minor probatur: Si futura contingentia abſoluta non ſunt cognoſcibilia, maximè quia non habent actualem exiſtentiam, ſed obiectum, vt ſit cognoſcibile, non requirit actualem exiſtentiam, ergo. Maior patet, quia per hoc præcisè, quod futura fiant actu exiſtentia à quo-

libet intellectu etiam creato cognoſcuntur, & licet dici poſsit non eſſe cognoſcibilia, quia non habent determinatam veritatem, ſi tamen aliqualiter probari poteſt, quod non habeant determinatam veritatem, id ſolùm probari poteſt ex eo, quod non habeant actualem exiſtentiam. Minor probatur ex cognoſcibilitate poſsibilium: Et ne qois dicat actualem exiſtentiam, vtpotè contingentem requiri ad cognoſcibilitatem obiecti contingentis à ſtatu poſsibilitatis extracti, non ad cognoſcibilitatem obiecti neceſſarij, & poſsibilis, euincitur magis eadem minor ex cognoſcibilitate præteritorum, quæ ab actuali exiſtentiâ non minùs diſtant, quàm futura; & tamen, quia exiſtentiam habuerunt, ſunt cognoſcibilia ab intellectu etiam creato, imò à materiali phantaſia brutorum, ergo etiam futura, quia exiſtentiam habe-
8. bunt, ſunt cognoſcibilia ab intellectu ſaltem perfectiſsimo, & diuino.

Dices, ſi valeret paritas præteritorum, ſicuti intellectus etiam creatus ſcit præterita, ita ſcire poſſet futura, & cognitio futurorum eſſet quid commune cuilibet intellectui, non indicium diuinitatis, & priuilegium ſpeciale intellectus increati: ſed contra dico intellectum creatum ſcire poſſe etiam futura, at non de lege ordinatiâ, quamvis de lege ordinariâ ſciat plura præterita, ea ſcilicet, quæ cognouit, quando fuerunt actu exiſtentia; ratio eſt quia intellectus creatus de lege ordinariâ non cognoſcit, niſi per ſpecies, aut ab obiectis acceptas, aut ſpeciebus ab obiectis acceptis æquiualentes, præterita autem potuerunt intellectui creato dare ſpecies, non ſic futura, ideò &c. diuerſa eſt ratio de intellectu diuino, qui cum non intelligat per ſpecies ab obiectis emendicatas, vt obiectum aliquod cognoſcat, nihil aliud à ſe diſtinctum requirit præter obiecti cognoſcibilitatem; nec cognoſcit ſicuti intellectus creatus præterita, poſtquam extiterunt eo, quod actu ipſa cognouerit, quando fuerunt præſentia nec eo, quod actu ipſa cognouerit quando fuerunt præſentia acquirit aliquod complementum, quo caruiſſet, ſi illa quando fuerunt actu præſentia non cognouiſſet, intellectus igitur diuinus eandem omninò habet proportionem ad cognoſcenda futura, quàm ad
9. prætetita ſuppoſitâ vtrorumque obiectiuâ cognoſcibilitate,

Abſurda, quæ ſequerentur ex eo, quod Deus futura non præſciret.

Probatur ſecundò: Si Deus non cognoſceret futura contingentia haberet prouidentiam valde imperfectam, quæ ſcilicet ad præſentia ſolùm ſe extenderet, & præuidentiam non includeret: haberet ſcientiam variabilem, qua ſcilicet ſucceſsiuo decurſu temporis plura cognoſceret, quæ ab æterno non cognouiſſet, quatenùs ſucceſsiuo decurſu temporis plura fiunt actu exiſtentia, quæ ab æterno fuerunt ſolùm futura: Non comprehenderet decreta propriæ voluntatis, quibus ab æterno futura, ſaltem abſoluta decreuit. Quæ & ſimilia ſi proteruum animum non cogunt, nec ad euidentiam metaphyſicam diuinæ præſcientiæ perueniunt, conuincunt ſaltem ingenuam quamcumque mentem, & moralem euidentiam ſortiuntur. Nec refert quod ineuidens, & obſcurus, imò fere inexplicabilis ſit modus, quo Deus futura contingentia præcognoſcat; non refert inquam, quia, vt euidenter conſtet conuenire Deo aliquam perfectionem, non eſt neceſſe, quod euidenter conſtet etiam modus, quo talis perfectio in Deo habeatur, vt exemplari poteſt in libertate, quam dari in Deo euidentiſſimum eſt, & tamen æquè obſcurum, ac ineuidens eſt ipſam explicare, ac explicare præſcientiam. Propterea vt notat De Quiros 1. *parte*, *diſp.* 46. *ſect.* 2. *num.* 4. veriſimile eſt auctores negantes eſſe naturaliter euidens, quod Deus futura cognoſcat, intendere negare euidentiam non cognitionis, ſed modi, & medij cognoſcendi, in quo aſſignando plurimum laboratur, vt ſatis conſtabit ex *ſequentibus* §§. Ideo ſit

§. II.

Vtrùm Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in ſe ipſis, ſeu in veritate obiectiua, independenter à diuino decreto?

10. Deus nõ cognoſcit futura contingentia abſoluta in ſe ipſis independenter à diuino decreto.

ASSERTVM: Deus non cognoſcit futura contingentia abſoluta in ſe ipſis, ſeu in ipſorum veritate obiectiua, independenter à diuino decreto, ſeu antecedenter ad diuinum decretum. Ita Salmant. 1. *parte*, *tract.* 3. *diſp.* 7. *dub.* 6. §. 2. Ioan. à S. Thoma *diſp.* 19. *art.* 2. Aluarez *de auxiliis*, *lib.* 2. *diſp.* 13. & præter omnes Thomiſtas non pauci Recentiores contra Vaſquium 1. *parte*, *diſp.* 65. *cap.* 4. & *diſp.* 66. *capite* 2. Lugum *diſp.* 29. *cap.* 3. *numero* 7. Suar. *in Opuſc. de ſcientia Dei*, *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. alioſque plures ex Societate, qui pro ſe citant Scotum *in* 1. *diſt.* 39. *quæſt.* 1. §. *viſo de contingentia*, forte tamen parum legitimè, quia *Scotus* ita docet futura cognoſci in ipſorum veritate obiectiua, vt innuat talem veritatem conuenire ipſis dependenter à diuino decreto, ſeu à determinatione diuinæ voluntatis potiùs, quàm è contra. 11.

Probatur primò independenter à diuino decreto, ſeu antecedenter ad diuinum decretum determinans cuiuſcumque rei futuritionem potius, quàm non futuritionem, futura contingentia abſoluta nullam prorſus habent in ſe ipſis obiectiuam veritatem, nec vllatenus à ſtatu poſſibilitatis emerſerunt, aut ad futuritionem tranſierunt potiùs, quàm ad non futuritionem, ergo Deus non cognoſcit, &c. Conſequentia patet, quia Deus non poteſt cognoſcere rem aliter, ac eſt, & falleretur diuina ſcientia, ſi in veritate obiectiua cognoſceret id, quod non habet obiectiuam veritatem. Probatur antecedens independenter à diuino decreto, ſeu antecedenter ad ipſum futura contingentia nihil habent,

habent, vi cuius à ſtatu poſſibilitatis educantur, & transferantur ad futuritionem potius, quàm ad non futuritionem, non enim id habent à propriis prædicatis intrinſecis, quia ſi ab intrinſeco erumperent à poſſibilitate in futuritionem eſſent ab intrinſeco determinata ad eſſe, quod repugnat contingentiæ ſitæ formaliter in indifferentia ad eſſe, & non eſſe; neque id habent à determinatione alicuius cauſæ ſecundæ, quia determinatio cauſæ ſecundæ, niſi à determinatione cauſæ primæ roboretur, impedibilis eſt, adeóque non habet infallibilem connexionem cum futuritione effectus: Item quia ſicuti repugnat rem eſſe exiſtentem per ſolum influxum cauſæ ſecundæ independenter ab influxu cauſæ primæ, ita repugnat eſſe determinatè futuram per ſolã determinationẽ cauſæ ſecundæ indepẽdenter à determinatione, & decreto cauſæ primæ.

52. Dices ex Lugo *cap. 3. ſupra cit. num. 8. & 15.* ſufficere diuinum decretum de producendo libero arbitrio, & de concurrendo cum ipſo iuxta exigentiam libertatis ipſius, nec negari ab aduerſariis omne decretum voluntatis diuinæ reſpectu futurorum contingentium, ſolùm verò negari decretum prædeterminans voluntatem creatam. Sed contra: Decretum de producendo libero arbitrio, & de concurrendo cum ipſo iuxta exigentiam libertatis, nec ſufficiens eſt, nec in aduerſariorum ſententia neceſſarium ad præſcientiam futurorum. Non eſt ſufficiens, quia tale decretum, ſicuti non reſpicit alicuius rei futuritionem magis, quàm non futuritionem, ita rem nullam eruit à ſtatu poſſibilitatis; nec, ex ſuppoſitione talis decreti determinatio cauſæ ſecundæ euaderet inimpedibilis, & infallibiliter connexa cum futuritione effectus, quomodo enim decretum non magis cum futuritione, quàm cum non futuritione connexum, poteſt conducere ad hoc, vt inferior determinatio infallibiliter cum futuritione connectatur. Non eſt in aduerſariorum ſententia neceſſarium, quia argumenta deſumpta ex lege contradictoriarum, & ex definitione futuri, quibus aduerſarij plurimum fidunt, ſi quid probant, probant veritatem obiectiuam futurorum etiam ante decretum de producendo libero arbitrio. Nam etiam ante tale decretum formabiles ſunt de futuris contingentibus propoſitiones contradictoriæ, quibus dicatur v. g. Petrus peccabit, Petrus non peccabit. Item ſi futurum eſt præciſè illud, quod aliquando erit; non eſt cur omnes actus liberi, qui de facto aliquando erunt, non dicantur futuri, etiam ante decretum de producendo libero arbitrio.

Decretum producendi liberum arbitrium, & concurrendi ad ipſius exigentiam, nec eſt ſufficiẽs, nec neceſſarium pro cognitione actuum liberorũ futurorum.

53. Probatur ſecundò: Si futura contingentia abſoluta independenter à diuino decreto ſunt in ſe ipſis, ſeu in propriâ veritate obiectiua cognoſcibilia & à Deo, cuius cognitio attingit omne cognoſcibile, cognoſcuntur; id maximè prouenit, vel ex eſſentia ipſorum futurorum, quatenus futuritio conſiſtit formaliter in exiſtentia pro aliqua differentia temporis cum negatione inceptionis, & per conſequens quidquid pro aliqua differentia temporis exiſtit omnibus, & ſingulis inſtantibus antecedentibus inceptionem exiſtentiæ eſt formaliter, & determinatè in ſtatu futuritionis, vel ex lege propoſitionum contradictoriarum quatenus ex duabus propoſitionibus contradictoriis neceſſe eſt vnam eſſe determinatè veram, alteram determinatè falſam, in quocumque inſtanti formentur, & per conſequens cum antecedenter ad omne diuinum decretum formari poſſint propoſitiones contradictoriæ de futuris contingentibus ſint ſcilicet ante omne diuinum decretum contradictoriæ hæ duæ propoſitiones v. g. Petrus peccabit, Petrus non peccabit, neceſſe eſt quod ante omne diuinum decretum vna ſit determinatè vera, altera determinatè falſa, & quod ante omne diuinum decretum ſit, aut determinatè futurum, aut determinatè non futurum peccatum Petri: Sed neutra ex his rationibus ſubſiſtit, ergo. Probatur minor, quo ad primam partem impugnando rationem deſumptam ex eſſentia futurorum, dum enim nos etiam, in iis, quæ ſuprà præmiſimus in limine præſentis capitis, explicabimus futuritionem per exiſtentiam pro aliqua differentia temporis cum negatione inceptionis, non ſumitur exiſtentia pro aliqua differentia temporis ſecundum ſe præciſè, & quodammodo abſtractè, ſed vt terminat habitudinem cauſæ determinatæ ad talem exiſtentiam producendam, vnde etiam dicebamus futurum in ſtatu futuritionis dicere ſupra purum poſſibile aliquid actu ex parte cauſæ, non ex parte ſui: ſi igitur auferatur determinatio cauſæ nihil habet futurum, per quod actu diſtinguatur à purè poſſibili, & quidquid pro aliqua differentia temporis exiſtit habet futuritionem pro quolibet inſtanti antecedente, pro quo adſit poſitiuum, & actuale fundamentum, cui nitatur futuritio, quod fundamentum aliud eſſe non poteſt quàm diuinum decretum. Cæterùm ſi abſque iſta limitatione quidquid pro aliqua differentia temporis exiſtit, in quolibet inſtanti, ſeu ſigno antecedenti haberet futuritionem, non prius conueniret rebus poſſibilitas, quàm futuritio, ſed potius è contra. Auctor eſt huius doctrinæ D. Thomas 1. *parte, quæſt. 16. art. 7. ad 3.* illis verbis: *Illud quod nunc eſt, ex eo futurum fuit, antequam eſſet, quia in cauſa ſua erat, vt fieret, vnde ſublatâ cauſâ non eſſet futurum illud fieri: Sola autem cauſa prima eſt æterna. Vnde ex hoc non ſequitur quod ea, quæ ſunt, ſemper fuerit verum eſſe futura, niſi quatenus in cauſa ſempiterna fuit, vt eſſent futura, quæ quidem cauſa ſolus Deus eſt.* Probatur Minor quo ad ſecundam partem impugnando rationem deſumptam ex lege propoſitionum contradictoriarum. Primò quia regula contradictoriarum non eſt, quod vna ſit determinatè vera, altera determinatè falſa, ſed quod ſi vna eſt vera, altera ſit falſa, & repugnet ambas eſſe ſimul veras, vel ambas ſimul falſas: Secundò quia propoſitiones de futuro pronunciatæ

14. Quomodo quidquid aliquãdo eſt pro omni inſtanti antecedente ſit futurum.

55. Regula propoſitionum cõtradictoriarum quænam ſit.

ciatæ ante diuinum decretum non ſunt formaliter ſignificatiuæ; voces enim, & propoſitiones formaliter ſignificatiuæ debent eſſe ſigna conceptuum, nihil autem poteſt determinatè concipi ante diuinum decretum circa alicuius rei futuritionem, aut non futuritinnem, ſi deinde non ſunt formaliter ſignificatiuæ, neque etiam ſunt formaliter contradictoriæ, tertiò quia non fututum ſumi poteſt dupliciter: Primò negatiuè pro eo ſcilicet, quod in ſtatu futuritionis non eſt, nullum tamen habet impedimentum futuritionis acquirendæ, & indifferens eſt, vt vel tranſeat ad futuritionem, vel parmaneat in non futuritione; Secundo poſitiuè pro eo, quod non ſolùm futuritione caret, ſed etiam habet poſitiuum impedimentum futuritionis, terminat ſcilicet poſitiuum decretum de non futuritione. Dum igitur dicitur Petrus peccabit, Petrus non peccabit, ſeu quod idem ſonat, peccatum Petri eſt futurum, peccatum Petri non eſt fututum, vel in ſecunda propoſitione, ly *non eſt futurum*, ſumitur poſitiuè, adeò vt importetur non ſolùm carentia, ſed etiam impedimentum futuritionis, vel ſumitur negatiuè, adeò vt importetur pura futuritionis carentia. Si ſumitur poſitiuè propoſitiones illæ (eadem eſt ratio de aliis huiuſmodi propoſitionibus circa futura contingentia formabilibus) ſunt contrariæ, non contradictoriæ, & ante decretum ambæ ſunt falſæ quod non eſt contra legem propoſitionum contrariarum, vt patet in his aliis propoſitionibus contrariis, Angelus eſt albus, Angelus eſt niger: Aër eſt humidus, aër eſt ſiccus, &c. ſi ſumitur negatiuè, ſemper ante decretum negatiua eſt vera, affirmatiua eſt falſa, adeóque dato quod propoſitiones illæ etiam ante decretum ſint contradictoriæ, & ex contradictoriis vna debeat eſſe determinatè vera, altera determinatè falſa, nihil ſequitur contra nos, non ſequitur ſcilicet quod ſit ante decretum determinatè vera futoritio alicuius contingentis.

Non futurū aliud eſt tale negatiuè, aliud eſt tale poſitiuè.

Propoſitiones contrariæ eſſe poſſunt ambæ ſimul falſæ.

16. Dices ex hac doctrina ſequi aliud incommodum, quod ſcilicet ſi Deus determinaret futuritionem rei per propoſitionem affirmatiuam ſignificatæ, propoſitio huiuſmodi affirmatiua, quæ ante decretum erat falſa, poſt decretum euadat vera, adeóque tranſeat de falſa in veram. Sed contra: Propoſitio affirmans futuritionem, quæ ante decretum erat falſa, ſemper eſt falſa etiam poſt decretom, quia affirmat talem futuritionem pro inſtanti antecedente decretum, & quocumque tempore proferatur falſa eſt propoſitio affirmans futuritionem antecedenter ad decretū. Neque falſitati huius propoſitionis repugnat, quod poſito decreto futuritionis formetur alia propoſitio verè affirmans talem futoritionem; optimè enim ſtat eſſe falſam hanc propoſitionem, peccatum Petri eſt futurum ante decretum eſſe veram hanc aliam, peccatum Petti eſt futurum poſt decretum. Luculentios huius argumenti materiem proſequuntur Salmant. *tractat.* 3. *diſp.*7.*dub.*6. §.7.*&* 8.

§. III.

Vtrùm Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in ſuis cauſis creatis independenter à diuino decreto?

ASSERTVM: Deus non cognoſcit futura contingentia abſoluta (loquendo de futuris contingentibus ſimpliciter) in ſuis cauſis creatis independenter à diuino decreto. Ita cum D. Thoma *prima parte, quæſt.*14. *artic.*13. *in C. in* 1.*diſtinct.*38.*quæſt. vnica, artic.*5.*ad* 6. 1. *contra Gentes, cap.* 66. *aliiſque pluribus locis* Salmant. *tractat.* 3. *diſput.*7. *dub.*5. §. 2. Io. à S. Thoma *diſput.* 19. *artic.*1. *numero* 15. cæterique *Thomiſtæ* communiter, quibus conſentiunt *Scotiſtæ, Nominales* & ex recentioribus, Suar. *in opuſc. de ſcientia Dei, lib.*1. *cap.* 3. Lugus *prima parte, lib.*1. *diſputat.*32. *cap.*1. Arriaga *diſputat.*20. *ſect.*3. *ſubſect.* 2. De Quiros *quæſt.* 14. *art.*13. *num.* 147. Moncæus *in diſputat. ſelectis, diſputat.* 3. *cap.* 6. &c. contra Molinam *prima parte, quæſt.*14. *artic.*13. *diſput.*14. 15. 17. *item in concordia diſputat.* 49. *&* 50. Becanum *prima parte, quæſt.*10. *cap.*7. His duobus auctoribus exceptis Hetice *tractat.* 1. *diſputat.* 6. *cap.* 2. refert pro noſtro aſſerto omnes auctores Societatis. Videntur fauere Molinæ & Becano Durandos *in* 1.*diſt.*38. *quæſt.* 3. Argentinas *in* 2. *diſtinct.*40.*art.*3. & nonnulli *Thomiſtæ* docentes Deum cognoſcere futura contingentia libera in ſuis cauſis creatis, non quidem nudè ſomptis; ſed vt applicatis hic & nunc cum hoc iudicio, hoc obiecto; hac inclinatione, his circonſtantiis. Verùm hi Doctores confusè loquuntur, nec ſatis exprimunt vtrùm inter circunſtantias, quas requirunt, includant, an excludant diuinum decretum, quod ſi non excludunt, nobis potius fauent, quam *Molinæ.* 17.

Deus non cognoſcit futura contingentia abſoluta in cauſis creatis independenter à diuino decreto.

Dixi loquendo de futuris contingentibus ſimpliciter, de iis ſcilicet, quæ pendent à cauſa libera, & à creato arbitrio, ſaltem mediatè; nam futura contingentia ſecundùm quid, ſicuti comparatiuè ad totam collectionem cauſarum naturalium ſunt neceſſaria, ita poſſunt in tota huiuſmodi collectione cognoſci, æquè ac futurum quodlibet neceſſarium in ſua cauſa neceſſaria, vnde ait D. Thomas 1. *contra Gentes, cap.* 67. *Sicut ex cauſa neceſſaria ſequitur effectus certitudinaliter, ita ex cauſa contingenti completa ſi non impediatur*: Quæ S. Doctoris verba nonnulli malè afferunt ad probandum, quod futura etiam ſimpliciter contingentia poſſint ex ſua cauſa contingenti certitudinaliter cognoſci, cum tamen ibi ſermo ſit ſolùm de futuris contingentibos ſecundùm quid, non de omnibus etiam contingentibus ſimpliciter: ſic explicatum aſſertum:

Futura contingentia ſecūdùm quid cognoſcuntur certò in ſuis cauſis.

Probatur

18. **Probatur primò**: Quicumque cognoſcit effectum contingentem in cauſa ſua tantum, non habet de eo niſi coniecturalem cognitionem, ſed Deus non poteſt habere de effectu contingente coniecturalem cognitionem, ergo non poteſt ipſum cognoſcere in cauſa ſua tantùm, ergo non cognoſcit futura contingentia abſoluta &c. Maior traditur in terminis à D.Thoma *prima parte, quæſt.* 14. *artic.* 13. *in C.* & probatur ratione eiuſdem *D. Thomæ*, ſcilicet ex eo qood cauſa contingens ſe habet ad oppoſita, ſeu indifferens eſt ad futuritionem, & ad non futuritionem, non poteſt igitur in cauſa contingenti cognoſci determinatè futuritio potius, quam non futuritio; alioqui cognoſceretur effectus in cauſa aliter, ac ſit in ipſa, & ſicuti in cauſa neceſſaria cognoſci nequit effectus cum indifferentia ad eſſe, & non eſſe, quia in cauſa neceſſaria non continetur effectus cum tali indifferentia, ita in cauſa contingenti cognoſci nequit effectus cum determinatione, quia in cauſa contingenti non continetur cum tali determinatione. Minor primi argumenti euincitur ex eo, quod cognitioni coniecturali poteſt ſubeſſe falſum. Nec refert, quod Deus cognoſcat perfectiſſimè coniecturas omnes, quibus homo, vel Angelus ducitur in cognitionem coniecturalem futurorum: Non inquam hoc refert ad probandum in Deo coniecturalem cognitionem, nam cognitio propriè coniecturalis non eſt præcisè illa, quæ cognoſcit coniecturas, & quid probabiliter poſſit ex coniecturis iudicari, ſed eſt quæ coniecturis nititur, ipſiſque ducitur ad iudicandum, ſeu affirmandum vnum potius, quam aliud, & ſicuti iuxta ſupradicta *cap.* 2. §. 3. *ad finem primi aſſerti*, aliud eſt Deum cognoſcere rem obſcurè, ſeu cognitione obſcura, aliud verò cognoſcere rem in medio obſcuro, ſeu cognoſcere medium aliquod eſſe obſcuram rei manifeſtationem; ita aliud eſt Deum cognoſcere futura coniecturaliter, ſeu cognitione coniecturali, aliud cognoſcere futura in medio coniecturali, ſeu cognoſcere medium aliquod eſſe coniecturalem futurorum manifeſtationem: Hoc ſecundùm non ſufficit ad cognitionem coniecturalem, niſi impropriè acceptam, & ex parte obiecti videatur Aluarez *lib.* 2. *de aux. diſputat.* 15. Moncæus *in diſput. ſelectis, diſputatione* 3. *cap.* 6. §. *ſed priuſquam.*

Futurum in cauſa ſimpliciter contingenti poteſt ſolùm cognoſci coniecturaliter.

Cognitio propriè coniecturalis quid.

Repugnat Deo.

19. Dices cognitionem coniecturalem eſſe fallibilem, & imperfectam, quando nititur coniecturis, aut non omnibus, aut non perfectè cognitis; eſſe verò infallibilem, & perfectá, ſi omnibus coniecturis, iiſque perfectè cognitis innitatur, ſicuti enim quo plures & quo perfectius quis coniecturas cognoſcit, eo perfectiorem, & certitudini propinquiorem cognitionem habet eius, quod coniicit; ita qui omnes, & perfectiſſimè coniecturas cognoſcit, habebit ex coniecturis perfectiſſimam, & certam cognitionem eius, quod coniicit, adeóque Deus perfectiſſimè cognoſcens in cauſis creatis omnes coniecturas futurorum habere poteſt in cauſis creatis quoad omnes coniecturas perfectiſſimè cognitis cognitionem certam, & perfectiſſimam futurorum. Sed contra: Cognitio coniecturalis poteſt quidem euadere perfectior, & perfectior, ſed ſemper in ſua linea; in linea ſcilicet probabilitatis, & cum admixtione imperfectionis; & ſicuti aſſenſus opinatiuus quomodocumque perficiatur euadit ſolùm probabilior, & probabilior, nec vnquam peruenit ad certitudinem, ita aſſenſus coniecturalis quomodocumque pluribus, & meliùs cognitis coniecturis innitatur &c. Ratio vniuerſalis eſt, quia quidquid perficitur, perficitur ſolùm in proprio genere, nec ex vi perfectionis ſuperaccreſcentis poteſt res aliqua de genere in genus tranſire, & ad diuerſum genus transferri. Ratio ſpecialis pro cognitione coniecturali eſt, quia coniecturæ etiam omnes ſimul ſumptæ habent connexionem ſolùm contingentem cum effectu, & licet ex pluralitate coniecturarum contingentia ad vnam partem magis deflectat, numquam tamen vnam ſolùm partem determinatè reſpicit, ideo numquam ex connexione coniecturarum haberi poteſt cognitio omninò certa vnius partis determinatè. Explicant hoc nonnulli paritate habitus acquiſiti, qui licet, quo intenſior eſt, eo magis faciliter, magiſque inclinet voluntatem ad aliquod obiectum, nunquam tamen adeò excreſcit, vt eandem, etiamſi habeat ſolùm finitam vim innatæ libertatis, omninò determinet; ita coniecturæ quo plures ſunt, & melius cognitæ, eo magis inclinant ad aſſenſum, eoque minus fallibilem aſſenſum fundant, numquam tamen poſſunt eſse fortes adeò, & vehementes vt aſſenſum omninò extorqueant, ipſumque certum omninò, & infallibilem fundent.

Cognitio coniecturalis quomodocumque perficiatur nunquam poteſt eſſe certa.

Habitus acquiſitus quomodocumque intenſus nunquam omninò determinat voluntatem.

Probatur ſecundò: Deus independenter à decretis, ſeu antecedenter ad decreta non cognoſcit determinatè in propria voluntate vllum actum liberum, nec Angelus ſuperior in voluntate Angeli inferioris, aut Angelus quilibet in voluntate hominis cognoſcere poteſt independenter à determinatione voluntatis quid volitura ſit, in quam partem determinatè debeat ſe inflectere, ergo nec Deus in cauſis ſecundis liberis, ſeu in voluntate creata cognoſcit independenter à diuino decreto futura contingentia abſoluta, ſeu illa, ad quæ voluntas creata eſt ſe determinatura. Antecedens conceditur à Molina 1. *part. quæſt.* 14. *art.* 13. *diſp.* 17. §. *quæret fortaſſe aliquis*, vbi propterea docet quod ad intuendum in re libera in quam partem ſe inflectet, non ſatis eſt illius comprehenſio, neque quæcumque maior comprehenſio, quàm ſit res comprehenſa; ſed neceſſaria eſt altiſſima, atque eminentiſſima comprehenſio, qualis in ſolo Deo reſpectu creaturarum reperitur. Ratio eſse poteſt, quia comprehenſio excedens ſeu ſupercomprehenſio debet aliquid magis in cauſa attingere, quàm ſimplex & pura comprehenſio; ſed ſimplex & pura comprehenſio attingit in cauſa libera omnes effectus poſſibiles: ergo ſupercomprehenſio debet attingere effectus etiam futuros,

Deus comprehẽdendo propriam voluntatem præcisè non cognoſcit futura contingentia.

neque enim aliud remanet in cauſa, quod à ſimplici comprehenſione attactum non ſit. Contra tamen comprehenſio *ex lib.*

21. *ſuperiore cap.* 7. importat ex ſuo conceptu formali cognitionem adæquatam cognoſcibilitati, tum intenſiuæ, tum extenſiuæ obiecti, adeóque comprehenſione etiam purâ obiectum exhauritur, nec aliquid in ipſo ſupereſt cognoſcibile; & ſupercomprehenſio excedit comprehenſionem, non ex parte obiecti, quatenus aliquid amplius in obiecto attingat, ſed ex parte cognoſcentis, quatenùs cognoſcens, vtpotè perfectior obiecto cognito, elicit cognitionem ipſo obiecto perfectiorem. Deinde comprehenſio quomodocumque altiſſima ſit, eminentiſſima, & ad ſupremum ſupercomprehenſionis apicem eleuata, non poteſt attingere in cauſa illud, quod in ipſa non eſt, aut in re aliqua aliam non connexam, alioqui per ſupercomprehenſionem cognoſceretur quodlibet in quolibet, poſſibilitas Angelorum in lapide, numerus aſtrorum in arenis maris, Somnus Pontificis in ſaltu Turcæ &c. ſed in cauſa libera non continetur determinatè independenter à diuino decreto futurum contingens, ergo ſupercomprehenſio non poteſt attingere in cauſa libera independenter à diuino decreto futurum contingens determinatè, imò ſi tale futurum attingeret, eſſet imperfectio comprehenſionis, quia attingeret cauſam aliter, ac eſt, ſeu attingeret in cauſa id, quod in ipſa non eſt; falſa igitur tum *Molinæ* doctrina, tum ratio, quæ ad ipſam comprobandam afferebatur; & confirmatur talis rationis falſitas, quia, ſi ſimplex comprehenſio relinqueret in obiecto aliquid incognitum, & cognoſcibile per ſupercomprehenſionem, Deus qui reſpectu ſui ipſius habet ſimplicem comprehenſionem, non ſupercomprehenſionem, haberet cognitionem inadæquatam, & non commenſuratam cognoſcibilitati propriæ eſſentiæ.

Supercomprehenſio, & comprehenſio differunt ex parte cognoſcentis, non ex parte obiecti.

22. Ex his habes, cur in cauſa neceſſaria cognoſci poſſit futurum neceſſarium, (ſaltem quantum eſt ex parte cauſarum ſecundarum, & Dei, vt naturæ auctoris: nam ex parte potentiæ abſolutæ Dei cum nullum futurum ſit neceſſarium fruſtra quæritur in cauſa neceſſaria futurum neceſſarium; idemque ſentiendum de futuro quolibet in ordine ad potentiam abſolutam quod de futuro ſimpliciter contingente in ordine ad potentiam ordinariam) non in cauſa libera futurum contingens, quia ſcilicet illud determinatè continetur in cauſa neceſſaria, non ſic iſtud in cauſa libera; illud eo ipſo, quod ſupponitur diuinum decretum de futuritione cauſæ, ſupponitur etiam diuinum decretum de futuritione propriâ, non ſic iſtud.

Cur in cauſa neceſſaria cognoſcatur futurum neceſſarium, non in libera futurum contingens.

23. Habes inſuper D. Thomam *prima parte, quæſtione* 14. *articulo* 13. *in C.* verbis illis: *Deus cognoſcit futura contingentia non ſolùm, prout ſunt in ſuis cauſis, ſed etiam prout &c.* loqui aduerſatiuè, non copulatiuè; non ſecus, ac ſi diceret Deus cognoſcit contingentia non ſolùm coniecturaliter, & imperfectè, vt homines, ſed etiam certitudinaliter, & perfectiſſimè; qua phraſi loquendi non ſignificaretur conuenire ſimul Deo coniecturalem cognitionem, & certitudinalem; imperfectam, & perfectam; ſed ſolùm certitudinalem, & perfectam: ita ſimiliter, &c.

---

§. IV.

Vtrùm Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in propria eſſentia, vel in propriis ideis independenter à diuino decreto?

ASSERTVM I. Deus non cognoſcit futura contingentia abſoluta in propria eſſentia ſecundùm ſe præcisè acceptâ independenter à decreto, ſeu antecedenter ad decretum. Ita Salmant. 1. *part. tractat.* 3. *diſput.* 7. *dub.* 3. §. 2. Io. à S. Thom. *quæſt.* 14. *diſput.* 19. *artic.* 2. *num.* 6. Munezus *in diſp. ſelectis, diſput.* 3. *cap.* 8. aliique plurimi contra eos ferè omnes qui *ex ſuperiori* §. 2. docent futura contingentia independenter à decreto habere propriam veritatem obiectiuam, hi enim auctores ferè omnes ſentiunt Deum ad futura cognoſcenda non indigere alio determinatiuo, quàm propria eſſentia exercente munus ſpeciei vniuerſaliſſimæ reſpectu futurorum, ſicuti *ex præcedenti cap.* §. 8. tale munus exercet reſpectu poſſibilium. 24.

Deus non cognoſcit futura in propria eſſentia independenter à decreto.

Probatur quidquid conuenit diuinæ eſſentiæ ſecundùm ſe præcisè acceptæ conuenit neceſſariò; ergo Deus non cognoſcit futura contingentia abſoluta in propria eſſentia &c. Antecedens patet, quia diuina eſſentia ſecundùm ſe præcisè accepta omnimodè neceſſaria eſt, nec aliquid ei liberè conuenit, niſi per decretum aliquod liberum; conſequentia probatur primò, quia Deus cognoſcit futura, per ſcientiam liberam, quod non poſſet ſaluari, ſi cognoſceret ipſa in diuina eſſentia ſub ea ratione, ſub qua neceſſaria eſt; & ſicuti quia diuina eſſentia & neceſſariò repræſentatiua poſſibilium Deus cognoſcendo poſſibilia in propria eſſentia habet poſſibilium ſcientiam neceſſariam, ita ſi eſſet neceſſariò repræſentatiua futurorum, Deus cognoſcendo futura &c. Secundò cognitio futurorum æquè, ac cognitio poſſibilium, eſſet prius origine in patre, quàm in filio, & ex illa æquè; ac ex iſta deberet formaliter verbum procedere, ſi Deus futura cognoſceret in propria eſſentia ſub ea ratione; ſub qua neceſſaria eſt; & ſub qua conſequenter eſt prius origine in Patre, quàm in filio. Confirmatur: Si diuina eſſentia ſecundùm ſe præcisè, & antecedenter ad decretum,

Quidquid conuenit diuinæ eſſentiæ ſecundùm ſe conuenit neceſſariò.

futura

futura continetet, vel repræſentaret determinatè, Deus in decetnendis fututis nullam haberet libertatem, ſed boe eſt abſurdiſſimum, ergo. Sequela Maioris probatut: Deus non poſſet decernere futora, niſi ea, quæ in diuina eſſentia, vt detetminatè fututa continerentur, & reptæſentarentut, alioqui continentia, & reptæſeotatio neceſſario conueniens diuinæ eſſentiæ eſſet vatiabilis, ergo Deus nullam haberet libertatem in futuris decernendis, & eſſet ipſi oeceſſaria non minùs ſeries futurotum, quàm ſeries poſſibilium.

Deus non cognoſcit futura in ideis independenter à decreto.

Assertvm II. Deus non cognoſcit ſutura contingentia abſolota in ptopriis Ideis independenter à decteto, ſeo antecedenter ad decretum. Ita præter Auctores citatos *in ſuperiore aſſerto* Lugus 1. *part. diſput.* 31. *cap.* 2. Suar. *in opuſc. de ſcientia Dei, lib.* 1. *cap.* 4. Scotus *in* 1. *diſt.* 39. §. *contra rationes cognoſcendi*, Herincx *diſput.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 41. contta Ægidium *in* 1. *diſt.* 38. *quæſtione* 5. *articulo* a. & *quæſt.* a. *art.* 1. Heoricum *quodlibet.* 8. *quæſt.* 1. & a. Alenſem 1. *part. quæſt.* 23. *memb.* 3. *artic.* 4. & *membr.* 4. *art.* 3. Caiet. *prima parte, quæſtione* 14. *articul.* 13. Non tamen hi omnes auctores expreſsè loquuntor antecedenter ad decretum, ſed aliqui præcisè docent Deum cognoſcere futura in ideis.

26. Probatur, & explicatut: Ideæ diuinæ, quæ ex inſtà dicendis *cap.* 5. §. a. nihil aliod ſunt, quàm ſcientia practica Dei, ſomi poſſunt dupliciter, vel in actu primo, quatenùs ſunt ſecundùm ſe principia practica exprimentia modom, quo tes ſunt ad extra producibiles, & apta dirigere talem productionem, non tamen actu dirigentia, eo quod voluntas non determinet ſe ad vnius potius, quàm alterius rei productionem; vel in actu ſecundo quatenùs ſupetueniente decreto voluntaris de re aliqua efficienda auctualiter fluunt, & actualiter dirigunt voluntatem in ordine ad talis rei efficientiam. Colligitur duplex hæc acceptio diuinarum Idearum ex verbis illis D. Thomæ *quæſt.* 3. *de verit. art.* 6. *in C. Idea poteſt eſſe eius, quod nec eſt, nec fuit, nec erit; non tamen eodem modo, ſicut eſt eorum, quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt; quia ad ea, quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt producenda, determinatur ex propoſito diuinæ voluntatis, non autem ad ea, quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt, & ſic huiuſmodi habent quodammodo indeterminatas Ideas.* Ex his ſic arguo: Ideæ diuinæ io actu ptimo non poſſuot inſetuire ad cognoſcendum determinatè aliquod futurum, qoia reſpiciunt æqualiter omnia poſſibilia, ſiue transferenda ſiot ad ſtatum futuritionis, ſioe non; in actu ſecundo non conſiderantur independenter à decreto ſeo antecedenter ad decretum, ergo Deus non cognoſcit futura contingentia io ptopriis ideis independenter &c.

Idearum diuinarum duplex acceptio.

27. Probatur inſuper vtrumque aſſertum à priori: Nec diuina eſſentia, nec diuina Idea repræſentare poteſt futura pro eo ſigoo, pro quo non habent rationem futurorum, nam ſicuti non poteſt diuinus intellectus rem aliter, ac eſt, cognoſcere, ita nec diuina eſſentia, aut dioina Idea rem alitet, ac eſt, repræſentare, ſed futora antecedenter ad decretum non habent rationem futurorum, vt ſuprà iam aliqualiter probatum eſt, & magis inſtà probabitur, ergo nec diuina eſſentia, oec diuina idea repræſentare poteſt futura antecedenter ad decretum, & conſequentet Deus, nec in propria eſſentia, nec in propriis ideis poteſt antecedenter ad decretum futura cognoſcere. Ex quo patet nihil nos diuinæ eſſentiæ, aut diuinis ideis dettahere de infinitate repræſentationis, huiuſmodi qoippè infinitas noo poteſt magis elucere, quàm io eo, quod repræſentet omne repræſentabile, & hoc optimè ſubſiſtit cum eo, quod non repræſentet futura pro eo ſtatu, pro quo nec futura ſunt, nec repræſentabilia.

28. Ex allatis probationibus proportionaliter deducitur in nullo alio prædicato neceſſario Dei antecedenter ad dioinum decretum cognoſci poſſe determinatè aliquod futurum, quia ſcilicet nec aotecedenter ad diuinum decretum datur aliquod determinatè futurum, nec prædicatum vllom neceſſarium Dei ſecundùm ſe præcisè reſpicit vnum futurum determinatè potius, quàm alterom & hinc excluditur ſententia Palatij *in* 1. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 2. *diſputat.* 2. *dub. penult.* docenſis Deum cognoſcere futura in ſua ſcientia, vt antecedente volitionem; excluditur etiam ſententia nonnullorum opinantium Deum cognoſcere futura in omnipotentia.

In nullo diuino prædicato neceſſario antecedenter ad decretum poteſt Deus futura cognoſcere.

29. Ex duplici allata diuinarum idearum acceptione colligitur D. Thomam *prima parte, quæſtione* 14. *articulo* 13. *in C.* dicentem: *Omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolùm eâ ratione, quâ habet rationes rerum apud ſe præſentes, ſed quia &c.* per ly *rationes rerum*, vel intelligere ideas ſumptas ſecondo modo ſuprà explicato, vel ſi intelligit ideas ſumptas primo modo, aut loqoi aduerſatiuè, vt dicebatur *in calce ſuperioris* §. aut loqui de futuris conſideratis ſecundùm eſſentiam, & ſecundùm eſſe poſſibile, adeo vt ſenſus ipſius ſit: Deus omnia quæ ſunt in tempore cognoſcit ab æterno, non ſolùm ſecundùm eſſe poſſibile per rationes rerum ſeu ideas, verom etiam ſecundùm eſſe actuale, quia eius intuitus, &c.

In diuinis Ideis res cognoſcuntur ſecundùm eſſe poſſibile.

§. V.

An, & quomodo Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in proprio decreto, ſeu in propria eſſentia determinatâ per decretum?

30. ASSERTVM: Deus cognoſcit omnia futura contingentia abſoluta in proprio decreto, ſeu in propria eſſentia determinatâ per decretum, intelligendo nomine decreti decretum exercitum, ſeu actu exiſtens in diuina voluntate, antecedens omnem præuiſionem etiam conditionatam futuritionis, & futuritionem omnem prædefinieos, ſeu prædeterminans.

Deus cognoſcit in proprio decreto futura.

Dixi omnia futura, vt comprehenderem non ſolum ea, quæ pendent à ſola diuina voluntate, vt creatio mundi de quibus communia ſententia eſt, quod à Deo in proprio decreto cognoſcantur, ſeu quod diuinum decretum, & eſſentia per decretum determinata ſit Deo ſufficiens ratio ipſa cognoſcendi, verùm etiam ea, quæ pendent à voluntate tum diuina, tum creata, qualis eſt omnis actio libera creaturarum rationalium; in quo habemus aduerſarios omnes auctores ſcientiæ mediæ, cum in futuris pendentibus à ſola diuina voluntate, habeamus tantum aduerſarium, quem viderim, Vaſquium 1. *parte*, *diſp.* 65. *cap.* 2. *num.* 11. vbi ex eo, quod decretum liberum nihil addat ſupra nudam eſſentiam, præterquam reſpectum rationis ad res futuras contendit probare non magis poſſe à Deo cognoſci futura in decreto, aut in eſſentia per decretum determinatâ, quàm in eſſentia nuda. Nihilominus quidquid ſit de conſtitutiuo decreti liberi, ſicuti hoc ſiue addat aliquid ſupra nudam eſſentiam, ſiue non, ſufficit pro tranſlatione rei ad ſtatum futuritionis, pro qua tranſlatione non ſufficit nuda eſſentia, debet etiam ſufficere pro determinatiuo ad cognoſcendam rem in ſtatu futuritionis, pro quo determinatiuo non ſufficit nuda eſſentia. Ratio à priori eſt, quia reſpectu futurorum dependentium à ſola diuina voluntate in omnium ſententia decretum efficax eſt cauſa vnica, totalis, & inimpedibilis, ſi autem in tali cauſa nequit effectus cognoſci, in nulla cauſa poterit effectus aliquis cognoſci.

Præſertim dependentia à ſola propria voluntate.

31. Dixi in proprio decreto, ſeu in propria eſſentia determinata per decretum; quia ex vna parte cum difficillimum ſit explicare quid ſit formaliter decretum liberum Dei, difficillimum eſt conſequenter explicare, quomodo ſit ratio determinatiua, ſeu motiua cognitionis futurorum ex alia parte, vt patet recolenti ſuprà dicta *cap. antecedenti* §. 2. *&* 9. propriiſſimum eſt diuinæ eſſentiæ eſſe obiectum motiuum, & ſpecificatiuum proprij intellectus in ordine ad cuiuſcumque alterius obiecti præſertim extrinſeci cognitionem. Neque hinc ſequitur ſuppoſitâ præcisè rei futuritione poſſe diuinam eſſentiam mouere proprium intellectum ad futuritionis, ſeu rei futuræ cognitionem etiamſi per impoſſibile res futura nullum ſupponeret decretum, adeóque ipſa diuina eſſentia non eſſet determinata per dedecretum, quod videtur confirmari poſſe ex ſpeciebus Angelicis, quæ de ſe repræſentant rem ſecundum eſſentiam, eandemque deinde repræſentant ſecundùm exiſtentiam per hoc præcisè, quod ponatur exiſtentia rei abſque vllo alio determinatiuo ex parte ipſarum ſpecierum. Contra enim in tali hypotheſi impoſſibili nec Deus cognoſceret, nec diuina eſſentia repræſentaret tale futurum; Deus non cognoſceret quia non poteſt cognoſcere aliquod exiſtens extra ſe independens à ſe: Diuina eſſentia non repræſentaret, quia non continet in eſſe repræſentatiuo, & vt ſpecies id, quod non continet in eſſe entitatiuo, & vt cauſa; ex quo capite non repræſentantur immediatè à diuina eſſentia impoſſibilia, & non entia *ex* §. *vltimo capitis ſuperioris*; ſicuti igitur in data hypotheſi, diuina eſſentia tale futurum non cauſaret, ita nec repræſentaret, nec poteſt determinari ad ipſum repræſentandum, niſi à decreto, à quo determinetur ad illud idem producendum in ratione cauſæ: In quo eſt diuerſa ratio de ſpecie Angelica, quæ non debet eſſe cauſa eius, quod repræſentat.

Melius dicitur cognoſcere in eſſentia determinata per decretum, quã in decreto.

Futurum quod per impoſſibile non ſupponeret decretum, nõ cognoſceretur à Deo.

Eſſentia diuina non continet in eſſe repræſentatiuo, quod non continet in eſſe entitatiuo.

32. Dixi intelligendo nomine decreti, decretum exercitum, ſeu actu exiſtens in diuina voluntate ad inouendum Deum non cognoſcere ſua decreta, vt futura contra Suar. *in Opuſc. de ſcientia Dei*, *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. Fonſecam *in Metaph. lib.* 6. *cap.* 2. *queſt.* 4. *ſect.* 10. alioſque nonnullos contra quos in excludenda omni futuritione à diuinis decretis conueniunt non ſolùm Salmant. 1. *parte*, *tract.* 3. *diſp.* 7. *dub.* 4. §. 2. Ioan. à S. Thoma *queſt.* 14. *diſp.* 19. *a.* 2. *num.* 15. aliique Thomiſtæ, verùm etiam Recentiores magis communiter, Vaſquez 1. *parte*, *diſp.* 65. *cap.* 4. *num.* 25. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 29. *cap.* 4. Arriaga *diſp.* 20. *ſect.* 6. *ſubſect.* 1. De Quiros *queſt.* 14. *art.* 13. *num.* 113. Moncæus *in diſputationibus ſelectis diſputatione* 3. *cap.* 17. Herincx *diſp.* 6. *queſt.* 4. *num.* 48. &c.

Deus non cognoſcit ſua decreta vt futura.

Dixi antecedens omnem præuiſionem etiam conditionatam futuritionis contra Molinam 1. *parte*, *queſt.* 14. *art.* 13. *diſp.* 18. *memb.* 3. §. 3. *dicimus*, Vaſq. *diſp.* 99. *cap* 7. *num.* 43. Lugum *lib.* 1. *diſp.* 32. *cap.* 5. *num.* 4. Arriagam *diſp.* 20. *ſect.* 4. alioſque Auctores ſcientiæ mediæ volentes Deum nullum habere decretum abſolutum de aliquo futuro ſimpliciter contingenti, niſi ſuppoſitâ præuiſione conditionatâ talis futuri, non habere v. g. decretum abſolutum efficaciter determinans futurum conſenſum Petri, niſi præuiſâ voluntate Petri ſe determinaturâ ad conſenſum, ſi ponatur in talibus circumſtantiis, vel cum tali concurſu determinato,

vel cum concurſu indifferenter parato, in quo non ſatis concordes ſunt auctores ſcientiæ mediæ, vt videre eſt apud Lugum *diſp. cit. cap.* 2.

33. Dixi futuritionem omnem prædefiniens, ſeu prædeterminans, ad innuendum nullum futurum poſſe determinatè cognoſci per ſolum decretum de concurſu ſimultaneo, & concomitante, quod quidem decretum negatâ præviſione conditionatâ futuritionis non ſufficere, vt futurum aliquod infallibiliter futurum ſit, aut cognoſcatur, fatentur etiam plures auctores ſcientiæ mediæ ſpecialiter Vaſq. *diſp.* 99. *mox cit. num.* 44. Lugus *diſput. pariter citatâ, num.* 9. In hoc aſſerto ita explicato duo potiſſimum probanda ſunt in præſenti, quod ſcilicet Deus omnia futura cognoſcat in proprio decreto, ſeu in propria eſſentia determinata decreto, & quod huiuſmodi decretum cognoſcatur à Deo vt exercitum, & actu exiſtens in diuina voluntate, nullatenùs vt futurum. Reliqua non eſt, cur in præſenti probentur; nam quod decreta diuina antecedant præuiſionem conditionatam futuritionis probabitur ſequenti capite ex improbatione ſcientiæ mediæ, quod ſint prædefinientia, ſeu prædeterminantia ex eadem ſcientiæ mediæ improbatione conſequitur, & explicabitur vlterius infrà *lib. ſequenti, cap.* 6. §. 2.

34. Probatur aſſertum quoad primam partem, quod ſcilicet Deus cognoſcat omnia futura contingentia in proprio decreto, ſeu in propria eſſentia per decretum determinata primò: Decretum diuinum eſt prima, & infallibilis ratio cuiuſcumque futuritionis: ergo in proprio decreto cognoſcit Deus omnia futura. Conſequentia patet, quia medium, cum quo res aliqua primò, & infallibiliter connectitur eſt maximè ſufficiens ad inducendam talis rei notitiam. Antecedens probatur: Decretũ diuinum eſt ratio prima cuiuſcumque futuritionis, quia eſt id per quod res tranſit ab eſſe poſſibili ad eſſe futurum, & ſine quo nulla habetur futuritio ex *ſuperiori* §. 2. eſt ratio infallibilis cuiuſcunque futuritionis, quia decretum diuinum abſolutum; & efficax, de quo in præſenti, infallibiliter effectum ſuum conſequitur, vt colligitur ex pluribus Scripturæ locis Iſa. 14. *Iurauit Dominus exercituum* dicens: *Si non vt putaui, ita erit, & quomodo mente tractaui, ſic eueniet.* Pſal. 134. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit.* Rom. 9. *Voluntati eius quis reſiſtit?*

35. Probatur aſſertum quoad eandem partem ſecundò: Deus cognoſcit in propria eſſentia ſecundùm ſe omnia poſſibilia: ergo cognoſcit in propriâ eſſentiâ determinatâ decreto omnia futura. Antecedens ſupponitur ex *cap. ſuperiori* §. 6. & 8. Conſequentia probatur: Sicuti eſſentia diuina ſecundùm ſe omnia poſſibilia continet, & eſt omnium poſſibilium cauſa, ita eſſentia determinata decreto continet determinatè omnia futura, & eſt omnium futurorum cauſa determinata: ergo Deus ſicuti cognoſcit in propria eſſentia ſecundùm ſe omnia poſſibilia, ita cognoſcit in eâdem determinatâ decreto omnia futura: & hinc extendendo hanc paritatem inferri poteſt, quod ſicuti diuina eſſentia ſecundùm ſe continet omnia poſſibilia tum entitatiuè, tum repræſentatiuè, & in ipſa ſecundùm ſe, tum mediatè, & tanquam in medio cognito, tum immediatè, & tanquam in medio æquiualenter incognito, cognoſcit Deus omnia poſſibilia, ita eadem eſſentia determinata decreto continet tum entitatiuè, tum repræſentatiuè omnia futura, & in ipsâ determinatâ decreto, tum mediatè, ſeu tanquam in medio cognito; tum immediatè, ſeu tanquam in medio incognito Deus omnia futura cognoſcit: Et in hoc ſenſu libentiſſimè fateor verificari quod Deus cognoſcat in ſeipſis non minus futura, quàm poſſibilia, nec *ſuprà* §. 2. negata eſt Deo quomodocumque cognitio futurorum in ſeipſis, ſed ſolùm cognitio futurorum in ſeipſis independenter à decreto. Eruitur hæc probatio, & confirmatur ex verbis D. Thomæ *q.* 2. *de veritate, art.* 12. *arg.* 4. *Deus cognoſcit res, in quantum eſt cauſa earum, ſed Deus non ſolùm eſt cauſa neceſſariorum, ſed etiam contingentium: ergo tam neceſſaria, quàm contingentia cognoſcit. Item argum.* 6. *Scire eſt cauſam rei cognoſcere, ſed Deus ſcit omnium contingentium cauſas, ſcit enim ſeipſum, qui eſt cauſa omnium: ergo ipſe ſcit contingentia*: Probationem perficiant verba Hilarij *lib.* 9. *de Trinit. paulo poſt principium*: *Quæ Deus facere decreuit in ſua voluntate, cognouit.*

Deus in aliquo ſenſu cognoſcit futura immediatè in ſeipſis.

Probatur aſſertum quoad ſecundam partem quod ſcilicet Deus cognoſcat ab æterno, non vt futurum, ſed vt exercitum, & actu exiſtens decretum, in quo futura contingentia cognoſcit, primò: Decreto diuino nullatenus conuenire poteſt futuritio: ergo à Deo nullatenus cognoſci poteſt vt futurum. Conſequentia patet quia repugnat diuinæ cognitioni attingere in obiecto aliquod, quod re verâ ipſi non conueniat. Antecedens probatur: Futuritio ex *præmiſſis initio præſentis capitis*, inuoluit formaliter negationem exiſtentiæ pro ea duratione, pro qua formaliter futuritio eſt, ſed decreto diuino pro nulla prorſus duratione conuenire poteſt negatio exiſtentiæ: ergo. Minor probatur: Decretum quodlibet diuinum eſſentialiter eſt ab æterno, & æternitatem habet pro menſura propria, adæquata, & proportionata, adeoque eſſentialiter exiſtit in ea omni duratione, in qua exiſtit æternitas, nec poteſt dari duratio, in qua decretum non exiſtat, quin eidem durationi æternitas non coexiſtat, ſed æternitas eſſentialiter omninò exiſtit in omni duratione, nec pati poteſt reſpectu alicuius durationis negationem coexiſtentiæ: ergo. 36.

36. Decreto diuino repugnat futuritio.

Decretum diuinum habet æternitatem pro menſura propria, & adæquata.

Dices ex Suar. *loco ſuprà citato*: Quamvis decretum diuinum ſit in ſe æternum, & ſemper actu præſens, tamen cognoſci poteſt quaſi independenter ab actuali præſentia, quatenus cognoſceretur etiamſi per impoſſibile æternum non eſſet, nec in ſe præſens, ſed verè futurum. Rurſus quamvis decretum diuinum ſit in ſe æternum, & voluntas diuina ab æterno ſit in actu ſecundo 37.

 volens

volens, tamen vere cognoſcitur prius ratione, vt potens velle, quàm vt actu volens, quod maximè verum eſt in noſtris principiis, in quibus ſicuti ſupra admiſimus actum primum intelligendi virtualiter priorem ſecundo, ita infrà proportionaliter admittemus actum primum volendi; ſi autem diuina voluntas cognoſcitur vt potens velle, & diuinum decretum cognoſcitur vt poſſibile, cur non etiam cognoſci poterit diuina voluntas, vt volitura, & decretum diuinum, vt futurum? Sed contra: In duplici ſenſu intelligi poteſt, quod diuinum decretum quamvis in ſe æternum, & ſemper actu præſens, cognoſcatur independenter ab actuali præſentia, vel præciſiuè, ſcilicet quatenus cognoſcatur non cognitâ præſentiâ ex vi eiuſdem formaliſſimæ cognitionis; vel poſitiuè, quatenus cognoſcatur decretum, vt carens præſentia, ſeu vt habens negationem actualis præſentiæ. Primo modo conformiter ad ea, quæ dicebamus *cap. ſuperiori*, §. 4. admittentes cognitionem diuinam poſſe eſſe præciſiuam vnius diuini prædicati ab alio, non inficior diuinum decretum etiam à Deo cognoſci independenter ab actuali præſentia, at non propterea cognoſceretur, vt futurum, quia eſſe futurum non dicit præſcindere ab actuali præſentia, ſed carere

Dupliciter aliquid cognoſci poteſt independenter ab actuali præſentia.

38. actuali præſentia. Secundo modo falſum prorſus eſt poſſe à Deo cognoſci proprium decretum independenter ab actuali præſentia æque, ac falſum ſit poſſe Deo conuenire falſam cognitionem. In hypotheſi impoſſibili, qua decretum diuinum eſſet verè futurum non poſſet à Deo cognoſci, niſi eo modo, quo cognoſcuntur alia futura, ſcilicet in decreto æterno de ipſius futuritione, quod ſi ſupponatur eſſe futurum independenter à decreto æterno determinante ipſius futuritionem, erit ab æterno prorſus incognoſcibile. Ad illud, quod additur de actu primo, & ſecundo diuinæ voluntatis dico talem actum primum eſſe priorem ſecundo ſolum prioritate ſigni, à quo, non prioritate ſigni in quo, & ſicuti cum tali prioritate ſtat quod actus ſecundus ſimul ſemper exiſtat cum primo, ita etiam quod ſit ſemper actu præſens ſicuti eſt primus, quod in nullo ſigno ſit futurus quod voluntas ſit ſemper actu volens, & in nullo ſigno ſit volitura. Nec ex eo, quod voluntas diuina ſit potens velle, & decretum diuinum in aliquo ſenſu (id eſt ſumendo poſſibile, prout non excludit, imò ſibi identificat exiſtentiam exercitam, ſicuti ſuprà explicabatur *lib.* 1. *cap.* 6. §. 7.) ſit poſſibile rectè infertur, quod voluntas diuina poſſit dici volitura, & decretum futurum, ratio eſt quia volitura voluntas, & futurum decretum importat formaliter negationem actualis exiſtentiæ in volitione, & decreto non ſic voluntas potens velle, decretum poſſibile.

Decretum diuinum ſi eſſet verè futurum, eſſet Deo incognoſcibile.

In aliquo ſenſu poteſt dici poſſibile.

39. Probatur aſſertum quo ad eandem ſecundam partem ſecundò: Deus non poteſt cognoſcere, vt futura ſua prædicata neceſſaria, ergo neque poteſt cognoſcere, vt futura ſua decreta libera. Antecedens non videtur, poſſe negari; quis enim ſanæ mentis, & fidei admittat Deum cognoſcendo propriam eſſentiam, poſſe cognoſcere vt futura attributa; cognoſcendo perſonam Patris, poſſe cognoſcere vt futuram perſonam filij, & cognoſcendo hanc vtramque perſonam, poſſe cognoſcere vt futuram Perſonam Spiritus Sancti? Conſequentia probatur, quia ex vna parte æque ſunt æterna, & habentia pro menſura propria æternitatem decreta diuina libera, ac prædicata diuina neceſſaria; ex alia parte eadem eſt prioritas inter eſſentiam, & attributa; Perſonam Patris, & perſonam filij, &c. quæ inter diuinam eſſentiam, vel diuinam voluntatem, & decreta libera.

Futuritio repugnat decretis liberis æque, ac prædicatis neceſſariis.

Ex his habes neque etiam ratione noſtrâ cum fundamento poſſe diuina decreta, vt futura cognoſci, neque enim ratione noſtrâ poſſumus cum fundamento concipere in diuinis prædicatis aliquod repugnans, ſicuti repugnat futuritio diuinis decretis; non item poſſumus cum fundamento concipere in Deo prioritatem, niſi à quo, ſeu connexionis, & originis, nullatenus verò prioritatem in quo, ſeu durationis, & exiſtentiæ, vt requiritur ad propriam futuritionem, quæ eſſentialiter negat pro aliqua duratione exiſtentiam: Quod ſi futuritio ſumatur impropriè pro coëxiſtentia præcisè ad durationem ſequentem, ſeu, vt in limine capitis præmiſſum eſt, pro futuritione quo ad conſeruari non pro futuritione quo ad eſſe, aliqualiter admitti poteſt in decretis, aliiſque diuinis prædicatis futuritio; at eſt locutio valde impropria, nec facilè vſurpanda, ne ſit occaſio erroris, & ſicuti diuina prædicata ratione coëxiſtentiæ ad durationes antecedentes valde impropriè dicerentur præterita, ita per puram coëxiſtentiam ad durationes ſequentes valde impropriè dicentur futura. Ex quo habes obiter minus Theologicè dici in communi modo loquendi: Deus ſemper fuit, eſt, & erit; cum in rigore ſolum verificetur Deus ſemper eſt. 40.

Ratione noſtra poteſt in diuinis prædicatis côcipi futuritio impropria.

§. VI.

An, & quomodo Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in ipſorum phyſica præſentialitate ab æterno?

ASSERTVM: Deus non cognoſcit futura contingentia abſoluta in ipſorum phyſica præſentialitate ab æterno; cognoſcit tamen ipſa vt ſibi ab æterno phyſicè præſentia ratione æternitatis habentis ab æterno phyſicam præſentiam in omnibus futuris, & per hanc phyſicam præſentiam æternitatis in futuris rectè explicatur, quomodo cognitio, quam Deus habet de futuris 41.

Quomodo Deus cognoſcat futura vt ſibi præſentia ab æterno.

ris, ſit ab æterno propriè intuitiua. Hoc aſſertum conſequitur ad ea, quæ *lib. 1. cap. 9. §. 4. & 5.* poſita ſunt explicando coëxiſtentiam, quæ ab æterno datur inter æternitatem, & tum omnes temporum differentias, tum omnia futura in huiuſmodi temporum differentiis exiſtentia. Eodem ex loco recolendi ſunt auctores, qui noſtrum, aut propugnant, aut oppugnant aſſertum, quod

Probatur: Deus cognoſcit futura ab æterno eo modo, quo ſunt ab æterno verè, & ſine imperfectione cognoſcibilia, ſed non ſunt cognoſcibilia ab æterno in ſua præſentialitate phyſicá, quia ratione ſui non habent ab æterno vllam phyſicam præſentialitatem, vt probatur in *ſecundo aſſerto §. 5. ſuprà citato*, ſunt verò cognoſcibilia, vt ab æterno phyſicè præſentia Deo ratione æternitatis habentis ab æterno phyſicam præſentiam in omnibus futuris, quia vere æternitas habet ab æterno phyſicam, realemque præſentiam in omnibus futuris *ex eodem §. 5. aſſert.* 1, ergo Deus non cognoſcit futura contingentia, &c.

42. Dices eſſe repugnantiam in terminis, quod futura non habeant ab æterno phyſicam præſentialitatem, & tamen quod ſint ab æterno phyſicè præſentia Deo; adeo vt dum à Deo ab æterno cognoſcuntur, vt ſibi phyſicè præſentia cognoſcantur; quomodo enim ſine phyſica præſentialitate ab æterno poſſunt eſſe ab æterno phyſicè præſentia, cum phyſica præſentialitas ſit forma denominans phyſicè præſens, non minus, quàm intellectio intelligens, albedo album. Sed contra ſicuti locus Mediolanenſis non habet præſentiam in loco Romano, ſeu hic in loco Romano non eſt, & tamen Deus hic in loco Romano exiſtens habet ſibi præſentem, & omnino indiſtantem locum Mediolanenſem, ita futura non habent phyſicam præſentiam ab æterno, & tamen Deus ab æterno exiſtens habet ſibi phyſicè præſentia ipſa futura, quia ſicuti immenſitas, ratione cuius Deus eſt in loco Romano, indiuiſibiliter extenditur ad locum Mediolanenſem, ita æternitas, ratione cuius Deus eſt ab æterno, indiuiſibiliter extenditur ad omnes differentias temporis futuras: Nec propterea futura ſunt ab æterno phyſicè præſentia Deo ſine præſentialitate, nam præſentialitas, ratione cuius ſunt ab æterno præſentia Deo eſt præſentialitas æternitatis, quæ vere ab æterno eſt ab æterno omnia futura præoccupat, ab æterno omnia attingit, omniaque ſibi præſentia conſtituit:

Futura ab æterno ſunt phyſicè præſentia Deo per præſentialitatem æternitatis, non per propriam.

43. Ratio à priori eſt, quia vt duo tempore, vel loco diſtantia, fiant ſibi præſentia, & coëxiſtentia, non eſt neceſſe, quod vtrumque accedat, ſeu ſe transferat ad aliud, & in loco vel tempore, in quo eſt aliud, nouam præſentiam acquirat, ſed ſatis eſt quod vno immoto in ſua præſentia perſeuerante, alterum ad ipſum ſe transferat. In propoſito igitur, vt duratio craſtina ſit ab æterno præſens æternitati, & res cras durans ſit ab æterno præſens Deo ab æterno durante, non eſt neceſſe, quod duratio craſtina ſe transferat ad eſſe ab æterno, & ab æterno præſentialitatem habeat: Item, quod æternitas ab æterno ſe transferat ad eſſe cras, & habeat ab æterno præſentialitatem in duratione craſtina, ſed ſufficit hoc ſecundum, & hoc nos aſſerimus euenire, per hoc nos intendimus ſufficienter ſaluari, quod futura ſint ab æterno phyſicè præſentia Deo, & ab eodem vt ſibi phyſicè præſentia ab æterno cognita: pro cuius clariore intelligentia præ mente habenda ſunt ſupradicta *§§. citatis.*

44. Superſunt hic explicandæ poſteriores aſſerti particulæ, in quibus habetur per phyſicam præſentiam æternitatis in futuris rectè explicari quomodo cognitio, quam Deus habet de futuris, ſit ab æterno propriè intuitiua: pro quo aduerte cognitionem intuitiuam ab aliquibus dici illam omnem, quæ fertur in rem exiſtentem; ab aliquibus dici illam ſolam, quæ fertur in rem non tantum exiſtentem, verum etiam præſentem, fauet maximè huic ſecundo dicendi modo S. Doctor apud Ioan. à S. Thom. *de Incarnat. diſputatione 13. artic. 2. numero 15.* Verùm quidquid ſit, vtrum cognitio tendens præcisè in rem exiſtentem, & vel non præſentem, vel præſcindendo à præſentia dici poſſit intuitiua necne, certe non videtur ambigendum, quin ſit magis propriè, rigoroſiùs intuitiua illa, quæ tendit in rem exiſtentem, & præſentem, quàm illa, quæ tendit in rem exiſtentem ſolùm, non præſentem; illa enim eſt in omnium ſententia intuitiua, iſta non item accedit quod nomen viſionis, & cognitionis intuitiuæ tranſlatum eſt ad intellectum ab oculo corporeo; viſio autem, ſeu intuitus oculi corporei non fertur, niſi in rem vt præſentem; magis igitur propriè, magiſque rigoroſè erit intuitiua cognitio intellectus, ſi etiam ipſa feratur in rem præſentem, ergo per præſentiam phyſicam æternitatis in futuris, ratione cuius verificatur, quod cognitio diuina feratur in res futuras, vt ſibi ab æterno phyſicè præſentes, rectè explicatur quomodo cognitio, quam Deus habet de futuris, ſit ab æterno propriè intuitiua.

Phyſica præſentia ab æterno æternitatis in futuris eſt ratio cur cognitio futurorum in Deo ſit propriè intuitiua.

45. Dubitatur hic, vtrum æternitas, ratione cuius Deus ſibi conſtituit omnia futura ab æterno phyſicè præſentia non ſolum conducat ad explicandum, quomodo cognitio, quam ab æterno Deus habet de futuris, ſit propriè intuitiua, verum etiam, quomodo eadem cognitio ſit omnino certa, & infallibilis. Reſpondetur affirmatiuè, & probatur ex eo, quod ratio formalis, & proxima, cur in Deo ſit omnino infallibilis cognitio futurorum eſt quia Deus cognoſcit futura in decreto, quod omnino infallibile eſt, nec fruſtrari poteſt, fruſtraretur autem ſi cognitio, quam

Item aliquo modo cur ſit certa, & infallibilis.

quam Deus io decreto habet falſificaretur, & futurum in decretn cognitnm non eueniret. Sed hoc non ſubſiſteret, niſi Deus ratione æternitatis ad omnia futura ab æterno ſe extenderet, eaque ſibi phyſicè præſentia conſtitueret: ergo. Minnr probatur, niſi Deus ratione æternitatis, &c. Decretum ipſum diuinnm eſſet defectibile, & variabile, noo æternum, ſed in decreto defectibili, & variabili, non poteſt certò, ac infallibiliter præuideri res aliqna futura; & quamvis v.g. ab æterno ſciniſſet ſe habere decretum de futuritione mundi, non potuiſſet ante actualem mundi exiſtentiam eſſe certus de mundo futuro, quia ante actualem mundi exiſtentiam neſciiſſet, vtrùm eſſet perſeoeraturus in tali decreto, aut eliciturus decretum oppnſitum; ſolùm igitur in decreto æterno poteſt certò ſeiri res futura, vt magis explicant Salmant. 1. *part. tract.* 3. *diſp.* 8. *dub.* 4. §. 5.

In decreto defectibili, & non æterno nequit certò præuideri res futura.

46\. Ex his confirmata manent ea, quæ alibi dicebamus dum *lib.* 1. *cap.* 9. §. 4. tignroſam præſcientiam, & hoc *lib. cap.* 1. §. 3. propiiam memoriam Deo negabamus: Enim verò, cum Deus futura, (eadem eſt ratin de præteritis) vt ſibi phyſicè præſentia intueatnr, nec habet de futuris præſcientiam, quæ eſt ſcientia exiſtens, antequam exiſtat obiectum, nec de præteritis memoriam, quæ eſt nntitia exiſtens poſtquam obiectum extitit, ſeu exiſtere deſiit; ſed habet de vtriſque in toto tigore intuitiuam ſcientiam, quâ tnm de præſentibns; tum de futuris, tum de præteritis affirmare ſemper poteſt, quod actu exiſtant ſeu coexiſtant propriæ cognitioni: Hanc veritatem deſcripſerunt egregiè plutes SS. PP. inter alios verò S. Auguſtinus *lib.* 11. *de Ciuit. cap.* 21. illis verbis: *Non more noſtro ille* (ſubintelligè Deus) *vel quod futurum eſt, proſpicit; vel quod præſens eſt, nſpicit; vel quod præteritum eſt reſpicit: ſed alio modo quodam à noſtrarum cogitationum conſuetudine longè, lateque diuerſo. Ille quippè non ex hoc in illud cognitione mutatû, ſed omninò incommutabiliter videt; ita vt illa quidem, quæ temporaliter fiunt; & futura, nondum ſint; & præſentia iam ſint; & præterita iam non ſint: ipſe vero hæc omnia ſtabili, & ſempiternâ præſentiâ comprehendat.* D. Gregnrius *lib.* 20. *in Illud* Inb. 30. mutatus es mihi in crudelem. *Scimus, quia Deo nihil futurum eſt, ante cuius oculos præterita nulla ſunt, præſentia non tranſeunt, futura non veniunt; quippè quia omne, quod nobis fuit, & erit in eius proſpectu præſto eſt, & omne, quod præſens eſt, ſcire poteſt potius, quàm præſcire.*

Nec præſcientia futurorũ, nec memoria præteritorũ Deo propriè conuenit.

CAPVT IV.

De obiecto contingenti conditionato Scientiæ Dei.

Licet prnpoſitiones conditionatæ formabiles ſint de obiectis præteritis, aut præſentibus, æquè ac de futuris, & dici poſſit: Si Petros ambulauit, fatigatns eſt, ſi ambulat, fatigatur: æquè ac ſi ambulabit fatigabitur, nihilominus ſicuti in ſuperiore capite conſiderauimus obiecta abſoluta ſolùm in ſtatu futuritionis, ita in præſenti ſolùm ſub ſtatu futuritionis conſideramus conditlooata, & obiecti conditionati nomine intelligimus ſolùm conditionatum futurum. Portò propoſitiones, quæ de futuro conditionato formantur, dupliciter ſumi pnſſunt, Primò ſecundùm vim illatiuam præcisè, quatenus enunciant bonitatem illationis, ſeo conſequentiæ, & habent particulam conditionalem, ſi quodammodo ſubrogatam loco particnlæ illatiuæ: ergo, idemque eſt dicere, ſi ſnl lucebit, dies erit; ac dicere ſol lucebit: ergo dies erit. Hac ratione, conditionalis, vt communiter dicitur, nihil ponit io eſſe; veritas conditionalis non pendet ab exiſtentia extremorum, & extremis in re non futuris, imò impoſſibilibus, conditionalis poteſt eſſe vera, vt ſi ſol io alio muodo lucebit, dies erit: Si equus erit Leo, erit rugiblis. E contra extremis in re futuris conditionalis poteſt eſſe falſa, vt ſi erit arcus in nubibus, erit ſignum fœderis; ſi Adam peccabit, Verbum incarnabitur; quamvis enim talium conditionalium extrema verè ſint futura, illatio tamen vnius extremi ex alio vi formæ, & ex ſe, non eſt legitima; & cum vi formæ non rectè inferatur ſignificatio fœderis ex poſitione arcus; prnpoſitio illa, ſi erit arcus in nubibus, erit ſignum fœderis, non continet bonitatem illationis, adeoque vt talem bonitatem enonciat, falſa eſt. 1.

Propoſitiones conditionatæ ſumi poſſunt vel vt enunciant veritatem illationis.

Secundò ſumi poſſunt propoſitiones de futoto conditionato, non vt enunciant bonitatem illationis, ſed vt enunciant veritatem rei illatæ, & futuritionem euentus, qui ſub conditione fututus exprimitur. Primo modo propoſitiones conditionatæ ſunt quidem de futuro quoad formnlam enunciandi, quoad rem tamen enunciatam ſunt potius de poſſibili, ſnot neceſſariò aut falſæ, aut veræ, prout illatio, & conſequentia eſt vi ſuâ aut mala, aut bona; per accidens eſt, quod formentur ſub formula de futuro potius, quàm de præſenti, apt de præterito; & eandem veritatem, aut falſitatem ſub qualibet formula important, quia ſub qualibet formula continetur eadem illatio, ſic hæ propoſitiones: ſi erit homo, erit admiratiuus: Si eſt homo, eſt admiratiuus; 2.

Vel vt enunciant veritatem rei illatæ.

Propoſitiones conditionatę quoad vim illationis ſunt de poſſibili in re enunciata de futuro ſolùm in formula enunciandi.

Si

ſi fuit homo, fuit admiratioos, important ſub dioerſis formulis eandem veritatem. Hæ aliæ: ſi eſt homo, eſt quadrupes: ſi fuit homo, fuit quadrupes: ſi erit homo, erit quadrupes, ſub diuerſis pariter formulis eandem falſitatem. Secundo modo propoſitiones conditionatæ iuxta diuerſam futoritionem eueotus, qui ſub conditione futurus exprimitur, diuerſa que conoexionem talis eueotua cum conditione ſunt de futuro conditionato, vel diſparato, vel connexo, vel neceſſario, vel contingenti, vt dicebatur initio capitis præcedentis, habent veritatem vel determinatam, vel indeterminatam; vel neceſſariam, vel contingentem; provt euentus conditionatus, quem affirmant, eſt vel determinatè, vel indeterminatè; vel neceſſariò, vel contingeorer futuros. His qoo ad terminorum notitiam prælibatis ne in re maximè difficili, & maximè controuersâ veritas eorum, quæ certa ſunt, nutet ex conſortio incertorum, ab iſtis illa ſecernimus; & ne ex fundamenti infirmitate tota ædificij moles collabatur, p o fundameotis certa præiacimus.

3\.

Futura conditionata quo ad vim illationis important neceſſariam veritatem, & cognoſcûtur a Deo per ſimplicẽ intelligentiam.

Certum eſt primò dari in Deo ſcientiam futurorum conditionatorum, quatenus propoſitiones conditionatæ de futuro enunciant bonitatem illationis, ſeu conſequentiæ: Conſeqoentiam enim eſſe bonam vel malam; legitimam, vel illegitimam illationem, pendet ex communibus, & vniuerſalibus regulis inferendi rem vnam ex alia, & ex prædicatis eſſentialibus, ac neceſſariis rerum, quarum voa ex alia infertur, adeóque cognoſcenti prædicata eſſentialia duarum rerum ootum eſt, vtrum vna ex alia bene ioferatur, & per conſequens Deo res omnes quo ad omnia prædicata comprehendenti, & ſupercomprehendenti perfectiſſimè innoteſcit, quænam res alia rectè inferatur, cuiusnam rei prædicata eſſentialiter ex prædicatis alterius conſequantur, & ſicuti rerum eſſentias ſeu prædicata neceſſaria cognoſcit Deus per ſimplicem intelligentiam, ſeo ſcientiam neceſſariam omne decretum antecedentem; ita per eandem ſimplicem intelligentiam cognoſcit vim illatiuam in propoſitionibos conditionatis ſub formula de futuro expreſſis, cum huiuſmodi vis illatiua oriatur præciſè ex prædicatis neceſſariis, nec vllam inuoluat contingentiam, aut libertatem. Neque in hoc vlla eſt vel leuiſſima inter Theologos altercatio.

4\.

Auctores Societatis ſe profitentur Magiſtros Thomiſtarũ in concedẽda Deo ſcẽtia contingentium cõditionatorũ.

Certum eſt ſecundò dari in Deo ſcientiam futurorum conditionatorum contingentium etiam quo ad fututitionem euentus, qui per propoſitionem conditiooatam ſignificatur futurus ſub conditione, & licet hoc in puncto olim nonnulli ex Thomiſtis aut ambiguè, aut obſcure mentem ſuam expreſſerint, contra quos propterea plures ex Societate Theologi ingenti auctoritatum, & rationum apparatu, perfectam contingentiam conditionatorum ſcientiam in Deo comprobantes gloriaotur de reportata victoria, & Thomiſtis exprobrant, quod immerito negent ſe per Societatis Magiſtros (verba ſunt De Quiros 1. *parte*, *diſputatione* 51. *ſecti one* 2. *numero* 5.) profeciſſe in huius veritatis agoitionem contra illud Plinij *in perfectione naturalis hiſtoria circa finem. Benignum, & plenum ingenui pudoris eſt fateri, per quos profeceris*; nec mitius contra Thomiſtas agunt Erice *diſputatione* 7. *capite* 7. Alarcon *tract. de ſcientia*, *diſputatione* 4. *capite* 4. Deridet tamen, & tanquam inanes vmbras exſufflat aduerſariorum voces Ioan. à S. Thoma 1. *parte*, *quæſtione* 14. *diſputatione* 20. *artic.* 1. vbi tum diligenter referendo ſeriem diſputationis hac de re habitæ coram Clemente VIII. tum accuratè examinaodo eâdem in re mentem antiquorum Thomiſtarum, contendit oſtendere malè impoſitum eſſe Scholæ Thomiſticæ, quod aliquando aut omnino negauerit, aut conjecturalem ſolum notitiam conditionatorum contingentium Deo conceſſerit. Verom, quidquid ſit, vtrum olim de hoc aliqui dubitauerint, certe in præſenti nec dubitatur, nec dubitare fas eſt, quia vt cum aliis pluribus tradit Herincx *diſputatione* 6. *quæſtione* 5. *numero* 50. periculoſum eſt in fide non admittere in Deo certam notitiam contingentium conditionatorum. Huius certæ notitiæ tum ab auctoritate, tum à ratione petitæ probationes adeo obuiæ ſunt apud quemlibet fere Theologorum, præſertim ex minus antiquis, vt eas hic referre ſuperfluat.

Periculoſũ eſt in fide negare Deo certam notitiam conditionatorũ.

5\.

Scientia media laudem habet etiam ex nomine.

Certum eſt tertiò ſcieotiam, quam receotiores vocant mediam, vt ei laudem, & plauſum concilient etiam ex nomine, dum eo ipſo, quod inter ſimplicem intelligentiam, & viſionem mediate, tanquam inter duo extrema contendunt, oſtendunt participare vtriuſque extremi perfectionem. Certum eſt inquam ſcientiam huiuſmodi mediam non ſignificare præcisè ſcientiam conditionatorum, quia ſcientiam conditionatorum amplectuntur, & propugnant quicumque etiam infenſiſſimi ſcientiæ mediæ oiores, & oppugnatores. Nomine igitur ſcientiæ conditionatorum intelligitur præcisè perfecta notitia certo euidenter, & infallibiliter attingens obiecta conditionata, præſcindendo à medio, & modo attingendi dependenter, vel independenter à diuino decreto. Nomine ſcientiæ mediæ intelligitur perfecta notitia certo, euidenter, & infallibiliter attingens obiecta conditionata, vel in ſupercomprehenſione cauſarum ſecundarum, vel in veritate obiectiua futurorum conditionatorum independenter à quolibet particulari decreto acto exiſtente in diuina voluntate.

Scientia media non ſignificat præcisè ſcientiã conditionatorum.

6\.

Certum eſt quartò plurimum detrahi ſerioſæ, celebri, & omnes inter Theologos acerrimè efferueſcenti quæſtioni circa cognitionem futurorum conditionatorum, dum aut de nomine, & phraſi loquendi diſputatur inquirendo, recténe notitia condititionatorum vocetur ſcientia media: aut in re difficillimâ difficultate diſſimulatâ præcisè examinatur. Vtrum detur in Deo ſcientia conditionatorũ longiſſimè diſtant hæ lineæ à puncto difficultatis, cuius ſumma ſita eſt, in definiẽdo vtrum

Summa difficultatis circa ſcientiam conditionatorum in quo conſiſtat.

cognitio futurorum conditionatorum in Deo ſupponat in diuina voluntate decretum ex parte actus abſolutum : Hoc decretum vel negatum, vel conceſſum radix eſt, ex qua pullulat totum diſſidium in explicanda ſcientia conditionatorum, ideo vt in prima difficultatis radice prima aſſerta ſtabiliantur, ſit

§. I.

Vtrum dentur in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa futura contingentia conditionata?

7. Dantur in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa futura conditionata.

ASSERTVM : Dantur in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa futura contingentia conditionata. Ita prædeterminantes contra Mediiſtas. Abſtineo hic pariterque abſtinebo, in ſequentibus, ac conſequentibus aſſertis nominatim referre Auctores tum fauentes, tum aduerſantes. Præſto eſt copioſiſſimus ipſorum Catalogus apud plures Theologos, ſpecialiter apud De Quiros 1. *parte, quæſt.* 14. *art.* 13. *num.* 130. Ioan. à S. Thom. *q.* 14. *diſp.* 20. *a.* 6. *n.* 9. Salmant. *tract.* 3. *diſp.* 10. *dub.* 8. §. 1.

Actus abſolutus alius eſt talis ſimpliciter ex parte ſubiecti, & obiecti : alius ſecundum quid, ſolùm ex parte ſubiecti.

Aduerte pro clariore poſiti aſſerti intelligentiâ actum aliquem poſſe eſſe abſolutum, aut conditionatum dupliciter, nimirum vel ex parte ſui, ſeu ſubiecti tantum ; vel etiam ex parte obiecti : Ille actus eſt abſolutus tum ex parte ſui, tum ex parte obiecti, qui nec ipſe à conditione dependet, nec reſpicit obiectum à conditione dependens. Ille eſt conditionatus ex parte ſui, & obiecti, ſeu ſimpliciter, qui & ipſe à conditione dependet, & reſpicit obiectum à conditione dependens : Ille eſt abſolutus ex parte ſui tantum qui independenter à conditione elicitur, non expectat ſcilicet conditionem, vt eliciatur, nec ſuſpenditur ipſius exiſtentia vſque ad poſitionem conditionis ; reſpicit tamen obiectum à conditione dependens, & cuius exiſtentiam conditio ſuſpendit. Dum igitur aſſerimus dari in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa futura contingentia conditionata, idem eſt, ac ſi dicamus dari in Deo decreta actu exiſtentia, nec vllatenus à conditione ſuſpenſa, reſpicientia tamen obiectum actu non exiſtens, & cuius exiſtere à conditione ſuſpenditur. Porrò, vt probatio maiori facilitate, maiorique ordine procedat, aſſerto in duas partes diuiſo probabitur primò dari in Deo aliqua decreta abſoluta, ſolùm ex parte actus ; deinde probabitur talia decreta eſſe neceſſaria pro omnibus futuris contingentibus conditionatis.

Probatur prima pars : Quod ſcilicet dentur in Deo decreta ex parte actus tantum abſoluta, conditionata verò ex parte obiecti ; primo dantur in Deo pacta, & promiſſa circa res conditionatas, ſed talia pacta, & promiſſa important decretum in Deo actu exiſtens, ergo dantur in Deo decreta actu exiſtentia circa res conditionatas ; quod eſt idem, ac dicere decreta ex parte actus abſoluta, conditionata verò ex parte obiecti. Minor patet, quia pacta, & promiſſa ſunt expreſſiones voluntatis actualis exiſtentis in paciſcente, & promittente ; & pactum ac promiſſum, cui actualis voluntas in paciſcente, & promittente non correſpondeat, illuſorium eſt, & falſum adeóque repugnans Deo. Maior probatur primò ex pactu communiter admiſſo Dei cum Adamo de tranſmittenda in Poſteros originali iuſtitia, ſi eandem ipſe ſeruaſſet ; originali culpa, ſi iuſtitiam ipſe amiſiſſet per comeſtionem ligni vetiti ; colligitur hoc pactum ex Eccleſ. 17. *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis* (ſermo eſt de Adamo, & Eua) *& iuſtitiam, & indicia ſua oſtendit illis.* Secundò ex promiſſione à Deo factâ Dauidi, & Salomoni ſeruandi perpetuo Regnum hæreditarium, illius filus, ſi Patris pietatem imitarentur, vt habetur 3. Reg. 9. *Si ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Pater in ſimplicitate, &c. ponam regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum, ſicut locutus ſum Dauid Patri tuo.* Tertiò ex voluntate Patris æterni mittendi filio legiones Angelorum, ſi rogatetur, vt conſtat ex verbis Chriſti dicentis ad Patrem Matth. 26. *an putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plus, quàm duodecim Legiones Angelorum*, vbi non dicit, quod ſi rogaret, Pater decerneret, ſeu vellet exhibere, qua ratione negare eſſet conditio ſuſpendens decretum, & ſe tenens etiam ex parte actus ; ſed dicit quod ſi rogatet Pater exhiberet, qua ratione rogare eſt conditio ſolùm ſuſpendens obiectum, id eſt Miſſionem Angelorum, ſolum per conſequens ſe tenens ex parte obiecti. — Decreta ex parte obiecti abſoluta probantur in Deo ex Scriptura.

9. Item à paritate decreti ſolum ex parte actus gratioſi.

Probatur eadem pars ſecundò : Dantur in Deo decreta ſolùm ex parte actus gratioſa, ergo etiam dantur decreta ſolum ex parte actus abſoluta. Antecedens ſupponitur ex infra dicendis *lib.* 5. *cap.* 3. §. 2. dum oſtenditur prædeſtinatos de facto ad gloriam eligi independenter à meritis ex parte diuini actus, & decreti ; dependenter verò ex parte gloriæ, & obiecti ; Conſequentia probatur quia ex vna parte non videtur difficilius, quod decretum aliquod ſit ſolum ex parte actus abſolutum, ſit verò ex parte obiecti conditionatum, quam quod ſit ſolum ex parte actus gratioſum, ſi verò ex parte obiecti renunciatorium : Ex alia parte decreta ex parte actus ſolum abſoluta maximè vtilia ſunt ad explicādas grauiſſimas difficultates, non eſt igitur cur Deo negentur. Confirmatur : Imperfectio obiecti non afficit diuinum actum attingentē tale obiectum, ſed eſſe conditionatum in obiecto, ſeu dependere à conditione, eſt aliqua imperfectio obiecti, ergo non afficit diuinum actum, ſeu decretum ; & ſicuti quia imperfectio obiecti in diuinum actum non redundat, Deus attingit actu ſimplici obiectum compoſitum, actu æterno obiectum — Imperfectio obiectorum nō afficit diuinos actus.

iectum temporaneum, ita eâdem de cauſâ attingit actu abſoluto, ſeu decreto ex parte actus abſoluto obiectum conditionatum.

Decreta aliquo modo conditionata nequeunt Deo negari.

10. Probatur eadem pars, tertiò dantur in Deo decreta aliquo modo conditionata ſed huiuſmodi decreta nequeunt eſſe conditionata ſimpliciter ex parte tum ſubiecti, tum obiecti; ergo ſunt conditionata ſolùm ex parte obiecti, adeóque ex parte ſubiecti, & actus ſunt abſoluta; Maior patet tum ex communiter accepta diuiſione diuinæ voluntatis in conditionatam, & abſolutam, tum ex pluribus Scripturæ Teſtimoniis, partim iam relatis, partim infrà afferendis, quibus exprimitur diuina voluntas nonnulla ſub conditione determinans, tum denique quia aliquid conditionatè decernere nullam importat imperfectionem, imò maximè congruit ſupremæ, & vniuerſaliſſimæ prouidentiæ, ad quam ſicuti ſpectat plures cauſas inter ſe contrarias, plures contingentes regere, ita etiam ſpectat plures cauſas dirigere ad effectus abſolutè non futuros, futuros tamen ſub conditione, id eſt ſi, vel à cauſis contrariis non impedirentur, vel aliqua conditio, quæ quia contingens eſt, & libera quandoque non ponitur, poneretur. Minor probatur: Decreta cōditionata ex parte actus, ſeu ſubiecti, & obiecti, ex multiplici capite imperfecta ſunt, nimirum ex eo, quod dicant ſuſpenſionem actus, dependentiam à conditione, impotentiam determinandi ab æterno quidquid eſt determinabile, &c.

Nequeunt tamen Deo concedi decreta conditionata ex parte actus.

11. Probatur ſecunda pars quod ſcilicet decreta ex parte actus abſoluta dentur in Deo circa omnia futura contingentia conditionata, primò, omnia futura contingentia conditionata ſupponunt in Deo aliquod decretum, hoc decretum nec poteſt eſſe decretum conditionatum ſimpliciter etiam ex parte actus, quia huiuſmodi decretum multipliciter imperfectum eſt; & Deo repugnans, nec poteſt eſſe ſolum decretum generale de concurrendo cum libero arbitrio iuxta exigentiam libertatis, aut de præparando concurſu indifferenti ad omnem determinationem cauſæ liberæ, quia cum huiuſmodi decretum *ex cap. ſuperiori* §. 21. non magis reſpiciat rei futuritionem, quàm non futuritionem, non apparet cur futura potius, quàm non futura debeant ipſum præſupponere, item quia ex vi talis decreti videretur ſubordinari diuinus concurſus creatæ libertati, & ſaltem reſpectu futurorum conditionatorum tribui creatæ, non increatæ voluntati rationem primi liberi, & primi determinantis; ergo futura omnia contingentia ſupponunt in Deo decretum aliquod particulare, & ex parte actus abſolutum, ergo dantur in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa omnia, &c. Maior probatur omnia futura contingentia conditionata ſunt aliquo modo extra ſtatum poſſibilitatis, & à ſtatu poſſibilitatis aliqualiter tranſlata ad ſtatum futuritionis, ergo ſupponunt in Deo aliquod decretum, ratione cuius ſtatum mutent, & à cauſa prima dependeant in eo ſtatu, in quo ſunt, quis enim admittat creaturam poſſe ſtatum mutare inconſultâ diuinâ voluntate. Antecedens probatur, tum quia futuritio conditionata, eſt aliquid ſupra meram poſſibilitatem, ſtat enim effectum eſſe poſſibilem, & non eſſe conditionatè futurum; tum quia in ſtatu poſſibilitatis omnia ſunt neceſſaria, futurum autem conditionatum, de quo in præſenti, eſt contingens, & liberum, adeóque extra ſtatum neceſſitatis, & conſequenter etiam extra ſtatum poſſibilitatis.

Futura contingentia conditionata ſunt aliquo modo extra ſtatum poſſibilitatis.

Dices allatam probationem eſſe contra illud, quod vulgariter circumfertur. Conditionalis nihil ponet in eſſe: poneret autem aliquid in eſſe, ſi ratione ipſius res ſtatum mutaret: eſt item contra communem loquendi modum, quo futurum conditionatum dicitur illud, quod eſſet ſi conditio poneretur, adeóque explicatur ad modum poſſibilitatis, de quo dicitur, ſi eſſet, non ſequeretur contradictio; non ad modum futuri de quo dicitur, erit. Tandem eſt contra veram rationem tranſiens dicere, quod res tranſeat à ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum futuritionis conditionatæ, verus enim tranſitus exigit, quod res aliquam moram temporis ſub priori ſtatu tranſegerit, & tamen ſtatus futuritionis conditionatæ non eſt tempore poſterior ad ſtatum poſſibilitatis. Sed contra conditionalem nihil ponere in eſſe procedit de conditionali quatenus enunciat veritatem illationis, non quatenus enunciat veritatem rei illatæ, vt explicabitur *initio præſentis capitis*, futurum conditionatum explicari per, eſſet, potiùs, quàm per erit, eſt abuſus loquendi, vel ſaltem eſt arbitraria locutio, & in Scriptura, licet futura conditionata aliquando explicentur per vocem æquiualentem ad ly *eſſet*, ſæpiſſimè tamen explicantur per vocem æquiualentem ad ly, *erit*, ſic dicitur in ſupra *relatis textibus*, *Ponam Regnum tuum, exhibebit mihi modo*. Tranſitus ab vno ſtatu ad alium ſupponit rem prius naturâ, non prius tempore fuiſſe in ſtatu, à quo tranſit, alioqui vel nullum abſolutum futurum eſſet decretum ab æterno, vel neque futura abſoluta tranſirent à ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum futuritionis. Item creatura, quæ ab æterno produceretur, dici non poſſet tranſire à non eſſe ad eſſe, cum nec futura abſoluta ab æterno decreta tranſegerint moram aliquam temporis ſub ſtatu poſſibilitatis, nec creatura, quæ ab æterno produceretur tranſigeret moram aliquam temporis ſub ſtatu non eſſendi. 12.

Conditionalis nihil ponit in eſſe quomodo intelligatur.

Futurum conditionatum melius dicitur, erit, quam eſſet, ſi conditio ponetur melius, quã poneretur.

Probatur eadem pars ſecundò: Dantur in Deo decreta ex parte actus abſoluta circa futura conditionata ſub conditione diſparatâ, ergo etiam circa futura conditionata ſub conditione contingenter connexâ, adeóque circa omnia ſimpliciter futura contingentia conditionata. Antecedens conceditur ab Arrubal 1. *parte*, *diſp.* 45. *cap.* 4. aliiſque nonnullis aduerſariis, & probatur quia particula, *ſi*, in futuris conditionatis ſub conditione diſparata ſecundum ſe importat puram concomitantiam, & conceſsâ 13.

futuritione antecedente decretum in huiuſmodi futuris poſſent eodem modo quælibet futura abſoluta concomitanter ſumpta aſſeri antecedentia decretum. Conſequentia probatur: Conditio contingenter connexa non magis infert rei futuritionem, quam conditio diſparata, & cum hac conditione contingenter connexâ, ſi Petrus vocabitur æquè poteſt coniungi conſenſus, vel diſſenſus Petri, ac cum aliâ ſi Petrus ſaltabit coniungi poſſit pluuiâ, vel ſerenitas aëris: Vnde ergo independenter à decreto habebitor determinata futuritio in hoc futuro conditionato, ſub conditione contingenter connexâ, *ſi Petrus vocabitur, conſentiet*, potius quàm in hoc alio conditionato ſub conditione diſparata, *ſi Petrus ſaltabit, aër erit pluuius.*

Non eſt maior ratio cur ſupponant decretum futura diſparata, quam contingenter connexa.

14. Dices hac ratione in infinitum excreſceret numerus diuinorum decretorum, & longè plura eſſent in Deo decreta ex parte obiecti conditionata, & quoad rem inefficacia, effectumque numquam habitura, quàm abſoluta, & habitura effectum, hoc autem non videtur admittendum, quia eſt imperfectio voluntatis, & quædam volentis imbecillitas plura inefficaciter, quàm efficaciter velle, otiari quodammodo magis, quàm operari; & ſicuti ex imperfectione conditionis humanæ prouenit, quod minor hominum pars vltimum finem in re conſequatur, ita eſſet imperfecta conditio diuinorum decretorum, ſi minor ipſorum pars effectum ſuum conſequeretur. Sequela probatur, quia poſſunt fieri infinities infinitæ combinationes conditionatæ, cum quælibet res poſſibilis ad infinitas conditiones poſſit comparari, & in ordine ad quamlibet poſſit conſiderari, vt conditionatè futura, vel vt conditionatè non futura, imò poſſit res quælibet comparari etiam ad infinitas conditiones impoſſibiles, adeóque debeat alia infinita ſeries decretorum multiplicari pro infinitis futuris conditionatis ſub conditione impoſſibili, qualia ſunt ſi per impoſſibile Chymera producitur Petrus ſaluabitur. Si per impoſſibile homo erit hinnibilis, Turca vincetor &c. Sed contra vt ab hoc vltimo, primò me expediam dico non eſſe quærenda in Deo decreta de futuris conditionatis ſub conditione impoſſibili, quia cum Deus *ex ſupradictis, cap.* 2. §. 11. cognoſcat impoſſibilia ſolùm iudicio negatiuo, & diſſenſu, has conditionales ſi Chymera producetur, ſi homo erit hinnibilis, nullatenùs affirmat, adeóque fruſtraneum eſt quærere, quid Deus aut decernat, aut cognoſcat ſob affirmatione talium conditionalium, & potius cum Herinex *diſput.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 70. Dolendum, quod nonnulli huiuſmodi quæſita inutilia Sacræ Doctrinæ immiſceant, & vbi vrgent grauiſſima, mentem diſtrahant vanis curioſitatibus, non ſine Theologiæ iniuria, & diſciplinæ detrimento.

Futura ſub conditione, impoſſibili nec decernuntur à Deo, nec cognoſcuntur.

15. His combinationibus ſub conditione impoſſibili, omiſſis circa combinationes conditionatas ſub conditione poſſibili; nec neceſſe eſt concedere in Deo infinita decreta, nec ſi concedantur abſurda ſunt. Non eſt neceſſe ipſa concedere, quia circa futura conditionata, quæ nullam habent cum hoc vniuerſo connexionem, & quæ ad ordinem præſentis prouidentiæ non pertinent, ſimpliciter dici poteſt Deum nec futuritionem, nec non futuritionem determinaſſe, ſed ſe habuiſſe negatiuè, non quidem per ſuſpenſionem cuiuſcumque actus voluntatis, ſed per decretum negatiuum, ſeu per actum quo voluerit nihil determinare circa ipſa, vi cuius decreti negatiui cognoſcuntur huiuſmodi futura à Deo, vt non futura negatiuè, id eſt vt non tranſlata ad ſtatum futuritionis; at non cognoſcuntur vt non futura poſitiuè, id eſt vt poſitiuè tranſlata ad ſtatum non futuritionis, quamvis reuerâ non ſint amplius in puro ſtatu poſſibilitatis æquè indifferenti ad futuritionem, ac ad non futuritionem, quia ſuppoſito decreto de non determinanda futuritione, Deus immutabiliter in tali decreto perſiſtit, nec poteſt ſaluâ tali ſuppoſitione determinare futuritionem, vt magis explicant Salmant. *prima parte, tract.* 3. *diſput.* 9. *dub.* 5. §. 3.

Circa futura conditionata nullam habentia connexionem cum hoc vniuerſo diuina decreta non ſunt neceſſariò concedenda.

Nec ſi concedantur infinita illa decreta, abſurda ſunt, quia ſicuti non eſt abſurdum eſſe plura poſſibilia, quàm futura, nec hoc arguit imbecillitatem diuinæ virtutis, ſed exercitium diuinæ libertatis, ita non eſt abſurdum eſſe plura futura conditionata, quàm futura abſoluta; plura decreta inefficacia, quàm efficacia, quia decretorum inefficacitas ex libertate prouenit, non ex infirmitate; ſicuti tamen ex infirmitate (ſicque ſoluitur obiter probatio, quæ in inſtantia ponitur) humanâ prouenit, quod minor hominum pars vltimum finem conſequatur, maior pars ab vltimo fine deficiat, propterea hoc indicat imperfectionem conditionis humanæ; non verò quod minor diuinorum decretorum pars obtineat effectum, maior pars effectu careat imperfectionem infert conditionis diuinæ, hocque corroboratur etiam ex alio capite, ſcilicet ex eo quod homo conſequendo vltimum finem, maximè perficitur, adeóque ex talis finis carentia ſubit carentiam maximæ perfectionis, at decretum diuinum in ſe non perficitor obtinendo effectum, ideò carentia effectus non infert ipſi imperfectionem, quod enim non perficit, quando eſt, non imperficit, quando non eſt.

Poſſunt tamen concedi.

Carere effectu non eſt imperfectio diuini decreti.

Poſito, quod Deus habere poſſit decreta conditionata tum circa omnes combinationes conditionatas ſub conditione poſſibili, tum circa aliquas tantum, circa eas ſcilicet, quæ habent connexionem cum ordine huius vniuerſi, & ſerie præſentis prouidentiæ, eſſet hîc definiendum, quomodo res de facto ſe habeat, vtrùm ſcilicet Deus habeat de facto decreta conditionata (ſubintellige ex parte obiecti) circa omnes, an circa aliquas tantum combinationes; verùm vix poteſt ſine temeritate in hoc aliquod definiri, vt enim rectè reſpondet Io. à S. Thom. *prima parte, quæſt.* 19 *diſput.* 5 *articulo* 6. *numero* 12. Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis poteſt ei leges imponere, 16.

Quænam decreta ex parte obiecti

conditionata de facto Deus habeat certò non conſtat.

imponere, vt dicat ei, quod eadem eſt ratio habendi decreta circa illa, vel iſta, vel omnia. Illa ſolùm eſt ratio, quam ipſe ſibi proponit, & iuxta quam agere vult, quia operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ. Sufficiat nobis ſcire quod aliqua talia decreta habeat, quæ in Scriptura reuelantur, & fortè aliqua ſimilia, quæ ad eius prouidentiam circa hoc vniuerſum pertinent, vel ſequuntur. De reliquis nihil ſcimus.

---

§. II.

Vtrùm Deus cognoſcat futura contingentia conditionata in propriis decretis ex parte actus abſolutis?

17. Deus cognoſcit futura conditionata in decretis ex parte actus abſolutis.

ASSERTVM: Deus cognoſcit futura contingentia conditionata in propriis decretis ex parte actus abſolutis. Ita prædeterminantes, & ſuſtinentes in Deo decreta ex parte actus abſoluta contra Mediiſtas.

Probatur primò: Ita ſe habent decreta ex parte actus abſoluta ad futura conditionata, ſicuti decreta ſimpliciter abſoluta ex parte actus, & obiecti ad futura abſoluta, ſed futura contingentia abſoluta cognoſcit Deus in propriis decretis ſimpliciter abſolutis, ſeu in propria eſſentia decretis ſimpliciter abſolutis determinatâ, ex *ſuperiori, cap.* §.5. ergo futura contingentia conditionata cognoſcit in propriis decretis ex parte actus abſolutis, ſeu in propria eſſentia talibus decretis determinatâ. Maior probatur: Sicuti decretum ſimpliciter abſolutum eſſentialiter ſupponitur à quolibet futuro abſoluto, & dicit infallibilem connexionem cum abſolutâ futuritione, proptereaque eſt prima, & infallibilis ratio cuiuſcumque futuritionis abſolutæ, ita decretum ex parte actus abſolutum eſſentialiter ſupponitur, à quolibet futuro contingenti conditionato, & dicit infallibilem connexionem cum conditionata futuritione, adeoque eſt prima, & infallibilis ratio cuiuſcumque futuritionis conditionatæ: ergo ita ſe habent decreta, &c.

18. Dices hoc futurum: Si Deus habet decretum efficax de Petri conuerſione, Petrus conuertetur, vel eſt futurum conditionatum contingens, vel non; quidquid dicatur eſt contra poſitam probationem: ergo poſita probatio malè procedit. Minor probatur: Si dicatur eſſe futurum conditionatum contingens, ſequitur aliquod futurum conditionatum contingens non præſupponere decretum: Si dicatur non eſſe futurum conditionatum contingens, ſequitur nullum futurum conditionatum, cuius veritas innitatur diuino decreto, ſeu quod in diuino decreto cognoſcatur, eſſe contingens, ſed hoc vtrumque eſt contra doctrinam probationis: ergo

19. quidquid dicatur, &c. Probatur Maior quoad primam partem: Non magis præſupponit decretum, futurum illud ſi Deus habet decretum efficax, &c. quàm hoc aliud; ſi erit ignis, calefaciet: Si erit homo, erit rationalis, habet enim ab intrinſeco, & independenter à libera Dei voluntate decretum efficax connexionem cum ſuo obiecto, æquè ac ignis cum calore: ſed hoc futurum, ſi erit ignis, calefaciet, ſi erit homo, erit rationalis, non præſupponit decretum: ergo nec futurum illud ſi Deus habet decretum, &c. ergo ſi futurum illud eſt conditionatum contingens, aliquod futurum conditionatum contingens non præſupponit decretum. Probatur Maior quoad ſecundam partem: Si futurum illud non eſt conditionatum contingens, maximè quia illius veritas innititur decreto habenti infallibilem omninò, & non contingentem connexionem cum eo, ſupra quod cadit, ſed ſi omnia futura conditionata decretum præſupponerent, & in decreto cognoſcerentur cuiuſlibet futuri conditionati veritas inniteretur diuino decreto: ergo quodlibet futurum conditionatum eſſet eiuſdem rationis cum illo, nec vllum eſſet contingens. Sed contrà dico futurum illud: Si Deus habet decretum efficax de Petri conuerſione, Petrus conuertetur, in ratione futuri conditionati non eſſe contingens; contingentia enim futuri conditionati non deſumitur à contingentia vnius extremi ſecundùm ſe, ſed à contingentia connexionis vnius extremi cum alio; neque hinc ſequitur, vt deducit inſtantia, nullum futurum conditionatum eſſe contingens. Enimverò dupliciter ſtat futurum conditionatum inniti decreto, nimirum vel tanquam conditioni, & parti quodammodo intrinſecè conſtituenti ipſum futurum conditionatum, vel tanquam principio extrinſeco tribuenti futuritionem, & medio pariter extrinſeco deducenti in eiuſdem futuritionis cognitionem; futurum conditionatum, quod innititur decreto primo modo, eſt neceſſarium, & tale eſt illud, ſi Deus habet decretum efficax de Petri conuerſione, &c. futurum, quod innititur decreto ſecundo modo, non propterea deſinit eſſe contingens, ſicque ex eo, quod futura omnia decretum præſupponant, & decreto aliqualiter innitantur, non ſequitur futura omnia exercere contingentiam, quia omnia decreto innituntur ſecundo modo, non primo. Dixi futurum illud, ſi Deus habet decretum efficax, &c. in ratione futuri conditionati non eſſe contingens, adeoque non exigere decretum ex parte obiecti conditionatum, quo decernatur Petrum eſſe conuertendum, ſi Deus habeat decretum efficax de Petri conuerſione. Cæterum, ſi ſumatur, vt verè importans ex parte obiecti futuram Petri conuerſionem, & ſenſus quodammodo ſit Petrus conuertetur; & conuertetur, ſi Deus habet decretum efficax de ipſius conuerſione, eſt futurum contingens, & ſupponit decretum etiam ex parte obiecti abſolutum de futura conuerſione.

Futurũ conditionatum innititur decreto, vel tanquam cõditioni, vel tanquam medio extrinſeco. Primo modo eſt futurum neceſſarium. Secundo modo poteſt eſſe cõtingens.

Probatur ſecundò: Deus cognoſcit propria decreta ex parte actus abſoluta circa futura contingentia conditionata: ergo in hu- 20.

ioſmodi decretis cognoſcit ipſa futura contingentia conditionata. Antecedens patet: quia ex ſupradictia huiuſmodi decreta ſuot verè actu exiſtentia in ipſo Deo, certum autem eſt Deum cognoſcete ſeipſum perfectiſſimè, adeoque cognoſcendo ſeipſum cognoſcere omnia, quæ habet in ſeipſo. Conſequentia etiam facilè probatur: Quia non poteſt cognoſci actua præſertim comprehenſiuè, ſicuti cognoſcit Deus propria decreta, quin cognoſcatur obiectum.

---

§. III.

Vtrùm Deus cognoſcat futura contingentia conditionata etiam aliquâ aliâ ratione independenter à propriis decretis ex parte actus abſolutis: id eſt vel in ipſorum veritate obiectiua, vel in cauſis ſecundis? &c.

21. Deus non cognoſcit futura conditionata in ipſorum veritate obiectiuâ ante decretum.

ASSERTVM I. Deos non cognoſcit futura contingentia conditionata in ipſorum veritate obiectiua, independenter à propriis decretis ex parte actus abſolutia: eſt ſpecialiter contra Auctores *præcedenti cap.* §.2. telatos pro cognitione futurorum in ipſorum vetitate obiectiua.

Probatur: Futura contingentia conditionata, vel ſumuntur ſecundùm vim illatiuam, & vetitatem conſequentiæ, vel ſecundùm rem illatam, & veritatem conſequentis. Primo modo nec habent, nec habere poſſunt vetitatem, quia nunquam in materia contingenti datur veritas Conſeqoentiæ, & *Suarez* ipſe noſtro aſſerto contrarius fatetur propoſitiones conditionales de futuro contingenti, vt vetitatem obiectiuam habeant, nec affirmari poſſe, nec debere in vi illationia ex virtote antecedentia, verba ſunt ipſius Suatij *in opuſc. de Scientiâ Dei lib.*2. *cap.*5. *num.*8. Secuodo modo non magis habere poſſunt in ſeipſis iodependenter à diuino decreto obiectiuam veritatem, quàm futura contingentia abſoluta, & ſicuti Suar. *loco citato, num.* 13. ait probari poſſe veritatem obiectiuam in futuria conditionatia, boc ſecundo modo ſumptis omnibus rationibus, quibus id de abſolotè futuria ſe oſtendiſſe exiſtimat, ita noa omniboa illis rationibus, quibus ſuprà excluſimus à futuris abſolutis antecedenter ad decretum determinatam veritatem, hanc eandem excludimos à futuria contingentibus conditionatis: ergo futura contingentia conditionata nullo modo habent determinatam veritarem antecedenter ad decretum, ſecundùm, quam poſſiot in ſeipſis à Deo antecedenter ad decretum cognoſci. Aduerte hîc obiter non propterea nos oegare Deo omnem cognitionem futurorum contingentium conditionatorum in ſeipſia, ſed ſolùm antecedenter ad decretum. Cæterum ſicuti *cap. præcedenti*, §.5. *circa medium* admiſimus ſuppoſito decreto Deom cognoſcete futura abſoluta, etiam immediatè in ſeipſia, ita id ſuppoſito pariter decreto ptoportionaliter admittimus in ordine ad futura contingentia conditionata.

Propoſitiones conditionales de futuro contingenti in vi illationis ſunt omnes falſæ.

Deus in aliquo ſenſu cognoſcit futura contingentia cõditionata immediatè in ſeipſis.

22.

ASSERTVM II. Deus oon cognoſcit futura contingentia conditionata in cauſis ſecundis, independentet à decretis ex parte actos abſolutia; eſt ſpecialitet contra Auctores *præcedenti cap.* §. 3. telatoa pto cognitione futurorum abſolototum in cauſis creatis.

Deus non cognoſcit futura contingentia cõditionata in cauſis ſecundis.

Probatur: In cauſis ſecundia contiogentibus non poteſt cognoſci effectus futurua ſub conditione maiori cettitudine, aut maiori determinatione, quàm cognoſci poſſit effectus futorus abſolutè, ſed effectus abſolutè futurus ex ſupradictis nullatenus poteſt in cauſis ſecundia independenter à diuino decreto certò, & determinatè cognoſci, ſed ſolùm, vel cooiecturaliter, vel indeterminatè, vnde etiam Deus, qui habere nequit cognitionem, aut cooiecturalem, aut indeterminatam, nequit in cauſis independeoter à proprio decreto cogooſcere effectum coontingentem abſolutè futurum: ergo. Probatur maior, cauſa contingens ſe habet ad oppoſita non ſolùm abſoluiè, verom etiam conditionaiè ponenda, & Petrua v.g. eſt æquè indiffetena ad peccandum, & non peccandum ſub conditione, putà ſi ingrediatur domum Pilati; ac indifferens ſit ad peccandum, & non peccandum abſolutè; ſed quod nequeat certiiudinaliter, ac determinatè cögnoſci effectua abſolotè futorus in cauſa contingenti, prouenir ex eo, quod cauſa contiogena ſe habet ad oppoſita: ergo io cauſis ſecundia contingentibus, &c.

Nec in propria eſſentia, nec in propriis Idæis.

ASSERTVM III. Deua non cognoſcit futura contingentia conditionata in proptia eſſentia ſecundùm ſe præciſè, nec in propriis Idæis, nec in aliquo alio proptio prædicato neceſſario independenter à propriis decretis, ex parte actus abſolutia, eſt ſpecialiter contta Auctorea *præcedenti cap.* §.4. relatos pto cognitione ſuturorum abſolutorum, &c.

23.

Probatur: Conuenit fututis contingentiboa conditionatis ſaluâ diuerſitate decteti abſoluti, tantùm ex parte actus à decreto abſoluto ſimpliciter, non habere rationem futurorum antecedenter ad decretum, & cognoſci per ſcientiam liberam æquè, ac id conueuiat futuris contingentibua abſolutis; ſed ex eo quod futura contingentia abſoluta non habeant tationem futurorum antecedenter ad decretum, & cognoſci debeant per ſcientiam liberam ſupta probatum eſt, fututa contingentia abſoluta cognoſci non poſſe, aut diuina eſſentia, aut in diuinis Idæis, aot in aliquo alio diuino prædicato neceſſario: ergo iiſdem argumentis ſiue tranſlatia rectè probabitur, neque etiam futura contingentia conditionata cognoſci poſſe, aut in diuina eſſentia ſecundùm ſe, aut in diuinia Idæis, &c.

24.

Ex his habes decreta diuina ex parte actus abſoluta noo ſolùm eſſe aut ſufficientem, Decreta di-

sot

uina ſunt nō ſolùm potiſſima, ſed vnica ratio cognoſcendi futura contingentia.

aut potentiſſimam; ſed etiam eſſe vnicam rationem cognoſcendi futura contingentia conditionata, adeoque illis negatis, aut negandam eſſe, aut concedendam inexplicabilem ſcientiam futurorum conditionatorum in Deo, & dum aduerſarij arbitrantur ſe facilè explicare talem ſcientiam per ordinem ad veritatem obiectiuam antecedenter ad quodlibet decretum in futuris relucentem, principium petunt, & difficultati ſuccumbentes veritatem obiectiuam ſupponunt, quam deberent probare.

---

§. IV.

Vtrùm ſaltem admiſſis phyſicis prædeterminationibus ſuſtineri poſſit quod Deus cognoſcat futura contingentia conditionata independenter à decretis ex parte actus abſolutis?

25. *Neque etiam admiſſis prædefinitionibus poſſunt futura conditionata cognoſci independenter à decreto.*

ASSERTVM: Neque etiam admiſſis phyſicis prædeterminationibus ſuſtineri poteſt, quod Deus cognoſcat futura contingentia conditionata independenter à decretis ex parte actus abſolutis: Eſt contra ſententiam nonnullorum, quos ſuppreſſo nomine aliqualiter videtur inſinuare Vaſq. *prima parte, diſputat.* 99. *cap.* 3. *numero* 13. Io. à S. Thom. *diſputat.* 20. *articul.* 5. *num.* 34. contendentium conciliare, ſeu componere ſcientiam mediam cum prædeterminationibus, & docentium Deum poſtquam per ſcientiam mediam, ſeu antecedenter ad quodlibet particulare decretum propriæ voluntatis, præuidit ad quid creatum arbitrium ſit. Se determinaturum, ſi ponatur in talibus circunſtantiis, habere decretum prædefinitiuum & prædeterminatiuum eius, ad quod creatum arbitrium præuiſum eſt ſe determinaturum: Quo modo ex vna parte arbitrantur ſe eludere argumenta, quibus impetuntur prædeterminantes ex læſione libertatis, cui aiunt nullatenùs efficere prædeterminationes paratas poſt, & conformiter ad determinationem creati arbitrij præuiſam futuram ſub conditione beneficio ſcientiæ mediæ: Ex alia parte explicant infallibilitatem effectus futuri, dependentiam cauſæ ſecundæ à Deo in ipſa cauſalitate, rationem ſecundi liberi, ſeu ſecundi determinantis in ipſa cauſa ſecunda, dum admittunt ad quemcumque effectum in actu exercito producendum requiri diuinam prædeterminationem. Contra hunc dicendi modum poſitum aſſertum

26. Probatur, & explicatur: Dum dicitur admiſſis phyſicis prædeterminationibus Deum cognoſcere futura contingentia conditionata independenter à decretis ex parte actus abſolutis, vel ſenſus eſt independenter ab huiuſmodi decretis Deum cognoſcere has veritates conditionatas, Petrus ſe determinabit ad ambulandum, ſi in talibus circunſtantiis phyſicè prædeterminabitur ad ambulationem; Non ſe determinabit &c. ſi in illis circunſtantiis phyſicè prædeterminabitur ad non ambulandum. Vel ſenſus eſt independenter ab huiuſmodi decretis, nec poſita pro conditione prædeterminatione phyſica Deum cognoſcere Petrum ambulaturum, ſi ponatur in iſtis circunſtantiis; non ambulaturum ſi in illis, quamvis deinde requiratur phyſica prædeterminatio, vt Petrus in actu exercito ambulet, aut nolit ambulare: ſed in primo ſenſu etiam ſi veritates illæ cognoſcantur indepenter à decretis, Deus tamen ipſas cognoſcendo non cognoſcit aliquod futurum contingens: In ſecundo, etiam ſi admittatur phyſica prædeterminatio ad ponendam ambulationem in actu exercito, Deus independenter à decreto non poteſt cognoſcere Petrum, ſi ponatur in talibus circunſtantiis ambulaturum potius, quàm non ambulaturum, ergo neque etiam admiſſis phyſicis prædeterminationibus ſuſtineri poteſt &c.

27. *Hoc futurū, Petrus ambulabit, ſi prædeterminabitur ad ambulationē, non eſt contingens.*

Minor probatur quoad primam partem: Futurum conditionatum, in quo conditio habet infallibilem omninò connexionem cum euentu in ratione futuri conditionati non eſt contingens; ſed futurum expreſſum in illa conditionali *Petrus ſe determinabit, &c.* eſt futurum in quo conditio habet infallibilem omninò connexionem cum euentu, prædeterminatio enim phyſica infallibiliter omninò coniungitur cum euentu, ad quem datur, ergo futurum expreſſum in illa conditionali non eſt contingens nec Deus cognoſcendo independenter à decreto veritatem illius conditionalis cognoſcit aliquod conditionatum contingens, vt magis conſtat ex impugnatione inſtātiæ ſuprapoſitæ *in* §. 2.

28. *Prædeterminatio ad exiſtentiam ſupponit decretum prædeterminans ad futuritionē.*

Probatur eadem minor, quoad ſecundam partem: Non poteſt præſupponi, & neceſſariò requiri prædeterminatio phyſica ad rei exiſtentiam, quin requiratur decretum prædeterminās ad rei futuritionem; non enim debet eſſe dependens creatura quælibet à Deo ſolùm in ſtatu exiſtentiæ, ſed etiam in ſtatu futuritionis, ergo admiſſis phyſicis prædeterminationibus pro exiſtentia cuiuſcumque rei contingentis, non poteſt reſpui decretum prædeterminans pro cuiuſcumque rei contingentis futuritione, ſiue abſoluta, ſiue conditionata, cum etiam futuritio conditionata debeat concedi à Deo dependens.

29. Confirmatur dum dicunt aduerſarij nec ſuppoſito decreto, nec poſita prædefinitione ex parte conditionis, ſciri à Deo determinate Petrum ambulaturum, ſi ponatur in talibus circunſtantiis, vtique ex parte conditionis debet ſupponi aliquis Dei concurſus; neque enim poteſt præuideri Petrus ambulaturus ſi ponatur in talibus circunſtantiis ſine concurſu Dei ſaltem ſub conditione parato per decretum, vt volunt aduerſarij, conditionatum etiam ex parte actus, tunc ſic arguo: Vel talis concurſus eſt determinatus ad ambulationem, vel eſt indifferens ad ambulationem, & nolitionem ambulationis: Si primum, propoſitio iſta conditionalis, Petrus ambulabit, ſi ponatur

Hoc futurū, Petrus am-

bulabit, ſi ponatur in circunſtãtiis cum cõcurſu determinato ad ambulationem non eſt contingens.

ponatur in talibus circumſtantiis cum concurſu determinato ad ambolationem, non continer futurum contingens propter infallibilem omninò connexionem cooeurſus diuioi determinati ad ambulationem com ambulatione. Sicque noo probatur: Deum cognoſcere independeoter à deeteto futorum aliquod contingens. Si ſecundum, contra repugnat Petrum poſitum in talibus circumſtantiis eum coocurſu indifferenti ambulare: ergo repugnar eondem præuideri, ſeu eſſe ambulaturum, ſi ponatur in talibus circunſtantiis cum concurſu indifferenti. Probatur hæc conſequentia. Per eas eauſas effectos exiſtit poſita conditione, per quas exilteret, ſi eooditio poneretur, & futurum conditionatum, vt tranſeat in abſolutum, nihil aliod debet reqoirere, quàm purificationem conditionis: ergo ſi purificatio illius conditionis, id eſt poſito in circonſtantiis cum concurſo iodifferenti non ſufficir, vt Petrus ambulet, neque etiam talis conditio ſuſpenſa ſufficier, vt Petros ſit ſub conditione ambulaturus: ergo admiſſis etiam prædefinitionibus pro actuali rei productione nequit præuideri res eriam ſub conditione futura iodependeoter à decreto prædeterminante.

30. Ex his habes ioani, & inutili conatu laborate eos, qui tentant coneiliare aut ſimol ſuſtinere ſcientiam mediam cum Prædeterminationibus. Admittendo enim prædeterminationes ad effectum quemlibet in actu ſecundo nec effugiunt, nec minuunt difficultates militantes contra futuritionem independentem à decreto, pro qua explodenda totas vites exerunt veri Propognatores decretorum prædeterminaotium. Certè in boe puncto verſamur inter ſententias, ſeu propoſitiones cootradictorias, quatum altera à nobis aſſerta ſic ſe habet, futura contingentia conditionata oon cognoſcuntur à Deo independenter à decreto ex parte actus abſoluto: altera aſſerta ab Aduerſariis ſic ſe habet, futora contingentia conditionata eognoſcuntur à Deo independenter à decreto ex patte actus abſoluto: Cum igitur contradictoria nec poſſint eſſe ambo ſimul vera, nec poſſunt medium admittete, quis aut ambas ſententias Mediiſtatum ſcilicet, & legitimè prædeterminantium ſimul ſuſtineat? aut ioter ipſas mediam ſententiaio conſtituat?

Scientia media, & prædeterminationes ſunt ſententiæ contradictoriæ, nec poſſunt aur conciliari, aut ſimul ſuſtineri.

---

§. V.

Quibus aliis modis probari poſſit non dari in Deo Scientiam mediam, qua cognoſcat futura contingentia conditionata independenter à decretis ex parte actus abſolutis?

31. ASSERTVM: Vltra argumenta in ſupetioribus allata probantia repuguare obiectum, quod ab aduerſatiis ſcientiæ mediæ triboitur, repugnare ſcilieet futurum aliquod condirionatum independenter à decreto ex patte actus abſoluto, aliis plutibus modis argui poteſt ad probandum non dari in Deo ſcienriam mediam, qua &c. Et quidem præter modum arguenoi à loeo extrinſeco, ſcilicer ab auctoritatibus, à quibus breuiter me expediam; per modum arguendi à loco intrinſeco, ſcilieet à ratione, procedere poſſumus vel negatiuè, vel poſitiuè; vel à priori, vel à poſteriori; ſicque quatuor ſubiicio generales modos imptobandi ſcientiam mediam ſcilicer auctoritatem: rationem negatiuam, rationem poſitiuam à priori, rationem poſitiuam à poſteriori.

Probatur primus modus, & impugnatur ſcientia media auctoritate; licèt enim SS. PP. illam expreſsè non reprobauerint, ex doctrina tamen *SS. Auguſtini, & Thomæ* præſertim in explicanda efficacia diuinæ gratiæ, & concordia creatæ libertatis cum increata præſcientia, ſatis colligitur ipſos ſtetiſſe pto decretis prædeterminantibus nullo explorato conditionato conſenſu creatæ libertaris cum quodam ſaltem apparenti præiudicio liberi arbitrij, cui beneficio ſcientiæ mediæ expeditam omninò, & à quolibet etiam apparenti detrimento reſtauratam liberratem vindicari aduerſatij gloriantur, vt tum adductis S. Doctoris teſtimooiis, tum maximè ex congregationibus hac de re habitis coram *Clemente VIII. & Paulo V.* diligentiſſimè oſtendũt Salmanticeoſes *tr.* 3. *diſp.* 10. *dub.* 2. *& ſequentibus.* Verùm diſſimulatà etiam poſitiuà SS. PP. auctoritate ſcientia media ſatis exploditur auctoritare negatiuà ex eo ſcilicet quod oec in SS. PP. nec in Conciliis, nec in Scriptotis vlla fiat mentio ſeientiæ mediæ, non ſolùm qooad nomen, ſed nec quoad rem per aduerſarios ſcientiæ mediæ nomine ſignatam, inctedibile quippè eſt tot accuratos interpretes, & ſolicitos indagatores mentis SS. PP. hoiuſmodi ſcientiam, ſi in ipſorom Codicibus contineretur, non agnouiſſe, adeò vt latuerit vſque ad annum 1560. io quo Fonſeca 6. *Metaph. cap.* 2. *quæſt.* 8. teſtatur à ſe primùm publicè traditam, & nimis indignè ſentit de aotiquis ſcholaſticis Heriee 1. *par. diſp.* 7. *cap.* 10. dum hanc ſcientiam ait fuiſſe ex Patribus erutam, & tamen antiquos ſcholaſticos latuiſſe. Neque hic rectè dicitur argumentom ab auctoritate negatiua infimum eſſe, qoamvis enim vt plurimum tale ſit, quando tamen agitur de re aliquâ grauiſſimâ de nouo inducendâ validiſſimum eſt, & faciendum plotimi; alioqui temerè quiſque poſſet noua inoenta io medium proferre, non ſine iniutia antiquotum PP. & Doctorum, quibus ignorantia rei grauis, & neceſſariæ tribueretur.

SS. PP. mẽtiõ nõ fecẽr a ſciẽtia media.

Argumentũ ab auctoritate negatiua aliquando eſt efficax.

Probatur ſecundus modus, & impugnatur ſcientia media ratione negatiuà: 32.
Scientia media neque eſt vtilis, neque neceſſaria præſertim in ordine ad ea, in ordine ad quæ à propriis auctoribus maximè vtilis, & maximè neceſſaria cenſetur, nimirum vel

in

ordine ad melius ſuſtinendam libertatem humanæ voluntatis, cuius actus facilè apparent liberi, ſi à Deo determinentur poſt præuiſum per ſcientiam mediam conditionatum conſenſum ipſius voluntatis, vel in ordine ad melius explicandam certitudinem diuinæ prædeſtinationis, quæ facilè apparet certa, ſi Deus prædeſtinet poſt præuiſa per ſcientiam mediam merita, & media, quibus qui prædeſtinatur, erat conſecuturus gloriam, ſi poneretur in illis circunſtantiis, in quibus ponitur, dum prædeſtinatur, ergo ſcientia media aſtruenda non eſt. Probatur antecedens quoad primam partem, quod ſcilicet nec ſit neceſſaria, nec vtilis ad creatam libertatem. Non eſt neceſſaria, quia decretum efficax prædeterminans nullatenùs lædit arbitrium, vt ex profeſſo tradetur *lib*.4. *cap*.6. §. 3. Non eſt vtilis, quia dum

Impugnatur prima vtilitas ſcientiæ mediæ.

ponit determinationem humanæ voluntatis antecedentem ad diuinum decretum, ponit determinationem independentem à Deo, ſicque deſtruit ipſam voluntatem; quia eo ipſo quod creatura à Deo non depender, deſinit eſſe. Deinde etiamſi antecedenter ad decretum præuideri poſſet determinatio voluntatis ſub conditione futura, futurus v. g. conſenſus, ſi ponatur in his circunſtantiis; diſſenſus, ſi in illis; adhuc, cum etiam per aduerſarios voluntas non à ſeipſa, ſed à Deo in his, vel illis circunſtantiis conſtituatur, conſenſus, vel diſſenſus non videtur eſſe perfectè liber reſpectu humanæ voluntatis, cum non ſit in poteſtate ipſius ſe ponere in illis circunſtantiis, in quibus eſt conſenſura; vel in illis, in quibus eſt diſſenſura: poterit que voluntas peccato conſentiens de Deo conqueri, quod ab ipſo conſtituta fuerit in circunſtantiis, in quibus præuiſa eſt peccato conſenſura, non in aliis, in quibus præuiſa eſt diſſenſura. Denique dato quod ſcientia media aliqualiter vtilis, & fauorabilis videatur humano arbitrio, cuius libertas cum illa facilius, quàm cum decretis phyſicè prædeterminantibus concordetur; leuis, & apparens vtilitas exceditur plurimùm à detrimento, quod ſi non euidenter, ſaltem magis apparenter ex ſcientia media ſubit diuina auctoritas, & libertas, dum neceſſe eſt quod Deus in ſuis determinationibus priùs exploret determinationes creatas, & iſtis ſuas conformet, Certè quoties ex duabus voluntatibus ad idem volitum ſe determinaturis vna debet alteri conformari, etiam primis naturalis luminis radiis eluceſcit congruentius eſſe, quod voluntas inferior conformetur ſuperiori, quàm è contra. Probatur primum antecedens quoad

33. Impugnatur ſecunda vtilitas ſcientiæ mediæ.

ſecundam partem, quod ſcilicet ſcientia media, nec ſit neceſſaria, nec vtilis ad melius explicandam certitudinem diuinæ prædeſtinationis: Ex eo enim, quod Deus optimè agnoſcat efficaciam ſuorum decretorum, quibus poteſt creatam voluntatem ad quæcumque ipſe voluerit media, & merita omnimoda infallibilitate mouere, maiorem habet certitudinem, quod voluntas prædeſtinati eliget, & exequetur media neceſſaria ad conſequendum finem prædeſtinationis, quàm habere poſſit ex iiſdem mediis præuiſis conditionatè futuris dependenter à determinatione creatæ voluntatis, quæ vtique non habet tantam, quantam diuinā in impedibilitatem, & infallibilitatem, Corroboratur maximè eadem ſecunda pars primi antecedentis ex iis, quæ *lib*.5. *cap*.3. §.4. Stabilientur de Prædeſtinatione, ſeu electione ad gloriam ante præuiſa merita. Præter duas allatas, & improbatas ſcientiæ mediæ vtilitates. Tertiam nonnulli

34. Impugnatur Tertia vtilitas ſcientiæ mediæ.

afferunt dicentes per ſcientiam mediam, qua Deus indepēdenter à proprio decreto præuideat voluntatē peccaturam, ſi ponatur in talibus circunſtantiis, rectè explicari quomodo Deus peccati auctor non ſit, nec ei poſſit peccatum imputari, quod ægrè defenditur dicendo Deum præuidere futurum peccatum in proprio decreto prædeterminante. Verùm hæc vtilitas nullatenus melior eſt cæteris, nam (præter quod Deus ponens voluntatem in circunſtantiis, in quibus præciſa eſt peccatura potiùs, quàm in illis, in quibus præuiſa eſt non peccatura, non adeò facilè eximitur ab omni imputabilitate peccati) ſatis, ſuperque conſtat Deum non eſſe peccati auctorem, nec imputari ei poſſe peccati malitiam; cum hanc prædeterminet decreto ſolùm permiſſiuo, quod habet cum peccato connexionem infallibilem conſequentiæ, non influentiæ, ſicque ex eo, quod non habeat cum peccato connexionem influentiæ, non eſt poſitiuum peccati principium, nec Deum facit peccati auctorem; ex eo, quod habeat connexionem conſequentiæ, eſt aptum medium ducens in peccati cognitionem, & Deum reddit peccati præuiſorem.

35. Scientia media impugnatur tribus generalibus principiis.

Probatur tertius modus, & impugnatur ſcientia media ratione poſitiua à priori, ſcilicet ex principiis requiſitis, vel ad cognitionem ex genere ſuo, vel ad cognitionem vt talem ſcilicet vt diuinam. Primò etenim ex obiecto, & potentia gigni notitiam commune principium eſt ab Ariſtotele, *D. Auguſtino*, *D. Thoma*, aliiſque ferè omnibus receptum, corruit verò apud Mediiſtas, qui ita admittunt cognitionem immediatam futurorum in ſeipſis, vt nolint Dei decretum, aut Dei eſſentiam decreto modificatam, aut aliud diuinum prædicatum, tanquam obiectum motiuum ad talem cognitionem concurrere, & ſic ne cogantur dicere talem cognitionem habere pro obiecto motiuo ipſas creaturas, ſeu ipſa futura docent intellectum infinitum non indigere obiecto motiuo contra illud generale principium ex obiecto, & potentia, &c. cuius principij vniuerſalitas probata eſt *ſuperius cap*. 2. §. 10. *ante probationem aſſerti*, *& aliis locis ibi relatis*. Secundò vt colligitur ex eodem *cap*.2. §.1. *&* 9. Si non commune, ſaltem receptiſſimum principium eſt, nihil creatum eſſe poſſe ſtrictè, & rigoroſè obiectum ſpecificatiuū cognitionis

Primum ex obiecto & potentia gignitur notitia.

Secundùm cognitio diuina nequit ſpecificari ab aliquo creato.

diuinæ, at ſi in cognitione futurorum Deus pro obiecto motiuo, & conſequenter ſpecificatiuo, nec habet proprium decretum, nec propriam eſſentiam decreto modificatam, concedendam protſus talem cognitionem, vel carere obiecto ſpecificatiuo, vel habere pro obiecto ſpecificatiuo ipſas creaturas fututas. Ad hunc tertium probationis modum ſpectat *in ſuperioribus* §. 5. probata repugnantia futuri conditionati independentis à decreto, ex repugnanria enim obiecti arguitur à priori repugnantia ſcientiæ tendentis in tale obiectum; quod enim non eſt, non ſcitur.

Tertiùm cognitio non poteſt eſſe ſine obiecto, vel de obiecto impoſſibili.

36. Scientia media impugnatur ex tribus abſurdis ad ipſam conſequentibus.

Probatur quattus modus, & impugnatur ſcientia media ratione poſitinâ à poſteriori, ex incommodis ſcilicet, & abſurdis ad ſcientiam mediam conſequentbus, ex quorum plurimis tria recenſeo: Primùm ſit quod poſitâ ſcientiâ mediâ tollitur à Deo ratio primæ cauſæ, & primi liberi: Secundùm quod tollitur ratio ſummæ omnipotentiæ: Tertiùm quod tollitur tatio perfectiſſimæ prouidentiæ.

Tollitur ratio primæ cauſæ, & primi liberi, quia poſitâ ſcientiâ mediâ prima radix futuritionis condirionatæ actuum liberorum eſſet creata voluntas, ergo in ordine ad tales actus Deus non eſſet prima cauſa, & primum liberum; antecedens probatur ante quamlibet particularem determinationem voluntatis diuinæ circa tales actus præuideretur fututitio conditionata actuum liberorum voluntatis creatæ, ergo prima radix &c. Neque ſufficienter ſuſtinent aduerſarij rationem primæ cauſæ ex eo, quod Deus antecedenter ad huiuſmodi præuiſionem præparet concurſum generalem indifferentem ad quidquid voluerit creata voluntas. Enim verò dato, quod poſſit talis concurſus indifferens præparari, non ſaluat in Deo rationem primæ cauſæ, quia concurſus ille, & voluntas generalis Dei non faceret voluntatem crearam magis ad vnum, quàm ad alium actum determinari, ergo determinatio provt eſt ad vnum potius, quàm ad alium actum adhuc haberet pro prima radice, & cauſa ipſam voluntatem creatam, non diuinam. Confirmatur & ſpecialiter probatur quod Deus non eſſet primum liberum datâ ſcientiâ mediâ Deus concurreret cum voluntate creata ſemper, vt determinatus ad vnum, ad illud ſcilicet, quod præuidet ſub conditione volitum ab ipſa creata voluntate, ergo concurreret per modum naturæ.

Primùm quod tolleretur à Deo ratio primæ cauſæ, & primi liberi.

37. Secundum quod tolleretur à Deo ratio ſummæ omnipotentiæ præſertim in ordine ſupernaturali, & gratioſo.

Tollitur ratio ſummæ omnipotentiæ, quia poſitâ ſcientiâ mediâ ſequitur Deum non poſſe conferre gloriam, gratiam, aut aliquod aliud beneficium ex plenitudine ſuæ poteſtatis eo tempore, & modo, quo voluerit, ſed dependere à circunſtantiis, in quibus præuidit hominem conſenſurum, acceptaturum beneficium, non poſiturum obicem gratiæ in quo plurimum detrahitur diuinæ potentiæ, præſertim in ordine ſupernaturali, & gratioſo: difficilius enim explicatur quomodo ſine præiudicio ſuæ virtutis ſecundùm legem præſertim ſupernaturalem, & extraordinariam omnipotentiſſimæ, debeat Deus explorare ad quid creatura ſe determinaret, antequam determinatè decernat operationem aliquam etiam ſupernaturalem, cui creatura ex propriis viribus eſt omnindò impar, ac improportionata: Quomodo item gratioſè prorſus ſua dona concedat, ſi tanquam aut rationem motiuam, aut neceſſariam conditionem, requirit antecedenter bonos actus conditionatè præuiſos ex parte eius, cui debet ſua dona concedere. Confirmatur datâ ſcienriâ mediâ ſummæ Dei omnipotentiæ detrimenta ex eo, quod illâ poſitâ ſequitur non poſſe Deum voluntatem creatam inclinare pro ſuo beneplacito ad eliciendum ſpecialem aliquem actum, puta amoris, ſed debere attendere circunſtantias, in quibus præuidit voluntatem talem actum elicituram, ſi in illis poneretur; ſicque habere Deum ſuam omnipotentiam quodammodo intra determinatas circunſtanrias coarctaram, adeo vt nequeat ipſam exercere, niſi iuxta modum, & ſeriem circunſtantiarum.

38. Tertiùm quod tolleretur à Deo ratio perfectiſſimæ prouidentiæ.

Tollirur ratio perfectiſſimæ prouidentiæ, quia non ſubſiſtit perfecta prouidentia in eo, qui cæco modo operatur abſque ſpeciali intentione, & præcognitione finis, ſed datâ ſcientiâ mediâ ſequitur Deum ita operari, ergo datâ ſcientiâ mediâ non ſubſiſtit in Deo perfectiſſima prouidentia. Minor probatur datâ ſcientiâ mediâ, Deus præparat concurſum indifferentem ad quidquid voluerit creatum arbitrium, ergo præparat concurſum, quem ignorat ad quid determinatè deſeruiet? Et quem per conſequens nequit ad aliquem determinatum finem ſpecialiter ordinare, ergo operatur cæco modo ignorando quid ſecuturum ſit ex ſuo decreto, & ex præparatione ſui concurſus, operatur abſque ſpeciali intentione, & præcognitione finis, quia ſpecialis & proprius finis operationis eſt effectus, neſcit autem Deus; quem effectum habiturum ſit ſuum decretum, & ſuus concurſus. Neque dicas Deum per ſcientiam mediam præuidendo quid factura ſit creata voluntas, præuidere etiam ad quid in particulari inſeruire debeat concurſus à ſe indifferenter paratus, ſicque non ignoranter, & cæco modo, ſed ſcienter, & ſummâ ſapientiâ operari. Contra enim ſaltem in ſigno antecedente ſcientiam mediam diuinus concurſus erit cæco modo paratus, & decretum de tali concurſu indifferenter exhibendo non erit effectus perfectæ prouidentiæ. Deinde nonnè eſt maxima Dei imperfectio, quod debeat quodammodo emendicare ab ipſa creata voluntate modum ſuæ operationis, determinationem ſui concurſus, & effectus, quos ipſe debet ſimul cum creata voluntate producere, nequeat in ſe ipſo cognoſcere, ſed tantùm in creata voluntate, vel in aliquo alio extra ſe.

Ex poſitis hucvſque probationibus, aliiſque

que pluribus, quas fuſiùs, acriuſque vrgent Thomiſtæ habetur quod momentis argumēta ſcientiā mediā inopugnantia præponderēt argumentis decreta prædefinitiua impugnātibus. Horum vis tota, & energia reſoluitur in læſionem ereatæ libertatis, quā Mediiſtæ gloriantur ſe tueri omninò expeditam, faciliuſque eum diuina præſcientia concordem. Verùm, & Prædeterminantes noo lædunt creatam libertatem, vt alibi tradetur; & Mediiſtæ, aut non multùm illi fauent, vt patet ex ſecunda probatione, & aut vt habetur ex quarta probatione quantùm fauent libertati creatæ, tantundem nocent diuinæ, in cuius tamen cultum, & obſequium nemo debet grauaté apparentem aliquam perniciem pati: tandem Mediiſtas non adeò facilè, vt iactant, conſiliate cum creata libertate increatam præſcientiam, euincunt diffieultates grauiſſimæ, quibus impetuntur, nec quando Mediiſtarum opinio eſſet captu facilior, & ad ſpeciem apparentior, deberet illico proclamari verior, cum experientia confirmet auctoritatem *Ariſtotelis* docentis multa falſa quandoque eſſe eredibiliora, & in ſpeciem probabiliora veris.

Non omnia captu faciliora ſunt in re veriora.

---

§. VI.

Vtrùm ſupra aſſerta ſcientia futurorum contingentium conditionatorum dependenter à decretis intuitiua ſit, an abſtractiua?

40. Scientia cōditionatorū meliùs dicitur abſtractiua quàm intuitiua.

ASSERTVM: Scientia futurorum contingentium conditionatorum meliùs dicitur abſtractiua, quàm intuitiua: Eſt ſcilicet abſtractiua abſolutè, intuitiua conditionatè: Ita Ioan. à S. Thoma 1. *part. q.* 14. *diſp.* 20. *art.* 5. *num.* 46. Salmant. *tract.* 3. *diſp.* 9. *dub.* 4. §. 3. *n.* 50.

Probatur, & explicatur: Cognitio intuitiua *iuxta poſita in vltimo*, §. *capitis præcedentis*, vel ſumitur propriiſſimè, & ſic fertur in rem non ſolùm exiſtentem pro aliqua differentia temporis, verùm etiam phyſicè præſentem cognitioni, & exiſtentem pro illa differentia temporis, pro qua exiſtit cognitio; vel ſumitur non adeò rigoroſè, & ſic fertur in rem exiſtentem, veréque poſitam extra cauſas pro aliqua differentia temporis, ſiue deinde talis differentia temporis ſit præterita, ſiue præſens, ſiue futura, quod aliqui explieant, dicendo ferri in exiſtentiam exercitam, ſeu in exercitium exiſtentiæ; at futura contingentia conditionata (loquor de futuris conditionatis ſimpliciter, quorum ſcilicet conditio nunquam purificabitur, & quæ ex conſequenti nunquam erunt, nam futura, quorum conditio purificabitur, & quæ aliquando erunt, tranſeunt in abſoluta, ſicque non ſunt conditionata ſimpliciter) non habent exiſtentiam exercitam, & extra cauſas poſitam per aliquā differentiā temporis, & à fortiori Deus ipſa non cognoſcit, vt ſibi ab æterno phyſicè præſentia ratione æternitatis ſe ab æterno extendentis ac differentiam temporis, in qua illa phyſicè exiſtunt, cum nulla ſit differentia temporis, in qua verificetur futurorum ſimpliciter conditionatorum phyſica exiſtentia: ergo cognitio futurorum conditionatorum, nec in toto rigore, nec in ſenſu vllo proprio dici poteſt intuitiua: ergo melius dicitur abſtractiua, quàm intuitiua. Quia tamen exiſtentiam exercitam, quam in re non habebunt futura ſimpliciter conditionata, habebunt, ſi conditio poneretur, huiuſmodi futurorum cognitio, quæ in re intuitiua non eſt, intuitiua eſſet, ſi conditio poneretur: & ſicuti iſta futura habent conditionatam, non abſolutam exiſtentiam exercitam; ita iſtorum cognitio, ſeu ſcientia eſt conditionatè, non abſolutè intuitiua: Nec debet videri difficilius, quod terminent ſcientiam, abſolutè abſtractiuam, conditionatè intuitiuam, quàm quod habeant exiſtantiam abſolutè non futuram, & pro nulla differentia temporis exercitam; conditionatè futuram, & exercitam pro differentia aliqua temporis futuri, adeò vt de ipſis verè dici poſſit, abſolutè non erunt, conditionatè erunt.

Rectè tamē dicitur intuitiua conditionatè.

41. Fruſtra hîc nonnulli, vt ſuſtineant ſcientiam conditionatorum eſſe ſimpliciter intuitiuam, recurrunt ad exiſtentiam exercitam medij in quo futura contingentia conditionata cognoſcuntur, quod re verâ habet exercitium exiſtentiæ, eum ſit ex ſupradictis decretum diuinum actu elicitum, vel eſſentia tali decreto modificata fruſtraneus inquam eſt huiuſmodi recurſus: cum ex vna parte exiſtentia medij cognitioni inſeruientis non ſit ſufficiens ad cognitionem intuitiuam, alioqui Deus, & Beatus cognoſcendo poſſibilia in diuina eſſentia verè exiſtente cognoſcerent illa intuitiuè, ex alia parte nulla ſit neceſſitas laborandi in ſuſtinenda ſimpliciter intuitiua cognitiono futurorum conditionatorum contingentium.

42. Dices eſſe huiuſmodi neceſſitatem, eò quia alioqui non omnia futura cognoſcerentur per ſcientiam viſionis, & vel futura conditionata contingentia cognoſcerentur per ſimplicem intelligentiam, per quam cognoſcuntur futura conditionata neceſſaria, & quæ ſcientia neceſſaria eſt; vel ad cognoſcenda conditionata contingentia deberet aſtrui ſcientia contra diſtincta à ſimplici intelligentia, & viſione, & quod eſſet relabi in ſcientiam mediam. Sed contra dico omnia futura cognoſci per ſcientiam viſionis, ſeruatâ tamen proportione inter viſionem, & futuritionem; ita vt ſcilicet illa futura, quæ habent futuritionem ſimpliciter, & abſolutam, cognoſcantur per ſciētiam, quæ ſit viſionis ſimpliciter, & abſolutè; illa, quæ habent futuritionem ſecundùm quid, & conditionatā cognoſcantur per ſcientiam, quæ ſit viſionis ſecundùm quid, & conditionatè; ſimpliciter verò, & abſolutè, ſicuti ſunt præcisè poſſibilia, non futura, ita cognoſcantur per ſimplicem intelligentiam, non per viſionē, nec ideò eodē protſus modo

Quo ſenſu omnia futura cognoſcātur: ſcientiā viſionis.

per ſimplicem intelligentiam attinguntur futura conditionata cootingentia, quo futura conditionata neceſſaria, nam iſta dummodo ſumantur, vt important ſolùm veritatem illationis, nullatenus eaiſtentiam; attinguntur per ſimplicem intelligentiam præcisè nullatenùs, per viſionem, item attinguntur per ſimplicem intelligentiam, vt eſt ſcientia omninò neceſſaria antecedens omne decretum liberum; illa verò, id eſt conditionata contingentia, ita attinguntur per ſimplicem intelligentiam, vt attingantur etiam per viſionem; per illam abſolutè, per iſtam conditionatè; item attinguntur per ſimplicem intelligentiam, vt eſt ſcientia aliqualiter libera, ſupponens ſcilicet liberum Dei decretum, licèt non abſolutè eatrahens rem futuram à ſtatu poſſibilitatis. Vnico verbo dico futurum contingens conditionatum ſub diuerſa ratione attingi, tum à ſimplici intelligentia, tum à viſione. Quod ſi aliquis contendat melius dici quod attigatur à tertia quadam ſciẽtia participante, tum de ſimplici intelligentia, tum de viſione, & inter hanc vtramque quodammodo media: non multùm diſſentiam, non enim ſcrupuloſè reſpuo quodcumque nomen ſcientiæ mediæ, quo ſignetur præcisè tertia ſcientia inter alias duas media, dummodo pro talis ſcientiæ obiecto non aſſignetur futurum contingens conditinnatum independens à decreto ea parte actus abſoluto. Hoc obiecto ſemoto non eſt mihi graue concedere in Deo tres ſcientias virtualiter diſtinctas, quarum altera dicatur purè poſſibilium, altera futurorum cootingeotium abſolutorum, altera futurorum cõtingentium cõditionatorum. Prima nominetur ſimplea intelligentia, & ſit totaliter abſtractiua. Secunda viſio, & ſit totaliter intuitiua. Tertia media, & ſit abſtractiua abſolutè, intuitiua conditionatè.

Spectant ſub diuerſa ratione tum ad ſimplicem intelligentiã tum ad viſionem, vel ad tertiam quandam ſcientiam de vtraque participantem.

43.

Sententia tum prædeterminantiũ, tum mediſtarum immunis eſt à cenſura.

Pro complemento huius capitis aduerto, neutram ex agitatis hucuſque ſententiis poſſe Cenſurâ vllâ notari, & licèt nonnulli nimis affecti decretis prædeterminantibus obiicere ſoleant mediiſtis, quod nimis fauendo creato arbitrio, & viribus naturæ deflectant in Palagianiſmum: Nonnulli è contra nimis addicti ſcientiæ mediæ imponant Prædeterminantibus, quod magnificando diuinorum decretorum efficaciam nimis imminuant creatam libertatem, & ſapiant Caluiniſmum: nihilominus vtriuſque ſententiæ auctores ſatis ſe tuentur à Pelagianiſmo, & Caluiniſmo reſpectiuè alienos. Cumque in diſputationibus habitis ſub *Clemente VIII. & Paulo V.* hac de re, & poſt ipſas non fuerit aliquid dogmaticè definitum, ſentiendum & neutram partem poſſe ab aliquo priuato Doctore dogmaticè damnari, aut notari cenſurâ: nec poſſunt, niſi diſputationis efferueſcentiâ excuſari, qui in alteram ea his ſententiis inuehuntur adeò, vt cenſurent & dogmaticè damnent.

CAPVT V.

De proprietatibus Scientiæ Dei.

MISSIS proprietatibus communibus ſcientiæ creatæ, nimirum quod ſit cognitio vera, certa, & euidens, quas in gradu excellentiſſimo ſibi vindicat ſcientia Dei, ſicuti in gradu excellentiſſimo ſibi vindicat communem rationem ſcientiæ. Inter proprietates proprias, & particulares ipſius ſcientiæ Dei, tres potiſſimùm occurrunt, aut digniores cæteris, aut difficiliores. Prima quòd ſit rerum omnium cauſa. Secunda quòd contineat rerum omnium ideas; Tertia quòd ſit ſimpliciter inuariabilis. His tribus proprietatibus explicatis reliquæ celeri calamo deſcribentur. 1.

---

§. I.

An, quomodò, & quæ Scientia Dei ſit cauſa rerum?

2.

Conſtat tum ſupernaturaliter, tum naturaliter ſcientiam Dei eſſe cauſam rerum.

ASSERTVM I. Certum eſt lumine tum fidei, tum naturæ ſcientiam Dei eſſe cauſam rerum, ſeu ſcientiam ea parte Dei concurrere ad res omnes cauſandas. Ita non ſolùm omnes Catholici cum D. Thoma *prima parte, quæſt.* 14. *artic.* 17. *in* 1. *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *artic.* 1. 1. *contra Gentes, cap.* 62. *& quæſt.* 2. *de verit. artic.* 14. verum etiam plures antiqui Philoſophi fidei lumine deſtituti, inter quos Ariſtoteles 12. *Metaph. cap.* 2. & Anſaagoras apud eumdem Ariſtotelem 3. *de anima text.* 4.

Probatur prima pars de lumine fidei auctoritatibus Scripturæ Prou. 3. *Dominus ſapientiâ fundauit terram* Pſalm. 103. *Omnia in ſapientia feciſti.* Pſalm. 135. *Qui fecit cælos in intellectu.* Confirmatur de fide eſt voluntatem diuinam eſſe aliquo modo cauſam rerum, habetur enim Pſalm. 113. *Omnia quæcumque voluit, fecit ad Epheſ.* 1. *Operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*; ſed ad id omne, ad quod concurrit voluntas neceſſe eſt concurrere etiam intellectum ea regula illa generali, voluntas non fertur in incognitum: Nihil eſt volitum, quin præcognitum. Confirmatur inſuper res creatæ ad Deum ſe habent vt artificiata ad artificem; Deus enim, ſeu diuina ſapientia eſt rerum omnium artifex, quod quidem de fide eſſe colligitur ex pluribus ſcripturæ litteris Sap. 7. *Omnium artifex docuit me ſapientia.* Sap. 8. *Quis horum, quæ ſunt magis, quam illa eſt artifex.* Sap. 13. *Neque operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex,* 3.

ſed

ſed ſcientia artificis eſt cauſa artificiatorum, ergo ſcientia Dei, &c. Hæc vtraque confirmatio ſupponit conſequentiam deductam ex vna præmiſſa de fide, alterâ naturaliter certa eſſe materialiter, & ſpecificatiuè de fide.

Probatur ſecunda pars de lomine naturæ
3. ratione naturali: Certum eſt naturali lumine deberi Deo perfectiſſimum, & optimum operandi modum, cum enim Deus *ex lib. t. cap. 5. §. 3.* ſit in omni genere infinitè perfectus, neceſſe eſt, quod habeat perfectiſſimum modum non ſolùm eſſendi, verùm etiam operandi; ſed modus operandi per ſcientiam, & intellectum eſt perfectiſſimus, & optimus, ergo naturali lumine certum eſt deberi Deo, adeoque naturali lumine conſtat ſcientiam Dei eſſe cauſam rerum. Minor probatur tum quia modus operandi ſequitur modum eſſendi, ſicuti igitur modus eſſendi intellectiuus eſt omnium optimus, melius quippè eſt viuere, quàm non viuere; melius item viuere vitâ intellectiuâ, quàm aliâ quacumque vitâ, ita debet eſſe omnium optimus modus operandi intellectiuus, tum quia operans per intellectum dirigit, & gubernat cætera agentia, &, vt communiter dicitur, opus naturæ eſt opus intelligentiæ, id eſt agens per modum naturæ regulatur ab agente per modum intelligentiæ. Cum igitur regula ſit perfectior; & melior regulato, conſequens eſt modum operandi per intellectum optimum eſſe, & perfectiſſimum. Confirmatur ex prærogatiua artificis, quam naturaliter euidens eſt Deo conuenire, vt ſuprà indicabamos *c. t. §. 4 in fine*, de conceptu autem artificis eſt per ſcientiam operari, cum artifex arte conſtituatur, quæ eſt ſcientia agendorum. Confirmatur inſuper ex totius Vniuerſi ordinatiſſima ſerie, & creaturarum omniū perfectiſſima ſymmetria, quæ, cum ex ſupradictis de exiſtentia Dei, demonſtrent Deum ſub ratione intelligentis, vtique demonſtrant eundem per ſcientiam, ſeu intellectum concurrere ad ordinatiſſimam huiuſmodi ſeriem producendam, & conſeruandam. Accedit quod ordinare eſt operatio intellectus, ordinata igitur rerum ſeries nequit non eſſe concurrente intellectu. Confirmatur tandem ex libertate, quam naturaliter euidens eſt Deum exercere in res creatas, modus autem operandi liberè eſt modus operandi per voluntatem, & intellectum, cum ex voluntate, & intellectu libertas conſurgat, ergo.

Opus naturæ eſt opus intelligentiæ.

4. Assertvm II. Scientia Dei eſt cauſa rerum directiuè tantùm, non executiuè. Ita Durandus *in 1. diſtinct. 38. quæſt. 1.* Suar. *in Metaph. diſputat. 30. ſect. 17. numero 47.* Lugus *prima parte, diſputatione 34. capite 2. numero 11.* Arriaga *diſputatione 40. ſect. 2. numero 7.* De Quiros *quæſt. 14. artic. 8. numero 69.* Auerſa *quæſt. 25. ſect. 3.* & alij plures præſertim ex recentioribus contra Salmant. *prima parte, tract. 3. diſp. 5. dub. 3. §. 2.* Aluarez *de aux. lib. 3. diſp. 17.* & vltra omnes ferè Thomiſtas Vaſquius *1. parte, diſp. 102. cap. 3.* Didacum Ruiz *de prouidentia diſp. 3. ſect. 9. num. 2.*

Scientia Dei cauſat res directiuè tantum, non executiuè.

Probatur primò. Scientiæ Dei nequa vt eſt ſcientia, neque vt eſt ſcientia Dei, conuenit concurrere plus quàm directiuè ad res cauſandas, ergo ſcientia Dei eſt cauſa rerum, &c. Probatur antecedens quoad primam partem Scientia vt ſcientia eſt, etiamſi ſit practica, habet ſolùm præſcribere modum operandi, illuminare operantem, proponere opus, &c. Sed hæc, & ſimilia non important concurrere pluſquam directiuè, ergo. Probatur antecedens quo ad ſecundam partem; ſcientia Dei, vt ſcientia Dei eſt, habet ſolùm quod ſit perfectiſſima, & infinita in formali ratione ſcientiæ, at non habet, quod egrediatur ex tali ratione formali; ſed de ratione formali ſcientiæ non eſt concurrere ad opus plus quàm directiuè, ergo ſcientia Dei, vt ſcientia Dei eſt, ìmportat ſolùm perfectiſſimum, & infinitum modum concurrendi ad res cauſandas directiuè, at non peruenit ad modum concurrendi exequutiuè, quod eſſet egredi è ratione formali ſcientiæ.

Scientia vt ſcientia, cauſat res directiuè tantū.

Dices, ſcientia ſecundùm ſe, ſicuti præſcindit ab eo, quod ſit ſpeculatiua, vel practica, adeóque ab eo, quod vel ſolum attingat obiecti veritatem, vel etiam dirigat ad obiecti efficientiam; ita ſcientiam practicam ſecundùm ſe præſciodere ab eo, quod vel dirigat ſolùm, vel etiam exequatur obiecti efficientiam, & quia in ſuperioribus reperiri ſolent vnita, quæ ſunt in inferioribus diſperſa, ſciantiam omnium ſupremam, qualis eſt ſcientia Dei, in ſe ipſa vnite hæc omnia nimirum attingere veritatem, dirigere, & exequi efficientiam obiecti. Sed contra: ſi appareret in creatis aliquod veſtigium ſcientiæ practicæ per ſe ipſam exequentis opus, ad quod dirigit, aliquale robur præ ſe ferret inſtantia, at cum in creatis nullum huiuſmodi veſtigium reluceat, non video quo fundamento dicatur ſcientiam practicam præſcindere ab eo, quod opus vel dirigat tantùm, vel dirigat ſimul, & exequatur. Quod additur eſſe in ſuperioribus vnita, quæ ſunt in inferioribus diſperſa, procedit ſeruatâ proportione, ita vt ſcilicet ea, quæ ſunt in inferioribus diſperſa ſub eadem ratione formali, ſint ſub eadem ratione formali in ſuperioribus vnita. Quæ verò ſub diuerſis rationibus formalibus ſunt in inferioribus diſperſa, ſunt pariter ſub diuerſis rationibus formalibus vnita, ſeu identificata in ſuperioribus. Cum igitur in creatis ſcientia practica, & virtus, ſeu potentia executiua, ſint diſperſæ ſub diuerſis rationibus formalibus, poſſunt quidem, & & debent in ſuperioribus, & maximè in Deo identificari, & vniri, at non ſub eadem ratione formali ſcientiæ practicæ: alioqui eodem modo probaretur ſub ratione formali ſcientiæ contineri in Deo voluntatem, immenſitatem, æternitatem, &c. 5.

Probatur ſecundò: Si ſcientia Dei eſt cauſa rerum etiam executiua, maximè quia in Deo neque virtualiter diſtinguitur potentia, ſeu virtus executiua à ſcientia, & voluntate, ſed hoc eſt falſum, ergo. Maior

eſt potiſſimum aduerſariorum fundamentum, qui ad talem indiſtinctionem aſtruendam dueuntur maximè ex eo, quod valde derogaretur perfectioni intellectus, & voluntatis diuinæ, ſi ſe ipſis, non ſufficerent in ordine ad productionem rerum ad extra, ſed virtute executiuá diſtinctá indigerent: eſſet id etiam malè conſonum ſcripturis, in quibus productio rerum ad extra quandoque tribuitur intellectui, quandoque voluntati, adeóque indicatur in Deo principium productiuum rerum ad extra ex intellectu, & voluntate coaleſcere: tribuitur intellectui Gen. 1. *Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt, &c.* Pſalm. 32. *Verbo Domini Cœli firmati ſunt*, Pſalm. 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt:* Tribuitur voluntati Pſalm. 121. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit*, Eph. 1. *operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* His Scripturæ teſtimoniis robur accedit ex verbis D. Leonis Serm. 2. *de Natiuit. Deus cuius natura bonitas, cuius voluntas, potentia, &c.* & D. Auguſtini *lib. meditationum cap. 29. cuius* (ſubintellige) *voluntas opus, cuius velle poſſe eſt:* Verùm hæ auctoritates excludunt ſolùm realem, non virtualem diſtinctionem inter diuinam voluntatem, & potentiam executiuam, loca Scripturæ inferunt ſolùm Deum per intellectum, & voluntatem concurrere ad rerum productionem, at non inferunt per intellectum, & volontatem concurrere executiuè, nec aliter intelligi poſſe tum Scripturas, tum PP. colligitur ex probationibus. Minoris ſuprapoſitæ, ideo

7. Potẽtia executiua diſtincta à ſcientia, & volũtate nec derogat perfectioni ſciẽtiæ, & voluntatis.

Probatur minor primi argumenti primò euertendo rationem aduerſariorum. Non derogatur perfectioni alicuius diuini attributi per hoc, quod ipſi non tribuantur formaliter ea, quæ ſunt ſub diuerſá ratione formali propriá alterius attributi, alioqui deberet intellectus velle per ſe ipſum formaliter ſine voluntate virtualiter diſtincta; ſed exequi rerum productionem ad extra eſt ſub ratione formali diuerſa à prædicatis ſcientiæ, & voluntatis; nam prædicata ſcientiæ ex ſuperiori prima probatione ſunt illuminare operantem, proponere opus: prædicata voluntatis, vt patet diſcurrenti per voluntatis actus, ſunt intendere finem, eligere media, applicare ad opus, ergo per hoc quod exequi non tribuatur formaliter ſcientiæ voluntati, ſed virtuti executiuæ virtualiter diſtinctæ, non derogatur perfectioni ſcientiæ, & voluntatis diuinæ: Multò minus derogatur perfectioni ipſius Dei ſecundùm ſe cum enim virtualis diſtinctio perficiat diuinam ſimplicitatem; hæc quippe eo minus infinita eſt, quo magis caret virtuali compoſitione, & æquiualet paucioribus; eò ipſo, quod in Deo reperitur conceptus formalis virtutis executiuæ, niſi aliunde aſſignetur neceſſitas indiſtinctionis debet talis virtus aſſeri virtualiter diſtincta ab intellectu, & voluntate, vt faueatur magis perfectioni ſimplicitatis diuinæ in maiori compoſitione virtuali ex pluribus virtualiter diſtinctis magis elucentis.

Nec perfectioni ſimplicitatis Dei imo huic fauet.

Probatur eadem minor ſecundo diſtinctio rationis abſolutè vſurpata ſtat pro diſtinctione rationis ratiocinatæ habentis pro fundamento diſtinctionem virtualem: ſed *D. Thomas* docet abſolutè virtutem executiuam in Deo diſtingui ratione ab intellectu, ſeu ſcientia, & voluntate, ergo admittit conſequenter diſtingui etiam virtualiter. Minor probatur ex verbis S. Doctoris 1. *parte, quæſt. 25. ad 4. Potentia non ponitur in Deo, vt aliquod differens à ſcientia, & à voluntate ſecudùm rem, ſed ſolùm ſecundùm rationem, in quantum ſcilicet potentia importat rationem principij exequentis id, quod voluntas imperat, & ad quod ſcientia dirigit.* Colligitur hæc eadem mens S. Doctoris ex antecedenti *quæſt. 19. art. 4. ad ſecundum: Quia eſſentia Dei eſt eius intelligere, & velle ex hoc ipſo, quod per eſſentiam ſuam agit, ſequitur quod agat per modum intellectus, & voluntatis* ſicuti igitur eſſentia Dei ab eius intelligere, & velle diſtinguitur ratione ratiocinata, & virtualiter ita debet ſecundùm *D. Thomam* ratione ratiocinatam, & virtualiter diſtingui ab eodem intelligere, & velle vis actiua, ſeu executiua. Inſuper *eodem art. 4. ad 4.* habetur ſcientiam dirigentem voluntatem imperantem, & potentiam exequentem eſſe vnum in Deo ſicuti igitur ſcientia, & voluntas ſunt vnum abſque excluſione diſtinctionis virtualis, ita debent ſine excluſione eiuſdem diſtinctionis eſſe vnũ ſcientia, & potentia: Idem efficacius deducitur ex ſupracitata *quæſt. 25. art. 5. ad 1. In Deo eſt idem potentia, & eſſentia, & voluntas, & intellectus, & ſapientia, & Iuſtitia.* 8.

Probatur eadem minor tertiò licet actus ſecundus, ſeu exercitium potentiæ executiuæ in Deo ſupponat ſcientiam, & voluntatem, & in hoc ſenſu D. Thomas *quæſt. 25. cit. art. 4. ad 4.* doceat *conſiderationem ſcientiæ, & voluntatis præcedere in Deo conſiderationem potentiæ.* Actus tamen primus, ſeu potentia ipſa executiua ſecundùm ſe, ſeu in actu ſignato à ſcientia, & voluntate ſupponitur; vnde ait idem D. Thomas *eadem q. art. 5. ad 1. Ideo Deus aliquid facit, quia vult, non tamen ideo poteſt, quia vult, ſed quia talis eſt in ſui natura:* Si igitur Deus ideo poteſt ſeu habet potentiam executiuam, quia talis eſt in ſui natura, ſicuti prius eſt, quod talis ſit in ſui natura, quàm quod ſit volitiuus, ita etiam prius eſt, quod ſit potens, quàm volitiuus: ratio huius habetur ex doctrina *articuli tertij eiuſdem quæſtionis*, vbi traditur omnipotentiam, quæ nihil eſt aliud quàm virtus executiua conuenire Deo, prout eſſe diuinum continet omnem rationem entis: Ex quo ſic arguo, potentia executiua, ſeu omnipotentia profluit à diuina eſſentia, vt omnia contineat in eſſe entitatiuo, virtus intellectiua, & à fortiori tum ſcientia, tum voluntas, quæ vtraque ſubſequitur ad virtutem intellectiuam, profluit à diuina eſſentia, vt omnia continet in eſſe intentionali, ſed continentia entitatiua præcedit continentiam 9.

9. Potẽtia executiua in actu exercito ſubſequitur; in actu ſignato præcedit ſcientiam, & voluntatem.

Deo prius conuenit continen-

tia rerum entitatiua quàm intentionalis.

nentiam iutentionalem; prius enim res quælibet ſupponitur iu eſſe entitatiuo, quàm in eſſe intentionali, ergo potentia executiua, vtpotè conſequens ad continentiam priorem profluit à diuina eſſentia antecedenter ad virtutem intellectiuam, ad ſcientiam, ad voluntatem. Accedit quod communiter Deos dicitur cognoſcere omnia poſſibilia tum in propria eſſentia, tum in propria omnipotentia, ergo ad ſcientiam in Deo non ſolùm ſupponitur diuina eſſentia, tanquam principium radicale, & primordiale creaturarum, verùm etiam omnipotentia tanquam principium executiuum, & proximum.

10. Potētia executiua diſtinguitur virtualiter à diuina eſſentia.

Diſplicet hîc doctrina *Suarezij*, qui loco ſuprà citato ita diſtingoit in Deo virtutem executiuam à ſcientia, & voluntate, vt illam deinde nullatenùs diſtinguat ab ipſa diuina eſſentia, quam vult eſſe per ſe ipſam formaliter principium tum radicale, & primordiale, tum etiam executiuum, & proximum cuiuſcumque productionis ad extra. Diſplicet inquam primò, quia *Suarez* non loquitur cooformiter ad id, quod antecedenter poſuit *eadem diſp.*30. *Metaph.ſect.*15. *numero* 14. vbi ſtatuit ſcientiam eſſe formaliſſimum conſtitutiuum diuinæ eſſentiæ, quomodo enim ſtat potentiam executiuam in Deo diſtingui virtualiter à ſcientia, & non diſtingui virtualiter ab eſſentia, ſi hæc formaliſſimè conſtituitur per ſcientiam. Secundò quia contra communem ſenſum Theologorum iu re negat omnipotentiam eſſe diuinum attributum, cum de conceptu attributi ſit eſſentiæ conuenire per modom proprietatis, & ab eſſentia virtualiter diſtingui *ex ſupradictis lib.* 1. *cap.*3. §. 1. *&* 5. Tertiò quia ſumma infioitas, ratione cuius *Suarez* exiſtimat diuinam eſſentiam per ſe ipſam ſufficere in ratione principij, tum radicalis, tum proximi abſque virtute executiua diſtincta excludit virtutem diſtinctam realiter, non virtutem, ſeu potentiam diſtinctam virtualiter; cum in maiori diſtinctione virtuali, & æqoiualentia ad plura infinitas ipſa magis eluceſcat.

11. Deus cauſat res per ſimplicem intelligētiam, non per viſionem.

Assertvm III. Scientia Dei, quæ eſt cauſa rerum, non eſt ſcientia viſionis; ſed eſt ſcientia ſimplicia intelligentiæ, vt habet actum voluntatis adiunctum. Ita Riccardus *in* 1.*diſt.* 38. *artic.* 1. *quæſt.* 2. Alenſis *prima parte, quæſt.* 24. *membr.*5. Molinæ *quæſtione* 14. *articul.*13 *diſputat.* 15. §. *His explicatis*, Valentia *diſput.* 1. *quæſt.*14. *punct.* 8. Vaſq. *diſputat.* 68. *cap.*6. Lugus *lib.* 1. *diſputat.* 34. *cap* 2. *num.* 9. Arriaga *diſputat.* 18. *ſect.*1. *ſubſect.* 3. Auerſa *quæſt.*14. *ſect.* 26. *&c.* contra Salmant. *tract.* 3. *diſput.* 5. *dub.* 2. §. 2. *num.*26. Io. à S. Thoma *diſput.*18. *articul.*3. Syluium *quæſt.* 14. *artic.*8. De Quiros *quæſtione* 24. *artic.*8. *num.* 59. alioſque nonnullos ſecutos torrentem Thomiſtarum pro ſe afferentium *D Thomam*, quem tamen Arriaga *loco citato numero* 15. apertè air numquam docuiſſe quod ei *Thomiſtæ* tribuunt: Eſt inſuper aſſertum contra Ioannem Vincentium *relect. de gratia Christi, quæſt.* 6. *dubio* 1. aſſignantem pro cauſa rerum ſcientiam approbationis, tanquam tertiam quandam ſcientiam contradiſtinctam à ſimplici intelligentia, & viſione in eo, quod ſcientia ſimplicis intelligentiæ reſcipiciat res, vt poſſibiles; ſcientia viſionis res, vt futuras; ſcientia approbationis res vt faciendas. Verùm cum approbatio ſit actus voluntatis, non debet ratione approbationis. Tertia ſcientia diſtingui, & illa ſcientia, quæ adiuncto actu voluntatis res cauſat, ſiue ſit viſio iuxta Thomiſtas, ſiue ſit ſimplex intelligentia iuxta noſtrum aſſertum, rectè dici poteſt ſcientia approbationis, cum præſertim admittatur à D. Thoma *prima parte, quæſt.*14. *articul.*8. *in C.* illis verbis. *ſcientia Dei ſecundùm quod eſt cauſa rerum, conſueuit nominari ſcientia approbationis*, nec nos contendendo de nomine volumus ſcientiam cauſatiuam rerum nominari non debere ſcientiam approbationis, ſed non reprobatu approbationis nomine dicimus talem ſciennam quomodocumque nominetur in ratione ſcientiæ non diſtingui à ſimplici intelligentia.

Scientia approbationis dici poteſt cauſa rerum, at in ratione ſcientiæ non diſtinguitur à ſimplici intelligentia.

Probatur prima pats ſcientia viſiouis ſupponit res futuras, ergo non eſt cauſa rerum; conſequentia patet, quia cauſa non poteſt ſupponere ſuum effectum, imò cum debet eſſe ſuo effectu prior, debet ipſa ad effectum ſupponi, nec niſi deuotando mutuam prioritatem ſuſtineri poteſt, quod cauſa effectum præſuppouat; antecedens probatur ſcientia viſionis eſt intuitiua, & cognoſcit res in decreto, ſed res tum vt terminat ſcientiam intuitiuam, tum vt ſubeſt decreto efficaci diuinæ voluntatis eſt exiſtens, ergo ſcientia viſionis attingit res, vt exiſtentes, in ipſis inuenit, non ponit exiſtentiam; ipſas ſupponit, non facit futuras. Confirmo argumentum tum auctoritate D.Thomæ *prima parte, quæſt.* 14. *articulo* 8. *in C. Sic ſcientia Dei ſe habet ad omnes creaturas, ſicut ſcientia artificis ſe habet ad artificiata, ſcientia autem artificis eſt cauſa artificiatorum, &c.* quibus verbis ſcientia, qua Deus cauſat res ad extra comparatur ſcientiæ, qua artifex cauſat artificiata, certum autem eſt ſcientiam, qua artifex in creatis cauſat artificiata non eſſe ſcientiam intuitiuam tendentem in artificiata iam exiſtentia, cui correſpondet in Deo ſcientia viſionis: Tum ex doctrina receptiſſima in Schola Thomiſtica, quod ſcilicet ſcientia viſionis attingat certò, & intuitiuè futura non ſolùm ratione decreti efficacis, verùm etiam ratioue præſentiæ phyſicæ futurorum in æternitate ab æterno, ex quo ſequitur ſcientiam viſionis præſupponere non ſolùm decretum transferens res à poſſibilitate ad exiſtentiam, verùm etiam ipſammet phyſicam rerum exiſtentiam, quomodo autem ſcientia poteſt eſſe cauſa obiecti cuius phyſicam exiſtentiam, & præſentialitatem ſupponit. Huic probationi ex principiis etiam Thomiſticis contra Thomiſtas confirmatæ varias adhibeut Thomiſtæ reſponſiones, quarum ſolidiorem, ni fallor,

12.

Scientia viſionis ſupponit res futuras.

Idque confirmatur iû auctoritate D. Thomæ.

Tum doctrina Thomiſtica.

ſubſtantiam

ſubſtantiam in ſequenti inſtantia ſubiicio. Ideo

13. Dicces dupliciter conſiderari poſſe res futuras vel ſolùm inchoatiuè, initiatiuè, & ordine intentionis; vel etiam complerè, adæquatè, & otdine executionis: Primo modo ſufficit rerum futuritioni ſimplex intelligenria oſtendens voluntatí diuerſas diuerſarum rerum conuenientias, in quibus voluntas aliquas præ aliis eligat, & ad exiſtentiam transferre decernat; vt tamen ea, quæ voluntas elegit, & decreuit executioni mandentur requiritur alia motio intellectus executionem imperantis, eandemque dirigentis, quæ motio, atque directio cum ſubſequatur diuinum dectetum ſpectat ad viſionem, non ad ſimplicem intelligentiam, & ideo ſecundo modo, ideſt complerè, adæquatè, & otdine executionis viſio non ſupponit, ſed facit res futuras, nec propterea huiuſmodi ſcientia deſinit eſſe intuitiua, & viſionis, quia ſufficit ad viſionem, & intuitum, quod feratur in obiectum ſimul tempote, & durarione exiſtens; nec refert, quod ipſum naturâ, & cauſalitate præcedat, vt exemplificari poteſt in diuinis, vbi Parer habet notitiam intuitiuam filij etiam pro illo ſigno, pro quo præcedit origine filium. Porrò quod poſt voluntatem intentiuam requiratur actus intellectus imperantis, & regulantis exequutionem pro completa rei futuritione, probatur quo ad actum dirigentem, & regulantem ex eo, quod non ſolùm intentio, verùm etiam exequutio rei difficilis eſt, & poteſt malè fieri, ſi ſine regula, ſine luce intellectus, & cæco modo fiat: vnde actus ſecundus diuini intellectus, vt nos etiam in huiuſce libri limine inſinuauimus, continet tum perfectionem prudentiæ dirigentis actus internos, & ordinem intentionis; tum perfectionem artis dirigentia opera externa, & ordinem executionis: Probatur item quo ad actum imperij, quia ex vna parte executio eſt imperanda; potentia enim executiua non niſi imperata operatur. Ex alia parte imperare ſpectat ad intellectum, intellectus enim eſt potentia locutiua, exercetur autem imperium per locutionem, & imperare eſt dicere fac hoc; vnde in Scriptura ipſa imperium per locutionem exprimitur

14. Decretum efficax ſine ſubſequente imperio intellectus dat completam futuritioné.

Gen. 1. *Dixit Deus fiat lux*: Pſalm. 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt.* Sed contra hæc doctrina plura continet non admittenda: Non admittendum eſt primò, quod decretum efficax non ſufficiat ad tribuendam completam futuritionem abſque ſubſeqoente intellectus imperio, & tali imperio indigere prouenit ex imbecillitate decreti; non eſt item neceſſaria ad ordinem executionis directio diuerſa ab ea, quæ inſeruit ordini intentionis, ſed ſufficit iſtius continuatio, vt

15. Cognitio intuitiua non poteſt eſſe natura prior exiſtentiâ obiecti.

patebit ex probatione ſecundæ partis poſiti aſſerti. Non admittendum eſt ſecundò: ſcientiam intuitiuam contentam eſſe ſimultanea obiecti coëxiſtentia, quo ad durationem ſine ſimultate quo ad naturam, nam ita ſe habet cognitio intuitiua ad obiectum exiſtens, ſicuti cognitio in genere ad obiectum in genere; ſicuti igitur cognitio ex genere ſuo debet eſſe ſimul non ſolùm duratione, verùm etiam natura cum obiecto, vt ſupra explicabatur *lib. 2. c. 5.* §. 7. ita cognitio intuitiua debet eſſe ſimul non ſolùm duratione, verùm etiam naturâ cum obiecto exiſtente. Exemplum ex diuinis perſonis deſumptum rem facilem per difficilem explicat, & cum prioritas ſigni ſtet cum ſimultate naturæ non facit ad rem. Non admittendum eſt tertiò imperium ſpectare ſolùm ad intellectum, & licet imperium in ordine ad perſonam ab imperante diſtinctam exerceatur per locutionem, & dici poſſit ſpectare ad intellectum, in ordine tamen ad ipſum imperantem exerceri poteſt ſine locutione, & ſpectare etiam poteſt ad voluntatem, nec humani actus rectè diuiderentur in actus à voluntate elicitos, & actus à voluntate imperatos, niſi etiam voluntati conueniret imperare; quod ſi voluntas creata propter connexionem, & ſympathiam, quam habent cum ipſa omnes aliæ potentiæ, aliis potentiis per ſua decreta imperat, cum ſit maior connexio, & ſympathia diuinæ voluntatis ad omnipotentiam, ſeu potentiam executiuam, ſi item Maior ipſius diuinæ voluntatis efficacia, non eſt negandum ipſius decretum habere poſſe reſpectu propriæ potentiæ executiuæ rationem imperij, & dum in Scriptura innuitur Deum producere res ad extra per imperium, non eſt incongruũ nomine imperij intelligere, vel decretum efficax, vel actum ſimplicis intelligentiæ decreto efficaci determinatum: & hac ratione melius ſaluatur quomodo imperium diuinum rectè exprimatur per ly, *Dixit*, quod ſpectat ad intellectum.

16. Imperium politicũ eſt actus ſolius intellectus; Monaſticum poteſt eſſe actus etiam voluntatis.

17. Simplex intelligẽtia eſt cauſa rerum in actu primo etiá per Thomiſtas.

Probatur ſecunda pars: Scientia ſimplicis intelligentiæ eſt ſecundùm ſe cauſa rerum virtute, & in actu primo; ergo adiuncto actu voluntatis eſt cauſa proximè, & in actu ſecundo; antecedens conſtat ex eo quod ſcientia ſimplicis intelligentiæ tendit in res omnes, vt operabiles, attingendo in qualibet omnem modum, quo operabilis eſt; poteſt igitur, quantùm eſt de ſe, talem modum voluntati oſtendere, ipſamque tali, vel tali modo regulare, quod eſt eſſe cauſam rerum virtute, & in actu primo: Neque in hoc antecedente eſt nobis laborandum, cum concedatur ab ipſis aduerſariis ſupra citatis, præſertim à Salmant. *num.* 14. & Ioan. à S. Thoma *num.* 3. conformiter ad verba D. Thomæ 1. *parte, quæſt.* 14. *art.* 16. *ad* 1. *Scientia Dei eſt cauſa, non quidem ſui ipſius, ſed aliorum, quorundam quidem actu, ſcilicet eorum, quæ ſecundùm aliquod tempus fiunt: Quorundam verò virtute, ſcilicet eorum, quæ poteſt facere, & tamen nunquam fiunt; & quæſt.* 15. *art.* 3. *ad* 2. *eorumque neque ſunt, neque erunt, neque fuerunt, Deus non habet practicam cognitionem, niſi virtute tantum.* Suppoſito igitur antecedente procedo ad probationem conſequentiæ ſic primò, dici nequit cauſa in actu primo illa, quæ fieri non poteſt cauſa in actu ſecundo, eſt

Non eſt cauſa in actu primo illa, quæ nullo

modo poni poteſt in actu.

eſt enim eſſentialis habitudo actus primi ad ſecundum; & ille otiatur, imo impoſſibilitatur, ſi coniungi nullo modo poteſt cum ſecundo, ſed ſimplex intelligentia nunquam, nullorum modo fieri poteſt cauſa in actu ſecundo, ſi talis non ſit adiuncto actu voluntatis, ergo ſimplex intelligentia vel malè dicitur cauſa in actu primo, vel adiuncto actu voluntatis ſit cauſa in actu ſecundo. Secundò vt cauſa in actu primo ſit cauſa in actu ſecundo non requiritur, niſi ipſius applicatio, eo ipſo enim, quod eſt cauſa in actu primo, habet virtutem cauſandi, virtus autem cauſandi, vt cauſet, non requirit niſi quod applicetur, vt conſtare facilè poteſt inductione, ſed ſimplex intelligentia per actum voluntatis ſibi adiunctum applicatur, ergo adiuncto actu voluntatis &c. Minor probatur tum ratione vniuerſali, quia commune eſt cuilibet actui primo, ſeu principio præſertim ad plura indifferenti per voluntatis actum ad aliquod in particulari applicati, tum verbis D. Thomæ 1. *part. quæſt.* 14. *art.* 8. *in C. Cum forma intelligibilis ad oppoſita ſe habeat (cum ſit eadem ſcientia oppoſitorum) non produceret determinatum effectum, niſi determinaretur ad vnum per appetitum.* Tertiò ſcientia ſimplicis intelligentiæ adiunctu actu voluntatis eſt aliqualiter libera, eſt determinata ad vnum effectum, potius quàm ad alium, eſt coniuncta cum imperio ſufficienti ad mouendam potentiam executiuam, ergo ſuppoſitâ ipſius virtute in actu primo directiuâ per hoc præciſè, quod perſeueret in repræſentatione, ſeu expreſſione modi, quo debet res fieri exercet ſuam cauſalitatem directiuam, in actu ſecundo dirigit, eſt proximè, & in actu ſecundo cauſa.

Cauſa in actu primo per hoc, quod applicetur, ſit in actu ſecundo.

18. Dices ſimplicem intelligentiam eſſe ſecundum ſe cauſam rerū virtute, & in actu primo ſolùm reſpectu futuritionis radicalis, & initialis, reſpectu cuius verè eſt cauſa etiam in actu ſecundo, dirigendo actu elicientiam diuinorum decretorum, ſicque ſaluatur optimè ſimplicem intelligentiam eà ratione, qua eſt cauſa in actu primo, fieri poſſe cauſam in actu ſecundo. Cæterum reſpectu futuritionis completæ, & ad ordinem executionis deductæ ſimplex intelligentia, neque etiam in actu primo, eſt cauſa, quia ſcientia nec concurrit, nec concurrere poteſt ad futuritionem completam, & exequendam, niſi ſuppoſito decreto libero: omnis autem ſcientia, ſupponens decretum eſt viſio, cui ſoli conuenit ratio ſcientiæ liberæ, ratio ſcientiæ reſpicientis obiectum poſitum extra puram poſſibilitatem, ratio ſcientiæ attingentis obiecti exiſtentiam, cum è contra ſimplex intelligentia ſit ſcientia neceſſaria, ſit ſcientia non exiſtentium, ſit ſcientia attingens ſola prædicata eſſentialia rerum, quomodo autem talis eſſe poteſt; ſi coniuncta decreto libero fertur in res exiſtentes cauſando ipſarum exiſtentiam: Sed contra pro impugnatione futuritionis initiatiuæ, vt contradiſtinctæ à futuritione completa, recurrunt ea, quæ præmiſimus contra ſuperiorem inſtantiam.

19. Quod additur omnem ſcientiam ſupponentem decretum eſſe ſcientiam viſionis indiget diſtinctione, vel enim ſermo eſt de ſcientia ſupponente decretum tanquam rationem obiectiuam, & omninò antecedentem, & ſic vera eſt propoſitio; vel ſermo eſt de ſcientia ſupponente decretum, tanquam rationem applicatiuam, & comitantem potius, quàm antecedentem, & ſic falſa eſt propoſitio. Quod dicitur ſolam viſionem eſſe ſcientiam liberam, neque etiam apud Thomiſtas eſt abſolutè receptum, cum Salmant. 1. *part. tract.* 3. *diſp.* 9. *dub.* 4. §. 3. conſtituentes ſub obiecto ſimplicis intelligentiæ futura contingentia cōditionata fateantur illam præſcindere à neceſſaria, & libera, ſolúmque eſſentialiter dicere, quod abſtractiua ſit. Quod tandem ſcientia ſimplicis intelligentiæ appelletur ſcientia non exiſtentium, infert ipſam non attingere formaliter exiſtentiam, nec ex parte ſui obiecti exiſtentiam præſupponere, quod eſt ſimplicem intelligentiam eſſe ſcientiam abſtractiuam, quæ poteſt tendere in obiectum, etiam exiſtens, dummodo non attingat formaliter exiſtētiam; at cum hoc ſtat ſimplicem intelligentiam facere res exiſtentes, & in ſuo obiecto exiſtentiam ponere, quod tamen non ſufficit ad cognitionem intuitiuam quæ ex ſupradictis, neque etiam naturâ poteſt eſſe prior exiſtentia ſui obiecti. Vnico verbo ſimplex intelligentia eſt non exiſtentium antecedenter, at exiſtentium ſubſequenter ad ipſam. Viſio autem eſt exiſtentium aut antecedenter ad ſe, aut ſimul etiam naturâ cum ipſa.

Scientia ſupponens decretum, vt rationem obiectiuam requiſitam ad cognoſcendum eſt viſio, non ſic ſupponens decretum, vt ratione applicatiuam requiſitam ad cauſandū.

20.

Simplex intelligentia quomodo ſit ſcientia neceſſaria, & rerum non exiſtentium.

21. Ex his habes primò ſimplicem intelligentiam in Deo ſumi poſſe tripliciter. Primò vt fertur in res poſſibiles, conſiderando præciſè connexionem prædicatorum eſſentialium; Secundò vt fertur in eaſdem res conſiderando modum, quo operabiles ſunt, proponendo talem modum voluntati, & quaſi ſe paratam exhibendo ad dirigendam voluntatem in ordine ad quidquid ipſa elegerit ſeu decreuerit. Tertiò vt determinatè, & ſingillatim fertur in aliquas ex huiuſmodi rebus per voluntatem ſpecialiter electas, & ad exiſtendum decretas, dirigendo in actu ſecundo potentiam executiuam ad implenda exactiſſimè voluntatis decreta, ſeu imperia. Primò modo ſimplex intelligentia eſt prorſus ſpeculatiua, & nullatenùs cauſa rerum: Secundo modo eſt practica, & cauſa rerum in actu primo: Tertio modo eſt cauſa rerum in actu ſecundo.

Sumitur tripliciter.

22. Habes ſecundò diuinam voluntatem, & diuinam ſcientiam æquè immediatè cauſare res ad extra, diuinam voluntatem per modum imperantis, & applicantis: diuinam ſcientiam per modum dirigentis, & regulantis. Colligitur immediata, & proxima cauſalitas voluntatis ex eo, quod dictum eſt inter efficax decretum voluntatis, & exercitium potentiæ executiuæ non mediare actum vllum intellectus per modum imperij contra *Thomiſtas*, quibus ex recentioribus adhæret De Quiros 1. *part. quæſt.* 14. *a.* 8. *num.* 70. Colligitur immediata, & proxima

Diuina voluntas & diuina ſcientia æquè immediatè cauſant res ad extra.

cauſalitas ſcientiæ contra Dutandum *in 2. diſtinct.45.quæſt.2.* Vaſquium 1*.part. diſp.*81. *cap.*2. Lugum *lib.*1*. diſput.*34*. cap.* 2*. numero* 12*. &c.* Colligitur inquam ex eo, quod mox indicatum eſt ſimplicem intelligentiam non ſolùm dirigere voluntatem in rebus determinandis, verùm etiam omnipotentiam, in rebus exequendis, idque videtur omninò concedendum ad ſaluandam in Deo perfectionem non ſolùm prudentiæ, verùm etiam artis, vt indicat Suarez *in Metaph. diſp.* 30*. ſect.* 17*. num.*50. & magis probat Io. à S. Thoma 1*. part. quæſt.*14*. diſp.* 18*.art.* 3*. num.* 10. licet hic author in re intendat nimis probare, intendat ſcilicet probare immediatiorem cauſalitatem intellectus, & exercitium artis ſitum in intellectus imperio mediante inter decretum voluntatis, & operationem ipſam.

23\. Habes tertiò facilè conciliari plures auctoritates quibus SS. PP. inter ſe pugnare videntur, dum aliqui docent ideo res eſſe futuras, quia ſciantur à Deo: aliqui ideo res ſciri à Deo, quia ſunt futuræ. Intelligendi enim ſunt SS. PP. in ordine ad diuerſas ſcientias, & loquendo de ſimplici intelligentia, quæ eſt cauſa futurorum, & futura antecedit, rectè dicitur ideo res ſunt futuræ quia ſciuntur à Deo, nec propterea ex cauſalitate diuinæ ſcientiæ futura amittunt contingentiam, quia huiuſmodi cauſalitas oritur maximè ex efficacia decreti diuinam ſcientiam comitantis, & hoc non opponi contingentiæ futurorum infrà eſt explicandum. Loquendo verò de viſione, quæ futura ſubſequitur, & ſupponit, rectè dicitur ideò res ſciuntur à Deo, quia ſunt futuræ, nec propterea redundat in diuina ſcientia aliqua imperfectio, aut dependentia, quia ly *quia* importat ſolùm prioritatem rationis, & ſigni à quo, non cauſalitatem vllam futurorum in diuinam viſionem.

Res ſunt futuræ quia ſciuntur à Deo, & res ſciuntur à Deo quia ſunt futuræ quomodo verificetur.

§. II.

An, quomodo, & quæ Scientia Dei contineat rerum omnium Ideas?

24\. ASSERTVM I. Certum omninò eſt in ſcientia ſeu mente Dei contineri ideas rerum omnium, quarum Deus poteſt eſſe cauſa libera. Conueniunt in hoc aſſerto, (præſcindendo à limitatione in vltimis particulis expreſſâ, quæ eſt contra Molinam 1*.part.quæſt.*15*. art.*1*. diſput.*1*. §. petis.* Arriagam *diſp.* 23*. ſect.*4*. num.*23. aliosque nonnullos volentes principio cuilibet intellectiuo, etiam ex neceſſitate naturæ operanti, conuenire ideas) tanquam in fidei dogmate, omnes Catholici, & licet ideæ nomen in Scriptura non ſolùm Deo non tribuatur, ſed nec habeatur, &, teſte Auguſtino *lib.*83*. quæſtionum quæſt.*46. Plato fuerit primus Auctor idearum (non quod ipſe primus ideæ vocabulum vſurpauerit, in hoc enim Platonem præceſſit Socrates teſte Euſebio *lib.* 2*. de præparatione Euangelica, cap.* 1. ſed quod ipſe primus de ideis monumentum reliquerit) nihilominus non vſurpato idearum nomine, res ipſas, quas Plato ideas nuncupauit, antiquiores omnes Philoſophi cognouerunt, & ferè etiam omnes Deo conceſſerunt: adeo vt illas, verba ſunt Auguſtini *loco cit. Nemo verâ religione imbutus negare audeat, imò non etiam profiteri, & ſacrilegium ſit exiſtimare quod ideæ ſint extra mentem diuinam.* Huic Catholicæ veritati duo errores oppoſiti recenſentur, primus eſt quod ideæ ſint quædam formæ vniuerſales, ſpecificæ à ſingularibus ſeparatæ ortus, & interitus expertus, ex quarum participatione, & veluti impreſſione, omnia ſingularia fiant: Tribuitur hic error Platoni; meritò ne, an immeritò in controuerſia eſt. Secundus eſt ideas eſſe creaturas ſecundùm quoddam eſſe (ſubintellige phyſicum, & entitatiuum) ipſis conueniens ab æterno, diſtinctum ab eo, quod accipiunt in tempore, dum producuntur. Tribuitur hic error *Vuiclefo*, eiuſque diſcipulo *Ioanni Hus*, vt refert *Vualdenſis*, & colligitur & Concilio Conſtantienſi apud Vaſquium 1*. part. diſputat.*70*. cap.* 1*. num.* 1. quamvis *Vuiclefum* aliqualiter excuſet *Longus q.*15*.a.*1*.§. cæterum.*

Certum eſt contineri in ſcientia Dei ideas.

Ideæ nomen non habetur in ſcriptura.

Plato fuit primus auctor idearũ.

Duo errores recenſentur contra diuinas ideas.

Probatur aſſertum tum auctoritate, tum ratione, auctoritate quidem ex Apoſtolo Heb. 11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent:* addito commentario D. Thomæ *ſect.* 2*. in idem cap.*11*. ex inuiſibilibus rationibus idealibus verbo Dei, per quod omnia facta ſunt, res viſibiles ſunt productæ:* Ratione ex eo, quod opera Dei non aguntur caſu, & fortuito; iuxta doctrinam, autem D. Thomæ 1*. parte, quæſt.*15*.art.*1*. in C.* In omnibus, quæ non à caſu generantur, neceſſe eſt formam eſſe finem generationis cuiuſcumque, agens verò non agit propter formam, niſi in quantum ſimilitudo formæ eſt in ipſo, vel ſecundùm eſſe naturale, ſicuti in iis, quæ agunt per naturam; vel ſecundùm eſſe intelligibile vt iis, quæ agunt per intellectum, cum igitur Deus per intellectum operetur, & non caſu, neceſſe eſt in mente diuina reſpectu eorum, quæ Deus operatur eſſe ſimilitudinem formæ ſecundùm eſſe intelligibile, & huiuſmodi ſimilitudines ſunt ideæ, ergo tum auctoritate, tum ratione certò conſtat contineri ideas in ſcientia, ſeu mente Dei. Neque huic Catholicæ veritati contradicit D. Dionyſius *cap.*7*.de diu.nom.* dicens: *Quod Deus non cognoſcit res ſecundum ideam*, intelligendus enim eſt vel de idea extra Deum exiſtente, & eſt explicatio D. Thomæ 1*.p. quæſt.*15*. art.*1*.ad* 1*. conformis,* verbis Auguſtini *lib.* 83*. quæſtionum quæſt.* 46. dicentis de Deo, *Non enim extra ſe quidquid poſitum intuebatur, vt ſecundùm id conſtitueret, quod conſtituebat*, vel de ideâ acceptâ à rebus extrinſecis, & eſt explicatio eiuſdem S. Doctoris *quæſtione* 3*. de veritat. articulo* 1*. ad* 6. vbi etiam ad 10. eodem modo id eſt de ſimilitudine à rebus acce- 25.

Quidquid nec caſu nec neceſſitate naturæ producitur, producitur ex idea.

Ideæ diuinæ neque ſunt extra Deum neque ſunt acceptæ à rebus.

pta

accepta intelligit D. Anſelmum in Monol. *cap. 29.* dicentem: *In verbo, per quod facta ſunt omnia, ſimilitudines rerum non eſſe, ſed ſimplicem eſſentiam.*

Probatur aſſertum quoad vltimas particulas, quod ſcilicet Ideæ in diuina mente exiſtentes ſint ſolummodo rerum, quarum Deus poteſt eſſe cauſa libera, in quo contra Auctores ſuptacitatos ſtant Ribaa *tractat. 4. diſputat. 11. cap. 3.* Granodus *diſput. 4. &c.* Item illi, qui docent non poſſe eſſe operationem aliquam practicam, niſi ſit indifferens, ita Lugus *lib. 1. diſput. 34. cap. 1. num. 8.* Suarez *in Metaph. diſput. 44.* Probatur inquam ſic, ad rationem Ideæ requiritur, quod dirigat Agens ad producendum effectum ipſi ſimilem, quodque oſtendat agenti modum effectus producendi, ſed reſpectu agentis neceſſarij, ſeu in ordine ad operationes neceſſarias, nequie tale munus exerceri, ergo reſpectu agentis neceſſarij, ſeu in ordine ad operationes neceſſariaa &c. ergo ſolùm reſpectu agentis liberi, ſeu in ordine ad operationes liberas admitti poteſt Idea, adeóque etiam in dinina mente non dantur niſi Ideæ rerum, quarum Deus poteſt eſſe cauſa libera; Maior patet quia Idea definiri ſolet forma imitabilis, ad quam artifex reſpiciens operatur, non eſſet autem cur artifex ad talem formam reſpiceret, niſi reſpiciendo dirigeretur, & quaſi edoceretur de modo operandi: Minor probatur, directio, & regula eſt ſolùm reſpectu operationis, quæ poteſt taliter, & aliter fieri, ad quid enim dictare modum, quo debee res fieri, agenti, quod non poteſt non tali modo rem facere. Confirmatur tom ex eo, quod communiter ſoli agenti libero tribuitur nomen artificia, & ſoli artifici tribuuntur Ideæ, tum quia D. Thomas, *supracitatus* agentibus per naturam tribuit ſolùm ſimilitudinem formæ ſecundùm eſſe naturale, Ideam verò conſtituit in ſimilitudine ſecundùm eſſe intelligibile, *& quæſt. 3. de verit. art. 1. in C.* tradit expreſsè ideam, & exemplar ſolùm dici, quando agens propter finem determinat ſibi finem; ſolùm autem agens liberum determinar ſibi finem, non ſic agens operans ex neceſſitate naturæ, quod ex naturæ neceſſitare fertur in finem omninò determinatum.

Ideæ dantur ſolùm in ordine ad operationes liberas.

27. Hinc habes Deum oon habere proprias ideas peccatorum quoad malitiam, impoſſibilium, & non entium, cum horum omnium non ſolùm non ſit cauſa libera, ſed nec etiam cauſa ſit, & abſque neceſſitate Arriaga, *1. part. diſp. 23. ſect. 4. ſubſect. 4. numero 22.* nomine ideæ ſignificantis cauſalitatem abutitur in ordine ad permiſſionem peccati, nea apparet, quomodo concipi poſſit ſimilitudo permiſſionis peccati, quæ in re non eſt, niſi negatio concurſus efficacis ad vitandam malitiam. Habes inſuper diuinarum perſonarum, diuinarúmque proceſſionum non dari ideas, cum nullum habeant principium liberum, & ex neceſſaria naturæ fœcunditate, non ex formæ imitabilis directione proveuiant: Alio etiam ex capite diuinarum perſonarum, & proceſſionum Ideæ non dantur, nimirum ex eo, quod idea iuxta communem acceptionem dicatur ſolum in ordine ad opus externum. Habes tandem omnibus Ideis Deum ſpoliari ſi dicatur ipſum omnia operari ex neceſſitate naturæ, nec ad retinendas in Deo Ideas aliquid prodeſſet ſupponere Deum in tali caſu adhuc intelligentem, nam, dum ex neceſſitate naturæ operaretur, in ſuis operationibus ab intellectione non magis dirigeretur, quàm ignis, etiamſi ſupponeretur intelligens, dirigeretur in combuſtione, aut homo motu grauium tendens in centrum dirigatur à cognitione, qua talem tendentiam cognoſcit.

Non dantur in ordine ad peccata, impoſſibilia, non entia.

Non in ordine ad diuinas proceſſiones, aut perſonas.

Idea eſt ſolùm in ordine ad opus externum.

Assertvm II. Ideæ diuinæ in aliquo ſenſu ſunt ipſamet ſcientia Dei, adeóque continentur in ſcientia Dei formaliter; in aliquo ſenſu ſunt, vel naturæ rerum præconceptæ, vel eſſentia Dei cognita, vt imitabilis, ſeu participabilis à creaturia. Hoc aſſertum continet tres ſententias primâ facie inter ſe valde diſcordes. Prima docet ideam eſſe conceptum formalem, ſeu cognitionem rei producendæ, adeóque conſtituit Ideas dininas in ſcientia practica Dei repræſentante res prodncendas, & exprimente modum, quo producendæ ſunt. Ita D. Bonauentura *in 1. diſt. 35. art. 1.* Vaſq. *1. part. diſp. 72. cap. 2.* Martinon *diſp. 12. ſect. 4. numero 24.* Secnnda docer ideam eſſe conceptum obiectuum, & conſtituit diuinas Ideas in naturis ipſis, ſeu quiditatibus rerum producendarum, vt à Deo præconceptis. Ita Scotus *in 1. diſt. 35. quæſt. 1. §. ad iſta*, Ocham & Homin *eâdem diſt. quæſt. 5.* Durandus *diſtinct. 36. quæſt. 3.* Arriaga *1. par. diſp. 23. ſect. 4.* Tertia docer pariter ideam eſſe conceptum obiectiuum, & conſtituit diuinaa Ideas in ipſa eſſentiâ Dei cognitâ ſecundùm qnod omnea creaturas continet, omnes repræſentat, & omnes reſpicit, tanquam producibiles ex ſui participatione ad ſui imitationem: Ita Thomiſtæ communiter Molina *1. parte, quæſt. 15. art. 1. diſp. 5.* Valentia *eadem quæſt. 15. punct. 2.* Eſtius *in 1. diſt. 36 §. 1. aliique plures.* Ex hoc opinionum ternario vnicum aſſertum componimus, & ſub diuerſa terminorum explicatione diuerſas ſententias, tanquam ſibi cohærentes ſuſtinemus cum Herinix *diſp. 6. quæſt. 6.* & in re nobiſcum ſentiunt Arriaga *diſp. 23. cit. ſect. 1. num. 4. & ſect. 4. num. 21.* De Quiros *1. part. quæſt. 15. art. 1. num. 5.* aliique fatentes inter relataa ſententias totam diuerſitatem eſſe de nomine item Scotus *qui loco citato*, problematicè potius, quàm definitiuè loquitur, imò poſtquam ibi magis deflexit ad collocandas ideas in naturis rerum præconceptis, *in 4. diſt. 50. quæſt. 3. §. quinta*, docet in terminis diuinam eſſentiam repræſentantem entia creata, ve obiecta cognita, habere rationem ideæ, & eſſe exemplar illimitatum. ſtant tandem pro noſtro aſſerto multi alij Auctores, qui ab aliquibus pro vna, ab aliquibus pro alia ex allatis opinionibus aſſeruntur.

28. Ideæ diuinæ ſub diuerſo ſenſu ſunt ſciẽtia, creaturæ cognitæ eſſentia Dei cognita.

Diuerſitas ſententiarũ circa diuinas Ideas oritur ex quæſtione de nomine.

29\. **Idea ex græco quid.**

Probatur, & explicatur: Idea ex græco verbo *εἰδῶ* quod idem eſt, ac inſpicio ſeu cognoſco, deriuatur, & latine idem ſignificat, ac forma ſpectabilis, forma ſcilicet, quam artifex ſpectat, & inſpicit, dum operatur. *Si autem rationem eam vocemus*, verba ſunt Auguſtini *lib. 83. quæſtionum quæſt. 46. ab interpretandi quidem proprietate diſcedemus, ratio enim, græcè, Logos, appellatur, non idea; attamen qui vocabulo, ratio, fuerit vſus à re ipſa non errabat.* Idea igitur ſumitur tum pro conceptu formali, quam habet artifex, dum conſtruit opus artificiale, & ſic Idea idem eſt, ac ratio:

Duplicem habet ſignificationem.

Tum pro conceptu obiectiuo pro obiecto ſcilicet, quod per conceptum formalem inſpicit, dum operatur, & ſic Idea idem eſt, ac forma ſpectabilis; Ex hac duplici Ideæ ſignificatione, quam non niſi auidus altercandi de nomine poteſt in controuerſiam vocare, oritur Ideæ diuiſio in formalem,

Diuiſio Ideę in obiectiuam, & formalem.

& obiectiuam, ſimulque conſtat in aliquo ſenſu, nimirum ſumendo Ideam, vt ſignificat rationem, & Ideam formalem, Ideas diuinas eſſe ipſammet ſcientiam, quam Deus habet in ordine ad creaturas, quæ nihil aliud ſunt, quàm diuinæ artis opera, producendas: In aliquo item ſenſu, nimirum ſumendo Ideam, vt ſignificat formam ſpectabilem, & Ideam obiectiuam diuinas Ideas eſſe obiectum illius ſcientiæ: Hoc autem obiectum ſumi poſſe tum pro ipſa diuina eſſentia, tum pro naturis rerum factibilium, explico recolendo *ex lib. ſuperiori cap. 6. & 8.* Deum cognoſcere poſſibilia tum in propria diuina eſſentia, tanquam in ipſorum ſimilitudine eminentiſſima, & perfectiſſima imagine, tum immediatè in ſe ipſis tanquam in obiectis ſecundùm ſe cognoſcibilibus; Quamvis igitur Thomiſtæ, & qui cum Thomiſtis negant Deo cognitionem poſſibilium in ſe ipſis, cohærenter loquantur negando Deum in ordine ad creaturas producendas reſpicere creaturas in ſe ipſis cognitas, nos tamen qui cum cognitione creaturarum in diuina eſſentia cognitionem creaturarum in ſe ipſis Deo concedimus, iure aſſerimus Deum in ordine ad creaturas producendas reſpicere ad creaturas tum cognitas in ſe ipſis, quod eſt collocare Ideas obiectiuas in naturis rerum præconceptis, tum cognitas, in diuina eſſentia quod eſt Deum reſpicere propriam eſſentiam, tanquam creaturarum imaginem à creaturis imitabilem, ac participabilem; ſicque collocantur Ideæ obiectiuæ in ipſa eſſentia Dei cognita; vt imitabili: Et ecce conciliatas, atque in concordiam adductas tres ſuperiores ſententias, explicatum ſcilicet in diuerſo ſenſu, & habilibus terminis verificari Ideas diuinas eſſe tum ſcientiam Dei, tum naturas rerum præconceptas; tum eſſentiam ipſam diuinam. Primum verificatur in Ideis formalibus; Secundum in Ideis obiectiuis attento modo, quo Deus cognoſcit poſſibilia immediatè in ſe ipſis: Tertium in Ideis pariter obiectiuis attento modo, quo Deus cognoſcit poſſibilia in propria diuina eſſentia.

In hac ſententiarum concordia facilè explicantur nonnulla, quæ præſertim ſi ſimul ſumantur, in qualibet ex allatis ſententiis ſingillatim conſideratis difficilia ſunt; facilè explicatur primo quomodo ex vna parte, Idea ſit forma, cui aſſimilatur ideatum, ſeu ad cuius inſtar artifex operatur, quod diuinæ cognitioni reſpectu creaturarum non conuenit; neque enim apparet quænam ſit ſimilitudo, & proportio inter prædicata creaturarum, & prædicata ſcientiæ Dei: ex alia parte idea ex genere ſuo habeat dirigere artificem & diuinæ ideæ cauſalitatem ſuam exerceant directiuè, non executiuè, quod eſt proprium ſcientiæ, & cognitionis, nec videtur aut diuinæ eſſentiæ, aut naturis rerum præconceptis congruere; facilè inquam explicatur dicendo primum verificari potiſſimum de Ideis obiectiuis, & ideatum debere eſſe ſimile Ideæ obiectiuæ potius, quàm formali; vel formali ſumptæ non ſecundùm ſe, & entitatiuè, ſed vt relatæ ad obiectum, ſeu vt in ipſa relucet obiectiua: Secundum è contra verificari potiſſimum de Ideis formalibus, & dirigere artificem conuenire ſolùm Ideæ formali, vel obiectiuæ, vt coniunctæ cum formali; quæ adamuſſim cohærent cum eo, quod aſſertum eſt Ideas diuinas obiectiuas conſiſtere, tum in naturis rerum præconceptis, tum in diuina eſſentia, formales verò conſiſtere in cognitione, & ſcientia Dei. 30.

Aſſimilari effectum ſpectat ad ideã obiectiuam.

Dirigere artificem ad Ideam formalem.

Facilè explicatur ſecundò quomodo res creatæ verè aſſimilentur diuinis Ideis, ſubintellige obiectiuis, ſcilicet tum eſſentię diuinę, vt res omnes eminentiſſimè continenti; tum ſibi ipſis, ſeu propriis naturis, vt ab æterno à Deo præconceptis: Aſſimilantur diuinæ eſſentiæ, quia hæc non debet ſumi ſecundùm eſſe entitatiuum, qua ratione nihil magis à creaturis diſtat, & differt, quàm eſſentia Dei, ſed ſecundùm eſſe repræſentatiuum ſecundùm quod eſt eminentiſſima, & perfectiſſima omnium creaturarum imago, & ſpecies, vt duobus ſuperioribus libris ſparſim ſæpiùs dictum eſt; Aſſimilantur ſibi ipſis, ſeu propriis naturis, vt ab æterno à Deo præconceptis, quia licet idem in eodem ſtatu exiſtens non ſit à ſe ipſo imitabile, non poſſit eſſe ſibi ipſi ſimile, non poſſit vllo modo cauſare ſe ipſum; oppoſitum tamen ſentiendum eſt, quando idem ſumitur in diuerſo ſtatu; & ſicuti finis in eſſe intentionali, & ordine intentionis, cauſat ſe ipſum in eſſe reali, & ordine executionis, ita ob maximam proportionem inter cauſam finalem, & idealem, non eſt mirum quod eadem res in eſſe intentionali, & obiectiuo ſit idea ſui ipſius, ſeu cauſet idealiter ſe ipſam in eſſe reali, & phyſico. 31.

Idem poteſt eſſe cauſa ſui ipſius tum finaliter tum idealiter.

Facilè explicatur tertiò quomodo dicantur eſſe in Deo plures Ideæ potius quàm plures ſcientiæ, vel plures artes; ratio ſcilicet eſt, quia ſcientia, & ars ſumitur ſolùm pro conceptu formali, at Idea ſumitur etiam pro concepto obiectiuo ſeu pro obiecto, vt cognito; poſſunt autẽ abſolutè admitti in Deo plu- 32.

ſa

ta obiecta cognita, ſeu plures conceptus obiectiui, non ſic plures actus cognitionis, ſeu plures conceptus formales: faciunt hîc ad rem verba D. Thomæ 1. *parte*, *quæſt.* 15. *art.* 2. *in C.* dicentis: *Non eſt contra ſimplicitatem diuini intellectus, quod multa intelligat, ſed contra ſimplicitatem eius eſſet, ſi per plures ſpecies eius intellectus formaretur: Vnde plures Ideæ ſunt in mente diuina, vt intellectæ ab ipſo:* Quid ſunt autem Ideæ, vt intellectæ; niſi Ideæ obiectiuæ, & quàm rectè explicatur eſſe plures, ſumendo pro Ideis obiectiuis creaturas ipſas, vt intellectas, ſeu ab æterno præconceptas: Quia deinde ideæ formales magis explicitæ dicunt ordinem ad Ideas obiectiuas, quàm ſcientia, vel ars ad ſua obiecta, ideæ ipſæ formales melius plurificantur per ordinem ad plures Ideas obiectiuas, quàm ſcientia, vel ars per ordinem ad plura obiecta; magis inquam explicitè dicunt ordinem, &c. tum quia Ideæ formales, & obiectiuæ conueniunt in ratione generica Ideæ, non ſic ſcientia, vel ars conueniunt cum ſuis obiectis in ratione generica ſcientiæ, vel artis; tum quia ſcientia eſt perfectio quodammodo abſoluta intellectus conueniens ipſi ſecundùm ſe: Idea formalis ſe habet vt perfectio relatiua conueniens intellectui in ordine ad dirigendam, & præſcribendam imitationem Ideæ obiectiuæ.

33. Facilè explicantur quartò plures inter ſe valde diuerſi, & primâ fronte repugnantes modi, quibus SS. PP. & Scholaſtici loquuntur de diuinis Ideis. Oritur id ſcilicet ex eo, quod diuerſimodè vſurpent Ideæ nomen; aliquando vt commune Ideæ formali, & obiectiuæ; aliquando vt appropriatum Ideæ formali; aliquando vt appropriatum Ideæ obiectiuæ ſupponenti pro diuina eſſentia, aliquando vt appropriatum Ideæ obiectiuæ ſupponenti pro naturis rerum præconceptis. Loquuntur de diuinis Ideis, pro vt Ideæ nomen commune eſt formali, & obiectiuæ, dum dicunt diuinas Ideas eſſe increatas, æternas, immutabiles, & inuiſibiles: Hæc enim prædicata conueniunt tum diuinæ ſcientiæ, tum diuinæ eſſentiæ, tum etiam creaturis ſumptis ſecundùm eſſe intentionale, & obiectiuum, quod habent in mente Dei: Loquuntur de Ideis diuinis, pro vt Ideæ nomen appropriatur Ideæ formali, dum ſpecialiter attribuunt Ideas verbo, cui ſcientia appropriatur, attribuunt inquam ſpecialiter Ideas verbo, vt videre eſt apud Anſelmum *ſuper illa verba* Hebr. 11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei*; Item apud Auguſtinum *tract.* 1. in Ioannem *ſuper illa verba* Ioan. 1. *Omnia per ipſum* (ſcilicet per verbum) *facta ſunt. Quod factum eſt in ipſo* (ſcilicet in verbo) *vita erat*, id eſt cognitio & ſcientia erat: adſunt tamen huius textus aliæ plures interpretationes, quas eruditè refert Eſtius *in* 1. *diſt.* 36. §. 3. loquitur de Ideis diuinis, prout Ideæ nomen appropriatur ideæ obiectiuæ ſupponenti pro diuina eſſentia Auguſtinus *lib.* 83. *quæſtionum quæſt.* 46. dicens *Idearum viſione animam rationalem fieri Beatiſſimam*; loquitur tandem de iiſdem, prout ideæ nomen appropriatur ideæ obiectiuæ ſupponenti pro creaturis ipſis in diuina mente præconceptis Boëtius *lib.* 3. *de Conſolat. Metro.* 9. in diuinarum idearum explicatione Deum ſic alloquens.

Tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo: Pulchrum Pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimilique ab imagine formans.

34. Scientia Dei continens Ideas formales rerũ omnium eſt ſimplex intelligentia.

Aſſertum III. Scientia Dei continens rerum omnium ideas (ſubintellige formales iuxta doctrinam ſuperioris aſſerti) eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ ſi ſumatur vt antecedens voluntatis decreta; vt attingens modum, quo res operabiles ſunt, & potens dirigere; non tamen actu dirigens voluntatem continet ideas ſecundùm ſe, & in actu ſignato: Si ſumatur, vt habens adiunctum voluntatis decretum, vt actu dirigens voluntatem, continet ideas etiam ſecundùm exercitium, ſeu in actu exercito.

Probatur ex D. Thom. *de verit. quæſt.* 3. *art.* 6. *in C. Idea propriè dicta reſpicit practicam cognitionem, non ſolùm in actu, ſed etiam in habitu; vnde cum Deus de iis, quæ facere poteſt, quamuis nunquam ſint facta, nec futura, habeat cognitionem virtualiter practicam: relinquitur quod Idea poſſit eſſe eius quod nec eſt, nec fuit, nec erit: non tamen eodem modo, ſicut eſt eorum, quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt, quia ad ea quæ ſunt vel erunt, vel fuerunt producenda determinatur ex propoſito diuinæ voluntatis, non autem ad ea, quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt:* Ex quibus verbis ſuppoſito iuxta ſupradicta, quod ſcientia practica, ſeu cauſatiua rerum ſit ſimplex intelligentia, quodque hæc vt antecedens voluntatis propoſitum ſit cauſa in actu primo, & practica in habitu, vt habens actum voluntatis adiunctum ſit cauſa in actu ſecundo, & practica in exercitio, conſequens omnino eſt ideas diuinas contineri in ſimplici intelligentia, ſeu eſſe ipſam ſimplicem intelligentiam, quæ quatenus cauſa rerum in actu primo ſit idea in actu ſignato, quatenus cauſa in actu ſecundo, ſit idea in actu exercito. Primo modo Ideæ diuinæ ſunt ſimpliciter neceſſariæ, ſecundo modo ſunt aliqualiter liberæ, & quia quælibet res magis denominatur ab actu primo, qui eſt ex genere ſuo eſſentialis, quàm ab actu ſecundo, qui poteſt eſſe accidentalis; magis ab eo, quod ei conuenit ſecundùm eſſe; quàm ab eo, quod ei conuenit ſecundùm exercitium debent diuinæ Ideæ abſolutè dici neceſſariæ, eo modo, quo omnipotentia v. g. eſt abſolutè prædicatum neceſſarium in Deo, licet liberè ponatur in actu ſecundo, & in exercitio. Multò magis ſunt neceſſariæ ideæ diuinæ obiectiuæ, ſiue ſumantur pro ipſa eſſentia Dei, quæ reſpectu proprij intellectus eſt ſpeculum neceſſarium, & imago neceſſaria omnium factibilium, ſeu poſſibilium; ſiue ſumantur pro quidi-

Ideæ formales in Deo ſunt aliqualiter liberæ, at abſolutè debent dici neceſſariæ.

Multò magis ſunt neceſſariæ ideæ obiectiuæ.

tatibus terum ab æterno præconceptis, cum quælibet res quoad quid eſt, ſeu eſſentiam tum in ſe ſimpliciter neceſſaria ſit, tum neceſſariò habeat ab æterno eſſe obiectiuum in mente Dei.

---

§. III.

An, & Quomodo Scientia Dei ſit inuariabilis?

35.
Omnis ſcientia Dei eſt inuariabilis entitatiuè.

ASSERTVM I. Entitatiuè, ſeu ſubiectiuè, & in eſſendo quælibet Scientia Dei eſt ſimpliciter inuariabilis.

Probatur: Quælibet ſcientia Dei entitatiuè, ſubiectiuè, & in eſſendo eſt ipſamet Dei ſubſtantia, quia qoidquid eſt in Deo entitatiuè Deus eſt: eſt ſimpliciter neceſſaria, quia ex dicendis *lib. ſequenti cap.* 1. §. 5. ipſimet actus formaliter liberi in Deo ſuot entiatiuè, & in eſſendo neceſſarij; ſed tum ſubſtantia Dei, tum res qoælibet ſimpliciter neceſſatia, eſt ſimpliciter inuariabilis: ergo ſcientia Dei entitatiuè, ſubiectiuè, & in eſſendo, &c. Hioc habes obiter ſcieotiam liberam Dei eſſe talem ratione obiecti non tatione ſui; obiectiuè, & terminatiuè, non ſubiectiuè, & entitatiuè; vnde in rigote deberet potius dici ſcientia de obiecto libero, quàm ſcientia libera, cum de obiecto ſolùm verificetur poſſe eſſe, & non eſſe, non de ſcientia. Citca haoc ſcientiam ſiue libera, ſiue de obiecto libero nuncupetur, ſpecialis eſt ratio dubitandi; Vtrùm eà ratione, qua eſt libera; obiectiuè ſcilicet & terminatioè, ſit variabilis; adeò vt ſicuti ex obiecto libero denominatur libera, ita ex obiecto vatiabili denominetut variabilis: nam circa ſcientiam neceſſariam, ſeu quam Deus habet de obiecto neceſſario, perſpicuom eſt non poſſe ex obiecto variabilitatem aliquam derioare, ſeu variabilem denominari, cum obiectum eo ipſo, quod eſt neceſſarium ſit etiam, inuariabile, nec minùs per ſe notum ſit, non poſſe ſcientiam denominari variabilem ex obiecto inuariabili, quàm non poſſe denominari liberam ex obiecto neceſſario. Conſcqueos eſt igitur ſcientiam, quam Deus habet de obiecto oeceſſario, eſſe modis omnibus inuariabilem, cum, & ſit inuariabilis ratione obiecti, vt mox dicebaior, & ſit inoariabilis ratione ſui, vt cuilibet ſcientiæ Dei commone eſſe aſſertom eſt: ſeu quod in idem recidit, & ſit inuariabilis ex parte tei cognitæ, quæ eſt ſecuodùm ſe ſemper eodein modo cognoſcibilis, & ſit inuariabilis ex parte cognoſcentis, qui, quia ſemper omniſciens, ſemper cognoſcit omne cognoſcibile omni modo, quo cognoſcibile eſt.

Scientia Dei melius dicitur de obiecto libero, quàm libera.

Scientia Dei de obiecto neceſſario eſt omnibus modis inuariabilis.

36.
Scientia libera Dei fuit ab æterno obiectiuè variabilis, at ...ne etiam obiectiuè eſt variabilis in tempore.

ASSERTVM II. Obiectiuè, terminatiuè, & in cognoſcendo Scientia Dei libera fuit ab æterno variabilis, quatenùs ex obiectis liberis potuit Deus ab æterno plura, vel pauciora ſcire, quàm ſciuerit: at non eſt variabilis in tempore, quatenùs poſſit Deus in tempore ſcite aliquid, quod antea neſciuerit, aut neſcire aliquid, quod antea ſciuetit. Ita licèt diuerſi ſub diuerſis terminis, omnes ferè Theologi cum D.Thoma 1. *part. q.*14.*art.*15.*in* 1.*diſt.*39.*q.*1.*art.*2.*& in* 2.*Scripto ad Annibaldum diſt.*38.*qu.*2.*art.*2. contra Durandum *in* 1. *diſt.*49.*qu.* 1. Ægidium *ibidem*, alioſque nonnullos apud Longum *q.*14.*art.*3. abſolutè docentes ſcientiam viſionis augeri poſſe, & minui; Deum de facto aliquid ſcite, quod neſciuerit & è contra.

Probatur prima pars, in qua ad præoccupandam quæſtionem de nomine addidi quid intelligam nomine ſcientiæ obiectiuè variabilis, ne ſcientiam obiectiuè variabilem vſurpes ad ſignandum tranſitum à cognitione vnius obiecti ad cognitionem alterius, qua ratione neque etiam ab æterno Scientia Dei fuit obiectiuè variabilis, & ſicuti D. Bonauentura *in* 1. *diſt.*39.*quæſt.*3.*art.*3. admittit Deum ab æterno potuiſſe plura ſcire, quàm ſciuerit, negat tamen ſcientiam Dei potuiſſe augeri, quia inquit augeri eſt procedere à paucioribus ad pluta ſcienda, ita nec potuit variari, ſi variari eſt procedete ab vno ad aliud ſciendum. Cæterùm intelligendo nomine ſcientiæ variabilis ſcientiam, quæ potuerit ab æterno attingere obiecta diuerſa ab iis, quæ attigit, & ratione cuius Deos potuerit plura, vel paociota ſcire, quàm ſciuerit, facilè probatur prima pars aſſerti ſic: Deus ab æterno ſcientia libera, ſeu ex obiectis liberis ſciuit ea, quæ decreuit facienda, ſed potuit ab æterno decernere facienda pluta, vel pauciora; quàm decreuerit: ergo ex obiectis liberis potuit Deus ab æterno plura, vel pauciora ſcire, quàm ſciuerit: ergo obiectiuè ſcientia Dei libera, &c. Maior patet, quia Scientia Dei libera; vtpotè in ſuo genere infinita, attingit omne obiectum liberum, & liberum eſt, ſeu contingens omne, ac ſolum obiectum, quod Deus decreuit faciendum. Minor euincitur ex eo, quod Deus ad extra ſit agens maximè liberum.

Scientia Dei libera non poteſt augeri, & in aliquo ſenſu nec ab æterno obiectiuè variari.

37.
Probatur ſecunda pars: Nihil poteſt eſſe faciendum in tempore, quod non fuerit faciendum ab æteroo; aut non faciendum in tempore, quod pariter non fuerit ab æterno non faciendum: ergo ex obiectis liberis, & faciendis, aut noo faciendis determinatè quidquid Deus ſcit in tempore, ſciuit ab æterno; qoidquid neſcit in tempore, neſciuit ab æterno, adeoque non poteſt in tempore ſcire aliquod quod antea neſciuerit aut contra: ergo Dei Scientia neque etiam obiectiuè eſt in tempore variabilis. Conſequentia patet, quia Deus ab æterno non fuiſſet omniſcius, nec habuiſſet ſcientiam liberam in ſuo genere infinitam, ſi aliquid ab æteroo determinatè faciendum, aut determinatè non faciendum, vt tale ab æterno non cognouiſſet. Antecedens probatur: Nihil poteſt eſſe determinatè faciendum, aut determinatè non faciendum, qood à Deo non decernatur, vt habetur ex ſupradictis *cap.*3.§.2. & 5. Sed nihil poteſt à Deo decerni in tempore, quod non fuerit ab æterno decretum

decretum, quia ſecus ab æterno aliqnod diuinum decrerom eſſet futurum non exercitom contra *ſupradicta cit. §. 5.* nec item aliquod ab æterno decretum poteſt in tempore renocari, quia ſeeos determinationes diuinæ eſſent variabiles, & inconſtantes contra infra diceoda *lib. ſeq. c.* 1. §. 9. Confirmatur, ſcientia variatur obiectiuè *ex parte rei ſcita* (verba ſunt D. Thomæ *lo. ſupra citato ad* Scientia Dei attingit variabilia inuariabiliter. *Annibaldum) quando re mutata exiſtimatio incipit eſſe falſa, quæ prius erat vera, vel è conuerſo quod in diuina ſcientia accidere non poteſt, nam intuitus eius fertur ab æterno in omnes res ſecundùm quemlibet ſtatum earum, ideo qualitercumque res varietur ſcientia Dei inuariabilis manet, nec vnquam ſequitur quod ſcientia* (verba ſunt eiuſdem S. Doctoris 1. *parte, quæſt. 14. art. 15. ad 2.*) *ſua variabibilis ſit, ſed quod cognoſcat rerum variabilitatem.* Nec debet videri difficilius, quod à Deo intelligantur vatiabilia inuatiabiliter quàm qnod ab eodem intelligantor finita infinitè, & à oobis nedum à Deo materialia immaterialiter.

38. Quidquid Deus ſciuit, ſcit in quo ſenſu poſſit negari.

Ex his patet quàm iure, & cohærenter S. *D. eodem art. 15. ad 3.* dicens non eſſe veram hanc ptopoſitiooem, *quidquid Deus ſciuit, ſcit* addat limitationem illam, *ſi ad enunciabilia referatur* qua limitatione exprimit ſe loqui de obiectis, vt à nobis enunciantur, & ſicuti ſeeundùm nos ante bis mille annos verè poterat enunciari, & ſciti Natiuitas Chtiſti futura, ſecus de præſeoti, ita hoc obiectum Natiuitas Chtiſti eſt futura, vt à oobis enunciabile. Deus ſeiuit eſſe vetum ante bis mille annos, & modo non ſcit eſſe verum, adeóque iuxta hunc ſeoſum, non quidquid Deus ſcioit, ſcit. Cæterùm conſiderando obiecta ſecundùm modum, quo à Deo cognoſcuntut vnico iotuitu ſe extendente ad omnes temporum differentias, Natiuitas Chriſti compsratiuè ad diuerſas temporis differentias ſemper ſimul ſcitur à Deo vt futura, vt præſens, vt præterita. Idcirco rectè monent Molina 1. *parte, q. 14. art. 15. ad 1.* Arriaga *diſp. 17. ſect. 1. num. 15.* aliique Theologi communiter non niſi eum limitatione, & explicatione negari poſſe quidquid Deus ſciuit ſeit aut è contta, concedi Deus oon ſcit quidquid ſciuit. Accedit quod negaodo abſolutè primam, aut concedendo abſolutè ſecundam propoſitionem, ſequitur Deum pauciora ſeire, quàm ſciuerit, & quia contrariorum eadem eſt ratio, ſequitur poſſe etiam plues ſcire quam ſciuerit, qood D. Thomas *eodem art. 15. ad 2.* fatetur non debere concedi.

39. Non omnes denominationes reſpicientes creaturas Deo eodem modo conueniunt.

Patet inſuper non eodem modo conuenire Deo omoes denominationes importantes reſpectum ad creaturas, quales ſunt denominationes ſcientis, volentis, creatotis, Domini; & ex eo quod Deus poſſit in tempore deoominari creatot, ac Domioos creaturarum, qnarum creatot, ac Dominus non erat ab æterno, malè argueretur poſſe in tempore deoominari ſcieotem, aut volentem aliquas creaturas, quas non voluerit, aut non ſciuerit ab æterno. Diſparitas eſt, quia denominationes creatotis, & Domini requirunt creaturas actu exiſtentes in ſe ipſis, creaturæ autem in tempore ſolùm, non ab æterno ſunt actu exiſtentes in ſe ipſis; at denomioationes ſcientis & volentis requirunt ſolùm creaturas determinatas ad exiſtendum, creaturæ autem ſunt ab æterno determinatæ ad exiſtendum; illæ denominationes exigunt creaturas factas; iſtæ contentæ ſuot creaturis faciendis. Huius diſparitatis rationem fundamentalem, & à priori affert D. Thomas 1. *parte, quæſt. 14. a. 15. ad 1. quæſt. 34. art. 3. ad 2. in 1. diſt. 35. q. 1. art. 5. ad 3.* ſitam in eo, quod denominationes creatoris, & Domini, ſundantur in actionibus tranſeuntibus in creare ſcilicet, & dominari; denomioationes ſcientis, & volentis fundantut in actionibus immanentibus, in intelligere ſcilicet, & velle: actio tranſiens, vt potè exiens quodammodo à creatote in creaturam ſequitor conditionem creaturæ in ſe, & actu non denominat, niſi actu pooatur creatura; actio immanens à Deo non egreditur, ſed potius ponit creaturas in Deo, ideo vt denominet, requirit creaturas exiſteotes oon in ſe ipſis, ſed in Deo ratione decreti quod eſt prima, ac infallibilis ratio, imo repræſentatio exiſtentiæ creaturarum.

Denominationes fundatæ in actione immanente conueniunt Deo ab æterno, ſecus fundatæ in actione tranſeunte.

40. Dominium quoad actū ſecundum cōuenit Deo in tempore quoad actum primum ab æterno.

Quod dixi Deum non denominari ab æteroo crestorem, ac Dominum creaturarum, procedit ſumendo nomen creatoris, & Domini, prout importat actum ſecundum, ſeu exercitium creandi, & dominandi, qua ratione D. Thomas 1. *part. quæſt. 13. art. 7. ad 6.* dicit io terminis *Deus non fuit Dominus antequam haberet creaturam ſibi ſubiectam.* Cæterùm, ſi ſumatur creator, & Dominus, vt importat actum primum ſeu potentiam creandi, & dominandi, Deus verè fuit ab æterno creator, & Dominus, qua ratione ſupra *lib. 1. cap. 10. §. 2.* dicebamus dominium eſſe perfectionem Deo iotrinſecam, & §. 8. Deum eſſe Dominum etiam eorum, quæ oon ſunt eadem ratione dicitur: Iſaiæ 40. *Deus ſempiternus Dominus*, & tum D. Thomas pluribus in locis, tum alij SS. PP. tribuunt Deo dominium ab æterno vt videre eſt apud Syluium *1. p. q. 13. a. 7. conc. 3.*

---

§. IV.

De reliquis proprietatibus ſcientiæ Dei?

41.

ASSERTVM: Reliquæ proptietates ſcientiæ Dei eſſe poſſunt qood ſit ipſius Dei comprehenſiua: Quod ſit intenſiuè, & extenſiuè infinita: Quod ſit ſimpliciſſima, & nec ex formali diſcurſu, nec ex aliqua alia reali actuū multiplicitate conſurgat.

Scientia diuina eſt Dei comprehenſiua.

Probatur, & explicatur aſſertum, imo totum per ſe patet recolendo ſupradicta eſt ſcientia Dei ipſius Dei comptehenſiua, quia Deus cognoſcendo ſe ipſum, ſe perfectè

compte

comprehendit ex ſuprapoſitis *cap.2.* §.1. & hanc prærogatiuam eſſe propriiſſimam, ſeu ſpecialiſſimam proprietatem Scientiæ Dei, ſatis conſtat ex *lib.ſuperiori cap.6.* quod ferè totum inſumitur io probaoda, & ſuſtinenda repugnantia cognitionis creatæ comprehenſiuæ Dei.

42. Eſt infinita intenſiuè.

Eſt Scientia Dei intenſiuè infinita, non quidem intenſione accidentali, & graduali, quæ ipſius inuariabilitati ſupra explicatæ, eiuſdemque ſimplicitati mox explicandæ, repugnat; ſed intenſione ſubſtantiali,& eminenti,quatenus ſoa indiuiſibili, ſubſtantialique entitate cootinet omnem cuiuſcumque cognitionis claritatem, & omoem modum cognoſcendi ab imperfectione immunem; attingit ſcilicet rem eandem in ſe, in alia, ex alia, vt ſuprà explicabatur *cap.2.9.3. & ſequentibus*, eſt inſuper Scientia Dei infinita

Et extenſiuè.

exteoſiuè, quatcoùs ſe extendit ad omne cognoſcibile, ſiue increatum,ſiue creatum; ſiue neceſſarium,ſiue contingens;ſiue in potentia, ſiue in actu; ſioc poſſibile, ſiue impoſſibile; ſiue poſitiuum, ſiue negatiuum;ſiue bonum, ſiue malum.

43. Eſt ſimpliciſſima.

Eſt Scientia Dei ſimpliciſſima, ſimpliciſſimo ſcilicet cognitioois actu exhaurit Deus omne cognoſcibile, vel vt loquitur Boëtius *lib.5. de conſol. metr.2.* vno mentis cernit in ictu, quæ ſint, quæ fuerint, veniantque, excludit vitalis ſimplicitatis formalem diſcurſum,qui uon exercetur ſine reali actuum di-

Excludit diſcurſum formaliter, & realem compoſitionem conceptuum admittit vtrumque virtualiter.

ſtinctione; excludit etiam omnem realem conceptuum, aut compoſitiooem aut diuiſionem, nec Deus affirmat componendo, aut ocgat diuidendo realiter conceptus;nec item ſuis præmittit iudiciis diſtinctas realiter terminorum apprehenſiones; ſed voicâ, eaque indiuiſibili, & ſimplici ſui intellectus operatione præſtat id totum, quod uos pluribus noſtri intellectus operationibus apprehendendo, iudicando,& diſcurrendo præſtamos; noo excludit tamen diuinæ Scientiæ ſimplicitas diſtioctionem actuum virtualem, quia ex ſæpius dictis virtualis diſtinctio eſt perfectio, non imperfectio ſimplicitatis; vtrùm verò, ſicuti ratiooe virtualis multiplicitatis actuum Saluatur in Deo virtualis (iuxta ſuprà dicta *cap.2.§.3.*) diſcurſus, ita etiam admitti poſſit virtualis compoſitio conceptuum in iodicando, ſeu virtualis quædam prioritas ſimplicis apprehenſionis terminorum ad iudicium, communiter negatur,eo quod ſimplex apprehenſio, vt diſtincta à iudicio videatur importare imperfectionem, nimirum cognitionem quandam inchoatam, & indeterminatam,qua obiectum ita proponitur,vt intellectus ad neutram contradictionis partem ſe determinet, oihilominus ſimplex apprehenſio ex genere ſuo ſolùm dicit proponere intellectui obiectum, & quamvis ex ſe intellectum non determinet, poteſt coniungi cum Iudicio, qoo intellectus determinetur, ſicque ſumpta ſeparatim à Iodicio, ſeu cum carentia iudicij,eſt quidem cognitio inchoata,& indeterminata;at ſumpta ſimul cum iudicio eſt cognitio completa, atque determinata; ex alia parte perfectio, quam ipſa formaliter importat, eſt quidem miuor perfectione importatâ formaliter à iudicio, at cum hanc non excludat,non videtur ex hoc capite deficere à ratione perfectionis ſimpliciter ſimplicis,quod confirmari maximè poteſt recolendo ſupradicta *cap.1.* §.1. dum probaretur in Deo dare actum primum iotelligendi

Simplex apprehenſio in aliquo ſenſu poteſt admitti in Deo.

ſine carentia tamen actus ſecundi, eo potiſſimum fundamento, quod actus primus dicat imperfectionem,ſolùm quãdo caret ſecundo, eadem ratione dici poſſet ſimplicem apprehenſionem eſſe imperfectam, ſolùm quando caret iudicio. Cæterùm quando habet ſimultatem, imò identitatem iudicij, imperfectionem omnem exuere,& poſſe in Deo admitti, vt docet De Quiros 1.*par.q.14.art.14.n.71.* imò quoad rem, ſi attentiùs legantur, idem ſentiunt Suar. *in Methaphyſica diſp.*30. *ſect.* 15.*n.*39. Vaſq. 1.*part.diſp.*75.*cap.*4. Arriaga *diſp.*17.*ſect.*2. *n.*13. alijque plures auctores, qui licèt videantur abſolutè negare Deo ſimplicem apprehenſionem, explicant tamen ſe loqui de ſimplici apprehenſione vt excluſiuâ Iudicij, aut ſaltem vt ſeparatâ, ſeu realiter diſtinctâ à Iudicio.

Aliæ quædam proprietates Scientiæ Dei 44.
putà quod ſibi identificet, & contineat omnes virtutes intellectuales, quod ſine actu etiam virtualiter diſtincto ſeipſam perfectiſſimè cognoſcat quod quidquid in aliqua differentia temporis exiſtit ita æternitate ſua occupet, vt tanquam ſibi Phyſicè præſens intueatur, & ſi quæ vlterius poſſuot enumerari,ſufficienter conſtant ex iis,quæ toto hoc libro ſparſim contineotur.

CAPVT VI.

De diuiſionibus Scientiæ Dei.

QVIA de re qualibet poſt explicatum 1.
Quid ſit, inquiri ſolet quotuplex ſit, videbatur præſeos titulus,ſub quo idem quæritur,ac quotuplex ſit Scientia Dei;in huiuſcè libri fronte,potius quàm calce proponeodus. Verùm cum diuiſiones Scientiæ Dei deriuentur maximè ex diuerſitate, aut obiectorum, aut modi cognoſcendi, aut proprietatem ipſam ſcientiam comitantium; his non præmiſſis vlx poterant illæ explicari, placuit igitur ipſas in vltimom locum reſeruare, vt quò tardius,eò facilius explicarentur. Neque dum ſermonem inſtituo de diuinæ Scientiæ diuiſionibus expectes membra diuidentia realiter ab inuicem diſtincta: Summa enim ſimplicitas nec in diuina Scientia, nec in aliquo alio prædicato abſoluto Dei patitur realem diſtinctionem, aut in membra realiter contra diſtincta diuiſionem: proptèrea quæcumque diuiſio infrà aſſignetur erit in membra habentia diſtinctionem non plus, quàm virtualem, quam ſolam patitur ſumma ſimplicitas.

§. I.

§.I.

De diuiſione ſcientiæ Dei in ſimplicem Intelligentiam, & viſionem?

2. *Diuiſio ſciētię in ſimplicem intelligentiam, & viſionem eſt adæquata.*

ASSERTVM: Diuiſio ſcientiæ Dei in ſimplicem intelligentiam, & viſionem ſufficieos eſt, & adæquata. Colligitur hoc aſſertum ex D. Thoma 1. *p.q.* 14. *a.*9. *&* 12.3. *p. quaſt.*10. *art.*2. *&* *q.*13. *a.*1. *ad* 2. *in* 1. *diſt.* 38. *quaſt.* 1. *art.* 4. aliiſque pluribus io locis, in quibus omnibus *S. Doctor* nunquam alterius ſcientiæ meminit, quam ſiōplicis iotelligentiæ, & viſionis, & ad haa ſolas ſemper teducit quodlibet obiectum à Deo cogooſcibile; propterea aſſertam diuiſionem, tanquam ſufficientem, & adæquatam apertè ſuſtinent Salmant. 1. *parte*, *tract.*3. *diſp.*5. *dub.*2. *n.*10. Syluios *q.* 14. *a.*9. *conc.*1. & Thomiſtæ communiter, aliique plures contra auctores ſcientiæ mediæ ſumptæ in ſenſu legitimo pro notiria attingēte futura contingentia conditionata aorecedenter ad diuinum decretum ex parte actus abſolutum; nam tertia ſcientia, quam pro futuris contingentibus conditionatia etiam ſub nomine ſeientiæ mediæ in calce *lib. ſuperioris* admitti poſſe permiſimus, non reddit inſofficientem, & inadæquatam aſſertam diuiſionem, eum talia tertia ſcientia ſit potius membrum ſobdiuidens partim viſionem, partim ſimplicem intelligentiam, quàm immediatè diuideos ſimul cum viſione, & ſimplici iotelligentia ſcientiam. Eâdem tatione non obeſt ſcientia approbationia eo mddo, quo à nobis *cap. ſuperiori* §. 1. *aſſert.* 3. conceditur, qoia eſt ſubdiuiſio ſimplicis intelligentiæ, & ſub ſimplici intelligentia continetur, ſicuti ſub ſimplici intelligentia continetur ſcientia cauſatiua rerum, quæ neque etiam per aduerſarios eſt tertium membrum ſcientiæ reddens inadæquatam, & inſufficieotem diuiſionem in viſionem, & ſimplicem intelligentiam ſic explicatum aſſertum.

Scientia approbationis eſt membrū ſimplicis intelligentiæ.

3. Probatur illa diuiſio eſt adæqoata, & ſufficiens, quæ totum diuiſum complectitur; ſed dioiſio ſcientiæ Dei io ſimplicem intelligentiam, & viſionem totam Dei ſcientiam complectitur, nec vlla eſt aſſignabilis ſcientia Dei, qoæ aot viſio, aut ſimplex iotelligentia non ſit, ergo; Minot probatur primò quia, ſi aliquod eſt aſſignabile membrom ſcientiæ Dei vltra ſimplicem intelligeotiam, & viſionem maximè erit ſcientia media, aut ſcientia approbatioois, ſed ſcientia media in ſenſu proprio repugnat, in ſeoſu minus proprio in quo permitti poteſt, continetur partim ſub ſimplici intelligeotia, partim ſub viſiooe; ſub illa abſolutè, ſub iſta cooditionatè. Scientia approbationis continetur ſub ſimplici iotelligeotia, vt mox explicatum eſt; vel ſi nomioe ſcientiæ approbationis intelligas ſcientiam habentem adiunctum actum voluntatis non determinantis rerum futuritionem, ſed ſibi complaceotis de rebus iam exiſtentiboa iuxta illud Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,* cootinetur ſub ſcientia viſionis, ergo: Minor eadem probatur ſecundò diuiſio ſcieotiæ Dei in ſimplicem intelligentiam, & viſionem iuxta D. Thomam *quaſt.* 2. *de veritate art.* 9. *ad* 2. attenditor non ex parte ſcieotis, ſed ſolùm ex parte rei ſcitæ; at res ſcita per ſimplicem intelligentiam, & res ſcita per viſiooem adæquatè diuidont omne ſcibile, nam res ſcita per viſionem eſt omne exiſtens, res ſcita per ſimplicem iotelligentiam eſt omoe non exiſtens; exiſtere autem, & non exiſtena omne ſcibile dioidunt, oec medium vllum admittunt, tanquam tertium membrum diuiſionis, cum ſiot ioter ſe contradictoria, & contradictoria mediom omne reſpuant, adeò vt quidquid ſub vno cootradictionis extremo non eſt, neceſſe ſit eſſe ſub altero propter generalem illam regulam propoſitionom contradictoriarum, ſi vna eſt falſa, altera eſt vera. Confirmaror aſſertæ diuiſionis ſufficientia diſcurrendo magis in particulari per obiecta vtriuſque ſcientiæ.

In aliquo ſenſu eſt etiā membrum viſionis.

4. *Simplex intelligentia quodnam obiectum habeat.*

Scientia ſimplicis iotelligentiæ ſe extendit ad omnem cuiuſcumque rei quiditatem vt ab exiſtentia præſcindentem, & Deo excepto, euins eſſentia nollatenua diſtinguitur ab eſſe, oec poſſibilitas ab exiſtentia exercita iuxta ſopradicta *lib.* 1. *c.*6. §. 7. oihil eſt, quod in aliqoo ſtatu ſub ſimplicem intelligentiam non cadat, attingit enim illa omnia qoæ antecedenter ad ipſam non habeot exiſtere, ſiue deinde ſint io potentia ad exiſtendū, cuinſmodi ſunt omnia poſſibilia ſiue habeant ad exiſtendum repognantiam, vt impoſſibilia, & entia rationis, quæ propterea eâ ratione, quâ ex ſupradictis *c.* 2. §. 11. à Deo cognoſcuntur, cogooſcuntor per ſimplicem intelligentiam. Denominatur ſcientia horum obiectorum ſimplex iotelligeotia, quia exiſtit præciſè in linea iotellectionis, nec aliquid ex parte obiecti ſupponit præter intelligibilitatem, id eſt, neque ſupponit voluotatis decretum, neque exiſtentiam obiecti ad intelligentem; quæ ſunt quodammodo quid ſopetadditum, & accidentale intelligibilitati tei.

Cur ita denominetur.

5. *Viſio quodnam obiectū habeat.*

Scientia viſiooia ſe extendit ad illod omne, quod exiſtit pro aliqna differeotia temporis, & qoia Deus maximè eſt exiſtens, nec ſolùm pro aliqua, ſed pro omni, imo ante omnem, & poſt omnem temporis differentiam exiſtit, ſcientiâ viſionia Deus maximè fertur io ſe ipſum. Denominatur ſcientia viſionis à viſione corporea, eui ſolùm conuenit attingere ea, qoæ ſunt exiſtentia, & phyſicè præſeotia videnti. Non differt propterea ſimplex iotelligentia à viſione in eo, quod iſta ſit clarior, euidentior, & in lioea intellectionis perfectior, ſed præciſè in eo qnod ſupponat ex parte obiecti exiſtentiam; ſimplex intelligentia non item, vt magis explicat Io. à S. Tho. 1. *p.q.*14. *diſp.*18. *a.*1. *n.*10. *&* 11.

Cur ita denominetur.

Pro modo loquendi recolendom eſt quod attigi *lib. ſuperiori cap.* 5. §. 4. nomen ſcilicet viſionis, ſeu intuitionis aliquando

vſurpari ad ſignificandam omnem cognitionem claram, euidentem, & certam, iuxta hanc vſurpationem loquitur D. Thom. *q. 2. de verit. a. 8. in C.* docens de his, quæ Deus nunquam facere diſpoſuit, & quæ nec fuerunt, nec ſunt, nec erunt, dici poſſe, quod intueatur ea in ſua potentia, aut in ſua bonitate. Qua auctoritate abutuntur nonnulli ad probandum omnem cognitionem, cuius ratio formalis, & motiua ſit exiſtens eſſe intuitiuam, & conſequenter Deum nullam habere cognitionem abſtractiuam, Sed res omnes etiam poſſibiles intuitiuè cognoſcere, quod vt refert Io. à S. Thom. *loc. cit. n. 7.* ſolet attribui Gregor. *in 1. diſt. 39. q. 2.* & cuidam Franciſco de Chriſto *in 1. diſt.* 29. *q. 6. ad 6.* Verùm hæc opinio nimis arbitrariè recedit à communi loquendi modo, quo & Deo conceditur cognitio abſtractiua, & abſtractiua vocatur omnis illa cognitio, quæ terminatur ad rem non exiſtentem, nec habere aliquod exiſtens pro ratione formali, ſeu motiua eſt proprium cognitionis intuitiuæ, ſed eſt prædicatum commune cuilibet cognitioni, cum quælibet cognitio gigni debeat ex potentia, & obiecto motiuo vtique exiſtente, neque enim res non exiſtens poteſt per ſe ipſam immediatè concurrere ad alicuius rei productionem.

Viſioni non ſufficit habere aliquod exiſtens pro ratione motiua.

§. II.

De viſione ſcientiæ Dei in neceſſariam, & liberam?

7. Assertvm: Rectè diuiditur ſcientia Dei in neceſſariam, & liberam, & verè datur in Deo ſcientia neceſſaria, tum ſcientia libera; intelligendo nomine ſcientiæ liberæ ſcientiam quæ talis ſit non ſubiectiuè, & in eſſendo; ſed obiectiuè, & in cognoſcendo vt explicabatur *cap. ſuperiori §. 3. in probatione primi aſſerti.*

Diuiſio ſciẽtiæ Dei in neceſſariam, & liberá eſt adæquata.

Probatur: Datur in Deo ſcientia, tum de obiecto neceſſario tum de obiecto libero; ergo datur in Deo ſcientia tum neceſſaria, tum libera, & conſequenter rectè diuiditur ſcientia Dei in neceſſariam & liberam; & quidem cum neceſſarium, & liberum, quod hîc ſumitur, prout complectitur omne contingens, adæquatè diuidant quidquid eſt cognoſcibile, ſequitur quod diuiſio ſcientiæ Dei in neceſſariam, & liberam non ſit vtcumque recta, ſed. Sit etiam verè adæquata; Conſequentia patet, quia ſermo eſt in præſente de neceſſitate, & libertate ſcientiæ obiectiua, adeóque quæ ex obiecto dignoſcitur. Antecedens probatur aſſignando pro ſcientia neceſſaria obiectum neceſſarium, pro ſcientia libera obiectum liberum.

8. Scientia neceſſaria Dei fertur primario in ipſam diuinam eſſentiam, in diuina attributa, & relationes, fertur item in decreta libera ſub ea ratione, ſub qua ſunt neceſſaria, & ab actu neceſſario indiſtincta, id eſt vt ſumuntur entitatiuè, ſubiectiuè, & in eſſendo: fertur in creaturas omnes poſſibiles in propoſitiones quas vocant æternæ veritatis, etiam ſi huiuſmodi propoſitiones formentur, aut circa impoſſibilia, aut circa entia rationis, aut ſub formula conditionali exprimente præciſè vim illationis iuxta præmiſſa *in lim. cap. 4.* vnico verbo ſcientia neceſſaria eſt illa omnis, cuius obiectum non pendet à decreto diuinæ voluntatis.

Scientia neceſſaria quodnam obiectum habeat.

9. Scientia libera Dei fertur primariò in diuina decreta ſub ea ratione ſub qua infra *lib. ſeq. cap. 1. §. 8.* explicabitur ipſa diſtingui ab actu neceſſario: fertur deinde in illa omnia, quæ aliquo modo ſubſunt diuinis decretis, ſiue ſubſint tanquam obiecta abſoluta, ſiue tanquam obiecta conditionata, ſiue tanquam obiecta poſitiua, ſiue tanquam obiecta negatiua; vnde etiam negationes illarum rerum, quas Deus poſitiuè decreuit ad ſtatum exiſtentiæ nullo modo transferre, ſicuti cadunt ſub diuino decreto, ita cadunt ſub ſcientia libera Dei, ad differentiam negationis exiſtendi comitantis rem quamlibet purè poſſibilem, quæ negatio ſicuti neceſſariò conuenit cuilibet rei purè poſſibili, nec ſupponit aliquod diuinum decretum, ita eſt obiectum ſcientiæ Dei neceſſariæ. Vnico verbo ſcientia libera eſt illa omnis, quæ habet actum voluntatis, aut tanquam obiectum, aut taquam aliquo modo afficientem obiectum.

Scientia libera quodnam obiectũ habeat.

10. Ex his patet malè à nonnullis confundi ſcientiam neceſſariam cum ſimplici intelligentia; ſcientiam liberam cum viſione. Cum tamen in re nec omnis ſcientia neceſſaria ſit ſimplex intelligentia, vt patet in ſcientia, quam Deus habet de propria eſſentia propriiſque attributis, & relationibus, quæ, & eſt neceſſaria, & eſt viſio: nec item omnis ſcientia libera ſit viſio, vt patet in ſcientia cauſatiua rerum, quæ libera eſt, & eſt ſimplex intelligentia *ex cap. ſuperiori §. 1.* Item in ſcientia futurorum conditionatorum, quæ libera eſt, & eſt abſtractiua, ac ſimplex intelligentia potius, quàm intuitiua, & viſio *ex cap. 4. §. 6.* Tandem ſcientia, quam iuxta mox dicta habet Deus de negatione exiſtentiæ reſpectu illarum rerum, quas poſitiuè vult non exiſtere libera eſt, & tamen negationes illæ, ſicuti non niſi valde abuſiuè dici poſſunt exiſtere; ita valde abuſiuè ſpectant ad ſcientiam viſionis: & ſicuti futura conditionata, licet decretum præſupponant, quia tamen conditionatè ſolùm, non abſolutè exiſtunt, ſolùm conditionatè ſpectant ad ſcientiam viſionis, abſolutè verò ſpectant ad ſimplicem intelligentiam, ita negationes illæ, licet decretum præſupponant, quia tamen abuſiuè ſolùm, non propriè exiſtunt, ſolùm abuſiuè ſpectant ad viſionem, propriè verò ſpectant ad ſimplicem intelligentiam quidquid contra ſentiat Amicus *1. p. diſp. 12. n. 870.* vbi aſſignat ſub obiecto ſcientiæ viſionis non ſolùm negationes exiſtentiæ à Deo liberè volitas, ſed etiam illas, quæ ante omnem actum liberum diuinæ voluntatis conueniunt rebus conſtitutis in puro ſtatu poſſibilitatis, eo quod inquit huiuſmodi negationes dicuntur exiſtere, ſeu dari à parte rei: At impugnatur,

Negationes omnes ſpectãt ad ſimplicem intelligentiam potius, quã ad viſionem.

tatur, quia ex vna parte, vt antecedenter dicebatur valde abuſiuè negationes dicuntur exiſtere: & ex alia parte cognoſcere in rebus purè poſſibilibus negationem exiſtentiæ, nihil eſt aliud, quàm cognoſcere poſſibilia non exiſtere, quod eſt terminus proprius ſimplicis intelligentiæ.

§. III.

De diuiſione ſcientiæ Dei in ſpeculatiuam, & practicam?

11\. *Diuiſio ſcientiæ Dei in ſpeculatiuã, & practicã.*

ASSERTVM: Rectè diuiditur ſcientia Dei in ſpeculatiuam, & practicam; & vere datur in Deo tum ſcientia ſpeculatiua, tum ſcientia practica. Ita D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 14. *art.* 16. & Theologi communiter, inter quos tamen eſt aliqua diuerſitas in aſſignando, quænam determinatè ſcientia Dei ſit ſpeculatiua, quænam practica, & eſt huiuſmodi diuerſitas ferè tota de nomine ſita in eo, quod diuerſimodè explicetur, quid ſignificet nomen ſcientiæ ſpeculatiuæ, quid nomen ſcientiæ practicæ; nos tum cohærenter ad ea, quæ indicauimus *in prolegomenis cap.* 1. §. 5. *& capite ſuperiori* §. 2. tum conformiter ad communiorem ſignificationem, ſecundùm quam vſurpantur à Philoſophis, atque Theologis hæc nomina *ſpeculatiuum*, *practicum*, à qua ſignificatione bene monet Vaſquez 1. *parte, diſp.* 69. *cap.* 2. non eſſe pro libito recedendum, intelligimus nomine ſcientiæ practicæ illam, quæ reſpicit obiectum factibile, & dirigit cognoſcentem ad obiectum faciendum, nomine ſcientiæ ſpeculatiuæ illam, quæ quieſcit in contemplatione veritatis, & vel non habet obiectum factibile, vel non dirigit ad obiectum faciendum. Sic intellectis terminis

12\. Probatur, & explicatur aſſertum: Rectè diuiditur ſcientia Dei in ſcientiam, quam habet Deus de ſe ipſo, & ſcientiam, quam habet de creaturis; ſed ſcientia, quam habet Deus de ſe ipſo eſt ſpeculatiua; ſcientia quam habet de creaturis eſt in aliquo ſenſu ſpeculatiua, in aliquo ſenſu practica; ergo rectè diuiditur ſcientia Dei in ſpeculatiuam, & practicam, & verè datur in Deo, &c. Maior patet, quia verè Deus ſcit ſe ipſum, & creaturas, vt abundè in ſuperioribus traditum eſt, & ſufficienter euincitur ex prærogatiuâ omniſcientiæ. Minor probatur explicando ſingillatim, quomodo in ſcientia, quam habet Deus de ſe ipſo (excipe ſcientiam, quam habet Deus de propriis decretis eâ ratione, quâ diſtinguuntur ab actu neceſſario; qua ratione habet quidem Deus de propriis decretis cognitionem practicam per modum prudentiæ; at cognoſcendo propria decreta, vt diſtincta ab actu neceſſario habet ſcientiam de creaturis potiùs, quàm de ſe ipſo) ſeruentur conditiones ſcientiæ ſpeculatiuæ; in ſcientia veri quam

Deus habet cognitionẽ practicam de propriis decretis.

habet de creaturis ſeruentur in aliquo ſenſu conditiones ſcientiæ pariter ſpeculatiuæ in aliquo alio conditiones ſcientiæ practicæ.

Speculatiua eſt ſcientia, quam habet Deus de ſe ipſo, quia huiuſmodi ſcientia 13.
vel conſideratur in ordine ad eſſentiam, attributa, & perſonam Patris; vel in ordine ad perſonas filij, & Spiritus Sancti, Si ſecundo modo eſt quidem de obiecto producibili, at non poteſt dirigere ipſius productionem, cum filius, & Spiritus Sanctus producantur ex neceſſaria fœcunditate naturæ non ex directione ſcientiæ: nec plauſum, aut ſequelam habet opinio Arriagæ 1. *parte, diſp.* 18. *ſect.* 1. *ſubſect.* 3. *num.* 14. exiſtimantis Patrem de filio, vtrumque de Spiritu Sancto habere ſcientiam practicam. Si ſecundo modo ſcientia Dei non eſt de obiecto producibili; cum diuina eſſentia, diuina attributa, & perſona Patris, habeant eſſe improductum. Neque dicas ſufficere ad ſcientiam practicam, quod ſit de obiecto amabili, & quod poſſit dirigere amorem ſui obiecti, licet non poſſit dirigere productionem. Ex quo capite Scotus *quæſt.* 4. *prologi* §. *ſi obiiciatur contra hoc*, cenſet probabiliter concedi poſſe practicam ſcientiam, quam Deus habet de propria eſſentia. Contra enim nec ſufficit ad rationem ſcientiæ practicæ, quod ſit de obiecto amabili, vt patet *ex prolegomenis cap.* 1. *in probatione ſecunda partis primi aſſerti*. Nec ſcientia, quam Deus habet de propria eſſentia dirigit amorem ipſius, cum Deus diligat propriam eſſentiam amore omninò neceſſario, qui conſequenter nec poteſt ſubiici directioni, nec poteſt eſſe praxis, vt deducitur ex dictis *cap. ſuperiori* §. 2. in vltimis particulis primi aſſerti, & confirmari poteſt ex Ariſtotele 6. *Ethic. cap.* 1. docente intellectum practicum eſſe de rebus, quæ poſſunt aliter ſe habere, ſpeculatiuum verò de rebus neceſſariis. Deinde ſi quid probat allata *ex Scoto* inſtantia probat ad ſummum eſſe practicam ſcientiam, quam Deus habet de ſe ipſo vt amabili, at non probat eſſe talem ſcientiam, quàm Deus habet de ſe ipſo ſecundùm ſe; & hanc in re eſſe ſpeculatiuam fatetur ipſemet Scotus §. *ſequenti* ad mox citatum Scotum, & S. Thomam *art.* 16. *ſupra cit.* ſequuntur licèt ex diuerſis fundamentis omnes, quos videtim, Theologi Suarez 1. *parte, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. Vaſquez *diſp.* 69. *cap.* 2. *num.* 4. Valentia *diſp.* 1. *quæſt.* 14. *punct.* 8. Lugus *diſp.* 34. *cap.* 1. *num.* 7. De Quiros *quæſt.* 14. *art.* 6. *numero* 117. Arriaga *loco mox cito*, *Thomiſtæ Scotiſtæ.*

Nec pater de filio nec vterque de Spiritu ſancto.

Nec Deus de propria eſſentia propriiſque attributis habet ſcientiã practicam.

Speculatiua item eſt ſcientia, quam Deus habet de creaturis vt exiſtentibus intuendo 14.
exiſtentiam, aut poſſibilibus conſiderando præcisè connexionem prædicatorum eſſentialium, & veritates neceſſarias in ipſis relucentes; vtraque enim hæc ſcientia iuxta aſſerta *cap. ſuperiori* §. 1. nullam exercet cauſalitatem in creaturas, & licet ſit de obiecto ſecundùm ſe operabili, neutra fertur in ipſum vt operabile, ſeu modo opera-

De creaturis quomodo habeat ſcientiam ſpeculatiuam.

A fortiori ſpeculatiuã ſcientiam haber de impoſſibilibus entibus rationis, malitia peccati.

bili, & ordinato ad dirigendam operationẽ. A fortiori ſpeculatiua eſt diuina ſcientia de impoſſibilibus, de entibus rationis, de malitia peccati, quæ reſpectu Dei non ſolùm non ſunt obiectum cognitum modo operabili, ſed neque ſunt obiectum operabile. Nec obſtat D. Thom. *art. 16. cit. in C.* docens: *Mala licet non ſint à Deo operabilia, tamen ſub cognitione practica ipſius cadere.* Loquitus enim de malis non ſecundùm ſe, ſed vt cognoſcuntur per bona, & propter bona permittuntur, vel impediuntur, & ſenſus eſt cadere ſub ſcientia practica bona, in quibus cognoſcuntur, & propter quæ permittuntur, vel impediuntur mala.

15. Practica ſcientia Dei quæ.

Practica ſciẽtia eſt, quam habet Deus de creaturis vel concipiendo ipſas vt operabiles, ſimúlque proponendo, & oſtendendo voluntati modum, quo operabiles ſunt, vel adiuncto voluntaris decreto de re aliquo actu producenda, dirigendo actualiter talia rei productionem, Hoc ſecundo modo ſcientia Dei eſt practica magis proximè, primo modo eſt practica magis remotè, vt prædicatum eſt, dum ageretur de ſcientia Dei, quæ eſt cauſa rerum; vtroque tamen modo eſt practica propriè, quia ſicuti ad propriam rationem cauſæ non eſt neceſſarius actus ſecundus, ſed ſufficit actus primus; ita ad propriam rationem ſcientiæ practicæ non eſt neceſſe, quod actu influat; ſed ſufficit, quod quantum eſt de ſe poſſit influere in praxim.

16. Huic communi doctrinæ contradicit Scotus *cit. quæſt. 4. prologi* §. 2. *articulus.* & *in* 1. *diſt.* 38. §. *quamvis ſuprà*, quibus in locis negat Deo omnem ſcientiam practicam creaturarum. Primo loco mouetur ex eo, quod ſcientia practica debet eſſe directiua voluntatis, voluntas autem diuina cum ſit prima regula, ſeu ipſamet ſibi ſit regula non poteſt dirigi, & cum non poſſit errare non poteſt rectificari. Quarto loco mouetur, quia intellectus diuinus non poteſt habere cognitionem præcedentem actum voluntatis dictatiuam de opere faciendo. Si enim ante actum voluntatis diuinæ poſſet intellectus diuinus (verba ſunt Scoti *loco cit.*) aliquam talem cognitionem habere, haberet eam merè naturaliter, & neceſſariò, de neceſſitate ergo cognoſceret hoc eſſe faciendum, & tunc voluntas, cui offert, non poſſet non velle iſtud, quia tunc poſſet eſſe non recta, quia voluntas potens diſcordare à ratione practica, poteſt eſſe non recta.

17. Regulari nõ importat neceſſariò poſſe errare.

At neutro ex capite ſufficienter *Scotus* motus. Non ex primo, quia non eſt de ratione regulæ, vt regulatum poſſit errare, aut vt ipſi tanquam ſuperiori regulatum ſubiiciatur, ſed ſolùm vt regulatum poſſit ſequi, vel non ſequi regulæ directionem, quod optimè verificatur in voluntate diuina, quæ dum liberè eligit, liberéque faciendum determinat id, quod ei ab intellectu proponitur, vtique poteſt in actu ſecundo regulari, vel non regulari, quia poteſt in actu ſecundo eligere, vel non eligere, rem circa quam eſt regulanda. Quando additur diuinam voluntatem eſſe ipſammet ſibi regulam, verùm eſt loquendo realiter, & vt ſibi identificat intellectum, cæterùm formaliter, & ſecundùm ſe præciſè, ſicuti eſt cæca, ita caret regula, quæ nihil aliud ſignificat in præſenti, quàm dictamen rationabile potentiæ videntis. Non item ex ſecundo capite ſufficienter *Scotus* mouetur, 18.
nam quod dicit cognitionem illam practicam fore merè naturalem & neceſſariam, benè procedit loquendo de tali cognitione, vt repræſentante præciſè res factibiles, & modum, quo factibiles ſunt, ſeu vt practica remotè, & in actu primo ſecus loquendo de ipſa vt determinatè repræſentante vnam rem faciendam potius, quàm aliam, vt actualiter dirigente tum voluntatem, tum potentiam executiuam: hoc enim non præſtat, niſi adiuncto voluntaris decreto ſtatuente rem vnam faciendam potius, quàm aliam, ideo hac ratione, & vt eſt practica in actu ſecundo, non habetur omninò naturaliter, & neceſſariò. Quod addit voluntatem potentem diſcordare à ratione practica poſſe eſſe non rectam, procedit de ratione practica proponente rem aliquam determinatè, & ſub obligatione faciendam, non de ratione practica proponente rem ſolùm factibilem, & modum factibilitatis, nullam inducente obligationem, imò ſe accommodante determinationi ipſius voluntatis, & in actu ſecundo dirigente ad vnam potius, quàm ad aliam rem faciendam, provt voluntas vnam potius, quàm aliam rem facere determinat quomodo ſe habet ratio practica diuina ad diuinam voluntatem. Accedit, quod ab huiuſmodi ratione practica voluntas nunquam diſcordat, nam ex pluribus indifferenter propoſitis aut nullum, aut vnum potius, quàm aliud eligere non eſt diſcordare à primo proponente. Tandem *Scoti* 19.
argumentum probat ad ſummum non poſſe eſſe practicam in Deo ſcientiam antecedentem actum voluntatis, nec poſſe in Deo voluntatem quoad ſuas determinationes ab intellectu practicè dirigi; at non probat ſcientiam habentem adiunctum actum voluntatis non poſſe eſſe practicam ſaltem in ordine ad potentiam executiuam, aut voluntatem, vt motricem potentiæ executiuæ ſuppoſitâ *ex dictis cap. ſuperiori* §. 1. *aſſert.* 2. iſtius diſtinctione à ſcientia, & voluntate.

Diſcordare à ratione practica non ſemper dicit irrectitudinem.

Ex ſuprà aſſignatis obiectis ſcientiæ Dei tum ſpeculatiuæ, tum practicæ patet ad longè plura ſe extendere ſcientiam Dei ſpeculatiuam, quàm practicam. Nam ſcientia ſpeculatiua ſe extendit ſub diuerſa ratione ad illa omnia, ad quæ ſe extendit ſcientia practica, & inſuper attingit diuinam eſſentiam, diuina attributa, relationes, perſonas, impoſſibilia, entia rationis, ad quæ non ſe extendit ſcientia practica. Neque hîc audiendus eſt Arriaga *prima parte, diſput.* 18. *ſect.* 1. *ſubſect.* 3 *numero* 21. exiſtimans Deum nõ poſſe habere Scientiam ſpeculatiuam de creaturis poſſibilibus, de quibus 20.

20. Scientia ſpeculatiua in Deo ad plura ſe extendit, quàm practica.

Impugnatur. *Arriaga* negàns poſſe dari circa eaſdem creaturas poſſibiles ſcientiam ſpeculatiuam, & practicam.

bus habet ſcientiam practicam, eo quod practicum, & ſpeculatiuum ſint differentiæ contradictoriæ, Non inquam audiendus eſt, quia falſo inhæret fundamento, falſum enim eſt ſpeculatiuum, & practicum eſſe differentias contradictorias, ſeu eſſentiales ſcientiæ: pro quo recolenda ſunt, quæ dicebantur in *Prolegomenis cap. 1. §. 5. in probatione tertij aſſerti.* Deinde quando ſpeculatiuum, & practicum in creatis eſſent differentiæ eſſentiales, & contradictoriæ, deberet in Deo reſpectu creaturarum poſſibilium potius poni ratio ſcientiæ ſpeculatiuæ, & practicæ modo eminentiori, quàm aſtrui ſola ratio ſcientiæ practicæ. Nec ex eo, quod creaturæ poſſibiles ſint factibiles, ſequitur non poſſe eſſe obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ. Enimverò cum factibile non ſit obiectum ſcientiæ practicæ, niſi cognitum vt tale, ſequitur factibile ſecundùm ſe, & præſcindendo quodammodo à factibilitate, poſſe eſſe obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ, alioqui neque etiam viſio contemplans creaturas factas (quod eſt ad hominem contra Arriagam *loco cit. n. 15.*) eſſet ſpeculatiua, quia creaturæ per hoc quod ſint factæ non amittunt eſſe factibiles, imò in eo, quod factæ ſint, maximè elucet ipſarum factibilitas.

Non omnis ſcientia de obiecto factibili eſt practica.

21.

Scientia Dei ſimpliciter eſt magis ſpeculatiua, quàm practica.

Ex eo, quod, ſcientia ſpeculatiua in Deo ad plura ſe extendat, quàm practica, & ſpecialiter ex eo, quod primarium ſcibile ſcilicet ſeipſum Deus ſpeclatiuè attingat, non practicè, patet Scientiam Dei magis eſſe ſpeculatiuam, quàm practicam, eſtque hoc valdè conſonum perfectioni Scientiæ Dei; cum enim ſcientia ſpeculatiua ſit ex genere ſuo perfectior practicâ, congruit ſcientiam diuinam, tanquam omnium perfectiſſimam, habere magis rationem ſpeculatiui, quàm practici. Alio etiam ex capite apparet maior ratio ſpeculatiui, quàm practici in Scientia Dei; nimirum ex eo, quod obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ ſit ratio cognoſcendi obiectum ſcientiæ practicæ, ipſa ſcilicet diuina eſſentia ſit ratio cognoſcendi creaturas, vnde rectè ait D. Thomas 1. *part. quæſtione* 14. *articulo* 16. dum articulum ita concludit: *Deus in ſpeculatiua ſui ipſius ſcientia habet cognitionem & ſpeculatiuam, & practicam omnium aliorum.*

22.

Viſio eſt tota ſpeculatiua; ſimplex intelligentia partim ſpeculatiua, partim practica.

Ex his tandem patet reuocando obiecta ſcientiæ ſpeculatiuæ, & practicæ ad ſimplicem intelligentiam, & viſionem, viſionem eſſe totam ſpeculatiuam: ſimplicem intelligentiam partim ſpeculatiuam, partim practicam; & in ordine ad faciendam eſſe practicam proximè, in ordine ad factibilis, & non facienda eſſe practicam remotè.

---

§. IV.

De reliquis diuiſionibus Scientiæ Dei.

23.

Diuiſiones ſcientiæ Dei.

ASSERTVM: Reliquæ diuiſiones Scientiæ Dei eſſe poſſunt in intuitiuam, & abſtractiuam; approbationis, & ſimplicis notitiæ: naturalem & ſupernaturalem: de ſe, & de creaturis. Ex his tamen & ſimilibus diuiſionibus aliquæ ſolo nomine differunt à ſuprà aſſertis, aliquæ continent potius membra ſubdiuidentia aliquam ex ſcientiis ſuprà aſſertis, quàm diuidentia immediatè, & primò Sciētiam Dei ſecundùm ſe.

In intuitiuá, & abſtractiuam.

Probatur, & explicatur: Scientia intuitiua Dei cum ſcientia viſiònis, ſcientia abſtractiua cum ſimplici intelligentia coincidit. Tota enim viſio intuitiua, tota ſimplex intelligentia abſtractiua eſt. Aliqua hic oritur difficultas ex *ſupradictis cap. 5. §. 3.* vbi concedebamus poſſe Deum cognoſcere ſeipſum abſtractiuè in creaturis, & ex creaturis, quæ abſtractiua cognitio non videtur contineri ſub ſimplici intelligentia, cum iſta ſit ſcientia non exiſtentium, & tamen Deus cognoſcendo ſeipſum in creaturis, & ex creaturis adhuc cognoſcat ſe, vt exiſtentem. Hoc non obſtante reſpondetur, talem ſcientiam meliùs reduci ad ſimplicem intelligentiam, quàm ad viſionem, quia ex vna parte idem eſſet dicere cognitionem illam abſtractiuam contineri ſub viſione ac dicere contineri ſub cognitione intuitiua. Ex alia parte licèt Deus per illam cognitionem cognoſcat ſe exiſtentem, cognoſcit tamen ſe in creaturis, & ex creaturis præſcindentibus ab exiſtentis: ideò illa cognitio habet pro obiecto magis immediato aliquid non exiſtens, ſicque comparatiuè ad obiectum magis immediatum, & magis principale eſt ſcientia non exiſtentium, & ſimplex intelligentia.

Scientia approbationis eſt, quæ habet adiunctum actum voluntatis rem propoſitam approbantis, & quidem ſi talis approbatio ſit decretum determinans rem adeſſe continetur ſub ſimplici intelligentia, & eſt ſcientia cauſatiua rerum. Si autem ſit complacentia gaudens de bonitate rei iam exiſtentis continetur ſub viſione, ſi ſit pariter complacentia, ſed ſimplici affectu gaudens de bonitate rerum poſſibilium iterum continetur ſub ſimplici intelligentia. Scientia ſimplicis notitiæ eſt, quæ nullam habet adiunctam approbationem voluntatis & magis propriè dicitur ſimplicis notitiæ, ſi ſit de obiecto, quod voluntas nequeat approbare, aut poſitiuè ipſum determinando ad eſſe, aut ſibi de ipſo complacendo; qua ratione, eſt propriiſſimè ſcientia ſimplicis notitiæ cognitio diuina de peccato, quæ ſpeciali nomine ab aliquibus dicitur ſcientia reprobationis: & quidem, ſi ſit de peccato poſſibili, continetur ſub ſimplici intelligentia; ſi de peccato pro aliqua differentia temporis exiſtente, continetur ſub viſione. Hæc diuiſio inſeruit maximè ad intelligenda nonnulla loca Scripturæ, quæ videntur prima fronte inter ſe pugnantia, vt patet recolenti ſuperius poſita *c. 2. §. 5. n. 5.*

24.

In approbationis, & ſimplicis notitiæ.

Scientia naturalis, & ſupernaturalis, in Deo diſtinguitur ex obiectis ad intellectum creatum comparatis. Sicuti enim reſpectu creati intellectus dantur obiecta naturalia, quibus correſpondet & ſcientia naturalis; & 25.

In naturalé, & ſupernaturalem.

ſupernaturalia, quibus correſpondet ſcientia ſupernaturalis; ita diuinam ſcientiam per quandam Analogiam ad ſcientiam noſtram explicantes, vocamus naturalem in Deo ſcientiam obiectorum nobis naturalium, ſupernaturalem ſcientiam obiectorum nobis ſupernaturalium. Cæterùm re ipsâ nec obiectum vllum, nec vlla ſcientia, nec aliud quidquam poteſt eſse ſupernaturale Deo, idque æquè certum eſt, ac certum ſit nihil eſse ſupra naturam diuinam, nihil eſse ſuperius Deo.

26. *De ſcientia Dei de ſe, & de creaturis.* Scientia Dei de ſe, & de creaturis abundè explicata eſt *ſuperius cap. 2. 3. & 4.* vbi non ſolùm traditur Deum cognoſcere ſe & creaturas, verùm etiam examinatur modus, quo tum ſe, tum creaturas cognoſcit, docetur ſcilicet cognoſcere ſe ipſum in ſe ipſo, in creaturis, ex creaturis, & ex propriis prædicatis vnum in alio, & ex alio: cognoſcere creaturas poſſibiles in quolibet, & ex quolibet diuino prædicato importante ad ipſas aliquē reſpectum, ſeu aliquā habitudinem; eaſdémque cognoſcere tum in ſe ipſis, tum aliquas in aliis, aliquas ex aliis creaturis poſſibilibus, cognoſcere creaturas futuras, & pro aliqua differentia temporis exiſtentes, in propriis decretis, vel in propria eſſentia modificata decretis, abſolutis quidem ſimpliciter reſpectu creaturarum abſolutè futurarum, abſolutis ſolùm ex parte actus reſpectu creaturarum conditionatè futurarum.

27. *Aliæ quædā diuiſiones ſcientiæ Dei improbantur.* Diuidunt nonnulli inſuper diuinam ſcientiam in directam, & reflexam; in ſcientiam, & præſcientiam: ſed neutra diuiſio cohæret noſtris principiis. Diuiſio in directam, & reflexam non cohæret ei, quod ſuprà dictum eſt *cap.* 2. §. 1. dum traderetur ſcientiam Dei ſe ipſam per ſe ipſam formaliter perfectè cognoſcere, nec Deo conuenire ſcientiam reflexam virtualiter diſtinctam à directâ, quod neceſſarium foret ad ſaluandam cum aliquo fundamento diuiſionem ſcientiæ Dei in directam, & reflexam. Diuiſio in ſcientiam, & præſcientiam malè conſonat iis, quæ habentur *cap. 3. §. 6. in fine,* aliiſque in locis ibi relatis, vbi ſuſtinetur propriè, & rigoroſè nec conuenire Deo memoriam præteritorum, nec præſcientiam futurorum. Diuiſio, quæ à quibuſdam aliis aſſignatur ſcientiæ Dei in actualem, & habitualem improbatur *ex c. 1. §. 6.* vbi aſſeritur non dari in Deo ſcientiam per modum habitus. Aliqualiter admitti poſſet diuiſio, diuinæ ſcientiæ in ſcientiam in actu primo, & ſcientiam in actu ſecundo, nihilominùs ſcientia in actu primo, cui non conueniat ratio habitus, melius nominatur intellectus, ſeu potentia intellectiua, quàm ſcientia; ideò vltra aſſertas diuiſiones vix apparet aſſignabilis aliqua alia diuiſio ſcientiæ Dei, quæ ſaltem alicuius momenti, & ponderis ſit.

28. Hucvſque dicta de ſcientia Dei, ſi attentius, vt par eſt, perpendantur, non tam ſpeculationis, quàm admirationis argumenta ſuppeditant. Admirationis ob eximias, omnémque naturalem experientiam & expectationem ſuperantes diuinæ ſcientiæ prærogatiuas, ſitas in eo, quod miris, ſed veris modis attingat, ambiat, penetret omne cognoſcibile: variabilia inuariabili: temporalia æterno: compoſita ſimplici: falſa vero: vilia nobiliſſimo: mala optimo: omnia vnico, incauſato, ab eſſentia indiſtincto actu ſupercomprehendat. Humiliationis ob creatæ intelligentiæ imbecillitatem, infirmitatem, penè dixerim nihilitatem, ſi ad increatam comparetur. Quæ enim proportio cæcutientis humanæ mentis oculi vix obuia quæque, atque perſpicua rectè cognoſcentis ad oculos illos, qui ex Eccleſ. 23. *Multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, &c.* Quæ conuenientia intellectus, qui modica etiam obiectorum creatorum mole obruitur, ſublimiorum rerum contemplatione deprimitur: actuum ſibi ſuccedentium viciſſitudine variatur, ad intellectum illum, *cuius ſapientiæ non eſt numerus*, Pſalm. 146. *Qui in altiſſimis habitauit*, Eccleſ. 24. *Apud quem non eſt viciſſitudinis obumbratio, Iacobi* 1. Hiſce admirationis, & humiliationis argumentis cogitur creata quæcumque intelligentia dum diuinæ ſcientiæ contemplatur inſignia, ſæpius repetere in teſtimonium admirationis. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,* Pſal. 138. & adderem teſtimonium humiliationis: *Vt iumentum factus ſum apud te.*

LIBER

LIBER QVARTVS,
DE VOLVNTATE,
Volitione, & Amore Dei.

LIBERA Voluntate vix eſt aliquid in creatura amabilius, vix eſt aliquid difficilius in Creatore: eademque vertibilitas ad oppoſita creati arbitrij amabilitatem, increati difficultatem auget. Cui poſſunt meliora ſuccedere bonum eſt à prioribus quandoque recedere, *Sapientis eſt mutare conſilium:* at cui deterius eſt, quidquid ipſum non eſt, à prioribus recedere pernicies, mutare conſilium inſipientia eſt. Cui connaturalis eſt inconſtantia, facilis eſt quæcumque flexibilitas in oppoſita: at cui eſſentiale eſt cuilibet oppoſito ſemel electo inflexibiliter adhærere facilius eſt frangi, quàm flecti. Hinc humana mens dum à variabili, & flexibili libertate creatæ voluntatis ad inuariabilem, & inflexibilem libertatem voluntatis increatæ explicandam aſſurgit, ſecum ipſa geſtat difficultatis argumenta, & dum quærit vtriuſque voluntatis concordiam, in ſe reperit diſcordiæ ſemina. Altiorem propterea indaginem poſtulat diuinæ libertatis, ac voluntatis examen. Et quia ex 1. Cor. 2. *Quæ Dei ſunt nemo cognoſcit, niſi Spiritus Dei.* Diuino ex ſpiritu ſe nobis per Fidem reuelante diuini arbitrij haurienda notitia eſt, & vehementer optandum beneficium orationis aſſiduæ, quam ad Deum ſe fundere pro Coloſſenſibus initio Epiſtolæ ad ipſos conſcriptæ proteſtatur Apoſtolus verbis illis: *Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius:* Fiducialiter ſperandum priuilegium gratiæ Dei, *qua* (verba ſunt eiuſdem Apoſtoli ad Epheſ. 1.) ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia, vt notum faceret vobis ſacramentum voluntatis ſuæ.

CAPVT PRIMVM.

De actu primo, & ſecundo diuinæ voluntatis.

1. Voluntas propriè importat appetitum elicitum impropriè etiam innatum.

VOLVNTAS propriè dicta importat appetitum elicitum, minùs propriè vſurpari poteſt ad ſignificandum appetitum etiam innatum; idcircò in huiuſce capitis limine probatâ in Deo voluntate per modum appetitus eliciti, explicabitur quid ſentiendum de eadem per modum appetitus innati; quibus breuiſſimè expeditis, quæcumque in capitis progreſſu tractabuntur, procedent de voluntate propriè dicta ſignificante appetitum elicitum: & quidem pro admittendis actu primo & ſecundo diuinæ voluntatis, virtualique vnius ab alio diſtinctione ferè ſufficiet recolere ſupra aſſerta de actu primo & ſecundo diuini intellectus: ea enim eſt quoad hoc intellectus, & voluntatis affinitas, vt ea, quæ ibi de intellectu dicta ſunt, eſſe hic voluntati communia leui operâ conſtare poſſit; longè operoſius, grauiuſque erit exponere: Quid ſit actus ſecundus liber diuinæ voluntatis, ſeu in quo formaliter conſiſtat liberum velle Dei. An, & quomodo diſtinguatur ab actu, & velle neceſſario.

§. I.

Quomodo, & vnde conſtet dari in Deo voluntatem propriè dictam per modum appetitus eliciti?

2. De Fide eſt dari in Deo voluntatem propriè dictam.

ASSERTVM I. Conſtat ſupernaturali certitudine Fidei dari in Deo voluntatem propriè dictam per modum appetitus eliciti. Hoc aſſertum non niſi ab Atheo Deum negante negari poteſt: & de facto non ſolùm à Catholico vllo, ſed nec aut ab Hæretico, aut ab Ethnico aliquo Philoſopho negari teſtatur Ruiz *diſp. 1. de voluntate ſection. 1. numero* 30. & licèt Albertus apud

Carthuſia

Carthuſianum *in 1. diſt. 45. quæſt. 1.* referat *Ariſtotelem, Auerroëm, Auicennam, Porphirium, & Theopraſtum*, non poſuiſſe in Deo voluntatem, hi tamen Auctores locuti ſunt de voluntate anxia, mobili, & imperfecta; non de voluntate pacata, immobili, & ab imperfectionibus omnibus depurata.

Probatur ex Scriptura Eccl. 39. *Si Deus magnus voluerit.* Sap. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes.* Pſalm. 113. *Omnia quæcumque voluit fecit.* Rom. 9. *Cuius vult miſeretur, quem vult indurat,* 12. *Vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona.* 1. Cor. 12. *Diuidens ſingulis prout vult.* Eph. 1. *Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Hæc & alia plurima teſtimonia, quæ Sacras paginas aliqualiter euoluenti præſto ſunt, nequeunt intelligi de voluntate impropriè dicta per modum appetitus innati, tum ob regulam generalem de non deflectendis ſine neceſſitate verbis Sacræ Scripturæ ad ſignificationem impropriam, tum ſpecialiter ex eo, quod voluntas impropriè dicta per modū appetitus innati libera non eſt, & tamen allati textus loquuntur de voluntate libera, in ordine ſcilicet ad effectus liberos productionis creaturarum, conceſſionis gratiæ &c. Vnde etiam ad illa verba *diuidens ſingulis prout vult*, addit D. Ambroſius *lib. 2. de fide, cap. 3. Hoc eſt pro libera voluntatis arbitrio, non pro neceſſitatis obſequio.*

3. *Eſt etiam naturaliter euidens.* ASSERTVM II. Conſtat naturali euidentia ſcientiæ dari in Deo voluntatem propriè dictam per modum appetitus eliciti.

Probatur: Conſtat naturali euidentia ſcientiæ Deum eſſe in omni ratione infinitè & ſummè perfectum; ſed talis non eſſet ſi voluntate propriè dicta careret; ergo conſtat naturali euidentia ſcientiæ Deum non carere voluntate ſeu dari in Deo voluntatem &c. Minor probatur primò quia voluntas propriè dicta eſt ſecundùm ſe perfectio ſimpliciter, nec eſt aſſignabilis vlla perfectio melior voluntate, quæ ſit incompoſſibilis cum voluntate ſecundò quia ex carentia voluntatis ſequitur carentia aliarum plurium perfectionum: ſequitur carentia dominij, quia hoc importat eſſentialiter poteſtatem diſponendi prohibito, adeòque ſupponit libitum, & liberum beneplacitum, quæ ſpectant ad voluntatem. Sequitur carentia felicitatis, & beatitudinis ſaltem completæ, quia de eſſentia, aut ſaltem de complemento beatitudinis, & felicitatis eſt delectatio, quæ eſt actus voluntatis: Sequitur carentia ſanctitatis, & perfectionis cuiuſcumque moralis, quia ſine voluntate non datur aliquid ſpectans ad genus motis. Sequitur carentia ſummæ, & ſimpliciter infinitæ amabilitatis, quia hæc vtpotè eſſentialiter correlatina ad amorem, eſſe non poteſt ſine ſummo, & ſimpliciter infinito amore: at non eſt poſſibilis ſummus, & ſimpliciter infinitus amor ſine ſumma, & ſimpliciter infinita voluntate, quæ dari non poteſt, niſi in Deo detur. Sequitur

Voluntas eſt perfectio ſimpliciter eius carentia induceret carentiam aliarum plurium perfectionum in Deo.

tandem carentia exorabilitatis, fruſtra enim exoratur, qui non poteſt velle exaudire, nec poteſt velle exaudire, qui caret voluntate: Negare autem Deo exorabilitatem eſt contra communem ſenſum, imò innatum inſtinctum, quo quiſque in neceſſitatibus præſertim, & anguſtiis Deum orat, & precibus interpellat in auxilium.

Hiſce omnibus, aliiſque ſimilibus, quæ ferè omnes à poſteriori procedunt addi ſolet celebris ratio à priori ex D. Thoma *prima parte quæſt. 19. art. 1. in C.* quæ ſub his terminis in forma proponi poteſt. In quocumque eſt intellectus eſt voluntas; ſed in Deo eſt intellectus, ergo in Deo eſt voluntas. Minor ſupponitur ex ſuperioribus. Maior innititur propoſitioni illis *voluntas conſequitur* intellectum, quam quidem probat Sanctus Doctor hoc planè modo. Ad quamlibet formam ſequitur appetitus ipſi proportionatus, ſic ad formam naturalem ſequitur appetitus innatus, ad formam ſenſitiuam ſequitur appetitus ſenſitiuus, ergo ad formam intelligibilem, ſeu ordinis intellectualis ſequitur appetitus intellectualis, qui eſt voluntas. Et huius inductionis, aut paritatis ratio fundamentalis eſt, quia quælibet res appetit bonum proportionatum propriæ formæ per modum deſiderij, dum eſt abſens; per modum complacentiæ, dum eſt præſens: cum igitur bonum proportionatum formæ intelligibili ſit res per talem formam repræſentata, vbi datur forma intelligibis debet dari virtus appetitiua boni, vt apprehenſi ab intellectu, & repræſentati per formam intelligibilem: huiuſmodi virtus appetitiua nequit eſſe innata, & naturalis, quia ad eſſe naturale, & ad formam naturalem non conſequitur. Neceſſe eſt igitur, quod ſit intellectualis: virtus autem appetitiua intellectualis nihil eſt aliud, quàm voluntas. Hanc *D. Thomæ* ratiocinationem non eſſe demonſtratiuam, nec euidenter probare, intentum arbitrantur Vaſquez *in comment. cit. art.* Arriaga *prima parte, diſp. 24. ſect. 1. num. 3.* aliique nonnulli docentes dari poſſe principium intellectiuum, non volitiuum; ſeu intellectum, ad quem non conſequatur voluntas; & diſcurſum à D. Thoma formatum in probationem appoſiti volunt aut petere principium, aut probare quidem in intellectu appetitum intellectualem, ſed indiſtinctum protſus ab intellectu, & innatam. Contra has Auctores ſtant pro demonſtratiua efficacia ratiocinationis Angelicæ, & conſequēter pro omnimoda repugnantia principij intellectiui non volitiui Salmant. *1. part. tract. 4. diſp. 1. dub. 3.* Io. à S. Thoma *tom. 2. in 1. part. diſp. 4. art. 1.* & præter Thomiſtas communiter Molina *1. part. quæſt. 19. art. 1.* Valentia (qui tamen in modo explicandi aliqualiter à D. Thoma recedit) *quæſt. 19. punct. 1.* Suarez *lib. 3. de attributis, cap. 6.* De Quiros latiſſimè *diſp. 56.* Ruiz, Faſolus, Recupitus, *& alij plurimi*, quibus ſemper adhæſi pro certis ſemper habendo vniuerſales illas propoſitiones: Voluntas intellectum conſequitur: In quolibet habente

4. *Quamlibet formam conſequitur appetitus ipſi proportionatus.*

5.

Intellectum conſequitur voluntas, & principium

Intellectiuũ eſt eſſentialiter volitiuum.

habente intellectum eſt voluntas. Principiom intellectiuum eſt eſſeotialiter connexum cum volitino. Quia tamen hæc adeò vniuerſaliter propoſita ad animaſticas perti-
6. nent quæſtiones, & Philoſophicæ conſiderationis ſunt, abſtineo in ipſis pertractandis Theologicas paginas exarare, & aſſumo ad probandum intentum propoſitionem magis particularem, & magis Theologicam, ſic voluntas conſequitur intellectum perfectiſſimum, & infinitum; ſeu io quocumque eſt intellectus perfectiſſimus, & infinitus, eſt voluntas, ſed in Deo eſt iotellectus perfectiſſimus, & infinitus: ergo in Deo eſt voluntas. Minorqne certa eſt, ac certum ſit dari in Deo intellectum. Maior longè faciliùs probatur: quàm probetur illa vniuerſalior, in quolibet habente intellectum eſt voluotas: Quando etiam permitteretur aliquod inrellectiuum poſſe eſſe noo volitiuum, certè tale intellectiuum eſſet imperfectiſſimum, quia nec eſſet capax felicitatis completæ, nec perfectionis motalis, nec conformitatis ad propria rationis dictamina: non poſſet habere cognitiones practicas, nec contioere rerum ideas, nec cauſare aliquid ad extra; cum hæc omnia eſſeotialiter importeot principium liberum, & volitiuum: ergo intellectiuum ſaltem perfectiſſimum nõ poteſt non eſſe volitiuum, & voluntas conſequitur intellectum ſaltem perfectiſſimum. Qood à fortiori ſentiunt nonnulli Recentiores Theologi ſuppreſſo nomioe relati à De Quiros *diſp. citat. numero* 18. docentes poſſe dari intellectiuum non volitiuum, ſi tale intellectiuum ſit determinatum ad aliquas particulares veritates, purà ſolùm ſpeculatiuas, ſecùs ſi ſit vniuerſaliter cognoſcitiuom omnis veri, ſicut eſt intellectus quicumque de facto creatus, & multò magis intellectus increatus.

Idque maximè verificatur de intellectu perfectiſſimo, & infinito.

7. Dices hoc modo eneruari rationem *D. Thomæ*, quia argumenti à nobis explicati efficacia tota tandem reſoluitur in infinitatem, non in intellectiuitatem. Sed contra præter quod, vt præmiſſum eſt, reipsâ ſentimus etiam ex præciſa ratione intellectiuitatis volitiuitatem inferri dico argumenti à nobis explicati efficaciam reſolui principaliter in intellectiuitatem perfectam, ſiue deinde infinita ſit, ſiue non, & D. Thomas obiter potius, quàm ex argumenti exigentia, vtitur generali omninò connexione intellectiui cum volitiuo, cum ad præſens inſtitutum ſufficiat connexio intellectiui perfecti cum volitiuo.

8. Ex his habes duas potiſſimum vias conducere ad euidenter demonſtrandam diuinam voluntatem, Prima via aſſignata eſt ſtatim poſt aſſertum, & deriuatur ab infinitate. Secunda via mox oſtenſa eſt, & deriuatur ab iotellectiuitate ſaltem perfecta præſcindendo deinde ab eo, quod infinita ſit, necne. Nam ſi ex intellectiuitate, ſolùm vt infinuâ, probetur, vtraque probatio in eandem tandem viam relabitur, vtraque in infinitatem tandem reſoluitur, ex infinitate tandem deriuatur.

Duplici viâ demonſtratur voluntas in Deo.

§. II.

An, & quomodo detur in Deo voluntas etiam impropriè dicta per modum appetitus innati?

9 *Datur in Deo appetitus innatus.*

ASSERTVM: Datur in Deo voluotas etiam impropriè dicta, &c. id eſt datur appetitus innatus tum ad bona intrinſeca, tum ad bona extrinſeca; ad illa ſolùm per modum complacentiæ, ad iſta etiam per modum deſiderij. Ita Salmant. 1. *part. tr.4. diſp.* 1. *dub.* 1. §.3. Heriocx *diſp.* 1. *q.* 1. *n.*3. Suarez *in Metaph. diſp.* 30. *ſect.* 16. *n.*4. & latiſſimè Hemelman 1. *part. tit.* 20.; *diſp.* 1. & 2. contra Arrubal 1. *part. diſp.* 50. *cap.* 2. Arriagam *diſp.* 24. *ſect.* 3. concedentes Deo appetitum innatum ſolùm ad perfectiones realiter diſtinctas. Item contra Ruiz *diſput.* 1. *de voluntate ſect.* 2. negantem Deo omnem appetitum innatũ propriè dictum. Verùm cum his Auctoribus eſt potius diſſidium de ſignificatione huius nominis, *appetitus*, quàm de re à nobis ſub appetitus nomine in Deo admiſsâ: propterea magis eſt neceſſaria explicatio nominis, quàm probatio rei; vtrumque ſimul præſto, ideò aſſertom.

Appetitus innatus non requirit aut bonum abſens, aut realiter diſtinctum ab appetente.

Probatur, & explicatur: appetitos innatus ex ſua ratione formali nihil eſt aliud, quàm pondus naturale ſui naturalis inclinatio, & propenſio in bonum, nec requirit, quod huiuſmodi bonum aut ſit abſens, aut ſit diſtinctum realiter ab appetente. Non requirit, quod ſit abſens: quia appetitus innatus non minùs, quàm elicitus diuidi debet in deſiderium, & gaudium, ſeu complacentiam, Sic lapis non ſolùm dum extra centrum eſt, innato quodam deſiderio in centrum fertur, ſed etiam dùm in centro eſt, innato quodam gaudio quieſcit. Appetitus igitur innatus non ſolùm exercetur in bonum abſens per modum deſiderij, verùm etiam in bonum præſens per modum gaudij. Non requirit, quod ſit diſtinctum realiter ab appetente. Primò qoia appetitus elicitus poteſt ſuprà ſeipſum reflectere, & ſeipſum appetere, quod magis eſt, quàm appetere aliquid realiter indiſtinctum ab appeteote, appetitus inquam elicitus poteſt ſuprà ſeipſum reflectere, quia poteſt voluntas actu elicito appetere omnem ſuum actum, adeoque inter alios actus appetere illummet actum, quo appetit; imò in aliquo ſenſu neceſſe eſt quemlibet actum appetitus ſeipſum appetere, quia eo ipſo, quod voluntas elicit aliquem actum, vult talem actum elicere; eo ipſo, quod appetit, vult appetere, ſeu appetit appetere. Si igitur appetitus elicitos poteſt ſeipſum appetere, imò aliquo modo ſeipſum appetit, appetitus innatus, qui ſolet explicari cum proportiooe, & habitudine ad elicitom, poterit appetere aliquid indiſtinctum ab appetente, & à ſeipſo. Secundò quia quælibet res ita à natura conſtituta eſt, vt 10.

Appetitus elicitus appetit ſeipſum.

Rr maximè

Res quęlibet maximè appetit innatè ſeipſam.

maximè appetat propriam entitatem, propriamque exiſtentiam, quatenùs in propriæ entitatis poſſeſſione, & exiſtentiæ conſeruatione maximè quieſcit, magis, quàm lapis in centro, ignis in ſphæra. Nihil magis è contrà cuiuſque rei innatam inclinationem, quàm deſtrui, & propriâ entitate ſpoliari: magis eſt contra inclinationem ignis, & lapidis deſtrui; quàm extra ſphæram, & Centrum collocari. Sic explicatâ ratione formali appetitus innati, facilè probatur dari in Deo appetitum innatum per modum complacentiæ ad propria bona intrinſeca. Si enim aliquid obſtat, maximè, quia talia bona ſunt à Deo appetente indiſtincta, & conſequenter etiam nunquam abſentia, nunquam diſtantia, ſed neutrum ex his eſt contra rationem appetitus innati per modum complacentiæ: ergo verè datur in Deo appetitus innatus per modum complacentiæ in ordine ad bona intrinſeca à ſeipſo indiſtincta: loquor de appetitu innato, qui ſit communis omnibus tribus Perſonis, & conueniat Deo, vt Deus eſt: Nam Pater, vt Pater appetit innatè generationem paſſiuam Filij, vterque appetit ſpirationem paſſiuam Spiritus Sancti, & ſic datur in diuinis Perſonis ad intra appetitus innatus etiam ad perfectiones diſtinctas, ad quas ſolas appetitum innatum ad intra Deo concedunt Arriaga, & Arrubal ſupracitati.

Pater in diuinis appetit innatè generationē paſſiuam Filij.

11. Remanet probandus in Deo appetitus innatus ad bona extrinſeca, circa quæ ratio dubitandi in oppoſitum ſita eſt in eo, quod talia bona Deum noo perficiunt, nec illi aliquid commodi, aut vtilitatis afferunt, eſtque hoc conforme doctrinæ, à nobis ſuprà poſitæ *lib.* 1. *tum cap.* 5. §. 6. vbi aſſerebatur Deum, & creaturas neque etiam extenſiuè eſſe maius bonum, quàm ſit Deus ſolus, *tum cap.* 10. §. 5. *circa finem*, vbi inferebatur bona extrinſeca reſpectu Dei eſſe talia etiam quoad vtilitatem; & impropriiſſimè dici bona Dei. Ex alia parte appetitus innatus non videtur eſſe poſſe niſi circa bonum perfectiſſimum appetentis: ex quo aliqui probant neque etiam in Patre dari ad extra appetitum innatum ad generationem paſſiuam Filij, cum talis paſſiua generatio, vtpotè quæ in Patre non recipitur, Patrem non perficiat. Verùm huic rationi dubitandi facilè ſatisfit aduertendo appetitum naturalem alium eſſe principij paſſiui, & entis perfectibilis: alium principij actiui, & entis perfectiui. De primo appetitu verificatur, quod ſit circa bonum perfectiuum appetentis, & recipiendum in appetente. De ſecundo potiùs è contra verificatur, quod ſit circa bonum perfectiuum alterius, & recipiendum in alio ab appetente: eſt enim contra rationem perfectiui, vt formaliter talis, inclinari ad perfici, actiui inclinari ad recipere, & ad pati. Sic ſubſiſtentia naturali inclinatione appetit terminare naturam abſque eo, quod in tali terminatione recipiat aliquid perfectiuum ſui, ignis inclinat ad producendum calorem in ſubiecto extraneo abſque eo, quod à tali calore perficiatur.

Appetitus paſſiuus fertur in bonū perfectiuum appetentis; non ſic appetitus actiuus.

Cum igitur Deus comparatiuè ad creaturas ſe habeat ſolùm vt principium actiuum, & perfectiuum; conſequens eſt dari in Deo appetitum innatum ad bona extrinſeca creata, licèt huiuſmodi bona perfectiua ſint creaturarum, non Dei; recipiantur in creaturis, non in Deo, & quia huiuſmodi bona aliqua ſunt Deo præſentia, ea ſcilicet omnia, quæ in aliqua differentia temporis exiſtunt: aliqua ſunt abſentia, ea ſcilicet, quæ à ſtatu poſſibilitatis non emerſerunt, in ordine ad aliqua bona extrinſeca habet Deus appetitum innatum ſimplicis complacentiæ, in ordine ad aliqua alia, habet appetitum innatum per modum deſiderij. Sicque remanet tuto probata veritas aſſerta, quod detur in Deo appetitus innatus ad bona extrinſeca per modum etiã deſiderij, tum ſoluta ratio dubitandi, quod dari poſſit appetitus innatus ad bona non perfectiua appetentis, nec quidquam vtilitatis, aut commodi appetenti afferentia: ſolùm ad id, quod vltimo loco ponebatur in ratione dubitandi, addo ſaluari in Patre appetitum innatum ad generationem paſſiuam Filij, non ſolùm quia talis appetitus eſt præciſis imperfectionibus per modum appetitus actiui, qui non petit verſari circa bonum perfectiuum appetentis, ſed etiam, quia generatio paſſiua poteſt ſuſtineri perfectio Patris recepta in Patre, quatenùs Pater dicit eſſentiam, licèt non quatenùs Pater dicit præcisè Paternitatem.

Deus appetit per modum deſiderij bona creata poſſibilia.

Dices ex huc uſque poſitis plura ſequi difficilia. Primò ponendo in Deo appetitum, innatum, ſequitur dari in Deo appetitum non directum à cognitione, non vitalem, communem rebus quibuſcumque viliſſimis. Secundò ponendo in Deo appetitum ad bona creata ſequitur Deum non habere ex ſe, & à ſe conſummatam perfectionem, imò pati aliquam indigentiam cõtra illud Pſal. 15. *Bonorum meorum non eges.* Tertiò ponendo in Deo ad bona creata poſſibilia appetitum innatum per modum deſiderij, ſequitur dari in Deo deſiderium non expletum, nec vnquam explendum, quia omnia poſſibilia nec ſunt tranſlata, nec ſunt vnquam transferenda ad ſtatum exiſtentiæ. Sed contrà ad primum dico plura alia eſſe in Deo, quæ in ſuo conceptu formali, & abſtracto rebus etiam viliſſimis communia ſunt, vt ratio entis, ratio ſubſtantiæ, & alia huiuſmodi prædicata tranſcendentia: Appetitus non directus à cognitione eſt imperfectus, ſi aut ſit poſitiuè diſſormis directioni cognitionis, aut excludat conſortium appetitus à cognitione directi. Ad ſecundum dico ſequelam illam benè inferri, ſi poneretur in Deo appetitus paſſiuus ad aliquod perfectiuum appetentis, at dum ponitur appetitus actiuus ad perficiendas res extrinſecas, ſequitur Deum non ſolùm habere ex ſe, & à ſe omnem perfectionem ſibi debitam, ſed etiam continere perfectionem aliarum quarumcumque rerum. Ad tertium dico appetitũ innatum per modum deſiderij ad bona intrinſeca, & Deo neceſſaria, vtique Deo repugnare, & hac ratione Deus non ſolùm nõ habet deſideriũ non explendũ,

12.

Plura ſunt in Deo, quæ ſecundum cõceptum abſtractum cõueniunt rebus viliſſimis.

13.

Deus nihil deſiderat, verificatur de bonis intrinſecis tantùm.

ſed

Digitized by Google

ſed nec habet vllum deſiderium : At appetitus innatus per modum deſiderij ad bona extrinſeca, & Deo omninò libera, perfectiua alterius, non ipſius Dei nullatenùs Deo repugnat, imò eſt in Deo neceſſarius, cum in eo nihil aliud ſit, niſi ipſamet voluntas, vt eſt virtus, ſeu propenſio ad oppoſita; & ſicuti nulla eſt imperfectio, quod virtus actiua Dei non ſit, quoad omnia in actu ſecundo completa, vel complenda; ita non eſt imperfectio, quod virtus appetitiua non ſit quoad omnia expleta, vel explenda. Nec propterea timenda eſt aliqua anxietas in Deo, quia ſolùm deſiderium ratione extrinſeci impedimenti non expletum cauſat anxietatem. Deſiderium autem non expletum ex libera determinatione ad oppoſitum, cauſat potius pacatam, & ſuauiſſimam delectationem de libertatis exercitio, & poſſe pro libito deſiderium explere æquiualet quodammodo deſiderio expleto.

Deſiderium inexpletum quando cauſet anxietatem.

§. III.

An detur in Deo actus primus volendi, & quomodo diſtinguatur ab actu ſecundo?

15.
Datur in Deo formalis actus Primus volendi.

ASSERTVM I. Datur in Deo formalis actus primus volendi, ſeu volitio in actu primo in ordine ad actum ſecundum ſiue neceſſarium, ſiue liberum, ſemper tamen ſine carentia ipſius actus ſecundi. Hoc aſſertum conſequitur ad id, quod aſſerebatur *lib. ſuperiori cap.*1. §.1. de actu primo intelligendi, & licèt nonnulli ex Auctoribus pro tali aſſerto ibi relatis hic cum limitatione loquantur, ſuſtinent tamen in Deo actum primum volendi eo modo, quo actum primum intelligendi Hetinx *diſp.*7.*quaeſt.*1.*n.*2. Suar. *diſp.*30. *Metaph.ſect.*19.*num.*9. &c. Negant è contrà abſolutè actum prium volendi in Deo Salmant.*tract.*4.*diſp.*2.*dub.*1. Ioan. à S. Thom. *tom.*2.*in* 1. *partem diſput.*4. *art.*2. alijque ex Schola Thomiſtica & cum Schola Thomiſtica plures Recentiores.

Nec talis actus rectè collocatur in intellectione.

Dixi formalis, actus primus volendi, ſeu formalis volitio in actu primo quod eſt ſpecialiter, tum contra Arrubal 1. *part. diſp.*49. *cap.*2. ponentem in Deo actum primum volendi ſolùm virtualem & eminentem: tum contra Arriagam *diſput.*24. *cap.*2. *num.*7. ponentem in Deo, pro actu primo volendi intellectionem, adeoque ille non ponit actum primum formalem: iſte non ponit actum primum, qui ſit volitio. Ille impugnatur, quia actus primus volendi eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, adeoque debet poni in Deo formaliter: Iſte impugnatur, quia non aſſignat actum primum volendi proximum, ac immediatum, de quo eſt quæſtio: & ſicuti, quia intellectio ſupponitur ad volitionem, illam aſſignat pro actu primo volitionis; ita quia ad volitionem, & ad intellectionem ſupponitur eſſentia, aſſignari poſſet pro actu primo & intellectionis, & volitionis eſſentia.

Dixi in ordine ad actum ſecundum, ſiue neceſſarium, ſiue liberum, quod eſt ſpecialiter contra de Quiros 5. *part. diſp.* 7. vbi poſtquam *ſect.*1. *num.* 1. ſuppoſuit non dari in Deo actum primum volitionis neceſſariæ, admittit deinde *ſect.*3.*n.*17. in eodem actum primum volitionis liberæ. Sed impugnatur ex eo, quod malè ſupponit non dari in Deo actum primum volitionis neceſſariæ, & conuincitur paritate actus primi intelligendi in ordine ad intellectionem neceſſariam; nec ſufficienter eludit paritatem dicendo actum primum intellectionis eſſe actum primum intentionalem. Nam ſi per ly *intentionalem* intendat excludere ab intellectione actum primum realem, oppoſitum probatū eſt ſuo loco, dum traderetur actum primum intelligendi in Deo in ordine ad intellectionem eſſe eiuſdem rationis cum actu primo generandi, & ſpirandi in ordine ad generationem, & ſpirationem. Cæterùm negato actu primo in ordine ad volitionem neceſſariam negari debet etiam in ordine ad volitionem liberam, quæ ex infrà aſſerendis eſt in Deo eadem omninò entitas cum volitione neceſſaria. 16.

Non benè admittitur in ordine ad ſolam volitionem liberam.

Dixi ſemper tamen ſine carentia ipſius actus ſecundi, in quo faciunt aliquam ſpecialem difficultatem actus liberi, de quorum conceptu videtur eſſe quod poſſit haberi ipſorum carentia. Nihilominùs, quia infrà explicabitur actus liberos non eſſe tales in Deo per hoc, quod poſſint non eſſe iure excluditur à Deo quæcumque carentia, ſeu quodcumque non eſſe volitionis in actu ſecundo Aſſertum ſic explicatum. 17.

Nunquam datur in Deo carētia actus ſecundi liberi.

Probatur recolendo probationes poſitas *lib. ſuperiori cap.*1. §.1. pro actu primo intelligendi, eaſque huc transferendo, nec ad infirmandas illas probationes eſt aliqua ſpecialis diuerſitas in actu volendi, quæ aut non ſit ad præſens inſtitutum impertinens, aut non ſit mox improbata in explicatione aſſerti. 18.

ASSERTVM II. In Deo actus primus volendi diſtinguitur ab actu ſecundo realiter virtualiter, & ratione ratiocinata; non ex natura rei, multoque minùs diſtinctione reali ſimpliciter, & abſolutè tali. Hoc aſſertum nec explicatione indiget, nec probatione, ſed contentum eſt leui vtcumque conſideratione eorum, quæ aſſerebantur *lib. ſuperiori cap.*1. §.2. 19.

Actus primus volendi in Deo diſtinguitur virtualiter ab actu ſecundo.

§. IV.

Quid ſit formaliter actus ſecundus liber diuinæ voluntatis: & primò. An ſit liber propriè, & ſimpliciter?

ASSERTVM: Actus ſecundus liber diuinæ voluntatis eſt propriè, & ſimpliciter liber idque conſtat tum ſupernaturali certitudine Fidei, tum naturali euidentia ſcientiæ. Prima pars de certitudine Fidei eſt Catholicum dogma contra *Abailardum*, 20.

Actus liber propriè talis in Deo tum Fide, tum ſcientia conſtat.

Vuiclefum, Bucerum, Calainum, alioſque ſectarios relatos à Bellarmino *cont.3. de gratia, & libero arbitrio lib. 3. cap. 15.* non aliam concedentes Deo libertatem, quam à coactione. Huic errori præluſerunt nonnulli antiqui Philoſophi, qui, vt tacito ipſorum nomine refert D. Thomas 2. *contra gentes cap. 23.* ſenſerunt Deum agere pro naturæ neceſſitate. Inter hos Philoſophos recenſentur communiter Ariſtotelea, & *Auincenna*, meritóne, an immeritò controuerſum eſt. Vnde Scotus *in 1. diſt. 8. quaſt. 5. §. de intentione iſtorum*, ait ſe neſcire quid intenderint Ariſtoteles, & Anincenna. Certé Ariſtoteles, *licèt 8. Phyſ. text. 9. 2. de Calo cap.6.* Deum faciat neceſſariò operantem, tamen eundem liberum profitetur *in lib. de Mundo* ad Alexandrum circa finem: vbi concludit Deum omnia, quæ vult mouere, arbitratuque ſuo, &c. Secunda pars aſſerit eſt contra Ochamum *in 1. diſt. 43. quaſt. 2. art. 1.* Gabrielem *ibidem quaſt. vnica art. 2.* & alioa Nominales aſſerentes Dei libertatem non ſufficienter probari ratione naturali. Nec eſt, qnod *Nominales* ſibi de *Ariſtotele* blandiantur, quaſi inueriſimile ſit, *Ariſtotelem* habuiſſe ignorantiam, aut dubietatem veritatis per ſe euidenter innoteſcentis, nam, præter quod meliora ingenia quandoque errant deteriua; plura ignorantur, non quia per ſe neqeant euidenter ſcire; ſed quia aut ex breuitate vitæ, aut ex animi ad alia propenſione, & attentione nequeant ſufficienter inquiri.

Ariſtoteles in hoc varius videtur.

21. Probatur prima pars ex *Scriptura*, tum ex omnibus ferè locis ſupra relatis §. 1. ad probandam in Dro voluntatem propriè dictam, tum ſpecialiter ex Pſalm. 98. *Deus vltionum liberè egit*, ex Ephef. 1. *elegit nos ante mundi conſtitutionem.* Electio autem ex Ariſtotele 2. *Moral. cap. 10. eſt eupiditas rerum penes nos ſitarum deliberatiua.* Confirmatur de fide eſt poſſe Deum facere, quæ non facit, ergo de fide eſt liberè non facere ea, qnæ non facit, & poſſe ea liberè facere: Facere enim cnm potentia non faciendi, aut non facere eum potentia faciendi libertas eſt. Antecedens probatur ex Scriptura Danielis *Deus noſter poteſt nos eripere de camino ignis, & de manibus ſuis liberare, quod ſi voluerit, &c.* Sap. 11. *Non erat impoſſibilis omnipotens manus tua immittere illis multitudinem vrſorum, &c.* Matth. 3. *Potens eſt Deus de lapidibus ipſis ſuſcitare filios Abraha.* Alia huiuſmodi Scripturæ loca Sanctorum Patrum doctrinis corroborata perpendit Eſtiua *in 1. diſt.43. §.1.*

De fide eſt Deum poſſe facere, quæ non facit.

22. Probatur ſecunda pars eodem fere modo qno ſupra probabatur cõſtare euidenter dari in Deo voluntatem, nimirum ex eo, quod ſecus Deua non eſſet ſummè, & infinitè perfectus, cum non ſolùm voluntas verum etiam voluntas libera ſit perfectio ſimpliciter ſimplex: non ſolum ex illius, verum etiam ex iſtiua carentia ſeqnatur carentia aliarum plurium perfectionum. Eſt voluntas libera perfectio ſimpliciter ſimplex, quia ex ſua ratione formali nec importat poſſe mutari, nec poſſe velle malum, nec ſupponit præuiam conſultationem, nec habes adiunctam vllam imperfectionem, ratione vnius perfectio incompoſſibilia cum voluntate libera ſit melior ipſâ voluntate liberâ. Sequitur ex carentia voluntatis liberæ carentia aliarum plurium perfectionom, nam præter carentias exorabilitatis, ſanctitatis moralis, & dominij, quæ licet ſupra relatæ ſint, tanquam conſequentes ad carentiam voluntatis, magis tamen directè ſequuntur ex carentia voluntatis vt liberæ. Sequitur inſuper carentia potentiæ infinitæ, ſeo producendi infinita, nam ſi Deus ex neceſſitate naturæ operatur facere plura, quàm fecit; quæ autem fecit, infinita non ſunt. Sequitur carentia artis, quæ *ex ſuperiori lib. cap. 5. §. 2. aſſerto 1.* ſolùm reperiri poteſt in agente libero. Sequitur carentia cauſæ vniuerſalis, quia Deus ex neceſſitate naturæ operans nequit cum creato arbitrio concurrere ad ipſina actus ſaluâ talium actuum libertate.

Libertas eſt perfectio ſimpliciter, eius carentia in Deo inferret carentiã aliarum pluriũ perfectionum.

Hiſce rationibus, aliiſque ſimilibus eodem proportionaliter modo, quo ſupra actum eſt demonſtrando in Deo voluntatem, addi poteſt celebris ratio à priori, nam D. Thomas ſicuti *loco ibi cit. ex 1. parte*, tradit *in quolibet habent intellectum eſt voluntas*, ita pariter 1. *parte, quaſt. 59. art. 3. in C.* ait *vbicumque eſt intellectus, ibi eſt liberum arbitrium.* Ex eo igitur, quod euidens ſit dari in Deo intellectum, euidenter infertur non ſolùm dari in Deo voluntatem, ſed dari voluntatem liberam, ſeu liberum arbitrium. Pro cuiua pleniori intelligentia aduerte validina argumentum procedere, ſi propoſitio illa, vbicumque eſt intellectus, ibi eſt liberum arbitrium, intelligatur de intellectu perfecto: nam ſi quis contendat dabilem eſſe intellectum (quem tamen in re dabilem non cenſeo, quia intellectus quilibet ſicuti eſſentialiter debet tendere in obiectum ſub ratione veri, ita debet eſſentialiter poſſe tendere in omne verum ſiue bonum, ſiue malum, ſiue conueniens, ſiue diſconueniens) ita imperfectum vt in obiecto habente mixtam rationem boni, & mali; modo proponat ſolam rationem boni, modo ſolam rationem mali, ſicque voluntas nunquam habeat ſimultaneam potentiam amandi, & odio habendi, ſed in primo caſu ſolùm poſſit amare, in ſecundo ſolùm odio habere, & abſque præuia deliberatione in primo caſu neceſſariò amet, in ſecundo neceſſariò odio habeat, vt contingit de facto in noſtra voluntate quoad motus primò primoa. Si quis inquam ita contendat, ſaltem negare non poterit quia intellectus perfectua, iudicatiuus, & collatiuus vnius cum alio nequeat ſimul in eodẽ obiecto cognoſcere rationem boni, & mali, conuenientis, & diſconuenientis; amabilis, & odibilis. Ex intellectu autem hanc vtramque rationem ſimul proponente euidenter infertur voluntas habens ſimultaneam potentiam ad oppoſita, ad amandum ſcilicet, & odio habendum, multóque magis ad amandum, & non amandum: Certum enim

23.

Vbicumque eſt intellectus eſt liberum arbitrium.

Idque magis verificatur de intellectu perfecto.

eſt

eſt poſſe non amari quod poteſt odio haberi, ſed voluntas habens ſimultaneam potentiam ad oppoſita eſt formalitet voluntas libera, ſeu liberum arbitrium; ergo ex intellectu perfecto, iudicatiuo, & cotellectiuo, qualis proculdubio eſt inllectus diuinus euidenter infertur liberum arbitrium.

24. Libertas in Deo demõſtratur ex infinitate, & ex intellectiuitate.

Ex dictis habes iiſdem viis procedi ad probandam in Deo libertatem, quibus ſupra procedebamus ad probandam in eodem voluntatem; duas ſcilicet ad vtrumque intentum vias conducere; infinitatem & intellectiuitatem, ſaltem perfectam. Ad hanc reducuntur argnmenta, quibus probatur in Deo libertas ex eo, qood Deus cognoſcat creaturas tanquam media non neceſſaria ad fruendum ſe, tanquam vltimo fine; ex eo quod cognoſcat eaſdem non eſſe bonum adæquatum propriæ volnntatis. Tertiam viam probandi in Deo libertatem aſſignant nonnulli, nimirum immaterialitatem. Verùm immaterialitas, ſi libertatem probaret, illam probaret tanquam radix intellectiuitatis, ſicque non conſtitueret viam ab intellectiuitate diuerſam. In re tamen ſicuti, vt aſſertum eſt *lib ſuperiori cap.* 1. §.5. non ſufficienter probatur ex immaterialitate intellectiuitas, ita ex eadem non ſufficienter probatur aut volunras, aut libertas, quæ vtraque babet eſſentialiter comitem imò præuiam intellectiuitatem & ſicuti ibi inferebatur omne intellectiuum eſſe immateriale, non omne materiale intellectiuum; ita hîc inferri poteſt omne liberum eſſe immateriale, non omne immateriale eſſe liberum.

At non ex immaterialitate.

---

§. V.

Vtrùm actus ſecundus liber diuinæ voluntatis ſit talis in eſſendo, importet ſcilicet aliquid, quod poſſit in Deo eſſe, & abeſſe, aut ſaltem, quod potuerit non eſſe.

24. Actus liber Dei non eſt accidens.

ASSERTVM I. Actus ſecundus liber diuinæ volnntatis non eſt talis in eſſendo, adeo vt importet aliquid, quod poſſit in Deo eſſe & abeſſe. Eſt dogma Catholicum contra Vorſtium Caluiniſtam blaſphemantem actum liberum in Deo eſſe accidens.

Probatur aſſertum recolendo *ſupradicta lib.*1.*cap.*6. §.4. vbi ſimpliciter à Deo excluditur omne accidens reale, & phyſicum, quod poſſit eſſe, & abeſse. Specialia verò argumenta, quæ contra Vorſtium vrgeri poſsent ad remouendam in particulari rationem accidentis ab actu libero diuinæ voluntatis habetur à fortiori ex probationibus eorum, quæ mox aſserentur.

26. Nec aliquid, quod potuerit non eſſe, etiamſi ſuppoſito quod ſit, nequeat abeſſe.

ASSERTVM II. Actus ſecundus liber diuinæ voluntatis non eſt talis in eſſendo, adeò vt importet aliquid Deo intrinſecum, quod potuerit in Deo non eſſe, etiamſi ſuppoſito, quod ſemel ſit, nequeat amplius abeſſe; ſiue illud aliquid dicatur perfectio libera, & voluntaria diſtincta realiter à diuina eſſentia, ſiue dicatur formalitas vera quidem, & realis, ſolùm tamen virtualiter diſtincta à diuina eſſentia. Primus dicendi modus tribuitur Caietano *prima parte, quæſt.* 19. *artic.* 2. quia tamen à nonnullis, inter quos Molina 1. *parte, quæſt.* 19. *artic.* 2. *diſputat.* 2. cenſetur parum in fide ſecutus, piarúmque aurium offenſiuus, & non ſolùm lumini fidei minùs fauet, verùm etiam malè cohæret ipſi lumini naturæ, ſi vt verba ſonant intelligatur; plures Thomiſtæ inter quos Pazarius *prima parte, quæſt.* 19. *artic.* 3. §. *ſecundùm*, Io. à S. Thoma *quæſt.* 19. *diſp.* 4. *artic.* 4. *num.* 16. Satagunt *Caietani* verba, alioqui opera ad mitiorem, & legitimum ſenſum trahere dicendo Caietanum nomina perfectionis liberæ, & voluntatiæ non intellexiſſe aliquid Deo intrinſecum, ſed ſolùm terminationem ad creaturas. Secundus dicendi modus tribuitur Fonſecæ *lib.* 7. *Metaph. cap.* 8. *quæſt.* 5. *ſect.* 4. & Arriaga *prima parte, diſp.* 28. *ſect.* 4. *num.* 68. vult fuiſſe iam dixi traditum à multis Thomiſtis, fatetur tamen etiam fuiſſe iam dici reiectum, vt parum tutum in fide, & propterea nec nouum eſſe, nec tolerandum; mitius loquitur Baſilius Legionenſis *in ſuis opuſculis variarum diſputationum, quæſt.* 6. *Sholaſtica capite* 2. vbi relatum dicendi modum nec improbabilem, nec cenſurâ aliquâ dignum reputat. Stant pro noſtro aſſerto D. Thomas *quæſt.* 23. *de veritate, art.* 4. *ad* 1. & *ad* 13. Salmant. *prima parte, tract.* 4. *diſp.* 7. *dub.* 1. & 2. Io. à S. Thoma *quæſt.* 19. *diſputat.* 4. *articul.* 3. *num.* 8. & 9. Arriaga *diſputat.* 28. *ſect.* 4. & 5. Herincx *diſputat.* 7. *quæſt.* 2. *numero* 12. aliique Theologi communiſſimè.

Probatur aſſertum ſimpliciter, & in communi impugnando actum liberum ſitum in ratione Deo intrinſeca, quæ potuerit non eſſe præſcindendo ab eo, quod talis ratio ſit diſtincta realiter, vel ſolùm virtualiter à diuina eſſentia. Repugnat ratio Deo intrinſeca, quæ potuerit non eſſe, ergo actus liber Dei non eſt talis in eſſendo, adeo vt importet aliquid Deo intrinſecum, quod potuerit non eſſe antecedens probatur. Quidquid eſt in Deo eſt Deus, ſeu omnis ratio intrinſeca Deo eſt Deus: Sed repugnat, quod Deus potuerit non eſſe: ergo repugnat ratio intrinſeca Deo, &c. Maior eſt propoſitio, quæ tanquam axioma Theologorum omnium ore proteritur; euincitur ex diuina ſimplicitate ex eo, quod in Deo omnia ſint vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio: Nec poteſt ſine petitione principij limitari ad ſola prædicata Dei neceſſaria; eádémque facilitate, qua quis diceret ſolùm de prædicatis neceſſariis verificari quidquid eſt in Deo eſt Deus, poſset alius quiſpiam dicere, de iiſdem ſolis verificari, quod conueniant eo ab æterno, quod ſemel in Deo poſita nequeant ab ipſo abeſse 27.

Quidquid eſt in Deo Deus eſt, nô debet limitari ad aliqua determinata prædicata.

&c. Confirmatur creatura non eſt aliquid intrinſecum Deo, ſed quidquid potuit non eſſe eſt creatura; ergo repugnat dicere aliquid intrinſecum Deo, quod potuerit non eſſe, ergo actus liber diuinæ voluntatis non eſt talis,&c. Maior patet, quia ſecus Deus eſſet ens partim creatum, partim increatum, & multum faueretur Arrianis dicentibus verbum diuinum eſſe quid creatum ſeu eſſe creaturam. Minor probatur: quidquid potuit non eſſe, eſt ſimpliciter ab alio, & quidquid à ſe eſt, neceſſariò eſt. Nihil enim à ſe poteſt habere malum omnium maximum, quod eſt non eſſe: Sed ab abalietas eſt differentia conſtitutiua creaturæ, ergo quidquid

Quidquid potuit non eſſe eſt creatura.

29. potuit non eſſe eſt creatura. Confirmatur inſuper: Actus liberi, qui in Deo non exiſtunt, non ſolum potuerunt non eſſe, ſed neque etiam ſunt in Deo iuxta opinionem, quam impugno; ergo ſunt creaturæ poſſibiles, ergo actus liberi, qui in Deo exiſtunt ſunt creaturæ exiſtentes, adeóque ſi actus liberi dicunt aliquid Deo intrinſecum, quod potuerit non eſſe, aliquid Deo intrinſecum eſt creatura. Prima conſequentia probatur: Creatura poſſibilis nihil eſt aliud quàm aliquid non exiſtens, non habens tamen repugnantiam ad exiſtendum, ergo actus liberi, qui in Deo non exiſtant, & non habeant repugnantiam ad exiſtendum, cum potuerint in Deo eſſe, & non eſſe verè ſunt creaturæ poſſibiles.

30. Probatur aſſertum in particulari impugnando actum liberum ſitum in perfectione libera diſtincta realiter à diuina eſſentia. Ex diuina eſſentia, & tali perfectione ab ipſa diſtincta realiter conſurgeret realis compoſitio ſubiecti, & accidentis creati, ſed hæc Deo repugnat, ergo repugnat actus liber ſitus, &c. Minor patet ex terminis, & ex profeſſo probata eſt *lib. ſuperiori c. 6. §. 4. & 9.* Maior probatur: Talis perfectio libera diſtincta realiter à diuina eſſentia eſſet accidens, & eſſet creatura, ergo eſſet accidens creatum, ergo ex diuina eſſentia, & tali perfectione conſurgeret, &c. Probatur antecedens: Eſſet accidens, tùm quia non eſſet quid Deo eſſentiale, & de primario conſtitutiuo ipſius, tùm quia verè potuit à Deo abeſſe. Nec refert, quod nequeat amplius abeſſe ex ſuppoſitione, quod ſemel in Deo poſita ſit. Enimverò hoc conuenit cuilibet accidenti modali præſertim æterno à parte poſt. Eſſet creatura, quia verè, & rigorosè cauſaretur à diuina eſſentia, ſeu à Deo: In tantum enim de facto non cauſatur perſona verbi, aut Spiritus Sancti, in quantum non ſunt ab alio ſimpliciter, non ſunt ſcilicet à principio habente eſſentiam realiter diſtinctam: at talis perfectio libera haberet eſſentiam, ſeu quiditatem diſtinctam realiter ab eſſentia Dei; ergo eſſet à Deo, tanquam ab alio ſimpliciter, eſſet à Deo per veram cauſalitatem, quod eſt proprium creaturæ. Hæc probatio à naturali ratione deſumpta validior eſt eâ, quam aliqui deſumunt ex Auctoritate Concilij Rhemenſis, *in cuius ſymbolo habetur: Credimus, & confitemur, &c. Neque aliquas omninò res ſiue relationes, ſiue proprietates, ſiue ſingularitates, vel vnitates dicantur, vel alia huiuſmodi adeſſe Deo, quæ ſint ab æterno, & non ſint Deus.* Sicuti tamen eſt ab æterno, & non eſt Deus perfectio libera, quæ ab aduerſariis aſſeritur potuiſſe in Deo non eſſe. At hæc auctoritas non multum probat, quia illud Concilium non fuit à Pontifice approbatum, vt notatum eſt *lib. 1. cap. 3. §. 2.* imo verba relata non fuerunt verba Concilij, ſed ſolùm verba D. Bernardi vt monet Arriaga 1. *parte, diſp.* 28. *ſect.* 5. *num.* 85. Deinde mens illius Concilij ſolùm fuit excludere quaternitatem veram conſurgentem ex eſſentia, & perſonis, aut ad ſummum ex eſſentia, & attributis: Nec veriſimile eſt fuiſſe aliquid definitum de actibus liberis, qui nunquam ibi nominantur.

Quidquid eſt ab alio tanquam à principio ſimpliciter diſtincto eſt creatura.

Concilium Rhemenſe non fuit à Pontifice confirmatū.

Probatur aſſertum in particulari impu- 31.
gnando actum liberum ſitum in formalitate, quæ potuerit non eſſe, diſtincta tamen ſolùm virtualiter à diuina eſſentia. Vniuerſaliſſimum, & receptiſſimum principium eſt, quæ ſunt realiter ſeparabilia, eſſe realiter diſtincta; ſed hoc principium corruit, ſi formalitas, ſeu realitas, quæ potuerit in Deo non eſſe ſeu ſine qua Deus potuerit eſſe ſit ſolùm virtualiter diſtincta à diuina eſſentia, ergo talis formalitas, ſeu realitas repugnat; & conſequenter importari non poteſt ab actu libero Dei. Minor probatur: Talis realitas eo ipſo, quod potuerit in Deo non eſſe, eſt à Deo ſeparabilis, duo enim eſſe ſeparabilia nihil eſt aliud, quàm vnum poſſe eſſe ſine alio, ſeu vnum poſſe non eſſe exiſtente alio, ergo ſi talis realitas eſt Deo realiter identificata, & ſolùm virtualiter à Deo diſtincta corruit illud principium, &c.

Dices illud principium in creatis ſolùm 32.
procedere, non in diuinis: in tantum enim in creatis, quæ ſunt realiter ſeparabilia ſunt realiter diſtincta, ſeu ex duobus realiter identificatis, nequit vnum ab alio realiter ſeparari, in quantum nequeant in creatis de duobus identificatis verificari contradictoria, quod ſcilicet vnum ſit, aliud non ſit: ſicuti verificarentur de duobus identificatis, quorum vnum ab alio realiter ſepararetur. At in diuinis ſufficit ad verificanda contradictoria diſtictio virtualis, ergo eadem diſtinctio ſufficit ad ſeparabilitatem. Et ſicuti ſtante identitate inter eſſentiam, & relationes vi diſtinctionis virtualis verificatur eſſentia communicatur, relatio non communicatur: eſſentia non producitur, relatio producitur; ita ſtante identitate inter diuinam eſſentiam, vt realitatem actus liberi, vi diſtinctionis virtualis verificari poterit eſſentia Dei eſt realitas actus liberi non eſt. Deinde cum in diuinis facilè admittatur non ſimpliciter procedere principium illud. *Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe.* quod in creatis non minus abſolutè recipitur, quàm hoc aliud. *Quæ ſunt realiter ſeparabilia ſunt realiter diſtincta:* non debemus eſſe de hoc alio in diuinis abſolutè ſuſtinendo

ſuſtinendo ſcrupuloſiùs ſoliciti. Sed contra: Vt à ſecunda inſtantia parte primo me expediam, dico principium illud, *Quæ ſunt eadem vni 3.* explicati, & limitari, non deſtrui in diuinis, idque ex neceſſitate ſaluandi veritatem fidei de reali diſtinctione perſonarum: *At hoc principium quæ ſunt realiter &c.* per aduerſarios in diuinis omninò deſtruitur, idque non vt ſaluent veritatem aliquam neceſsariò concedendam, ſed vt ſuſtineant difficultatem. Aliis etiam ex capitibus negandam, realitatem ſcilicet, quæ potuerit in Deo non eſse, contra quam militant omnia inconuenientia allata in prima probatione præſentis aſserti: Ex limitatione igitur vniuerſalis principij neceſsariò, & conuenienter facta non rectè arguitur ad deſtructionem alterius cuiuſcumque principij arbitrariè, & inconuenienter faciendam. Ad improbandam rationem allatam in prima parte inſtantiæ repeto *ex ſupradictis lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. diſtinctionem virtualem inter ea, quæ ſunt adæquatè identificata, ſicuti ſunt adæquatè identificata in diuinis omnia prædicata abſoluta, inter quæ realitas eſſentiæ, & realitas actus liberi, repeto inquam diſtinctionem virtualem ſufficere ad verificanda contradictoria ſolùm virtualiter. Vnde non poteſt abſolutè enunciari v.g. intellectio non eſt volitio, ſed ſolùm intellectio virtualiter non eſt volitio. At in propoſito dum dicunt aduerſarij realitatem actus liberi potuiſse non eſse, imò verè non eſse de facto in Deo realitatem volitionis liberæ alterius mundi, conſequens eſt poſse ſimpliciter, & abſolutè negari talem realitatem de diuina eſsentia, ſeu poſse de tali realitate, & de diuina eſsentia abſolutè verificari contradictoria, quod ſcilicet talis realitas ſimpliciter non ſit, diuina eſsentia ſimpliciter ſit: ad quæ verificanda inter adæquatè identificatam non ſufficit in noſtris principiis virtualis diſtinctio. De relatione, & eſsentia in ordine ad produci, & non produci diuerſa eſt ratio, quia relatio non identificatur adæquatè cum eſsentia.

Quæ ſunt realiter ſeparabilia, ſunt realiter diſtincta debet abſolutè concedi etiã in diuinis.

De virtualiter ſolùm diſtinctis verificantur contradictoria ſolùm virtualiter.

33. Ex hucvſque dictis habetur maximè nobis diſplicere in aduerſariorum ſcientia noſtriſque argumentis maximè impeti, quod aſtruant in Deo realitatem, quæ potuerit non eſſe. Vnde ſiue talem realitatem ponant diſtinctam, ſiuè identificatam cum realitate diuinæ eſſentiæ, ſiue ponant eſſe ipſamnet realitatem diuinæ eſsentiæ, quatenùs imbibitam in actu libero, vt docuit Hauart. *tom.* 2. *ſuarum controuerſiarum controuerſia* 4. ſiue item ſentiant talem realitatem dicere parfectionem aliquam, licet voluntariam, & diminutam, vt tribuitur *Caietano*: Siue ſentiant nullam protſus dicere perfectionem, vt tribuitur *Fonſecæ*, cui aliqualiter fauent (quamvis in re ex eo, quod realitas relatiua poſſit non dicere perfectionem, non adcò efficaciter arguatur, quod poſſit etiam non dicere perfectionem realitas abſoluta) in hac parte Thomiſtæ admittentes dari in Deo realiter relationes abſque eo, quod vllam dicant perfectionem; Quomodocumque tandem explicent talem realitatem dum ſuſtinent ipſam eſse Deo intrinſecam, & potuiſse in Deo non eſse ſemper noſtra argumenta ea præſertim, quæ in prima probatione vrgebantur, eodem pollent robore.

§. VI.

Vtrùm actus ſecundus liber diuinæ voluntatis addat reſpectum aliquem rationis actui neceſſario.

34. ASSERTVM I. Actus ſecundus liber diuinæ voluntatis non addit reſpectum aliquem rationis actui neceſſario, ſeu per talem reſpectum non conſtituitur, nec completur. Ita Io. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 19. *diſp.* 4. *art.* 3. *num.* 21. Arriaga *diſputat.* 28. *ſect.* 2. Herincx *diſput.* 7. *quæſt.* 2. Suarez *in Metaph. diſput.* 30. *ſect.* 9. *num.* 31. contra Capreolum *in* 1. *diſt.* 45. *quæſt.* 1. *art.* 20. Ferrarienſem 1. *contra Gentes, cap.* 75. Salmant. 1. *part. tract.* 4. *diſp.* 7. *dub.* 7. §. 4. Vaſquium *diſp.* 80. *cap.* 2. *num.* 6. alioſque plures. Aduerto hîc reſpectum rationis ſumi poſſe vel rigoroſè, & formaliter, vt importat quid fictum ab intellectu concipiente relationem inter ea, quæ verè, & realiter inter ſe relata non ſunt, vel latè, & fundamentaliter, prout importat fundamentum illius reſpectus, quem intellectus fingit. Hoc ſecundo modo reſpectum rationis vſurpant forè omnes Auctores ſuſtinentes talem reſpectum pertinere ad conſtitutionem, aut complementum actus liberi Dei, & loquendo de reſpectu rationis rigoroſè, ac formaliter ſumpto exiſtimo parùm tutam oppoſitam ſententiam, nec incongruè in hoc ſenſu Vincentius Baronius *part.* 3. *ſuæ manuductionis ad Theologiam diſp.* 2. *ſect.* 1. *art.* 1. §. 2. ait nihil Atheis, & impiis eſſe poſſe acceptius, quàm Dei voluntatem, qua omnia conſtitui, & mutari clamant Scripturæ, merè ente rationis conſtare. In eo tamen, quod *Baronius* ex hoc capite *Vaſquium* acriter redarguit, non loquitur conformiter ad mentem *Vaſquij* qui nomine entis, ſeu reſpectus rationis, quo actum Dei liberum conſtituit, intelligit denominationem extrinſecam potius, quàm quid fictum: Vnde Arriaga *loco cit.* imò Io. à S. Thoma (vt Auctorem afferam non ſuſpectum Baronio) *loco pariter citat. numero* 18. ſententiam *Vaſquij* collocant, ſub ſententia *Aureoli* conſtituentis actum liberum Dei, ex aliquo extrinſeco, de quo infra. Interim poſitum aſſertum.

Actus ſecũdus liber Dei non eſt reſpectus rationis, hæc talem reſpectum addit actui neceſſario.

Reſpectus rationis vel formaliter vel fundamentaliter ſumitur.

35. Pobatur. Vel ſermo eſt de reſpectu rationis ſumpto formaliter, vel de reſpectu rationis ſumpto fundamentaliter; ſed neutro modo actus ſecundus liber diuinæ voluntatis addit reſpectum aliquem rationis &c. ergo. Probatur minor quoad primam partem

partem loquendo ſcilicet de reſpectu rationis ſumpto formaliter. Vel talis reſpectus rationis ſupponitur fictus ab intellectu creato, vel ab intellectu diuioo. Si ab intellectu creato, ergo Deus non poteſt liberè velle independenter à conceptu, & fictione noſtri intellectus; ergo ab æterno, dum nulla adhuc erat intellectus creati fictio, non potuit liberè velle, ergo actus liber creaturæ, qui totus verus, & realis eſt, melioris eſt conditionis, quàm actus liber Dei, qui ex aliquo ficto, & chymerico inadæquatè conſurgit. Si verò talis reſpectus rationis ſupponatur fictus ab intellectu diuino concipiente ab æterno intellectum creatum poſſe talem reſpectum fingere, quo tamen modo reſpectus ille rationis dici ad ſummum poteſt fieri non fingi, vt indicatum eſt *lib. ſuperiori in fine ſecundi capitis*, Factus, non fictus: Verùm quidquid ſit de modo loquendi ſupponatur reſpectus ille rationis ab intellectu diuino fictus: adhuc contrà. Vt diuinus intellectus (idem proportionaliter procedit quo ad rem præſentem de intellectu creato) reſpectum illum rationis fingat, debet habere aliquod fundamentum: eſſentiale quippè eſt reſpectui rationis, æquè ac reſpectui reali, fundamento non carere: ſed hoc fundamentum non poteſt eſſe niſi aliquid, ratione cuius Deus conſtituatur liberè volens, & potiùs volens hunc mundum v. g. quàm eius carentiam, ergo reſpectus rationis, qui à Deo fingatur, in Deo eſſentialiter ſupponit actum liberum, nec poteſt ipſum aut conſtituere, aut intrinſecè complere. Minor probatur tum ex mox ponendis pro impugnatione reſpectus rationis fundamentalis, tum quia Deo omnino immutato, eodem prorſus modo ſe habente ad mundum, & ad carentiam mundi imperceptibile eſt fundamentom aliquod fingendi ſpecialem aliquem reſpectum rationis inter Deum, & mundum potius quàm inter Deum, & carentiam mundi. Deinde actus ipſe, quo Deus reſpectum illum rationis fingeret, eſſet actus liber, vel ergo conſtitueretur in ratione liberi perfectionem alterius reſpectus, & ſic proceſſu infinito, quia quælibet fictio eſſet libera, quælibet fictio deberet per aliam conſtitui: Vel conſtitoeretur perfectionem eiuſdem reſpectus, quem fingit, & ſic eadem fictio formaliter eſſet conſtitutiuum, & res conſtituta: vel conſtitueretur per aliaIiquid aliud, & hoc aliud quodcumque aſſignetur, poterit proportionaliter aſſeri conſtitotiuum aliorum actuum liberorum Dei abſque recurſu ad fictionem, & reſpectum rationis.

Reſpectus rationis non poteſt fingi ſine fundamento.

36. Probatur minor primi argumenti quo ad ſecundam partem, loquendo ſcilicet de reſpectu rationis ſumpto fundamentaliter, & vt importat fundamentum reſpectus rationis formalis, quem intellectus fingit. Tale fundameorom, ſeu talis reſpectus fundamentalis debet eſſe quid reale: nunqoam enim inuenitot aliquid rationis ſine fondamento reali, alioqui intellectus in ſuis fictionibus infinitè procederet, ſi pro fundamento vnius fictionis haberet aliam fictionem. Illud igitur reale eſt id ipſum, de quo inquiritur quid ſit, & quod ſi aſſeratur eſſe aliquid intrinſecum Deo indiſtinctum, à velle neceſſario non apparet quomodo poſſit eſſe fundamentum ſpecialis reſpectus ad voum potius oppoſitorum, quàm ad aliod; ſi diſtinctum à velle neceſſario ad modum perfectionis liberæ, & voluntariæ, fit regreſſus ad opinionem *ſuperior*. §. impugnatam. Si aſſeratur eſſe aliquod Deo extrinſecum coinciditur cum opinione, de qoa *in* §. *ſequenti* ſit igitur

---

§. VII.

An actus ſecundus liber diuinæ voluntatis addat actui neceſſario ſolam productionem, ſeu poſitionem rerum ad extra?

ASSERTVM: Actus ſecundus liber diuinæ voluntatis non addit actui neceſſario ſolam productionem, &c. Ita Salmant. 1. *parte, tract.* 4. *diſp.* 7. *dub.* 5. *&* 6. Ioan. à S. Thoma *quæſt.* 19. *diſp.* 5. *art.* 3. *numero* 24. Herinex *diſp.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 18. Arriaga *diſp.* 18. *ſect.* 1. De Quiros *diſp.* 59. *ſect.* 3. *&* *diſp.* 60. *ſect.* 1. *num.* 2. Suarez *in Metaph. diſp.* 30. *ſect.* 9. *num.* 5. & à fortiori Caietanus, Fonſeca, aliique docentes actum liberum ſuperaddere actui neceſſario realitatem Deo intrinſecam: Contra *Nominales*, quos ſequitur ex recentioribus Auerſa 1. *parte, quæſt.* 19. *ſect.* 11. aliique nonnulli docentes Deum libertatem ſuam exercere in operando ſolùm ad extra, non in volendo ad intra, & conſtitui liberè volentem mundum. A potius, quàm mundum B præcisè per prodoctionem mundi A, potius, quàm mundi B, Refertur pro huius ſenteotiæ illuſtratore, & Mæcenate Aureolus *in* 1. *diſt.* 40. *art.* 1. *&* *diſt.* 47. *art.* 1. *&* 2. quibus in locis præſertim *propoſitione prima, & ſecunda citati art.* 2. videtur clarè omninò, & dilucidè talem ſententiam tradere, *propoſitione tamen tertia ſequenti* libertatem conſtiiuit ex diuina voluntate, & ex omnipotentia, potiùs quàm ex illa, & productione rerum ad extra. Quidquid ſit de mente *Aureoli*, & quoſcumque habeat poſitum aſſertum aduerſarios, aſſertum ipſum. 37.

Actus ſecūdus liber Dei non cōſtituitur per productionem rerum ad extra.

Quid ſenſerit *Aureolus*.

Probatur primò debet in Deo diſtingui liberè velle à liberè facere, nec poteſt Deus formaliter conſtitui liberè volens per id per quod formaliter conſtituitur liberè faciens, ſed per productionem rerum ad extra conſtituitur liberè faciens, ergo per illam eandem non poteſt conſtitui liberè volens, ergo actus ſecundus liber diuinæ voluntatis non addit, &c. Probatur maior primò ex Scriptura Iſa. 46. *Omnis voluntas mea fiet* Pſalm. 134. *Omnia quæcumque voluit Dominus* 38.

Liberè velle, & liberè facere diſtinguitur in Deo.

nus fecit. Matth. 20. *An non licet mihi quod volo facere.* Quæ & ſimilia Scripturæ loca loquuntur de velle, & facere, ranqoam de diſtinctis Dei prædicatis: & poſitâ omnimodâ indiſtinctione inter velle, & facere, ſolùm irriſorium ſenſum habere poſſent. Idem quippè eſſet dicere: *Omnis voluntas mea fiet: Quæcumque voluit Dominus fecit*, ac dicere: *Omne quod à me fiet, fiet: Quæcumque fecit Dominus fecit.* Neque dici poteſt huiuſmodi auctoritates procedere de velle neceſſario, quod vtique admittitur diſtinctum ab ipſo facere. Dici inquam id non poteſt, quia velle neceſſarium datur etiam circa merè poſſibilia, circa quæ nunquam datur facere, ſeu quæ nunquam à Deo fiunt. Probatur eadem maior ſecundò ratione. Debet in Deo ſuſtineri libertas non ſolùm in tempore, ſed etiam ab æterno, non ſolùm potentiæ executiuæ, ſed etiam potentiæ volitiuæ quæ, vt colligi poteſt *ex lib. ſuperiori cap. 5. §. 1.* ab executiua diſtinguitur; non ſolùm tranſiens & quæ per actionem tranſeuntem, ſed etiam immanens, & quæ per actionem immanentem exerceatur, at ſi Deus conſtitueretur liberè volens per id formaliter, per quod conſtituitur liberè faciens, libertas conueniret ei ſolùm in tempore, quia ſolùm in tempore de facto res ad extra Deus fecit, conueniret ſolùm potentiæ executiuæ, quia ſolùm potentiæ executiuæ, vt ab intellectiua, & volitiua diſtinctæ, conuenit aliquid in tempore, quod non conuenerit ab æterno vt colligitur *ex lib. ſuperiori cap. 5. §. 3. in fine*: conueniret ſolùm tranſeunter, quia productio rerum ad extra eſt actio tranſiens, ergo. Maior probatur, quia ſi ſuſtinetur in Deo libertas ſolùm in tempore ſolùm potentiæ executiuæ, ſolùm tranſiens, nõ ſuſtinetur in Deo libertas voluntaris, adeóque nec ſuſtineri in ipſo poterit liberum arbitrium, quod ſine libera voluntate non datur, nec libera ſcientia qua Deus ab æterno contingentia omnia ſciuerit, cum pro ſcientia libera militent illæ omnes difficultates, quæ militant pro libera volitione.

Actus liber debet Deo concedi immanens, & ab æterno.

39\. **Eſt cauſa productionis rerum ad extra.**

Probatur ſecundò actus liber Dei eſt cauſa productionis, ſeu poſitionis rerum ad extra, ergo non poteſt formaliter per talem productionem, ſeu poſitionem conſtitui, ergo actus ſecundus liber Dei non addit actui neceſſario &c. Antecedens colligitur *ex lib. ſuperiori cap. 5. §. 1.* & multò magis ex Scriptura Pſalm. 17. *Saluum me fecit, quoniam voluit me*, clariuſqoe ex D. Thoma *de veritate, quæſt. 23. art. 4. ad 15. Voluntas ad volitum habet duplicem reſpectum: primum quidem ad ipſum, in quantum eſt volitum. Secundum verò ad idem, in quantum eſt perducendum in actu per voluntatem, & hic quidem reſpectus præſupponit primum.* Conſequentia probatur, quia quod eſt prius non poteſt conſtitui formaliter per id, quod eſt poſterius; alioqui in illo ſigno priori vel eſſet, & non eſſet conſtitutum, vel eſſet conſtitotom per id, quod non eſt. Confirmatur ratio libertatis in diuina voluntate non poteſt eſſe productio rerum ad extra; ergo actus liber Dei non conſtituitur formaliter in ratione liberi per productionem rerum ad extra, nec addit præciſè actui neceſſario talem productionem. Antecedens probatur. Libertas voluntatis eſt ratio libertatis in productione rerum ad extra, cum omnis libertas in voluntate reſoluatur, & à voluntate tanquam à prima radice deriuetur, ergo productio rerum ad extra non poteſt eſſe ratio libertatis in actu ipſo diuinæ voluntatis, alioqui per vitioſum circulum diceretur voluntatem diuinam eſſe liberam ratione productionis rerum ad extra, productionem rerum ad extra eſſe liberam ratione diuinæ voluntatis.

Et liberi in talis productione relucentis.

40\. **Non eſt minùs intrinſecus Deo quàm ſit intrinſecus creaturæ, actus liber creatus.**

Probatur tertiò, actus liber diuinæ voluntatis, ſi adderet actui neceſſario ſolam productionem rerum ad extra & per talem productionem conſtitueretur eſſet minùs intrinſecus Deo, minùs propriè vitalis, & immanens, quàm ſit intrinſecus creaturæ vitalis, & immanens actus liber voluntatis creatæ. Sed hoc repugnat, quia ratio intrinſeci, vitalis, & immanentis eſt perfectio actus volontatis. Non poteſt autem poni perfectio, aut maior, aut magis propriè talis in voluntate creata, quàm in diuina; ergo. Sequela maioris probatur, quia actus voluntatis creatæ eſt adæquatè intrinſecus, adæquatè vitalis, adæquatè immanens. Non poteſt autem talis eſſe actus liber voluntatis diuinæ ſi per productionem rerum ad extra, quæ volũtati extrinſeca eſt ſaltem partialiter conſtituitur. Confirmatur voluntati creatæ non minùs eſt intrinſecum, vitale, & immanens velle liberum, quàm velle neceſſarium, ergo etiam voluntati diuinæ, ſed velle neceſſarium eſt voluntati diuinæ adæquatè intrinſecum, nec affectus ſimplicis complacentiæ, quo Deus fertur in creaturas poſſibiles inadæquatè conſtituitur per creaturas poſſibiles, ergo etiam eſt diuinæ voluntati adæquatè intrinſecum velle liberum, nec vllatenùs conſtituitur per poſitionem rerum extrinſecam, ſeu ad extra.

Nec quàm ſit intrinſecus Deo actus neceſſarius.

---

§. VIII.

Quid tandem formaliter ſit, ſeu quid addat actui neceſſario actus ſecundus liber diuinæ voluntatis?

ASSERTVM: Actus ſecundus liber diuinæ voluntatis addit actui neceſſario diuerſam attingentiam diuinæ bonitatis, adeo vt eadem omninò entitas actus, quatenus attingit bonitatem diuinam ſecundùm ſe, aut vt participabilem indeterminatè ab omnibus poſſibilibus, dicatur actus neceſſarius; quatenùs attingit eandem bonitatem vt determinatè participabilem, immò participandam ab his potius, quàm ab illis creaturis dicatur actus liber, libertate tamen purè actiua, nullatenùs paſſiua,

41\. **Actus neceſſarius, & liber Dei diſtinguuntur ſolùm penes diuerſam attingentiam diuinæ bonitatis: Ille eſt liber libertate purè actiuâ.**

ex quo ſit, vt actus neceſsarius attingat diuinam bonitatem, vt participabilem ab his potius, quàm ab illis creaturis abſque mutatione paſſiua, qua mutetur in ſe, cum ſola mutatione actiua, qua mutet alia à ſe. Hoc aſsertum colligitur ex Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 19. *diſputat.* 4. *artic.* 40. & clarius *art.* 5. *num.* 20. imò re ipſa tradi videtur ab omnibus ferè *Thomiſtis*, qui licet actum liberum Dei explicent per terminationem ad obiecta volita, tamen antecedenter ad talem terminationem ſupponunt actum liberum in ſe conſtitutum, ipſúmque comparant ad talem terminationem tanquam ad quid conſequens, non tanquam ad quid cõſtituens. In particulari verò quatenùs continet actum liberum Dei eſse talem libertate purè actiuâ ſuſtinetur non ſolùm à Thomiſtis communiter, ſed etiam à pluribus recentioribus, inter quos fusè Salazar *de conceptione*, *cap.* 24. Habemus in aſserto poſito aduerſarios vltra Auctores *in ſuperioribus* §§. *impugnatos*, Arriagam *prima parte, diſput.* 28. *num.* 1. & 92. alioſque nonnullos ſuccumbentes difficultati & apertè confitentes ne quidem apparenter explicari poſse myſterium actuum liberorum Dei.

Non eſt boni Theologi fateri inexplicabilia fidei myſteria.

Verùm hi Auctores minùs fauent lumini fidei, cui volunt lumen naturæ nec etiam apparenter eſse conforme: minùs etiam ſatisfaciunt muneri veri Thelogi, ad quem ſpectat explicare, non tanquam inexplicabilia deſerere fidei myſteria.

42. Ad faciliorem, clarioremque aſserti probationem in duas ipſum partes diuido. Prima ſit, quod actus neceſsarius, & liber Dei diſtinguantur ſolùm penes diuerſam attingentiam diuinæ bonitatis. Secunda quod actus liber Dei habeat libertatem purè actiuam, qua mutet alia à ſe, nullatenùs mutetur in ſe. Pro prima parte aduerto, quod ſicuti diuina eſsentia, vt ſummè intelligibilis, & vniuerſaliſſima ſpecies continens rerum omnium repræſentabilitatem, eſt obiectum motiuum, ſiui ſpecificatiuum cuiuſcumque diuinæ cognitionis, ſiue Deum ipſum, ſiue res creatas attingentis, *vt ſuperiori lib. cap.* 1. §. 9. & aliis in locis tradebatur, ita eadem diuina eſsentia vt ſummè amabilis, & vniuerſaliſſimum bonum continens rerum omnium amabilitatem, & bonitatem, debet aſseri obiectum motiuum, ſeu ſpecificatiuum cuiuſcumque diuinæ volitionis, ſiue neceſsariæ, ſiue liberæ, ſiue Deum ipſum, ſiue res creatas attingentis. Infertur hæc doctrina non ſolùm ex dictis de obiecto ſpecificatiuo diuinæ cognitionis verùm etiam ex verbis illis D. Thomæ 1. *contra Gentes, cap.* 81. *Deus volendo bonitatem ſuam vult etiam alia à ſe, prout bonitatem eius participant*. Pro ſecunda parte aduerto libertatem purè actiuam eſse illam, qua res libera eſt non in ratione effectus, ſed in ratione cauſæ; non in recipere, ſed in agere. Hæc libertas non reperitur in creatis, vbi non datur ratio actus puri omnem potentialitatem excludentis vbi item non datur omnimoda eſsendi neceſſitas, quæ ſola excludit omnem libertatem in eſsendo. At è contra in diuinis, vbi exulat omnis realis potentialitas, vbi reſidet omnis eſſendi neceſſitas, nulla paſſiua, & in eſſendo ſola, actiua, & in operando libertas admitti poteſt. His præmiſſis.

Bonitas diuina eſt obiectum ſpecificatiuum cuiuſcumque diuinæ volitionis.

Probatur, & explicatur prima pars. Commune eſt cuilibet actui vitali ex genere ſuo conſtitui, & diuerſificari ex obiecto non quocumque, ſed formali, ſpecificatiuo, & motiuo, cum præſertim in noſtris principiis actus vitalis nihil ſit aliud, quàm complexum potentiæ, & obiecti non quidem terminatiui, & extra potentiam poſiti, qua ratione difficilè explicaretur in vitali actu immanentia, benè tamen motiui, & mouentis intra ipſam potentiam. Cum igitur obiectum ſpecificatiuum, & motiuum cuiuſcumque actus diuinæ voluntatis ex præmiſſis ſit diuina bonitas, debet quælibet diuina volitio ex diuina bonitate conſtitui, & conſurgere ex complexo (ſubintellige virtuali, cum diuina voluntas, & diuina bonitas non plus quàm virtualiter diſtinguantur, nec poſſit cum diuina ſimplicitate cohærere complexio vlla, aut compoſitio plus quàm virtualis) diuinæ voluntatis & diuinæ bonitatis. Debet item diuina volitio proximè, & immediatè diuerſificari ex ſola diuerſitate iſtius complexi ex eo ſcilicet, quod diuina voluntas cum diuinâ bonitate diuerſimodè conſideratâ diuerſum complexum conſtituat: adeo vt ſicuti in nobis v. g. ex voluntate, & obiecto cognito vt abſente ſit, complexum, in quo conſiſtit actus deſiderij; ex voluntate, & eodem obiecto cognito vt præſente ſit complexum, in quo conſiſtit actus gaudij. Ita in Deo ex voluntate, & bonitate propriæ eſſentiæ cognitæ ſecundùm ſe fiat complexum, in quo conſiſtit actus volitionis neceſſariæ: ex voluntate & bonitate eiuſdem eſſentiæ cognitæ ſecundùm quod eſt determinatè participabilis ab his creaturis fiat complexum, in quo conſiſtit actus volitionis liberæ. Sicque in Deo differt volitio neceſſaria à libera non ex parte voluntatis ſecundùm ſe, ſed ex parte obiecti ab eadem voluntate attacti, intrinſeci tamen ipſi Deo, non extrinſeci, licet deinde tale obiectum Deo intrinſecum dicat habitudinem ad res extrinſecas, per quas vtpotè nobis magis notas ſolemus explicare actus liberos diuinos, potius tamen tanquam per effecta, quàm tanquam per conſtitutiua talium actuum. Vnde cum communiter dicitur, ſcientia diuina eſt libera, volitio diuina eſt libera, quia eſt de obiecto creato contingenti, & libero, admittenda eſt locutio cum multis, ſed benè intelligenda cum paucis, adeò vt ſcilicet ly *quia* importet rationem à poſteriori, non rationem conſtitutiuam libertatis in ſcientia, & volitione diuina.

43. Commune eſt cuicumque actui vitali conſtitui ex complexo potẽtiæ & obiecti, motiui tamen, non terminatiui.

In quo ſenſu volitio diuina ſit libera, quia eſt de obiecto cõtingenti.

Ex hac probatione habes quam facilè explicetur, quomodo actus liber Dei ſit totus Deo intrinſecus, totus immanens; quomodo Deo ab æterno conueniat, quomodo nihil in eſſendo contingens nihil defectibile contineat. Habes inſuper, cur) conſtituamus 44.

actum

actum liberum Dei ex complexo voluntatis, & bonitatis diuinæ, vt à creaturis fuuuris participabilis potius, quàm ex eadem voluntate, & creatnris ipſis futuris. Ratio ſcilicet eſt, quia creatusæ fururæ non ſunt obiectum ſpecificatiuum diuini actus, nec complexum ex diuina vnluntare, & creaturis fuuuris eſt aliquid Deo immanens vt requiritus ad complexum conſtitutiuum volitionis vitalis: præter quam quod cteaturæ futuræ ſunt qnid conſequens actum liberum, adeoque eſſe nequeunr quid conſtituens: Nequa dicas etiam diuina bnnitas vı determinatè participabilis ab his potius, quàm ab illis creaturis, eſt quid conſequens actum liberum, cum id non habeat diuina eiſentia neceſſariò, & ſecundùm ſe, alioqui deberet Deus neceſſariò, & eſſentialiter has potius, quàm illas creaturas determinatè ttansfesse ad exiſtentiam, & ad actualem diuinæ eſſentiæ participationem. Contrà enim diuina boniras vt determinatè participabilis ab his porius, quàm ab illis cteaturis, vel ſumitnr ſecundùm illud, quod dicit hæc determinata participabilitas entitatiuè, & intrinſecè, vel ſecundùm illud, quod dicit tesminatiuè, & extrinſecè. Hoc ſecundo modo dicit creaturas has potius, quàm illas ex diuina voluntate determinatas ad actu participandum de diuina eſſentia, ſeu de diuina bonitate: & hoc eſt quid conſequens, nnn quid conſtituens actum liberum. Primo modn dicit voluntatem ſe applicantem ſpecialiter ad amandam efficaciter hanc participatinnem præ aliis, & hac ratione determinata pasticipabilitas eſt quid non conſequens, ſed cnnſtituens actum liberum.

Volitio libera Dei non poteſt eſſe complexum voluntatis diuinæ, & rerum futurarum.

45. Probatur, & explicatur ſecunda pass. Non pnteſt in Deo vllo modo admitti libertas paſſiua, & in eſſendo, *vt ſuperiori §. 5.* probatum eſt, & ſatis euincitur ex eo, quod iuxta præmiſſa libertas paſſiua, & in eſſendo eſſe nequeat ſine contingentia, & ſine reali potentialitate, & mutabilitate, ergo libertas diuina eſt purè actiua non quidem in ordine ad obiectum ſpecificatiuum, & mntiuum circa quod libertas ſe exercet attingendo ipſum præcisè non ipſum producendo, ſed in ordine ad obiectum terminatiuum, & extrinſecum, cui ſoli conuenir liberè à Deo produci: & ex eo, quod acquirat eſſe producendnm ſit obiectum, aut potius effectus, actus liberi Dei. Vniuerſalem hanc doctrinam explico magis in particulari, rem totam exemplificando in actu libero, quo Dens decernit productionem, ſeu potius foturitionem Angeli v. g. Cognoſcit Deus bonitatem ſuæ diuinæ eſſentiæ pluribus, imò infinitis modis participabilem à diuerſis, infinitiſque creaturis: inter alias cognoſcit modum, qno eſt participabilis per intellectum ab Angelo, & actum neceſſarium, qno pes ſimplicem complacentiam gaudet de omni modo ſuæ participabilitatis, applicat ad ſpecialiter diligendam, & vnlendam participabilitatem per intellectum, ſicque ex actu neceſſarin, & hac participabilitate ſpecialiter dilecta conſurgit actns liber, quia deinde

Libertas actiua Dei exercetur in ordine ad obiectum terminatiuū non in ordine ad obiectum ſpecificatiuum.

diuina bonitas conſiderata vt ſpecialiter participabilis per intellectum, & ſub hac ratione ſpecialiter volita dicit ſpecialem habitudinem ad creaturam intellectualem, ſeu Angelum, conſusgit in Angelo futuritio, ſeu determinatio ad actu participandum de diuina bonitate, quod eſt Angelum mutasi, & tranſire à ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum futuritinnis: & ex hoc capite actus liber Dei sesſpectu obiecti terminatiui, & extrinſeci dicitur liber libertate actiua, ſeu immutatiua ipſius obiecti.

Ex hac probatione habes volitionem liberam eſse adæquatè Deo intrinſecam, non ſolùm ſumptam in aſtracto, vt præcisè importat formam volendi; verùm etiam ſumptam in concreto, ſeu in exercitio, vt denominat Deum volentem, quod eſt ſpecialiter contra De Quiros *1. part. diſp. 60. ſect. 2.* Verùm cum ex mox dictis exercitium volitionis liberæ Dei in rigore habeatur circa ipſam diuinam bonitatem, quæ vtique eſt Deo maximè intrinſeca, conſequens eſt exercitium ipſum liberæ voluntatis eſse Deo adæquatè intrinſecum. Quod deinde ad hoc exercitium intrinſecus conſumatum conſequatur actiuitas ſe exercens circa obiectum extrinſecum, ipſum denominans liberè volitum, & liberè producendum nihil intereſt. Sicuti enim viſio, ſiue intellectualis, ſiue corporea tota interius, & immanentec exercetùr, etiamſi deinde denominet, viſum obiectum extrinſecum, ita & libera volitio optimè poteſt tota intrinſecùs exerceri, etiamſi denominet liberè volitum obiectum extrinſecum.

46. Volitio libera eſt Deo adæquatè intrinſeca etiā in concreto.

§. IX.

Satisfit nonnullis, quæ vlterius dubitari ſolent circa liberum velle Dei?

ASSERTVM: Hucvſque poſita inſeruiunt plurimùm ad ſatisfaciendum iis, quæ vlterius dubitari ſolent circa libesum velle Dei.

Probatur diſcutsendo in particulari pet nonnulla ex huiuſmodi dubiis iis ſatisfaciendo per doctrinam aut explicatam, aut indicatam *in ſuperioribus* §§.

Dubitatur primò: An, & quomudo ab inuicem diſtinguantus liberum velle, & libesum nolle: Item liberè velle hunc mundum, liberè velle alium mundum. Reſpondetur, entitatiuè, ſubiectiuè, & in eſsendo non differre nec diſtingui in Deo liberum velle, & liberum nolle, qnia cum liberum velle, quam liberum nolle Dei habet pro obiecto eamdem bonitatem comparatam ad creatusas, & dicere Deus vult Angelum, eſt dicere Deus ſpecialiter amat propriam bonitatem, vt de facto participandam ab Angelo: dicere Deus non vult Angelum, eſt dicere Deus ſpecialites amat ſuam boni-

In Deo velle, & nolle liberum.

tatem,

tatem vt de facto non patticipandsm ab Angelo: ſicque tùm velle tùm nolle eſt complexum voluntatis diuinæ cum eadem bonitate: quod deinde in ordine ad velle conſurgat complexum ex bonitate participanda de facto, in ordine ad nolle ex bonitate non participanda, infert diuerſitatem in obiectis extrinſecis creatis, non in ipſo actu increato ſeu in ipſo velle, quod vt tradit D. Thomas 1. *parte*, *quæſt*. 20. *art*. 3. *ad* 3. Non includit in ſua ſignificatione aliqua obiecta. Eâdem de cauſâ reſpondetur entitatiuè, ſubiectiuè, & in eſſendo non differre nec diſtingui in Deo velle hunc mundum, & velle alium mundum, quia tam in liberè velle hunc mundum, quàm in liberè velle alium mundum habet Deus pro obiecto propriam bonitatem, quod deinde in velle hunc mundum ſpecialiter habeat pro obiecto propriam bonitatem, vt alio modo participandam infert diuerſitatem in obiectis terminatiuis, & extrinſecis, non in ipſo actu increato, &c. Ratio à priori eſt, quia diuina volitio ſicuti non ſumit ab obiectis extrinſecis perfectionem, ita nec variationem.

Velle hunc mundum, & velle aliū mundum nō differunt entitatiuè, & in eſſendo.

48. Dubitatur ſecundò vtrum detur de facto in Deo nolle hunc mundum, & velle alium mundum: Ratio dubitandi eſt, quia ex mox dictis, non diſtinguitur in Deo velle hunc mundum, velle alium mundum: velle hunc mundum, nolle hunc mundum: Sicuti igitur datur velle hunc mundum, & nolle alium; ita etiam de facto datur nolle hunc mundum, & velle alium. Reſpondetur entitatiuè, & in eſſendo dari in Deo nolle hunc mundum, & velle alium mundum, ſicuti entitatiuè, & in eſſendo ſunt idem in Deo velle, & nolle: velle hunc, & velle alium mundum. Neque dicas: ergo Deus de facto vult, & non vult hunc mundum: vult, & non vult alium mundum. Cur ergo potius producit hunc mundum, quia vult; quàm non producit, quia non vult. Item cur de facto producit hunc mundum potiùs, quam alium, ſi de facto tùm hunc mundum, tùm alium mundum vult, & non vult. Contra enim ſuppono nolle hîc ſumi non pro negatione volitionis, ſed pro actu poſitiuo nolitionis, & in hoc ſenſu Deum velle, & nolle de facto hunc mundum ſecundùm illud, quod velle, & nolle dicunt entitatiuè, & in eſſendo. Ratio ſpecialis huius eſſe poteſt, quia libertas, quæ in nobis eſt potentia ad oppoſita, in Deo eſt actus ad oppoſita: & ſic quod in nobis eſt poſſe velle, & poſſe nolle, in Deo eſt velle, & nolle. Dùm deinde quæritur cur potius producit hunc mundum, quia vult, quàm non producit quia non vult, dico rationem eſſe, quia ſuum nolle relinquit quodammodo in puro eſſe entitatiuo, & ſubiectiuo, nec ipſum determinat ad eſſe immutatiuum obiecti, ad non productionem mondi. At ſuum velle determinat ad eſſe actiuum, & immutatiuum obiecti, ſcilicet ad mundi productionem. Hæc determinatio, quia nullatenus paſſiua eſt, ſed purè actiua, nihil Deo ſuperaddit, ſed ſolum obiectum immutat & facit eſſe volitum, eſtque hoc eſſe volitum quid conſequens, non quid conſtituens volitionem, & determinationem liberam. Dùm dico actum liberum Dei eſſe ſimul velle, & nolle, profero aliquid difficile, at non inauditum; nam etiam Ioan. à S. Thoma 1. *parte*, *quæſt*. 19. *diſp*. 4. *art*. 4. *num* 8. *&* 9. iiſdem terminis vtitur dicens expreſsè actum ſecundum diuinæ voluntatis eſſe ex ſe volitionem, & nolitionem, tam volitionem, quàm nolitionem: fauet etiam Sanctus Doctor *eadem quæſt*. 19. *art*. 3. *ad* 5. vbi non dicit voluntatem diuinam determinare ſe ad velle, & nolle, ſed determinare ſe ad volitum. Supponit propterea in voluntate diuina ſemper adeſſe & velle, & nolle, ſolumque deſiderari, quod velle determinetur ad mutandum volitum, vt Deus, qui ſemper eſt ex ſe tùm liberè volens, tùm liberè nolens exprimatur à nobis ſub ratione volentis potius quàm nolentis, ſit volens non ſolùm entitatiuè, verùm etiam actiuè.

Libertas in Deo eſt actus ad oppoſita.

Datur de facto in Deo nolle hunc mundum, & velle aliū mundum.

Deus determinat ſe ad volitum, nō ad velle.

49. Dubitatur tertiò verùm aliqualiter admitti poſſit in Deo virtualis diſtinctio actus neceſſarij à libero, aut actua, liberi à voluntate. Ratio dubitandi pro prima parte eſt diuerſa attingentia diuinæ bonitatis, quam *ex aſſerto ſuperioris* 5. actus liber addit neceſſariò. Ratio dubitandi pro ſecunda parte, & pro neganda diſtinctione actus ſecundi liberi à diuina voluntate eſt, quia iuxta mox dicta non datur in Deo libertas per modum potentiæ ad oppoſita: voluntas autem libera in Deo, ſi diſtingueretur ab actu ſecundo libero non poſſet diſtingui, niſi tanquam potentia ad oppoſita. Reſpondetur ad primam partem dubij, ſicuti in aliis prædicatis neceſſariis Dei in ordine ad diuerſa obiecta admittimus diuerſas virtualitates, ſeu rationes virtualiter diſtinctas; ita etiam in ordine ad diuinam bonitatem ſecundùm ſe, & in ordine ad eandem, vt à creaturis participandam admitti poſſe in actu neceſſario duas rationes virtualiter diſtinctas, quarum vtraque ſit entitatiuè prorſùs neceſſaria, actiuè verò altera neceſſaria, altera libera: & dum nos abſolutè dicimus actum liberum Dei nullatenus diſtingui à neceſſario, nihil prorſùs addere actui neceſſario, ſenſus eſt nihil addere, quod ſit extra rationem formalem entitatis neceſſariæ, nullatenus diſtingui in aliquo, quod in eſſendo ſimpliciter neceſſarium non ſit cum quo optimè ſtat diſtingui in Deo actum liberum à neceſſario tanquam vnam virtualitatem neceſſariam ab alia virtualitate neceſſaria: ſicuti in eodem Deo diſtingui ſolet ſcientia neceſſaria à ſcientia libera. Reſpondetur ad ſecundam dubij partem à voluntate ſumpta pro actu primo diſtingui actum ſecundum liberum eo modo, quo ab eadem diſtinguitur actus ſecundus neceſſarius. Nec obſtat quod mox dicebatur libertatem, quæ in nobis eſt potentia ad oppoſita, in Deo eſſe actum ad oppoſita; ſenſus enim eſt non eſſe puram potentiam, ſicuti eſt in nobis,

Quomodo admitti poſſit in Deo aliqua virtualis diſtinctio actus neceſſarij à libero.

ſed

ſed eſse potentiam ſimul, & actum ad oppoſita, ſeu eſse potentiam habentem omninò ſimultaneum, & identificatum actum ad oppoſita: actum, qui ſimul ſit velle, & nolle; ſicuti potentia libera eſt potentia volendi, & nolendi. Neque dicas, ſi in Deo daretur velle liberum virtualiter diſtinctum à voluntate, deberet diuina voluntas dici ſe determinare ad velle, & non ſolùm ad volitum, vt à nobis ſuprà dicebatur. Contrà enim diuina voluntas elicit actum liberum æquè, ac actum neceſſarium, & per conſequens ad vtrumque ſe determinat omninò neceſſariò: determinatio autem, de qua ſuprà dicebamus eſſe ad volitum, non ad velle, eſt determinatio actiuè libera, ex qua ſequatur aliquid, quod potuerit non eſſe, & poſſe non eſſe conuenit ſolùm obiecto à diuina voluntate volito, non ipſi velle à diuina voluntate elicito.

Item actus liberi à voluntate in actu primo.

51.

Dubitatur quartò: Vtrùm ſaluâ Phyſicâ Dei immutabilitate concedibile ſit, quod poſſit Deus variare decreta, velle ſcilicet aliquid in tempore, quod ab æterno noluerit. Ratio dubitandi eſt, quia iuxta mox dicta velle, & nolle entitatiuè nullatenùs differunt, nec Deus volens eſt aliquo modo intrinſecè diuerſus à ſeipſo nolente. Ex eo igitur, quod Deus ab æterno volens fiat in tempore nolens nullam ſubit intrinſecam diuerſitatem, nullam patitur intrinſecam mutationem, adeoque non apparet, cur nequeat ſine detrimento Phyſicæ immutabilitatis variare decreta: & ſicuti ſaluâ immutabilitate ab æterno, potuit Deus ab æterno nolle hunc mundum, quem de facto voluit; cur ſaluâ immutabilitate in tempore non poteſt in tempore nolle hunc mundum, quem ab æterno voluit. Hac ratione dubitandi conuictus *Suarez* (qui licèt diuerſimodè rem explicet, nobiſcum tamen ſenſit in aſſerendo actum liberum adæquatè Deo intrinſecum, & nihil entitatiuè ſuperaddentem actui neceſſario) *diſp.* 30. *Metaph. ſect.* 9. *numer.* 58. abſolutè admittit poſſe Deum in tempore variare decreta abſque eo, quod immediatè inferatur Phyſica ipſius mutatio. Suſtinet verò diuinorum decretorum indefectibilitatem, æternamque permanentiam ex immutabilitate Dei morali, quatenus ſi Deus in tempore variaret decreta, argueretur in ipſo animi leuitas, inconſtantia, & imprudentia: cum enim Deus ab æterno perfectiſſimè nouerit omnia volibilia, & omnia motiua volendi, candemque notitiam in quacumque temporis ſucceſſione retineat; ſi in tempore decretum aliquod variat, variat perſeuerantibus eodem obiecto, & iiſdem motiuis, quod vtique animi leuitas eſt, & inconſtantia, aut imprudentia in ſtatuendo ab æterno decretum, quod Deus præſciuiſſet ſe rationabiliter in tempore mutaturum. Fateor etiam ex hoc capite efficaciter probari indefectibilitatem inuariabilem cuiuſcumque diuini decreti: imò quia mutatio, ſeu imperfectio moralis in Deo eſſe nequit ſine Phyſica ipſius Dei deſtructione, ex eo, quod mutatio decreti inferat immediatè mutationem moralem in Deo conſequens eſt, quod inferat mediatè etiam mutationem Phyſicam. Sicque etiam hac viâ procedendo ſuſtineri aliquo modo poteſt, quod ſaluâ Phyſicâ immutabilitate nequeat Deus in tempore variare decreta. Nihilominus placet hoc ſuſtinere magis abſolutè, immediatè, & independenter ab immutabilitate morali docendo cum Ioan. à S. Thom. 1. *part. quæſt.* 13. *diſp.* 4. *art.* 5. *num.* 6. De Quiros *diſp.* 61. *ſect.* 4. *n.* 24. immediatè, & formaliter titulo immutabilitatis Phyſicæ Dei oſtendi repugnantiam variationis diuinorum decretorum in tempore, etiamſi volitio libera ſit adæquatè Deo intrinſeca, nihilque addat in eſſendo actui neceſſario. In hoc ſenſu formali, & rigoroſo.

Inuariabilitas diuinorum decretorum probatur ex eo, quod inferret in Deo mutationem moralem.

Et mediatè mutationem phyſicam.

52.

Imò hanc etiam immediatè.

Reſpondetur ſaluâ Phyſicâ Dei immutabilitate concedibile non eſt, quod poſſit Deus variare decreta: & probatur ex eo, quod iuxta doctrinam D. Thomæ indicatam *libro ſuperiori cap.* 5. §. 3. denominationes conſequentes ad actus immanentes, & à fortiori actus ipſi immanentes Dei, fundantur in eodem Deo, vt eſt in ſe, nec reſpiciunt creaturas, niſi vt ſunt in Deo: creaturæ autem ſunt in Deo inuariabiliter, quia creaturæ, vt ſunt in Deo, ſunt ipſe Deus. Non poſſunt igitur actu Dei immanentes variari ex variatione creaturarum, & neceſſe eſt, ſi varientur, variari Deum; adeoque ex mutatione actuum immanentium Dei infertur immediatè, & formaliter eiuſdem Dei mutatio Phyſica, ſed decreta libera ſunt actus immanentes, & quamvis ad ipſa conſequatur mutatio creaturarum, ipſa tamen in tali mutatione non fundatur, ſed in bonitate intrinſeca Dei, & in creaturis, vt attractis intra Deum: ergo ſi variarentur in tempore decreta libera formaliter, & immediatè inferretur mutatio phyſica Dei.

Denominationes fundatæ in actione immanente, & actione, ipſe immanentes nequeunt in tempore variari ſine Phyſica Dei mutatione.

53.

Ad rationem dubitandi in oppoſitum dico velle liberum, & nolle liberum nullatenus entitatiuè differre de facto, & ſecundùm præſentem ſtatum, in quo vtrumque eſt prædicatum entitatiuè omninò neceſſarium: at ex ſuppoſitione, quod volitio libera incipere poſſet in tempore, & poſſet Deus in tempore velle, quod noluit, aut non voluit ab æterno, non poſſet ampliùs ſuſtineri volitionem à nolitione entitatiuè non differre: & quamvis Deus ab æterno volens non ſit diuerſus entitatiuè à ſeipſo ab æterno nolente; Deus tamen in tempore volens nequit non eſſe diuerſus entitatiuè à ſeipſo ab æterno habente, quia quod competit Deo in tempore, non ab æterno, nequit eſſe prædicatum entitatiuè neceſſarium, adeoque Deus in tempore volens eſſet talis per prædicatum non entitatiuè neceſſarium: Deus ab æterno nolens eſſet talis per prædicatum entitatiuè neceſſarium, quod eſt eſſe diuerſum, ſeu eſſe talem per prædicata diuerſa. Ad maiorem impugnationem eiuſdem rationis dubitandi ſumo inſtantiam ex paritate volitionis liberæ comparatæ ad locum ſic Deus poteſt nuſquàm velle, ſeu ſimpliciter non velle (ſu-

Volitio incipiens in tempore non poteſt eſſe entitatiuè neceſſaria.

mo velle liberum ſecundùm illod, quod importat etiam actiuè, & operatioè) hunc mondum ex ſuppoſitione tamen, quod ipſum velit, neceſſariò vult vbique, nec poteſt in vno loco velle, in alio nolle; ergo ſimiliter licet Deus poſſit nunquam velle hunc mondum, ex ſuppoſitione tamen, qood aliquando velit, neceſſariò ſemper vult, nec poteſt velle in vno tempore, nolle in alio; velle ab æterno, nolle io tempote. Ratio paritatis eſt, quia quidquid eſt in Deo identificatur cum æteruitate æqoè, ac cum immenſitate, & eſt capax effectus æternitatis æquè, ac effectus formalis immenſitatis. Sicuti igitur quidquid eſt in Deo, & inter alia velle liberum, ex identitate cum immenſitate eſt neceſſariò immenſum, & vbique; ita ex identitate cum æternitate eſt neceſſariò æternum, & ſemper. Porrò hæc inſtantia maximè facit ad rem in præſenti, quia cum immenſitas, & æternitas ſint quodammodo ſpecies immutabilitatis phyſicæ Dei, dum oſtenditur ex immenſitate, & æternitate non poſſe concedi variatiooem, aut inceptionem in tempote alicuius dioinj decreti, perinde eſt, ac ſi id oſtendatur ex immutabilitate phyſica Dei, quod potiſſimum intenditur in præſenti.

Deus nequit velle in vno loco, non in alio in vno tempore, nō in alio.

55. Ex his habetur malè omninò ſenſiſſe Antonium Delphinum alioſque nonnullos relatos à De Quiros 1. *part. diſp.* 61. *ſect.* 1. *num* 4. pro ſententia ſuſtinente Deum poſſe imò de facto velle in tempore aliqua prius noo volita. Hanc ſententiam expugnant non ſolùm mox poſita, verùm etiam quæ ponebantor *libro ſuperiori capite* 3. §. 5. dum probaretur non poſſe Deum ſua decreta vt futura cognoſcere. Idem euincunt auctoritates Scripturæ, & Patrum: Ex Scriptura ſofficiat illud Prouerb. 19. *Multa cogitationes in corde viri; voluntas autem Dei in æternum manet.* Ex patribus ſufficiat illod Ambroſij in Pſalm. 61. *Immobilis dicitur, qui ſeruat immobilem voluntatem, &c. nam & Dei immobilem voluntatem legis, ſicut habes ad Hebraos, &c.* Hanc indubitatam veritatem reddit difficilem tranſitus peccatoris ad ſtatum iuſtitiæ, aot iuſti ad ſtatum peccati, cum enim Deus peccatorem odio, ioſtom amote proſequatur, dum quis tranſit à peccato ad iuſtitiam, aut à iuſtitia ad peccatum videtur tranſire diuina voluntas ab odio ad amorem, aut ab amote ad odium, nec apparet quomodo Deus ſine mutatione actuum voluntatis fieri poſſit de inimico amicus, de indignato placatus, & è contra. Nihilominus dico breuiter Deum ſolùm fieri de indignato placatum, ſolùm tranſite ab odio ad amorem, & è contra ſecundom nos: ſecundùm ſe verò illom, qui pro diuerſo tempore luſtus eſt, & peccator, Deus ab æterno, & in æternnm amat ſimul, & odio habet comparatiuè tameo ad diuerſum tempus, diuerſumque ſtatum iuſtitiæ, & peccati ſicuti ſecundùm ſe Deus quidquid ſcit, ſemper ſcit, & ſciet, licèt ſecundùm nos, & conſiderando obiecta, vt à nobis enunciabilia verificetur ipſum non ſcire quidqoid ſciuit, vt tradebatur *libro ſuperiori cap.* 5. §. 3. ita ſecundùm ſe quidqoid de præſenti aut amat, aut odio habet ſemper amauit, & amabit: ſemper odio habuit, & habebit, licèt ſecundùm nos, & conſiderando obiecta vt amabilia à nobis, qoi in ipſis amandis, & odio habendis ſulemus præcisè reſpicere ſtatum præſentem, verificetur quodammodo Deum non amare vllo modo peccatorem, quem antea amauit in ſtatu iuſtitiæ, nec vllo modo odio habere ioſtum, quem antea odio haboit in ſtato peccati, vt magis explicat Attiaga *prima parte, diſputaione* 29. *ſectione* 5. *numero* 8. *& ſequentibus.*

Deus non fit de indignato placatus, nec è contra per mutationem actuum voluntatis.

Concludo explicationem liberorum actoum Dei recolendo, quod in huiuſce libri limine attigi, originem ſcilicet difficultatis, qua mens humana vexatur in diuinæ libertatis indagine, deriuare ex eo, quod propriæ libertatis veſtigiis inhæret, & ad inſtar proprij liberum velle Dei imaginatur, eum tamen in re ſit inuerſo ordine, oppoſitóque tramite procedeodum. In nobis enim liberum velle habet eſſe defectibile, contingens, variabile etiam circa obiecta inuariabilia: In Deo, habet eſſe indefectibile neceſſarium, inuariabile etiam circa obiecta variabilia. In nobis indifferentia actioa paſſiuæ miſcetur, & dum ad obiectum actiuè, ſe determinat, ab actu paſſiuè determinatur: In Deo indifferentia eſt purè actioa, & per attingentiam purè actiuam, purè obiecti immutatiuam ſe determinat, adeo vt tranſitus de contradictorio io contradictorium importet mutationem obiecti voliti, oon principij volentis, & magis reſpectu illius, quàm reſpecto iſtius fiat. In nobis reſpectos ad obiectum conſtituit actum, quia eſt ad obiectum ſpecificatinum præſuppoſitnm, & iodependens: In Deo reſpectus ad obiectum conſtituit ipſum obiectum, quia eſt ad obiectum conſequens, & dependens in nobis voluntas ab obiecti bonitate trahitor, & obiectum liberè vult, qoia eſt bonum: In Deo à voluntate obiectum bonitatem trahit, & ideò eſt contingenter booom, quia liberè volitom; imò eo modo bonum, quo volitum, nimirum abſolutè bonum, ſi abſolutè volitum: ſub conditione bonom, ſi ſub conditione volitum: qooad entitatem, & formalitatem bonnm, ſi quo ad vtramque volitom: quoad entitatem tantùm bonum, ſi tantùm quoad entitatem volitum: quoad formalitatem verò permiſſum vt, peccatum. 56.

Libertatis creatæ, & increatæ diſcrimina.

CAPVT.

CAPVT II.

De Amore Dei erga ſe ipſum.

1. Amor eſt primus, & potiſſimus actus voluntatis.

NVLLVS aſſignari poteſt volitionis actus, qui aut ſub amore non contineatur, aut ab amore non deriuetur: habet quippè amor pro obiecto bonum ſecundùm ſe, & in vniuerſali: bonum autem quodlibet, aut ſub bono ſecundùm ſe, & in vniuerſali: continetur, aut ab eodem deriuatur. Idcirco verè Sanctus Doctor 1. *parte*, *quæſt.* 20. *art.* 1. *in C.* ait *primus motus voluntatis, & cuiuſlibet appetitiuæ virtutis eſt amor*, 1. *primò contra gentes, cap.* 91. *omnis affectionis principium eſt amor:*

Euidens, & certum eſt, quod detur in Deo.

verè etiam vtroque in loco infert dari in Deo amorem, quem non ſolùm hæc ratio euidenter affirmandum probat, ſed etiam fides certò credendum proponit prima Io. 4. *Deus Charitas eſt.* Nec minori, aut euidentiâ, aut certitudine conſtat dari in Deo amorem erga ſe ipſum; euidentiam facit decan-

Maximè erga ſe ipſum.

tatum illud Ariſtotelis proloquium *Vnicuique amabile bonum maximè autem proprium:* certitudinem inducit illud Ioan. 3. *Pater diligit filium*, & filius ipſe dicit Ioan. 14. *Sicut diligo Patrem.* Eandem certitudinem corroborat proceſſio Spiritus Sancti, quæ nihil aliud eſt quam Amor ad intra: Supponentes igitur tanquam naturaliter euidens, & ſupernaturaliter certum dari in Deo amorem ſui, hunc tanquam principium, & potiſſimum diuinæ voluntatis actum reliquis præmittimus explicaturi qualis ſit, Vtrùm neceſſarius, an liber: Vtrùm propriè, & ſtrictè talis; an per modum puri gaudij: Vtrùm amicitiæ, an concupiſcentiæ an alterius rationis, &c. Ex quibus luculentius apparebit, quàm rectè ſupponamus amorem erga ſe ipſum in Deo dari. Sit igitur

---

§. I.

Vtrùm amor Dei erga ſe ipſum ſit neceſſarius, an liber?

2. Amor Dei erga ſe ipſū eſt neceſſarius.

ASSERTVM: Amor Dei erga ſe ipſum neceſſarius eſt, non liber. Ita omnes Theologi communiter, à quibus voce potius, quàm re diſcrepat Scotus *in primo diſt.* 10. *quæſt. vnica*, dum enim videtur ponere in Deo liberum amorem ſui, per liberum, voluntarium intelligit, nec aliam neceſſitatem excludit, quàm violentiæ, aut coactionis.

Probatur primò ratione D. Thomæ 1. *parte*, *quæſtione* 19. *artic.* 3. *in C.* voluntas & in vniuerſum quælibet potentia dicit neceſſariam habitudinem ad obiectum proprium, principale, & adæquatum, ſed Deus eſt obiectum proprium principale, & adæquatum ſuæ voluntatis: ergo voluntas Dei ad Deum ipſum dicit neceſſariam habitudinem, & Deus ſeipſum neceſſariò vult: ſed volitio, quâ Deus ſeipſum vult, habet veram rationem amoris ex dicendis *ſequenti* §. ergo Amor Dei erga ſeipſum neceſſarius eſt. Minor patet: quia Deus eſt primum, infinitum, ſummumque bonum, & cum ex *ſupradictis lib.* 1. *cap.* 6. §. 6. Deus, & entia creata ſimul, non ſint maius bonum, quàm Deus ſolus, careret ſimpliciter diuina voluntas obiecto, & bono ſibi adæquato, ſi hoc non reperiret in Deo. Maior probatur, voluntas, & quælibet potentia reſpicit obiectum proprium principale, & adæquatum tanquam ſpecificatiuum, & per habitudinem ad ipſum conſtituitur: at non poteſt res eſſentialiter conſtitui per habitudinem non neceſſariam, & habere pro prædicato eſſentiali aliquid ſibi non neceſſarium: ergo voluntas, & quælibet potentia dicit neceſſariam habitudinem, &c. Confirmatur eadem maior ſpecialiter quoad voluntatem, hæc ex D. Thoma *quæſt.* 23. *de veritate*, *artic.* 4. *in C. Natura quædam eſt, & naturalem ordinem ad aliquid habet:* at nihil poteſt rationabilius aſſignari, ad quod habeat naturalem ordinem, in quod tendat per modum naturæ, quàm obiectum proprium, principale, & adæquatum: ergo

Deus eſt obiectum adæquatum propriæ voluntatis.

Dices hoc argumento ſolùm probari, quod Deus amet ſeipſum neceſſitate ſpecificationis, non verò, quod amet ſeipſum neceſſariò neceſſitate etiam exercitij; ſolam enim neceſſitatem ſpecificationis probat habitudo eſſentialis cuiuſlibet potentiæ ad proprium obiectum principale, & adæquatum. Sic voluntas noſtra, vt experientiâ patet neceſſitatem ſolùm ſpecificationis, non exercitij fertur in beatitudinem, quam habet pro obiecto adæquato; auditus neceſſitate ſolùm ſpecificationis, non exercitij, fertur in ſonorum, quod habet pro obiecto adæquato. Sed contrà licèt argumentum clariùs euincat neceſſitatem ſpecificationis, quàm exercitij, hoc tamen etiam ſufficienter probat, ſi maior illa propoſitio. Voluntas, & quælibet potentia dicit neceſſariam habitudinem, &c. latiſſimè intelligatur, nimirum intelligatur procedere de potentia ſecundùm ſe non impedita ab extrinſeco, & comparatâ ad obiectum ſibi applicatum, vnitum, & præſens in ratione obiecti: hac ratione potentia auditiua applicata ad ſonum neceſſitate etiam exercitij audit, nec poteſt non audire. Voluntas noſtra in patria ſummum bonum neceſſitate etiam exercitij amat; & conſequenter hac eâdem ratione probatur voluntatem diuinam neceſſitatem etiam exercitij amare propriam bonitatem, cum & hanc ſemper habeat in ratione obiecti præſentiſſimam, intimè vnitam, & perfectiſſimè cognitam, & ipſa, cui nihil poteſt reſiſtere, non ſit in ſe ab extrinſeco impedibilis ab exercitio amoris. 3.

In quo ſenſu quælibet potentia neceſſariò neceſſitate etiā exercitij feratur in ſuū obiectum adæquatum.

Dices

Dices inſuper : hinc ad ſummum probari quod detur in Deo aliquis actus amoris erga ſeipſum quoad exercitium neceſſarius, at non excludi aliquem alium actum quoad exercitium liberum : & ſicuti voluntas noſtra in Patria vltrà amorem beatificum neceſſariò neceſſitate exercitij elicitum poteſt alios actus amoris de Deo liberè libertate exercitij elicere ; ita cur non etiam voluntas diuina vltra amorem neceſſarium, &c. Hoc fundamento docent nonnulli dari in Deo amorem ſui, tum neceſſarium, tum liberum; & tum rationes naturales deſumptas ex neceſſaria habitudine potentiæ ad obiectum adæquatum, tum principia Fidei deſumpta ex proceſſione Spiritus Sancti per amorem neceſſarium diuinæ bonitatis ad intra procedentis, volunt probare quidem in Deo aliquem amorem ſui neceſſarium : at nolunt excludere omnem amorem ſui liberum. Sed contra eo ipſo, quod admittitur in Deo erga ſeipſum aliquis amor quoad exercitium neceſſarius, excluditur conſortium cuiuſcumque amoris liberi, ſaltem quo Deus ſeipſum in ſeipſo directè amet. Ratio eſt, quia amor neceſſarius eſt amor comprehenſiuus diuinæ amabilitatis, & amans Deum, quantùm amabilis eſt, tùm intenſiuè, tùm extenſiuè. Si autem relinqueret locum amori libero iam amor ille neceſſarius non adæquaret omninò diuinam amabilitatem, non eſſet comprehenſiuus ipſius. Et ſicuti, quia ſcientia, qua Deus ſeipſum in ſeipſo cognoſcit, eſt comprehenſiua, eſſentialiter vnica eſt, nec patitur poſſibilem aliam cognitionem, qua Deus ſeipſum in ſeipſo directè cognoſcat ; ita ſimiliter amor ille neceſſarius, quia comprehenſiuus eſt, &c. Ad ſummum poteſt Deo concedi aliquis liber amor ſui indirectus, & quaſi mediatus, quatenùs, ſicuti cognoſcendo liberè creaturas exiſtentes dici poteſt cognoſcere liberè in talibus creaturis ſeipſum ; ita amando liberè creaturas exiſtentes dicatur amare liberè in iiſdem ſeipſum. Cæterùm directè, & ſine habitudine ad creaturas repugnare Deo omnem amorem liberum ſui in noſtris principiis deducitur ex ſuprà poſitâ explicatione liberorum actuum Dei : Si enim ad actum liberum Dei neceſſariò conſequitur mutatio aliqua in creatura, vtique non poteſt dari actus liber, quo Deus amet ſeipſum præcisè in ſeipſo. Verùm ne principium difficillimum aſſumamus ad probandam rem facilem aliter aſſerta veritas.

Deus non poteſt amare ſeipſum in ſeipſo tū neceſſariò tum liberè.

Ad ſummum poteſt amare ſeipſum liberè, indirectè, & in creaturis.

5\. Probatur ſecundò : Deus nec poteſt ſeipſum odio habere, nec à ſui amore deſiſtere : ergo neceſſariò amat ſeipſum neceſſitate ſpecificationis, & exercitij : ergo amor, Dei erga ſeipſum neceſſarius eſt. Probatur antecedens quoad primam partem. Primò quia odium Dei eſt intrinſecè malum, adeoque Deus, ſi poſſet odio habere ſeipſum, poſſet in ſe admittere maculam, eamque turpiſſimam peccati grauiſſimi. Secundò quia non poteſt odio haberi id, in quo nulla etiam apparenter relucet ratio mali : at Deus in ſe nullam cognoſcit rationem mali, nec veri, cum re verâ in ſe ſit bonum ſummum ab omni malo depuratum, nec apparentis, cum ſeipſum perfectiſſimè cognoſcat, vt re verâ in ſe eſt, nec ſibi aliter appareat in eſſe intentionali, ac ſit in eſſe reali : ergo Tertiò quia non poteſt odio haberi id, quod non poteſt non amari, ſed Deus non poteſt ſeipſum non amare: ergo non poteſt ſeipſum odio habere. Maior patet, quia ſecùs de eodem ſecundùm idem, & ſecundum eandem rationem, daretur ſimul amor, & odium, cum Deus ſeipſum ſecundùm omnem rationem neceſſario amet. Minor eſt ſecunda primi antecedentis pars, cuius probationes proptereà redundant etiam à fortiori in confirmationem primæ partis. Probatur antecedens quoad ſecundam partem primò Deus non poteſt deſiſtere à perfecta, & completa ſui beatitudine, ſed ſine amore ſui non poteſt eſſe completè, & perfectè beatus, cum amor Dei, ſi non eſt pars eſſentialis, ſit ſaltem complementum beatitudinis, ergo Deus non poteſt deſiſtere ab amore ſui. Secundò diuina voluntas eſt neceſſarij in aliquo actu ſecundo amoris cum amor *ex ſupra dictis initio huius capitis* ſit primus motus cuiuſcumque voluntatis, & diuina voluntas *ex capite ſuperiori paragrapho tertio* importet actum primum ſemper tamen ſine carentia actus ſecundi : Sed non poteſt rationabilius aſſignari aliquod obiectum, circa quod diuina voluntas ſit neceſſariò in actu ſecundo amoris, quàm Deus ipſe qui & neceſſariò à proprio intellectu diuinæ voluntati repræſentatur, & eſt obiectum ſummè neceſſarium, ac ſummè amabile. Tertiò Deus nequit deſiſtere ab amore ſui, niſi eliciendo actum, quo aut velit ab amore ceſſare, aut nolit amare : ſed huiuſmodi actum nequit Deus elicere, ergo. Maior patet, quia non poteſt dari in Deo pura omiſſio, ſeu ſuſpenſio actus, vt probatur infrà *cap.* 5. §. 1. Minor probatur : Vt aliquid terminet volitionem debet continere aliquam rationem boni : vt terminet nolitionem debet continere aliquam rationem mali : Sed nec in ceſſatione ab amore ſui poteſt apparere aliqua ratio boni : quia cum Deus, vt potè omni volens poſſit ſimul velle omne bonum, poſſet ſimul velle, & ceſſationem ab amore ſui, & amorem ſui; nec in amorem ſui poteſt apponere aliqua ratio mali, quia ſecus Deus de facto amando ſe ipſum, aliquod malum in ſe admitteret ; ergo Deus nec ceſſationem ab amore ſui poteſt velle, nec amorem ſui poteſt nolle. Neque dicas ſaltem ad exercitium propriæ libertatis poterit Deus aut talem ceſsationem velle, aut talem amorem nolle. Contra enim hoc ipſiſſimum in quæſtione eſt : Verùm poſſit Deus habere exercitium libertatis circa talem ceſsationem, vel talem amorem. Deinde quis ſanæ mentis non iudicet imprudens, otioſum adeóque Deo indignum exercitium libertatis, quo quis præcisè, aut velit à boni amore ceſsare, aut nollet bonum amare.

Deus non poteſt ſeipſum odio habere.

6\. Nec à ſui amore deſiſtere.

Neque etiā ad exercitiū propriæ.

7\. Dices hæc omnia tandem probare eſse neceſsarium in Deo actum aliquem amoris

ſu

ſui in vago: at non euincere eſſe neceſſarium hunc numero actum amoris, quem erga ſe ipſum Deus de facto habet. Sed contra: male ſupponit inſtantia, eſſe poſſibiles in Deo erga ſe ipſum plurea amores ſolo numero diuerſos, quod improbatur primo ex dictis *lib. ſuperiori cap.* 2. §. 3. *&* 5. vbi negatæ ſunt obiter in Deo cognitiones ſolo numero diuerſæ. Secundò quia aperiretur via ad concedendos poſſibiles plures numero Spiritus Sanctos. Terti quia Deus non poteſt carere aliqua perfectione, ſeu aliquo bono ſibi poſſibili, adeóque ſi vnicum amorem ſui de facto habet, hic ſolus eſt ipſi poſſibilia, & neque hoc carere poteſt, vt alioa habeat, neque aliis carere poſſet, ſi poſſet alios habere.

Non ſunt poſſibiles reſpectu Dei plures amores ſui ſolo numero diuerſi.

8. Ex dictia habetur primò cur creata voluntas cũ amore Dei neceſſariò poſſit ſimul coniungere amorem liberum, non ſic voluntas diuina. Ratio ſcilicet eſt primò, quia amor neceſſarius, quem erga Deum elicit creata voluntas, non eſt amor comprehenſiuus adæquans diuinam amabilitatem, & per conſequens relinquit in Deo aliqoam amabilitatem intactam, ad quam poſſit terminari amor liber: at amor neceſaarius, quo diuina volontas amat Deum eſt Dei omnino comprehenſiuus. Secundò quia in creata voluntate non repugnat ex genere ſuo amor liber Dei, ſicuti repugnat in voluntate diuina.

Cur voluntas creata poſſit amare Deum neceſſariò ſimul, & liberè: non ſic diuina.

9. Habetur ſecundò volontatem diuinam magia habere rationem naturæ, quàm libertatis: habet enim rationem naturæ in ordine ad obiectum increatum, & primarium; ratione libertatis in ordine ad obiectum creatum, & ſecundarium: habet rationem naturæ in ordine ad bonitatem Dei ſecundùm ſe, rationem libertatis in ordine ad bonitatem Dei vt participabilem à creaturia. Nec ex eo quod volũtas diuina minùs habeat libertatis, quàm naturæ, & conſequenter habeat libertatis minùs quã volũtaa creata, minos habeat perfectionis. Enim verò libertas eſt perfectio ſimpliciter ſolùm circa obiectum contingens, & circa hoc plua habet libertatis voluntas diuina, quàm creata, quia libertas illioa eſt magis actiua, magis, dominatiua, & independena. Circa obiectum verò neceſſarium libertas non eſt perfectio niſi ſecundùm quid, & ex ſoppoſitione imperfectionia; ex ſuppoſitione ſcilicet voluntatis finitæ; & limitatæ imparis ſimul velle omne volibile, ſimul amare omne amabile. Abſolutè igitur loquendo libertas circa quodcunque obiectum non eſt perfectio, niſi ſumatur libertas oppoſita coactioni, & violentiæ. Neceſſitas item ſimpliciter non eſt imperfectior libertate, niſi ſumatur aor neceſſitas coactionis, & violentiæ, aut neceſſitas non vitalis, & inanimata, qualis eſt illa qua agunt cauſæ naturales. Cæterùm neceſſitas voluntaria, & vitalis ad omne bonum neceſſarium neceſſariò amandum eſt perfectio pura, & ſumma propria voluntaria actualiſſimæ, & infinitæ tum intenſiuè, tum extenſiuè.

Voluntas diuina habet magis rationem naturæ, quam libertatis.

Libertas circa omne bonum non eſt perfectio ſimpliciter.

§. II.

Vtrùm amor Dei erga ſe ipſum ſit propriè, & ſtrictè talis, an per modum puris gaudij?

Aſsertvm: Amor Dei erga ſe ipſum eſt propriè, & ſtrictè amor: eſt ſcilicet amor, non ſolùm intelligendo nomine amoria quemcumque affectum voluntatia terminatum ad bonum; verum etiam intelligendo nomine amoris affectum habentem ſpecialem modum tendentiæ diuerſum à deſiderio, & gaudio. Colligitur aſſertum ex D. Thoma *prima parte, quæſt.* 20, *art.* 1. *ad ſecundum, &* 1. *contra Gentes, cap.* 90. *&* 91. iure propterea defenditur à Salmant. *prima parte, tract.* 4. *diſputatione* 4. *dub.* 2. Ioan. à S. Thoma *quæſt.* 20. *diſp.* 6. *art.* 1. aliiſque Thomiſtis communiter, quos ſequuntur De Quiroa *diſp.* 68. *ſect.* 3. Ruiz *diſp.* 52. *de voluntate ſect.* 5. *&c.* contra Herice *tract.* 2. *diſp.* 13. *cap.* 6. Aluiz *diſp.* 4. *ſect.* 3. Arrubal *quæſt.* 20. *annot.* 1. *n.* 3. alioſque nonnullos. 10.

Amor Dei erga ſe ipſũ eſt propriè talis.

Aſſerti poſiti probationibus præmitto explicationem ſpecialis modi tendendi in bonum, ratione cuiua dioerſificatur amor ſtrictè talis à deſiderio, & gaodio, ad quos tres actua, ſeu affectua omnes alij affectus proſecutiui reducuntur. Gaudium igitur tendit in bonum præſens, & poſſeſſum: deſiderium in bonum abſens, & non poſſeſſum: amor in bonum ſecundum ſe, & in communi præſcindendo ab eo, quod ſit præſens, vel abſens; poſſeſſum, vel non poſſeſſum. Hic ſtatim excitatur quæſtio ferè tota vocalia, & de nomine, inquirendo vtrum de ratione amoris ſit poſitiuè reſpicere obiecti præſentiam, an verò ſolùm talem præſentiam poſitiuè non requirere, deſiderium ſcilicet requirat poſitiuè obiecti abſentiam, gaudium requirat poſitiuè obiecti præſentiam: Amor nec illam, nec iſtam poſitiuè requirat, quamvia deinde nec illam, nec iſtam poſitiuè reſpuat, adeò, vt bonitas, ſub qua amor tendat, ſit bonitaa ſecundùm ſe conſiderata præciſiuè à præſentia, & abſentia; bonitas in quam tendat, poſſit eſſe omnis bonitas, ſiue præſens, ſiuè abſens, ſiue præſcindens à præſentia, & abſentia. Hunc ſecundum dicendi modum amplectuntur auctores noſtri aſſerti, & ex multis ipſorum argumentis vnicum attingo ſic: Affectus tendens in bonum; ita vt nec requirat, nec reſpuat in ipſo aut præſentiam, aut abſentiam, eſt affectus proſecutiuus voluntaria, quia eſt tendentia in bonum ſub ratione boni: at neque eſt gaudium, neque deſiderium, quia illud poſitiuè præſentiam requirit poſitiuè abſentiam reſpoit; iſtud è contra; ergo nec inducatur quartus, & innominatus voluntatis proſecutiuæ actus, ſeu affectus, debet

Amor non poſitiuè requirit, at nec poſitiuè reſpuit obiecti aut præſentiam, aut abſentiam.

dici quod ſit amor. Fauet plurimùm huic dicendi modo D. Thoma 1. *parte, queſt.* 20. *art* 1. *in C. Amor reſpicit bonum in communi, ſiue ſit habitum, ſiue non habitum.* vbi vtique indicatur amorem nec præſentiam, nec abſentiam poſitiuè reſpicere, alioqoi adhibenda fuiſſet alia phraſis loquendi dicendo v. g. reſpicit boouin neque habitum, neque non habitum. Idem elarioribus terioinis quo ad obiecti præſentiam exprimitur *primò contra Gentes capite* 91. *Amor eſt alicuius rei non minùs, cum habetur; ſed magis, quia bonum aliquod ſit nobis affinius, cum habetur.* vbi ly *quia bonum aliquod ſit nobis affinius, cum habetur* egregiè confirmat noſtrum intentum. Cum enim amor ex D. Dyonyſio *cap. 4. de diuin. nom. ſit vnitiua virtus*, & bonum præſens, ac poſſeſſum ſit magis affinè, & coniunctum, ſeu clarius ſit magis phyſicè vnitum, & magis affectiuè vnibile, conſequens eſt, vt virtus vnitiua, quæ vtique circa obiectum magis vnibile melius exercetur, melius exerceatur circa bonum præſens, & poſſeſſum, adeóque quod præſentia, & poſſeſſio boni, proſit non obſit perfectioni amoris propriè dicti, & ſtrictè talis. His præmiſſis aſſertum.

Imo circa obiectum præſens melius exercetur.

11. Probatur primò: Si amor Dei erga ſe ipſum eſt per modum puri gaudij, oon propriè, & ſtrictè amor, maximè; quia Deus non poteſt cognoſcere ſuam bonitatem, niſi vt præſentem, & poſſeſſam; circa bonitatem autem cognitam, vt præſentem, & poſſeſſam ſolum gaudium elicitur, ſicuti circa bonitatem cognitam vt abſentem ſolum deſiderium: ſed hæc ratio nulla eſt; ergo, &c. Maior eſt potiſſimum, imo vnicum aduerſariorum fundamentum. Minor habetur ex præmiſſis, vbi probatum eſt, dummodo ly *vt*, reduplicet rationem, quæ in obiecto attingitur; non rationem, ſub qua obiectum attingitur (hoc ſi attentè perpendatur eneruat vim totam argumentationis oppoſitæ,) amorem ſtrictè talem verſari poſſe circa quamcumque bonitatem, ſiuè cognitam vt præſentem, ſiue cognitam vt abſentem, ſiue cognitam vt præſcindentem à præſentia, & abſentia.

12. Dices ſub quacumque ratione Deus cognoſcat propriam buoitatem cognóſcit ipſam, vt præſentem, & poſſeſſam, quia cognoſcit ipſam intuitiuè; ergo ſiuè cognoſcat propriam booitatem vt rationem quæ, ſiue vt rationem ſub qua, ſeu quod idem eſt, ſiue ly *vt*, reduplicet rationem quæ, ſiue rationem ſub qua, Deus cognoſcit propriam bonitatem vt præſentem, & poſſeſſam, adeòque ſi bonitas cognita vt præſens, & poſſeſſa nequit eſſe ratio ſub qua amoris ſeu quod idem eſt ſi ly *vt præſens, & poſſeſſa*, nequit reduplicare rationem ſub qua reſpectu amoris, Deus nullatenus cognoſcit propriam bonitatem tanquam rationem ſub qua amoris, nec poteſt per conſequens erga ſe ipſum exercere amorem propriè talem. Sed contra aduerte particulam reduplicatiuam *vt* non ſemper reduplicare prædicatum formaliter importatum, ſed aliquando reduplicare aliquid importatum materialiter. Exemplum ſit in his reduplicationibus: homo, vt homo eſt ſenſitiuus; ſubſtantia, vt ſubſtantia eſt ſubiectum accidentium: imo aliquando reduplicare aliquid importatum ſolùm per modum conditionis. Exemplum ſit in his reduplicationibus, ignis vt approximatus calefacit. Bonum vt cognitum finalizat. In propoſito dum dicitur bonitas cognita vt præſens, & poſſeſſa nequit eſſe ratio ſub qua amoris; vel ly *vt* reduplicat poſſeſſionem, & præſentiam tanquam formaliter importatam ex parte rationis ſub qua, & ſic vera eſt propoſitio: vel reduplicat poſſeſſionem, & præſentiam tanquam materialiter importatam ex parte rationis ſub qua, & ſic falſa eſt propoſitio. Porrò Deus cognoſcit propriam bonitatem vt poſſeſſam, & præſentem omni modo, quo vt præſens, & poſſeſſa cognoſci poteſt: ſicque tùm quatenus ly *vt* reduplicat poſſeſſionem, & præſentiam tanquam importatam formaliter ex parte rationis ſub qua tùm vt reduplicat eandem tanquam importatam materialiter ex parte eiuſdem rationis ſub qua: hoc ſecundo modo habet de propria bonitate actum amoris; primo modo actum gaudij.

Particula *vt* non ſemper reduplicat prædicata formalia.

Probatur ſecundò Deus habet etiam per aduerſarios erga ſe ipſum, ſeu erga propriam bonitatem actum gaudij, ergo etiam habet actum amoris propriè, & ſtrictè talis. Probatur conſequentia: Gaudium eſſentialiter præſupponit amorem (ſubintellige præſuppoſitione aut reali, aut virtuali, aut rationis, quod nihil intereſt in præſenti) propriè, & ſtrictè talem, ergo ſi Deus habet erga ſe ipſum actum gaudij; habet etiam, ſeu habere præſupponitur erga ſe ipſum actum amoris. Antecedens probatur tùm generaliter ex eo, quod omnis voluntatis affectio amorem præſupponit, tanquam primum voluntatis motum, & omnis alterius affectionis principium, vt in huiuſce capitis limine *ex D. Thoma* præmiſſum eſt: tùm ſpecialiter ex eo, quod gaudium eſt de bono coniuncto, nec in affecto: ſolùm, quia bonum coniunctum tantum in affectu aliquando moleſtiam, & triſtitiam affert, non delectationem, & gaudium, ſic de diuitiis in effectu ſibi coniunctis vnus gaudet, alter triſtatur; ſed de bono coniuncto tùm in effectu tùm in affectu; quod eſt idem ac dicere de bono tùm poſſeſſo, tùm amato, facit huic veritati communis hominum ſenſus: ſi quis enim interrogetur cur de re aliqua gaudeat, non reſpondet præciſè, quia poſſidet; ſed quia poſſidet rem circa quam bene afficitur, ſeu quam amat. Accedit, quod non videtur melius explicari poſſe, cur de eâdem re eodem modo à duobus poſſeſſâ vnus gaudeat magis quàm alter; niſi dicendo gaudium amorem præſupponere, ab amore deriuari, & de 13.

Gaudium eſſentialiter præſupponit amorem.

eâdem

eadem re, eodem modo in affectu poſſeſſa vnum gaudere magis, quàm alterum, quia rem illam vnus magis, qoàm alter amat, magis quàm alter in affectu poſſidet.

14. Probatur tertiò Deus amat propriam bonitatem nó ſolùm, quia eſt præſens, & poſſeſſa, ſed etiam, quia ipſam eſse præſentem, & poſſeſſam bonum aſt; at hic ſecundus eſt amor propriè, & ſtrictè talis; ergo datur in Deo vltra amurem per modum gaudij amor propriè, & ſtrictè talis. Maior patet, quia Deus amat ſuam bonitatem omni modo, & ex omni motiuo, quo amabilis eſt, & bona. Probatur, tum quia ſecundus ille affectus formaliter reſpicit bonum, & non niſi materialiter reſpicit eſſe præſens, & poſſeſſum, ſicuti actus tendens in verùm quia verùm eſſe bonum eſt, formaliter reſpicit eſſe bonum, & non niſi materialiter eſſe verum; tum quia actus tendens in bonitatem, quia eſt præſens, & actus tendens in bunitatem præſentem, quia bonum eſt ipſam eſſe præſentem ſunt actus diuerſi, & ex diuerſis motiuis: at ille eſt gaudium; ergo iſte eſt amor diuerſus à gaudio, adeóque propriè, & ſtrictè talis.

Amare rem, quia eſt poſſeſſa, & quia bonum eſt ipſam eſſe poſſeſſam diuerſa ſunt.

15. Probatur quartò ex duobus abſurdis conſequentibus ad appoſitam ſenteotiam. Primum eſt, quud repugnaret amor ſtrictè talis comprehenſiuus diuinæ bonitatis, nam Deos ſub nulla ratione comprehendi poteſt ab alio, quàm à ſe ipſo: at à ſe ipſo amore ſtrictè tali Deus comprehendi non poſſet, quia amorem ſtrictè talem non poſſet erga ſe ipſum habere, ergo amore ſtrictè tali à nullo alio compreheodi poſſet, ſicque repugnaret amor ſtrictè talis comprehenſiuus, &c. Secundum eſt, quod neque etiam in beato ad viſionem, qua attingitur Deus exiſtens, conſequeretur amor ſtrictè talis erga Deum, imò vt infert Arriaga *prima parte, diſp.* a 5.*num.* 53. neque etiam in via dari poſſet actus charitatis ſtrictè talis erga Deum, cum neque in via poſſimus poſitiuè præſcindere Deum vt in ſe bonum, quod eſt obiectum charitatia ſupponentis pro amore ſtrictu, à Deo vt in ſe exiſtente, & à ſe poſſeſſo, qnod eſt obiectum gaudij conſequentis ad amorem amicitiæ, ſeu charitatis.

Si non datur in Deo erga ſe ipſum amor ſtrictè talis, neque etiam daretur in beato erga Deum.

16. Allata hucvſque argumenta prubant in Deo erga ſe ipſum non ſolùm dari amorem propriè, & ſtrictè talem, ſed etiam talem amorem diſtingui virtualiter à gaudio, in quo ſpecialiter nobis aduerſantur Salmant. *prima parte, tract.* 4. *diſput.* 4. *dub.* 2. *num.* 44. Nihilominus ſecundùm noſtra principia, ſecundùm quæ diſtinguimus in Deo virtualiter ea omnia, quæ in ipſo ſecondùm proprios conceptus formales reperiuntur, & in creatis formaliter diſtinguntur, cum conſtet in creatis diſtingui realiter amorem, & gaudinm eo ipſo, quod probamus reperiri in Deo non ſolùm gaudium, vt omnes admittunt, ſed etiam amorem ſtrictè talem ſecundùm proprium conceptum formalem, conſequens eſt amorem, & gaudium diſtingui in Deo virtualiter. Hocque ſpeciali efficacia infertur ex ſuperiori ſecunda probatione, in qua amor probatur eſſentialiter prior gaudio: in diuinis autem inter ea maximè prædicata datur virtualis diſtinctio, inter quæ datur aliqua prioritas, cum à prioritate ad diſtinctionem argumentum procedat à fortiori. 17.

Amor ſtrictè talis, & gaudium diſtinguntur.

Ex dictis habetur magis præſcindere ab exiſtentia obiecti ſimplicem intelligentiam, quam amurem ſtrictè talem: illa enim præſcindit poſitiuè, & dicit aut non exiſtentiam obiecti, aut ſaltem carentiam cognitionis de exiſtentia obiecti; iſte præſcindit ſolùm negatiuè, obiecti ſcilicet exiſtentiam non exigit: at nec excludit aut exiſtentiam, aut actum formaliter ad exiſtentiam terminatum. Hioe ex eo, quod Deus nequeat ſe ipſum cognoſcere per ſimplicem intelligentiam, nullatenùs infertur, quud nequeat ſe ipſum amare per amorem, ſtrictè talem, quia vt cognoſcerer ſe per ſimplicem intelligentiam deberet ſe cognoſcere non exiſtentem, aut ſaltem non cognoſcere ſe exiſtentem; quod vtrumque repugnat Deo; vt verò ſe amet per amorem ſtrictè talem, nun eſt neceſſe, quod aut ſe amet non exiſtentem, aut non amet ſe exiſteotem, ſed ſufficit, quod amet ſe non habendo pro motiuo formali amoris præſentiam ſeu exiſtentiam ſuæ bonitatis.

Cur Deus nequeat ſe cognoſcere per ſimplicē intelligentiam, bene tamen amare per amorem ſtrictè talem.

§. III.

Vtrùm amor Dei erga ſe ipſum, vel ſaltem vnius diuinæ perſonæ erga aliam ſit amor amicitiæ?

18.

ASSERTVM I. Amor Dei erga ſe ipſum non eſt amor amicitiæ, ſed eſt amor amore amicitiæ eminentior. Ita Theologi communiter requirentes ad amorem amicitiæ pluralitatem, ſi non actuum mutui amoris, ſaltem perſonarum mutuò amantium, vt videre eſt apud De Quiros 1. *parte, quaſt.* 20. *art.* 1. *num.* 6.

Amor Dei erga ſe ipsū.

Probatur prima pars, quod amor Dei erga ſe, præſertim vt contradiſtinguitur ab amore vnius diuinæ perſonæ erga aliam, & eſt amor ipſius diuinæ eſſentiæ, non perſonæ; non ſit amor amicitiæ ex Richardi à Sancto Victore 3. *de Trinitate*, *cap.* 2. *Vbi pluralitas perſonarum deeſt, charitas omninò eſſe non poteſt*; ergo ſaltem præſcindendo à perſonis amor Dei erga ſe ipſum non eſt charitas, ſeu amicitia. Ex Gregorio *Hom* 17. *in Euangelia minus, quàm inter duos haberi charitas non poteſt: Nemo enim propriè ad ſemetipſum habere charitatem dicitur ſed dilectio in aliud tendit, vt charitas eſſe poſſit.* Ex Ariſtotele 8. *Ethic. cap.* 3. *&* 8. amicitia de ſui ratione requirit eſſentialiter reamationem, & æqualitatem, ſed Dei erga ſe ipſum, nec poteſt dari reamatio, nec æqualitas, ergo

Nec eſt amicitiæ.

Dices ex D. Thoma 2. 2. *quaſt.* 25. *art.* 4. 19.

in C. Inter cætera, quæ homo ex charitate diligit, etiam ſe ipſum ex charitate diligit; ergo homo erga ſe ipſum habet charitatem, & amorem amicitiæ, ergo idem ſentiendum de Deo. Sed contra vt facilè patet conſulenti textum loquitur ibi *Sanctus Doctor* de charitate vt eſt amicitia hominis ad Deum, ſicque ait, quod inter cætera, quæ homo diligit ex charitate, ſcilicet ex amicitia ad Deum, diligit etiam ſe ipſum, quod non eſt diligere ſe ipſum amore amicitiæ erga ſe ipſum, ſed amore amicitiæ erga Deum, ex quo nihil ſequitur contra aſſertam veritatem.

20. Probatur ſecunda pars quod ſcilicet amor Dei erga ſe ipſum ſit eminentior amore amicitiæ. Amor Dei erga ſe ipſum nec eſt amori amicitiæ æqualis, nec eſt amore amicitiæ inferior, ergo eſt amore amicitiæ eminentior. Antecedens quoad primam partem patet, quia nõn eſt aſſignabilis aliqua ſpecies amoris, quæ non ſit amor amicitiæ, & ſit æqualis amori amicitiæ. Quoad ſecundam probatur. Si eſſet inferior amore amicitiæ maximè, quia eſſet amor concupiſcentiæ ſed amor Dei erga ſe ipſum non eſt amor concupiſcentiæ ergo. Minor probatur amor concupiſcentiæ, vel ſumitur, quatenùs correſpondet concupiſcentiæ Paſſioni, & ſic eſt amor boni abſentis, vt explicat D. Thomas 1.2.*quæſt*.3. *art*. 2. *in C*. & expreſſiſſimè tradit *eodem*, *art. ad* 1. illis verbis: *Bonum delectabile non eſt abſolutè obiectum concupiſcentiæ: Sed ſub ratione abſentis*, & hoc modo tam certum eſt Deum ſeipſum non concupiſcere, quàm certum eſt non tendere in ſe ipſum vt abſentem: Vel ſumitur amor concupiſcentiæ quatenùs contraponitur amori amicitiæ & ſic, vt ex profeſſo explicat D. Thoma 2. 2. *quæſt*. 26. *art*. 4. *in C*. tendit in bonum, quod quis vult vel ſibi, vel alij, & quod amatur amore concupiſcentiæ amatur alteri, & tanquam bonum ſecundùm quid ſed Deus neque vult ſe ipſum ſibi, neque alteri, neque amat ſe ipſum, vt bonum ſecundùm quid, ergo non amat ſe ipſum amore concupiſcentiæ. Amat igitur ſe ipſum amore, qui neque concupiſcentia eſt, neque amicitia, ſed ipſâ etiam amicitiâ eminentior; & conſiſtit eminentia, ſeu maior perfectio diuini amoris ſupra amorem amicitiæ in eo, quod; ex vna parte amor amicitiæ iuxta D. Thomam 2. 2. *quæſtione* 23. *articul*. 5. *in C*. fundatur in mutua communicatione bonorum, & iuxta eundem pariter 2. 2. *quæſtione* 25. *articul*. 4. *in C*. Vnionem quamdam importat. Ex alia parte Deus ad ſe ipſum vnitatem habet, non vnionem, omnimodam bonorum identitatem, non mutuam bonorum communicationem. Cum igitur vnitas ſit quid potius, & eminentius vnione; identitas mutuâ communicatione, conſequens eſt amorem Dei erga ſe ipſum eſſe quid potius, & eminentius amore amicitiæ.

Nec concupiſcentiæ.

Amor concupiſcentiæ dupliciter ſumitur.

Eminentia amoris Dei erga ſe ipſum ſupra amorem amicitiæ.

21. Dices. Viuentium generatio, quæ in creaturis eſt à principio coniuncto, & in naturæ ſimilitudinem, in diuinis, eſt à principio identificato, atque in numericam naturæ vnitatem; & tamen licet identitas coniunctione numericâ, vnitat ſimilitudine potior, ac eminentior ſit. Proceſſio verbi diuini non dicitur eſſe quid eminentius generatione, ſed vera, & formalis generatio, ergo ſimiliter amicitia, quæ in creatis fundatur in communicatione bonorum, & vnionem importat; licet in diuinis fundetur in identitate bonorum, & importet vnitatem, non deſinet eſſe propria, & formalis amicitia; & dici debebit amicitia, perfectiſſima, non quid amicitiâ eminentius. Sed contra: Sicuti generatio in diuinis eſt vnius, diuinæ perſonæ reſpectu alterius, non Dei reſpectu ſui ipſius; Ita inſtantia, ſi quid probat, probat amicitiam vnius diuinæ perſonæ erga aliá, nõ Dei erga ſe ipſum. In rigore tamen neque vnius diuinæ perſonæ erga aliam formalem, & propriam amicitiam probat, quia conceptus formaliſſimus generationis eſt, quod generans communicet ſe genito. Hæc autem communicatio meliùs exercetur per identitatem, quàm per ſimilitudinem. Nec requirit generatio ex parte geniti mutuam correſpondentiam, ratione cuius genitus communicet aliquid generanti: at conceptus formaliſſimus amicitiæ eſt mutua correſpondentia tum in amore, tum in communicatione bonorum, quæ mutua correſpondentia ſine diſtincto amore, & diſtinctâ bonorum communicatione haberi non poteſt. Ideò maiorem diſtinctionem requirit amicitia, quàm generatio, & pura perſonarum diſtinctio non ſufficit ad exercendam formalem amicitiam, quamvis ſufficiat ad exercendam formalem generationem, vt magis probo in ſequenti aſſerto.

Amicitia requirit maiorem diſtinctionem, quàm generatio.

Assertvm II. In rigore amor vnius diuinæ perſonæ erga aliam non eſt amor amicitiæ, ſed eſt ſimiliter amor eminentior. Ita Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtione* 30. *diſputatione* 6. *articul*. 1. *numero* 15. Herice *diſputatione* 14. *de voluntate, numero* 18. Suarez *in Metaph. diſputat*. 30. *ſect*. 16. *num*. 60. contra De Quiros *prima parte*, *diſputatione* 68. *ſect*. 4. *numero* 55. Ruiz *diſputatione* 52. *ſect*. 4. *&c*. in quorum fauorem aliqui referunt D. Thomam *in* 1. *diſtinct*. 2. *quæſt*. 1. *articulo* 4. *argument. ſed contra*. At ibi nihil lego de amicitia inter diuinas perſonas, ſolùm ſit mentio de charitate, at hæc latius patet, quàm amicitia, & aliquando ſupponit pro amore imperfectiore, qualis eſt amor, quo quis ex effectu ad Deum diligit ſe ipſum tanquam obiectum ſecundarium, aliquando pro amore eminentiore, qualis eſt amor Dei erga ſe ipſum, vnius diuinæ perſonæ erga aliam, & hunc amorem melius dici charitatem, quàm amicitiam expreſſit Auguſtinus 6. *de Trinitate*, *cap*. 5. vbi loquens de amore, quo Pater & filius ſe diligunt, ait eſſe. *Communionem conſubſtantialem, & coæternam, quæ ſi amicitia conuenienter dici poteſt, dicatur*. 22.

Amor vnius diuinæ perſonæ erga aliam non eſt in rigore amicitia.

Charitas latius patet, quàm amicitia.

tur, ſed aptiùs dicatur Charitas. Iure propterea citari poteſt pro aſſerta veritate, *Auguſtinus*, & afferri tanquam probationis præludium allata auctoritas vlterius verò aſſertum.

23\. Probatur: Amicitia formaliter eſt actus amoris, & ratio formalis, ſeu eſſentialis ipſius magis debet attendi ex parte actus amoris, quàm ex parte Perſonarum amantium: ergo ratio mutui formaliter, & eſſentialiter requiſita ad amicitiam debet reperiri in ipſo actu amoris, non præcisè in Perſonis amantibus, & debet amicitia eſſe mutuus amor, non amor Perſonarum ſe mutuò amantium per vnicum, & eundem actum amoris. At Perſonæ diuinæ, licèt dici poſſint adiectiuè ſe mutuò amantes, dici tamen nequeunt ſe amantes per mutuum amorem, quia ſunt quidem diſtinctæ inter ſe; at non habent diſtinctos actus amoris, vt requiritur ad rationem amoris mutui: ergo rigoroſè amor vnius diuinæ Perſonæ erga aliam non eſt amor amicitiæ. Et cum ex alia parte neque etiam ſit Amor Concupiſcentiæ, quia vna diuina Perſona nec amat alteri bonum ab ipſa diſtinctum, aut bonum ipſi abſens; nec amat alteram tanquam bonum ſecundùm quid, vt ſuprà explicabatur requiri ad amorem concupiſcentiæ strictè, propriéque dictum, conſequens eſt amorem vnius diuinæ Perſonæ erga aliam eſſe eminentiorem amore amicitiæ.

Amicitia debet eſſe amor mutuus ex parte actus.

Amor vnius diuinæ Perſonæ erga aliam non eſt concupiſcentiæ.

24\. Habetur ex dictis Amorem Dei erga ſeipſum, aut vnius diuinæ Perſonæ erga aliam, cum nec amicitiæ, nec concupiſcentiæ ſit, dicendum eſſe amorem beneuolentiæ, qui ab amore amicitiæ differt maximè in eo, quod non requirat mutuam correſpondentiam, cuius mutuæ correſpondentiæ carentia eſt potiſſima, imò tota ratio negandi rigoroſam amicitiam tum Dei ad ſeipſum, tum vnius diuinæ Perſonæ ad aliam. Neque dicas etiam amorem beneuolentiæ importare quandam vnionem, cum commune ſit cuicumque amori illud, quod ex *D. Dionyſio* circumfertur; *Amor eſt vnitiua virtus*. Contra enim nomine vnionis, quam importat amor ex genere ſuo venit quæcumque coniunctio etiam per identitatem, & quoad hoc quadrat paritas ſuprà allata de ſimilitudine, quam importat generatio: nec amicitia excludit identitatem rei amatæ ex ratione communi amoris, ſed ex ratione propria amoris mutui.

Eſt Beneuolentiæ.

25\. Habetur inſuper, quod ſi amor eſſet qualitas potens informare; & denominare amans duplex ſubiectum, & de facto eadem amoris qualitas in Petro, & Paulo poneretur; Petrus, & Paulus non amarent ſe amore amicitiæ, & poſſet qualitas illa dici amor amantium mutuò, vt non amor mutuus amantium, vt requiritur ad amorem verè amicabilem, qui, cum formaliter ſignificet actum, debet eſſe mutuus ex parte actus; nec ſufficit, quod ſit mutuus ex parte ſubiecti: Et ſicuti eadem albedo poſita in duplici pariete non faceret vnum ſimile alteri, quia relatio, cum magis attendatur penes rationem fundandi, quàm penes extrema; relatio mutua, qualis eſt relatio ſimilitudinis, requirit diſtinctam rationem fundandi, nec contenta eſt diſtinctis extremis; ita ſimiliter, &c.

Amor idem poſitus in Petro, & Paulo non faceret ipſos amicos.

§. IV.

Explicantur alia nonnulla de Amore Dei erga ſeipſum?

ASSERTVM: Alia ferè omnia, quæ de amore Dei erga ſeipſum ſuperſunt explicanda, facilè explicantur recolendo, & huic proportionaliter transferendo ſupradicta de Scientia Dei circa ſeipſum. 26.

Amor Dei erga ſe.

Probatur, & explicatur: Ex eo, quod *in libro de Scientia cap. 2. §. 1.* traditum eſt primò Deum habere cognitionem ſui comprehenſiuum, conſequens eſt habere etiam comprehenſiuam ſui amorem, nec minus iſtum diuinæ diligibilitati, quàm illã diuinæ intelligibilitati adæquari. Secũdò ex eo, quod ibidem traditum eſt cognitionem diuinam per ſeipſam præcisè ſuper ſeipſam reflectere, nec dari in Deo cognitionem reflexam virtualiter à directa diſtinctam, conſequens eſt amorem diuinum per ſeipſum præcisè ſuprà ſeipſum reflectere: & eodem formaliter actu, quo ſeipſum comprehenſiuè amat, amorem ipſum ſui comprehenſiuum amare abſque virtuali diſtinctione amoris directi à reflexo, ſeu amoris, quo ſeipſum comprehenſiuè amat, ab amore, quo amat amorem comprehenſiuum ſui. Tertiò ex eo, quod §. 2. *ſequenti*, traditum eſt Deum cognoſcendo ſeipſum habere pro obiecto motiuo, ſpecificatiuo, & primario non ſolùm diuinam eſſentiam, ſed omnia diuina prædicata, principalius tamen illam, quàm iſta, conſequens eſt Deum amando ſeipſum habere pro obiecto motiuo, ſpecificatiuo, & primario ſui amoris tum diuinam eſſentiam, tum omnia diuina prædicata; illam tamen principaliùs, quàm iſta. Nam ſicuti veritas ſpecificatiua diuinæ cognitionis eſt veritas per modum actus puriſſimi, & hæc in omnibus diuinis prædicatis reperitur, licèt principaliùs in eſſentia, cui ſoli conuenit à ſe; ita bonitas ſpecificatiua diuinę dilectionis eſt bonitas per modum actus puriſſimi, & hæc pariter principalius quidem in eſſentia, re ipſa tamen in omnibus diuinis prædicatis relucet, etiam in relationibus formaliſſimè ſumptis ſecundùm rationem *ad*. Neque enim mens eſt amplecti ſententiam Thomiſtarum dicentium relationes diuinas ſecundùm formaliſſimam rationem. Ad *nec* perfectionem vllam dicere, nec bonitatem. Quartò ex eo, quod §. 3. *ſequenti*, traditum eſt Deum cognoſcere ſeipſum in creaturis, & ex creaturis, conſequens eſt ſeipſum pariter in creaturis, & ex creaturis amare; tum quia ad omnem cognitionem ſequi poteſt proportionatus amor, & Deo vtpotè non minus infinito in linea volitiua, quàm in intellectiua, debet non minùs concedi omnis modus volendi, &

Eſt Dei cõprehẽſiuus.

27\.

Non eſt per actum virtualiter diſtinctum ſuprà ſe reflexus.

28\.

Habet pro obiecto motiuo, & ſpecificatiuo omnia diuina prædicata, principaliùs tamen diuinam eſſentiam.

29\.

Reddit Deũ amantem ſe & in creaturis, & ex creaturis.

amandi, quàm intelligendi, & cognoſcendi ſeipſum, tum quia eodem proportionaliter modo, quo cognitio ſui in creaturis, & ex creaturis ob identitatem, quam habet cum cognitione comprabenſiua ſui in ſeipſo, omni vacat imperfectione, etiam ob identitatem com amore comprebenſiuo ſui in ſeipſo, omni vacabit imperfectione amor ſui in creaturis, & ex creaturis. Neque hæc, & ſimilia maiori indigent conſideratione; ſed ſolùm relectione eorum, quæ de Scientia Dei locis citatis dicebantur. Interim occurrit ſpeciale dubium non commune ſcientiæ Dei, ſcilicet.

30. Dubitatur vtrùm amor Dei erga ſeipſum dici poſſit amor efficax, an ſit ſolùm per modum ſimplicis affectus. Ratio dubitandi eſt, quia amor efficax eſt amor operatiuus, Deus autem ſeipſum amando nihil circa ſeipſum operatur, & bonitatem, quam in ſe amat in ſe, & à ſe ſupponit, non ex vi amoris ſibi tribuit. Nihilominus reſpondetur Amorem Dei erga ſeipſum eſſe eminentiſſimo modo efficacem.

Eſt eminentiſſimo modo efficax.

Primò quia Deus per talem amorem efficit eminentiſſimo modo ſeipſum, cum enim Amor Dei ſit ipſe Deus, dum Deus eſt à ſe dici poteſt eſſe à proprio amore. Secundò quia amor inefficax admittit nolitionem exiſtentiæ ſui obiecti, quam omninò excludit Dei erga ſeipſum amor, qui è contra tam neceſſariam connectionem habet cum volitione exiſtentiæ ſui obiecti, vt ſi per impoſſibile Deus nō exiſteret, & poſſet ponere propriam exiſtentiam, ex vi amoris, quæ de facto erga ſeipſum habet determinaretur, imò cogeretur ad efficaciter volendam, & ponendam propriam exiſtentiam. Quam conditionalem, licèt impoſſibilem, tanquam vtilem tamen ad oſtendendam efficaciam, & proprietatem diuini amoris approbant Salmant. 1. *part. tract.* 4. *diſp.* 4. *dub.* 2. *numer.* 59. Arriaga *diſput.* 25 *ſect.* 4. *num.* 47. De Quiros *diſput.* 68. *ſect.* 4. *num.* 23. &c. Ex his facilè ſoluitur ratio dubitandi dicendo amorem Dei erga ſeipſum eſſe tum eminentiſſimè, tum conditionatè operatiuum: & non ex propria imbecillitate, ſed ex ſumma obiecti neceſſitate habere, quod formaliter; & abſolutè obiectum ſuum non operetur.

CAPVT III.

De Amore Dei erga creaturas.

1. LICET verba illa Ariſtotelis *lib.* 2. *magnorum Moralium*, *cap.* 12. *Deus amare non ſuſcipit, alienum quippè fuerit, ſi quis dixerit Iouem amare*, videantur excludere omnem Dei amorem erga creaturas, nihilominùs aliquem huiuſmodi amorem admittendum eſſe lumine tum Fidei, tum naturæ eluceſcit.

Aliquis amor Dei erga creaturas lumine tum Fidei; tum naturæ innoteſcit.

Lumine quidem Fidei ob id. Sap. 11. *Diligis omnia, quæ ſunt.* Pſal. 113. *omnia quæcumque voluit, fecit* clariùs exprimit Scriptura amorem Dei erga creaturas rationales, de quo infrà §. 5. Lumine verò naturæ, quia nec negari poteſt in aliquibus ſaltem creaturis ratio boni, nec concedit ratio aliqua boni, ad quam nequeat diuinus amor terminari; alioqui aut etiam ratio aliqua veri poſſet ſubterfugere diuinam cognitionem contra ea, quæ dicebantur *lib. ſuperiori, cap* 2. §. 5. & *cap.* 3. §. 1. aut diuina eſſentia magis per ſuam infinitam repræſentatiuitatem mouere poſſet diuinum intellectum, quàm per ſuam infinitam bonitatem mouere poſſit diuinam voluntatem contra illud D. Thomæ 1. *part. quæſt.* 19. *artic.* 5. *in C. Deus ſicuti vno actu omnia in eſſentia ſua intelligit; ita vno actu vult omnia in ſua bonitate.* Aliquis igitur Dei amor erga creaturas notior eſt, quàm vt indigeat vlteriori probatione: & quando etiam hanc quis exquireret contra *Epicureos*, qui, vt refert Lactantius Firmianus *in libro* contra ipſos edito *cap.* 4. ſenſerunt non eſſe in Deo gratiam, id eſt amorem, eruere facilè poterit ex infrà aſſerendis definiendo, circa quas creaturas verſetur, & qualis ſit Dei amor. Vtrùm ſcilicet verſetur etiam circa creaturas poſſibiles, an ſolùm circa exiſtentes. Vtrùm ſit amor neceſſarius, & inefficax; an liber, & efficax. Et quidem, quia ſtatus poſſibilitatis præſupponitur ad ſtatum exiſtentiæ primò poſtulat explicari diuinus amor comparatiuè ad creaturas poſſibiles, quæ, quantum ad præſens inſtitutum attinet, neque conſiderandæ ſunt ſecundùm eſſe eminentiale, quod habent in Deo. Qua ratione, cum ſint ipſa creatrix eſſentia Dei, ſeu ipſe Deus, amat Deus ipſas eodem modo, quo iam aſſertum eſt amare ſeipſum.

Creaturæ poſſibiles tripliciter ſumi poſſunt.

Neque ſecundùm quod ſubſunt diuinæ voluntati conditionatè, aut abſolutè decernenti illas transferre ad exiſtentiam, qua ratione amor creaturarum poſſibilium confunderetur cum amore creaturarum exiſtentium. Sunt igitur conſiderandæ ſecundùm ſe, vt purè poſſibiles, id eſt ſecundùm eſſe formale, quod habent in ſeipſis extra Deum antecedenter ad omnem actum diuinæ voluntatis ipſas ordinantis ad exiſtentiam. Et in hoc ſenſu ſit

§. I.

Vtrùm detur in Deo Amor erga creaturas poſſibiles?

ASSERTVM: Datur in Deo amor erga creaturas poſſibiles. Ita Scotus *in* 3. *diſt.* 32. *quæſt. vnica*, §. *Quod etiam aliter* Herincz *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 21. Richardus *in* 1. *diſt.* 45. *art.* 1. *quæſt.* 5. Vaſquez 1. *part. diſput.* 79. *cap.* 2. Lugus *lib.* 1. *diſp.* 35. *cap.* 1. Arriaga *diſp.* 24. *ſect.* 5. De Quiros *diſput.* 65. *ſect.* 2. &c. contra Ferrarienſem 1. *contra Gentes, cap.* 81. & 4. *contra Gentes*, *cap.* 13. Alenſem 2.

Datur in Deo amor erga creaturas poſſibiles.

Alenſem *prima parte, quæſt.* 34. *membr.* 4. Salmant. *tractat.* 4. *diſputat.* 5. *dub.* 1. §. 4. Io. à S. Thoma *quæſt.* 19. *diſputat.* 4. *artic.* 6. *& Thomiſtas* communiter, quibus fauent Suarez *in Metaph. diſputat.* 30. *ſect.* 16. *numero* 41. Valentia *prima parte, diſputat.* 2. *quæſt.* 8. *punct.* 2. *in reſponſione ad primum, argumentum Scoti.*

Probatur primò creaturæ poſſibiles ſecundùm ſe, & vt purè poſſibiles ſunt bonæ, & Deo notæ, ergo ſunt à Deo amabiles, & à Deo amantur; cum ex infinitate propriæ amatiuitatis determinetur ad amandum omne amabile, ſicuti ex infinitate cognoſcitiuitatis determinatur ad cognoſcendum omne cognoſcibile. Antecedens quoad ſecundam partem, præter quod ab Aduerſariis non negatur, ſatis ſuperque conſtat *ex libro ſuperiori cap.* 2. *à* §. 3. *ad* 8. in quo §. 8. dum ſpecialiter probatur Deum cognoſcere poſſibilia etiam immediatè in ſe ipſis, ſpecialiter via ſternitur ad probandum Deum poſſibilia amare non ſolùm ſecundùm eſſe eminentiale, quod habent in diuina eſſentia, vel omnipotentia; verùm etiam ſecundùm eſſe formale, quod habent in ſe ipſis, vt ſic in Deo cuilibet ſpeciali modo cognoſcendi adamuſſim reſpondeat ſpecialis modus amandi, ſolùm igitur quoad primam partem antecedens indiget probatione, cui firmius ſtabiliendæ præmitto:

Non tamen erga omnes, nec erga ipſas vt ſumptas ſecundùm rationem abſtractam poſſibilitatis.

Dum dico creaturas poſſibiles ſecundùm ſe, & vt purè poſſibiles eſſe bonas, me nec loqui abſolutè de omnibus creaturis poſſibilibus, nam quoad peccata poſſibilia id in particulari tractabitur infrà §. 3. nec intendere quod creaturæ poſſibiles ſecundùm ſe, & vt purè poſſibiles ſint bonæ quatenus ſit bona ipſa poſſibilitas quodammodo in actu ſignato, & abſtractè ſumpta. Nam hac ratione poſſibilitas, ſicuti præſcindit ab eo quod ſit poſſibilitas rei bonæ, vel malæ; ita præſcindit ab eo, quod in ſe bona ſit, vel mala. Cæterùm loquendo de creaturis poſſibilibus, quæ peccata non ſint, & ipſas conſiderando in concreto, prout ſcilicet important non parum poſſibilitatem, ſed rem ipſam poſſibilem;

3\. prima pars antecedentis, ſcilicet creaturas poſſibiles ſecundùm ſe, & vt purè poſſibiles eſſe bonas probatur primò. Creaturæ poſſibiles ſunt entia. Sed ratio boni tranſcendit quodcumque ens; ergo creaturæ poſſibiles ſunt bonæ. Si dixeris rationem boni ſolùm tranſcendere ens participiale, non ens nominale, ſub quo continentur

Bonitas trāſcendit ens etiam nominale.

creaturæ poſſibiles: Impugnaberis in vnitate, & veritate, quæ etiam ens nominale & creaturas poſſibiles tranſcendunt, & tamen ſunt paſſiones, & attributa entis ſolùm eo modo, quo bonitas. Secundò creaturæ poſſibiles, ſeu eſſentiæ rerum ſunt in bonitate inæqualem, ergo ſunt bonæ; patet hæc conſequentia, qua comparatiuum ſupponit poſitiuum, nec poteſt eſſe magis, aut inæqualiter tale, quod poſitiuè tale non eſt.

Eſſentiæ rerum ſecundùm ſe ſunt inæqualiter bonæ.

Antecedens probatur, tum quia eſſentiæ rerum ſunt ſicut numeri, quorum vnus inæqualis eſt alteri, & alter maior: Tum quia ex ipſis terminis nimis durum eſt dicere Angelum in ſtatu poſſibilitatis non eſſe meliorem formicâ aut feſtucâ: omnes creaturas poſſibiles non eſſe quid melius vnicâ &c. Tum denique, quia exiſtentia dicit præcisè eſſe extra cauſas, & videtur in indiuiſibili conſiſtere, ideo vix poſſet aſſignari notabilis inæqualitas bonitatis inter creaturas exiſtentes, ſi bonitas, & bonitatis inæqualitas, in ſola exiſtentia, nullatenùs in eſſentia ſecundùm ſe reluceret.

4\. Dices primò, bonitatem relucentem in creaturis purè poſſibilibus eſſe bonitatem radicalem, & in potentia, non formalem, & in actu: eſſe bonitatem purè ſpeculatiuam, & conſtitutiuam prædicatorum eſſentialium; non practicam, ſeu motiuam, & allicitiuam voluntatis ad ſui proſecutionem: conſequenter eſſentia rerum ſecundùm ſe eſſe inæqualis bonitatis radicaliter, & remotè, ſecus formaliter, & proximè. Nec

Bonitas etiā radicalis, & ſpeculatiua eſt amabilis.

propterea omnem bonitatem ab exiſtentia præcisè conſurgere, ſed eam bonitatem, quæ in rerum eſſentiis ſine ordine ad exiſtentiam radicalis ſolùm eſt, & remota, in iiſdem poſitâ exiſtentiâ fieri proximam, & formalem: adeóque, ſicuti ante exiſtentiam habebant rerum eſſentiæ inæqualem bonitatem radicalem; ita poſt exiſtentiam habere inæqualem bonitatem formalem, non quod exiſtentia tribuat inæqualitatem bonitatis, ſed quod ſit conditio, quâ poſitâ bonitas aliundè inæqualis de tali radicaliter fit talis formaliter. Sed contra: Allata diſtinctio, vel eſt impertinens, vel petit principium. Enimverò bonitas, quæ vocatur radicalis in potentia, ſpeculatiua &c. vel eſt amabilis, & ſic habetur intentum, allatáque diſtinctio impertinens eſt; vel nullo modo eſt amabilis, & ſic petitur principium; hoc ipſum quippè eſt, quod quæritur, cur non ſit amabile bonum etiam radicale, & in potentia, cum præſertim ad bonitatem amandam non requiratur, quod ſit actu exiſtens, alioqui neque etiam bonitas futura, aut præterita poſſet amari. Quod dicitur eſſe bonitatem ſpeculatiuam, præter quod improbari poſſet, tranſlatio rationis ſpeculatiuæ propriæ intellectus, & veritatis ad voluntatem, & bonitatem, nobis potius fauet; cur enim non eſt amabilis ſpeculatiua bonitas cum ſit cognoſcibilis ſpeculatiua veritas. Quod additur non eſſe bonitatem motiuam, ſeu allicitiuam voluntatis, præter quod relabitur in petitionem

Vt à Deo ametur, non requiritur, quod voluntatem alliciat.

principij, non facit ad rem reſpectu diuinæ voluntatis, quæ dum amat creaturas habet ipſarum bonitatem ſolùm pro ratione terminatiuâ, non pro ratione motiuâ, ſicuti dum eaſdem cognoſcit &c. In vniuerſum tota terminorum varietas, qua aduerſatij conantur eludere noſtram probationem, eluditur paritate veritatis, & cognitionis, nam eodem modo, quo bonitatem creaturarum poſſibilium vocant radicalem, in actu primo, ſpeculatiuam

Google

ſpeculatiuam, &c. debent vocare radicalem, in actu primo, ſpeculatiuam, &c. creaturarum poſſibilium veritatem; at huiuſmodi veritas, licèt radicalia, &c. eſt cognoſcibilis; ergo etiam illa bonitas licet radicalis, &c. eſt diligibilis.

5.

Voluntas fertur in bonum, vt in ſe, intellectus in verum, vt eſt in ipſo intellectu.

Dices ſecundò non bene argui à cognoſcibilitate veritatis radicalis, & in potentia, ad amabilitatem bonitatis radicalis pariter, &c. Ratio eſt, quia intellectus cognoſcit veritatem trahendo ipſam ad ſe, ſicque, vt veritas actu cognoſcatur, ſatis eſt, quod habeat eſſe actuale in intellectu, etiamſi deinde habeat in ſe eſſe ſolùm radicale, & potentiale. Et quia cum eſſe radicali, & potentiali in ſe, habere poteſt eſſe actuale in intellectu, habere ſcilicet poteſt in intellectu actualem ſpeciem ſui repræſentatiuam, ſimpliciter ſubſiſtit, quod veritas etiam ſolùm radicalis, & in potentia, actu cognoſcatur. At voluntas potius ab obiecto trahitur, & in ipſum fertur per modum inclinationis, & ponderis, ſicque ipſum attingit ſecundùm eſſe, quod habet in ſe ipſo, non ſecundùm eſſe, quod habet in voluntate; ſicuti ſecundùm eſſe, quod habet in intellectu, attingitur veritas ab intellectu. Si igitur bonitas in ſe nullum habeat eſſe actuale, ſed purè radicalis, & in potentia ſit, conſequens eſt, quod nequeat actu à voluntate attingi, & amari. Confirmatur à poſteriori inſufficientia arguendi à cognoſcibilitate veritatis radicalis, &c. Non eſt amabile quodcumque bonum, licèt ſit cognoſcibile quodcumque verum; ergo ex cognoſcibilitate radicalis veritatis non ſufficienter infertur amabilitas radicalis bonitatis. Antecedens probatur: Hoc verum, homo eſt, & non eſt. Impoſſibile dicit contradictionem: Si homo eſſet equus, eſſet hinnibilis; eſt cognoſcibile, & tamen hoc idem bonum non eſt amabile: Foret enim ridiculua talis amor, & poſſent ab intellectu formante plures, & plures huiuſmodi aut propoſitiones aut combinationes, multiplicati in infinitum obiecta amabilia. Sed contra, ſicuti commune eſt cuilibet actui vitali gigni ex potentia, & obiecto; ita commune eſt cuilibet potentiæ vitali attingere obiectum in ſe ipſa exiſtens. Quo ad hoc igitur non ſolùm intellectus, verum etiam voluntas fertur in obiectum ſecundùm eſſe, quod habet in ipſa potentia, & per hoc eſſe deinde vtraque potentia terminatur ad eſſe, quod habet obiectum in ſe ipſo: propterea ſi intellectus ex eo, quod attingat veritatem ſecundùm eſſe, quod habet in ſe ipſo, poteſt attingere veritatem etiam ſolùm radicalem & in potentia: eodem ex capite poterit voluntas attingere bonitatem etiam ſolùm radicalem, & in potentia. Diuerſitas verò operandi inter intellectum, & voluntatem non conſiſtit in eo, quod obiectum intellectus ſit in intellectu, obiectum, voluntatis non ſit in voluntate; ſed præciſè in diuerſo modo, quo intellectus, & voluntas babeant in ſe obiectum. Intellectua quippè habet in ſe obiectum per ſimilitudinem: voluntas per impulſum, & quia ſimilitudo, & imago potiùs rem repræſentatam ad ſe trahit, quàm à re repræſentata trahatur, intellectus habena in ſe obiectum per ſimilitudinem dicitur trahere obiectum ad ſe, & obiectum eſt in intellectu quodammodo tanquam tractum in trahente. E contra quia impulſus ſequitur rem, ad quam impellit, & potius à tali re trahitur, quàm talem rem trahat; voluntas habens in ſe obiectum per impulſum, dicitur ab obiecto trahi, & obiectum eſt in voluntate tanquam trahens in tracto.

Commune eſt cuilibet potentiæ vitali attingere obiectum exiſtens intra ſe.

Diuerſitas operãdi inter intellectum, & voluntatem.

6.

Ad confirmationem inſtantiæ dico agere noa in præſenti de veritate, & bonitate tranſcendentalibus: In iſtis rectè arguitur à cognoſcibilitate vnius ad amabilitatem alterius: & ſicuti eſt cognoſcibile quodcumque tranſcendentale verum; ita eſt amabile quodcumque tranſcendentale bonum. Exempla quæ afferuntur in oppoſitum continent veritatem purè obiectiuam, non tranſcendentalem. Ideo nihil mirum ſi inde nulla bonitas, nulla amabilitas inferatur. Continent inquam veritatem purè obiectiuam, non tranſcendentalem; quia veritas tranſcendentalis eſt paſſio entis, nec reperitur ſine ente aut exiſtente, aut poſſibili. In allatis autem propoſitionibus nulla exprimitur ratio entis, nec poteſt Deua ſignificato illarum propoſitionum exiſtentium aliquam tribuere. Eſt igitur veritas in illis propoſitionibus expreſſa veritas purè obiectiua, quam veritatem purè obiectiuam à tranſcendentali diuerſam habent etiam impoſſibilia, & non entia. Nec propterea intellectus veritates illas aut concipiendo, aut affirmando, format entia rationia fictitia, quia ens rationis factum non formatur concipiendo id, quod habet eſſe purè obiectiuum in intellectu, ſed concipiendo vel affirmando illud eſſe ens reale poſitiuum, aut ponibile à parte rei.

Diuerſitas veritatis tranſcendentalis à purè obiectiua.

7.

Probatur ſecundò Deus poteſt circa creaturas poſſibiles, vt purè poſſibiles, & ſecundùm ſe conſideratas habere aliquod voluntatis exercitium, ſed huiuſmodi exercitium non poteſt eſſe aliud, quàm ſimplex amor, ergo: Minor patet, quia huiuſmodi exercitium non poteſt eſſe odium, quia ſecus omne poſſibile, aut eſſet malum, & nullum poſſet à Deo efficaciter intendi in ordine ad exiſtentiam. Nec poteſt eſſe amor efficax, quia ex vi amoris efficacis poſſibilia exercent ſtatum puræ poſſibilitatis, nec poteſt eſſe deſiderium, quia creatura poſſibilis in ratione poſſibilis non eſt abſens. Conſequens eſt igitur, vt ſit ſimplex amor, ſeu ſimplex complacentia: Maior probatur Deus poteſt habere aliquod voluntatia exercitium circa ipſum non eſſe; ergo multò magis circa poſſe eſſe, ſeu circa res poſſibiles, vt præciſè dicunt poſſe eſſe. Antecedens patet, quia Deus verè determinat aliquas creaturas ad non eſſe. Mitto hîc argumentum deſumptum ex connexione creaturarum poſſibilium cum omnipotentia: Nam ex duobus eſſentialiter connexis ex

Deus habet voluntatis exercitium circa non eſſe; ergo etiã circa poſſe eſſe.

amore

amote vnius nun prubatur amut alterius, niſi ſaltem aliunde cunſtet vttumque eſſe bonum,& amabile.Mitru item paritatem vuluntatis creatæ potentis habere de puſſibilibus cumplacentiam:facilè enim eluditur paritas ex eo, quod vuluntas creara poteſt ſibi complacere de bonitare etiam falsâ appareuti, & purè apptehensâ.

---

§. II.

Vtrùm Amor Dei erga creaturas poſſibiles ſit neceſſarius, & inefficax. An liber & efficax?

8. Amor Dei erga creaturas poſſibiles eſt neceſſarius.

ASSERTVM I. Amut Dei erga creaturas poſſibiles oeceſſarius eſt, nuu liber.Ita Vaſquex 1.*part. diſp.*79.*cap.*2.Attiaga *diſp.*24.*ſect.*6 *ſubſect.*2.De Quiros *diſp.*66. *ſect.*1. Herincx *diſp.*7.*quaſt.*3.*num.*45.& 47. & alij plures ex illis præſetrim, qui actum liberum Dei eſſentialiter cunſtituunt per coonutatiouem ubiecti extrinſeci cuntingentis, Contra Lugum s. *part. lib.*1. *diſp.*35. *cap.*1.*num.*9. aliuſque ounnullos, & a fortiori cuntra negantes Deo umnem amotem creaturarum poſſibilium: Ex quibus tamen aliqui, inter quos Salmant. 1.*part. tract.*4. *diſput.* 5. *dub.*1. §.7. *num.* 29. Suatez *lib.*3. *de attributis*, *cap.* 6. *num.* 10. indirectè adhærent uoſttu aſſertu, quatenùs tradunt, quud, ſi per impoſſibile Deus amaret creaturas puſſibiles, amaret ipſas neceſſariò; *Scotum* nec pru, nec contra refetu, quia non ſatis mentem ſuam exptefſit, vt videre eſt apud ipſum *in* 2. *diſt.*1. *quaſt.*1. §.*Sed contra in* 3. *diſt.*32. *quaſt. vnica, Quodlib.*16. §.*hic poteſt dici circa finem.* Culligitur etiam ambigua mens doctoris ſubtilis ex eu, quod in hoc puncto diuiſi ſunt ipſius diſcipuli.

9. Probatur primò: Deus nec puteſt creaturas poſsibiles (loquur de creaturis puſsibilibus iuxta ſenſum expoſitum *initio præcedentis* §.) udiu habere, ne à creatutatum poſſibilium amore deſiſtere; ergo amut Dei erga creaturas puſsibiles, &c. Antecedeus

Deus non poteſt creaturas poſſibiles odio habere.

probatur: Deus nec pureſt odiu habere bonum, nec à boni amure deſiſtere, ſed creaturæ poſsibiles ſunt bonæ, vt ſuptà probatum eſt:ergu.Probatut maiur quuad primam partem: Deus non poteſt tendere in ubiectum, niſi modu ipſi prupurtiunatu.Sie v.g.non puteſt tendere aur in veritatem per diſſenſum, aut in falſitatem per aſſenſum. Sed mudus proportiunatus tendendi in bunum eſt amur, nam eſſe bonum, & eſſe amabile conuertuntur: ergu Deus uun poteſt tendere in bonum,niſi amaudo;& tenderet in ipſum modo improportiunatu, ſi tenderet udio habendu.

Nec ab ipſarum amore deſiſtere.

Probatur eadem maior quoad ſecundam partem Deus nequit deſiſtere ab amure boni, niſi eliciendu actum, quu aur velit ab amure boni ceſſare, aut nolit bonum amare,ſed huiuſmodi actum nequit elicere: ergu. Ad probandas huius ſyllogiſmi præmiſſas, ſufficit recolere quæ ponuutur *in calce* 2. *probationis ſuperioru* §.Imò,ſi res attentiùs conſideretur, ferè tota illa ſecunda probatio poteſt huc transferri:nam & amor creaturarum poſſibilium eſt aliquale complementum beatitudinis ſaltem extenſiuæ. Et in creaturis poſsibilibus excludendo,vt excludi ſuppono,omnia peccata poſsibilia, nulla Deu relucer ratio mali.Et licèt reſpectu vuluntatis creatæ nun ſit intrinſecè malum udiu habere aliquam crearuram poſsibilem, nun puſſet id non eſſe irrectitudo reſpectu vuluntatis increatæ, cui æquè cunnaturale eſt tendere in omne bonum,ac ſit connaturale vuluntati creatæ tendere in bonum ſummum.

Dices allatum argumentum principale nimis probare:prubare ſcilicet,quod Deus nun poſsit efficaciter nulle creaturas poſsibiles; 10.
ar huc eſt falſiſsimum, cum nulit de factu Deus efficaciter exiſtentiam alterius mundi, imò umuium illarum creaturarum, quas ad ſtatum futuritionis non tranſtulit. Prubatur ſequela maioris:Superius argumentum probar Deum nun puſſe habere udium, & conſequenter neque diſplicentiam ſimplicem crearurarum poſsibilium,nam etiam ſimplex diſplicentia requirit in ubiectu ratiunem aliquam mali:at poſſe nolle efficaciter creaturas puſsibiles,eſt poſſe ipſas odio habere:nam ſicuti volitiu efficax exiſtentiæ crearurarum eſt ipſarum amur efficax; ita nolitio efficax exiſtentiæ etit ipſarum odium efficax:& ſicuti exiſteotia eſt maximum creaturatum bonum,cuius volitio amor eſt; ita negatiu exiſtentiæ erit maximum crearurarum malum, cuius vulitiu odium etit. Hinc deinde ſequitur poſſe Deum habere de iiſdem creatutis ſimplicem diſplicentiam,quæ uihil aliud eſſe videtur,quàm nulitiu quædam inefficax,eius autem, cuius dari poteſt nolitio efficax, dari puteſt à fortiuri nuliriu inefficax.Sed cuntta:

Nec omnis uolitio boni, nec omnis volitio mali eſt odium.

Nulitiu boni præciſè non eſt udium, niſi ſit cuniuncta cum vulitione mali, & non etiam quumoducumque,ſed vt diſſoni, & noxij ei, cui quis malum vult; at nulitio exiſtentiæ reſpectu poſsibilium eſt quidem uolitiu alicuius boni, ſed non eſt coniuncta cum vulitione alicuius mali,oec malum aliquod affert poſsibilibus;quia licèt afferat negationē exiſtentiæ;tamen prupter indifferentiam, quam puſsibilia habent ad exiſtere,& non exiſtere; ad exiſtentiam,& negatiunem exiſtentiæ,hęc poſsibilibus diſſona,noxia,mala non eſt.Neque exiſtimes abſulutè verificari negationem buni malam eſſe,& ubiectum odij;ſolū enim id verificatur de negatiune boni debiti,& de negatione boni vulita ex mutiuo nuceudi;& ratione diſſuuantiæ quam habeat ralis negatiu cum eu, cui eſt volita. Certè ſi velle nou exiſtentiam, aut nolle exiſtentiam,eſſet udio haberet, Deus odiu haberet umnes actus honeſtos, qūos in ſtatu putæ puſsibilitatis reliquit; udiu haberet alium Chriſtum alias vniunes hypoſtaticas, aliaque huiuſmodi maxima bona; quibus vult nun exiſtentiam.Quod addebatur de ſimplici diſplicentia,impugnarur faciliùs: nam ad nolitiunem efficacem exiſtentiæ ſufficit cōnexiu cum non

Deus non odit creaturas, quibus non vult exiſtentiam.

11. exiſtentia, nec eſt neceſſe, quod appareat
in ipſa exiſtentia aliqua ratio mali, cum ta-
lia nolitio nec odium ſit, nec diſplicentia.
Nolitio verò inefficax, & ſimplex diſpli-
centia, cum ſit per modum puræ fugæ, nec
ex ſuo conceptu formali importet connexio-
nē cum negatione oppoſita ei, quod diſplicet,
eſt omninò inexplicabilis, niſi ſupponatur
in obiecto ratio aliqua mali, quæ cum in re-
bus poſſibilibus non reluceat, poteſt Deus
ipſas efficaciter nolle; at non eaſdem nolle
inefficaciter, nec de ipſis habere ſimplicem
diſplicentiam, ſecludo, vt ſemel, & iterum
dixi, peccata poſsibilia.

De eo, de quo poteſt eſſe nolitio efficax, non ſemper poteſt eſſe nolitio inefficax.

12. Probatur ſecunda pars: Bonitas creatu-
rarum poſsibilium eſt bonitas neceſſariò
amabilis: ergo à Deo neceſſariò amatur.
Antecedens patet: quia eſt bonitas ſecun-
dùm ſe neceſſaria, ſicuti ſunt neceſſariæ
ipſęmet creaturæ in ſtatu poſsibilitatis: Ama-
bilitas autem, & bonitas ſibi omninò cor-
reſpondent. Probatur conſequentia primò:
quia omnes actus, qui in Deo poſſunt ſu-
ſtineri neceſſarij, tales ſunt ſuſtinendi potiùs,
quàm liberi, ſaltem propter difficultatem ma-
ximam explicandi actus liberos. Arridet plu-
rimùm hoc argumentum Arriagæ *loco ſuprà
cit. num.* 44. cum enim ipſe fateatur omninò
inexplicabiles actus liberos Dei, iure optimo
amorem Dei erga creaturas poſsibiles facit
neceſſarium, non liberum; vt explicabilem,
nō inexplicabilem faciat. Probatur eadē con-
13. ſequentia ſecundò: quia Deus non neceſsita-
tur ex obiecto extrinſeco, vt commune eſſe
debeat voluntati diuinæ cum creata à ſolo
ſummo bono neceſsitari, in ſolum ſummum
bonum neceſſariò tendere, ſed neceſsitatur ex
intrinſeca perfectione arbitrij omniuolentis,
ideò vt amet, nō requirit in obiecto, niſi ama-
bilitatem; vt amet neceſſariò, non requirit,
niſi amabilitatem neceſſariam: & requirere ad
amorem neceſſarium amabilitatem ſummam
voluntatis infirmitas eſt. Probatur eadē con-
14. ſequentia tertiò: ex *ſupradictis cap. præcedenti
in calce*, §. 1. Neceſsitas voluntaria, vitalis, &
ab intrinſeco, circa quodlibet bonum neceſſa-
riū eſt melior libertate: illa eſt perfectio ſim-
pliciter, iſta eſt perfectio ſecundùm quid: ergo
eo ipſo, quod creaturæ poſsibiles ſunt bonū
neceſſarium, & neceſſariò amabile, debet Deo
in ordine ad ipſas concedi quod eſt melius,
quod eſt perfectio ſimpliciter; debet ſcilicet
cōcedi amor neceſſarius, non liber: ergo boni-
tas creaturarum poſſibilium à Deo neceſſariò
amatur. Neque idcircò minuitur aut domi-
nium Dei in creaturas, aut dependentia crea-
turarum à Deo, quia & ratio dominij, & ratio
dependentiæ relucet maximè in creaturarum
exiſtentia, circa quam Deus, neceſſariò ſibi
complacens in creaturis poſſibilibus, habet
liberam omninò facultatem diſponendi pro
libito, cum amor neceſſarius, ſeu complа-
centia ſimplex neceſſaria alterius mundi poſ-
ſibilis æquè benè cohæreat cum efficaci vo-
litione, ac cum efficaci nolitione exiſtentiæ
alterius mundi.

Amor neceſſarius nō minuit aut Dei dominium, aut creaturarum dependentiam.

15. Dubitatur hîc: Vtrùm Deus amet creatu-
ras poſſibiles tantâ neceſſitate, quantâ amat
ſeipſum. Reſpondetur ly *tantâ*, vel poſſe im-
portare rationem formalem neceſſitatis, relu-
centem in oppoſitione ad contingentiam; vel
poſſe importare perfectionem neceſſitatis.
Primo modo Deus amat creaturas poſſibiles
tantâ neceſſitate, quantâ ſeipſum. Secundo
modo non item. Ratio primæ partis eſt, quia
neceſſitas vt oppoſita contingentiæ in indi-
uiſibili quodammodo conſiſtit, nec magis re-
pugnat Deo poſſe non exiſtere, quàm repu-
gnet creaturis poſſibilibus poſſe non habere
eſſe poſſibile. Et ſicuti comparando creaturas
poſſibiles inter ſe, non magis neceſſariò ha-
bet eſſe poſſibile Angelus, quàm feſtuca; ita
comparando creaturas poſſibiles ad Deum
exiſtentem, non magis neceſſariò iſte habet
eſſe exiſtens, quàm illæ habeant eſſe poſſi-
bile. Ratio ſecundæ partis eſt, quia neceſſitas 16.
quoad perfectionem ſequitur conditionem
rei, cuius eſt neceſſitas; perſpicuum autem eſt
maiorem in Deo relucere perfectionem, quàm
in creaturis poſſibilibus. Deinde, vt magis
in particulari rem explicem, maior in Deo,
quàm in creaturis poſſibilibus eſt neceſſitas,
quaſi extenſiuè, quatenùs in creaturis poſſi-
bilibus neceſſitas afficit ſola prædicata eſſen-
tialia: in Deo afficit etiam exiſtentiam. Ma-
ior item eſt neceſsitas quoad modum haben-
di ipſam, quatenùs neceſsitas Dei vt ratio
habendi neceſſitatem creaturis poſſibilibus
potius, quàm è contrà: & licèt impoſſibili-
tatis poſsibilibus impoſsibilitaretur Deus,
ſicuti impoſsibilitato Deo impoſsibilitaren-
tur poſsibilia; tamē impoſsibilitatio Dei eſſet
magis ratio impoſsibilitationis poſsibilium,
quàm impoſsibilitatio poſsibilium impoſsi-
litationis Dei, quia illa eſſet ratio à priori,
iſta ſolùm à poſteriori. Poteſt hoc totum
exemplificari in varietate harum duarum
propoſitionum v.g. Deus eſt Creator; feſtuca
eſt creatura. Si enim veritas ſumatur ſecun-
dùm ſuam rationem formalem excluſiuam
falſitatis præcisè tanta eſt veritas in vna pro-
poſitione, quanta in alia: quod ſi ſumatur, vt
importat veritatis perfectionem, longè maior
eſt veritas in prima propoſitione, quàm in
ſecunda, quia prima propoſitio conſtat longè
perfectioribus terminis, quàm ſecunda. Ita
ſimiliter, &c.

In quo ſenſu Deus amet poſſibilia tantâ neceſſitate, quantâ ſeipſum.

Veritatis, & neceſſitatis comparatio.

Ex his patet amorem Dei erga ſeipſum de- 17.
bere abſolutè dici perfectiorem amore Dei
erga poſsibilia; cum habeat in neceſsitate
ipsâ maiorem perfectionē. Habet etiam alios
maioris perfectionis titulos. Primus eſſe po-
teſt, quod habet Deū ipſum pro obiecto ſpe-
cificatiuo, & motiuo; non ſic creaturas poſsi-
biles, quarum bonitas reſpectu diuini amoris
ſe habet merè terminatiuè. Secundus, quod
magis eſt appretiatiuus erga Deū, quàm erga
creaturas poſsibiles, & ſi per impoſsibile de-
beret Deus aut à ſui, aut à creaturarū poſsi-
biliū amore deſiſtere, vtique ab iſtarū amore
deſiſteret potiùs, quàm ab amore ſui. Tertius
quod erga Deū eſt eminēt.ſsimo modo effi-
cax, vt explicabatur *c. ſuperiori* §. 4. Nec ſolùm
Deus ſibi complacet in propria exiſtentia,
verùm hanc etiam ex vi ſui amoris ſibi tri-
bueret, ſi ipsâ careret; at erga poſsibilia eſt
inefficax,

Maior perfectio amoris Dei erga ſe ſuprà amorē euſdem erga creaturas.

ineſſicax, & Deus præciſè ſibi complacer in poſſibilium bonitate, vt magis explicatur in ſequenti aſſerto. .

18. Amor Dei erga poſſibilia eſt ineſſicax. ASSERTVM II. Amor Dei erga creaturas poſſibiles ineſſicax eſt per modum ſimplicis complacentiæ, non efficax per modum amoris operatiui. Ita omnes illi, qui ſuſtinent amorem Dei erga poſſibilia, ſiue iuxta ſuperius aſſertum ſuſtineant talem amorem neceſſarium, ſiue ipſum ſuſtineant liberum.

Probatur Deus amando creaturas poſſibiles, nihil in ipſis operatur nec bonum aliquod ipſis confert: ergo amor Dei erga creaturas poſſibiles non eſt efficax, & operatiuus, ſed eſt per modum ſimplicis complacentiæ, & amoris ineſſicacis bonitatem approbantis præciſè, non efficientis. Antecedens probatur: tum quia quidquid conuenit creaturis poſſibilibus in ſtatu poſſibilitatis neceſſarium eſt: Deus autem ad extra nihil neceſſariò operatur; tum quia primum bonum, quod Deus cuicumque rei impartiri poteſt eſt exiſtentia, & ſine exiſtentia nullum poteſt bonum aduenire: at Deus amando neceſſariò creaturas poſſibiles non vult ipſis exiſtentiam, quia ſecùs non relinqueret ipſas in puro ſtatu poſſibilitatis: ergo nullum bonum creaturis poſſibilibus aut confert, aut vult. Neque dicas hoc eſſe contra rationem genericam amoris, cum amare ſit velle bonum. Contrà enim ſolùm amare efficaciter eſt velle bonum, dummodo ly *velle* ſumatur propriè pro intendere, nam ſi latiùs ſumatur prout omnis actus proſecutiuus voluntatis eſt velle, etiam complacere de bono eſt velle bonum; & in hoc ſenſu Deus amans creaturas poſſibiles dici poteſt velle ipſis bonum, de quo ſibi complacet.

---

§. III.

Vtrùm detur in Deo Amor erga impoſſibilia, & erga peccata poſſibilia?

19. Nullatenùs Deus amat impoſſibilia. ASSERTVM I. Non datur in Deo amor vllus, nequa vlla ſimplex complacentia erga impoſſibilia. Eſt veritas adeò perſpicua, vt ab Auctoribus vix agitetur. Nihilominus, quia vt ex Hemelmanio 1. *part. tit.7. diſput.5. cap.* 1. refert De Quiros 1. *part. quæſt. 19. art.2. num.21.* Recentior quidam auſus eſt oppoſitum docere, non erit otioſum veritatem etiam perſpicuam probare. Ideò aſſertum

Probatur primò: Non poteſt dari in Deo amor erga obiectum, in quo ſit nulla prorsùs ratio boni, ſed in impoſſibilibus nulla eſt prorsùs ratio boni: ergo non datur in Deo, &c. Maior patet: quia amor ex genere ſuo verſari non poteſt, niſi circa obiectum repræſentatum vt bonum: Deo autem, cuius cognitio nec falli poteſt, nec fallere, præ-

ſentari nequit, vt bonum, obiectum, in quo ſit nulla prorſus ratio boni. Minor probatur. Ratio boni non poteſt latiùs patere, quàm ratio entis, ſed in impoſſibilibus nulla eſt prorſus ratio entis: ergo. Et hinc infertur obiter non ſolùm actum amoris, aut complacentiæ, ſed nec actum odij, aut diſplicentiæ dari poſſe in Deo circa impoſſibilia. Nec etiam odit. Cum enim malum ſine omni bono non reperiatur: & ſicuti eſt de eſſentia mali nocere bono; ita ſit de ipſius eſſentia ſimul eſſe cum bono. Conſequens eſt in impoſſibilibus, in quibus nulla prorſus eſt ratio entis, aut boni, nullam prorſus eſſe rationem mali: æquè autem repugnat odium, aut diſplicentia, in cuius obiecto nulla prorsùs appareat ratio mali; ac amor, aut complacentia, in cuius obiecto nulla prorſus apparet ratio boni. Nec refert, quod *in fine ſuperioris* 1. §. traditum ſit Deum habere voluntatis exercitium circa non eſſe, ex quo videtur ſequi, quod poſſit habere voluntatis exercitium etiam circa impoſſibile; cum non ſit maior ratio entis in non eſſe, quàm in impoſſibili. Impoſſibilia ſunt magis non ens, quàm priuationes, & negationes. Non refert inquam, quia in non eſſe, de quo ibi agebatur, id eſt in negatione, ſeu priuatione exiſtentiæ eſt ratio entis connotatiuè, & ob talem rationem entis connotatam dicitur Deus velle non eſſe, quatenus non vult rationem entis connotatam per tale non eſſe: at impoſſibile eſt purum nihil, circa quod non poteſt concipi volitio magis, quàm nolitio, nec vllum voluntatis exercitium, ſicuti non poteſt concipi vllum voluntatis exercitium ſine omni obiecto. Certè voluntatem ſe exercere, ſeu habere actum circa nihil, & habere actum ſine omni obiecto ſynonima ſunt.

Probatur ſecundò: Si quæ eſt ratio, cur Deus poſſit habere amorem, ſimplicemvè complacentiam erga impoſſibilia, maximè quia tum per intellectum poteſt ipſa cognoſcere, vt *lib. ſuperiori cap* 2. §.11. tradebatur, tum per omnipotentiam ipſa facere, vt ſenſerunt Magnetes Græcus, & Claudius Sainctes apud De Quiros *loco cit.* Sed hæc ratio nulla eſt, nam quod dicitur de omnipotentia eandem patitur difficultatem, nec mihi perceptibilis eſt potentia factiua eius, quod non eſt factibile. Ad illud, quod dicitur de intellectu, præter quod ad ſummum probat impoſſibilia à Deo amari in extremis poſsibilibus, ex quibus coaleſcunt, ſicuti ſolùm in talibus extremis à Deo cognoſcuntur; dico latiùs patere obiectum intellectus, Obiectum intellectus latiùs patet, quàm obiectum voluntatis. quàm obiectum voluntatis, quia obiectum intellectus poteſt eſſe veritas purè obiectiua, & hæc etiam in non ente ſimpliciter reperitur. At obiectum voluntatis eſſe nequit ſine aliqua ratione entis ſaltem connotati, & ad ſummum haberi poteſt in non ente ſecundùm quid, nullatenùs in non ente ſimpliciter.

Ex his habes impoſsibilia, ſi à nobis quandoque amantur, amari ex falſa apprehenſione, qua illa, tanquam poſſibilia, & entia imaginamur. Ex eâdem falsâ apprehenſione concipimus in Deo affectum aliquem

circa aliqua impoſſibilia, puta Deo condonante peccatum, affectum, quo vellet tale peccatum non fuiſſe.

22. Nullatenus Deus amat peccata poſſibilia.

Assertvm II. Non datur in Deo vllus amor, neque vlla ſimplex complacentia erga peccata poſſibilia. Aſſerta veritas licet à pluribus non agitetur, ferè tamen ab omnibus ſupponitur, & iure Hemelman *prima parte, tom. 1. tit. 7. diſp. 2.* vocat ipſam indubitatam Martinon *diſp. 13. num. 31.* putat contrarium fidei oppoui. His auctoribus ſubſcribit Arriaga *diſputatione 14. ſectione 6. numero 39.* De Quiros *diſputatione 65. ſect. 4. & quaſtiene 19. articul. 2. numere 16.* licèt hoc loco referat Herice *diſputatione 18. capite 1. numero 9.* & paucos Recentiores abſolutè affirmantes Deum poſſe amare peccatum, vt poſſibile. Cum his tamen auctoribus diſſidium fortè magis eſt de nomine, quàm de re, & fortè in peccato vt poſſibili ipſi reduplicant præciſam rationem poſſibilitatis, quam licèt exiſtimem à Deo non amari, aſſerere tamen ipſam amabilem non eſt adeò periculoſum ac periculoſum ſit aſſerere amabilem malitiam ipſam peccati, vt poſſibilitati ſubſtractam.

23. Peccatum poſſibile dupliciter ſumi poteſt.

Probatur primò: Peccatum poſſibile vel ſumitur vt importat poſſibilitatem præciſè, & abſtractè conſideratam: vel ſumitur, vt importat malitiam in ſtatu poſſibilitatis, ſeu poſſibilitati ſubſtractam, ſed neutro mòdo datur in Deo amor vllus, &c. ergo. Probatur minor quoad primam partem, quod ſcilicet non detur in Deo amor erga poſſibilitatem peccati abſtractè conſideratam. Poſſibilitas abſtractè conſiderata, & vt præciſa à ratione entis ſibi ſubſtracti nullam dicit rationem entis, eſt puta non repugnantia logica, importat puram veritatem obiectiuam enunciabilem hiſce propoſitionibus. Poſſibilitas eſt non repugnantia ad eſſe, quod non implicat contradictionem eſt poſſibile, ergo talis poſſibilitas nullam nec amabilitatem, imo nec odibilitatem; nullam bonitatem, imò nec malitiam inuoluit, adeòque reſpectu ipſius non poteſt in Deo dari amor, imo nec vllus alius actus voluntatis. Probatur eadem minor quoad ſecundam partem, quòd ſcilicet non datur in Deo amor erga malitiam peccati, vt poſſibilitati ſubſtractam. Malitia peccati poſſibilitati ſubſtracta eſt illa eadem, quæ actualitati ſubſternitur, dum peccatum poſſibile fit exiſtens, ſed talis malitia, vt actualitati ſubſtracta non amatur à Deo efficaciter, ergo neque vt ſubſtracta poſſibilitati amatur inefficaciter, ſeu per ſimplicem complacentiam. Minor eſt veritas catholica latè probata à Valentia 1. *parte, diſp. 1. queſtione 19. punct. 3.* contra plures hæreticos ibidem relatos quibus acceptiſſimum eſſet audire Catholicum docentem Deum ſibi complacere in peccati malitia. Conſequentia probatur: Bonitas ratione diuerſi ſtatus poteſt quidem diuerſimodè à Deo amari, diuerſimodè ipſi placere, at non in vno ſtatu amari, in alio odio haberi; in vno ſtatu placere, in altero diſplicere: & bonitas eadem, quæ ſubſtracta actualitati à Deo amatur efficaciter, ſubſtracta poſſibilitati amatur inefficaciter, ergo idem ſentiendum proportionaliter de malitia comparatiuè ad odium, & diſplicentiam, ergo ſi malitia peccati poſſibilitati ſubſtracta eſt illa eadem, &c.

Probatur ſecundò ſimplex complacentia peccati poſſibilis mala eſt, & peccaminoſa, ergo non datur in Deo vllus amor, neque vlla ſimplex complacentia, &c. Antecedens probatur: Simplex complacentia peccati poſſibilis nihil eſt aliud, quam ſimplex complacentia peccati præſcindendo ab exiſtentia, & nec ſupponendo, nec intendendo ipſius exiſtentiam: at talis ſimplex complacentia mala eſt, & peccaminoſa, eſt enim delectatio moroſa in malitia peccati, quæ delectatio moroſa ab omnibus peccaminoſa conceditur. Ergo 24. Complacentia peccati poſſibilis eſt delectatio moroſa.

Dices: Non eſt Deo impoſſibile, nec nobis malum, & peccaminoſum habere complacentiam in potentia peccandi, ergo idem ſentiendum de complacentia in peccato poſſibili. Antecedens patet, quia ſecus eſſet Deo impoſſibilis, & nobis peccaminoſa ſimplex complacentia in noſtra libertate. Conſequentia probatur: Potentia peccandi eſt peccatum ipſum poſſibile conſideratum actiuè: videtur autem idem ſentiendum de complacentia in peccato poſſibili conſiderato paſſiuè, quod de complacentia in eodem conſiderato actiuè. Deinde potentia pecandi eſt eſſentialiter connexa cum peccato poſſibili, ex duobus autem eſſentialiter connexis qui de vno complacet, aut debet, aut ſaltem poteſt de alio complacere. Sed contra potentia peccandi vel ſumitur materialiter, vt potentia libera eſt; vel formaliter vt præciſè potentia peccandi eſt. 25.

Potẽtia peccandi dupliciter ſumitur.

Primo modo verum eſt antecedens, imò in tali ſenſu Deus ſicuti eſt propriè cauſa noſtri liberi arbitrij; ita eſt propriè cauſa potentiæ peccandi, & habet ergo ipſum amorem efficacem, nedum ſimplicem complacentiam; & quo ad hanc partem, ſi inſtantia aliquid probaret, probaret poſſe Deum habere erga peccatum amorem etiam efficacem quod blaſphemum prorſus eſt. Secundo modo potentia peccandi impotentia potiùs, quàm potentia eſt; negatio potius, quàm poſitiua entitas; ideo ad ſummum ratione ſubiecti amabilis eſt, ratione ſui præciſè nec amabilis, nec odibilis: ratione termini connotati odibilis, non amabilis: & qui ſibi complaceret in potentia peccandi vel vt præciſè importat peccatum actiuè ſumptum, vel vt præciſè refertur ad peccati poſſibilitatem, haberet complacentiam peccaminoſam, & eſſet reus delectationis moroſæ; ſicque in hoc ſenſu Deo impoſſibile, nobis malum eſt complacere in potentia peccandi.

Vt potentia peccãdi formaliter non eſt amabilis.

Hinc patet ad probationem conſequentiæ, quæ verificatur ad ſummum de potentia peccandi formaliter, & præciſè acceptâ. 26. Quod additur de connexione potentiæ peccandi cum peccato poſſibili nihil concludit. Nam maiorem habet cum peccato connexionem permiſſio peccati,

cati, aut pœniteotia, quàm potentia peccandi, & tamen conceditur communiter Deum habere complacentiam, imò amotem efficacem, tum permiſſionis peccati, tum pœnitentiæ abſque eo, quod inferatur ineſſe eidem Deo aliquem amotem peccati: & ex duobus neceſſariò connexis, qui amat vnum, amat altetum ad ſummum, quando vtrumque eſt bonum, & amabile. Ratio à ptiori ſit, quia rtlatiua (ſeu, quod idem eſt in præſenti, extrema eſſentialiter connexa) non ſunt ſimul dilectione, ſicuti ſunt ſimul cognitione, vt proptetea nequeat vnum ſine alio amari, eo modo, quo nequit vnum ſine alio cognoſci. Relatio facit cognoſcibilem, ar non facit amabilem terminum, vt propterea nequeat perfectè amari relatio, niſi ametur terminus; eo modo quo nequit perfectè cognoſci, & comptehendi relatio, niſi cognoſcatue terminus.

Relatiua ſunt ſimul cognitione, non dilectione.

27. Ex his habes oon rectè aliquos probare neceſſatium amorein Dei erga creaturas poſſibiles, aut ex neceſſaria cognitione, quam Deus habet de creatutis poſſibilibus, aut ex neceſſaria connexione, quam creaturæ poſsibiles habent cum Deo. Nam prætetquam quod vtraque probatio apparet vitioſa in peccatis poſsibilibus, quæ & neceſſatiò à Deo cognoſcuntur, & neceſſariò cum Deo connectuntur abſque eu, quod aut neceſſariò à Deo, amentut, aut aliquo modo amari poſsint. Deficit prima probatio ex co, quod obiectum intellectus latiùs patet, quàm obiectum voluntatis, obiectum ſcibile latiùs patet, quàm obiectum amabile, vt in fine ſuperioris aſſerti poſitum eſt. Deficit ſecunda probatio ex eo, quod poſitâ neceſſatiâ connexione vnius cum alio ſequitut ad ſummum cognitio vnius ex cognitione alterius, non amor voius ex amote alterius, cum præſertim ex duobus neceſſariò connexis vtrumque ſit cognoſcibile, non vtrumque ſit amabile, vt mox præmiſſum eſt.

---

§. IV.

Qualis amor detur in Deo erga creaturas exiſtentes: Neceſſariusne, an liber? Efficax, an ineſficax?

28. Amor Dei erga creaturas exiſtentes eſt liber, & efficax.

ASSERTVM I. Datoe in Deo erga creaturas exiſtentes amot liber. Ita omnes Theologi communiſsimè contra erroeem negantium diuinæ voluntati actum liberum, de quo ſuprà actum eſt *capite 1. §. 4.* & quidem cum auctoritates, & rationes ibi eelatæ pro libertate diuinæ voluntatis, non poſsint procedere loquendo cohærenter ad ſuperiota aſſerta de exercitio voluntatis aut erga Deum ipſum aut erga creaturas poſsibiles, conſequens eſt, quod vetificentur in ordine ad creatutas exiſtentes, in ordine ad quas peopterea, ex eo, quod Deus liber ſit, euincitur amor Dei libet, ſicuti in ordine ad eaſdem ex eo, quod Deus ſit prima cauſa, eoincitut amor efficax, & operatiuus, adeóque aſsertom facilè.

Probatur. Deus eſt cauſa libera, & cauſa prima creaturarum exiſtentium, ergo datur in Deo erga ereatutas poſſibiles exiſtentes &c. Antecedeus ſupponirur. Conſequentia probatur amor liber, & efficax nihil eſt aliud, quàm volitio libera, & effectiua alicuius boni, ſed eo ipſo, quod Deus, eſt cauſa libera, & prima creaturarum exiſtentium habet libetè velle, & efficere exiſtentiam, quæ eſt maximum creaturatum exiſtentium bonum, ergo. Hinc fit ea, quorum Deus non eſt propriè, & per ſe cauſa, cuiuſmodi ſunt mala culpæ; non amari à Deo efficaciter, quia Deus nec per ſe vult, nec per ſe efficit in ipſis exiſtentiam, imò nec efficacitet amari poſſe, quia Deus nec per ſe velle, nec per ſe efficere in ipſis exiſtentiam poteſt. a 9.

30. Amor Dei erga creaturas exiſtentes meliùs dicitur liber libertate exercitij, quam ſpecificationis.

Dubitatur hîc vtrùm libertas diuini amoris erga creaturas exiſtentes ſit ſolùm exercitij, an etiam ſpecificationis. Reſpoudetur melius dici eſſe ſolùm exercitij. Ratio eſt, quia Deus, cum nec poſſit peruersè velle, nec falsò cognoſcere, non poteſt booum aliquod aut cognitum vt tale, aut repræſentatum vt malum odio habere: libertas igitur, quam Deus habet circa bonum contingens eſt ſolùm, vt amet, vel non amet; non vt amet, & odio babeat, eſt per conſequens exercitij ſolùm, non ſpecificationis. Eodem modo circa malum datur in Deo libertas ſaltem radicalis ad odio habere, vel nou odio habere, quatenùs datue in Deo libertas ad malum permittendum, vel non permittendum, at nou datut libertas ad odio habere & amare, idcirco ait D. Thomas *prima parte, quæſt. 21. artic. 1. ad 2. Cum bonum intellectum ſit obiectum voluntatis, impoſſibile eſt Deum velle, niſi quod ratio ſua ſapientia habet, qua quidem eſt, ſicut lex iuſtitia, ſecundùm quam eius voluntas recta, & iuſta eſt.* Quia tamen etiam libertas, quæ exercetur inter velle, & nolle poſitiuè, ab aliquibus dicitur libertas ſpecificationis, & Deus poteſt poſitiuè nolle creatutas, quas liberè vult, licet deinde illud poſitiuè nolle non ſit odium, ſicuti poſitiuè velle eſt amor, datur in Deo reſpectu creaturatum exiſtentium libertas ſpecificationis quoad velle, & nolle; quamvis non quoad amorem, & odium: proptetea non eſt abſolutè dicendum dari in Deo reſpectu creaturarum exiſteutium libertatem ſolùm exercitij.

31. Datur in Deo erga creaturas exiſtentes

ASSERTVM II. Datur in Deo erga creaturas exiſtentes amor etiam ineſſicax, & neceſſarius, ſolùm tamen ex ſuppoſitione. Ita Salmant. *prima parte, tractat. 40.*

amor etiam neceſſarius, & inefficax. *diſp.5. dub.5. num.52.* Arriaga *diſp.54.ſect.6. num.45. &c.*

Probatur, & explicatur amorem efficacem Dei erga creaturas exiſtentes, ſeu decretum efficax de creaturarum exiſtentiâ cooſequitur ſcientia viſionia, qua Deua creaturas exiſteotes, & ipſarum bonitatem ſub ſtatu actualitatis intoetor, iuxta illud Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*, ergo de hae bonltate per ſcientiam viſionis ſub ſtatu actualitatis cognitâ habet Deus amotem inefficacem, quo talem bonitatem, vt præſuppoſitam attingit, nullatenùs efficit, & quia bonitas huiuſmodi actualis ſuppoſito decreto iouariabili neceſſaria eſt ex ſuppoſitione, etiam amor lnefficax Dei erga talem bonitatem eſt ex ſuppoſitione neceſſatius, cum non poſſit eſſe talis bonitas, quin ſit amot inefficax Dei amantis omne bonum omni modo, quo eſt amabile, bonom ſcilicet omniod neceſſarium, amore omninò neceſſario; bonum omoinò contingens amore omninò libeto; bonum oeceſſatium ſecundùm quid, & ex ſuppoſitione; cootingeos ſimplicitet, & abſolutè amore neceſſario ſecundùm quid, & ex ſuppoſitione; libero ſimpliciter, & abſolutè, talis eſt ſimplex Dei complacentia erga creatutas exiſtentes, quæ cum ſit neceſſaria ex ſuppoſitione ipſi Deo libertimâ, ſcilicet ex ſuppoſitione decreti libertimè à Deo eliciti eſt oeceſſatia ex ſuppoſitione oon impediente abſolutam libertatem; & conſequenter ita eſt ex ſuppoſitione neceſſatia, vt ſit ſimpliciter, & abſolutè libera, eo modo, quo io ordine ad eaſdem creaturas exiſtentes eſt ex ſuppoſitione neceſſaria, ſimpliciter verò, & abſolutè eſt libera ſcientia viſioois.

32. Ex bis habes, quomodo iotelligenda ſint verba illa D. Thomæ *prima parte, quæſt. 19. art.3. ad 6. Deus quæcumque ſcit ex neceſſitate ſcit; nõ autem quæcumque vult ex neceſſitate vult*, à nonnullis afferri ſolita coutra amorem oeceſſarium Dei erga creatutas poſſibiles: intelligenda ſcilicet ſuot de voluntate efficaci, & amote opetatiuo. De hoc ſolùm abſque limitatione verificatur: *Deus non quæcumque vult ex neceſſitate vult*; abſque limitatione inquam, & intelligendo per ly *ex neceſſitate* neceſſitatem tum abſolutam, tum ſuppoſitionis. Enimverò licet in otdine ad quæcumque obiecta ſecundaria voluntas Dei etiam efficax ſit neceſſaria neceſſitate ſuppoſitionis, puta ſi Deus velit loqui, neceſſarium ſit oeceſſitate ſuppoſitionis, ſeu ex ſuppoſitione locutionis, quod loquatut vera: oihilominùs non quæcumque efficacitet vult, vult hoc modo; ſed plura efficacitet vult abſque vllâ neceſſitate etiam ſuppoſitionis, vt ereationem huius mundi, eleuationem homiois ad finem ſupernaturalem &c. At quæcumque ſcit ex neceſſitate ſcit, ſaltem ſcilicet neceſſitate ſuppoſitionis, quatenùs ſcientia futororum, quæ eſt ſcientia in Deo maximè libeta eſt ex ſuppoſitione neceſſaria, & ex ſuppoſitione decreti liberi Deus neceſſariò neceſſitate ſuppoſitionis ſcit rem decretam. Cæterùm comparando ſcientiam ad volitionem ſimplicis complacentiæ, ſeu ad amotem iocfficacem æquè neceſſarium eſt diuinum velle, ac diuioum ſcire: & ſicuti Deus quæcumque ſcit ex neceſſitate ſcit, poſſibilia quidem ex neceſſitate ſimpliciter, exiſtentia ex neceſſitate ſuppoſitionis; ita quæcumque per ſimplicem complacentiam vult, ex neceſſitate vult; quatenùs habet de rebos poſſibilibus ſimplicem complacentiam neceſſariam ſimpliciter, de exiſtentibus ſimplicem complacentiæ oeceſſariam ex ſuppoſitione.

In quo ſenſu magis neceſſarium ſit Deo ſcire, quam velle creaturas.

---

§. V.

Virùm amor Dei erga creaturas exiſtentes ſit amor concupiſcentiæ, an amicitiæ erga creaturas rationales: Beneuolentiæ erga irrationales.

ASSERTVM: Amor Dei erga creaturas rationales eſt amor amicitiæ. 33.
Ita D. Thomas *in 3. diſt. 32. quæſt. 1. art. 2.* Scotus *eadem diſtinct. quæſt. unicâ, §. ad ſecundum dico*, Durandus, Richardus, & alij aotiquiores eâdem pariter diſtioctiooe, & ex recentioribua Salioant. *prima parte, tractat.4. diſput. 3. dub.2. numero 38.* Arriaga *diſput. 26. ſect.4.* De Qoiros *diſputat. 73. ſect. 2.* Martioon *diſputat.16. ſect.3.* contra nonoullos admittentes Dei ad creatoras amicitiam ſolùm emioenter, contra quos adeo commooiter aſſerta veritas traditur non ſolùm à Theologis, verùm etiam *à SS. Patribus*, vt Ruiz *diſp.52. ſect. 6. num.7.* affitmat noo poſſe ſine errore abſolotè oegari.

Amor Dei erga creaturas rationales eſt amor amicitiæ.

Probatur primò ex Scriptura Sap. 7. *Participes facti ſunt amicitiæ Dei.* Io. 15. *Vos amici mei eſtis: iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos:* Quæ & ſimilia, eaque plotima Scripturæ loca ad ſenſum improprium detorquere ſine neceſſitate periculoſum eſt ex ſæpiua dictis.

Dices non deeſſe neceſſitatem intelli- 34.
geodi huiuſmodi Scripturæ loca de amicitia emioenti. Habetur autem huiuſmodi neceſſitas ex eo, qood alioode probatur ſaluari non poſſe in Deo rationem formalem rigoroſæ amicitiæ. Enimverò rigoroſa amicitia, vt *ex Ariſtotele* aliiſque communiter tradit D. Thomas 2. 2. *quæſtione 23. articulo 1. in C. Non eſt quilibet amor, ſed amor, qui eſt cum beneuolentia; quando ſcilicet ſic amamus aliquem, vt ei bonum velimus. Si autem rebus amatis non bonum velimus, ſed ipſum eorum bonum nobis velimus, non eſt amor amicitiæ, ſed cuiuſdam concupiſcentiæ:* At Deus non poteſt amare ereaturam volendo bonum ipſi tanquam fini, & oeceſſe eſt,

eſt, vt omne bonum, quod creaturæ vnlt, velit ſibi, & propter ſe. Primò quia ex Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſe ipſum operatus eſt Dominus*, adeóque etiam voiuerſa propter ſe ipſum amat. Secundò quia Deus non amat bonum, niii honeſtum, bonum autem non eſt honeſtum, niſi vt relatum ad vltimum finem, & Deum ipſum qui eſt prima, & indefectibilis regula honeſtatis. Tertiò quia Deus non poteſt habere aliquod creatum pro obiecto motiuo ſui amoris, ſicuti non poteſt habere aliquod creatum pro obiecto motiuo ſuæ cogoitionis. Si autem vellet bonum creaturæ propter ipſam creaturam, haberet aliquod creatum pro motiuo ſui amoris; ergo ſaluari non poteſt in Deo ratio formalis rigoroſæ amicitiæ. Accedit quod ſaluari pariter in Deo non puteſt potiſſima rigoroſæ amicitiæ conditio, quæ eſt æqualitas amicorum iuxta illud tritum, *Amor aut pares inuenit amantes, aut facit.* Inter Deum autem, & creaturam æqualitatem aliquam ponere nefas eſt. Sed contra: Dupliciter ſtat velle bonum alteri propter ſe, nimirum aut propter ſe, tanquam propter finem vtilitatis, vt ita dicam, paſſiuæ, & acceptæ; aot propter ſe, tanquam propter finem vtilitatis actiuæ, & atce Primo modo Deua noo amat creaturas propter ſe, quia nullam ex creaturis vtilitatem, nullum commodum conſequi poteſt. Ipſe enim ex Pſalm. 15. *Bonorum noſtrorum non indiget*, & nos reſpectu ipſius ex Luc. 17. *Serui inutiles ſumus*. Secundo modo verè Deus amat creaturas propter ſe ipſum tanquam propter finem vltimum, à quo omnes creaturæ bonitatem participant, in quo creaturæ rationales ſuum ſummum bonum, ſuam beatitudinem reperiunt, cui ſeruire regnare, ſubordinare perficei eſt, & hoc ſolùm euincunt ea, quæ afferebantur ad probandum Deum non poſſe amare creaturam

Quomodo ſit de ratione amicitiæ velle bonū amico propter ſe.

volendo bonum ipſi tanquam fini. Porrò ratio formalis amicitiæ non petit, quod amans velit bonum amico tanquam fini vltimo ſimpliciter, & tanqoam fini vtilitatis actiuæ, tribuenti ſcilicet, non recipienti vtilitatem, alioqui dari nun poſſet amicitia niſiin ordine ad Deum; qui ſolus eſt finis ſimpliciter vltimus, & vtilitatis purè actiuæ. Petit igitur ſolùm, quod amana velit bonum amico tanquam fini vltimo ſecundùm quid, & vtilitatis paſſiuæ, adeò vt bonum, quod amans amico vult, in ratione afferentis vtilitatem, ſit vltimò volitum propter amicum, ſeù ſit volitum præcisè propter vtilitatem, quam affert amico. In hoc ſenſu Deus vult bonum creaturis rationalibus propter ipſas, non propter ſe ipſum, ideo ſaluatur Dei ad creaturas rationales ratio formalis rigoroſæ amicitiæ. Saluantur etiam omnes rigoroſæ amicitiæ conditiones, & æqualitas, quæ in inſtantia affertur tanquàm potiſſima rigoroſæ amicitiæ conditio,

Amicitia alia æqualis, alia ſuperexcellentiæ.

conuenit alicui tantum, non omni amicitiæ, & vltra amicitiam æqualitatis, quæ verſatur inter pares datur ex Ariſtotele 8 *Ethic. capite* 7. Amicitia ſuperexcellentiæ, quæ non eſt paris ad parem, ſed ſuperioris ad inferiorem, Patris ad filium, Regis ad ſubditum, Dei ad creaturam. Neque dici poteſt hanc amicitiam ſuperexcellentiæ eſſe ſolùm eminenter amicitiam, qoia nimis durum eſſet admitti non poſſe amicitiam formalem Patris ad filium, & ſi hæc ponatur eminens, & formali perfectior, quia eſt ſuperioris: Amicitia filij ad patrem deberet poni amicitia formali imperfectior, quia eſt inferioris.

35. Probatur ſecundò: Amor amicitiæ eſt mutua beneuolentia fundata ſuper aliqua communicatione, ſed verè Deus plura bona creaturis communicat; ergo verè datur in Deo reſpectu creaturarum fundamentum amoris amicitiæ, & ſtatim in Deo formalis amicitia conſurget poſitâ præcisè ratione mutui ex parte creaturæ: Maior eſt communiter recepta explicatio amicitiæ, tradita etiam à D. Thoma 2. 2. *quæſtione* 23. *art.* 1. *in C.* Minor patet, quia omnia creata bona Dei ſunt dona, nec aliquid habet creatura, quod à Deo non acceperit: euincit id etiam, quæ in Deo reperitur, ſumma ratio boni in ſui diffuſione, & communicatione, maximè relucentis.

Amicitia fūdatur ſuper aliqua communicatione.

36. Dices hinc probari ad ſummum in Deo beneuolentiæ amorem erga creaturam, nullatenus amorem amicitiæ: hæc enim fundatur in communicatione bonorum, non quacumque, ſed mutuâ, non apparet autem quomodo dari poſſit inter Deum, & creaturam mutua bonorum communicatio; cum creatura Deo nihil poſſit communicare, Deus à creatura nihil poſſit accipere. Sed contra ſicuti amor ex genere ſuo requirit affectiuam, non realem vnionem amantis; ita amor amicitiæ requirit affectiuam, non realem communicationem bonorum; hæc autem affectiua communicatio reperiri optimè poteſt in creatura rationali reſpectu Dei. Dici etiam poteſt huiuſmodi communicatio æquiualenter realis, quatenus, ſi Deus poſſet aliquo bono carere, & creatura poſſet tale bonum Deo conferre, amans Deum ſuper omnia id præſtaret. Expreſſit hanc amoris energiam *Auguſtinus* ſic Deum alloquens: Si tu eſſes Auguſtinus, & ego eſſem Deus, vellem ego eſſe Auguſtinus, & tu eſſes Deus.

Aut reali, aut affectiua, & æquiualenti.

37. Dices inſuper: Si amor beneuolentiæ iuxta ſuperiorem probationem in bonorum communicatione fundatur, & præcisè poſitâ redamatione tranſit in amorem amicitiæ, Deus haberet amorem beneuolentiæ, & quantum eſt de ſe poneret ſufficiens fundamentum amoris amicitiæ, etiam reſpectu peccatoris, nam etiam peccatori plura bona commonicat, conſeruat ſcilicet exiſtentiam, & alias naturales perfectiones; conſeruatio autem bonorum nihil eſt aliud, quàm continuata bonorum communicatio. Sed contra: Communicatio bonorum, in qua beneuolentia conſiſtit, ſuper qua amicitia fundatur, debet cedere in vtilitatem eius cui bona communicantur, & propter talem vtilitatem intendit. Non ex hoc fine

Dummodo talis communicatio intendatur, & cedat in vtilitatem eius, cui fit.

intendit

extendit Deus exiſtentiam, & perfectiones nåturales, quas in peccatore conſeruat; ſed has intendit, conſeruat, & continuatè peccatori communicat in vtilitatem iuſtorum, & amicorum, quorum nomine venire poteſt ipſe etiam peccator, pro ſtatu tamen, pro quo à peccato ad gratiam, & amicitiam Dei reuertatur, hoc videtur innuere Auguſtinus in Pſalm. 54. *Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit vt per illum bonus exerceatur*. Peccatorem igitur in ſtatu peccati, ſi Deus aliqualiter amat, amat amore concupiſcentiæ, quia aut in vtilitatem aliorum ſimpliciter, aut in vtilitatem ipſius, pro alio tamen ſtatu, non pro ſtatu peccati.

38. Ex his habes ſub diuerſa ratione Deum amare creaturas rationales (loquor de creaturis rationalibus habentibus bonitatem moralem, & iuſtitiam, in ordine ad quas ſolas intelligi debet aſſertus in Deo amor amicitiæ) & propter ſe ipſas, & propter ſe ipſum: propter ſe ipſas tanquam propter finem ſecundùm quid, & vtilitatis paſſiuæ: propter ſe ipſum, tanquam propter finem ſimpliciter, & vtilitatis actiuæ. Nec placet Arriaga 1. *parte, diſp.* 26. *ſect.* 4. *num.* 17. docens poſſe Deum amare creaturam propter ſe ipſam, etiam illam nullatenus ad ſe, tanquam ad finem vltimum ordinando. Non placet inquam primò, quia taliter amare creaturam propter ſe ipſam, eſt in creatura conſtituere finem vlt[illegible] negatiuè ſaltem, in quo peccatur ſaltem venialiter; vt enim traditur initio *prima ſecunda* peccans lethaliter habet interpretatiuè creaturam pro fine poſitiuè vltimo; qui peccat venialiter habet creaturã pro fine vltimo negatiuè. Secundò Deus, ſicuti eſt neceſſariò vniuerſalis, & prima cauſa; ita eſt neceſſariò vniuerſalis, & vltimus finis; ergo ſicuti non poteſt velle creaturam, niſi velit ipſam à ſe, tanquam à prima cauſa; ita non poſſet velle creaturam niſi velit ipſam eſſe propter ſe, tanquam propter vltimum finem. Tertiò actio moralis non eſt honeſta, niſi implicitè ſaltem intendatur propter Deum tanquam vltimum finem, vt ſuppono ex initio *prima ſecunda*; ſed Deus nequit habere ſui ipſius intentionem implicitam, alioqui poſſet etiam habere implicitam, & confuſam ſui cognitionem ergo neceſſe eſt, quod Deus, vt potè ſemper honeſtè operans, intendat ſemper non qualicumque, ſed explicita intentione operari propter ſe ipſum.

Nullatenus tamen propter ſe ipſas præcisè.

39. Assertvm II. Amor Dei erga creaturas irrationales de facto eſt amor concupiſcentiæ, poſſet tamen etiam eas amare amore beneuolentiæ, ſi vellet. Colligitur ex D. Thoma *in* 3. *diſtinctione* 32. *articulo ſecundo ad primum*.

Amor Dei erga creaturas irrationalẽs eſt cõcupiſcentia poſſet tamẽ eſſe beneuolentia.

Probatur prima pars: De facto Deus amat creaturas irrationales ordinando ipſas ad vtilitatem creaturarum rationalium, hominum præſertim: ſed amare vnum tanquam vtile alteri, & propter vtilitatem alterius, concupiſcentiæ amor eſt, non beneuolentiæ, quæ ex ſupradictis conſiſtit in eo, quod quis bonum rei amatæ velit ipſi rei amatæ, ſaltem tanquam fini vtilitatis; ergo amor Dei erga creaturas irrationales de facto eſt amor concupiſcentiæ. Maior probatur ex Scriptura, in qua ſæpius exprimitur creaturas inferiores homine eſſe homini ſubiectas, ad homines vſum; & vtilitatem conditas: Sic habetur Gen. 1. *Replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, &c.* Deut. 4. *Ne fortè eleuatis oculis ad Cœlum videas ſolem, & Lunam, & omnia aſtra Cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub Cœlo ſunt.* Pſalm. 8. *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues, & boues, &c.*

Omnia irrationalia ſunt propter vtilitatem, & commodum creaturæ rationalis.

Probatur ſecunda pars ſi Deus non ordinaſſet creaturas irrationales ad creaturæ rationalis vtilitatem, & commodum, haberet erga illas amorem beneuolentiæ, nec aliquid abeſſet, quod Deus vellet creaturas irrationales propter ſe ipſum, tanquam propter vltimum finem. Nam ſicuti hoc non obeſt amori beneuolentiæ erga creaturas rationales; ita nec abeſſe poſſet erga irrationales, & de facto negatur ratio beneuolentiæ in amore Dei erga creaturas irrationales: non quia ipſas amet propter ſe ipſum, ſed quia quia ipſas amat propter vtilitatem, & commodum creaturæ rationalis: at poſſet Deus velle creaturas irrationales propter ſe ipſum præcisè, eas non ordinando ad vtilitatem & commodum creaturæ rationalis, eaſdemque à creaturæ rationalis dominio ſubtrahendo, ergo poſſet Deus, ſi vellet, amare creaturas irrationales amore beneuolentiæ. 40.

Dubitatur hîc vtrùm Deus ſicuti creaturas irrationales, quas amat de facto amore concupiſcentiæ amare poſſet amore beneuolentiæ, ita creaturas rationales, quas amat de facto amore beneuolentiæ, amare poſſet amore concupiſcentiæ. Reſpondetur affirmatiuè ſaltem quoad aliquas, quia poſſet Deus aliquas creaturas rationales ordinare ad commodum, & vtilitatem aliarum, aliquas aliis ſubiicere: in qua hypotheſi amor Dei erga aliquas creaturas rationales eſſet concupiſcentia. Eodem modo, quo de facto eſt concupiſcentia amor Dei erga creaturas irrationales. Dixi aliquas ſaltem, nam omnes creaturas rationales non poteſt Deus propriè ordinare ad vtilitatem aliarum creaturarum, quia deberet illas ordinare ad vtilitatem creaturarum irrationalium: hæ autem non ſunt capaces propriè percipiendi vtilitatem & vſum cum non ſint capaces dominij, cuius exercitium eſt re aliquâ propriè vti, ex re aliquâ vtilitatem percipere. 41.

Amor Dei erga aliquas creaturas rationales poteſt eſſe cõcupiſcentia.

CAPVT

CAPVT IV.

De aliis quibuſdam actibus, ſeu affectibus, & quaſi paſſionibus diuinæ voluntatis.

1. QVAMVIS perſpicuum ſit paſſiones propriè, & ſecundùm primæuam nominis impoſitionem acceptas, quatenùs ſcilicet important operationes appetitus cum tranſmutatione, ſeu alteratione corporea, in diuina voluntate propriè non repetiri, imò nec in voluntate creata, niſi per accidens ob appetitum ſenſitiuum ipſi coniunctum: Nihilominùs, quia in voluntate, ſeu appetitu intellectiuo dantur actus valde ſimiles, & affines iis, qui in appetitu ſenſitiuo paſſiones vocantur, tranſlatum eſt paſſionis nomen, ab actu appetitus ſenſitiui, cui propriè conuenit ad actum appetitus intellectiui, cui conuenit ſolùm impropriè, vt docet D. Thomas 1. *part. quæſt.* 2. *ad* 1. & 1. 2. *quæſt.* 22. *art.* 3. *in C.* & hac ratione non ſolùm tribuitur voluntati creatæ ab appetitu ſenſitiuo omninò ſeiunctæ, qualis eſt voluntas Angelorum, de quibus Auguſtinus 9. *de ciuit. cap.* 5. ait: *Sancti Angeli, & ſine ira puniunt, & ſine miſeria compaſſione ſubueniunt, & tamen iſtarum nomina paſſionum conſuetudine locutionis humanæ etiam in eos vſurpantur propter quandam operum ſimilitudinem, non propter affectionum infirmitatem;* Verùm etiam præſcindendo à limitatione, diſtinctione reali, & ſimilibus, tribui poteſt voluntati diuinæ. Explicandum iam eſt ſub præſentis capitis titulo, vtrùm in hoc ſenſu minùs proprio omnes, an aliquæ, tantum paſſiones Deo conueniant. Solent autem communiter cum D. Thoma 1. 2. *quæſtione* 23. *articul.* 4. *in C.* vndecim paſſiones aſſignari, & ſunt amor, odium: Deſiderium, fuga: Gaudium, triſtitia: Spes, deſperatio: Timor, audacia, & ira. Ex his quoad amorem, & gaudium iam patet ex ſupradictis vtrumque Deo conuenire: & quidem quoad amorem ex profeſſo res agitata eſt: quoad gaudium colligitur tum *ex* §. 2. *cap.* 2. vbi difficultas diſtinguendi in Deo amorem à gaudio ſatis oſtendit Deum gaudio non carere, tum *ex* §. 2. & 4. *cap.* 3. vbi probata eſt ſimplex complacentia erga creaturas, tum poſſibiles, tum exiſtentes, ſicque nullus ſupereſt locus ambigendi de gaudio Dei & erga ſeipſum, & erga creaturas. Gaudium Dei erga ſeipſum confirmat ſpecialiter perfectiſſima Dei beatitudo; gaudium eiuſdem erga creaturas præſertim exiſtentes euincunt verba illa Pſalm. 103. *Lætabitur Dominus in operibus ſuis.* Suppoſitis igitur in Deo amore, & gaudio, ad reliquas quaſi paſſiones explicandas procedimus: & primò ad odium, quod diuidi ſolet in odium abominationis, & inimicitiæ, illud contrariatur amori concupiſcentiæ; iſtud amori amicitiæ, vt enim rectè notat Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtione* 20. *diſputatione* 6. *articulo* 2. *numero* 2. Sicut concupiſcentia eſt circa rem volitam, amicitia circa perſonam, cui illam volumus; ita odium abominationis eſt circa ipſum malum, quod diſplicet, odium inimicitiæ circa perſonam, quæ pariter diſplicet, & cui, quia diſplicet, malùm aliquod volumus. In hac contrarietate odij, & amoris, animaduerſione dignum eſt diſcrimen, quod inter vtrumque affert Caietanus 1. 2. *quæſtione* 29. *art.* 1. ſitum in eo, quod actus amoris dicit duplicem reſpectum perſecutionis, non ſic actus odij duplicem reſpectum fugæ, ſed licet dicat duplicem reſpectum, vnus tantùm eſt fugæ, alter eſt proſecutionis. Amor ſcilicet fertur per modum proſecutionis tum in bonum, quod vult, reſpectu cuius eſt concupiſcentia; tùm in perſonam cui bonum vult, reſpectu cuius eſt amicitia; odium dum fertur per modum fugæ in malum, quod diſplicet reſpectu cuius eſt abominatio, fertur per modum proſecutionis in perſonam, quæ tale malum patitur, dum fertur per modum fugæ in perſonam, quæ diſplicet, reſpectu cuius eſt inimicitia, fertur per modum proſecutionis in malum, quod tali perſonæ inimicus vult. His pro breui vtriuſque odij explicatione prælibatis ſit

Paſſiones impropriè conueniunt voluntati.

Vndecim aſſignantur.

Odij aliud abominationis, aliud inimicitiæ.

---

§. I.

Vtrùm detur & in Deo odium tum abominationis, tum inimicitiæ?

3. ASSERTVM I. Datur in Deo odium abominationis rigoroſè, & propriè tale. Ita præter Auctores citandos in ſequenti aſſerto pro odio inimicitiæ Syluius *prima parte, quæſt.* 20. *artic.* 2. aliique nonnulli contra Ferrarienſem 1. *contra Gentes, cap.* 96. Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 20. *diſp.* 6. *art.* 2. *num.* 4.

Deus habet odium abominationis rigoroſum.

Probatur primò Deus habet de peccato affectum per modum fugæ, tanquam de aliquo, quod ſibi diſplicet, ſed huiuſmodi affectus eſt odium abominationis rigoroſè, & propriè tale, ergo datur in Deo &c. Maior patet, tum quia Deus habet de gratia, & honeſtate peccato contraria affectum per modum proſecutionis, tanquam de aliquo, quod ſibi placet; tum quia de obiecto, quod amico nocet, ſolet haberi affectus per modum fugæ &c. At peccatum eſt obiectum, quod Dei amicis nocet, ergo. Minor probatur, quia non apparet quid tali affectui deſit ad propriam, & rigoroſam rationem, odij abominationis.

4. Dices ex Ferrarienſi *loco cit.* peccato deeſſe

Odium abominationis poteſt eſſe

etiam circa priuationes.

eſſe rationem rei ſubſiſtentis, odium autem non eſt, niſi rei ſubſiſtentis. Sed contra: De odio ſolùm amicitiæ verificatur, quod debeat eſſe circa rem ſubſiſtentem, quia non exercetur; niſi circa perſonam rationalem, cæterùm odium abominationis eſſe poteſt de quocumque malo noxio, & diſplicente, ſiuè tale malum ſit ſubſiſtens, ſiue non: ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens: ſiue ſit quid poſitiuum, ſiue priuatiuum, vt euincitur ex eo, quod nos peccatum paupertatem, cæcitatem, & alias huiuſmodi carentias, nimium calorem, nimium frigus, & alia huiuſmodi accidentia nobis, aut amicis noxia rigoroſo, & proprio abominationis odio auerſamur.

5. Dices ex Io. à S. Thoma *loco cit. num. 5.* Affectui diſplicentiæ Dei de peccato adeſſe motiuum requiſitum ad proprium, & rigoroſum odium, quod motiuum debet eſſe contrarietas, & diſſonantia mali, quod diſplicet ad voluntatem eius, cui diſplicet: peccatum autem non habet contrarietatem, & diſſonantiam ad diuinam voluntatem, cum à diuina voluntate permittatur, & Deo permiſſiuè volente committatur. Debet inquam motiuum odij eſſe contrarietas, ſeu diſſonantia, &c. Tum quia D. Thomas 1. 2. *q. 29. art. 1. in C.* expreſsè ait: odium eſt diſſonantia quædam appetitus ad id, quod apprehenditur &c. Tum quia ſecus omnis affectus fugæ dici poſſet odium rigoroſum, niſi hoc ſpeciale motiuum requireret. Sed contra: Admitto motiuum odij (ſubintellige proximum, cum enim iuxta D. Thomam *quæſt. mox. cit. art. 2. in C.* omne odium cauſetur ex amore, motiuum remotum odij dici poteſt eſſe motiuum amoris: conuenientia ſcilicet, & conformitas illius boni, quod contrariatur malo diſplicenti diſſonanti, odibili) debere eſſe contrarietatem, & diſſonantiam cum voluntate: at nego peccatum non habere reſpectu diuinæ voluntatis ſufficientem contrarietatem & diſſonantiam. Licet enim non ſit contrarium, & diſſonum voluntati diuinæ permiſſiuè aut efficaci, tale tamen eſt voluntati diuinæ præceptiuæ, aut inefficaci: & hæc diſſonantia, ſeu contrarietas eſt ſufficiens motiuum odij, vt quoad contrarietatem voluntati præceptiuæ exemplificari poteſt in Legiſlatore, qui etiam permittendo propriæ legis tranſgreſsionem poteſt hanc odire, & deteſtari: quoad contrarietatem voluntati inefficaci exemplificari poteſt in pœnitente habente proprium odium de peccatis commiſsis, quæ tamen ſunt ſolùm contraria voluntati ipſius inefficaci. Neque enim poteſt pœnitens efficaciter velle ſe non peccaſſe.

Odium omne cauſatur ex amore, & habet pro motiuo remoto motiuum amoris, pro motiuo proximo diſſonantiam cum voluntate.

Probatur ſecundò à fortiori argumentis tum ab auctoritate, tum à ratione deſumptis, quæ mox afferentur pro odio inimicitiæ Dei ad peccatorem. Pro quo ſit

6. ASSERTVM II. Datur in Deo reſpectu peccatoris odium inimicitiæ rigoroſè, & propriè tale. Ita Vaſquez *prima parte, diſput. 84. cap. 3.* Lugus *lib. 1. diſputat. 35. cap. 3. num. 5.* Martinon *diſputat. 16. numero 59.* De Quiros *quæſt. 2. articul. 1. numero 16.* Auerſa *quæſt. 20. numero 8. &c.* contra *Ferrarienſem, Ioannem à S. Thoma Syluium* locis relatis in ſuperiori aſſerto. Inſuper contra Faſolum *prima parte, quæſt. 20. artic. 1.* Granadum *tractat. 6. diſput. 2.* Suarez *lib. 3. de attributis, capite 7. numero 5. &c.*

Deus habet odium inimicitiæ rigoroſum.

Probatur primò ex Scriptura Exodi 13. *Inimicus ero inimicis tuis.* Pſalm. 36. *Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint.* Rom. 8. *Cum inimici eſſemus.* Et licet hi duo poſteriores textus exprimant ſolùm inimicitiam hominis ad Deum, tamen ſicuti ex amicitia hominis ad Deum infertur amicitia Dei ad hominem; ita proportionaliter &c. Confirmatur. Odium peccatoris eſt proprium odium inimicitiæ, cum ſit odium perſonæ, ſed in Scriptura ſæpiſsimè exprimitur dari in Deo odium peccatoris: Sap. 14. *Odio ſunt Deo impius, & impietas eius.* Pſalm. 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.* Eccl. 12. *Altiſſimus odio habet peccatores, &c.* ergo.

7. Dices allatos textus, alioſque huiuſmodi, qui afferri poſſunt ad probandum in Deo odium inimicitiæ reſpectu peccatoris, aut odium abominationis reſpectu peccati, vt Iudith 5. *Deus illorum odit iniquitatem.* Pſalm. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Prouerb. 15. *Abominatio eſt Domino via impij.* Non debere intelligi in ſenſu proprio & rigoroſo, alioqui conciliari non poſſent cum textu illo Sap. 11. *Nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens aliquid feciſti, aut conſtituiſti.* Sed contra: Deus nec peccatum fecit, nec peccatorem; ideo ex eo, quod Deus nihil oderit eorum, quæ fecerit, optimè ſtat, quod propriè, rigoroſéque odio habeat tum peccatum, tum peccatorem, nec neceſsitas ſuſtinendi Scripturam in omnibus ſibi conformem vllatenùs cogit ad ſenſum metaphoricum, & improprium detorquere textus allatos pro odio Dei abominantis reſpectu peccati, inimicitiæ reſpectu peccatoribus, fauent nobis D. Auguſtinus, & D. Thomas ille *lib. 1. ad Simplicianum, quæſtione 2.* dicens: Non odit Deus Eſau hominem, ſed Eſau peccatorem: Iſte *prima parte, quæſt. 20. artic. 1. ad 4. Deus peccatores, in quantum ſunt naturæ quædam, amat, ſic enim & ſunt, & ab ipſo ſunt. In quantum verò peccatores ſunt, non ſunt, ſed ab eſſe deficiunt; & hoc in eis à Deo non eſt. Vnde ſecundum hoc ab ipſo odio habentur.* Hinc patet D. Thomam 1. *contra Gentes, cap. 96.* & aliis in locis, quæ ex ipſo ab aduerſariis contra nos afferuntur non negare abſolutè proprium odium in Deo, ſed ſolùm reſpectu creaturarum, quatenùs ab ipſomet Deo ſunt, qua ratione procul dubio ſunt omnes bonæ, & amabiles, non odibiles.

Nihil tamen odit eorum, quæ ipſe fecit.

8. Probatur ſecundò odium inimicitiæ eſt, quo quis verſatur circa perſonam, quæ diſplicet, & cui, quia diſplicet, malum

lum vt ipſi malum volt : Sed Deus reſpectu peecatoris habet propriè, & rigorosè huiuſmodi affectum, ergo datur in Deo reſpectu peccatoris &c. Maior eſt communis explicatio odij tradita etiam ab aduerſariis, vt traditum eſt in huius capitis limine. Mioor probatur, quia licet perſona, natura & ſubſtantia hominis ſecundùm ſe, & ſecundùm quod à Deo eſt, Deo non diſplicest, tamen vt fœdata peccato, & vt ab homine deficiens inducit contrarietatem quamdam, & diſſonantiam ad diuinam voluntatem, ratione cuius Deo diſplicet : & ſicuti homo per gratiam fit obiectum ſpecialis complacentiæ Dei, cuius non eſt obiectum ſecundùm ſe, ita per peccatum fit obiectum diſplicentiæ, cuius ſecundùm ſe obiectum non eſt. Ex eo deinde quod tali perſonæ, quia diſplicet, Deus malum velit, conſequens eſt, quod velit malum, vt ipſi malum, nam velle alicui malum, vt ipſi bonum, eſt velle malum alicui, quia placet, non quia diſplicet : & contingit etiam erga amicos, quibus ſæpiſſimè malum aliquod volumus, vt in maius ipſorum bonum redundet.

Peccator Deo diſplicet, non ſecūdùm quod à Deo eſt, ſed ſecūdùm quod a tali eſſe deficit.

9. Dices, ad rigorosum odium inimicitiæ non ſufficere, quod quis velit malum alicui quomodocumque vt ipſi malum, niſi velit præcisè, vt ipſi malum. Deus autem non vult malum peccatori præcisè, vt malum ipſi eſt, cum velit tale malum, vt maius bonum correctionis, vel ipſius peccatoris, vel aliorum, aut ſaltem ob oſtenſionem punitiuæ iuſtitiæ. Et ſicuti humanus Iudex dum ex motiuo punitiuæ iuſtitiæ vult reo pœnam temporalem, non videtur habere erga talem reum odium inimicitiæ; Ita Deus, dum ad eiuſdem iuſtitiæ oſtenſionem vult pœnam, vel æternam, vel temporalem peccatori non dicetur &c. Sed contra : Repugnaret quodlibet odium inimicitiæ, ſi neceſſariò requireret velle malum præcisè vt malum : voluntas enim, cuius nomine venit affectus proſecutiuus, quale eſt velle, non eſt niſi boni, & vt communiter dicitur, *Nemo intendens ad malum operatur.* Velle igitur malum inimico vt bonum, aut ipſi apperenti, qua ratione Deus vult pœnam æternam peccatori ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ; aut alteri ab inimico, qua ratione Deus peccatorem punit ad aliorum correctionem, nullatenùs afficit rigoroſo odio inimicitiæ. Ad illud, quod additur de iudice dico, ſi iſte præcisè ex motiuo iuſtitiæ vult pœnam reo abſque diſplicentia perſonæ, vtique non eſt reo inimicus : at ſi cum motiuo iuſtitiæ eſt diſplicentia perſonæ dico Iudicem habere odium inimicitiæ erga talem reum, ſubintellige, vt reus eſt; non vt homo, & Dei creatura eſt.

Odium inimicitiæ non importat velle alicui malum præcisè, vt malum.

10. Ex his habes non omne malum, quod Deus peccatori vult, velle ex odio inimicitiæ, ſed illud ſolùm, quod vult, quia perſona ipſa pecatoris diſplicet, cuiuſmodi eſt potiſſimum pœna æterna. Cæterùm poteſt Deus velle malum aliquod peccatori præcisè, quia bonum aut ipſi peccatori, aut alteri non attendendo ad diſplicentiam perſonæ, & tunc Deus tale malum volet non ex odio ſed ex amore concupiſcentiæ, vt colligi poteſt ex dictis *cap. ſuperiori §. 5. circa medium.*

§. II.

Vtrùm detur in Deo deſiderium, & fuga?

ASSARTVM I. In ordine ad ſe ipſum ſeu in ordine ad ea, quæ ſibi ſunt intrinſeca nec datur in Deo deſiderium, nec fuga. Ita cum D. Thoma *prima parte, quæſtione 20. articul. 1. ad* 2. 1. *contra Gentes, capite* 89. *num.* 6. (Quæ loca nonnulli malè afferuntur ad negandum Deo omne prorſus deſiderium etiam in ordine ad creaturas) Vaſquez *prima parte, quæſt.* 84. *cap.* 1. *num.* 1. Lugus *lib.* 1. *diſput.* 35. *cap.* 3. *num.* 3. De Quiros *diſput.* 68. *ſect.* 2. *num.* 11. *& quæſt.* 20. *artic.* 1. *num.* 11. Herincx *diſput.* 7. *quæſt.* 6. *numero* 5. *aliique Theologi communiſſimè.* 11.

Deſiderium, & fuga non datur in Deo quoad intrinſeca.

Probatur : Deus nullo bono intrinſeco caret iuxta illud Auguſtini 1. *Confeſſ. cap.* 4. *Quærens, cum nihil tibi deſit*, nullius mali intrinſeci eſt capax, cum ſit de ratione ſummi boni malum in ſe nullum admittere; ſed deſiderium eſt boni abſentis, cuius detur carentia, fuga eſt mali poſsibilis, cuius detur capacitas, ergo in ordine ad ſeipſum, ſeu in ordine ad ea &c. Neque dicas ſaltem in Patre reſpectu Filij, & Spiritus ſancti dari poterit ad intra affectus deſiderij pro eo ſigno, pro quo Pater prior eſt filio, & Spiritu ſancto, adeoque vtrumque reſpicit tanquam aliqualiter abſentem ſaltem præciſiuè. Contra enim : Prioritas ſigni à quo præcisè, qualis eſt prioritas Patris reſpectu Filij, & Spiritus ſancti ſtat cum omnimoda ſimultate, & præſentiâ termini poſterioris. Deinde deſiderium debet eſſe boni abſentis, & contingentis : Filius autem, & Spiritus ſanctus ſunt bona omninò neceſſaria in ſe, & omninò neceſſariò cum Patre coniuncta.

Neque etiā quoad productionem filij, & Spiritus ſancti.

ASSARTVM II. In ordine ad creaturas, ſeu in ordine ad bona creata, datur in Deo deſiderium, & in ordine ad aliqua mala datur fuga. Ita Vaſquez, Lugus, De Quiros, Herincx *locis mox citatis*, Martinon *diſputat.* 16. *num.* 29. Herice *diſput.* 20. *cap.* 3. contra Ferrarienſem 1. *contra Gentes, cap.* 89. Capreolum *in* 1. *diſt.* 45. *art.* 1. *conc.* 5. *Caietanum, Molinam, Faſolum,* &c. 12.

Benè tamen quoad extrinſeca.

Probatur primò datur in Deo in ordine ad bona creata deſiderium innatum, ſeu appetitus innatus per modum deſiderij, ergo etiam datur deſiderium elicitum ſubintellige virtualiter, eo modo, quo admittuntur alij actus eliciti in diuina voluntate. Conſequentia probatur : Principium volitiuum habere poteſt appetitum elicitum circa ea omnia, circa quæ habet appetitum inna-

Xx 2 tum,

rom, vt conſtat tum inductione, tum ex eo quod appetitus innatus eaſdem ex parte obiecti conditiones requirit, quas elicitus, imo eſt fundamentom, & incitamentum

Appetitus innatus eſt fũdamentum eliciti.

appetitus eliciti. Antecedens ſupponitur ex ſupradictis *cap.* 1. §. 2. quo ex loco reperi etiam poteſt confirmatio ſuperioris aſſerti, eum ibi negetur Deo appetitus innatus per modum deſiderij ad bona intrinſeca. Admiſſum in Deo in ordine ad bona creata deſiderium facilè infert in eodem in ordine ad mala oppoſita fugam. Sicuti enim bonum abſens deſiderium terminat; ita malum abſens tali bono appoſitum terminát fugam. Confirmatur ex D. Chryſoſtomo homil. 1. *ad Epheſ.* expreſsè dicente, *quod Deus valde cupit, valde deſiderat noſtram ſalutem.*

13. Probatur ſecundò ſi non datur in Deo deſiderium in ordine ad bona extrinſeca vel eſt, quia bona extrinſeca nullam afferunt Deo vtilitatem, nullamque perfectionem: vel quia deſiderium inexpletum afferret Deo anxietatem; vel quia Deo omnia bona præſentia ſunt: vel quia omnia bona ita à Dei voluntate pendent, vt ſi ea efficacitet vellet abſque vlla difficultate conſequeretur. Sed hæc non impediunt dati in Deo verom deſiderium, ergo. Minor probatur, & quidem quoad duo prima patet ex ſupradictis *citato* §. 2. dum explicaretur illa eadem non impedire dari in Deo quo ad bona extrinſeca deſiderium innatum quod tertio loco ponitur excludit ad ſummom à

Sola exiſtentia poſſibiliũ eſt reſpectu Dei bonum abſens.

Deo deſiderium circa bona futura, at non circa poſſibilia, quorom actualis exiſtentia verè eſt abſens etiam ipſi Deo. Ad id, quod quarto loco ponitur dico, quod poſſe abſque difficultate conſequi quidquid efficaciter vult, ſicuti non impedit quin ſint abſentia ea, quæ efficaciter non vult; ita non impedit, quin poſſit illa deſiderare deſiderio inefficaci, quali deſiderio de facto vult omnium hominum etiam eorum qui damnantur, ſalutem; ſicuti è contra habet Deus affectum inefficacem fugæ circa peccatum, præſertim finale omnium hominum etiam eorom, qui damnantur.

§. III.

Vtrùm detur in Deo triſtitia?

14. Triſtitia in Deo non datur.

Aſsertvm: Nullatenus datur in Deo triſtitia. Ita Vaſquez 1. *parte, diſp.* 84. *cap.* 1. *num.* 4. *& diſp.* 242. *cap.* 1. *num.* 3. Lugns *lib.* 1. *diſp.* 35. *cap.* 3. *num.* 8. de Quiros *queſt.* 20. *art.* 1. *num.* 18. Herincx *diſp.* 7. *queſt.* 6. *num.* 51. aliique omnes communiſſimè.

Triſtitia eſt de malo proprio, vel amicorum apprẹhenſo, vt proprio.

Probator primò: Triſtitia eſt de malo præſenti proprio, aut amicorum, quatenus malum amicorum apprehendi poteſt vt aliquo modo proprium ſed reſpectu Dei nec poteſt dari malum proprium, nec malum amicorum, præſertim, quod apprehendi poſſit vt aliquo modo ipſius Dei proprium, ergo nullatenus datur in Deo triſtitia. Maior eſt communis triſtitiæ explicatio: Minor probatur, & quidem, quod reſpectu Dei dari nequeat malum proprium ſatis conſtat ex eo, quod eſt ipſi eſſentialis ratio ſummi boni omne malum excludentis, ex eo, quod ipſi nullum damnum, neque etiam extrinſecum propriè inferri poteſt ex *ſupra dictis lib.* 1. *cap.* 10. §. 5. Quod reſpectu eiuſdem dari nequeat malum amicorum probatur ex eo, quod tale malum, vel eſt malum pœnæ temporalis, & hoc malum in Dei amicis ordinatur ad bonum, eſtque à Deo ipſis volitum, vt proſit non vt noceat, ideo tale malum eſt obiectum lætitiæ potiùs, quàm triſtitiæ: Eadem eſt ratio de pœnalitatibus, afflictionibus, tribulationibus, quas iuſti patiuntor. Vel eſt malum culpæ grauis aut pœnæ æternæ; & hoc malum; malum eſt inimicorum, non amicorum Dei: vel eſt malum culpæ leuis, & venialis, & hoc malum (præter quod adeo facilè auferri poteſt vt vix videatur dùm præſens eſt cauſare poſſe triſtitiam) nullatenus à Deo apprehendi poteſt vt aliquo modo ſibi proprium, cum nullatenus apprehendere poſſit Deus inferri ſibi nocumentum aliquod ex peccato ſiue leui, ſiue graui creaturarum iuxta illud Iob. 35. *Si peccaueris, quid ei nocebis?* Confirmatur ex D. Thoma 1. 2. *queſt.* 25. *art.* 1. *in C.* Triſtitia ſequitur timo- Peccatum creaturæ nullatenus nocet Deo.

rem, ſed in Deo *ex ſequenti* §. 1. Timor non datur, ergo nec triſtitia. 15.

Probatur ſecundò datur in Deo beatitudo perfectiſſima, & omnem aliam beatitudinem excedens, vt ex profeſſo probat D. Thomas 1. *contra gentes cap.* 102. ergo nullatenus datur in Deo triſtitia. Conſequentia probatur: Gaudium eſt beatitudinis complementum, & licèt admittatur compoſſibilis cum noſtra viſione beata aliqua triſtitia, non negatur tamen quin beatitudo aliquali triſtitiæ admixta imperfectior ſit cæteris paribus; ergo Deus, cuius beatitudine debet concedi omne protſus complementum, omnis perfectio, debet habere omne gaudium, nullam triſtitiam. Alioqui finge hunc Deum triſtem, & alium Deum cum eadem beatitudine, ſed non triſtem: An non ille aliùs Deus erit beatior, ſeu beatitudine magis completa beatus. Mitto hîc argumentum illorom, qui excludunt à Deo triſtitiam eo, quod nihil accidat Deo nolente: triſtitia autem ſit de iis, quæ accidunt nobis nolentibus. Contra enim ſicuti *ex ſuperiori* §. 1. ad motiuum odij ſufficit malum à Deo inefficaciter nolitum; ita etiam ſufficeret ad triſtitiam Deum eſſe inefficaciter nolentem: plura autem Deo inefficaciter nolente accidunt.

Dei beatitudo perfectiſſima non eſſet, ſi admitteret triſtitiam.

Ex allatis probationibus habetur arguere omnimodam neceſſitatem intelligendi methaphoricè, & impropriè loca Scripturæ, quibus de triſtitia tribuitur, vt Ezech. 20. *In iſtis omnibus contriſtabas me. Iud.* 10. *Deus doluit ſuper miſeriis eorum* Gen. 6. *Tactus dolore cordis intrinſecus, delebo inquit, &c.* 16.

§. IV.

§. IV.

Vtrùm detur in Deo ſpes, & deſperatio?

17. Spes, & deſperatio in Deo non datur.

ASSERTVM: Nullstenus datur in Deo ſpes, nec deſperatio, Ita Ioan. à S. Thoma *quæſt.*2. *diſput.*6. *artic.* 2. *num.*16. Vaſquez *diſput.*84. *cap.*1. *num.*4. Lugus *cap.*3. *ſupracit. num.*10. Herincx *quæſt.*6. *ſupracit. n.*52. De Qnnos *quæſt.*20. *art.*1. *n.* 14. Vbi contra communiſſimom hoc aſſertum refert Martinon *diſp.*16. *num.* 33. ſpem Deo aliquo modo concedentem.

Probatur primò quoad ſpem: Spes eſt tantùm de bono arduo, & addit ſupra deſiderium eleuationem quandam, & conatum animi ad conſequendum arduum, ſed reſpectu Dei nihil eſt arduum: ergo nullatenùs in Deo datur ſpes. Maior eſt communiter recepta, & traditur à D. Thoma 1.2. *quæſt.*25. *art.*1. *in C. quæſt* 40. *art.*1. *in C.* & alibi. Minor probatur: Vel nomine boni ardui intelligitur bonum magnum, & excellens afferens ingentem vtilitatem, felicitatemque ſperanti, vt vult Ouiedus *controu.* 4. *de ſpe punct.* 1. *num.* 101. vel intelligitur bonum couſequendum dependenter à voluntate, & auxilio alterius, ſi hic præſertim potentior, & ſuperior ſit, vt vult Vaſquez *loc. cit.* & videtur innuere D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 40. *art.*7. *in C.* vel intelligitur bonum, quod alio quocumque ex capite ad ſui aſſecutionem requirat ſpecialem conatum, & laborem ſperantis; at nullo ex his modis datur reſpectu Dei bonum arduum. Non primo modo, quia omnia bona creata (de quibus ſolis ſermo eſt in præſenti, Deus enim ſicut non deſiderat; ita nec ſperat bona increata) leuiſſimi momenti ſunt apud Deum, nec vllam ipſi afferuut vtilitatem. Non ſecundo modo, quia Deus nec ſuperiorem, nec potentiorem agnoſcit, & habet in ſua poteſtate voluntatem creatam magis, quàm creatura ipſa, ideò ea, quæ pendent à voluntate creata nullam habent ex hoc capite arduitatem reſpectu Dei. Non tertio modo, quia conatus, & labor impotrat imbecillitatem operantis. Neque ex eo, quod Deus aliquando dicator vti extraordinaria potentia, & fortiore concurſu ſequitur ipſum conari, & laborare, dicitur enim potentia extraordinaria, quia ad effectum extraordinarinm terminatur, non quia conatum extraordinarium Deus impendat.

Arduum, quod eſt obiectũ ſpei tripliciter ſumitur, nullatenùs Deo conuenit.

18. Probatur ſecundò quoad deſperationem: Deſperatio verſatur circa obiectum ſpei per receſſum ab ipſo propter æſtimatam impoſſibilitatem ipſum obtinendi, vt explicat D. Thomas 1.2. *quæſt.*40. *art.* 4. *in C.* & *ad* 3. at reſpectu Dei nec datur obiectum ſpei, nec datur impoſſibilitas æſtimata bonum aliquod obtinendi; non illud, vt habetur ex ſuperiore probatione; non iſta, quia nullius boni conſecutio eſt impoſſibilis omnipotenti, & coſecutio poſſibilis non poteſt impoſſibilis æſtimari ab omniſciente.

§. V.

Vtrùm detur in Deo Timor, & Audacia?

ASSERTVM: Nullateous dator in Deo Timor, nec audacia, Ita Auctores ſuprà relati *locis citatis in præcedente aſſerto*, aliique omnes communiſſimè. 19.

Timor, & audacia in Deo non datur.

Probatur primò quoad Timorem ex D. Thoma 1.2. *quæſt.* 25. *artic.* 1. *in C.* Sicuti ſpes ſupra deſiderium addit eleuationem animi propter difficultatem boni conſequendi; ita timor ſupra fugam addit depreſſionem animi propter difficultatem mali vitandi; at in Deo nulla poteſt poni depreſſio animi, & reſpectu ipſius ſicuti nullum bonum eſt arduum, & cum difficultate aſſequibile; ita nullum malum eſt arduum, & cum difficultate vitabile: ergo. Confirmatur *ex ſuperiore* §. 3. Non datur in Deo triſtitia: ergo à fortiori non datur timor. Probatur conſequentia ex D. Thoma 1.2. *quæſt.*42. *art.*3. *ad* 2. Timor, & triſtitia conueniunt io eo, quod vtrumque eſt de malo: illa futuro, iſte præſenti. Sicuti igitur reſpectu Dei noo eſt dabile malum præſens contriſtatiuum ita nec malum futurum terribile. Addit deinde timor ex parte mali quandam arduitatem: ergo à fortiori non datur io Deo Timor, ſi non datur triſtitia, quæ de malo etiam non iogenti, & non arduo eſſe poteſt.

Timor ſuprà fugam, & triſtitiá addit rationem ardui in obiecto malo.

Probatur ſecundò qooad audaciam: Audacia verſatur per acceſſum circa idem obiectum, circa quod verſatur timor per receſſum, vt explicat D. Thomas 1.2. *quæſt.* 23. *artic.*2. *in C. quæſt.* 45. *art.* 1. *in C.* & alibi, adeoque ſupponit in obiecto arduitatem, quam timidus refugit, ne ab ipſa ſuperetor, audax aggreditur, vt ipſam ſuperet. Item audacia ſequitur ſpem, & audaciam cauſant omnia, quæ ſpem victoriæ faciunt, nec ſine ſpe datur audacia, vt Colligitur ex D. Thom. 1.2. *quæſt.*25. *art.*3. *in C. quæſt.*45 *art.*2. *in C.* & *ad* 3. aliiſqoe in locis ſæpiſſimè: at in Deo nec datur ſpes, nec timor, nec reſpectu ipſius victoria vlla aſt difficilis: ergo in Deo nullatenùs datur audacis. 20.

Audacia ſequitur ex ſpe, & proſequitur obiectum, à quo timor fugit.

§. VI.

Vtrùm detur in Deo Ira?

ASSERTVM: Ira ſumpta pro appetitu recruciationis, ſeu pro appetitu doloris viciſſim aduerſario inferendi proprie, & formaliter non datur in Deo. Sumpta verò pro appetito vltionis, ſeu pro motu animi ad coercenda peccata inſurgentis datur in Deo propriè, & formaliter. Stant ſpecialiter pro prima parte illi omnes, qui 21.

Ira ſecũdùm diuerſam acceptionem datur & non datur in Deo formaliter.

abſolutè negant dari propriè, & formaliter iram io Deo, vt magiſter *in primo diſt.* 45. §. *ideo autem*, Vaſquez *prima parte*, *diſp.* 84. *capite* 4. Arriaga *diſputatione* 25. *ſectione* 4. De Quiros *quæſtione* 20. *articulo primo numero* 19. Ioan. à S. Thoma *quæſtione* 20. *diſputatione* 6. *art.* 2. *numero* 15. Caietanus, Ferrarienſis, &c. Stant ſpecialiter pro ſecunda parte, qoi dari iram in Deo ſimpliciter & abſolutè affirmant, vt Lactantius *Firmianus lib. de Ira Dei per plura capita*, Suarez *in Opuſc. diſputatione de Iuſtitia Dei ſect.* 5. *numero ſecundo*, *& libro tertio de attributis capite* 7. *numero* 8. Rebellus *de obligationibus iuſtitiæ prima parte*, *quæſtione* 4. *ſectione* 5. *numero* 28. Herincx *diputatione* 7. *quæſt.* 6. *numero* 53. *&c.* Vtriuſque partis auctores licèt ſibi videantur omnino aduerſari, in re tamen omnes conueniunt, & ſolùm diſcrepant in nomine, in eo ſcilicet, quod iræ nomine debeat intelligi. Huic nominis diſſidio anſam tribuerunt *Ariſtoteles, Scotus*, *& D. Thomas*, dùm Iram aliquando vſurpant pro appetitu recruciationis, aliquando pro appetitu vltionis vnde etiam factum eſt, vt modo pro vna, modo pro altera aſſerti parte à diuerſis auctoribus citentur, vt videre eſt ſpecialiter apud Ioan. à S. Thoma & Herincx *locis citatis*. Præciſo nominis diſſidio non habemus in aſſerta veritate aduerſarios, niſi damnatæ memoriæ viros nimirum quoad primam partem Sadducæos Antropomorphitas, & alios *lib.* 2. *c.* 8. §. 1. relatos pro errore faciente Deum corporeum, & conſequenter capacem doloris, triſtitiæ, iræ, &c. Quoad ſecundam Epicureas, & Stoicas *à Lactantio mox cit.* relatas pro errore negante in Deo iuſtitiam vindicatiuam, punitiuam, & inflictiuam mali pœnæ.

22. Non datur ira vt eſt appetitus recruciationis.

Probatur prima pars: Ita, vt eſt appetitus recruciationis, ſopponit recruciationem aliquam, ſeu dolorem, & triſtitiam ratione nocumenti, ſeu damni illati io eo, qui iraſcitur, & in hoc ſenſu D. Damaſcenus *libro ſecundo capite* 16. D. Niſſenus *libro* 5. *capite* 14. D. Thomas 1. 2. *quæſtione* 46. *articulo tertio ad* 3. docent iram componi ex triſtitia, & deſiderio. Item *prima parte*, *quæſtione* 20. *articulo primo ad ſecundum*, *&* 12. *quæſtione* 47. *articulo tertio in C.* tradit *idem S. Doctor* iram ſupponere triſtitiam, & nocumentum, ſed Deus nec poteſt habere triſtitiam, nec pati nocumentum, ex ſupradictis, ergo ira ſumpta pro appetitu recruciationis propriè, & formaliter non datur in Deo.

23. Datur vt eſt appetitus vltionis.

Probatur ſecunda pars: Ira, vt eſt appetitus vltionis, nihil eſt aliud, quàm actus vindicatiuæ iuſtitiæ, quo delicto pœnæ inflictione puniuntur, ſed iuſtitia vindicatiua verè, propriè, & formaliter datur in Deo *ex ſupradictis libro primo capite* 10. *paragrapho* 6. ergo propriè, & formaliter datur in Deo ira, vt eſt appetitus vltionis. De hac ira ait D. Auguſtinus *primo Confeſſ. capite quarto Iraſceris*, *& Tranquillus es*, *& libro ſecundo ad Simplicianum quæſtione ſecunda circa medium. De ira hominis detraho turbulentum motum*, *vt remaneat vindictæ vigor*, *atque ita aſſurgo in notitiam illius*, *quæ appellatur ira Dei.* Item D. Thomas *prima ſecunda quæſtione* 47. *articulo primo ad primum Ira non dicitur in Deo ſecundùm paſſionem animi*, *ſed ſecundùm iudicium iuſtitiæ prout vult vindictam facere de peccato.*

Si quæras quænam in rigore ſit habenda tanquam magis propria iræ acceptio, pondere grammaticaliter præferendam eſſe primam: Theologicè ſecũdam. Ratio primi eſt, quia ſi res ſpectetur nominis etimologia, & id, ad quod primò ſignificandum à latinis inſtituta eſt hæc vox *Ira*, importatiuam eo modo, quo hbetur in homine cum turbatione animi cum dolore, & triſtitia ob nocumentum illatum, &c. Ratio ſecundi eſt, tum quia in re videtur eodem modo ſe habere compaſſio ad miſericordiam, quo triſtitia ad Iram: ſicuti igitur illa extrinſecè ſe habet ad miſericordiam, & huiuſmodi ratio formalis in ſubleuatione miſeriæ ſine compaſſione ſaluatur; ita, & triſtitia extrinſecè ſe habet ad iram, &c. tùm quia Theologos debet eſſe valde ſolicitus de tuendo proprio, & rigoroſo Scripturæ ſenſu: Secunda autem acceptio iræ plurimum inſeruit ad intelligenda in ſenſu proprio plura loca Scripturæ tribuentia iram Deo, vt Pſalm. 37. *Neque in ira tua corripias me.* Pſalm. 29. *Quoniam ira, in indignatione eius.* Rom. 1. *Reuelatur ira Dei.* Quæ, & alia huiuſmodi plura ſolùm in ſenſu metaphorico poſſent intelligi, ſi ſecunda iræ acceptio propria non eſſet, & primæ præferenda. Idcircò ſimpliciter, & abſolutè loquendo affirmanda eſt potiùs, quàm neganda ira in Deo: præſertim dum agitur inter Theologos, de quibus non videtur ambigi poſſe, quin attendant ad nominum ſignificationem Theologicam magis, quàm ad grammaticalem; imo ad res magis, quàm ad nomina. 24.

Abſolutè, & ſimpliciter datur potiùs, quàm non detur.

CAPVT V.

De diuiſionibus voluntatis, ſeu volitionis Dei.

COMMVNE eſt voluntati, ſeu volitioni diuinæ (diuiſiones enim infra afferendæ cadunt potius ſuprà actum ſecundum formaliter, quàm ſuprà actum primum volendi, adeóque ſupra formalem volitionem potiùs, quàm ſupra voluntatem) cum ſcientia aliiſque diuinis prædicatis in plura membra, ſolùm tamen intèr ſe virtualiter diſtincta abſque detrimento ſimplicitatis diuidi poſſe, & hac forte de cauſa in Scripturis aliqua diuina prædicata pluraliter exprimuntur, vt quoad voluntatem habetur ex Pſal. 110. *Magna opera Domini exquiſita in omnes.*

Diuina voluntas diuiditur.

omnes voluntates eius: Hæ omnes diuinæ voluntates ad varia capita reducuntur, ex quibus tanquam ex membris diuiſiones variæ conſurgunt. Prima eſſe poteſt in volitionem, & nolitionem: circa quam diſcutietur: Vtrùm ſit adæquata diuiſio. Ao verò medium admittat, ſcilicet voluntatem purè omiſſiuam, ſeu puram omiſſionem.

Primò in volitioné, & nolitionem.

Secunda in voluntatem neceſſariam, & liberam, de qua quoad quid ſit, & quomodo vna ab alia differat, ſatis patet ex *dictis cap.1. §.4. & ſequentibus*, ſolùm erit ſub tali diuiſione examinandum libera ne, an neceſſaria ſit voluntas, qua Deus vult, quod melius eſt.

Secundò in voluntatem neceſſariam, & liberam.

Tertia in voluntatem ſigni, & beneplaciti; circa quam erunt ſpecialiter explicanda omnia membra voluntatem ſigni ſubdiuidentia.

Tertiò in voluntatem ſigni, & beneplaciti.

Quarta in voluntatem antecedentem, & conſequentem, cuius ex variis, quæ aſſignari ſolent, expoſitionibus erit ſeligenda congruentior.

Quartò in Antecedentem, & conſequentem.

Quinta in voluntatem inefficacem, & efficacem, quæ trahit ſecum difficultatem grauiſſimam conciliandi libertatem creati arbitrij cum efficacia diuini decreti.

Quintò in inefficacem, & efficacé.

Aliæ aſſignabiles diuinæ voluntatis diuiſiones, putâ in conditionatam, & abſolutam, in reuelatam, & arcanam ſpeciali, explicatione non indigent: nam voluntas conditionata, & abſoluta innoteſcit *ex dictis ſuperiori libro de Scientia Dei cap.3. & 4.*

Sextò in conditionatam, & abſolutam.

Voluntas reuelata, & arcana, patet ex terminis, Reuelata ſcilicet eſt, quam Deus per reuelationem in Scripturis, vel alio modo factam manifeſtauit. Arcana eſt, quam non manifeſtauit, ſed in propriæ ſcientiæ theſauris reſeruauit nobis ignotam. Regrediamur igitur ad primam diuiſionem, & ſit

Septimò in reuelatam, & arcanam.

§. I.

De diuiſione voluntatis Dei in volitionem, & nolitionem vtrùm ſit ſimpliciter adæquata: An poſſit dari in Deo pura omiſſio?

Omiſſio pura dari non poteſt in diuina voluntate.

2. ASSERTVM: Diuiſio voluntatis Dei in volitionem, & nolitionem eſt ſimpliciter adæquata, nec dari poteſt in diuina voluntate pura omiſſio, ſeu voluntas Dei non poteſt circa aliquod obiectum purè negatiuè, ſeu omiſſiuè ſe habere. Ita Salmant. *1. part. tract. 4. diſp. 5. dub. 3. §. 2.* Ioan. à S. Thoma *quæſt. 19. diſp. 4. artic. 6. num. 23.* Nazarius *quæſt. 14. art. 13. controu. 1. notabili 1.* & præter Thomiſtas communiter Vaſquez *quæſt. 19. diſput. 79. cap. 3. num. 17.* Arriaga *diſp. 29. ſect. 2. ſubſect. 3.* De Quiros *diſp. 67. ſect. 1. & 2.* Herinex *diſp. 7. quæſt. 5. num. 44.* alijque omnes communiſſimè, adeò vt vix reperiatur qui abſolutè oppoſitum doceat; fauent tamen aliqualiter opinioni oppoſitæ Scotus *in 1. diſt. 41. quæſt. vnicâ. §. contra iſtud*, Aureolus *eadem diſt. art. 3. §. Quarta demum propoſitio*. Albertinus *tom. 1. principio 4. quæſt. 4. Theolog. dub. 2. num. 9.* Faſolus *quæſt. 14. art. 13. dub. 16. num. 282.* alijque nonnulli.

Pro clariori aſſerti probatione duo præmitto. Primum eſt negari hîc à nobis puram omiſſionem in diuina voluntate præſcindendo ab eo, quod dabilis ſit, vel nó dabilis pura omiſſio libera in voluntate creata. Vnde in præſenti non faciunt ad rem argumenta, quæ vrgeri poſſunt contra puram omiſſionem liberam voluntatis creatæ. Imò hâc admiſsâ intendimus ſufficienter probari eandem admitti non poſſe in voluntate increata.

Etiá admiſſo quod detur in voluntate creata.

Secundum eſt negare à nobis in diuina voluntate puram omiſſionem pro aliquo ſigno reali, pro quo intelligi poſſit diuina voluntas ad vnum potius, quàm ad aliud determinata. Cæterùm pro ſigno aliquo rationis, pro quo diuina voluntas aut comparetur præcisè ad res adhuc exiſtentes in puro ſtatu poſſibilitatis, aut conſideretur inadæquatè in ordine tantùm ad aliquam determinatam rerum ſeriem admittimus aliqualiter dici poſſe, quod ſuſpenſiuè, ſeu negatiuè ſe habeat. Sic diuina voluntas, vt habens præcisè ſimplicem complacentiam poſſibilium; dici poteſt omiſſiuè, ſeu negatiuè ſe habere in ordine ad efficacem ipſorum volitionem, & nolitionem; vt eligens determinatè quoſdam homines ad gloriam; dici poteſt omiſſiuè, ſeu negatiuè ſe habere quoad reliquos.

Sermo auté eſt de omiſſione pro aliquo ſigno reali.

Omiſſio igitur pura, quæ in Dei voluntate negatur, eſt omiſſio realis, & vt ita dicam Phyſica; qua Deus poſſit circa alium mundum purè negatiuè ſe habere, nec poſitiuè vnquam ipſum volendo eſſe, nec poſitiuè vnquam ipſum nolendo eſſe, aut volendo non eſſe: qui duo actus nolendi aliquid eſſe, & volendi aliquid non eſſe quoad rem ſibi æquiualent, licèt vnus explicetur per modum fugæ, & ſit magis abſolutus: alter per modum proſecutionis, & ſit connotatiuus, ſeu reſpectiuus alicuius boni, ad quod ordinetur ipſum non eſſe, vt notant Salmant. *locò ſuprà cit. num. 73.* His præmiſſis aſſertum.

Velle aliquid non eſſe, nolle aliquid eſſe quomodo differant.

Probatur primò: Libertas, quæ non ſolùm ſit ad poſitiuam volitionem, & poſitiuam nolitionem, verùm etiam ad puram omiſſionem, eſt libertas imperfecta, ſed Deo repugnat omnis libertas imperfecta; ergo repugnat in Deo libertas ad puram omiſſionem: & cum multo magis repugnet Deo omiſſio neceſſaria, repugnet ſcilicet diuinam voluntatem circa aliquod obiectum volibile, vel nolibile neceſſariò ſuſpendere tum volitionem, tum nolitionem; neceſſariò ſe habere purè negatiuè; conſequens eſt repugnare in diuina voluntate quamcumque puram omiſſionem: ergo diuiſio voluntatis Dei in volitionem, & nolitionem eſt ſimpliciter adæquata, &c. 3.

Maior probatur primò: quia libertas ad puram omiſſionem, vt explicari ſolet 1. 2. *quæſt. 6. articulo 3.* eſt libertas indirecta, & habens indirectam ſolùm rationem voluntarij. Neque ex eo, quod *libro ſuperiori cap. 2. §. 3.* aſſerta ſit in Deo cognitio indirecta, conſequens eſt admitti poſſe in eodem libertatem,

Libertas ad purá omiſſionem eſt imperfecta.

Digitized by Google

Cur admitti poſſit in Deo indirecta cognitio, non indirecta libertas.

tem, ſeu voluntarietatem indirectam. Conſequens inquam hoc non eſt, quia cognitio indirecta ibi aſſerta habet circa idem obiectum conſortium cognitionis directæ, ratione cuius conſortij omoem prorſus exuit imperfectionem: at libertas indirecta, de qua in præſenti nequit habere conſortium libertatis directæ. Neque enim pura omiſſio, quæ indirectè libera, & indirectè voluntaria eſt; poteſt ſecum compati aut poſitiuam volitionem aut poſitiuam nolitionem, in quibus ſolis reperitur directa libertas, & directa voluntarietas. Maior eadem probatur ſecundò: libertas ad puram omiſſionem eſt libertas mortua, & non vitalis, quæ mortuo, & non vitali modo exercetur, cum ſit ſine omni prorſus actu vitæ; ſed libertas hujuſmodi eſt libertas imperfecta, cum valdè imperfectum ſit in actu ſecundo non viuere, ergo.

4. Dices libertatem, quæ ſine omni prorſus actu vitæ exerceatur eſſe imperfectam in creaturis, in quibus vita libera eſt perfectio intrinſeca diſtincta à vita neceſſaria, & quæ per conſequens, dum carent actu vitæ liberæ, careut perfectione intrinſeca: at in Deo vita libera non eſt perfectio intrinſeca diſtincta à vita neceſſaria, & Deus viuendo vitâ liberâ perficit creaturas, nou perficitur in ſe ipſo, vt ſupra tradebatur *cap.*1. §.8. in Deo igitur carere vitâ liberâ nulla eſt imperfectio, quomodo enim poteſt eſſe imperfectio carere vitâ liberâ reſpectu illius, reſpectu cuius vitam liberam habere ſpecialis perfectio non eſt: Sed contra licet vita libera non ſit per ſe ipſam formaliter perfectio intrinſeca Dei diſtincta à vita neceſſaria, & carere vitâ liberâ non ſit formaliter carere perfectione intrinſeca: eſt tamen carere perfectione intrinſeca illatiuè, & conſequenter, quatenùs, ſi Deus poſſet obiectum aliquod volibile, vel nolibile nec velle, nec nolle, inferretur diuinam voluntatem nou eſſe in ratione voluntatis infinitam, vtpotè, quæ aliquid volibile, vel nolibile nec vellet, nec nollet. Sicuti licet ſcientia futurorum io Deo nõ addat perfectionem intrinſecam ſcientiæ neceſſariæ; tamen ex eo, quod Deus poſſet ſuſpendere ſuam ſcientiam circa aliquod futurum, ſequeretur intellectum diuinum in ratione intellectus oon eſſe ſimpliciter infinitum, & ſic talis ſuſpenſio diceret carentiam perfectionis intrinſecæ illatiuè, quamvis non formaliter. Hanc paritatem, & rationem, quæ etiam per ſe ipſam poteſt in aſſerti probationem aſſumi, magis vrgent Salmant. *loco cit. n.*74. *& ſequentibus.*

Carentia vitæ liberæ in Deo diceret carentiam perfectionis intrinſecæ illatiuè, non formaliter.

5. Probatur ſecundo: Nec circa futura, nec circa non futura poteſt dari in diuina voluntate pura omiſſio, ergo nullum eſt aſſignabile obiectum, circa quod poſſit diuina voluntas purè negatiuè, ſeu omiſſiuè ſe habere, ergo diuiſio voluntatis Dei in volitionem, & nolitionem eſt ſimpliciter adæquata, nec dari poteſt &c. Prima conſequentia patet, quia futurum, & non futurum diuidunt, & continent illud omne, circa quod ad extra poteſt diuina voluntas verſari. Antecedens quoad primam partem etiam ab aduerſariis conceditur, & ſatis conſtat ex eo, quod ſecus res tranſiret ab eſſe poſſibili ad eſſe futurum independenter à diuina voluntate, quia ſine omni diuinæ voluntatis actu. Quoad ſecundam partem probatur. Non futura, circa quæ daretur pura omiſſio, ſeu circa quæ diuina voluntas omiſſiuè ſe haberet, eſſent ſolùm non ſotura negatiuè; quatenùs nec eſſent tranſlata ad ſtatum poſitiuæ futuritionis per volitionem, nec ad ſtatum poſitiuæ non ſuturitionis per nolitionem: ac non poſſunt dari de facto, nec pro vllo ſigno reali aliqua, quæ ſint tantùm negatiuè non futura, ergo. Mioor probatur, circa huioſmodi non futura negatiuè voluntas diuina maneret adhuc indifferens, & indeterminata, & poſſet ſe io tempore determinare ad tribuendam illis aot poſitiuam ſuturitionem, aut poſitiuam non futoritionem. Sicque poſſet aliquid in tempore de oouo aut velle, aut nolle: non haberet ab æternò perfectiſſimam, & ſummam actualitatem, nec vltimam, & finalem reſolutionem, quæ & ſimilia malè conſona ſunt actoalitati, & inuariabilitati diuinæ voluntatis.

Non poteſt dari non futurum, quod ſit tale purè negatiuè.

Dices, hinc ad ſummum probari, quod diuina voluntas nequeat habere ſe purè omiſſiuè, at non excludi deindè (quod tamen videtur excludendum ad abſolutam, & totalem probationem aſſerti) quin ſaltem poſſit omittere, ſeu ſuſpendere tum volitionem, tum nolitionem per actum, quo circa aliquod determinatum obiectum velit ipſam ſuſpenſionem, tum volitionis, tum nolitionis, per talem enim actum ſaluabitur, tum actualitas, tum iouariabilitas diuinæ voluotatis. Saluabitur item contra primam probationem, quod diuina libertas exerceatur modo vitali, & viuendo in actu ſecundo: ſed contra ad verificanda verba aſſerti, ſatis eſt excludere puram omiſſionem; nam actus ille, quo Deus vellet ſuſpenſionem tum volitionis, tum nolitionis etiam ipſe foret volitio, adeóque ſub volitione contineretur, nec impediret quin eſſet ſimpliciter adæquata diuiſio voluntatis Dei in volitionem & nolitionem. Adhuc nihilominùs in re cenſeo non ſolùm repugnare Deo ſuſpenſionem ſeu omiſſionem omuinò puram, verùm etiam ſuſpenſionem, ſeu omiſſionem poſitiuè volitam per actum, quo Deus poſitiuè velit circa aliquod obiectum tum volitionem tum nolitionem ſuſpendere. Ratio eſt, quia ex vna parte Deus circa tale obiectum ſolùm indirectè ſe determinaret, & ſolùm indirectè vellet tale obiectum non eſſe futurum. Ex alia parte non poſſet amplius ſaluâ propriâ immutabilitate circa ipſum directè ſe determinare, non poſſet ſcilicet aut poſitiuè velle ipſum futurum, aut poſitiuè velle ipſum non futurom: attingere autem ſolùm indirectè obiectum attingibile directè: imò ponere ſe in ſtatu, in quo nequeat directè attingere obiectum

Deus non poteſt habere actum, quo velit circa aliquod obiectum, tum volitionem tum nolitionem ſuſpendere.

Digitized by Google

ctum directè attingibile eſt maxima imperfectio. Deinde talis ſuſpenſio, & omiſſio ab aduerſariis ponitur tanquam quoddam exercitium diuinæ voluntatis: at diuina voluntas non reflectit ſupra proprium exercitium, nec per actum diſtinctum vult ſe velle, vt colligi poteſt *ex ſupradictis cap.* 2. §. 4. ergo nec etiam per actum diſtinctum vult ſe omittere: ſed ſicuti liberè vult abſque actu diſtincto, quo velit ſe velle; ita ſi poſſit liberè omittere, liberè omitteret abſque actu, quo vellet ſe omittere. Tandem ſuſpenſio, ſeu omiſſio tùm volitionis, tùm nolitionis à Deo excluditur, quia in ſe eſt imperfectio; at Deus non ſolùm non poteſt habere, ſed nec poteſt velle in ſe aliquam imperfectionem; ergo Deus in ſe non ſolùm abſolutè non habet omiſſionem, ſed nec vult ipſam habere, ergo non poteſt omittere volendo ipſam omiſſionem.

7\. Ex his habes libertatem contradictionis diuerſimodè exerceri in Deo, ac exerceatur in creatura. In creatura enim exercetur per hoc, quod poſſit actum aliquem elicere, vel non elicere, abſque eo, quod eliciat actum oppoſitum. In Deo autem exercetur non per hoc quod poſſit actum elicere, vel non elicere præcisè, ſed per hoc quod poſſit elicere, vel non elicere, eliciendo tamen concomitanter actum oppoſitum. Vtrùm deinde huiuſmodi libertas ſit minus propriè libertas contradictionis, nec ne? diſputari non poteſt ſine altercatione de nomine.

8\. *Libertas contradictionis diuerſimodè conuenit Deo, & creaturæ.*

Habes inſuper cur alia diuina attributa, putà omnipotentia, miſericordia, liberalitas poſſint circa creaturas merè negatiuè ſe habere, nullum actum poſitiuum circa ipſas exercendo, nec illas poſitiuè attingendo; diuina autem voluntas debeat neceſſariò ipſas poſitiuè attingere, & poſitiuum actum aut volitionis, aut nolitionis circa ipſas exercere. Ratio ſcilicet eſt, quia ſoli voluntati conueniunt actus poſitiui oppoſiti volendi, & nolendi, & reſpectu ipſius quælibet creatura in quocumque ſtatu ſit, eſt poſitiuè attingibilis: at actus omnipotentiæ v. g. ſolùm eſt producere, actus miſericordiæ ſolùm eſt miſereri. Nec reſpicit omnipotentia non producere, miſericordia non miſereri, ſicuti voluntas reſpicit nolle. Quia igitur per actum producendi, vel per actum miſerendi non eſt creatura in quolibet ſtatu attingibilis, conſequens eſt omnipotentiam, miſericordiam, & ſimilia attributa poſſe circa aliquas creaturas in aliquo ſtatu ſe habere negatiuè, & defectu materiæ omnem actum poſitiuum circa ipſas ſuſpendere, quæ ſuſpenſio cum in voluntate poni nequeat ex defectu materiæ, ſi poneretur inferret defectum, ſeu imperfectionem ipſius voluntatis.

Cur alia Dei attributa poſſint negatiuè ſe habere circa creaturas, nõ ſic voluntas.

9\. *Neceſſitas diuinæ voluntatis ad actum poſitiuum eſt ſubiectiua, non obiectiua.*

Habes tandem neceſſitatem, quam habet diuina voluntas eligendi circa quodlibet obiectum actum aliquem poſitiuum, non oriri ex merito ipſius obiecti, ſed oriri ex perfectione ipſius diuinæ voluntatis eſſentialiter poſtulantis exercitium libertatis directum, vitale, ſummè actuale, ſummè reſolutiuum &c. eſſe ſcilicet huiuſmodi neceſſitatem, vt loquuntur Salmant. 1. *parte*, *tract.* 4. *diſputatione quinta*, *dubio ſecundo* §. 3. *numero* 83. non obiectiuam, ſed ſubiectiuam.

§. II.

De diuiſione voluntatis Dei in neceſſariam, & liberam, & ſpecialiter vtrùm Deus neceſſariò, an liberè velit quod melius eſt?

10\. *Deus neque etiam moraliter neceſſitatur ad melius ex parte obiecti.*

ASSERTVM I. Deus liberè, non neceſſariò vult, quod melius eſt ex parte obiecti, idque neque neceſſitate phyſica: quod æquè certum eſt, ac certum ſit Deum non operari ex neceſſitate naturæ contra errorem ſupra relatum, & reprobatum *cap.* 1. §. 4. Neque etiam neceſſitate morali, quæ ſola erit in præſenti ſpecialiter à Deo excludenda cum Syluio *prima parte*, *quæſt.* 25. *art.* 6. Io. à S. Thoma *quæſt.* 19. *diſp.* 4. *art.* 7. *num.* 11. Franciſco Lugo *lib.* 1. *diſp.* 35. *c.* 2. Arriaga *diſp.* 27. *ſect.* 2. Bellarmino *contr.* 3. *lib.* 3. *de gratia*, *& lib. arb. cap.* 17. Amico *de Incarnatione diſp.* 4. Io. Lugo *de Incarnatione diſp.* 2. Valentia, Suario, Vaſquio *contra* Granadum *prima parte*, *tract.* 3. *contr.* 2. Ruiz *de voluntate Dei diſputatione* 9. *&* 10. Raymundum Lullum *in explicat. art. fidei cap.* 8. alioſque nonnullos.

Probatur primò ex D. Thoma *prima parte*, *quæſtione* 25. *articulo* 6. *ad primum*, illis verbis: *cum dicitur Deum poſſe aliquid facere melius, quàm facit, ſi* ly *melius ſit nomen* (quod eſt idem, ac dicere ſi ly *melius* afficiat obiectum, & ex parte obiecti ſe teneat) *verum eſt*. Idem quo ad rem tradit Sanctus Doctor *in primo*, *diſtinctione* 44. *quæſtione prima*, *articulo ſecundo in C. item eàdem diſt. ad Annibaldum quæſtione vnicâ art.* 3.

Alioqui non haberet circa id, quod melius eſt abſolutum dominiũ, & omnimodã independentiam.

Probatur ſecundò ratione à priori Deus habet omnimodam independentiam, & abſolutum dominium reſpectu cuiuſcumque creaturæ etiàm melioris, & optimæ; ergo neque etiam neceſſitate morali vult, quod melius eſt ex parte obiecti. Antecedens traditur ferè ab Auguſtino *libro tertio*, *de Trinitate cap.* 10. verbis illis: *cuius* (id eſt Dei) *poteſtati cuncta æqualiter ſubiacent.* Et probatur ex eo, quod ſecus perfectio creaturæ redundaret in perniciem Dei, & creſcente perfectione in creatura minueretur independentia, & dominium Dei, ſi reſpectu eius, quod melius eſt, non haberet Deus omnimodam independentiam, & abſolutum dominium, ſicuti habet reſpectu eius, quod eſt minus bonum. Conſequentia etiam probatur. Dominium abſolutum eſt moralis poteſtas diſponendi abſolutè pro libito, omnimoda independentia appellat independentiam non ſolum phyſicam

verùm etiam moralem : at moralis neceſſitas volendi , quod eſt melius , non bene ſtat cum poteſtate diſponendi abſolutè pro libito de eo , quod eſt melius ; nec cum omnimoda independentia ab ipſo , præſertim ſumendo independentiam in lata ſignificatione, prout negat etiam connexionem neceſſariam vnius cum alio; nec poteſt vllo modo negari quin ſit maius dominium , & maior independentia poſſe tùm velle , tum nolle, quod eſt melius ; quàm neceſſariò quamvis

12. neceſſitate ſolùm morali, ipſum velle. Confirmatur. Deus habet potentiam etiam moralē ad velle id, quod ex parte obiecti minùs bonum eſt ; ergo non habet neceſſitatem neque etiam moralem ad velle id , quod ex parte obiecti melius eſt. Conſequentia patet quia neceſſitates ad vnum extremum non admittit in eodem genere potentiam ad oppoſitum , cum in potentia ad oppoſitum conſiſtat formalis ratio libertatis. Antecedens

Non datur in Deo potentia phyſica ſine potētia morali. probatur : Non datur in Deo potentia phyſica ſine potentia morali , ſed Deus , vtpotè phyſicè liber ad velle quod ex parte obiecti melius eſt , etiam per Aduerſarios habet potentiam phyſicam ad velle , quod ex parte obiecti minus bonum eſt , ergo habet ad id potentiam etiam moralem. Maior probatur. Dari potentiam phyſicam ſine morali prouenit , vel ex impedimento extrinſeco ad actum ſecundum , vel ex maxima arduitate ipſius actus , vel ex inconſtantia, & variabilitate ipſius cauſæ. At Deus nec poteſt ab extrinſeco impediri , nec reſpectu ipſius vlla res eſt ardua , nec ipſe admittit aliquam inconſtantiam ; ergo reſpectu Dei non datur potentia phyſica ſine potentia morali.

13. Deus de facto non voluit id, quod ex parte obiecti melius eſt. Probatur ſecundò à poſteriori Deus de facto non voluit id , quod ex parte obiecti melius eſt ; ergo poteſt non vella , & per conſequens non neceſſariò vult , quod ex parte obiecti aſt melius. Conſequentia patet , quia ab actu ad potentiam eſt euidens illatio. Antecedens probatur : Vel ſermo eſt de eo , quod eſt melius bonitate accidentali ; vel de eo , quod eſt melius bonitate eſſentiali : neutro modo voluit Deus id , quod ex parte obiecti melius eſt: Non id , quod melius eſt bonitate accidentali , quia ea ipſa , quæ de facto Deus voluit , potuit antecedenter meliora velle, cum quælibet natura ſit capax vlterioris ſemper , & vlterioris perfectionis accidentalis. Non id , quod melius eſt bonitate eſſentiali , quia licet hac ratione ea ipſa , quæ voluit non potuerit Deus meliora velle , cum eſſentiæ rerum conſiſtant in indiuiſibili , nec poſſit ſaluâ eâdem re aliquid eſſentiale , ſeu aliquid bonitatis eſſentialis ipſi aut addi , aut detrahi ; potuit tamen Deus iis , quæ voluit , alia eſſentialiter meliora velle , potà ex mundis poſſibilibus alium eſſentialiter meliorem; ex Angelis poſſibilibus Angelos ſpecie diuerſos ſuperiores, &c. ergo.

14. Dices ex Granado moralem nei neceſſitatem ad volendum , ſeu faciendum id, quod melius eſt , eſſe ſolùm quoad ea , in quibus ſiſtitur in aliqua determinata perfectione , non quo ad ea , in quibus abitur in infinitum , & quæ ſunt meliora ſecundùm numerum. Rationem huius doctrinæ indicat D. Thomas *prima parte quaſt. 47. articulo tertio ad ſecundum* vbi , cum ſibi obiecisset Deum facere quod melius eſt , & plures mundos eſſe quid melius vno , non ſoluit argomentum abſolutè negando Deum facere , quod melius eſt , ſed negando Deum facere quod melius eſt ſecundùm numerum , & multitudinem materialem ; vnde ita ait , *Nullum agens intendit pluralitatem materialem , vt finem : quia materialis multitude non habet certum terminum , ſed de ſe tendit in infinitum : Infinitum autem repugnat rationi finis. Cum autem dicitur plures mundos eſſe meliores , quàm vnum, hoc dicitur ſecundùm multitudinem materialem : tale autem melius non eſt de intentione Dei agentis , quia eâdem ratione dici poſſet, quod ſi feciſſet duos , melius eſſet , quod eſſent tres ; & ſic in infinitum.* Sed contra quantum attinet ad auctoritatem *D. Thoma* dico ipſum loco citato non negare abſolutè quod Deus ſemper meliora faciat , quia non erat id neceſſarium ad ſolutionem argumenti ; cui certius, & clarius occurrit dicendo nullum agens intendere multitudinem , nullumque agens terminari ad id, quod melius eſt ſecundùm numerum; at non propterea ſimpliciter concedit Deum in reliquis , in iis ſcilicet , quæ ſunt meliora non ſecundùm numerum teneri ad volendum melius : & quid circa hoc Sanctus Doctor determinatè ſenſerit ſatis patet ex ſuperiori prima probatione. Quantum attinet ad rem ipſam dico in primis præmiſſas à nobis probationes non procedere ſolum de iis , quæ ſunt materialiter , & ſecundùm numerum meliora , nec video quomodo loco huius mundi velle alium mundum ſubſtantialiter meliorem , loco vnius Angeli velle aliom in ſpecie perfectiorem, ſit velle quod melius eſt ſolum ſecundum numerum. Dico inſuper ex eo , quod Deus non habeat neceſſitatem volendi , quod melius eſt ſecundùm numerum , inferri ad hominem contra aduerſarios non habere neceſſitatem volandi quod alio vtcumque modo ex parte obiecti melius eſt ; argumenta enim aduerſariorum , ſi quid probant , probant etiam de eo , quod eſt melius ſecundùm numerum. Arguunt ipſi Deum ſemper velle , quod melius eſt. Primò ex inclinatione communicandi ſe ad extra , quatenus ſicuti eſt de ratione boni velle ſe communicare ; ita eſt de ratione boni ſummi velle ſe ſummè communicare , adeóque velle producere aliquod , quod ſit optimum , & ſui maximè participatiuum. Secundò ex amore Dei erga ſe ipſum , quatenus amare eſt velle bonum , & amare ſummè eſt velle bonum ſummum ; Cum igitur Deus ſe ſummè amat , neceſſe eſt , quod velit ſibi qood ſummè bonum , quod melius eſt. Tertiò ex perfecta , quæ in Deo relucet ratione

Nullum agēs intendit , vt finem multitudinem materialem.

Digitized by Google

tione artificis, quatenus ſpectat ad artificem in actu ſecundo perfectiſſimum res perfectiſſimas, & optimas in actu ſecundo operari. Hæc ſi quid probant, probant etiam Deum neceſſariò velle, quod melius eſt etiam ſecundùm numerum. Nam magis conforme eſt inclinationi ſe communicandi, pluribus ſe communicare: Maior amor eſt plura bona velle: Maior perfectio artificis eſt plura artificiata operari. Inſuper ſi quid probant, probant phyſicam neceſſitatem; nam bonum habet phyſicam connexionem cum inclinatione communicandi ſe ipſum: amor habet phyſicam, imò metaphyſicam connexionem cum volitione boni.

Argumenta, quæ afferũtur pro neceſſitate morali Dei ad velle, quod eſt melius nimis probant.

15. Argumenta igitur aduerſariorum nimis probant, & in re nihil concludunt. Primum nihil concludit, quia inclinatio communicandi ſe ad extra non eſt ad aliquod ſibi neceſſarium, & ſui perfectiuum reſpectu Dei: ad ſummum autem inclinatio ad aliquid ſibi neceſſarium, & ſui perfectiuum poteſt inducere aliquam neceſſitatem. Secundum nihil concludit, quia magis amare eſt velle maius bonum non ſemper obiectiuè, ſed reſpectiuè ad rem amatam: reſpectu Dei autem eſt maius bonum non illud quod ex parte obiecti melius eſt, ſed illud, quod magis ipſe vult, quod magis eſt conforme ipſius voluntati. Tertium nihil concludit, quia de ratione artificis eſt operari liberè, & Deus non ſolùm non eſſet artifex perfectiſſimus, ſed nullo modo eſſet artifex, ſi haberet neceſſitatem operandi, quod melius eſt. Summa igitur perfectio artificis in actu ſecundo non elucet in eo, quod actu operetur rem perfectiſſimam, ſed in eo, quod actu operetur cum potentia operandi rem perfectiſſimam, ſi velit.

Et nihil concludunt.

16. Deus abſolutè neceſſitatur ad melius ex parte modi volendi, ſeu ex parte ſui.

ASSERTVM II. Deus neceſſariò neceſſitate ſimpliciter; & abſoluta vult quod melius eſt ex parte modi volendi: quidquid ſcilicet vult, vult potentiâ, & ſapientiâ, qua meliori, velle non poteſt. Ita non ſolùm Auctores relati in ſuperiori aſſerto, ſed omnes Theologi communiter, licèt non omnes vtantur iiſdem terminis.

Probatur primò *ex D. Thoma*, qui poſt verba ſuprà relata ex prima parte nonnullis interpoſitis habet; *ſi verò* ly *melius*, *ſit adverbium*, *& importet modum ex parte facientis*, *ſic Deus non poteſt facere melius*, *quàm ſicut facit*, *quia non poteſt facere ex maiori ſapientia*, *& bonitate*. Idem reperit Sanctus Doctor aliis locis in ſuperiori prima probatione relatis. Confirmatur ex Damaſceno *lib. 2. fidei cap. 29.* dicente: *Sic fieri omnia Dei prouidentiâ*, *vt meliori modo exiſtere prorſus nequeant*. Fauent etiam huic aſſerto omnes illæ auctoritates, quæ ab aduerſariis contra primum aſſertum afferuntur ad probandum Deum neceſſariò operari quod melius eſt ex parte obiecti. Quia tamen ex huiuſmodi auctoritatibus aliquæ videntur omninò loqui de bonitate, & præſentia ipſius obiecti ſecundùm ſe, qualia ſunt verba illa Patrum Concilij Francfordienſis *in Epiſtola ad Epiſcopos Hiſpania*. *Credamus Deum omnia velle*, *quæ meliora ſunt*. Item verba Auguſtini *libro 3. de libero arbitrio capite 5.* *Quidquid tibi verâ ratione melius occurrerit*, *hoc ſcias feciſſe Deum*, Cyrilli Alexandrini *libro ſecundo*. Theſauri *cap. 1.* *Omnia Pater poteſt*, *& meliora ſemper vult*. Quia inquam hæ, & ſimiles auctoritates videntur omnino procedere de bonitate ex parte obiecti, placet illas obiter, ne contra primum aſſertum vrgeantur explicare, & quidem dupliciter primo dicendo: aliud eſſe Deum velle id, quod ex parte obiecti melius eſt; aliud eſſe Deum id velle neceſſariò neceſſitate ſaltem morali: hoc ſecundum à nobis ſpecialiter negatur in præſenti, & illud primum ad ſummum ſuadent, quæ contra nos afferri poſſunt auctoritates: Secundò dicendo Deum ſemper velle id, quod melius eſt non abſolutè, & ſimpliciter, ſed comparatiuè ad ordinem vniuerſi, qua ratione ea etiam quæ in ſe mala, ac defectuoſa ſunt, vt peccata in ordine morali, monſtra in ordine phyſico, quatenus ad maiorem vniuerſi tum moralis, tum phyſici perfectionem, ac pulchritudinem conducunt dici poſſunt rebus per ſe bonis meliora, & melius quoddam totum conſtituentia. Vnde ait D. Thomas *in primo diſt. 44. art. 2. ad quintum* *Vniuerſum*, *in quo nihil mali eſſet*, *non eſſet tanta bonitatis*, *quanta hoc vniuerſum*, *quia non eſſent tot bona natura in illo*, *ſicut in iſto*. *in quo ſunt quadam natura bona*, *quibus non adiungitur malum*; *quadam*, *quibus adiungitur*, *& eſt melius in eo vtraſque naturas eſſe*, *quàm alteras tantùm* Eandem doctrinam repetit Sanctus Doctor *tertiò contra gentes capite 71. prima parte*, *quaſt. 22. art. 2. ad ſecundum* aliiſque in locis relatis a Syluio *prima parte*, *quaſtione 25. art. 6. §. quæri*, *& poteſt*.

Item neceſſitatur ad melius non abſolutè ſed comparatiuè ad ordinẽ vniuerſi.

Probatur ſecundò ratione: Deus quidquid vult, quidquid facit, vult ſapientiâ, potentiâ, & bonitate ſimpliciter infinitâ, qua maior dari, & excogitari non poteſt; ergo quoad modum volendi ex parte ſui vult ſemper quod melius eſt; vult ſcilicet rem quamlibet meliori modo, quo volibilis eſt. Et ſicuti diuina cognitio ex eo, quod circa vilia verſetur, non vileſcit *ex lib. ſuperiore cap. 2. §. 5.* Sed perfectiſſima eſt etiam circa res imperfectiſſimas; ita diuina tùm volitio, tùm operatio ex eo, quod res obiectiuè minus bonas attingat, minus bona non eſt, ſed melior ſemper eſt, & optima, etiam dum attingit quod ex parte obiecti nec melius eſt, nec optimum: fundamentum radicale à priori huius doctrinæ ſitum eſt in eo, quod diuini actus non habeant pro obiecto ſpecificatiuo res creatas, nec ex maiori, vel minori obiecti creati perfectione ſunt in ſe magis, vel minus perfecti. Vnde concipere quod conuenientius ſit Deo velle res ex parte obiecti meliores, eſt deceptio noſtræ imaginationis explicantis actus diuinos ad inſtar noſtrorum, & ex eo, quod apud nos, vbi obiecta ſunt menſura perfectionis actuum, melius ſit meliora velle, 17.

Ratio à priori, cur Deus melius ex parte obiecti abſolutè non neceſſitetur.

inferentis Deum, cuius actus ſemper optimi ſunt, ſemper optimum velle: quaſi verò etiam diuini actus ab obiectis extrinſecis perfectionem emendicent, nec poſſint eſſe optimi, niſi ſint de obiectis optimis. Fauent etiam plurimùm huic doctrinæ ea, quæ ſuprà dicebantur de libero velle Dei. Cum enim ex ibi aſſertis liberum velle Dei nullatenus conſtituatur ex obiecto extrinſeco, imò liberum velle, & liberum nolle entitatiuè, ſeu ſubiectiuè in Deo non differant, nihil prorsùs diuinæ perfectioni aut addit, aut dettahit velle quod melius eſt, nolle quod minus bonum eſt. Nullum Igitur detrimentum patitur diuina perfectio, ratione cuius debeat in Deo negari omnimoda iodifferentia, & libertas ad melius, & minus bonum ex parte obiecti.

18. Cur in creatâ non in increatâ voluntate ſit maior perfectio velle quod ex parte obiecti melius eſt.

Ex his habes diuerſam eſſe rationem de creata, ac de increata voluntate & ad illius, non ad iſtius maiorem perfectionem conducere velle, quod ex parte obiecti extrinſeci melius eſt, quia in ſuis actibus illa aliqualiter, iſta nullatenùs habet pro menſura perfectionis obiectum extrinſecum. Ex hoc principio habetur alia ratio diſcriminis inter creatam, & increatam voluntatem in ordine ad velle, quod ex parte obiecti melius eſt; quia ſcilicet creatæ voluntati intellectus vtplurimùm dictat conuenientius ipſi eſſe, & decentius velle, quod ex parte obiecti melius eſt: ideò voluntas creata minùs ſe conformat rationis dictamini, adeoque minùs honeſtè, & minùs perfectè operator volendo minus bonum: at iocreata ſapientia dictat increatæ voluntati conuenientius ipſi eſſe, & decentius velle, qood ei magis placet, quod ipſa magis vult, non quod ex parte obiecti melius eſt, & id fortè indicauit Apoſtolus Epheſ. 1. dicens: *Deum omnia operari ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.*

---

§. III.

De diuiſione voluntatis Dei in voluntatem beneplaciti, & voluntatem ſigni?

19. Diuiſio voluntatis Dei in beneplaciti, & ſigni eſt analoga.

ASSERTVM I. Diuiſio voluntatis Dei in voluntatem beneplaciti, & voluntatem ſigoi eſt diuiſio Analoga; eſt ſcilicet in membra valdè analogicè conuenientia. Ita Theologi communiſſimè cum D. Thoma 1. *part. queſt.* 19. *artic.* 11. & *Magiſtro in* 1. *diſt.* 45.

Probatur diuiſio in membra, quorum vnum eſt propriè, alterum impropriè tantùm, & metaphoricè tale, analoga eſt, & in membra valdè analogicè conuenientia, ſed talis eſt diuiſio voluntatis Dei in voluntatem beneplaciti, & voluntatem ſigni; ergo. Minor probatur voluntas beneplaciti, licèt aliquando ſumatur pro voluntate efficaci, vt ex *D. Auguſtino Magiſtro ſententiarum*, & *Scoto* notat Herincx *diſput.* 7. *queſt.* 5. *num.* 41. aliquando pro voluntate approbatiua, ſeu complacentiæ, vt Pſal. 146. *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum*, in re tamen omnis voluntas, ſeu omnis actus diuinæ voluntatis propriè, & verè talis eſt voluutas beneplaciti, ſeu eſt beneplacitum Dei, vt expreſsè tradit D. Thomas *loco citato*, illis verbis: *Voluntas propriè dicta vocatur voluntas beneplaciti.* E contra voluntas ſigni impropriè ſolùm, & metaphoricè voluotas eſt, quia in re non eſt actus voluntatis, ſed talis actus ſignum, & appellatur voluntas eo modo, quo appellatur vltima voluntas teſtamentum, quia eſt vltimæ voluntatis ſignum certè autem metaphorica, & impropria locutio eſt, ſignum appellare nomine rei ſignificatæ; in re igitur quod dicimus voluntatem ſigni eſt ſignum voluntatis, & aſſignare plures voluntates ſigoi eſt aſsignare plura ſignà volũtatis.

ASSERTVM II. Voluntatis diuina ſigni rectè ſubdiuiditur in quinque membra, ſeu vt loquitur D. Thomas *queſt. cit. art.* 12. rectè ponuntur circa diuinam voluutatem qoinque ſigna, nimirum Præceptum, Prohibitio, Permiſsio, Conſilium & Opos, ſeu Cperatio; quæ D. Bonauentura *in* 1. *diſt.* 45. *artic* 4. *queſt.* 2. illo verſiculo expreſsit. 20.

20. Voluntas diuina ſigni, ſeu ſignum diuinæ volũtatis quintuplex eſt.

Præcipit, & Prohibet, Permittit, Conſulit, Implet.

Probatur ratione D. Thomæ *art.* 12. *mox cit. in C.* voluntas ſigni, ſeu ſignum voluntatis eſt id, per quod ſignificamus nos aliquid velle: at Deus quinque potiſsimùm modis per quinque enumerata ſigna expreſsis ſignificare poteſt ſe aliquid velle: ergo allata diuiſio in qninque membra ſufficiens, & accommodata eſt. Minor probatur primo: Poteſt Deus ſignificare, & declarare ſe aliquid velle aut per ſeipſum, aut per alium: Per ſeipſum quidem, vel directè, aliquid faciendo, & ſic habetur pro ſigno operatio, vel indirectè aliquid non impediendo, ſeu permittendo, & ſinendo aliquid fieri; & ſic habetur pro ſigno petmiſſio. Per alium poteſt Deus declarare ſe aliquid velle ordinando alium ad aliquod faciendum, & hoc vel inductione obligatoria, ſicque habetur pro ſigno Præceptum, & Prohibitio; Illud eſt ſignom voluntatis ordinantis alium ad aliquid faciendum: iſta eſt ſignum voluntatis ordinantis alium ad aliquid non faciendum, ſeu ad faciendum contrarium. Vel inductione ſuaſoria, & ſic habetur pro ſigno conſilium, quod vel ſuaſione poſitiua ad aliquid faciendum, vel ſuaſione negatiua ad aliquid non faciendum exerceri poteſt. Ruix *diſput.* 17. *de voluntate ſect.* 1. *num.* 10. quinque enumeratis diuinæ voluntatis ſignis ſextum addit, Prophetiam ſcilicet comminatoriam: Verùm hæc reducitur ad præceptum, vel prohibitionem, cum præcipere, vel prohibere nihil ſit aliud, quàm obligare ſub comminatione pœnæ. Æſtius *in* 1. *diſt.* 45. §. 7. ponit pro ſexto ſigno præparationem, qua Deus dicatur velle id, quod ſecundùm ſe non vult, vult tamen ſecundùm cauſam præuiam, & præparantem, eo quod talis

talis præparatio ſoleat in nobis ſignum eſſe, qood eam rem velimus. Verùm hæc præparatio melius ponitur ſub voluntate antecedente, quæ quatenùs eſse poteſt efficax in ordine ad medium, inefficax in ordine ad finem præparat cauſam ad effectum, quem efficaciter non vult ponere. Hugo Victorinua è contra *in ſent. tract.* 1. *cap.* 13. Conſilium prætermittit & quatuor diuinæ volootatis ſigna recenſet. Non ambigo, quin pro vario modo explicandi quid ſit diuinæ voluntatis ſignum, poſſint iſta ſigns augeri, & minui: at non propterea eſt recedendum ab aſſerto quinario numero, quem communis Theologorum auctoritas approbat, allata ex D. Thoma coogruentia firmat; & confirmat alia explicatio eiuſdem *Sancti Doctoris eodem art.* Nam diuina voluntas vel comparari poteſt ad bonum, vel ad malum, & hoc vtrumque vel præſens, vel futurum. In ordine ad bonum præſens diuina voluntas nobis ſignificatur per operationem: in ordine ad malum præſens per permiſſionem. In ordine ad bonum futurum per præceptum, ſi tale bonum ſit neceſſarium; per Conſilium, ſi tale bonum ſit ſuperabundans. In ordine ad malum futurum per prohibitionem. Et ecce aliam congruentiſſimam rationem aſſerendi quinque ſigna diuinæ voluntatis.

Rom.

Nec ſine quæſtione de nomine poteſt huiuſmodi numerus augeri, vel minui.

21. Dubitatur hîc vtrùm hæc ſigna ſemper ſignificent voluntatem verè, & realiter in Deo exiſtentem, an ſolùm dicantur ſigna, quatenùs faciant nos putare Deum velle res per ipſam ſignificatas, quas tamen re verâ ſæpiùs non vult. Reſpondetur ſemper ſignificare voluntatem verè, & realiter in Deo exiſtentem, adeóque voluntatem ſigni ſemper habere adiunctam voluntatem beneplaciti, quæ ſola eſt voluntas verè, & realiter in Deo exiſtens. Ratio eſt, quia ex vna parte eſſent ſigna valde æquiuoca, falſa, & ficta, ſi ſignificarent voluntatem, quæ re verâ in Deo non eſſet. Ex alia parte ſuſtinendo præſertim voluntatem inefficacem eſſe voluntatem beneplaciti verè, & realiter in Deo exiſtentem, vt infra traditur §. 5. nō èſt admodū difficile aſſignare aliquā propriā, & veram voluntatē cuicumque
22. ex enumeratis ſignis reſpectinè reſpondentem. Præcepto, & prohibitioni reſpondet in Deo voluntas efficax obligandi ad faciendam rem præceptam, & ad non faciendam rem prohibitam. Reſpondet item voluntas inefficax ſaltem, quod res præcepta fiat, & prohibita non fiat. Voluntas inquam inefficax ſaltem, nam ſæpiſſimè non ineſſe Deo voluntatem efficacem ſatis patet ex eo, quod ſæpiſſimè è contra res euenit; res ſcilicet præcepta non fit, & prohibita fit; imo probabile eſt aliquando neque etiam ineſſe Deo voluntatem inefficacem, quod res præcepta fiat: & tunc præceptum potius ſignificat voluntatem efficacem obligandi ad ponendum conatum pro re facienda, quàm ad rem ipſam faciendam: tale videtur fuiſſe præceptum Abrahæ impoſitum de immola-
23. tione filij, vt magis explicat Herincx *diſput.* 7. *quæſt.* 5. *numero* 43. Permiſſio ſignificat voluntatem efficacem non ponendi impedimentum effectui permiſſo, & licet Pontius *diſput.* 6. *numero* 14. exiſtimet ad non ponendum impedimentum ſufficere putam carentiam voluntatis de impedimento ponendo, adeoque ex hoc capite non uideatur permiſſio ſufficienter ſignificare poſitiuam voluntatem in Deo exiſtentem; oppoſitum tamen omninò ſentiendum eſt, ne admittatur in Deo pura omiſſio libera contra *ſupradicta* §. 1. ſignificat inſuper permiſſio voluntatem efficacem concurrendi ad materialem entitatem peccati. Coosilium ſignifi- 24.
cat voluntatem efficacem alliciendi ad id, quod conſulitur inductione ſoaſoria, retrahendi verò ab eo, quod conſulitur inductione diſſuaſoria: ſignificat item vt plurimùm voluntatem ſaltem inefficacem, quod res illa fiat, iſta non fiat. Operatio ſignifi- 25.
ficat voluntatem efficacem rei, quæ executioni mandatur, & aliquando etiam voluntatem inefficacem alterius. Sic iuſtificatio impij, qui non eſt finaliter perſeueraturus, ſignificat voluntatem efficacem dandi gratiam, & voluntatem inefficacem dandi gloriam & ex hoc capite etiam diſplicet *Æſtius* ſupra relatus ponens inter ſigna diuinæ voluntatis præparationem, quam admittit ſignificare voluntatem (à nobis puta- 26.
tam exiſtere, at re verâ non exiſtentem in Deo; ſicque annumerat ſignis diuinæ voluntatis ſignum æquiuocum, & falſum.

Signa diuinæ voluntatis ſemper ſignificant voluntatem verè, & realiter in Deo exiſtentem.

Quam voluntatem in particulari ſignificent præceptum, & prohibitio.

Quam permiſſio.

Quam conſilium.

Quam operatio.

Ex his habes primò ſigna diuinæ voluntatis non ſemper in re ſignificare illud, quod à nobis prima fronte concipitur. Nos quippè ex præcepto v. g. ſtatim percipimus voluntatem efficacem, quod res præcepta fiat, quam tamen voluntatem non ſemper in re præceptum ſignificat: & in hoc ſenſu rectè ait D. Thomas *prima parte, quæſt.* 19. *art.* 12. 27.
ad 2. *Deus poteſt ſignificari metaphoricè velle id, quod non vult voluntate propriè acceptâ.*

Transgreſſio diuini præcepti eſt contra voluntatē Dei ſaltem qua vult obligare.

Habes ſecundò in tranſgreſſione alicuius diuini præcepti fieri ſemper contra aliquam diuinam voluntatem, ſaltem ſcilicet contra eam, qua vult obligare ad faciendam rem præceptam; aut ad ponendum pro ipſa facienda conatum. Et quamvis hoc ſit facere contra diuinam voluntatem ſolùm quodammodo indirectè, ſit facere potius) contra obligationem à diuina voluntate impoſitam, quàm contra ipſam diuinam voluntatem, parum intereſt de modo loquendi, 28.
dum certum eſt quoad rem hoc ſufficere, vt tranſgreſſio præcepti difformis ſit voluntati diuinæ, & in ſe peccaminoſa.

Diuiſiones voluntatis Dei ſunt ſubdiuiſiones voluntatis beneficij.

Habes tertiò omnes alias diuiſiones, quæ in hoc capite afferuntur non tam eſſe diuiſiones diuinæ voluntatis ſecundùm ſe, quàm ſub diuiſiones voluntatis beneplaciti, cum hæc vna omnes voluntates verè, & realiter in Deo exiſtentes complectatur. Mirum propterea non eſt, quod diuiſio *in ſequenti* §. proponenda ſoleat ſpecialiter afferri, tanquam ſubdiuiſio voluntatis beneplaciti.

§. IV.

De diuiſione voluntatis Dei in voluntatem Antecedentem, & conſequentem?

29. Diuiſio voluntatis Dei in antecedētem, & conſequentem eſt vniuoca.

ASSERTVM I. Diuiſio voluotatis Dei in Antecedentem, & Conſequentem eſt vniuoca: eſt ſcilicet in voluntstes, quarum vtraque exiſtit in Deo propriè, & formaliter. Ita D. Thomas *in* 1. *diſt.*46. *q. vnica art.* 1. *in C.* 1. *part. quaſt.* 19. *artic.*6. *ad* 1. *& clarius de veritate quaſt.*23. *art.*3. *in C.* Salmant. 1. *part. tract.*4. *diſp.*9. *dub.*3. §. 2. Ioan. à S. Thoma *quaſt.*19. *diſp.*5. *art.*6. *num.*13. & eum maiori Thomiſtarum parte Vaſquez 1. *part. diſp.*83. *cap.*2. Lugus *lib.* 1. *diſput.*35. *cap.*4. Arriaga *diſput.*25. *ſect.*3. *ſubſect.*3. Valentia, Molina Herincx & illi omnes, qui voluntatem antecedentem ponunt ſub voluntate beneplaciti contra Syluinm 1. *parte quaſt.* 19. *art.*6. §. *Quaritur ſecundò*, Æſtium *in* 1. *diſt.*46. §. 3. alioſque nonnullos docentes voluntatem antecedentem eſſe voluntstem ſigni, nec exiſtere in Deo propriè, & formsliter, ſed metaphoricè tantùm, & eminenter.

Voluntas antecedens continetur ſub voluntate beneplaciti.

Probstur primò: Non ſolùm voluntas conſequens, verùm etiam voluntas sntecedens eſt voluntas beneplsciti: ergo vtraque propriè, & formsliter in Deo exiſtit, & per conſequens diuiſio volontstis Dei io antecedentem, & conſequetem eſt, &c. Conſequentia patet ex ſuprà poſitâ, eàque communiſſimâ explicatione voluotatis beneplaciti. Antecedens ptobatur ex D. Thoma tum 1. *parte quaſt.*19. *art.*12. vbi cum inter volnntates ſigni volnntatem antecedentem non enumeret, indicat vtique ipſam contineri ſub voluntate beneplaciti: tum *quaſt.*23. *de veritate art.* 3. *in C.* vbi habet: *Inuenitur in Deo propriè ratio voluntatis, & ſic voluntas de Deo propriè dicitur: & hac eſt voluntas beneplaciti, qua per antecedentem, & conſequentem diſtinguitur.* Nec ſibi sdueſatur idem Sanctus Doctor, dnm citatâ *q.*19. *artic.*6. *ad* 1. ait voluntstem antecedentem eſſe voluntatem ſecundùm quid (quod tepetit etism *quaſt.*23. *art.*4. *ad* 3.) & velleitatem potius, quàm sbſolutam voluntatem: Non inquam ſibi aduerſatur, quia nomine voluntatis ſecnndùm quid, non intelligit Sanctus Doctor voluntatem ſigni, ſed voluntatem inefficacem, ſeu conditionatam, & hsnc nollam dicere imperfectionem, ratione cuius nequeat formsliter poni in Deo, habetur ex ipſomet S. Doctore *in* 1. *diſt.*46. *quaſt. vnicâ art.* 1. *ad* 2. illis verbis: *voluntas antecedens poteſt dici conditionata; nec tamen eſt imperfectio ex parte voluntatis diuina, ſed ex parte voliti.* Multo minùs ſibi aduerſatnr dum tum *citat. art.*6. *ex* 1. *parte*, *tum cit. art.* 1. *ex* 1. *ſent.* docet diſtinctionem voluntatis Dei in antecedentem, & conſequentem eſſe ex parte volitorum, non ex parte ipſius volunatis; ex quo aduerſarij inferunt noo dari iuxta mentem *D. Thoma* in Deo vtramque voluntatem, ſed tantùm conſequentem. Multò minùs inquam ſibi aduerſatur, quia ex indiſtinctione voluntatis sntecedentis à conſeqnenti debet potiùs inferri dari in Deo formaliter voluntatem antecedentem, ſicuti dstur formaliter conſequens ab sntecedente indiſtincta. In re tamen *D. Thomas* non negat ex parte ipſius volnntatis omnem diſtinctionem inter voluntatem antecedentem, & conſequentem; ſed ſolùm diſtinctionem, ratione cuius vna voluntas ſit prior alterâ: & hanc diſtinctionem ſecundùm prius, & poſterius ponit ſe tenere ex parte volitorum.

Probatur ſecundò: Si voluntas antecedens non exiſtit in Deo propriè, & formaliter, ſignique voluntas eſt, non beneplaciti; adeóque diuiſio voluntatis Dei in antecedentem, & conſequentem vniuoca non eſt, maximè, quia voluntas antecedeos eſt voluntas inefficax, vel ſecundùm ſe totam, vel ſecundùm aliquid ſui, vt mox explicabitur, ſed hoc non obſtat: ergo. Minor probatur: tum quia voluntas inefficsx exiſtit in Deo propriè, & formaliter, vt trsdetur in *ſequenti* §. tum quia volnntas inefficax eſſe nequit voluntas ſigni. Neceſſe eſt igitur, quod ſit voluntas beneplsciti eſſe inquam oequit voluntas ſigni, quia voluntss ſigni nihil eſt aliud, quàm diuinæ voluntstis effectus diuinam voluntatem ſignificans: at voluntas inefficax ſecundùm eam rstionem ſecundùm quam eſt inefficsx, nullum importst effectum: ergo voluntas iocfficax nihil importat ſecundùm ſe, ratione cuius poſſit eſſe ſignum diuinæ voluntatis, & denominari voluntas ſigoi. Accedit, quod non appsret ad qosmnam voluntstem ſigni reduci poſſit, niſi cum *Æſtio in* 1. *diſt.*45. §. 7. addatur pro ſexta voluntste ſigni præparstio contra ſuperios dicts. 30.

Voluntas inefficax nō poteſt eſſe voluntas ſigni.

ASSERTVM II. Diuiſio voluntstis Dei in antecedentem, & conſequentem, ſeu vt loquitur D. Chryſoſtomus *homil.* 1. *in Epiſt. ad Ephef.* in Primariam, & ſecundariam, duas habet præcipuss expoſitiones, ex quibus inquirere quænam ſit congruentior eſt inſtituere puram quæſtionem de nomine, eſt ſcilicet inquirere ſignificationem illorum nominum, Antecedens, Conſequens: Primaris, ſecundaria. Ideò vel vtraque expoſitio ſuſtinenda vt congrua, vel illa præferenda pro qua msior auctoritss præponderst. 31.

Diuiſio voluntatis in antecedentem, & conſequentem duas habet præcipuas expoſitiones.

Probatur aſſertum sfferendo vtramque allatæ diuiſionis expoſitionem. Prima eſt illam voluntatem dici antecedentem, quam Deus hsbet ex ſe ipſo, ſeu ex propria quaſi propenſione præciſè antecedenter ad quamcumque cauſam, rationemvè motiuam à creatura poſitam, aut occaſionem ex creatura captatam. Conſequentem verò dici, quæ conſequitur motiuum aliquod creatum, aut occaſione ex creatura acceptam. Iuxta hanc expoſitionem voluntas antecedens poteſt eſſe non ſolùm inefficax, verùm etiam efficax, & in hoc ſenſu eſt antecedens

Prima expoſitio.

tecedens voluntas, qua Deus voluit hunc mundum creare, qua efficaciter vult homini primam vocationem tribuere. Traditur hæc expoſitio à Vaſquio *prima parte, diſputatione* 83. *capite* 3. Lugo *lib.* 1. *diſputatione* 35. *capite* 4. *numero* 6. Arriagà *diſputatione* 33. *ſect.* 3. *numero* 11. aliiſque pluribus, qui afferunt tanquam talis expoſitionis primos Auctores D. Damaſcenum *lib.* 1. *fidei*, *cap.* 29. & D. Chryſoſtomum *homil. ſuprà cit.* ait Arriaga hanc explicationem ex ipſis terminis *Antecedens*, *Conſequens* claré conſtare, nam anteceſſio, & conſecutio ſunt termini reſpectiui in ordine ad aliud, pro hoc alio autem nihil melius aſſignare poteſt, quàm opera noſtra.

32. Secunda expoſitio. Secunda expoſitio eſt illam voluntatem dici antecedentem, quæ fertur in rem conſideratam præcisè ſecundùm ſuam naturam, nullis attentis circumſtantijs illam dici conſequentem, quæ fertur in rem, vt habentem circumſtaotias adiunctas; & quia obiectum ſecundùm ſe antecedit obiectum circumſtantiatum, dicit D. Thomas *prima parte, quæſt.* 19. *articul.* 6. *ad* 1. vbi huius expoſitionis eſt auctor, diſtinctionem voluntatis in antecedentem, & conſequentem accipi ex parte volitorum: illam ſcilicet dici antecedentem, quia eſt circa obiectum ſecundùm ſe prius, & antecedens: Iſtam conſequentem, quia eſt circa obiectum ſecundùm ſe poſterius, & conſequens. Hanc *D. Thomæ* expoſitionem amplectuntur Richardus *in* 1. *diſt.* 46. *artic. vnico*, aliique nonnulli, & Thomiſtæ communiter, inter quos Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 19. *diſput.* 5. *art.* 8. *n.* 8. ſuſtinet *D. Thomam* ſecutum eſſe mentem Damaſceni. At Valentia *eâdem quæſt.* 19. *punct.* 20. §. *eſt autem.* exiſtimat *D. Thomam* voluiſſe ſolùm *ex D. Damaſceno* vſurpare terminos voluntatis antecedentis, & conſequentis; non verò eoſdem iuxta Damaſceni ſententiam interpretati. Vaſquez *diſputat. cit. cap.* 4. *numero* 21. cenſet quidem D. Thomam & D. Damaſcenum eſſe in explicatione diuiſionis agitatæ concordes, at *D. Thomam* trahit ad primam expoſitionem: vult enim iuxta *D. Thomam* voluntatem etiam antecedentem poſſe eſſe efficacem, quod tamen parum conforme eſt textui *Sancti Doctoris*, & valdè contrarium Thomiſtis præcedentibus à prima expoſitione potiſſimum, ex eo quod ſentiant voluntatem antecedentem ſemper eſſe inefficacem: & quoad hoc fauent Thomiſtis illi, qui vocant voluntatem antecedentem illam, quæ vult aliquid non in ſe immediatè, ſed in ipſius antecedente cauſa à Deo præparata, ad quam natum eſt conſequi aliquid ipſi Deo placiturum, & reſpectu huius illa voluntas cauſæ dicitur antecedens. Conſequentem vocant, qua Deus vult aliquid immediatè in ſe ipſo, & quia nihil fit, quod Deus immediatè non velit, quidquid fit ex voluntate conſequente fit. Sicque ſola voluntas conſequens eſt efficax, omnis verò antecedens eſt ineficax. Pro hoc dicendi modo Valentia *punct. cit.* §. 3. *expoſitio*, refert D. Bonauenturam *in* 1. *diſtinct.* 47. *articulo vnico* Scotum *in* 1. *diſtinct.* 46. *quæſt. vnica.* Durandum *diſtinct.* 47. *quæſtione* 1. *Herueum, Ochamum, & Gabrielem.* Idcirco propter auctoritatem, præſertim *D. Thomæ*, cui quoad aſtruendam inefficacem omnem voluntatem antecedentem conſentiunt vltra Thomiſtas tum Auctores mox relati, tum plures recentiores, vt fatetur Vaſquez *diſput. cit. cap.* 3. *numero* 15. tum à fortiori illi, qui contra ſuperius primum aſſertum docent voluntatem antecedentem eſſe voluntatem ſigni, videtur auctoritas præponderare pro ſecunda expoſitiooe, in quam propterea magis propendeo. Secunda expoſitio præfertur primæ.

33. Dices ex Arriaga *ſect.* 3. *ſupra cit. num.* 12. hac ratione fuiſſet conſequens voluntas prima Dei de creando Angelo cum gratia etiam in hac temporis, & loci circumſtantia, & tamen non poteſt aſſignari quid conſequatur talis voluntas, imò cum ſit prima omnium non videtur poſſe eſſe magis antecedens. Sed contra: voluntas conſequens dicitur ratione obiecti potius, quàm ratione ſui: Non ſcilicet quia ſupponat ſemper aliquam voluntatem ante ſe, ſed quia eſt de obiecto, quod fuiſſet ſecundùm ſe volibile volitione antecedente inefficaci. Antecedens item dicitur non quia ſemper voluntatem aliquam antecedat, ſed quia ita ipſa ſiſtit in antecedentia, & obiecto ſecundùm ſe, vt ſit dabilis alia voluntas attingens idem obiectum ſub ea ratione, ſub qua eſt poſterius ad ſe ipſum ſecundùm ſe. In propoſito voluntas de creando Angelo &c. Licet ſit prima, & non eſt antecedens, quia non ſiſtit in antecedentia, & obiecto ſecundùm ſe: licet aliam voluntatem non conſequatur, eſt conſequens; quia eſt de obiecto inefficaciter volibili ſub aliqua ratione priori. Neque in hoc eſt vltra immorandum, ne relabamur in quæſtionem de nomine cui, ni fallor, Theologi in præſenti nimis indulgent, dum allatæ diuiſionis varias nimis afferunt explicationes, vt videre eſt apud Cieram *in* 1. *diſt.* 45. *quæſito* 12.

34. Dubitatur hîc vtrùm voluntas, qua Deus iuxta illud 1. *Tim.* 2. *Omnes homines vult ſaluos fieri* antecedens ſit, an conſequens. Mirum eſt, quàm varias hîc textus obtinuerit interpretationes, ex quibus multas multi referunt, vt videre eſt inter alias apud Syluium *prima parte, quæſt.* 19. *art.* 6. §. *quæritur*, 3. Æſtium *in* 1. *diſtinct.* 46. §. 4. Reſpondetur breuiter, quod ſumendo ly *omnes homines* cum omnimoda vniuerſalitate, & illimitatione Deus vult omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedente: ſumendo autem ly *omnes* cum aliqua reſtrictione, & diſtributione accommodâ Deus vult omnes homines ſaluos fieri, etiam voluntate conſequente. Hac ratione facilè ex vna parte conciliantur nonnullæ expoſitiones inter ſe alioqui diſcordes, & ex alia parte, cum per nos voluntas etiam antecedens propriè, & formaliter in Deo exiſtat ly *vult* etiam ad voluntatem antecedentem relatam propriè, non

Deus vult omnes homines ſaluos fieri procedit ſub diuerſa ratione de voluntate tum antecedente, tum conſequente.

non metaphoricè procedit ; de voluntate beneplaciti, non de voluntate ſigni intelligitur. Probatur prima pars reſponſionis : Certum eſt ſimpliciter, & abſolutè loquendo non omnes homines de facto ſaluari, & de multis vocatis paucos eſſe electos, ergo ſumendo ly *omnes* cum omnimoda vniuerſalitate, & illimitatione vult Deus omnes homines ſaluos fieri eâ ſolùm voluntate, quæ poteſt non impleri, qualis eſt voluntas antecedens. Conſiderans igitur Deus abſolutè, & ſecundùm ſe bonam eſſe omnium hominum ſalutem, ipſam vult non præcisè ſimplicis complacentiæ affectu, quo gaudeat de bonitate omnium poſſibilium abſque vllo ordine ad exiſtentiam ſed affectu deſiderij potiùs, quàm complacentiæ, ordinando cauſas inferiores, & media ad ponendam omnium hominum ſalutem. Quia tamen non omnia media quæ ordinat efficacia ſunt ad finem conſequendum, ſed aliqua inefficacia, & ſolùm ſufficientia ſit, quod inefficaciter ſolùm velit omnium ſalutem. Quia item ordinat huiuſmodi media ad ſalutem omnium hominum ſecundùm ſe, non ad ſalutem omnium hominum in quibuſcumque circumſtantiis : neque enim ordinat media ad ſaluandum hominem affectum circumſtantia peccati finalis v. g. neque hunc eum tali circumſtantia conſideratum vult ſaluare, ſed punire, fit quod velit omnium hominum ſalutem ſolum antecedenter : & ecce explicatam primam reſponſionis partem, quia ex D. Damaſceno tradit Sanctus Doctor *prima parte,*

Deus vult omnium ſalutem affectu potiùs deſiderij, quàm complacentiæ.

35. *quæſtione* 19. *articulo ſexto ad primum* Probatur ſecunda eiuſdem reſponſionis pars aſſerendo duplicem reſtrictionem, & diſtributionem accommodam, ſecundùm quam verificetur, quod Deus voluntate etiam conſequente, & efficaci velit omnes homines ſaluos fieri. Altera eſt diſtribuendo ly, *omnes*, per genera ſingulorum, non per ſingula generum, adeo vt ſicuti dicitur omne animal fuiſſe in Arca Noë, quia fuit in Arca Noë aliquod ex omni genere animalium, ſeu omne animalium genus : ſicuti item *Luc.* 11. dicebantur Phariſæi decimare omne olus ſumendo per ly *omne olus* omne olerum genus ; ita dicatur Deus vult omnes homines ſaluos fieri, id eſt omne hominum genus, ſeu aliquos ex omni hominum genere, aliquem Regem, aliquem priuatum; aliquem Iudæum, aliquem Gentilem ; aliquem nobilem, aliquem ignobilem, &c. Altera eſt diſtribuendo ly *omnes* non per omnes homines abſolutè, ſed per omnes, qui ſalui fiunt : adeò vt ſenſus ſit nullum ſaluum fieri, niſi quem ſaluum fieri Deus ipſe voluerit : eo modo, quo ſi in aliqua ciuitate ſit vnicus litterarum Magiſter dicitur docere omnes, non quia nullus abſolutè non doceatur, ſed quia nullus docetur, qui ab illo non doceatur, & *Ioan.* 1. dicitur Deus illuminare omnem hominem, non quia nullus hominum ſit, qui non illuminetur, ſed quia nullus illuminatur, qui non illuminetur à Deo : vtraque hæc illius propoſitionis vniuerſalis reſtrictio traditur ab Auguſtino : Prima quidem in Enchir. *capite* 103. *Nec non in libro de correptione, & gratia capite* 14. & Auguſtinum conſentit Gregorius *libro quinto in capite* 14. *lib.* 1. *Regum.* Secunda pariter in Enchir. *eodem capite* 103. *Nec non libro de Prædeſtinat. Sanctorum capitè* 8. *item lib. contra Iulianum capite* 8.

Duplex reſtrictio apponi poteſt ad ly *Deus vult omnes homines, &c.*

36. Diſplicet vtraque hæc reſtrictiua, & limitatiua diſtributio Vaſquio *prima parte, diſp.* 83. *cap.* 2. *num.* 12. Suario *in Opuſc. relect. de libertate Dei diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 9. aliiſquè nonnullis. Diſplicet inquam tanquam parum conformis contextui, quia ibidem in prioribus verbis Apoſtoli : *Obſecro fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus* ly *pro omnibus* non patitur diſtributionem illam reſtrictiuam, & limitatam. Nihilominus ſuppoſito, quod nobis non innoteſcat quoſnam efficaciter velit Deus ſaluare, ſeu quinam in re ſint ex Dei voluntate ſaluandi, rectè ſtat, quod ly *omnes*, quos Deus efficaciter vult ſaluare, ſeu qui in re ſunt ex Dei voluntate ſaluandi, ſumi debeat cum reſtrictione, ly *autem omnes*, pro quorum ſalute eſt à nobis orandum ſumi debeat ſine reſtrictione, quia ſi nos apponamus reſtrictionem aliquam, & aliquem ab oratione noſtra excludamus, fortè excludemus illum, quem Deus efficaciter vult ſaluare, & qui in re eſt ex Dei voluntate ſaluandus, ideo neutra reſtrictio à contextu Apoſtoli diſcordat, neutra debet ex hoc capite diſplicere. Diſplicebit fortè alicui vtraque reſtrictio ſaltem, tanquam ſine neceſſitate appoſita, cum poſſit idem textus independenter ab omni reſtrictione intelligi de ſola voluntate antecedente. Verùm cum voluntas antecedens ſit minus perfecta voluntas, quàm conſequens : illa, vt loquitur *D. Thomas* ſit voluntas ſecundum quid: iſta ſit voluntas ſimpliciter, non apparet vtrum rationabilius ſit in illis verbis *vult omnes homines ſaluos fieri* intelligere ly *vult* de voluntate ſecundùm quid, vt intelligi poſſit ly *omnes* ſine reſtrictione, an intelligere ly *omnes* cum reſtrictione, vt intelligi poſſit ly *vult* de voluntate ſimpliciter.

Voluntas antecedens eſt minus perfecta, quàm conſequens.

37. Eodem modo, quo de allatis *D. Pauli* verbis hucuſque dictum eſt, poſſunt ſub diuerſâ ratione tum de voluntate antecedente, tum de conſequente intelligi ; plura alia Scripturæ loca, quæ quoad rem idem ferè ſonant, ac locus ille ex *Paulo* relatus, talia ſunt verba illa 2. Petri 3. *Deus non vult aliquos perire, ſed omnes ad Pænitentiam reuerti.* Ezechiel. 18. *Nunquid voluntatis mea eſt mors impij, & non magis, vt conuertatur à viis ſuis, & viuat.* In quibus locis nequeunt difficultatem declinare, ſicuti declinant aliqui in verbis illis *vult omnes homines ſaluos fieri* dicendo ipſa non procedere de voluntate diuina, ſed de voluntate humana Dei ſaluatoris, ſeu Chriſti, quam poſſe non impleri ſine vlla difficultate admittitur. Ex iiſdem locis corroboratur maximè

Indicantur nõnullæ interpretationes illorum verborum, *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.*

ximè, qoàm incongruat verba Pauli interpretari, aut præciſè de voluotate ſigni, quo Deua nobis ſigoificet ſe velle omnes ſaluoa fieri, aut præciſè de voluntate cauſali, qua Deos faciat nos velle omnes ſaluos fieri, aut de aliqua alia ſimili voluntate impropriè, & oon formaliter in Deo repertâ. Nam qoo plura Scripturæ locaidem ſouant, eo magis curandum eſt de propriâ, & rigoroſâ ipſorum interpretatione, & faciliua permitti poteſt procedere in ſenſu improprio vnum, quàm plures ſacros textus.

---

§. V.

De diuiſione voluntatis Dei in voluntatem inefficacem, & efficacem?

38. *Diuiſio voluntatis Dei in inefficacẽ, & efficacem eſt vniuoca.*

ASSERTVM I. Diuiſio voluotatis Dei in inefficacem, & efficacem eſt vniuoca: eſt ſcilicet io voluntates, quarum vtraque exiſtit in Deo propriè, & formaliter. Ita Auctores citati pro primo aſſerto *ſuperioris* §. & inſuper De Quiros 1. *parte, quaſt.* 29. *art.* 6. *num.* 71. & alij plures apud ipſum *ibidem num.* 74. Contra Syloium, Æſtium, in eodem primo aſſerto ſuprà citatos, & ioſuper contra Scotum *in primo diſt.* 46. *quaſt. vnica* Marſilium *in* 1. *diſt.* 44. *art.* 1. Alenſem 1. *parte, quaſt.* 36. *membr.* 2. Baſilium Legionenſem 1. *parte, variarum quaſt.* 6. *ſcolaſtica cap.* 12. alioſque plures ſimpliciter, & abſolotè docentes omnem voluntatem beneplaciti, ſeu formaliter, & propriè in Deo exiſteotem ſemper impleri.

Probatur primo: Si dioiſio voluntatia Dei in inefficacem, & efficacem vniuoca non eſt, maximè quia datur in Deo formaliter, & propriè ſolùm volnotas efficaa, inefficax verò eminenrer ſolùm, impropriè, & metaphoricè ſed hoc eſt falſũ, ergo diuiſio volũtatis Dei in ioefficacem, &c. Minor probatur quo ad primam partem. Si daretur io Deo propriè, & formaliter ſolùm voluntas efficax, vel multiplex voluntas efficax Dei non impleretur contra illud Iſaï. 46. *Omnis voluntas mea fiet.* Pſalm. 113. *Omnia quecumque voluit, fecit* Eccleſiaſte 8. *Omne quod voluerit, faciet*; vel multa loca Scripturæ exprimentia voluntatem Dei non impletam, vt patet *ex antecedenti* §. eſſeot intelligenda in ſenſo improprio, & metaphorico contra regulam generalem non tribuendi Scripturis ſenſum improprium, & Metaphoricum abſque oeceſſitare, quam quidem neceſſitatem in præſenti nullam eſſe, & ab Aduerſaris malè aſtrui euincunt ea omnia, quibus mox directè probabitur volontatem inefficacem dari in Deo formaliter, & propriè, qoæ omnia etiam inſeruiunt ad directè probandum ſecundam partem maioris ſuprapoſitæ ideo

39. ASSERTVM IV. Probatur ſecundò volũtas inefficax datur in Deo propriè, & formaliter, nõ verò eminenter ſolũ, impropriè, & metaphoricè, ergo diuiſio, &c. Probatur antecedens affectus inefficax propriè, & formaliter acceptus neque repugnat voluntati, vt voluntas eſt; neqoe voluntati, vt diuina eſt. *Voluntas inefficaa datur in Deo propriè, & formaliter.* Non primum, quia in nobis experimur plures affectus inefficaces etiam circa ea quæ poſſumus efficaciter velle, & adhibere ad aliquem finem medium iocertum, quando facilè poſſumus mediom certom adhibere nihil aliud eſt, quàm talem finem inefficaciter velle. Non ſecundom qoia talis affectus inefficax pooeretur in Deo liber omninò, non neceſſarius quod autem Deus aliquem effectum ex propria libertate non obtineat nulla eſt imperfectio diuinæ voluntatis: & ſicuti Deus eo, quod bonorum noſtrorum non egeat, creatiſque perfectionibus non perficiatur, poteſt abſqoe ſui imperfectione creata obiecta efficaciter noo velle; ita eadem poteſt velle inefficaciter, cum non poſſit apparere maior imperfectio in carentia obiecti inefficaciter voliti, quam in carentia eiuſdem efficaciter nuliti, quando æquè libera ponitur inefficax volitio, ac efficax nolitio.

Dices loqueodo conformiter ad ſuprà poſita *cap.* 1. §. 6. reſpectu obiecti non ponendi à parte rei ſuſtinere oon poſſe in Deo actum liberum, cum enim ibi dictum ſit, actum liberom Dei eſſe talem liberrare actiuâ, & immutatiua obiecti, & circa obiectum non ponendum à parte rei explicari nequeat libertas actiua, & immutatiua, conſequena eſt circa obiectum non ponendum à parte rei dari in Deo non poſſe actum liberum, adeóque aut formaliter non dari, aut non eſſe liberam volontatem inefficacem in Deo. 40.
Sed cootra primò mutatio obiecti non aſſeritur à nobis intrioſecè conſtitutiua actus liberi diuini, adeóqoe ſine obiecti mutatione ſuſtinere poſſumus actum liberum in Deo, adeo vt actus liber efficax ſit immutatiuus efficaciter, & ad ipſum conſequatur actualis obiecti mutatio actus liber inefficax ſit immutatiuus inefficaciter, & ad ipſum non ſequatur actoalis obiecti mutatio: Contra ſecundò, & melius dico actum liberum inefficacem Dei licèt in ſe ipſo non muter obiectum reſpectu cuius eſt inefficaa, murare tamen illud in ſuis cauſis, qoatenus ex vi illius actus inefficax ponuntur à parte rei cauſæ ſufficientes determinatæ ad cauſandum illud obiectum, reſpectu vniua actos ille eſt inefficax. *Voluntas inefficax Dei quomodo poſſit eſſe libera abſque obiecti mutatione.* Vnde inſtantia ad ſummum probat dari non poſſe in Deo actum purè inefficacem, ſed omnem, actum qoi eſt inefficax reſpectu finis, eſſe efficacem reſpectu alicoius medij, quod concedo libentiſſimè, neqoe ad hoc coocedendum mooeor, præciſè ex neceſſitate explicandi io tali actu libertatem, ſed multò magis ex neceſſitate diſtingnendi talem actum à ſimplici complacentia, quam Deus habet circa bonitatem purè poſſibilem, quæ quidem neceſſitas ea vna parte negari non poteſt, cum ſimplex complacentia de bonitate poſſibili ſit per modum puri *Voluntas inefficaa diſtinguitur à ſimplici cõplacentia.*

gaudij: voluntas inefficax ſit per modum potius deſiderij: illa ſit neceſſaria: iſta libera; illa vtpotè non carens vllo effectu, ad quem ordinetur, non poſſit dici inefficax, ſicuti iſta. Ex alia parte non poteſt talis neceſſitas diſtinctionis, ſeu talis diſtinctio ſaluari, niſi voluntas inefficax finis ſit efficax reſpectu alicuius medij ſufficienter conducentis ad finem. Nec aſſignari poteſt quid addat voluntas ſalutis omnium hominum ſupra ſimplicem complacentiam eiuſdem ſalutis poſſibilis, niſi dicatur illam ſupra iſtam importare præparationem efficacem mediorũ ſufficientium conducẽtium ad ſalutem omnium hominum. Hanc coniunctionem alicuius efficacitatis cum voluntate qualibet inefficaci Dei indicat D.Thomas 1. *part. qu.19. art.6. in C.* dicens: *Quod recedere videtur à diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in ipſam ſecundùm alium.* Sic quod recedere videtur à diuina voluntate ſecundùm ordinem finis, ſecundum quem diuina voluntas eſt inefficax, relabitur in ipſam ſecundùm ordinẽ mediorum, ſecundùm quem eadem diuina voluntas eſt efficax.

In Deo ſemper coniungitur cũ aliqua efficacitate.

41\. Probatur tertiò: Si voluntas ineffieax dicit aliquam imperfectionem, ratione cuius nequeat propriè, & formaliter admitti in Deo, & ratione cuius per conſequens diuiſio voluntatis Dei in inefficacem, & efficacem vniuoca non ſit, maximè quia vel importaret actum otioſum, & illuſorium eo modo, quo qui facillimè, & inimpedibiliter potens operari non operatur, cõuincitur non feriò velle operari; vel importat imbecillitatem aliquam & impotentiam eo modo, quo qui metu naufragij proiicit merces in mare habet voluntatem inefficacem ipſas ſeruandi, quia non habet potentiam, & vires impediendi tempeſtatem, quam ſi poſſet impedire, vellet efficaciter merces ſeruare: ſed neutram ex his imperfectionibus dicit ex ſuo conceptu formali voluntas inefficax. Non primam, quia in eo, qui facillimè poteſt habere voluntatem efficacem aliquid illuſorij, & otioſi ſapit voluntas inefficax ad ſummum, quando ita eſt inefficax, vt nullã prorsùs habeat coniunctam efficacitatem. Sicuti tamen ex mox dictis coniunctam ſemper habet aliquam efficacitatem voluntas inefficax diuina. Et qui facillimè potens operari non operatur, conuincitur non ſeriò velle operari, ſi nihil prorsùs operetur: at ſi operetur aliquid conducẽs ad illud, quod inefficaciter vult, optimè dicitur ſeriò velle quod inefficaciter vult; alioqui, vt quis ſeriò vellet, deberet ſemper totâ, quâ poteſt, efficaciâ; toto, quo poteſt, conatu operari quod vult. Non item dicit voluntas inefficax ſecundam imperfectionem, quia tunc ſolùm argumentum eſt imbecillitatis, & impotentiæ quãdo inefficaci prouenit ex impedimento extrinſeco, quo ablato inefficaciter volens in voluntatem efficacem ſtatim erumperet, vt contingit proiicienti merces in mare cum voluntate inefficaci ipſas ſeruandi. Secus eſt de voluntate inefficaci, cuius inefficacia prouenit præcisè ex libertate volentis, qui propter conuenientiſſimos ſuæ prouidentiæ fines abſtinet à fortiori, & efficaci volitione, quam eâdem facilitate poſſet elicere, quà elicit inefficacem, quomodo ſe habet voluntas inefficax Dei. Confirmatur ex dictis *l. ſuperiori c.4.§.1.* vbi aſſeruntur in Deo decreta ex parte obiecti conditionata, quæ quidem affinitatem habent maximam cum decretis inefficacibus. Ideò

Neque importat actũ otioſum.

Neque vllã imbecillitatem.

42\. Dubitatur hîc obiter verùm omnis voluntas inefficax Dei ſit ex parte obiecti conditionata. Certum eſt quandoque voluntatem inefficacem vocari conditionatam, ſic voluntas antecedens, quæ iuxta *D.Thomam* inefficax eſt, iuxta eundem dici poteſt conditionata, vt patet ex *ſupradictis initio præcedentis* §. Nihilominus. Reſpondetur voluntatem Dei propriè inefficacem potius debere eſſe abſolutam, nec vllam eſſe neceſſitatem, quod omnis voluntas inefficax Dei ſit conditionata. Ratio primæ partis eſt, quia voluntas propriè inefficax eſt, quæ caret effectu ſub ea ratione, ſub qua effectum intendit: Cum igitur voluntas conditionata intendat effectum ſub conditione, ſeu ponendum poſitâ conditione, vt voluntas conditionata ſit inefficax debet carere effectu poſitâ conditione, quod non verificatur de vlla voluntate conditionata Dei: reſpectu cuius cum nunquam conditio ponatur nunquam verificatur, quod careat effectu poſitâ conditione. Quod deinde careat effectu ſecundùm ſe nihil intereſt, quia cum voluntas conditionata non intendat effectum ſecundùm ſe, nec per hoc, quod ponatur effectus ſecundùm ſe dici poteſt efficax, nec per hoc quod non ponatur effectus ſecundùm ſe, dici poteſt inefficax. Ratio ſecundæ partis eſt, quia inefficacia, quæ oritur præcisè ex libertate volentis optimè poteſt ſe tenere ex parte volentis attingentis obiectum etiam ſecundùm ſe, & ab omni conditione deputatum, non toto, quo poteſt voluntatis robore: & ſpectat ad perfectionẽ diuinæ libertatis poſſe circa obiectum extrinſecum abſque vlla conditione conſideratum elicere vltra actum efficacem actum aliquem ineffieacem.

Voluntas propriè inefficax potiùs eſt abſoluta, quam conditionata.

43\. Ex dictis habetur primò, quod licèt voluntas inefficax ſoleat appellari velleitas, & hæc per verbum *Vellem*, potiùs, quàm per Verbum *Volo* ſoleat explicari. Nihilominùs voluntas inefficax Dei, ſiue velleitas, ſiue alio vtcumque nomine nuncupetur, non per Verbum *Vellem*, ſed per Verbum *Volo* explicanda eſt. Cum voluntas inefficax Dei ſit actus, non qui in Deo eſſet, ſed qui in Deo eſt propriè, & formaliter, non quo Deus vellet, ſed quo Deus vult, quod maximè verificatur ſuſtinendo voluntatem inefficacem Dei eſſe voluntatem abſolutam, quando tamen etiam poneretur eſſe voluntas conditionata, adhuc deberet explicari per Verbũ *Volo*; cum omnis voluntas conditionata Dei ſit abſoluta ex parte actus, ſit ſcilicet decretum actu in Deo exiſtens, actus verè à Deo elicitus, vt dicebatur *lib. ſuperiori cap.4.*

Voluntas inefficax Dei per *volo*, nõ per *vellem* debet explicari.

44\. Habetur ſecundò: Deum ſæpiſſimè habere voluntatem efficacem ad aliquid, ad cuius oppoſitum habet voluntatem inefficacem. Sic

vult

vult efficaciter damnationem, & malum æternæ pœnæ reprobis, quibus inefficaciter vult ſalutem, & bonum æternæ gloriæ, Hoc indicāt plura loca Scripturæ, in quibus Deus, vel contra perpriam voluntatem, vel quaſi cum dolore, & gemitu de impiis vindictam ſumere perhibetur Gen. 6. *Tactus dolore cordis intrinſecùs, delebo inquit hominem*, &c. Ezec. 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij*. Iſa. 1. *Heu vindicabor de inimicis meis*. Vtrùm autem tales effectus reſpectu Dei poſſint dici voluntarij ſimpliciter, inuoluntarij ſecundùm quid, quæſtio eſt de nomine, in qua rectè monet Suarez *in opuſc. in relect. de libertate voluntatis diuinæ diſp*. 1 *ſect*. 2. *n*. 13. aptiorem eſſe loquendi modum, ſi nullatenus inuoluntarij dicantur, quia ad hoc, vt aliquid dicatur etiam ſecundùm quid tantùm inuoluntarium, non videtur ſufficere ſimplex affectus in oppoſitum, ſed videtur requiri aliqua extrinſeca vis cogens contra ſimplicem affectum operari. Et hæc ſufficiant circa voluntatem Dei inefficacem, circa quam ex hucuſque poſitis erui poteſt

Deus operās contra ſuam voluntatem inefficacem non operatur ſecūdum quid inuoluntariè.

45. Assertvm II. Voluntas inefficax Dei eſt actus liber propriè, & formaliter in Deo exiſtens; abſolutus potius, quàm conditionatus; addens ſimplici complacentiæ proſecutionem aliqualem exiſtentiæ obiecti; habens ſemper adiunctam aliquam efficacitatem. Huius aſſerti probatio, & explicatio continetur in ſupra poſitis.

Supereſt hic ſpecialiter explicanda voluntas Dei efficax, circ quàm, quia occurrunt nonnulla ampliorem indaginem exigentia ſit

CAPVT VI.

De voluntate efficaci Dei præſertim ad libertatem creatam comparatâ.

1. Volvntas efficax Dei cohærenter ad aſſerta *lib. ſuperiori c*. 3. & 4. præcedit præuiſionem etiam conditionatam cuiuſcumque creati conſenſus, nec Deus extra ſua decreta ſaltem ex parte actus efficacia explorat, aut explorare poteſt, quid faceret creata voluntas, in talibus circunſtantiis cum concurſu diuino indifferenti conſtituta. Ex alia parte, cum voluntas efficax Dei ſemper impleatur, difficile eſt coniungere libertatem creati arbitrij cum efficacia diuini decreti independenter à ſcientia media prædeterminantis ipſius creati arbitrij actus: Independenter inquam à ſcientia media, nam prædefinitiones, ſeu prædeterminationes ſupponentes ſcientiam mediam admitti poſſe ſine læſione creatæ libertatis concedunt plures ex ipſiſmet Auctoribus ſcientiæ mediæ, vt attigimus *cap*. 4. §. 4. *lib. ſuperioris*, & latè defendit De Quiros 1. *parte tract*. 6. *diſput*. 8. & 9. cum aliis nonnullis docens Deum, poſtquam ſcientiæ mediæ beneficio præuidit, quod ſi dederit Petro auxilium indifferens, Petrus conuertetur, intendere efficaciter omninò, ac abſolutè Petri conuerſionem, & ex hac intentione decernere dare Petro in ordine ad conuerſionem auxilium intrinſecè, & per ſua prædicata eſſentialia efficax, inimpedibile, infruſtrabile, nullatenùs tamen offenſiuum libertatis propter conformitatem decreti, & auxilij ad conuerſionem præuiſam per ſcientiam mediam, ſine qua ponere decretum efficax prædeterminans antecedens explorationem creati arbitrij, omnes Mediſtæ contendunt actum eſſe de creata libertate, & induci plura alia abſurda. Ideò erit in hoc capite, primò explicandum vtrùm voluntas efficax Dei ſemper inimpedibiliter impleatur. Secundò vtrùm independenter à ſcientia media detur in ordine ad actus liberos creatos voluntas Dei efficax prædeterminatiua. Tertiò quomodo cum tali voluntate efficaci prædeterminatiuâ, & præparatiuâ auxilij efficacis ad vnum ſtet ex parte voluntatis creatæ potentia ad oppoſitum. Quartò Quomodo cum eadem pariter voluntate præparatiua, & prædeterminatiua auxilij efficacis ad vnum ſtet ex parte Dei præparatio auxilij ſufficientis ad oppoſitum. Quintò Quomodo illa efficax prædeterminatio relinquat locum obiurgationi, quæ habetur *Matth*. 11. aduersùs Bethſaidas, & Corozaitas ex comparatione ad Tyrios, & Sidonios. Sextò An, & quomodo voluntas Dei efficax prædeterminatiua detur etiam in ordine ad actus malos. Horum omnium examini duo præmitto. Alterum ſit, me in præſenti non intendere materiam ampliſſimam, maximè controuerſam, & voluminibus potiùs, quàm paginis implendis idoneam, accurato, & pleno calamo exarare, ſed mens eſt vti ea omni breuitate, quam patitur neceſſitas non diſſimulandi difficultatem. Alterum ſit, ſi quid attingetur de auxilio efficaci, & ſufficienti, id à nobis fieri præſcindendo omninò ab eo, in quo conſiſtat efficacia auxilij, in aliquone phyſico, & intrinſeco voluntati creatæ; an non? Hîc quippè aggrediemur explicare ſolùm efficaciam ſe tenentem ex parte diuinæ voluntatis, diuinique decreti, licèt quia talem efficaciam Deus exequitur per collationem efficacis auxilij, vix poſſimus de illa loqui cum iſtius ſilentio. His præmiſſis ſit

Prædefinitiones dependentes à ſcientia media admittūtur à pluribus Mediſtis.

2.

Proteſtatio Auctoris circa auxiliū efficax, & ſufficiens.

§. I.

Vtrum voluntas Dei efficax ſemper impleatur?

Assertvm: Voluntas Dei efficax ſimpliciter, & abſolutè talis, ſemper impletur. Ita Theologi communiſſimè cum Magiſtro *in* 1. *diſt*. 46. D. Thoma 1. *parte quæſt*. 19. *art*. 6. *in* 1. *diſt*. 47. *quæſt. vnicâ*, *de veritate quæſt*. 24. *art*. 2. *quodlib*. 11. *artic*. 3. &c. Nec fas eſt de aſſerta veritate ambigere, cum ſit de Fide. Dixi voluntas Dei efficax 3.

Volūtas Dei ſimpliciter, & abſolutè efficax ſemper impletur.

ſimpliciter, & abſolutè talis, nam voluntatem efficacem, quæ tendat in finem non omninò abſolutè, ſed vt obtinendum per hoc medium, ſeu auxilium determinatè quandoque non impleri videntur docuiſſe nonnulli Catholici, inter quos nidacum Ruiz *diſp. 19. de voluntate ſect. 12.* recenſit DE Quiros *1. part. quæſt. 19. artic. 6. num. 65.* Hic dicendi modus, licèt non adeò clarè repugnet Sacræ Scripturæ, & Fidei, eſt tamen omninò improbabilis, quia medium, ſeu auxilium determinatum, per quod voluntas efficaciter intendit obtinere finem, vel eſt efficax, quocumque deinde ex capite efficacia proueniat, & infallibiliter conducens ad finem, vel non eſt efficax. Si ſecundum voluntas efficaciter intendens finem obtinendum per tale medium DEO repugnat tanquam imprudens, & temeraria: non enim niſi imprudenter, & temerè haberi poteſt voluntas efficax abſoluta finis per medium, quod non apparet efficax. Si Primum, talis voluntas efficax ſemper implebitur, quia ſemper cum fine coniungetur medium, per quod illa voluntas finem intendit, vt magis conſtabit conſideranti ea, quæ mox afferentur ad probandum ſemper impleri voluntatem DEI efficacem ſimpliciter, & abſolutè talem. Ideò aſſertum probatur: & quidem quia, vt præmi, ſi veritas Fidei eſt.

Imò etiam quando ſolùm eſt efficax comparatiuè ad aliquod determinatum medium.

4\. Probatur primò ex Scriptura Iſa. 14. *Iurauit Dominus exercituum* dicens: *Si non vt putaui, ita erit* 46. *omnis voluntas mea fiet* 55. *Verbum, quod egreditur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui.* Pſalm. 113. *Omnia, quæcumque voluit, fecit.* Eccleſiaſtæ 8o. *omne, quod voluerit, faciet.* Iob 23. *Anima eius quodcumque voluit, hoc fecit.* Quæ, & ſimilia Scripturæ loca omniòd euincunt dari in Deo aliquam voluntatem, quæ ſemper effectum obtineat, ſemper impleatur hæc aut voluntas non poteſt eſſe alia, quàm voluntas Dei efficax, ſimpliciter, & abſolutè talis. Eandem veritatem confirmant ea Scripturæ loca, quæ aut omnipotentiam Dei, & conſequenter infruſtrabilem voluntatem commendant, aut voluntati Dei nunquam reſiſti conclamant. Primi generis ſunt Luc. 1. *Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum.* Sap. 12. *Subeſt tibi, cum volueris, poſſe* 2. Corinth. 9. *Potens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.* Secundi generis ſunt Geneſ. 50. *Num Dei poſſumus reſiſterè voluntati?* Eſther 13. *Non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati.* Iſa. 14. *Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?* Rom. 9. *Voluntati eius quis reſiſtit?* Has Scripturas Patrum auctoritatibus corroborat De Quiros *art. 6. præcit. num. 62. & 63.*

Scripturæ probantes Dei voluntatem ſemper impleri.

5\. Dices, allatas Scripturas non poſſe de omni voluntate efficaci Dei procedere, alioqui opponerentur aliis textibus, in quibus traditur poſſe reſiſti, imò aliquando reſiſti Dei voluntati, nec nomine voluntatis intelligi hìc poteſt voluntas inefficax, cum reſpectu voluntatis purè inefficacis non datur reſiſtentia; neque enim aut Deus reſiſtit propriè voluntati inefficaci de ſalure hominum, dum aliquos damnat; aut naufragus reſiſtit propriæ voluntati inefficaci ſaluandi merces, dum iſtas proiicit. Porrò loca Scripturæ exprimentia reſiſtentiam factam diuinæ voluntati eſſe poſſunt Iob 9. *Quis reſiſtit ei, & pacem habuit.* *Actorum* 7. *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis.* Rom. 13. *Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Idem confirmant ea, quibus exprimitur, aut Deum conqueri de reſiſtentia, quæ ipſius voluntati fit, vt Exod. 10. *Vſque quo non vis ſubiici mihi? Dimitte populum meum, &c.* Aut non poſſe implere ea, quæ vult, vt Marc. 7. *Neminem voluit ſcire, & non potuit latere.* Corroborantur hæ auctoritates *ex Conſiliis Trid. & Senonenſi.* Tridentinum enim *ſeſſ. 6. de iuſtificatione, can. 4. anatematizat dicentes, liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum non poſſe diſſentire, ſi velit.* Senonenſe *in decretis fidei decreto* 15. Loquens de auxilio efficaci Dei habet. *Nec denique tale ſit huiuſmodi Dei trahentis auxilium, cui reſiſti non poſſit. Quoties enim Dominus voluit congregare filios Hieruſalem, ſicuti Gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluerunt. Fruſtra certè Stephanus Iudæos dura ceruicis, & incircumciſis auribus argueret, qui ſemper Spiritui ſancto reſiſterent: fruſtra Paulus Theſſalonicenſes admoneret, Spiritum ne extinguerent, ſi diuinis inſpirationibus homines ineuitabiliter raperentur.* Sed contra Sacræ Paginæ, in quibus exprimitur vel reſiſtentia creaturæ facta diuinæ voluntati, vel quærela creatoris de creatura ipſius voluntatem non implente, vel aliquis quodammodo Dei conatus, ne propria voluntas fruſtraretur, procedunt de voluntate inefficaci. Ad impugnationem aduerſam; dico voluntatem inefficacem vnius aliquando eſſe ſimul cum voluntate efficaci oppoſiti, & tunc reſpectu voluntatis inefficacis non datur reſiſtentia, quia reſiſtentia debet eſſe ſimpliciter inuoluntaria, aut ſaltem magis inuoluntaria, quàm voluntaria; quando autem aliquid fit iuxta voluntatem efficacem, etiamſi fiat contra inefficacem, aut eſt ſimpliciter voluntarium, aut ſaltem voluntarium magis, quàm inuoluntarium. Et ex hoc capite nec Deus damnando reprobos reſiſtit voluntati inefficaci ipſos ſaluandi, nec naufragus proiiciendo merces reſiſtit voluntati inefficaci ipſas ſaluandi.

Reſiſtentia reſpectu voluntatis inefficacis quando non detur.

6\. Aliquando voluntas inefficax vnius non eſt ſimul cum voluntate efficaci oppoſiti: Et tunc datur reſpectu voluntatis inefficacis reſiſtentia, quia licet operari contra voluntatem inefficacem, ſit ſolùm voluntarium ſecundùm quid, tamen dum non datur circa idem obiectum voluntas efficax conſtituens voluntarium ſimpliciter, quod fit contra voluntatem inefficacem habet magis de inuoluntario, quàm de voluntario, & dici poteſt fieri cum reſiſtentia ad voluntatem. Sic peccatores dicuntur reſiſtere diuinæ voluntati; quia Deus vult inefficaciter ipſos non peccare abſque eo, quod ſimul velit

Et quando detur.

Digitized by Google

velit efficaciter ipſos peccare; ideo peccatum, licet inuoluntarium Deo ſolùm ſecundùm quid, eſt magis inuoluntarium, quàm voluntarium, fit Deo inuito, & cum reſiſtentia ad diuinam voluntatem, quamvis ſolùm inefficacem. In hoc ſenſu procedunt allata verba ex Io. 9. *Act.* 7. *Rom.* 13. Ad illud *Exodi* dico Deum iure conqueri poſſe de faciente contra propriam voluntatem, etiam ſolùm inefficacem, eâ tamen ratione, quâ ſic faciens dici poteſt reſiſtere diuinæ voluntati. Ad illud *Marci* dico vel procedere de voluntate humana Chriſti, vel de voluntate diuina inefficaci, adeo vt ſenſus ſit *non potuit* latere ex vi voluntatis inefficacis præcisè. Ad Concilium Tridentinum opportunius reſpondebitur *infra* §. 4. Ad Concilium Senonenſe Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 19. *diſputat.* 5. *art.* 6. *numero* 8. notat notare eius auctoritatem eo, quod fuerit Concilium Prouinciale non indictum nec confirmatum auctoritate Apoſtolicâ. Si quam tamen habet auctoritatem, quatenùs ait auxilio Dei reſiſti poſſe, intelligendum eſt eodem modo, quo infrà de Tridentino dicetur: quatenùs affert exempla filiorum Hieruſalem, qui actu noluerunt, & Iudæorum, qui actu reſtiterunt Spiritui ſancto, procedit de voluntate, & auxilio inefficacibus; quamvis fortè Concilium ex eo, quod reſiſtatur actualiter auxilio ſufficienti inefficaci, intendat probare poſſe reſiſti auxilio efficaci eo, quod potentiam, quam habet homo cum auxilio ſufficienti, retineat etiam cum auxilio efficaci, vt exemplificat Io. à S. Thoma *loco citat. numero* 10.

7. Voluntatem efficacẽ non impleri vel ex imbecillitate, vel ex mutabilitate prouenit.

Probatur ſecundò aſſertum ratione, quod voluntas efficax non impleatur prouenire poteſt vel ex imbecillitate volentis, quatenus quis non poſſit omne, quod vult, & in ſuis operationibus ſit ab extrinſeco impedibilis; vel ex voluntatis mutabilitate, quatenùs quis decretum efficax mutet, & deſinat velle, quod antea efficaciter volui: ſed in Deo nec datur voluntatis mutabilitas, ratione cuius poſſit decretum aliquod retractare, vt patet tum ex ſupradictis *cap.* 1. §. 9. *dub.* 4. tum ex *lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. nec datur potentiæ imbecillitas, ratione cuius poſſit impediri, ne operetur, quod efficaciter vult, quia vt ait Auguſtinus in Enchir. *c.* 96. *Deus non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, niſi quia quidquid vult, poteſt; nec voluntate cuiuſpiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.* Eadem veritas traditur tum ab eodem *Auguſtino* aliis in locis; tum ab aliis Sanctis Patribus, inter quos D. Hilarius *in Pſalm.* 134. habet: *Sola perfectæ virtus in nullo impeditur, quo minus, quod velit. & faciat. & ei, ex quo omnia ſunt, nihil difficultatis occurret.* D. Thomas *in opuſculo*, quod inſcribitur *Compendium Theologiæ*, habet: *Eſt diuinum beneplacitum efficax ad implendum omne, quod diſponit.* Ex quibus *Sancti Doctoris* verbis intelligitur (loquor cum *Æſtio in* 1. *diſt.* 46. §. 1.) voluntatem Dei non tantùm impleri ſemper, & in omnibus, ſed eam ſua efficacitate implere ſe ipſam, cum ipſa ſit omnium ſuorum volitorum cauſa. Et in hoc reſoluitur alia ratio, qua vtitur idem Sanctus Doctor *prima parte, quæſt.* 19. *articul.* 6. *in C.* vbi probat DEI voluntatem ſemper impleri, eo quod DEUS, ſeu DEI voluntas ſit cauſa vniuerſalis, & ordinem cauſæ vniuerſalis nullus effectus exire, ſeu declinare poſſit.

Probatur tertiò à fortiori non ſolùm fit quidquid Deus efficaciter vult, ſed etiam fit eo omni modo, quo vult: ergo voluntas DEI efficax ſemper impletur, imò non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum impletur. Antecedens probatur ex D. Thoma *pluribus in locis* 1. *part. quæſt.* 19. *art.* 8. *in C. Cum aliqua cauſa efficax fuerit ad agendum, effectus conſequitur cauſam, non tantum ſecundùm id, quod fit, ſed etiam ſecundùm modum fiendi, vel eſſendi. Ex debilitate enim virtutis actiua in ſemine contingit, quod filius naſcitur diſſimilis Patri in accidentibus, quæ pertinent ad modum eſſendi. Cum igitur voluntas diuina ſit efficaciſſima, non ſolùm ſequitur, quod fiant ea, quæ Deus vult fieri; ſed quod eo modo fiunt, quo Deus ea fieri vult. Vult autem quædam fieri Deus neceſſariò, quædam contingenter*, &c. In 1. ad Annibal. diſt. 47. quæſt. vnic. artic. 4. *Voluntate Dei non ſolùm res in eſſe producuntur, ſed etiam rebus producendis modum, quo producantur, prædeterminauit. Vnde cum voluntas Dei efficaciter impleatur oportet, quod res fiant, & eodem modo fiant, ſicut voluntas diuina diſpoſuit.* 1. contra Gentes, cap. 85. *Efficacia diuinæ voluntatis exigit, vt non ſolùm fit, quod Deus vult; ſed etiam, vt hoc modo fit, ſicut Deus vult eſſe illud: nam & in agentibus naturalibus, cum virtus agentis eſt fortis*, &c. quæſt. 23. de veritate, artic. 5. *Voluntas diuina eſt agens fortiſſimum: vnde oportet eius effectum omnibus modis ei aſſimilari; vt non ſolùm fiat id, quod Deus vult fieri, ſed vt fiat eo modo, quo Deus vult illud fieri, vt neceſſariò, vel contingenter*, &c.

8. Voluntas efficax Dei impletur nõ ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiã quoad modum.

Aduerte hîc obiter doctrinam in mox relatis *D. Thomæ* auctoritatibus expreſſam afferri a Thomiſtis, & prædeterminantibus ad conciliandam libertatem creati arbitrij cum efficacia diuinæ prædeterminationis; quatenùs cum hæc attingat ſubſtantiam, & modum effectus, non ſolùm determinat creatam voluntatem ad eliciendum actum, ſed etiam eliciendum modo libero, adeoque ex efficacia diuini decreti prædeterminantis non ſolùm ſequitur, quod actus infallibiliter eliciatur, verùm etiam, quod eliciatur modo libero: & quoad hoc punctum Salmant. 1. *part. tract.* 4. *diſput.* 10. *dub.* 2. §. 6. referunt plures alios Sanctos Patres, inter quos D. Anſelmum *lib. de concordia Prædeſtinationis, & liberi arbitrij*, illis verbis: *Quoniam quod Deus vult non poteſt non eſſe, cum vult hominis voluntatem nullâ cogi, vel prohiberi neceſſitate ad volendum, vel ad non*

9. Efficacia diuinæ virtutis conducit ad explicandam creatã libertatem.

volendum, & vult effectum ſequi voluntatem. tunc neceſſe eſt voluntatem eſſe liberam, & eſſe, quod vult.

---

§. II.

Vtrùm independenter à ſcientia media detur in ordine ad actus liberos creatos voluntas Dei efficax prædeterminatiua?

10\. Voluntas Dei eſt prædeterminatiua voluntatis creatæ.

ASSERTVM I. Independenter à ſcieotia media datur ad actus liberos creatos voluntas Dei efficax prædeterminatiua, ſeu prædefinitiua. Dixi independenter à ſcientia media; nam prædefinitiones ſupponentes ſcientiam mediam, vt in huius capitis limine præmiſimus, & refert Vaſquez *prima parte, diſputat.99. cap. 5.* ſuſtinentur etiam à pluribus Mediſtis, qui tamen deinde negaot concurſum præuium, ſeu præmiſſionem ad actum liberum prædefinitum: Vode ſolent diſtinguere voluntatem prædefinientem à voluntate prædeterminante, prædefinitionem à prædeterminatione, in eo, quod prædefinitio, ſeu voluntas prædefiniens tota ſit ad intra, & penes ordinem intentionis: prædeterminatio, ſeu voluntas prædeterminans dicat habitudinem ad extra, & ad ordinem executionis: iſta ſuper illam addat concurſum præuium, ſeu phyſicam præmotionem, qua Deus in tempore voluntatem creatam prædeterminet ad id, quod ab æterno prædefiniit, in quo ſolùm ſenſu explicant, & ſuſtineot prædefinitiones, ſeu voluntatem prædefinitiuam Suarez *in opuſc. lib. de concurſu Dei, cap.* 16. De Quiros *prima parte, tract.6 diſput.9. ſect.* 5. aliique noonulli ex Auctoribus ſcientiæ mediæ, quibus vt occurrerem, poſui io aſſerto ly *prædeterminatiua, ſeu prædefinitiua*, vt innuerem à me in præſeoti vtrumque terminum pro eodem vſurpari, & ſuſtineri voluntatem Dei prædefinientem, atque prædeterminantem. Hoc aſſertum eſt contra omnes Auctores ſcientiæ mediæ, qui aut diuinas prædefinitiones abſolutè negant, aut eaſdem concedunt, ſolùm dependenter à ſcientia media, & vt contradiſtinctas à prædeterminationibus. Eſt inſuper contra aliquos ſcientiæ mediæ Oppugnatores, inter quos Herincx qui poſtquam *diſput. 6. quæſt. 5. numero* 60. ſcientiam mediam excluſit, *diſputat. 8. quæſtione* 1. *numero* 11. *& ſequentibus*, propendit ad excluſionem prædeterminationis, & prædefinitionis diuinæ. Suſtinetur autem aſſertum *à Thomiſtis* communiſſimè, à Scoto *in* 1*.diſt.*39*. quæſt.* 3. §. *viſo, diſt.*41*. quæſt. vnicâ*, §. *ſed contra*, aliiſque in locis relatis à Salmanticenſibus *prima parte, tractat.* 4. *diſputatione* 10. *dub.* 3. §. 2. vbi etiam pro aſſerta ſententia alij plurimi Auctores referuntur. Aſſertum ita explicatum

Prædeterminatio & prædefinitio quomodo ab aliquibus diſtinguantur.

A oobis ſumuntur pro eodem.

Probatur primò: Non poteſt haberi actus liber voluntatis creatæ ſine efficaci voluntate Dei prædetminatiua, ſeu prædefinitiua talia actua, ſed huiuſmodi voluntas Dei non poteſt à ſcientia media dependere, ſeu ſcientiam mediam ſupponere, ergo independenter à ſcientia media datur ad actus liberos &c. Minor patet ex improbatione ſcientiæ mediæ poſitâ *lib. ſuperiori cap.4. per totum.* Maior probatur, non poteſt haberi actus liber voluntatis creatæ ſine efficaci voluntate Dei, cum Dei voluntas ſit vniuerſaliſſima rerum omnium cauſa vt probat D. Thomas *prima parte, quæſt.19. art.6. in C.* & nec oegatur, nec negari poteſt ab aduerſariis: ſed voluntas efficax Dei, ſine qua actus liber voluntatis creatæ eſſe nequit, nec poteſt eſſe purè ſimultanea, & quaſi condeterminatiua reſpectu voluntatis creatæ, nec poſterior, & quaſi determinata à voluntate creata; ergo conſequens omninò eſt, quod comparata ad voluntatem creatam ſit prædeterminatiua, prædefinitiua, & antecedens: Minor quoad primam partem facilè conſtat ex eo, quod duæ voluntates, ſeu duæ cauſæ liberæ, quarum vna aliam non determinet, ſolùm per accidens poſſunt conuenire ad producendum vnum, eumdemque effectum. Nec dici poteſt duas cauſas liberas determinare ſe inuicem, quia repugnat mutua determinatio æquè, ac mutua prioritas. Minor eadem quoad ſecundam partem probatur, tum quia eſt contra rationem primi determinantis, & primi liberi, cuiuſmodi eſt voluntas diuina ab alio determinari; tum quia non poteſt explicari quid operetur voluntas creata antecedenter ad voluntatem diuinam, vt dici poſſit determinare voluntatem diuinam. 11.

Duæ cauſæ liberæ, quarum vna aliâ non determinet ſolùm per accidens poſſunt cõuenire ad producem eumdem effectum.

Dices, voluntatem diuinam determinari à creata ratione concurſus indifferenter parati, & quodammodo ſubordinari determinationi voluntatis creatæ; quem concurſum, quia voluntas diuina liberè parat, ſequitur voluntatem diuinam determinari quia ipſamet ſe præbet determinandam, adeoque determinari illæsâ ratione primi determinantis, & primi liberi. Sed contra præterea, quæ contra concurſum indifferenter paratum dicta ſunt *lib. ſuperiori capite* 3. § .2. *cap.* 4. §. 5. *&* 6. impugno decretum indifferens, ſiue præparatiuum concurſus indifferentis ex eo, quod quomodocumque explicetur, ſiue dicatur habere pro obiecto concurſum, quodammodo vnicum generalem, & indeterminatum, quatenùs Deus exhibeat ſe paratum concurrere ad quemcumque actum creata voluntas determinauerit, vt ſentit Molina *prima parte, quæſt.19. art. 6. diſput. 3. & in pluribus locis concordia*: ſiue dicatur habere pro obiecto plures concurſus particulares determinatos, quorum ſinguli, ſingulis actibus correſpondeant, relinquendo determinationi voluntatis creatæ vnum potius, quàm alium actum elicere, imò voo potius, quàm alio con- 12.

curſu

Decretum indifferens Mediiſtarum eſt decretum conditionatum.

curſo particulari vti, vt ſentit Vaſquez 1. *parte diſp. 65. cap. 2. num. 9.* & alibi. Quomodocumque inquam explicetur, debet reſolui in decretum conditionatum, quo Deus aut formaliter, aut æquiualenter dicat concurram cum voluntate creata ad actum, ſi ipſa ſe ad talem actum determinauerit: dicere enim concurram cum voluntate creata ad quidquid ipſa ſe determinauerit, & dicere concurram cum voluntate creata ad talem actum, ſi ad talem actum ipſa ſe determinauerit; ad talem alium, ſi ad talem alium, &c. Synonyma ſunt, & ideo decretum illud indifferens iurè conditionatum vocat Suarez *in Opuſc. lib. cap. 14. num. 5. & prologom. 2. de gratia cap.* 8. Sed non poteſt admitti in Deo decretum conditionatum de concurrendo ad actum, ſi ad talem actum voluntas creata ſe determinauerit; ergo. Minor probatur primò quia talem decretum conditionatum, vel eſt ex parte actus abſolutum, & ſic concedunt tandem Mediiſtæ aliquod decretum abſulutum ex parte actus, conditionatum ex parte obiecti; vel eſt etiam ex parte actus cōditionatum, & ſic concurſus indifferens non erit per decretum paratus, antequam voluntas creata ſe determinet; ſed parabitur quando voluntas creata ſe determinauerit, adeóque iſta determinatio erit antecedens quemlibet Dei concurſum etiam indifferenter paratum; erit per conſequens à Deo omninò independens.

Quod non poteſt admitti in Deo.

Minor eadem probatur ſecundò decretum, quo Deus dicat, volo concurrere cum voluntate creata ad actum, ad quem voluntas creata ſe determinauerit, illuſorium eſt, ac nugatorium, vt potè æquiualens decreto, quo Deus dicat, volo concurrere cum voluntate creata ad actum, ad quem concurret voluntas creata. Et quia aduerſarij ponunt omnino ſimultaneum concurſum creaturæ, & Dei, ſenſus eſt, volo concurrere cum voluntate creata ad actum, ad quem cum voluntate creata concurram. Plures talis decreti, ſiue indifferens, ſiue conditionatum dicatur, ſiue aliter vtcumque explicetur, impugnationes vrget Ioan. à S. Thoma *prima parte, quæſt. 19. diſputat. 5. art. 2. & 3.*

12.
Prouidentia Dei ſine voluntate prædeterminatiue nequit eſſe certa, & infallibilis.

Probatur ſecundò Deus habet independenter à ſcientia media prouidentiam omninò certam, & infallibilem de actibus liberis creatæ voluntatis, ſed non poteſt haberi independenter à ſcientia media prouidentia certa, & infallibilis de actibus liberis, niſi detur independenter ab eadem voluntas Dei efficax prædeterminatiua, ſeu prædefinitiua talium actuum, ergo independenter à ſcientia media datur actus, &c. Maior quoad certitudinem, & infallibilitatem diuinæ prouidentiæ eſt de fide: quoad independentiam eiuſdem à ſcientia media conſtat ex aſſertis *lib. ſuperiori* poſitis pro excluſione, & repugnantia ſcientiæ mediæ. Minor probatur: Ad prouidentiam certam, & infallibilem de actibus liberis ſpectat, quod dum vel creatura poſtulat aliquem actum liberum, putà contritionem, vel Deus promittit creaturæ aliquem actum liberum, putà conuerſionem, Deus habeat medium, quo omnimodâ certitudine, & infallibilitate impleat tum poſtulationem creaturæ, tum propriam permiſſionem: ſed excluſâ ſcientiâ mediâ huiuſmodi medium nihil aliud eſſe poteſt, quàm voluntas efficax prædeterminatiua actus liberi, & infallibiliter prorſus connexa cum ipſo actu libero, ergo. Idem argumentum formari poteſt circa conſultationes, quas de actibus liberis conditionatis poteſt à Deo creatura facere; vel reuelationes, quas de iiſdem poteſt Deus facere creaturæ.

Mitto hîc afferre auctoritates, præſertim ex *D. Thoma* deſumptas, pro efficacia diuinorum decretorum independenter à ſcientia media prædefinientium, & prædeterminantium actus liberos creatæ voluntatis. Multus eſt in huiuſmodi auctoritatibus Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt. 19. diſput. 5. art. 4.* vbi etiam infrà *artic. 6. à numero 31.* exactus eſt in afferendo ſenſum legitimum nonnullorum locorum eiuſdem *Sancti Doctoris*, quæ Mediiſtæ ſolent prædeterminantibus obiicere. Mitto inſuper (ne aut repetam ſupradicta in impugnatione ſcientiæ mediæ, aut referam argumenta in quolibet Auctore obuia, omniumque ore protrita) alia plura, quibus decreta prædeterminantia aut probari poſſunt, aut improbari. Et quia ſi ſpecialiter probetur efficaciam voluntatis prædeterminatiuæ Dei optimè cohærere cum creata libertate, & cum potentia ad oppoſitum plurimum infirmabitur aduerſariorum Achilles, plurimum roborabitur veritas efficacis prædeterminationis ommiſſis aliis, ſit 13.

---

§. III.

Quomodo cum voluntate Dei efficaci prædeterminatiuâ ad vnum ſtet ex parte voluntatis creatæ potentia ad oppoſitum?

14.
Efficacis prædeterminationis diuinæ, & libertatis creatæ concordia.

ASSERTVM: Cum voluntate efficaci Dei prædeterminatiua ad vnum ſtat ex parte voluntatis creatæ potentia ad oppoſitum, qualem requirit libertas; ſtat ſcilicet potentia ad oppoſitum in ſenſu diuiſo non in ſenſu compoſito, & ratio fundamentalis eſt, tum efficacia, qua Deus cauſat res ad extra quoad ſubſtantiam, & modum, tum omnipotentiſſima poteſtas, qua Deus habet voluntates hominum in manu ſua magis, quàm ipſi homines, omnipotentiſſima poteſtas, qua Deus habet voluntates hominum, &c. traditur ſpecialiter à D. Auguſtino *cap. 14. de correptione, & gratia.* Efficacia, qua Deus cauſat res ad extra quo ad ſubſtantiam, & modum traditur ſpecialiter à D. Thoma *locis ſupra relatis in calce 1. §. 1.* diſtinctio ſenſus compoſiti, & diuiſi

diuiſi traditur à Magiſtro *in* 1. *diſt.* 38. *circa finem*, à Scoto *in* 1. *diſt.* 39. §. *Quantum ad quartam quæſtionem*, *à S. Doctore* pluribus in locis, clariſſimè verò *quæſt.* 6. *de veritate, artic.* 3. *ad* 8. ideò hoc aſſertum colligitur præcipoè ex doctrina *S. Thomæ, & Auguſtini.* In pluribus ſuis partibus colligit, ac in ſe vnit doctrinam plurium prædeterminantium: quorum aliqui toti fidunt diſtinctioni ſenſus compoſiti, & diuiſi: alij efficaciæ diuinæ virtutis attingentis ſubſtantiam, & modum effectus: alij continentiæ voluntatis creatæ melius quodammodo exiſtentis in Deo, quàm in creatura. Quæ principia ſeorſim conſiderata non apparent primo aſpectu adeo firma: at ſi ſimul ſumantur ſe mutuò fouent & ita præſtant ineluctabile præſidium efficaci voluntati prædeterminatiuæ Dei, vt ſimul pandant tutiſſimam viam conciliandi, cum tali efficacia ex parte Dei perfectam libertatem ex parte creati arbitrij. Ad quorum faciliorem intelligentiam, & probationem nonnulla præmitto.

15. Præmitto primò libertatem eſſe potentiam ad oppoſita, non quidem ſimul ponenda, alioqui eſſet potentia ad impoſſibile, & maximè eſſet ad impoſſibile libertas contradictionis, quæ eſt ad contradictoriè oppoſita, adeoque, ſi foret ad oppoſita ſimul ponenda, eſſet ad contradictoria ſimul ponenda, eſt igitur libertas potentia ad oppoſita, ponenda disiunctiuè, & diuiſim, ſeu eſt potentia ad oppoſita, non vt ita dicam, compoſita, ſed diuiſa. Hinc originem traxit diſtinctio ſenſus compoſiti, & diuiſi, potentia ſcilicet in ſenſu compoſito eſt potentia ad oppoſita compoſita; potentia in ſenſu diuiſo eſt potentia ad oppoſita diuiſa, & dicitur ſenſus compoſitus eo, quod oppoſita coniungat, ſeu componat; diuiſus, eo quod oppoſita diuidat. In quo toto cœlo aberrant nonnulli appellantes ſeorſum compoſitum, qui componit ſuppoſitionem aliquam cum ipſa voluntate: diuiſum, qui eamdem ſuppoſitionem à voluntate diuidit: & conſequenter exiſtimantes, cum dicimus decretum efficax Dei prædeterminatiuum ad vnum relinquere in voluntate creata potentiam ad oppoſitum in ſenſu diuiſo, non in compoſito, idem eſſe, ac ſi dicamus relinquere potentiam ad oppoſitum, ſi auferatur, & quodammodo à voluntate diuidatur decretum, non ſi decretum permaneat, & ſimul quodammodo cum voluntate componat; qua ratione vtique non bene cohæreret cum decreto prædeterminante creata libertas. At iuxta legitimam explicationem dicere voluntas cum decreto prædeterminante ad amorem habet potentiam ad oppoſitum, ſcilicet ad odium in ſenſu diuiſo, non in compoſito, eſt idem, ac dicere, habet potentiam ad odium ſecundùm ſe, & diuiſim acceptum; non ad odium, vt coniungendum cum amore, aut cum decreto ad amorem prædeterminante. Hæc autem potentia nec eſt de conceptu libertatis, nec vnquam fuit, aut eſſe potuit in vlla voluntate.

Senſus compoſiti, & diuiſi legitima explicatio.

Præmitto ſecundò: Potentiam hanc ad oppoſita in ſenſu diuiſo non ſolùm non apponi, ſed maximè conformem eſſe efficaci voluntati prædeterminatiuæ Dei, cum enim Deus attingat res quoad ſubſtantiam, & modum, dum efficaciter vult actum liberum, vult illum quoad ſubſtantiam, & modum; vult ſcilicet illum eſſe, & liberum eſſe, prædeterminat illum ad eſſe, & ad eſſe cum libertate, quod eſt idem, ac dicere ad eſſe cum potentia ad oppoſitum: conſequenter, dum voluntas creata elicit talem actum cum potentia ad oppoſitam, non diſcordat à decreto, ſed maximè ſe illi conformat; imò ipſi apponeretur, ſi eliceret ſine potentia ad oppoſitum; nec magis eſt contra decretum efficaciter prædeterminatiuum actus liberi, actum non elicere, quàm elicere ipſum non liberè, ſeu ſine potentia ad oppoſitum. 16.

Decretum Dei attingit ſubſtantiam, & modum effectus creati.

Præmitto tertiò: Nullatenùs ſibi ipſi contradicere Deum, dum vult actum amoris v. g. determinatè omninò, & infallibiliter elici à voluntate creata & ſimul vult elici liberè, alioqui etiam ſibi contradiceret ipſamet creata voluntas, dum ex ſe à ſe ipſa determinaretur ad eundem actum amoris. Ratio eſt, quia vt rectè aduertit Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 19. *diſput.* 5. *art.* 6. *num.* 39. quoad effectum exercendi, & non tollendi libertatem, perinde eſt determinationem oriri à Deo, & à nobis, eo quod Deus ſit radicaliter, & eminenter ipſamet voluntas: & ſicuti ſubſtantia animæ, ſi habet aliquem influxum indeterminationem voluntatis exercet, non lædit voluntatis libertatem, quia eſt radicaliter ipſa voluntas, ita ſimiliter Deus &c. Conformis eſt hæc doctrina menti, & verbis D. Auguſtini *cit. cap.* 14. *de corrept. & gratia*, dicentis: *Deus habet humanorum cordium quo placeat inclinandorum omnipotentiſſimam poteſtatem: & magis habet Deus in manu ſua voluntates hominum, quàm ipſi ſuas.* Et ecce, quàm bene res allatæ ſuperioris aſſerti partes ſe mutuò foueant, ſeque corroborent, & quàm rectè tandem deſinant in principium omninò certum, & admiſſum ab ipſis etiam Aduerſariis, nimirum in omnipotentiſſimam poteſtatem, & perfectiſſimam continentiam, ratione cuius voluntates creatæ meliori modo ſunt in Deo, quàm in ipſis creaturis. His præmiſſis aſſertum 17.

Continentia voluntatis creatæ in diuina facit determinationem Dei eminenter eſſe determinationem voluntatis creatæ.

Probatur libertas dicit potentiam ad oppoſita ſolùm in ſenſu diuiſo, hæc potentia ad oppoſita in ſenſu diuiſo optimè cohæret cum voluntate efficaci Dei prædeterminatiua ad vnum, imò hæc voluntas efficax Dei fruſtraretur, ſi illud vnum quod, vt ſupponitur, ipſa prædeterminat liberè fieri, fieret ſine potentia ad oppoſita. Nec vlla eſt repugnantia in eo, quod infruſtrabilis Dei determinatio ſit ad vnum, & ſimul ſit ad vnum liberè, cum determinatio Dei reſpectu voluntatis creatæ æquiualeat determinationi ipſius voluntatis creatæ, ſeu ſit eminenter, & radicaliter ipſius voluntatis creatæ determinatio; ſit eminenter, & radicaliter 18.

dicaliter in ipſius voluntatis creatæ poteſtate.

Dices libertatem quidem eſse contentam potentiâ ad oppoſita in ſenſu diuiſo,requireretamen quod talis potentia ſit ad vtrumque oppoſitorum expedita;nec ſufficere, quod ad alterum oppoſitorum ſit potentia proxima, & expedita, ad alterum ſit potentia proximè impedita, ſolùm verò remotè, radicaliter, & entitatiuè potens. At decretum prædeterminans, licet relinquat radicaliter quodammodo, & entitatiuè potentiam ad oppoſita, non relinquit tamen illam expeditam ad vtrumque; ſed impedit, ne exeat in actum oppoſitum actui prædeterminato. Et certè diuerſum valdè eſt non habere potentiam ad coniungendum actum oppoſitum actui prædeterminato,ac ſit,non habere potentiam expeditam ad actum ipſum oppoſitum actui prædeterminato, conſideratum ſecundùm ſe.' Illud bene percipitur non eſse contra rationem libertatis, ſecus iſtud; alioqui etiam conſtitutus in vinculis haberet libertatem ambulandi, etiam videns Deum haberet libertatem Deum odio habendi. Porrò decretum prædeterminans impedire, ne potentia exeat in actum oppoſitum actui prædeterminato, probarunt: Forma, quæ à ſubiecto non poteſt abiici & quæ in ſubiecto alterius formæ conſortium non poteſt admittere, impedit omninò, ne ſubiectum hanc alteram formam recipiat. Euidens quippè eſt in ſubiecto habente vnam formam non poſse aliam formam recipi, niſi aut forma præexiſtens ſit à ſubiecto abiicibilis, aut forma ſuperueniens ſit cum forma præexiſtente componibilis, ſeu compoſſibilis: at nec à voluntate creata poteſt abiici decretum prædeterminans, nec cum decreto prædeterminante vnum actum eſt compoſſibilis, ſeu componibilis in eadem voluntate actus oppoſitus; ergo huiuſmod decretum impedit, ne potentia &c. Hanc eandem inſtantiam ſub diuerſis terminis diuerſimodè vrgent decæterorum independenter à ſcientia media prædeterminatium Aduerſarij, vt videre eſt apud De Quiros *prima parte, tractat. 6, diſputatione 10. ſect. 4. & ſequentibus.* Sed contra: dico impedimentum actus oppoſiti, vel eſse poſsa voluntati liberum & ab intrinſeco, ſaltem eminenter, ſeu æquiualenter proueniens; vel neceſsarium, & ab extrinſeco. Si ſit neceſsarium, & ab extrinſeco, cuiuſmodi ſunt vincula reſpectu voluntatis retinentis potentiam ad deambulationem: vel ſaltem, licet ab intrinſeco, ſit ſimpliciter neceſsarium, & volitum à voluntate operante per modum naturæ, nõ per modum libertatis,cuiuſmodi eſt viſio,fateor eſse contra rationem libertatis, & relinquere potentiam valdè remotam & purè entitatiuã ſi verò impedimentum ſit voluntati liberum,& ſaltem eminenter ab intrinſeco, quale eſt decretum prædeterminatiuum Dei, quod cum detur ad vnum actum liberè eliciendum, eſt impedimentum liberum actus op-

Decretum prædeterminans ad vnũ eſt reſpectu voluntatis creatæ impedimẽtum liberũ actus oppoſiti.

poſiti, & cum proueniat à diuina voluntate eminenter continente creatam, eſt eminenter ab ipſa voluntate creata, dico nullatenùs eſse contra rationem libertatis, alioqui in cuiuſlibet actus exercitio voluntas operaretur ſine libertate, quia in cuiuſlibet actus exercitio ponit impedimentum actus oppoſiti. 10.

Vrgebis ſuſtineri non poſſe, quod decretum prædeterminans ſit impedimentum liberum, & æquiualenter ab intrinſeco reſpectu voluntatis creatæ. Non eſt impedimentum liberum, quia ſecus poſſet à creata voluntate abiici: Non eſt æquiualenter ab intrinſeco, quia ſi continentia voluntatis creatæ in diuina ſufficit, vt determinatio voluntatis diuinæ æquiualenter ab intrinſeco conueniat voluntati creatæ omnis actio Dei eſſet reſpectu creatæ voluntatis æquiualenter ab intrinſeco; cum omnis actio Dei procedat ab ipſius voluntate continente voluntatem creatam. Contra tamen ad primam partem inſtantiæ dico, decretum prædeterminans ſumi poſſe dupliciter: vel eliciriuè vel executiuè: vtràque ratione abiici poteſt à voluntate creata diuerſimodè tamen.Sumptum ſcilicet elicitiuè abiici poteſt, ſeu non elici eminenter, & æquiualenter, quatenùs abiici poteſt, & non elici à voluntate diuina continente eminenter creatam: & ex eo qood ſit in poteſtate voluntatis diuinæ eſt æquiualenter in poteſtate voluntatis creatæ. Sumptum executiuè abiici poteſt à voluntate creata etiam formaliter, in ſenſu tamen diuiſo; quatenùs poteſt creata voluntas, aut actum, qui ſubeſt decreto, ſecundùm ſe non exequi, aut exequi actum oppoſitum ſecundùm ſe conſideratum, cum hoc ſit conforme ipſimet decreto determinanti ad vnum cum libertate. Nec propterea ſequitur abſolutè poſſe reſiſti voluntati efficaci Dei,ſed ad ſummum poſſe reſiſti in ſenſu diuiſo, poſſe ſcilicet coniungi cum infallibili executione decreti potentiam ad reſiſtendum, at non actualem reſiſtentiam. Neque hîc repetas argumentum ſuperioris inſtantiæ, quod ſcilicet talis potentia ad reſiſtendum eſſet omninò impedita; recurrit enim eadem reſponſio, quod eſſet impedita impedimento libero non offenſiuo libertatis: Ad ſecundam partem inſtantiæ dico ratione continentiæ voluntatis creatæ in diuina non eſſe voluntati creatæ liberas, & æquiualenter ab intrinſeco omnes actiones voluntatis diuinæ; ſed eas ſolas, quas voluntas diuina exetet, vt continens, & cauſans voluntatis creatæ libertatem, nimirum vt determinans voluntatem creatam ad concurrendum cum libertate.

Quomodo poſſit à voluntate creata abiici.

In quo ſenſu poſſit reſiſti efficaci voluntati Dei.

Ex his habes eodem proportionaliter modo aludi poſse omnia argumenta, quæ pro impugnandis decretis independenter à ſcientia media prædeterminantibus ex læſione creatæ libertatis deſumuntur. Adhuc tamen, vt facilius eludantur, ista aduerto. Primum eſt confirmari poſse aſſertam doctrinam ex prædefinitionibus, quas nonnulli aduerſa- 11.

riorum admittunt dependenter à ſcientia media. Sicut enim tales prædefinitiones, licet antecedentes, & infallibiliter connexæ cum actu prædefinito, libertatem non lædunt, eo quod non mutant modum operandi voluntatis, & ſunt conformes determinationi ipſius voluntatis ſub conditione præuiſæ; ita prædeterminationes à nobis aſſertæ, licet antecedentes, & infallibiliter connexæ cum actu prædeterminato libertatem non lædant, cum non mutent modum operandum voluntatis: determinant enim voluntatem ad operandi liberè, & ſunt conformes determinationi ipſius voluntatis non ſub conditione præuiſæ bene tamen contentæ, & eminenter exiſtenti in voluntate diuina. Secundùm eſt Aduerſarios in arguendo ſæpiſſimè tranſire à ſenſu compoſito ad diuiſum, & ex antecedenti in ſenſu compoſitio inferre conſequentiam in ſenſu diuiſo. Hoc vitio laborant ſequentes argumentationes. Hæc propoſitio prædeterminatus ad vnum actum elicit oppoſitum, non poteſt eſſe vera; ſed, ſi prædeterminatus ad vnum actum poſſet elicere oppoſitum talis propoſitio poſſet eſſet vera; ergo prædeterminatus ad vnum actum non poteſt elicere oppoſitum; Ecce in maiori fit ſenſus compoſitus, quo coniungitur actualis prædeterminatio ad vnum cum actuali poſitione actus oppoſiti: in minori, & conſequentia fit ſenſus diuiſus, & cōiungitur cum prædeterminatione ad vnum ſola potentia ad actum oppoſitum: ideo arguitur à ſenſu compoſito ad diuiſum: & licet ſit vera maior, falſa eſt minor, & conſequentia. Non ſecus, ac ſi diceretur, hæc propoſitio ſedens ſtat, non poteſt eſſe vera; ſed ſi ſedens poſſet ſtare, talis propoſitio poſſet eſſe vera, ergo ſedens non poteſt ſtare. Tertium eſt nos hîc ſuſtinere, quod cum voluntate Dei efficaciter prædeterminatiua ſtet ex parte voluntatis, cæteræ potentia ad oppoſitum, & libertas ſuppoſito, quod aliundè non detur aliquod impedimentum libertatis, puta quod non deſit, aut iudicium indifferens, aut auxilium ſufficiens, ad oppoſitum, aut aliquid aliud huiuſmodi eſſentialiter requiſitum pro libertate, aliquo autem huiuſmodi requiſito deficiente cum voluntate efficaci Dei ad vnum non erit quidem libertas ad oppoſitum: at hoc prouenit ex defectu talis requiſiti, non ex ratione generica prædeterminationis: imò in hoc caſu prædeterminatio erit ad actum neceſſariò eliciendum, non ad actum eliciendum liberè, qualis debet eſſe prædeterminatio non officiens libertati. Porrò, ne quis contendat prædeterminationem efficacem ad vnum ſtare non poſſe cum auxilio ſufficienti ad oppoſitum; adeóque poſitâ prædeterminatione deeſſe ſemper aliquid eſſentialiter requiſitum ad libertatem, & potentiam ad oppoſitum, ſit

Non debet fieri tranſitus à ſenſu compoſito ad diuiſum.

§. IV.

Quomodo cum eâdem voluntate efficaci prædeterminatiua ad vnum ſtet ex parte Dei præparatio auxilij ſufficientis ad oppoſitum?

ASSERTVM: Voluntas Dei efficax prædeterminatiua ad vnum tantum abeſt, quod impediat præparationem auxilij ſufficientis ad oppoſitum, quin potius eo ipſo, quod eſt prædeterminatiua ad vnum modo libero, talem præparationem infert. Ita communiter Auctores independenter à ſcientia media prædeterminantes. 12.

Voluntas efficax prædeterminatiua ad vnum inferrauxilium ſufficiens ad oppoſitum.

Probatur, & explicatur: Voluntas Dei efficax infallibiliter impletur quoad ſubſtantiam, & modum; ergo eo ipſo, quod eſt prædeſtinatiua ad vnum ponendum modo libero infallibiliter obtinet modo libero rem prædeterminatam, adeoque infert ea omnia, quæ ſunt neceſſaria ad talem rem modo libero ponendam; ſed inter alia neceſſariò, requiſita eſt præparatio auxilij ſufficientis ad oppoſitum; ergo voluntas Dei efficax prædeterminatiua ad vnum tantum abeſt, &c.

Dices auxilium ſufficiens ad aliquem actum, ad quem non datur auxilium efficax, imò datur auxilium efficax ad actum oppoſitum, non eſſe verè ſufficiens, adeoque voluntatem Dei efficacem prædeterminatiuam ad vnum prorſus impedire præparationem auxilij ſufficientis ad oppoſitum. Antecedens probatur; dato auxilio ſufficienti ad aliquem actum, ad quem non detur auxilium efficax, adhuc deeſſet aliquod auxilium eſſentialiter requiſitum ad talem actum, deeſſet ſcilicet auxilium efficax, quod eſſentialiter requiri ad actum quemlibet eliciendum probatur ex eo, quod hoc conflatum. Actus elicitus ſine auxilio efficaci, eſt quid chymericum, ergo quia ad actum quemlibet eliciendum eſſentialiter requiritur auxilium efficax. Vel clarius: Id ſine quo non datur actus, eſt eſſentialiter requiſitum ad actum, ſed ſine auxilio efficaci nunquam datur actus; ergo auxilium efficax eſt eſſentialiter requiſitum ad actum. Sed contra dico, auxilium ſufficiens eſſe verè, propriéque ſufficiens etiam quando coniungitur cum auxilio efficaci ad actum oppoſitum: auxilium enim ſufficiens habet ſolùm reddere potentiam expeditam ad eliciendum actum, & optimè ſtat potentiam eſſe expeditam ad eliciendum actum, ad cuius oppoſitum ſit determinata, alioqui per quamlibet determinationem ad vnum potentia deſineret eſſe libera, & expedita ad oppoſitum. Ad probationem antecedentis dico, dato auxilio ſufficienti ad aliquem actum; ad quem non detur auxilium efficax, deeſſe aliquod 13.

Auxilium ſufficiens ſine efficaci adhuc eſt verè ſufficiens.

aliquod requiſitum ad actum eliciendum infallibiliter, non ad actum eliciendum ſimpliciter, & auxilium tum efficax, tum etiam ſufficiens dat actu agere; cum hoc tamen diſcrimine, quod ſufficiens dat actu agere ſimpliciter, & ſecundùm ſe: efficax dat actu agere infallibiliter. Quod dicitur

Dat actu agere, quãvis non infallibiliter.

actus elicitus ſine auxilio efficaci eſſe quid chimericum. Item ſine auxilio efficaci nunquam datur actus, verum eſt: at ſolùm probat auxilium efficax neceſſariò requiri ad actum eliciendum infallibiliter: eo ipſo enim quod actus elicitur, infallibiliter erat eliciendus, ſicque illud, quod requiritur ad actum quatenus ponitur, & elicitur, requiritur ad ipſum non quomodocumque, & ſecundùm ſe, ſed vt infallibiliter eliciendum. Sed quia de his loqui neque eſt omnino liberum, neque ad hunc locum propriè ſpectat, abſtineo vlterius proſequi difficultates, quæ ſine pleniori auxilij efficacis, & ſufficientis notitia nequeunt elucidari.

24. Ex eo quod; vt aſſertum eſt, auxilium efficax, & decretum prædeterminans liberam creaturæ voluntatem ad vnum, inferat potius, quàm impediat auxilium ſufficiens ad oppoſitum, corroboratur quod *paragrapho ſuperiori* ponebatur de reſiſtentia, quam facere poteſt creata voluntas auxilio, & decreto efficacibus, in ſenſu tamen diuiſo, quo coniungatur cum decreto non actualis reſiſtentia ad ipſius executionem, ſed potentia ad ipſi reſiſtendum; & eâdem ratione de reſiſtentia in ſenſu diuiſo intelligendum eſt *Tridentinum* ſuprà relatum *paragrapho primo*, dum anathematizat dicentes liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum non poſſe diſſentire, ſi velit, quod idem eſt, ac non poſſe reſiſtere, ſi velit. Item *Senonenſe* ibidem relatum, quatenus ait auxilio efficaci Dei reſiſti poſſe, dato quod tale Concilium ſit firmæ auctoritatis, in quo De Quiros 5. *parte, tractat. 6. diſputatione* 10. *ſectione ſeptima numero* 86. reprehendit Ioannem à S. Thoma, tanquam afferentem malæ cauſæ peius patrocinium, dum tanquam nutantem *Senonenſis Concilij* auctoritatem parui pendit: Ex quo in Ioannem à Sanct. Thoma incidimus, placet aduertere ipſum *prima parte, quæſtione* 19. *diſputatione quinta articulo ſexto numero* 55. nolle concedere, quod poſſumus fruſtrari efficaciam Dei, quamvis concedat, quod poſſumus in aliquo ſenſu ſcilicet in ſenſu diuiſo tali efficaciæ reſiſtere: & diſparitatis, inquit, ratio eſt in diuerſa ſignificatione illius termini *fruſtrari*, & *reſiſtere*. Nam ex parte

Fruſtrari efficaciã, & reſiſtere efficaciæ Dei, diuerſa sũt.

fruſtrationis nullus locus inuenitur ſenſui diuiſo, ſed totum tenet ſe ex parte ſenſus compoſiti, quia fruſtratio, cum ſit abſoluta euacuatio ipſius efficaciæ diuinæ poſita in re oportet, quod cum poſitione, ſeu ſuppoſitione efficaciæ componat liberum arbitrium oppoſitum faciens, & faciendo vincens efficaciam illam, aliàs fruſtratio non erit. Reſiſtentia autem poteſt admittere ſenſum diuiſum, quia reſiſtentia nondum importat totalem victoriam, & expugnationem rei, ſicut fruſtratio. Hucvſque *Ioan. à Sancto Thoma*, cui conſentio quidem in eo, quod non poſſimus fruſtrari efficaciam, licet poſſimus ipſi reſiſtere: at diuerſâ moueor ratione ab ea, quam ipſe affert. Reſiſtentia enim eo modo, quo ab ipſo explicatur etiam in ſenſu compoſito decreti haberi poſſet, nec vlla eſt repugnantia in eo, quod cum actuali decreto efficaci Dei ponatur actualis conatus ſine victoria contra tale decretum: Ratio igitur, qua moueor ſit, quia poſſe fruſtrari decretum eſt poſſe facere, quod careat omni effectu: poſſe reſiſtere eſt poſſe facere effectum oppoſitum præſcindendo ab eo, quod impediatur effectus decreti necne, longè autem diuerſum eſt dicere. Voluntas prædeterminata ad amorem poteſt facere, quod talis prædeterminatio non coniungatur cum amore in quo conſiſtit fruſtratio decreti: & dicere voluntas prædeterminata ad amorem poteſt non amare, poteſt odio habere in quo conſiſtit reſiſtentia decreto, quæ in ſenſu diuiſo optimè ſtare poteſt cum decreto: at fruſtratio, vt bene quoad hoc loquebatur *Ioan. à S. Thoma*, non admittit, niſi ſenſum compoſitum, quia poſſe fruſtrari eſt poſſe facere, quod prædeterminatio ad amorem non coniungatur cum amore, adeòque quod prædeterminatio ad amorem coniungatur cum amoris carentia, in quo fit compoſitio oppoſitorum, & ſenſus compoſitus.

---

§. V.

Quomodo eadem voluntas efficax relinquat locum obiurgationi Bethſaitarum, & Corozaitarum ex comparatione ad Tyrios, & Sidonios?

ASSERTVM: Eadem voluntas efficax relinquit locum obiurgationi Bethſaitarum, & Coroxaitarum in comparatione ad Tyrios, & Sidonios, ſeu præ Tiriis, & Sidoniis, quia talis obiurgatio fundatur in collatione auxilij ſufficientis, in quo Tirij, & Sidonij non fuiſſent melioris conditionis, quàm fuerint Bethſaitæ & Coroxaitæ. Ita cum Thomiſtis, & prædeterminantibus communiter, Ioan. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 14. *diſp.* 20. *art.* 5. *num.* 8. 25.

Bethſaitæ, & Corozaitæ iure reprehenduntur.

Probatur, & explicatur: Exprobrat Christus, ſeu obiurgat verbis illis Matth. 11. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sydone facta eſſent virtutes, quæ facta ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* Obiurgat inquam Bethſaitas, & Corozaitas præ Tyriis, & Sidoniis, eo quod illi audita prædicatione

pœnitentiam non egerint, quam egiſſent Tyrij, & Sidonij, ſi eandem prædicationem audiiſſent. Iuxta doctrinam autem, quam tradimus tùm *cap. præſenti* tùm *capite 3. & 4. libri ſuperioris* Tyrij, & Sidonij erant acturi pœnitentiam ex vi decreti efficacis prædeterminatiui, quod Deus circa ipſos habuit, & executioni mandaſſet, ſi fuiſſet poſita ex parte obiecti conditio prædicationis, & idem decretum non habuit circa Bethſaitas, & Corozaitas; quibus dedit ſolum auxilium ſufficiens, non efficacem prædeterminationem ad pœnitentiam. Hi propterea videntur poſſe occurrere obiurgationi, & excuſare ſe de non acta pœnitentia, quam egiſſent Tyrij, & Sidonij, eo quod caruerint decreto efficaci, & prædeterminatione ad pœnitentiam, quibus ſi Tyrij, & Sidonij caruiſſent, neque ipſi pœnitentiam egiſſent. Ceſſat hæc ratio excuſationis in ſententia Mediiſtarum, in qua Tyrij, & Sidonij præuiſi ſunt acturi pœnitentiam ſub conditione prædicationis ſolùm dependenter à concurſu generali indifferenter parato; ſicuti idem concurſus fuerat indifferenter paratus etiam Bethſaitis, & Corozaitis. Nihilominus independenter à ſcientia media, & ſuſtinendo decreta prædeterminatiua adhuc apparet iniuſta Bethſaitarum excuſatio, iuxta verò eorundem reprehenſio. Ratio eſt, quia vt aſſertum eſt, habuerunt æqualia, ſi non maiora auxilia ſufficientia iis, quæ habuiſſent Tyrij, adeóque potuerunt agere Pœnitentiam æquè, ac potuiſſent Tyrij. Reprehenſio autem fundatur in obligatione, & obligatio in poſſe, quod completè habetur per auxilium ſufficiens, & in quo Tyrij non fuiſſent melioris conditionis, quàm Bethſaitæ.

Obligatio inducitur ex auxilio ſufficienti, non ex efficaci.

26. Dices: Adhuc cum hoc ſtat poſſe Bethſaitas ſe excuſare dicendo ſe non egiſſe pœnitentiam, quia caruerunt eo decreto, eóque auxilio, quo ſi etiam Sidonij caruiſſent, neque Sidonij pœnitentiam egiſſent. Sed contra, non eſt excuſatio ad rem: Obiurgantur enim de reſiſtentia facta auxilio ſufficienti, & de non peracta pœnitentia dependenter ab auxilio ſufficienti, cuius beneficio verè poterant pænitere: inopportunè igitur excuſatio recurrit ad carentiam decreti prædeterminatiui, & auxilij efficacis quod licet habuiſſent Tyrij, in ordine tamen ad illud, quod requiritur ad poſſe, quod eſt materia obligationis, quodque ſi non impleatur eſt materia obiurgationis, non fuiſſent Tyrij melioris conditionis, quàm Bethſaitæ. Et ſicuti Dominus dans vni ſeruo centum aureos, & alteri ſeruo vltra eoſdem centum alios mille, ſi primus centum aureis abutatur, ſecundus verò tùm centum, tùm mille aureis bene vtatur, iure poteſt primum ſeruum præ ſecundo reprehendere; ita Deus dans Bethſaitis auxilium ſufficiens, & Tyriis vltra ſufficiens auxilium efficax: Si Bethſaitæ abiiciunt auxilium ſufficiens, ipſo abutantur, ipſi reſiſtunt. Tyrij verò tùm ſufficiens, tum efficax auxilium amplectuntur, & vtroque benè vtuntur, verè poteſt Bethſaitas præ Tyriis reprehendere.

§. VI.

An, & quomodo voluntas Dei efficax prædeterminatiua detur etiam ad actus malos?

Aſſertum: Voluntas Dei efficax prædeterminatiua datur etiam ad actus malos ſumptos quo ad entitatem, & eſſe phyſicum, non quoad malitiam, & eſſe morale: Idque non obſtante inſeparabilitate malitiæ ab entitate in actibus intrinſecè malis, quia malitia, & eſſe morale actus mali eſt extra rationem formalem prædeterminationis voluntatiſque diuinæ. Prima pars eſt communis apud Thomiſtas, & prædeterminantes. Secunda traditur ſpecialiter à Salmanticenſibus *prima parte, tract. 4. diſputatione 10. dub. 7. num. 153.* aliiſque nonnullis. 27.

Voluntas Dei prædeterminatiua datur etiam ad actus malos, ſolum tamē quoad eſſe materiale, & phyſicum.

Probatur prima pars: Ad illud omne, ad quod per Aduerſarios Mediiſtas datur cōcurſus Dei ſimultaneus, & decretum comitans, ſeu condeterminans, admitti debet iuxta principia hucuſque poſita concurſus præuius, & decretum prædefiniens, ſeu prædeterminans: ſed ad actus malos ſumptos quoad entitatem, & eſſe phyſicum, non quo ad malitiam, & eſſe morale, datur per Aduerſarios concurſus ſimultaneus, & decretum condeterminans; ergo ad eoſdem ſumptos, &c. datur iuxta noſtra principia voluntas Dei efficax prædeterminatiua. Nec quoad hoc eſt vlla maior facilitas, quod Deus poſſet habere decretum condeterminans, & concurſum ſimultaneum ad entitatem, & eſſe phyſicum; non ad malitiam, & eſſe morale peccati, quam quod habere poſſit ad illa, non ad iſta decretum prædeterminans, & concurſum præuium. Nec minus non eſt cauſa peccati concurrendo præuiè & prædeterminanter ad ſolùm materiale quàm ad idem ſolùm concurrendo ſimultaneè, & concomitanter, cum per Aduerſarios Deus conſtituatur in ratione cauſæ concurrendo ſimultaneè, & concomitanter æquè ac per nos concurrendo præuiè, & prædeterminanter.

Probatur ſecunda pars: Quod eſt extra rationem formalem alicuius potentiæ, ſeu virtutis, etiam ſi inſeparabiliter connexum, & identificatum cum alio, quod ſit intra rationem formalem eiuſdem potentiæ, ſeu virtutis non attingitur à potentia, ſeu virtute attingente hoc aliud; ſed malitia, ſeu eſſe morale actus intrinſecè mali eſt extra rationem formalem voluntatis, prædeterminatiuæ Dei; ergo, licèt talis malitia ſit inſeparabiliter annexa entitati, optimè poteſt voluntas prædeterminatiua Dei attingere entitatem non malitiam, & per conſequens, 28.

Malitia peccati eſt extra rationem formalem voluntatis prædeterminatiuæ Dei.

ſequens, quod malitia ſit extra rationẽ formalem prædeterminationis diuinæ optimè ſaluar, quod noo obſtante inſeparabilitate, &c. poſſit diuina voluntas vnam ſine alia prædeterminare, & poſitiuè attingere. Minor patet, quia illud ſolùm eſt intra rationem formalem voluntatis prædeterminatiuæ Dei, quod eſt à Deo operabile, & eſt ſolùm à Deo operabile quod eſt ad Deum ordinabile, & propter Deum volibile iuxta illud Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*, malitia autem peccati vtique non eſt ad Deum ordinabilis, & propter Deum volibilis, cum non reſpiciat Deum tanquam vltimum finem, quin potius quantum eſt de ſe à Deo auferat prætogatiuam vltimi finis. Maior probatur tum à priori, ratione, quia ſcilicet quælibet potentia ferri poteſt in illud omne, quod eſt intra propriam rationem formalem: at nulla potentia ferri poteſt in aliquod, quod ſit extra propriam rationem formalem. Si igitur contingat ſimul identificari, & inſeparabiliter connecti duo, quorum alterum ſit intra alterum extra rationem formalem alicuius potentiæ, conſequens eſt hanc poteotiam ex illis duobus poſſe attingere vnom, non attacto alio, qoamvis ideotificato, & inſeparabiliter connexo; tum à poſteriori, inductione, quia io ente quolibet identificantur verum, & bonum: & tamen, quia verum ſub propria ratione eſt extra rationem formalem voluntatis, bonum extra rationem formalem intellectus; voluntas attingit bonum ſub propria ratione, non verum. Intellectus attingit verum ſub propria ratione, non bonum. In Deo eſſentia, & relatio ſunt maximè identificata, & tamen, quia ſola eſſentia eſt intra rationem formalem communicabilis, & attingibilis per potentiam generatiuam, potentia generatiua ſolùm eſſentiam attingit, & communicat, non relationem, & Paternitatem.

Ex duobus identificatis quandonam poſſit vnum attingi, alio non attacto.

29\. Dices, ex eo quod Deus prædeterminet poſitiuè entitatem, cui eſt inſeparabiliter annexa malitia peccati qoamvis non ſequatur, quod prædeterminet etiam ipſam malitiam, aut hanc poſitiuè, & directè velit: ſequuntur tamen alia inconuenientia. Sequitur primò, quod inducat homines ad peccatum, quia inducit voluntatem creatam ad entitatem, quam non poteſt ipſa ponere ſine peccato. Sequitur ſecundò, quod concurrat ad peccatum pluſqoam permiſſiuè, quia permiſſio eſt ſolùm eius, quod poteſt à permittente impediri: at ſuppoſito decreto efficaciter prędeterminatiuo entitatis peccati, nõ poteſt à Deo impediri malitia. Sequitur tertiò, nos admittere id totum, quod admittebat Caluinus, cuius errorem damnare intendit Trid. *ſeſſ. 6. can. 6.* anathematizans eum, qui dixerit *mala opera, ita vt bona, Deum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed propriè, & per ſe*, quia Caluinus, vt ex ipſius verbis refert Aluarez *de auxiliis diſp. 24. & 1. 2. diſp. 167.* non aſſerebat Dum prædefinire, & poſitiuè velle malitiam, ſeu formale peccati; ſed entitatem ſolùm, & materiale: Dum igitur contra hunc errorem Tridentinum definit Deum permittere ſolùm operari mala, loquitur de malis quoad entitatem, & materiale, adeoque concedere decretum poſitiuum prædeterminans entitatem, & materiale peccati, eſt ſecedere à Tridentino, accedere ad Caluinum. Sed contra ad primum inconueniens dico voluntatem creatam, ſi ponat entitatem peccati eo præcisè modo, quo à Deo prædefinita eſt, non peccaturam. Quod deinde nequeat eo præcisè modo, quo à Deo prædefinita eſt, talem entitatem ponere, prouenit ex modo ipſius defectiuo, quem modum Deus non prædeterminat, ideò non inducit ad peccatum, quia non inducit ad entitatem ponendam eo modo, quo peccatum eſt ſed eo modo, quo eſt aliquid Phyſicè bonum. Neque dicas ſaltem eſt malè conſonum bonitati, & miſericordiæ Dei inducere ad id, quod ipſe prouidit non ponendum ſine peccato. Contra enim: dummodo nullatenus peccatum ipſum ſit intentum, & inductio, ſeu prædefinitio ad id, quod præuidetur non ponendum ſine peccato, non fiat ex intentione peccati, nullatenus læditur bonitas, & miſericordia, imò poteſt in hoc ipſo plurimùm elucere, quia talis inductio, ſeu prædefinitio poteſt eſſe ob alios fines honeſtiſſimos, ipſiquemet diuinæ bonitati, & miſericordiæ maximè conformes.

Deus prædeterminando materiale peccati non inducit ad peccatum.

30\. Ad ſecundum inconueniens dico, vel decretum permiſſiuum malitiæ eſſe virtualiter prius decreto prædeterminatiuo entitatis, adeoque Deum pro eo ſigno, pro quo permittit malitiam poſſe omnimodè ipſam impedire; vel ſi decretum permiſſiuum malitiæ eſt virtualiter poſterius decreto prædeterminatiuo entitatis, ad permiſſionem ſufficere poſſe in ſenſu diuiſo impedire id, quod permittitur.

Non concurrit ad peccati malitiam plus, quàm permiſſiuè.

31\. Ad tertium inconueniens dico *Tridentinum* loqui de malo quoad formalitatem, & malitiam, aut ſaltem quoad materiale, vt eſt formaliter fundamentum formalitatis, & malitiæ, dum definit Deum ſolùm permiſſiuè malum operari. Nam præter quod manifeſtè repugnat entitatem aliquam poſitiuam, veram, & realem, cuiuſmodi eſt materiale peccati, permitti tantùm à Deo, non cauſari, verba ipſa *Tridentini*, quæ in *Can. citat.* ſequuntur, *adeò vt ſit proprium eius opus, non minùs perditio Iudæ, quàm vocatio Pauli*, indicant etiam peccata eſſe aliquo modo proprium opus Dei, quod enim eſt minùs tale eſt aliquo modo tale. Nequeunt autem aliter eſſe opus Dei, quàm quoad entitatem, & eſſe materiale. Neque in hoc ad Caluinum acceditur, ipſe enim ſolùm voluit Deum non intendere malitiam ſub ratione malitiæ, quod commune eſt etiam creaturæ iuxta illud, ritum D. Dionyſij *capit. 4. de diuin. nom. Nemo intendens ad malum operatur.* Cæterùm cum non diſtinxerit in peccato malitiam ab entitate; id, quod eſt formale, ab eo, quod eſt materiale, neceſſe eſt, quod in re admiſerit Deum concur-

Non cauſat peccatum per ſe, & poſitiuè.

Caluini error.

tere ad formale eo modo, quoad materiale; ſicuti in operatiooibus bonis ad formale eo modo, quoad materiale, concurrit, & In hoc conſiſtit error à Tridentino damnatus. Non diſtinxit inquam Caluinos in peccato malitiam ab entitate, nec potuit diſtinguere, quia cum negauerit liberum arbitrium, & poſuerit à Deo voluntatem creatam neceſſitari, non reliquit locum diſtinguendi per ordinem ad libertatem defectuoſam creatæ voluntatis moralitatem, ſeu malitiam moralem in peccato.

33. Vrgent hîc in nos Aduerſarij notam Caloiniſmi, eo qood Caluious noo aliter ſenſerit à Deo neceſſitari creatam voluntatem, quàm per decretum efficax prædeterminans, quod nos admittimos. Vndè inquiunt ex vi talis decreti tenemur nos quoque admittere oeceſſitari creatam voluntatem, & Deum concurrere ad formale peccati æquè, ac ad materiale. Verùm decretum prædeterminans eo modo, quo à nobis aſſeritur attingens ſcilicet non ſolùm ſubſtantiam, ſed etiam modum liberum effectus prædeterminati, importans determinationem, qoæ æquiualenter eſt determinatio voluntatis creatæ, relinquens indifferentiam iudicij, admittens præparationem auxilij ſofficientis ad oppoſitum, non neceſſitare creatam voluntatem ſatis patet ex hucuſqoe dictis, ex quibus meo videri duo ſufficientiſſimè conſtaot. Alterum eſt decretum prædetermioans, vt ſit neceſſitans, debere prædetermioare modo neceſſario, ſine iudicio indifferenti, ſine præparatione auxilij ſufficientis ad oppoſitum, cuiuſmodi eſt decretom prædeterminans ad amorem voluntatis Beatorum. Alterum eſt decretum prædeterminans à nobis aſſertum eſſe longè diuerſum à Caluiniano, pro quo placet referre verba Ioao. à S. Thoma 1. *part. quæſt.* 14. *diſputat.* 20. *artic.* 5. *num.* 30. Videat, & iudicet Lector, quis magia opponitur Caluino, vt cognooſcat, quàm incongruè, & falsò ſuggillantur Thomiſtæ de decreto Caloiniano. Caluinus dicit decretum Dei abſolutè antecedens neceſſitat, & cogit volontatem: Thomiſtæ dicunt decretum Dei abſolotè antecedens non tollit libertatem, ſed cauſat, perficit, conſeruat. Defenſores ſcientiæ mediæ dicunt non datur decretum Dei abſolutè antecedens, & prædefiniens, qood ſi daretur tolleret libertatem. Quis horum videtur magis opponi Caluino?

Decretum prædeterminans quãdo nam ſit neceſſitans.

LIBER

LIBER QVINTVS,
DE PROVIDENTIA DEI
Prædeſtinantis, & Reprobantis.

Boetius *lib. 4. de conſol. proſa.6.*

E*CCE rem omnium quæſitu maximam, cui vix exhauſti quidquam ſatis ſit. Talis namque materia eſt, vt vnâ dubitatione ſaccitâ innumerabiles aliæ, velut hidræ capita ſuccreſcant; nec vllus fuerit modus, niſi quis eas viuaciſſime mentis igne coerceat:* Igne verò, oon quem innatus ſciendi ardor, aut imbecille naturæ lumen excitet; ſed quem charitatis flamma, fideique fax tanquam diuini ſolis radius accendat. In diuinæ prouidentiæ œconomia improuidus eſt, qui proprio fidit arbitrio: in diuinæ prouidentiæ theoria inſcius eſt, qui proprio fidit ingenio. Tunc maximè, cum naturæ limitibus prætergreſſis euehitur animus ad ſuperexcelſum myſterium prouideotiæ ſupernaturalis, quam exercet Deus prædeſtinaodo, & reprobando, eâdemque ex luti maſsâ vaſa alia in honorem effingendo, alia io contumeliam. Si quid arduum in intellectu, & voluntate pertractandis ſuperius offeodimus, præludium eſt grauioris arduitatis decurrentis in explicanda prædeſtinatione, quæ dum actibus diuini intellectus & voluotatis, aut conſtituitur, aut completur, in ſe intellectus, & voluntatis difficultates agglomerat: at non propterea ſuccumbeodo difficultati, faseſt omoimodâ laborare ioopiâ inter Theſauros diuinæ prouidentiæ: ne excludeodo ab intellectuali cultu diuina arcana, quæ nequeunt intellectuali obtutu concludi, irreligioſitatis oota incurratur, dum temeritatis labes effugitur. Nec temerariò igitur auſu, nec irreligioſo ſilentio vtendum eſt, ſed tentando vtcumque apprehendere, quod perfectè comprehendi noo poteſt; partim ſcholaſtico cooatu, partim religioſo obſequio attingemus Dei prouidentiam, præſertim in prædeſtinatione, & reprobatione relucentem, præmiſſis tamen nonnullis de eâdem prouidentiâ ſecundùm ſe, & in communi. Ideò ſit

CAPVT PRIMVM.

De Prouidentia Dei ſecundùm ſe, & in communi.

1. LICET ex ſupradictis *lib.1. cap.9.* §. 4. Diuino intellectui propriè conueniat ſcientia ſolùm, non præſcientia, meliuſque propterea vt habetur *eodem cap. ad finem* §. 5. de Deo dici videatur prouidentia, quàm præuidentiam, nihilominùs quantum eſt ex vi nominis *prouidere, & preuidere* Synonyma ſunt, ambo ſcilicet idem ſonant, ac ante videre, & dummodo ly *ante*, denotet aliam antecedentiam ab antecedentia ſcientiæ ad præſentiam obiecti non eſt ſcrupuloſè ambigendum, quin rectè tribuatur Deo hoc nomen prouidentia, & præuidentia; ſeu antecedens videntia. Quoad rem ipſam deinde prouidentia aliquid amplius ſignificat, quàm præuidentia, & præcedens videntia, ſignificat quippè diſpoſitionem rerum cognitarum in finem regulatam ab intellectu, determinatam à voluntate, & conformiter ad hanc ſignificationem poteſt cum Arriaga *prima parte, diſputat. 36. ſect. 1. numero 1.* Prouidentia dici quaſi pro aliquo, ſeu in fauorem alicuius, eius videlicet, qui ad finem tendit, videntia. Sic præmiſsâ rudi vtcumque prouidentiæ notitiâ antequam exactius tradatur in quo formaliter conſiſtat: in actune intellectus? an in actu voluntatis, an in vtroque, ſit

Prouidentia idem eſt, ac præuidentia.

Vel pro aliquo videntia.

§. I.

§. I.

Quomodo, & vnde conſtat dari in Deo prouidentiam rerum præſertim minimarum, & viliorum?

2. Dari in Deo prouidentiā circa vilia eſt de fide.

ASSERTVM I. Conſtat ſupernaturali certitudine fidei dari in Deo prouidentiam rerum omnium etiam minimarum, & viliorum. Ita omnes Catholici communiſſimè contra varios errores plurium antiquorum, & quidem primo vltra *Atheos*, qui eâdem inſipientiâ, qua dixerunt in corde ſuo *Non eſt Deus*, dixerunt pariter non eſt Dei prouidentia: inter eos, qui Deum faſſi ſont, *Epicurus*, & *Democritus* putantes omnia caſu, & fortuito atomorum concurſu euenire, rerum prouidentiam prorſus negarunt, imo deriſerunt, ipſam per ludibrium nominantes *Anum fatidicum*, vt refert Cicero *lib. 2. de natura Deorum.* Secundò illi, qui Deo negarunt, aut ſcientiam, vt retulimus *lib. 3. cap. 1.* §. 4. aut libertatem, vt retulimus *libro quarto capite primo*, §. *quarto*, conſequens eſt, quod Deo negauerint etiam prouidentiam. Tertiò *Cicero*, ſicuti, vt retulimus *libro quarto capite tertio* §. 1. negauit Deo ſcientiam futurorum dependentium à cauſis liberis; ita conſequenter non admiſit in Deo prouidentiam, niſi parcam, circumſcriptam, & non attingentem effectus cauſarum liberarum. Quartò *Plato* apud D. Thomam *prima parte, quæſt. 22. articulo tertio in C.* voluit Dei prouidentiam ſolùm attingere ſaltem proximè, & immediatè ſpiritualia, & vniuerſalia, ſeu incorruptibilia. Idem ſenſerunt alij nonnulli, ex quorum perſona, vt notat D. Thomas *quæſt. cit. articulo 2. in C.* dicitur Iob. 22. *Nubes latibulum eius, & circa cardines Cœli perambulat; neque noſtra conſiderat.* Quintò *Ariſtoteles*, ſi fecit Deum, ex neceſſitate naturæ operantem, quod tanquam controuerſum retulimus *lib. 4. cap. 1.* §. 4. ſuſtulit à Deo omnem prouidentiam: Si fecit Deum, non intelligentem clarè, & diſtinctè res minimas, & viles, quod pariter tanquam controuerſum retulimus *lib. 3. cap. 2.* §. 5. rerum ſaltem minimarum, & vilium prouidentiam à Deo ſubtraxit huic poſtremo errori adhæſerunt illi cum quibus ait *Poëta.*

Quid de Dei prouidentia *Ariſtoteles*, ſenſerit non ſatis cõſtat.

> *Non vacat exiguis rebus adeſſe Iouem.*

Hi errores tanquam lumini non ſolùm fidei, verùm etiam naturæ repugnantes non ſolùm auctoritatibus in præſenti, verùm etiam rationibus in ſequenti aſſerto reiicientur. Ideo aſſerta veritas

3. Probatur ex Scriptura Iudith 9. *Tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti* Eccleſiaſt. 5. *Neque dicas coram Angelo non eſt prouidentia* Sap. 6. *In omni prouidentia occurret illis.* Traditur hæc eadem veritas, in aliis pluribus locis Scripturæ, præſertim in mox citato libro ſapientiæ, in quo etiam ſpecialiter exprimitur diuinam prouidentiam circa omnia, adeóque etiam circa minima quæque, & viliora verſari, *cap. 6. præcit. æqualiter cura eſt illi de omnibus, cap. 8. attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, capite 14. Tua autem Pater prouidentia ab initio cuncta gubernat.* Commendat hanc eandem vniuerſalem, & circa res vtcumque minimas prouidentiam Chriſtus Dominus Matth. 6. *Si enim fænum agri, &c. Deus ſic veſtit.* Luc. 12. *Nonne quinque paſſeres, &c. & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Sed & Capilli capitis noſtri omnes enumerati ſunt.* Quid Capillo, quid Paſſere, quid fæno agri, aut minus, aut vilius? & tamen de illis curam Deus gerit, & prouidentiam. Ex his ſequitur Paulum 1. Cor. 2. verbis illis *Nunquid de bobus cura eſt Deo?* non negare ſimpliciter prouidentiam de bobus quàm de paſſeribus, de Capillis, de fæno, adeò clarè Chriſtus affirmauit, ſed ſolùm negare de bobus ſpecialem prouidentiam ſupernaturalem, quam Deus habet de creaturis rationalibus. Relata Scripturæ loca adeo clara ſunt, vt dictis Sanctorum Patrum corroborari non egeant. Maioris tamen eruditionis gratiâ videri poteſt Syluius *prima parte, quæſt. 22. art. 2.* vbi copioſus eſt in referendis ad præſens inſtitutum Sanctis Patribus.

ASSERTVM II. Conſtat naturali euidentiâ ſcientiæ dari in Deo prouidentiam rerum omnium, etiam minimarum, & viliorum. Ita omnes Scholaſtici communiſſimè contra *Nominales*, qui ſicuti ex dictis *libro tertio capite ſecundo* §. 5. *& lib. 4. cap. 1.* §. 4. volunt ratione ſolùm probabili ſuaderi poſſe, tùm Dei ſcientiam de rebus omnibus in particulari, tùm Dei libertatem, ita conſequenter idem ſentiunt de Dei prouidentia. Contra quos, licèt pœnâ potius eſſet agendum, quàm ratione iuxta illud Clementis Alexandrini *lib. 5.* Stromatum, *ſunt quæſtiones quædam digna, quæ puniantur cuiuſmodi eſt quærere probationes, an ſit prouidentia.* Nihilominus Aſſertum 4. Dari in Deo prouidentiā etiam circa vilia eſt naturaliter euidens.

Probatur primò ratione D. Thomæ *prima parte, quæſtione 22. articulo primo in C.* Deo conuenit cauſare per intellectum, & voluntatem ordinem rerum in finem, ſed prouidentia nihil eſt aliud, quàm actus aut intellectus, aut voluntatis, aut vtriuſque cauſans ordinem rerum in finem, ergo Deo vere conuenit prouidentia, ergo conſtat naturali euidentia, &c. Minor plenè conſtabit ex §. *ſequenti*, & aliqualiter iam conſtat ex ſuprà indicata ſignificatione prouidentiæ. Maior probatur: Deus cauſat per intellectum, & voluntatem quodcumque bonum in creaturis exiſtens, ſed ordo rerum in finem, eſt aliquod bonum in creaturis exiſtens, in tali enim ordine vniuerſi ſymetria conſiſtit. Maior probatur, quia quodcumque bonum in creaturis exiſtens eſt

Deus cauſat non ſolùm res, ſed etiā ordinem rerum in finé.

Digitized by Google

eſt participatio bonitstis Dei, cum omne magis, vel miuus tale ſit per participationem alicuius maximè talis, at participatio Dei non habetur, uiſi per Dei cauſalitatem, & Deus cauſalitatem ſuam non exercet niſi per intellectum, & voluntatem, vt patet ex ſupradictis, tùm de ſcieutia Dei, quæ eſt cauſa rerum, tùm de libertate, qua Deus ad extra operatur, ergo. Hæc probatio militat etiam pro rebus minimis, & vilioribus, nam etiam in iſtis ordo reperitur, quoad iſtas tamen aſſerta veritas ſpecialius

5. Probatur ſecundò Deus eſt cauſa rerum etiam mluimarum, & viliorum; ergo habet de rebus etiam minimis, & vilioribus prouidentiam. Antecedens patet ex ratione cauſæ vniuerſaliſſimæ, & ex eo, quod Manichæi argumētātur vilioribus à Dei cauſalitate ſubtractis facile eſt ad maiora, & nobiliora ſubtrahēda gradatim procedere. Conſequentia probatur primò quia eo ipſo, quod Deus res etiam minimas, & viliores cauſat, eas caoſat per intellectum, & voluntatem, eas ad finem ordinat, & propter finem vult, vt enim ait D. Thomas *1. parte, quaſt. 22. art. 2. in C. Cum omne agens agat propter finem, tantùm ſe extēdit ordinatio effectuum in finem, quantùm ſe extendit cauſalitas primi agentis.* Secundò quia ſi non dedecet Deum res minimas, & viliores, producere, multò minus dedecet eaſdem regere, & gubernare: vt enim egregiè tradit D. Ambroſius *lib. 1. de officiis cap. 13. Quis operator negligat operis ſui curam? ſi iniuria eſt regere, nonne eſt maior iniuria feciſſe? Cum aliquid non feciſſe nulla iniuria ſit: non curare autem, quod feceris ſumma inclementia.* Neque hîc ſuſpicandum, quod ex viliorum rerum curâ aliquid contrahat vilitatis diuina prouidentia; quin imò potiùs plurimum ipſi nobilitatis accedit, vt patet transferendo ad præſens inſtitutum ea, quæ dicebantur *lib. 3. capite ſecundo §. 5. & 8.* De ſcientiâ Dei ad res viles comparatâ: Et hîc obiter ex dictis *eodem §. 5.* de ſcientia Dei comparata ad peccata, quod ſcilicet habeat Deus de peccatis ſcientiam ſimplicis uotitiæ, licèt non approbationis, infertur proportionaliter prouidentia Dei in ordine ad peccata, prouideutia inquam permiſſionis, non approbationis, quod aliis terminis explicat Syluius *prima parte, quaſt. 22. art. x. circa finem* dicens Deum prouidere de peccatis, uou prouidere peccata. Non prouidet, iuquit, Deus peccata, quia prouidere Dei eſt procurare, & cauſare: certum autem eſt Deum neque procurare, neque cauſare peccata: prouidet verò de peccatis, quia de ipſis diſponit, ipſaque, licèt uon à ſe prouiſa, præuiſa tamen ordinat ad aliquod bonum maius, quàm ſit malum, quod in peccato permittitur. Confirmant etiam prouidentiam permiſſiuam, quam Deus habet de peccatis, ſuprà poſita *lib. præcedente §. ult.*

Ex ratione cauſæ vniuerſalis ſequitur ratio vniuerſalis prouidentiæ.

Deus habet circa peccata prouidentiā permiſſionis, non approbationis, de peccatis prouidet, nō peccata prouidet.

6. Ex his habes ſub diuinam prouidentiam cadere quidquid extra Deum eſt, & licèt reſpectu cauſarum ſecundarum, & particularium multa ſint fortuita, & caſualia, nihil tale eſt reſpectu cauſæ vniuerſalis, & Dei; ideò verè Auguſtinus *libro primo retractationum capite primo,* malè audit nominari fortunam, vel caſum, eo quod homines ſic deſueſcant confugere ad diuinam prouidentiam, imò conquerantur de Deo tanquam de malo circa hæc ſublunaria prouiſore, dum ſæpiſſimè malitia impunè graſſatur, nocentes extolluntur, deprimuntur innocentes, & hac fortè ex cauſa, vt refert D. Cyrillus Catecheſi 8. *Quidam illo dicto abutentes, veritas tua neque ad nubes, auſi ſunt Dei prouidentiam nubibus, & cælo circumſcribere, & terram ab illa alienare.* Verùm huic abſurdè citati ex Pſalm. 35. verſicoli intelligentiæ occurrit *Cyrillus* ibidem ſubdens ita abutentes verbis illis oblitos eſſe pſalmi, qui dicit, *Si aſcendero in Cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Si enim nihil ſit Cælo excelſius, nihil inferno profundius, qui dominatur extremis attingit & terram mediam.* Sicque ex verbis illis: *veritas tua vſque ad nubes* probatur potiùs, quàm improbetur prouidentia Dei circa ſublunaria vt colligitur etiam ex aliis eorundem verborum expoſitionibus relatis à Valentia 1. *par. diſp. prima, quaſtione 22. puncto ſecundo.* Confirmatur etiam potiùs, quàm infirmetur eadem Dei prouidentia ex impiorum in hac vita exaltationibus, & oppreſſionibus iuſtorum, indicatur ſcilicet diuinam prouidentiam eſſe ab humana longè diuerſam, eâque valde ſuperiorem, altiores fines reſpicere, nec intendere eum hominum prouidentia boua temporalia, ſed æterna, vt magis explicat Leſſius *de diu. perfectionibus libro 11. capite 9. &* Heriucx *diſputatione octaua, quaſtione prima, numero 9.* Pallauicinus 1. x. *diſp. 2. quaſt. 2. art. 1. n. 10.*

Deo nihil eſt fortuitū, aut caſuale.

§. II.

In quo formaliter conſiſtat Dei prouidentia: In actu ne intellectus? An in actu voluntatis, an in vtroque?

ASSERTVM I. Prouidentia non conſiſtit formaliter in ſolo actu intellectus. Ita Auctores citandi in ſequentibus aſſertis pro opinione collocante prouidentiam formaliter, aut in ſolo actu voluntatis, aut in actu ſimul voluntatis, & intellectus contra Caietanum *prima parte, quaſt. 22. art. 1.* Io. à S. Thoma *quaſt. 23. diſputat. 7. art. x.* Capreolum *in primo, diſtinctione 40. quaſt. 1. art. 1.* alioſque Thomiſtas communiter, quibus adhærent Valentia 1. *parte, diſput. 1. quaſt. 23. punct. x.* De Quiros *tract. 6. diſp. 4. ſect. 3.* Leſſius *de perfectionibus diuinis libro 11. capite primo* Fonſeca 7.

Prouidentia non conſiſtit formaliter in ſolo actu intellectus.

in Metaph. tomo tertio libro ſexto capite 2. *quæſt.*5.*&c.*

Probatur præuiſis omnibus actibus voluntatis, & perſeuerantibus in Deo ſolis actibus intellectus, non concipitur in iſto permanere ratio formalis, & eſſentia prouidentiæ, ergo prouidentia Dei non conſiſtit formaliter in ſolo actu intellectus: conſequentia patet, quia illud quo præciſè ablato, aufertur eſſentia, & ratio formalis alicuius prædicati, non poteſt non eſſe de eſſentia, ſeu de ratione formali talis prædicati. Antecedens probatur: Prouidentia reſpicit exiſtentiam finis, & conſecutionem illius per media; ſed præciſis omnibus actibus voluntatis nullum finem extra ſe exiſtentem poteſt Deus recipere, nec vlla media poteſt efficaciter ordinare ad alicuius finis conſecutionem, ergo.

8. Dices hinc ad ſummum probari, quod prouidentia requirat actum voluntatis aut præſuppoſitiuè; aut conſecutiuè, & quod præciſis actibus voluntatis deſinat prouidentia illatiuè ad ſummum, aut conſecutiuè, non formaliter. Sed contra, imò ex oppoſito: nec præſuppoſitiuè, nec conſecutiuè poteſt prouidentia actum voluntatis requirere, adeóque ex eo, quod actum voluntatis requirat, conſequens eſt, quod requirat conſtitutiuè, & formaliter. Non poteſt requirere præſuppoſitiuè, quatenus prouidentia conſiſtat in actu, quo intellectus poſt decretum efficax voluntatis eligentis, & determinantis, talium mediorum executionem imperat, quia ex *ſupradictis lib.* 3. *cap.* 5. §.1. poſt decretum efficax ex parte diuinæ voluntatis nullus datur actus imperij ex parte diuini intellectus. Non poteſt requirere conſecutiuè, quatenus prouidentia conſiſtat in actu attingente proportionem mediorum ad finem, quem actum deinde conſequatur decretum voluntatis eligens, & determinans media, tùm quia ſic non diſtingueretur prouidentia ab Ideis, & ſcientiâ practicâ in actu primo, tum quia ſic prouidentia ex ſuo conceptu formali non reſpiceret determinata media, nec infallibiliter obtineret finem, determinatio enim mediorum, & infallibilitas obtinendi finem haberetur per aliquid, quod prouidentia non includeret ex ſuo conceptu formali, tum quia ſic prouidentia non eſſet libera formaliter; antecederet enim actum voluntatis, à quo ſolo habetur formalis libertas.

Prouidentia non requirit actum voluntatis præſuppoſitiuè.

Nec conſecutiuè.

9. Assertvm II. Prouidentia non conſiſtit formaliter in ſolo actu voluntatis. Ita Auctores citati pro opinione impugnata in antecedente, & citandi pro opinione propugnanda in ſequenti aſſerto contra Scotum *in* 1. *diſtinct.* 40. §. *ad iſtam*, Gregorium *eadem diſt. quæſt.* 1. *articulo* 1. Herinex *diſp.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 2. Vaſquium *prima parte, diſp.* 87. *cap.* 3. *& alios apud ipſum.*

Nec formaliter in ipſo ſolo conſiſtit.

10. Probatur prouidentia conſiſtit in determinatione, & electione mediorum factâ cum directione, & regulâ non cæco modo, ergo non conſiſtit formaliter in ſolo actu voluntatis, quæ ſecundum ſe cæca eſt, nec habet rationem formalem regulatiui, & directiui. Neque dicas, vt determinatio aliqua, & electio non ſit facta cæco modo, ſufficit actus intellectus præſuppoſitus, adeóque prouidentia cæca non eſt, ex eo quod conſiſtat formaliter in ſolo actu voluntatis. Contra enim: aliud eſt aliquid præciſè non fieri cæco modo, aliud eſt dirigere etiam alia, ne cæco modo fiant: hoc ſecundum conuenit prouidentiæ, & huic ſecundo non ſufficit actus intellectus præſuppoſitus, neque actus voluntatis etiam præſupponens actum intellectus poteſt per ſe formaliter regulari, & dirigere; conuenit inquam prouidentiæ dirigere, & regulari, tùm quia ex D. Thoma *quæſt.* 5. *de veritate art.* 1. *in C.* & D. Auguſtino *lib.* 83. *quæſtionum quæſtione* 31. Prouidentia ponitur pars prudentiæ: Prudentiæ autem vt poté quæ ex Ariſtotele 6. *Ethic.* eſt recta ratio agibilium, conuenit dirigere, tum quia in feſto Angelorum Cuſtodum de Deo canit Eccleſiâ, *Nec regis minore prouidentia.* Confirmatur ex ipſo nomine prouidentiæ, quod ſiuè præcedentem videntiam, ſiue pro aliquo videntiam, ſiue procul videntiam ſonet, ſemper exprimit videntiam ſpectantem ad intellectum, & nimis incongruè vſurparetur ad ſignificandum aliquod formaliter conſiſtens in ſolo actu voluntatis.

Prouidentia eſt pars prudentiæ.

Assertvm III. Prouidentia formaliter conſiſtit in vtroque actu intellectus ſimul, & voluntatis. Ita Ægidius *in primo diſtinctione* 40. *articulo* 1. Marſilius *ibidem*, Arriaga *prima parte diſputatione* 32. *ſect.* 2. *numero* 18. Molina *quæſtione* 22. *articulo* 1. *diſp.* 2. §. *quod ſi petas*, *& quæſt.* 23. *art.* 1. *diſp.* 2. §. *ſtandum eſt*, Lugus *diſputat.* 37. *cap.* 2. *numero* 12. Becanus, Arruba, Herice: aliique Recentiores magis communiter contra Auctores relatos in ſuperioribus aſſertis, ex quibus tamen nonnulli, dùm vel explicando prouidentiam per actum intellectus poſitiuè non excludunt actum voluntatis, vel eandem explicando per actum voluntatis poſitiuè non excludunt actum intellectus, fortè intendunt ſolùm explicare id, in quo principaliùs, non id, in quo ſolo prouidentia formaliter conſiſtit, adeóque non ſimpliciter aduerſantur noſtro aſſerto. Quod 11.

Formaliter conſiſtit in actu intellectus ſimul, & voluntatis.

Probatur primò: Prouidentia Dei aliquando explicatur per actum intellectus, aliquando per actum voluntatis, ergo ſignum eſt quod conſiſtit formaliter in actu intellectus ſimul, & in actu voluntatis. Probatur antecedens quoad primam partem ex Boëtio 4. *de Conſol. proſâ* 6. dicente: *Prouidentia eſt ipſa diuina ratio in ſummo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit*, ex D. Thoma *prima parte, quæſtione* 23. *articulo ſecundo in C. Prouidentia eſt quædam ratio in mente prouiſoris.* Probatur antecedens quoad ſecundam partem ex D. Damaſceno 2. *de Fide capite* 29. dicente: *Prouidentia eſt voluntas Dei, per quam*

res

res omnes aptè congruéque gubernantur. Ex Gregorio Niſſeno apud D. Thomam *tertio contra gentes cap. 73. Prouidentia diuina eſt voluntas Dei, per quam omnia quæ ſunt, conuenientem deductionem accipiunt.* Prima conſequentia patet, quia collocando prouidentiam in vtroque actu neutra ex allatis explicationibus prouidentiæ ſimpliciter, & abſolutè damnatur. Accedit quod in allatis verbis *ex Boëtio* ita per ly *ratio* exprimitur actus intellectus vt per ly *diſponit* indicetur actus voluntatis: in allatis verbis ex *Niſſeno* ita per ly *voluntas*, exprimitur actus voluntatis, vt per ly, *conuenientem* deductionem indicetur actus intellectus: nam diſponere eſt tali, vel tali modo res ponere, quod ſpectat ad voluntatem; deductio conueniens eſt deductio regulata, & ordinata, quæ habetur ab intellectu.

12. Dices ex his quidem inferri, quod tum actus intellectus, tum actus voluntatis ad prouidentiam requiratur, non ſic quod vterque actus requiratur formaliter, quod eſt requiri æquè primo, imo videtur eſſe contra naturam ipſorum actuum intellectus, & voluntatis poſſe formaliter, & æquè primò ſe habere ad conſtituendum aliquod tertium; cum enim intellectus, & voluntas ſint potentiæ talis conditionis, vt vna ad aliam ſe habeat per modum mouentis actus etiam vnius debet eſſe mouens reſpectu actus alterius, adeóque actus vnius antecedens, actus alterius ſubſequens, non vterque ſimultaneus, & æquè primò ſe habens. Accedit quod ex actibus intellectus, & voluntatis non videtur poſſe conſurgere, niſi quid vnum per accidens, & vnitate aggregationis, quis autem dicat prouidentiam ex genere ſuo non habere vnitatem, niſi aggregationis: Sed contra: Licèt actus intellectus, & voluntatis ſumpti ſecundùm ſe ita ſe habeant vt vnus antecedat, alter ſubſequatur ſumpti tamen in ordine ad tertium optimè poſſunt æquè primo requiri, ſicuti licèt materia ſecundùm ſe præcedat formam, in ordine tamen ad totum conſtituendum materia, & forma æquè primo ſe habent. Ad illud, quod additur dico in primis in ordine ad conſtituendam prouidentiam decretum voluntatis, ad quod per nos nullus ſubſequitur ex parte intellectus actus imperij ſe habere vt determinatiuum adeóque vt formam, & prouidentiam conſurgere ex actu intellectus, & ex actu voluntatis tanquam ex materia, & forma tanquam ex potentia, & actu præciſis imperfectionibus, non tanquam quid vnum prorſus per accidens, & vnitate aggregationis. Dico inſuper in creatis nullum eſſe abſurdum ponere prouidentiam tanquam quid vnum prorſus per accidens, & vnitate aggregationis, nam cum per nos omnes habitus acquiſiti habeant ſolam vnitatem aggregationis, omnes ſcilicet conſiſtant in intentione ſpecierum ordinatarum, optimè poſſumus ſine abſurdi ſuſpicione eandem vnitatem aggregationis concedere in prouidentia, quæ tamen in Deo propter identitatem actuum intellectus, & voluntatis ab imperfectione huiuſmodi omninò depurabitur, & erit quid vnum vnitate identitatis, non vnitate aggregationis.

Actus intellectus, & voluntatis in ordine ad prouidentiã æquè primo ſe habent ille tanquam materia iſte tanquam forma.

Dico tandem inſtantiam hanc, quam vrget Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt. 23. diſputatione 7. art. 2. num. 2.* optimè poſſe contra ipſum retorqueri; ipſe enim (ſicuti etiam alij Thomiſtæ communiter, vt referebamus *libro tertio capite 5. §. primo, aſſerto ſecundo*) *prima parte, quæſt. 26. diſputation. 11. art. 2.* potentiam executiuam Dei, ſeu omnipotentiam ab intellectu, & voluntate nullatenus diſtinguit; ex intellectu, & voluntate conſtituit, & tamen eodem modo, quo ipſe in inſtantia probat non poſſe actum intellectus, & actum voluntatis conſtituere prouidentiam, probaretur non poſſè intellectum, & voluntatem conſtituere omnipotentiam. 13.

Retorquetur inſtantiã.

Probatur ſecundò munera prouidentiæ aliqua ſpectant ad intellectum, aliqua ad voluntatem, ergo. Prouidentia conſiſtit formaliter tum in actu intellectus, tum in actu voluntatis: neque enim eſt maior ratio, quod munera ſpectantia ad intellectum faciant ipſam conſiſtere in actu intellectus, quàm quod munera ſpectantia ad voluntatem faciant, &c. Probatur antecedens munera prouidentiæ præſertim perfectiſſimæ, cuiuſmodi eſt diuina, ſunt habere certitudinem diſpoſitionis rerum in finem; dirigere, & ordinare; eligere, & determinare media: aliqua permittere, aliqua impedire, ſed ex his aliqua ſpectant ad intellectum, aliqua ad voluntatem, vt conſideranti patet, ergo. 14.

Prouidentiæ munera.

Ex his habetur primo prouidentiam ſub diuerſa ratione ſpectare principalius ad intellectum, quàm ad voluntatem, & è contra: Si nimirum ſumatur, vt explicat munera ſpectantia ad intellectum, principaliùs ad intellectum ſpectare, principalius ex intellectus actu conſtitui: è contra verò ſi ſumatur, vt explicat munera ſpectantia ad voluntatem. Cæterùm ſi ſumatur adæquatè ad intellectum, & voluntatem æquè primò ſpectare: ex intellectus, & voluntatis actu æquè primò conſtitui. Ad ſummum ſumendo pro conſtitutiuo principaliori illud, quod nobiliori modo conſtituit, actus voluntatis, qui ex dictis formam imitatur in conſtitutione prouidentiæ poteſt dici hanc principalius conſtituere, eo modo quo quælibet forma dici poteſt principalius conſtituere quodlibet aliud compoſitum. Sed in his vtpotè ſpectantibus ad modum loquendi, & ſignificationem terminorum, facilè fieri poteſt quæſtio de nomine. 15.

Prouidentiæ quomodo ſpectare poſſit principaliùs ad intellectum, quam ad voluntatem, & è contra.

Habetur ſecundò prouidentiã Dei definiendam eſſe terminis exprimentibus tum actum intellectus, tum actum voluntatis, ſicque dici poteſt, diſpoſitio rerum omnium in finem regulata per intellectum, determinata per voluntatem. Quod ſi placeat accõmodare ſupra allatam definitionem *ex Boëtio*, vel *ex Damaſceno* addenda erit definitioni *Boëtij* maior expreſſio actus voluntatis dicẽdo eſt Ratio in ſummo 16.

Prouidentiæ definitio.

ſummo omnium principe conſtituta, quæ voluntate decetnenre cuncta diſponit definitioni verò *Damaſceni* addenda erit maior exptеſſio actus intellectus dicendo: eſt voluntas oei, per quam res omnes optimè, congruéque intellectu dirigente, ſeu regulante gubernantur.

§. III.

Quotuplex ſit prouidentia Dei?

17. Prouidentiæ diuiſiones.

ASSERTVM: Prouidentia Dei multiplex eſt, ſeo ſortitor multiplicem dioiſionem (ſubiotellige in membra virtualiter ad ſummum diſtincta eo proportionaliter modo, quo dictum eſt dum aſſignaremua diuiſionem ſcientiæ, & voluntatis Dei.) Prima diuiſio eſſe poteſt in inefficacem, & efficacem. Secunda in phyſicam, & moralem. Tertia in communem, & ſpecialem. Quarta, & potiſſima io oaturalem, & ſupernatoralem.

In inefficacem, & efficacem.

Probatur, & explicatur: Prouidentia inefficax eſt diſpoſitio rerum in finem determinara per volnntatem inefficacem, & media ioefficacia ad finem ordinans. Hæc prouideotia in ordine ſupernaturali dicitur prooidentia purè ſufficiens, & auxilia pure ſufficientia præparat: & licèt finem, reſpectu cuius eſt inefficax, non aſſequatur, nullam dicit imperfectionem eadem prorſus ratione, qua ex ſupradictis *capite 5.* §. 5. nollam dicir in Deo imperfectionem volnntas inefficax. Nec ſpecialem hîc facir difficoltatem illud, quod canit Eccleſia *in Orat. dominica 7. poſt Pentecoſtem, Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur.* Prouidentiam enim inefficaciam non obtinete effectum, ſeu finem, in ordine ad quem eſt inefficax, non eſt ipſam falli, quin potius falleretur, ſi talem finem obtineret, quia obtinendo finem efficax eſſet, non inefficax. Prouidentia efficax eſt diſpoſitio rerom in finem determinata per voluntatem efficacem, & media efficacia ad finem ordinanr. Hæc prouidentia in ordioe ſupernaturali dicitur prædeſtinatio, auxilia efficacia ad ſalotem præparat: ſemper conſequitur finem non ſolùm vniuerſalem, & commonem qua ratione finem conſequitor etiam prouidentia inefficax, cum nihil fiat præter ordinem cauſæ vniuerſalis, vt explicat D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 103. *articulo ſeptimo in C.* verum etiam particularem, & proprium: Infallibiliter conſequendo finem nollam caoſis liberis neceſſitatem imponit eadem ptorſur ratione, qoa *ex cap. vltimo lib. ſuperioris* nullam neceſſitatem imponir voluntas Dei efficax, quæ ſemper completur.

18. In phyſicá, & moralé.

Prouidentia phyſica eſt diſpoſitio rerum io finem per media phyſica: Prouidentia moralis per media moralia, ſcilicet leges, præcepta, exempla, exhortationes, &c. Illa voiuerſalior eſt, & ad omnia extendi poteſt; iſta eſt minus vniuerſalis, & reſtringitor ad creaturar rationales, quæ ſolæ poſſunt morali modo ordinari, & moralibus mediis vti:

19. In ſpecialé, & communem.

Prouidentia commuois eſt, qua Deus creaturas omner etiam irrationales, & vtcomque viles, & minimas etiam prauas in ſuos fines ordinat vt *primo paragrapho* explicatum eſt, prouidentia ſpecialis eſt, qoæ ſpeciali modo exercetur in creaturis rationalibus ordinando ipſarom actiones ad finem creaturarum rationalium proprium, ad pœnam ſcilicet aor præmium. Poteſt etiam ſiſtendo in ſolis creatoris rationalibus aſſiguari prouidentia communis, qua omnes creaturæ rationales ordinantur ad finem naturalem ipſarom ptoptium, aut ad ſupernaturalem per media ſufficientia: ſpecialis verò, qua ordinantur ad finem ſupernaturalem aliquæ creaturæ rationales præ aliis per media efficacia: Addi hîc poteſt prouidentia ſpecialiſſima, qua nonnullis inſignioribus perſonis, & maximè Deiparæ Virgini, media quædam ſpecialiſſima, & omnem communem etiam ordinis ſupernaturalis legem excedentia præparantur.

20. In naturalé, & ſupernaturalem.

Prouidentia oaturalis eſt ordinatio creaturæ ad finem naturalem per media naturalia, & communis eſt creaturis rationalibus, & irrationalibus. Prouidentia ſupernaturalis, eſt ordinatio creaturæ ad finem ſupernaturalem per ıoedia ſupernatoralia, propria eſt creaturſrum rationalium. Si ſit inefficax retinet commune nomen ſupernaturalis prooidentiæ; Si ſit efficax ſortitor nomen proprium prædeſtinationir.

21. In prouidentiam in actu ſignato, & prouidentiá in actu exercito.

Addi hîc poteſt vltra aſſertas, & explicatas prouidentiæ diuiſiones alia quædam aut diuiſio, aut potius diuerſa acceptio prouidentiæ: Sumi ſcilicet poteſt prouidentia vel pro prouidentia in actu ſignaro, ſeu quaſi in actu primo, quatenus dicit virtutem dirigendi, & decernendi diſpoſitionem rerum omnium in finem; vel prouidentia in actu exercito, ſeu quaſi in actu ſecundo; quatenos dicit actoalem directionem, & determioationem rerum in finem. Primo modo prouidentia conſiſtit potius in intellectu, & voluntate, quàm in actu intellectus, & actu voluntatis. Secundo modo conſiſtit formaliter, vt *ſuperiori* §. explicatum eſt in actu intellectus, & in actu voluntatir, & quidem ex parte intellectur importat actum ſimplicis intelligentiæ, ad ſimplicem enim intelligentiam *ex dictis lib. 3. cap. 5.* §. 1. ſpectat dirigere quidquid ad extra fit: ex parte voluntatir importat actum, quo determinatur non præciſè rerum exiſtentia, ſed ſeriea mediorum, quibus res exiſtentes in ſuos fines tendant: Et in hoc diſtinguitur prouidentia ab arte ſeu à ſcientia, quæ eſt caoſa rerum, qnod iſta coniungitur actui voluntatis, vt determinantis rerum exiſtentiam, ſeu vt determinantis res ad eſſe; illa coniungitur actui voluntatis, vt determinantis ſeriem mediorum, ſeu vt determinantis res ad finem: eſt tamen etiam aliud diſcrimen inter diuinam prouidentiam

Prouidentia quemnam actum tum intellectus, tum voluntatis importet.

Quomodo diſtinguatur à diuina arte.

dentiam

dentiam, & diuinam artem; quod diuina prnuidentia reſpicit actum vnluotatia tanquam conſtituentem, nec eſt actua ſolius intellectus: Ar dinina Ars eſt actua ſolius intellectus, & reſpicit actum vnluntatia ſolùm tanquam cnmitantem, & cnucauſantem artificiata. Diſplicent propterea nonnulli qui vt refert Lugus *prima parte, lib. 1. diſput. 37. cap. 4. num. 3.* diuinam prouidentiam cum diuina Atte confunduot, nec vnam ab alia diſtingunt.

22. Quomodo à fato.

Ex hucvſque pnſitis habes particulam illam, *Diſpoſitio*, habentem lncum quaſi generis in ſuperinri definitione prouidentiæ, Dei ſiumendam eſſe actiuè, provt ſe tenet ex parte principij diſponentis, non paſſiuè, prnvt ſe tenet ex parte rerum diſpnſitarum. Hinc Boëtius 4. *de conſol. proſâ 6.* rectè notat diuerſa eſſe fatum, & prnuidentiam, in eo, qnod fatum *ſit diſpoſitio inhærens rebus mobilibus*: Prnuidentia *ſit diuina ratio in Deo immanenter exiſtens*: Fatum *ſit temporalis ordinis explicatio ſuis digeſta temporibus*: Prouidentia *ſit eadem temporalis ordinis explicatio in diuina mentis adunata conſpectu.*

---

§. IV.

An, quæ, & Quomodo prouidentia ſit neceſſaria in Deo?

23. Prouidentia in actu ſignato eſt Deo ſimpliciter neceſſaria.

ASSERTVM I. Pronidentia in actu ſignatn, ſeu quaſi in actu primo eſt ſimpliciter neceſſatia to Den.

Probatur: Prnnidentia in actu ſignato, vt mnx explicabatur §. *ſuperiori*, nihil eſt aliud, quàm virtus dirigendi, atque determinandi diſpoſitinnem rerum omnium in ſuoa fines; ar hæc virtua eſt in Deo ſimpliciter neceſſaria, ergn. Minor prnbatur primò talia virtua nihil eſt aliud, quàm quoddam tertium conſurgens noſtrn intelligendi mndo ex intellectu, & voluntate ſimul, & æquè primò acceptia: at intellectua, & voluntas ſunt ſimpliciter neceſſaria in Deo, ergo etiam talis virtus. Secundò virtua prnducendi res ad extra, ſen omnipntentia in actu ſignatn; virtus coëxiſtendi nmni ſpatin, ſeu immenſitas in actu ſignatn, eſt ſimpliciter neceſſaria in Deo, licer omnipotentia in actu ſecundo, ſeu actus ſecuodus nmnipntentiæ; immenſitas in actn exercito, ſeu actus ſecundua omnipræſentiæ ad ſparia præſertim pnſitiua, non conueniant Deo ſimpliciter neceſſariò, ergn ſimiliter virtus dirigendl &c. Accedit, quod hac ratinne faciiè explicatur, quomodn permaneret prouidentia in Deo, etiamſi nullam prnrſus creaturam ad exiſtendum determinaſſet, nec vllum actum ad extra exerceret; & nimis impropriè explicant attribntum pronidentiæ, qui apud Arriagam *prima parte, diſputatione 32. ſect. 1. ſubſec. 2. num. 14.* vt ſuſtineant prouidentiam independentem ab actuali exiſtentia creaturarum, & connenientem Deo, etiamſi nihil creare decreuiſſet, dicunr in hac ſuppoſitinne dandam prnuidentiam, quà Deus impediret ne creaturæ eſſent pnſitiuè decernendn ipſaa non transferre ad exiſtendum. Verùm non apparet qnomndo inter tales creaturaa nnn exiſtentes daretur aliqua ſeries mediorum regulabilia, aur determinabilis à prnuidentia.

24. In actu exercito quomodo ſit neceſſaria.

ASSERTVM II. Prouidentia in actu exercirn non eſt io Den neceſſatia ſimpliciter: ex ſuppnſitinne tamen creationis mundi eſt neceſſaria prnuidentia naturalis, phyſica, cnmmunia: Eſt etiam aliqun modn neceſſaria prnuidētia naturalia, mnralia, ſpecialis: imò neceſſitate quadam congruentiæ, & connenientiæ ſuppnſitâ eleuatinne creaturæ ratinnalia ad finem ſupernaturalem, eſt neceſſaria prouidentia ſupernaturalis etiam ſpecialis. Prouidentia verò ſupernaturalia communia ſuppnſita tali eleuatione æquè eſt neceſſaria, ac prouidentia cnmmunia naturalis ſuppoſita creatione mundi. Ita Theolngi cnmmuniter, qui tamen vt plurimùm ſparſim ſnlùm, & obiter de bia agunr.

Prnbatur prima pars, quod ſcilicet prnuidentia in acto exercitn nnn ſit in Deo neceſſaria ſimpliciter. Talia prouidentia cnnſtituitur ex actu vnluntatia libern, quia ex decrern Dei habente terminum ad extrà; terminatur ad nbiectum cnntiogens, quia ad rea exiſtentes, ergo non eſt in Deo ſimpliciter neceſſaria. Cnnfirmatur. Actua ſecundua omnipnrentiæ, actua ſecundus immenſitatia, & huiuſmndi attributorum reſpicientium res ad extra, nnn ſunt in Deo ſimpliciter neceſſarij, ergo neque actus ſecundus prnuidentiæ, ſeu prouidentia in actu ſecundn & exercito.

Aliqua attributa Dei quoad actū ſecundùm nnn ſunt neceſſaria.

25.

Probatur ſecunda pars, quod ſcilicer ex ſuppnſitione creatinnia mundi ſit neceſſaria in actu exercito prnuidentia naturalia, phyſica, cnmmuois. Suppoſita creatione mundi tenetor Deus, vr naturæ Auctnr concurrere cum cauſia naturalibua ad ſuos fines tendentibua, cooperati cauſia ſecundia in ordine ad effectus ſibi cnnnaturales, ſed hæc fieri nequeunt ſine exercitio prouidentiæ ſaltem naturalis, phyſicæ, cnmmonis, ergn ſuppoſitâ mundi creatinne eſt neceſſaria &c. Cnnfirmatur argumentia ſuprà allatis §. 1. *ad probationem 2. aſſerti*, dum enim ex effectibua creatis euidenter infertur prouidentia Dei ipſos actu attingens, vtique etiam infertur neceſſitas prnuidentiæ in actu exercito ſaltem naturalia, phyſicæ, communis ex ſuppoſitiooe effectuum creatorum.

Prnbatur tertia pars, qood ſcilicet ex ſuppnſitione creatinnis mundi ſit etiam aliqun mndn neceſſaria in actu exercito prnuidentia naturalis, mnralia, ſpecialia. Creaturæ ratinnales connaturaliter pnſtulant habere aliquas nperatinnes mnralea, & ad ſuna fines nnn ſolùm per media phyſica, verùm etiam per media moralia tendere, ergo ſicuti Deus, vt Auctor naturæ, tenetur

cooperari cæteris creaturis in ordine ad operationes ipſarum phyſicas, ipſiſque præparare media phyſica ad proprios fines; ita tenetur cooperari creaturis rationalibus in ordine ad operationes ipſarum morales, ipſiſque præparare media moralia ad proprios fines, ſed in hoc conſiſtit prouidentia naturalis, moralis, ſpecialis; ergo etiam hæc eſt aliquo modo neceſſaria, & quidem quatenùs importat media quædam moralia vniuerſaliſſima, & vt dici ſolet, de iure naturæ debita, qualia ſunt lumen naturalis rationis, lex naturalis &c. tanta eſt neceſſitas prouidentiæ moralis ſuppoſitâ productione & conſeruatione creaturarum rationalium, quanta prouidentiæ phyſicæ ſuppoſita productione, & conſeruatione aliarum creaturarum: quatenùs verò importat media moralia minùs vniuerſalia & vt dici ſolet, de iure poſitiuo, qualia ſunt ſpeciales quædam leges poſitiuæ, ſpeciales deſignationes pœnarum, & præmiorum non eſt quidem tantæ neceſſitatis, quantæ prouidentia phyſica ſeruatâ proportione nec ad ipſam debito phyſico Deus tenetur: eſt tamen maximè neceſſaria neceſſitate conuenientiæ, & ad ipſam tenetur Deus debito quodam moralis Auctoris naturæ optimi, & perfectiſſimi, vt colligi poteſt ex iis quæ tradunt D. Thomas *prima 2. quæſt. 91. artic. 3. & 95. art. 1.* Ariſtoteles *1. polit. cap. 2.* probantes neceſſitatem, & conuenientiam alicuius legis poſitiuæ in creaturarum rationalium regimine. Probatur primum antecedens. Creaturæ rationales poſtulant politicè, & ſociabiliter viuere, habere dominium creaturarum irrationabilium, vti ratione & arbitrio; ſed hæc, & ſimilia important operationes morales, ergo.

Quomodo ſit neceſſaria prouidentia moralis.

27. Probatur quarta pars, quod ſcilicet ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem ſit neceſſitate quadam conuenientiæ, & congruentiæ neceſſaria in actu exercito prouidentia ſupernaturalis etiam ſpecialis, quæ prædeſtinatio dici ſolet. Suppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem conueniens prorſos eſt aliqua indiuidua creaturæ rationalis talem finem conſequi; ſed vt aliqua creatura rationalis de facto finem ſupernaturalem conſequatur eſt neceſſaria prædeſtinatio, ergo ſuppoſita eleuatione creaturæ rationalis &c. Minor patet, quia nulla creatura poteſt finem aliquem conſequi independenter à diuinâ prouidentia tali fini proportionata, cum nec poſſit creatura finem conſequi ſine mediis, nec mediis vti, niſi fuerint à Deo præparata, & diſpoſita, at prouidentia proportionata fini ſupernaturali, vt de facto conſequendo, eſt prouidentia ſupernaturalis ſpecialis, quæ prædeſtinatio dici ſolet, ergo. Maior primi argumenti probatur. Si nulla creatura rationalis finem ſupernaturalem, ad quem eleuata eſt, conſequeretur, id proueniret ex eo, quod vel non vellet, vel non poſſet ipſam ad talem finem producere: primum malè conſonat diuinæ bonitati, ſecundum repugnat diuinæ potentiæ vt vtrumque arguit fruſtratoriam quodammodo, & illuſoriam eleuationem, ergo

Quomodo prouidentia ſupernaturalis ſpecialis.

28. Probatur quinta pars quod ſcilicet ſuppoſitâ eleuatione ſit neceſſaria prouidentia ſupernaturalis communis æquè, ac prouidentia communis naturalis ſuppoſitâ creatione mundi. Ita ſe habet Deus vt Auctor ſupernaturalis in ordine ſupernaturali, ſicut vt Auctor naturæ in ordine naturali, nec congruit in ordine ſupernaturali perfectiore Deum eſſe minùs prouidum quàm in ordine naturali minùs perfecto, ergo æquè eſt neceſſaria prouidentia ſupernaturalis conſtitutis creaturis in ordine ſupernaturali, ac ſit neceſſaria prouidentia naturalis creaturis exiſtentibus in ordine naturali, adeoque, ſicuti in ordine naturali tenetur Deus, vt Auctor naturæ, habere reſpectu creaturarum rationalium prouidentiam tum phyſicam, tum moralem, qua media neceſſaria ſufficientia præparet, & diſponat, ita ſimiliter creaturis eleuatis ad ordinem ſupernaturalem tenetur &c.

Quomodo prouidentia ſupernaturalis communis.

29. Ex his habes magis eſse in Deo neceſſariam prouidentiam naturalem vtpotè neceſsariam ſuppoſitâ præcisè creatione, & conſeruatione mundi, quàm ſit neceſsaria prouidentia ſupernaturalis, vtpotè ſolùm neceſsaria ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem. Intelligo autem iuxta ſupradicta nomine prouidentiæ ſupernaturalis ordinationem, ſeu diſpoſitionem mediorum ſupernaturalium in ordine ad ſupernaturalem finem. Nam ſi nomine prouidentiæ ſupernaturalis veniat prouidentia miraculoſa, aut quomodocumque gratioſa, dubitari optimè poteſt vtrùm prouidentia naturalis eſse poſſit ſine ſupernaturali, & per conſequens vtrùm iſta ſit minùs neceſsaria, quam illa. Ratio dubitandi eſt, quia ex vna parte naturæ lumine conſtat Deum eſse exorandum, & naturali inſtinctu homines aut pro bonis obtinendis, aut pro malis vitandis preces ad Deum fundunt, quas aliquando à Deo exaudiri videtur ſpectare ad naturalem prouidentiam, ſeu ad aliquod cum ipſa neceſſariò connexum, Deus enim ſicuti vt Auctor phyſicus naturæ debet ſe accommodare exigentiæ phyſicæ rerum naturalium, ita vt naturæ Auctor moralis debet ſe accommodare exigentiæ morali, qualem habent preces, ex alia parte illud, quod precibus à Deo poſtulatur, non videtur eſse poſse iuxta rerum naturalium exigentiam, nec iuxta debitum naturæ, quia ſecus eſsent vanæ, & irridendæ huiuſmodi preces, ſicuti eſset irridendus, qui Deum oraret, vt ignis calefaciat, vt ſol luceat; multò magis eſsent deridendæ gratiarum actiones pro iiſdem precibus exauditis, ſi enim illud, quod poſtulabatur, tenebatur Deus vt Auctor naturæ concedere, non poterat ſine miraculo negare: quis autem gratias agit Deo de conceſſione illius, quod ſine miraculo negare non poteſt? Igitur ex vna parte illud, quod precibus poſtulatur, ſpectat

Prouidentia ſupernaturalis eſt minùs neceſſaria, quàm naturalis.

ctat ad aliquod neceſſariò connexum cum naturali prouidentia, ex alia parte debet eſſe ſupra, non iuxta exigentiam rerum naturalium, ſuperoaturale per conſequens gratioſom, & miraculoſum, adeóque cum naturali prouidentia neceſſariò connectitur prouidentia aliqua ſupernaturalis, gratioſa, miraculoſa. Hac ratiooe dubitandi non obſtante, ſentiendum omninò prouidentiam naturalem eſſe poſſe ſine ſupernaturali, & miracoloſa; illam cum iſta

Prouidentia ſupernaturalis etiam ſumpta præciſè pro prouidentia miraculoſa, non eſt neceſſariò cō nexa cum naturali.

30. non neceſſariò connecti, illam præ iſtâ eſſe magis neceſſariam. Ratio eſt, quia ſecùs daretur aliqua propottio inter ordinem naturalem, & ſupernaturalem, nec apparet quomodo poſſit eſſe neceſſaria connexio abſque vllâ proportione. Deinde non poſſet comprehendi ordo naturalis ſine cognitione alicuius ſupernaturalis, cum non poſſit comprehendi aliquid, quin cognoſcantur omnia neceſſariò connexa cum ipſo. Si autem illud admittatur inferretur non poſſe comprehendi ordinem naturalem cognitione oaturali. Ad rationem dubitandi in oppoſitum varias reperio adhiberi ſolutiones, vt videre eſt apud Pallauicinum *1. parte, diſputatione 2. quæſtione 2. articul. 2. numero 5.* De Quiros *prima parte, tractat. 6. diſputatione. 2. ſect. 2. & 3.* Suarezium *de religione, tom. 2. lib. 1. capite 18. numero 8.* Ex huiuſmodi ſolutionibus duæ ſunt po-

31. tiſſimæ. Prima eſt illud, quod precibus (ſubintellige independenter ab auxilio ſupernaturali, ſpecialique Spiritus ſancti dono factis: iſtæ enim preces obtinent quidem à Deo aliquid ſupernaturale, at non ſpectant ad ordines naturalis prouidentiæ nec ad aliquid neceſſariò cum ipſa connexum) a Deo impetratur, eſſe quidem quid gratioſum, & liberaliter conceſſum, at non eſſe quid miraculoſum, & ſupernaturaliter factum, quia ad primum ſufficit, quod non ſit debitum ei, cui conceditur: ad ſecundum requiritur, quod neque etiam ſit debitum toti ordini naturali, ſeu quod ſit ſuprà exigentiam totius naturæ. Si igitur dicatur ordinem ipſum naturæ exigere, vt Deus erga aliqua indiuidua aliquando liberaliter, & gratioſè ſe gerat, & petere, vt ponantur à parte rei aliqua bona non quidem determinatè in hoc indiuiduo, ſed vagè in hoc, vel illo, conſequens erit dari poſſe aliquod non ſupernaturale, non miraculoſum; liberale tamen, & gratioſum, quod poſſit naturalibus precibus impetrari, ſine ſupernaturali prouidentia,

Miraculum nō eſt, quod ſuperat exigentiam ſolùm alicuius naturæ particularis.

32. à Deo concedi. Secunda ſolutio eſt illud, quod precibus naturalibus impetratur, omninò ſemper venire, ſuppoſitâ præſenti ſerie, ordinatione, & diſpoſitione rerum naturalium iuxta exigentiam alicuius cauſæ naturalis ad talem effectum applicatæ: neque enim, dum ſiccitatis tempore pluuiam petimus, & obtinemus, talis pluuia habetur ſine aduectione nubium, aut nubes aduehuntur ſine commotione ventorum, aut venti commouentur ſine aſtrorum influxu: cum hoc tamen ſtat illud, quod precibus obtinetur, eſſe quid liberale, & gratioſum, non quidem comparatiuè ad cauſas proximas, bene verò comparatiuè ad ſeriem ipſam, diſpoſitionem, & ordinationem rerum naturalium, ab æterno factam, quatenùs, cum Deus, vt Auctor naturæ, eſſet ab æterno indifferens ad decernendam hanc, vel illam rerum naturalium peryſtaſim intuitu precum aut præuiſarum aut decernendarum voluit hanc præ illa rerum peryſtaſim: eo ferè modo, quo in ordine ſuperoaturali explicari ſolet Deum ab æterno ex meritis Chriſti determinaſſe ſeriem humanæ prædeſtinationis. Vtraque ſolutio conuenit in admittendo aliquid gratioſum, non miraculoſum; ex eo, quod ſit gratioſum, eſt ſufficiens ad terminandas preces naturæ inſtinctu ad Deum fuſas: ex eo, quod non ſit miraculoſum, poni poteſt per prouidentiam purè oaturalem, & præcludit viam inferendi neceſſariam connexionem prouidentiæ naturalis cum ſupernaturali.

Aliquid gratioſum poteſt eſſe purè naturale, & nullatenùs miraculoſum.

---

§. V.

Quomodo ſe habeat prouidentia ad prædeſtinationem vtrùm tanquam genus ad ſpeciem, an tanquam totum ad partem?

ASSERTVM I. Propriè, & rigo-
roſè prouidentia Dei ad prædeſtina- 33.
tionem nec ſe habet vt genus ad ſpeciem; nec vt totum ad partem. Hoc aſſertum licèt non ſoleat ſub his expreſsis terminis tradi, eſt tamen in re communiſſimum, præſertim quoad ſecundam partem, vt facilè patet ex probatione, quam ſubiicio. Ideò

Prædeſtinatio rigoroſè non eſt ſpecies, nec pars prouidentiæ.

Probatur ſi propriè, & rigoroſè prouidentia ad prædeſtinationem ſe haberet vel vt genus ad ſpeciem vel vt totum ad partem, daretur in Deo, vel genus, vel ſpecies, vel totum, & partes (ſubintellige integrales, de his enim ſermo eſt io præſenti) ſed hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur ex ſupradictis *lib. 1. cap. 6. §. 2. & 6.* repugnat Deo compoſitio tum ex partibus integrantibus, tum ex genere, & differentia, adeóque nec datur in Deo totum, & pars, nec genus, & ſpecies: ergo cum prouidentia, & prædeſtinatio verè in Deo detur, nec illa eſt totum integratum, nec iſta eſt pars integrans; nec illa eſt genus, nec iſta eſt ſpecies. Dum igitur quæritur vtrùm prouidentia ſe habeat vt totum, an vt genus, vtrùm prædeſtinatio ſe habeat vt pars, an vt ſpecies, non ſunt accipiendi termini in toto rigore, ſed oomine generis intelligendus eſt conceptus vtcunque abſtractus, nomine ſpeciei conceptus contractior; nomine totius compoſitum quodcunque vir-
tuale,

tuale, nomine partis extremum quodcumque virtualiter componens. In hoc ſenſu intelligendi ſunt Auctores abſolutè docentes prouidentiam ſe habere ad prædeſtinationem vel vt genus, vel vt totum. In eodem ſenſu ſit

34. Minùs rigoroſè aſt eiuſdem prouidentiæ tum ſpecies, tum pars.

Assertvm II. Minùs propriè, & minùs rigoroſè loquendo, prouidentia ad prædeſtinationem aliqua ratione ſe habet vt genus, aliqua ratione ſe habet vt totum: & prædeſtinatio ad prouidentiam aliqua ratione ſe habet vt ſpecies ad genus, aliqua ratione vt pars ad totum: Vel quod idem eſt, aliqua ratione ſe habet vt pars ſubiectiua, aliqua ratione vt pars obiectiua. Vocant autem in præſenti Theologi partem quaſi integralem partem obiectiuam, eo quod prædeſtinatio ſit pars prouidentiæ potiùs ratione obiecti, quatenùs obiectum materiale prædeſtinationis eſt pars obiecti materialis prouidentiæ, quàm ratione ſui, quatenùs ipſa prædeſtinatio ſecundùm ſuam entitatem comparetur per modum partis ad prouidentiam. Hoc aſſertum eſt ſpecialiter contra Aureolum *in* 1. *diſt*.40. vbi cum *artic*. 1. collocet prædeſtinationem in actu voluntatis, & *artic*. 2. collocet prouidentiam in actu intellectus tenetur conſequenter aſſerere, quod prouidentia, nec ſit genus, nec totum reſpectu prædeſtinationis, ſicuti actus intellectus nec eſt genus, nec totum reſpectu actus voluntatis. Contra hanc *Aureoli* opinionem non indiget aſſertum ſpeciali probatione, ſed ſufficit tum recolere ex ſupradictis §.2. tum ſupponere ex infrà dicendis *cap. ſequenti* §.2. Prouidentiam æquè ac prædeſtinationem in actu intellectus ſimul, & voluntatis conſiſtere. Cæteri Auctores licet videantur inter ſe maximè diuiſi, & plures pro opinione ſuſtinente prædeſtinationem eſſe partem prouidentiæ ſubiectiuam, plures alij pro opinione ſuſtinente eſſe partem obiectiuam, referantur à Salmaticenſibus *prima parte, tractat*. 5. *diſputatione* 2. *dub*. 3. §. 2. & 3. nihilominùs diſſidium eſt potiùs in diuerſo modo accipiendi nomina prædeſtinationis, & prouidentiæ, quàm in re ipſa, ideò quoad rem facilè omnes fauent potius, quàm aduerſentur poſito aſſerto. Quod

35. Probatur, & explicatur. Prouidentia ſumi poteſt vel vt eſt conceptus quidam abſtractus ab omnibus ordinationibus rerum in finem, ſeu ex diuerſis actibus diuinis virtualiter ab inuicem diſtinctis, quibus diuerſæ res per diuerſa media in diuerſos fines ordinantur, vel vt eſt aggregatum quoddam, ſeu quædam collectio conſurgens ex omnibus ordinationibus rerum in finem, ſeu ex diuerſis actibus virtualiter ab inuicem diſtinctis &c. Sed primo modo prouidentia ſe habet ad prædeſtinationem, quaſi genus ad ſpeciem, ſecundo modo quaſi totum ad partem; ergo minùs propriè & minùs rigoroſè loquendo de prouidentia ad prædeſtinationem &c. In minori non poteſt eſſe difficultas, niſi de nomine; maior colligitur ex virtuali multiplicitate diuinorum actuum per ordinem ad diuerſa obiecta.

Dices repugnare quod idem reſpectu eiuſdem ſit pars integralis, & ſpecies, ſeu pars obiectiua, & ſubiectiua, ergo ſi prouidentia ſe habet ad prædeſtinationem vt genus ad partem ſubiectiuam, non poteſt ſe habere, vt totum ad partem obiectiuam, vel è contra. Antecedens probatur. Genus per ſpeciem, ſeu partem ſubiectiuam diuiditur: totum per partem integralem, ſeu obiectiuam componitur: ſpecies, ſeu partes ſubiectiuæ ſunt inter ſe, vel oppoſitæ, vel diſparatæ; partes integrales, ſeu obiectiuæ nequeunt eſſe oppoſitæ, & debent eſſe ad inuicem aliquo modo ordinatæ, ſed idem reſpectu eiuſdem nequit eſſe diuidens, & componens; eadem pars reſpectu alterius nequit eſse diſparata, & ordinata, oppoſita, & non oppoſita, ergo. Sed contra idem reſpectu eiuſdem eodem modo conſiderati non poteſt eſſe pars integralis, & ſpecies, ſecùs reſpectu ejuſdem diuerſimodè conſiderati. Sic homo reſpectu animalis conſiderati vt importat conceptum abſtractum ab hoc, & illo animali eſt ſpecies, & diuidit ipſum animal tanquam genus; reſpectu animalis conſiderati, vt importat aggregatum, & totum quoddam conſurgens ex hoc, & illo animali eſt pars, & componit animal: non aliter &c. 36.

Idem reſpectu eiuſdem diuerſimodè conſiderati poteſt eſſe pars obiectiua, & ſubiectiua.

CAPVT II.

De exiſtentia, & eſſentia prædeſtinationis.

Cvm diuina prouidentia in prædeſtinatione, tanquam in potiſſima ſui tum ſpecie, tum parte reluceat, illius clariori notitiæ lucem maximam affert ſpecialis elucidatio prædeſtinationis, & ne ex ipſius nominis multiplici ſignificatione, aut æquiuocandi, aut de voce inutiliter altercandi, occaſio ſubrepat; illicò præmitto vocem hanc *prædeſtinatio* ex *præ*, & *deſtinatio* componi, idemque ſonare, ac præcedens, ſeu antecedens deſtinatio. 1.

Prædeſtinatio quid ſignificet ex vi nominis.

2. Ly *deſtinatio* deducitur à verbo *deſtino* quod, vt ex latinæ linguæ Auctoribus refert Valentia 1. *part. diſp*. 1. *quæſt*. 23. *punct*. 1. tria potiſſimùm ſignificat. Primò ſignificat deliberare, ſeu ſtatuere. Secundò ſignificat deputare, ſeu deſignare. Tertiò ſignificat mittere. Porrò deſignare, & mittere vel ſumi poſſunt quatenùs important deſignationem, & miſſionem internam voluntate decretam, & mente conceptam, vel ſumi poſſunt quatenùs important deſignationem, & miſſionem externam opere exercitam, & executioni mandatam: & quia deſignatio, & miſſio externa internam ſupponit, & ab interna deriuatur,

Verbum *deſtino* tria potiſſimum ſignificat.

deriuatur, frequentius *deſtino* vſurpatur ad ſignificandum deſignare, & mittere importantia deſignationem, & miſſionem internam. Conformiter ad has ſignificationes Verbi *Deſtino*, quia nobiliores creaturæ, de quibus Deus deliberat, & quas ad finem aliquem deputare, ſeu tranſmittere ſtatuit ſunt creaturæ rationales: quia item excellentior finis, ad quem tales creaturæ tranſmitti, deputari, & deliberari poſſunt, eſt beatitudo ſupernaturalis, ſeu vita æterna, ſolet à Theologis per antonomaſiam ordinatio, ſeu deputatio creaturæ rationalis ad vitam æternam vocari Prædeſtinatio; licèt minùs propriè, & minùs frequenter ſumatur etiam prædeſtinatio tum pro qualibet deputatione ad bonum aliquod ſupernaturale, vt videre eſt apud Damaſcenum *lib. 2. Fidei, cap. 30.* tum pro aliqua æterna deputatione creaturæ rationalis etiam ad pœnam, qua ratione in Concilio Valentino *ſub Lothario cap. 3.* habetur: *Fatemur Prædeſtinationem electorum ad vitam, & Prædeſtinationem impiorum ad mortem.* Sub eadem generalitate vtuntur nomine Prædeſtinationis aliqua alia Concilia, & plures Sancti Patres vt refert Eſtius *in 1. diſt. 40. §. 1.*

Prædeſtinatio aliquãdo dicitur etiam in ordine ad pœnam.

3. Ly *præ* iuxta Catharinum *in opuſc. de prædeſtinatione cap. 1.* vel importat præcedentiam dignitatis, ſeu præeminentiam Perſonæ, quatenùs prædeſtinati ſunt digniores, & eminentiore quodam modo præ aliis ad beatitudinem deſtinati; vel importat præcedentiam ad merita, quatenùs prædeſtinati ſint ante præciſa merita ad gloriam deſtinati: quia tamen prima expoſitio, vt notat Eſtius *in 1. diſt. 40. §. 1.* non eſt conformis græco vocabulo, ex quo deriuatur Prædeſtinationis vox: Secunda verò expoſitio eſt controuerſa, cum non conueniant Theologi in aſſerenda electione ad gloriam ante præuiſa merita; melius dicitur cum communi ly *Præ* ſignificare præcedentiam durationis inter prædeſtinationem, & prædeſtinatos, quatenùs priùs exiſtit deſtinatio, quam exiſtant ipſi deſtinati, cum iſti incipiant exiſtere in tempore, illa ſit actus immanens in Deo exiſtens ab æterno. Hanc præcedentiam æternitatis, in qua ab æterno exiſtit Prædeſtinatio, ad tempus, in quo incipiunt exiſtere Prædeſtinati, importari per ly *Præ* colligitur ex Apoſtolo 1. Cor. 2. *Quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula* Eph. 1. *elegit nos ante mundi conſtitutionem* 2. Tim. 1. *ante tempora ſæcularia*, Rom. 9. *antequam quidquam boni egiſſent, aut mali.* Prædeſtinatio igitur ex vi nominis vſurpatur ad ſignificandam ordinationem creaturæ rationalis ad finem æternæ beatitudinis, quæ ordinatio, vtpotè ab æterno in Deo exiſtens, antecedit exiſtentiam creaturæ rationalis ad eandem gloriam ordinatæ. In hoc ſenſu ſit

Ly *Præ* importat præcedentiam durationis reſpectu prædeſtinatorum.

§. I.

Quomodo, & vnde conſtet dari Prædeſtinationem?

Dari Prædeſtinationem eſt de Fide.

ASSERTVM I. Dari Prædeſtinationem conſtat ſupernaturali certitudine Fidei: Ita omnes Catholici communiſſimè contra errorem illorum Infidelium, qui aut 4.
negauerunt immortalitatem animæ, & conſequenter eius deſtinationem ad gloriam in alia vita aut, vt retulimus *cap. ſuperiori §. 1.* non admiſerunt Prouidentiam Dei ſaltem circa hæc inferiora. Item contra errorem omnium illorum Hæreticorum, qui poſuerunt Prædeſtinationem opponi libertati; ſiue cum Manichæis ſenſerint ipſam à fato, & fatali neceſſitate non diſtingui, ſiue cum Recentioribus hæreticis exiſtimauerint efficaciam gratiæ ad Prædeſtinationem conſequentis cum libertate non cohærere. Omnes enim huiuſce furfuris viri, licèt Prædeſtinationem ad gloriam directè non negauerint, nihilominus cum de facto Prædeſtinatio ſit ad gloriam, vt præmium per merita acquirendum, non potuerunt de medio tollere libertatem, quin abſtulerint meritum; nec auferre meritum, quin abſtulerint Prædeſtinationem ad gloriam, vt præmium. Contra hos errores aſſerta veritas

Probatur: *Fides Prædeſtinationis*, vt loquitur B. Proſper *ad capita Gallorum cap. 1. eſt multa Sanctarum Scripturarum auctoritate munita.* Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit*, Epheſ. 1. *Prædeſtinati ſecundùm propoſitum*, &c. Matth. 25. *poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi*, Luc. 13. *Quotquot erant præordinati in vitam æternam.* Idem habetur in pluribus aliis Scripturæ locis, tum in *Sanctis Patribus* communiter, quos fusè refert Ripa *lib. 3. de Prædeſtinatione ſect. 1. quæſt. 1.* tum in Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 12.* definiente neminem ſine reuelatione diuina de ſua Prædeſtinatione certum eſſe poſſe. Confirmatur; qui negat Prædeſtinationem negat ſimul aliquod aliud notiſſimum Fidei principium: ergo quia Prædeſtinatio cum Fidei principiis neceſſariò connectitur, & de Fide eſt ſaltem implicitè. Antecedens probatur: quia vt conſtat ex erroribus in aſſerto recenſitis, qui negant dari Prædeſtinationem negant aut immortalitatem animæ, aut Prouidentiam Dei ſaltem circa hæc inferiora, aut cohærentiam creatæ libertatis cum ipſa Prædeſtinatione, ſeu cum efficacia gratiæ Prædeſtinationem conſequentis.

ASSERTVM II. Dari Prædeſtinationem non conſtat euidenter euidentiâ ſcientiæ, ſeu luminis naturalis: Imò neque etiam Prædeſtinationem eſſe poſſibilem naturali euidentiâ poſitiuè conſtat, quamvis hoc conſtet naturali euidentia negatiuè. Hoc aſſertum ſequitur à fortiori ex *ſupradictis lib. 20. cap. 1. §. 3.* Ideò, 5.

Prædeſtinationem dari, aut dari poſſe non eſt euidens lumine naturæ.

Probator: Prædeſtinatio, de qua in præſenti, eſt ordinatio ad finem æternæ beatitudinis ſitæ in Dei Viſione, aut ſaltem quæ haberi nequit ſine Dei viſione: ergo non poteſt haberi lumine naturæ maior notitia de exiſtentia, & poſſibilitate Prædeſtinationis, quàm de exiſtentia, & poſſibilitate viſionis; ſed lumine naturæ non conſtat euidenter Dei Viſionem dari: imò neque ipſam eſſe poſſibilem naturali euidentiâ poſitiuè conſtar, licèt hoc conſtet naturali euidentiâ negatiuè ex §.3. *mox cit.* ergo ſimiliter dari Prædeſtinationem non conſtar euidenter euidentiâ ſcientiæ,&c. Prima conſequentia probatur: tum quia repugnat cognoſci poſſibilem ordinationem medij efficacis ad finem, niſi cognoſcatur poſſibilitas finis: cum igitur Prædeſtinatio ſit ordinatio, non qualiſcumque, ſed efficax. ſeu præparatiua mediorum efficacium ad finem æternæ beatitudinis importantis eſſentialiter Dei Viſionem, conſequens eſt, &c. tum quia prærogatiua ſupernaturalitatis ſubtrahens Dei Viſionem à ratione obiecti euidenter attingibilis per lumen naturæ Prædeſtinationi conuenit æquè, ac viſioni.

6. Niſi adiuto, aut excitato à lumine Fidei.

Assertvm III. Lumine naturæ vel excitato, vel adiuto à lumine Fidei, conſtat tum probabiliter, tum etiam ſcientificè prædeſtinationem dari poſſe, imò de facto dati. Hoc aſſertum conſequitur, tum *ad aſſertum* 3.§.3 1 *præcit.* tum ad probationem *aſſerti præcedentis*, tum ad probationem 4. *aſſerti* 2. *poſiti in* §.4. *capitis ſuperioris.* Ex quibus omnibus, quia facilè eroi poteſt aſſertæ veritatis probatio,& explicatio, ſuperfluit ipſam in terminis formare,& ſubiicere.

---

§. II.

Quid ſit Prædeſtinatio?

7. Assertvm: Prædeſtinatio eſt præſcientia, & præparatio Beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur quicumque liberantur. Eſt definitio tradita ab Auguſtino *tom. 7. lib. 2. de bono Perſeuerantiæ cap.*14. & communiter recepta à Theologis, licèt non ab omnibus eodem modo explicata.

Prædeſtinationis definitio explicatur.

Probatur: & explicatur. Dicitur Præſcientia, cuius nomine intelligitur actus ſimplicis intelligentiæ, quatenùs habet actum voluntatis adiunctum;& talem actum dirigit in determinatione, ac electione mediorum. Scio Mediſtas hic nomine præſcientiæ ſcientiam mediam intelligere, quam Molina 1. *part. quæſt.* 23. *art.* 1. *diſp.* 1. vt magis definitioni intrudat, aptiùs, ait, definiri poterit Prædeſtinatio: eſt ratio ordinis, ſeu Mediorum in Deo, quibus præuidet creaturam rationalem perducendam, &c. Ecce in hac præuiſione, non ſupponente præuiam mediorum præparationem factam per decretum diuinæ voluntatis, actum ſcientiæ mediæ: Contra quem tamen non ſunt hic repetenda ea, quæ *duobus ſuperioribus libris* pro ipſius impugnatione ex profeſſo poſuimus. Dicitur Præparatio: cuius nomine ſignificari poteſt, vel imperium intellectus de executione mediorum electorum à voluntate, vel decretum voluntatis efficaciter eligentis ipſa media. Primo modo ſumitur ab iis, qui Prouidentiam, & Prædeſtinationem collocant formaliter in ſolo actu intellectua. Secundo modo à nobis, & ab iis, qui ipſam collocant in actu intellectus ſimul, & voluntatis, nec admittunt poſt efficax voluntatis decretum imperium ſitum in actu intellectus. Dicitur beneficiorum Dei, quæ particula includit vocationem, gratiam, Iuſtificationem, aliaque media ſupernaturalia ad gloriam conducentia: huiuſmodi omnia media ſupernaturalia rectè exprimuntur nomine Beneficiorum Dei, quia ordo ſupernaturalis eſt Ordo gratioſus, liberalis, & beneficus. Dicitur certiſſimè liberantur quicumque liberantur, ad innuendam efficaciam mediorum, quibus Prædeſtinati à damnatione liberi omnimodâ certitudine, & infallibilitate gloriam conſequator. Quod ſi ly *liberantur* procedat de liberatione à captiuitate peccati non de liberatione à damnatione, definitio ſolùm conuenit Prædeſtinationi hominum: Angeli enim prædeſtinati nullum commiſerunt peccatum, à quo fuerint liberati: & propterea, vt ſub allata definitione magis indubitanter contineatur Prædeſtinatio Angelorum per ly *liberantur*, nonnulli ponunt ſaluantur. Indicatur inſuper hiſce vltimis particulis eos omnes, qui liberantur, & ſaluantur, eſſe Prædeſtinatos; ſeu liberari, & ſaluari mediis beneficiis ex Prædeſtinatione præparatis. Vtrùm autem in alia rerum ſerie poſſit aliquis ſaluari, qui Prædeſtinatus non ſit, attingitur *cap. ſequen.* §.3. *ad finem.*

Hæ omnes explicatæ definitionis particulæ in Sacra Scriptura exprimuntur: ly *Præſcientia* exprimitur Rom. 8. *Quos præſcivit, & prædeſtinauit* Item 11. *Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit* ly *Præparatio*, 8. Oſtenditur expreſſa in Sacris Scripturis.
præſertim quatenùs importat decretum voluntatis exprimitur pariter Rom. 8. vbi prædeſtinati vocantur. *Qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt Sancti.* Nomine autem propoſiti intelligi *ab Apoſtolo* decretum voluntatis colligitur ex Rom. 9. *Vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret:* quatenùs verò ly *Præparatio*, ſumi poteſt etiam pro actu intellectus, exprimitur Rom. 9. *Vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam*, ly *Beneficiorum Dei*, exprimitur Rom. 8. vbi talia beneficia enumerantur. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit; & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit*, ly *quibus certiſſimè liberantur quicumque liberantur*, exprimitur Ioan. 6. *Omne quod dedit mihi Pater non perdam ex eo.* Item 10. *Non rapiet eas quiſquam de manu mea.*

Aſſerta, & explicata Prædeſtinationis definitio duplici potiſſimùm ex capite præferenda eſt cæteris, quæ afferri ſolent eiuſdem Prædeſtinationis definitionibus. Primò ex eo, 9. Duplici potiſſimùm ex capite arridet.

eo, quod ſit maximè conformis Scripturæ Sacræ, cum vt mox præmiſſum eſt, ſingulis ipſius particulis aliqua Scripturæ Sacræ verba reſpondeant. Secundò ex eo, quod explicitè, & æquè primò contineat actum tum intellectus, tum voluntatis, quem vtrumque aut nullatenus, aut obſcurè contineſt aliæ definitiones, qualis eſt quæ affertur ex D. Thoma 1. *part. q. 23. art.* 1. eſt ratio tranſmiſſionis creaturæ rationalis in vitam æternam. Ex Scoto *in* 1. *diſt.* 40. eſt ordo electionis creaturæ intellectualis ad gratiam, & gloriam. Ex De

De Quiros ſibi non cohæret. Quiros 1. *part. tract.* 6. *diſp.* 1. *ſect.* 1. Eſt Prouidentia ſupernaturalis efficax in vitam æternam. Circa quam poſtremam definitionem aduerto parum cohærere, doctrinæ ſuimet Auctoris, ipſe enim *tract. cit. diſput.* 3. *ſect.* 2. ponit Prouidentiam adæquatè conſiſtere in actu intellectus, Prædeſtinationem verò inſuper in actu voluntatis: In allata igitur definitione parum cohærenter collocat Prouidentiam pro genere Prædeſtinationis, nec per ipſam ſatis exprimit Prædeſtinationem conſtitui eſſentialiter etiam ex actu voluntatis. Meliùs poſſet talis definitio ſuſtineri in noſtris principiis, ſecundùm quæ Prouidentia æquè ac Prædeſtinatio conſtituitur eſſentialiter ex actu tum intellectus, tum voluntatis: at non expedit ſine neceſſitate recedere à definitione *Auguſtini*.

10. Prædeſtinatio conſiſtit tum in actu intellectus, tum voluntatis. Ex his habes Prædeſtinationem æquali, imò maiori iure, quàm Prouidentiam in actu tum intellectus tum etiam voluntatis conſiſtere, ſuadetur hoc maximè, quia Prouidentia ſecundùm ſe præſcindit ab eo, quod ſit efficax, vel inefficax: at Prædeſtinatio eſt ſimpliciter efficax, finemque etiam particularem, & proximum ſemper conſequitur, quæ efficacia haberi non poteſt ſine ſpeciali decreto, quo Deus vni præ aliis efficacia media præparet. Propterea non omninò irrationabiliter nonnulli inter quos De quiros *ſupracitatus*, Prouidentiam collocant in ſolo actu intellectus, Prædeſtinationem in actu intellectus ſimul, & voluntatis: alij inter quos Aureolus *ſuperiori* §. *relatus*, Prouidentiam ponunt in ſolo actu intellectus; Prædeſtinationem in ſolo actu voluntatis.

CAPVT III.

De cauſis Prædeſtinationis quoad electionem ad gloriam.

1. Multipliciter ſumitur. PRÆDESTINATIO ſumi poteſt, vel ſecundùm ſeipſam, vel ſecundùm effectus, quos cauſat: ſecundùm ſeipſam eſt in Deo Prædeſtinante, conſiſtit quippè in actibus diuini intellectus, diuinæque voluntatis Deo immanentibus: ſecundùm effectus, quos cauſat, eſt in creaturis prædeſtinatis, importat enim beneficia, & dona, quæ prædeſtinatis conferuntur in ordine ad gloriam conſequendam: ſecundùm ſeipſam, & vt conſiſtit

in actibus Deo immanentibus, poteſt adhuc ſumi dupliciter: vel vt importat tales actus conſideratos entitatiuè, & in eſſendo, vel vt importat eoſdem conſideratos terminatiuè, actiuè, & in attingendo obiectum. De Prædeſtinatione omnibus his modis acceptâ an, & quas cauſas habeat examinandum aſſumimus partim in præſenti, partim in ſequenti capite. Et quidem ſumendo ipſam quatenùs importat actus diuinos conſideratos entitatiuè, & 2.
in eſſẽdo perſpicuè patet eſſe omninò incauſatam, nec vllam aut Phyſicam, aut moralem cauſam admittere: & in hoc ſenſu rectè ait, D. Thom. 1. *par. q.* 23. *art.* 5. *in C. Nullus fuit ita inſanæ mentis, qui diceret merita eſſe cauſam diuinæ Prædeſtinationis ex parte actus prædeſtinantis*. Sumendo eandem, vt importat actus diuinos conſideratos terminatiuè, & in agendo, non eſt quidem quærenda Prædeſtinationis cauſa phyſica, cum non ſit explicabile dari cauſam phyſicam diuinorum actuum conſideratorum terminatiuè, & in agendo, quin detur cauſa phyſica eorundem conſideratorum entitatiuè, & in eſſendo; quæri tamen poteſt Prædeſtinationis ſic ſumptæ cauſa moralis, & vtcumque motiua, quatenùs cum inter diuinos actus detur virtualis prioritas, & poſterioritas, actus virtualiter poſterior poteſt habere pro ratione aliquo modo motiuâ obiectum actus virtualiter prioris, & loquendo in propoſita materiâ quæri ſolet, vtrùm actus electionis ad gloriam (qui actus ad Prædeſtinationem omninò requiritur, ſi non conſtitutiuè, ſaltem præſuppoſitiuè; cum enim Prædeſtinatio ſit diſpoſitio mediorum in finem, vtique ſupponit intentionẽ, ſeu electionem finis) habeat pro ratione aliquo modo motiuâ merita, & meritorum præuiſionẽ ſupponat. Sumendo tandem Prædeſtinationẽ ſecũdùm effectus, quos cauſat in Prædeſtinatis: Si ſermo ſit de cauſis phyſicis talium effectuũ facilè aſſignantur. Eſt enim Deus omnium huiuſmodi effectuum cauſa efficiens phyſica principalis, & cauſa finalis vltima: finalis non vltima eſt beatitudo ipſius prædeſtinati: efficiens minùs principalis plurium huiuſmodi effectuum eſt ipſe prædeſtinatus, vtpotè, qui eſt cauſa phyſica ſuorum actuum vitalium, ex quibus plures ſunt effectus Prædeſtinationis. Cauſa phyſica materialis omnium eorundem effectuum eſt ſubſtantia prædeſtinati, nã effectus, quos prædeſtinatio ponit in prædeſtinato, ſiue ſint actus, ſiue habitus, ſiue alia quæcũque gratiæ dona in prædeſtinati ſubſtantia recipiuntur, & de eius obedientiali potentia educuntur: formalem cauſam nullã habent, quia non datur cauſa formalis formæ, effectus autem ipſi prædeſtinationis, vt plurimum ſunt formæ quædam ornantes, & perficiẽtes prædeſtinatum. Et ecce obiter aſſignatas cauſas phyſicas effectuum prædeſtinationis. Si verò ſermo ſit de eorundem effectuum cauſa morali, & meritoria iuxta diuerſitatem meritorum, inſtituendæ ſunt diuerſæ quæſtiones, comparando effectus prædeſtinationis tum ad merita prædeſtinati, tũ ad merita alterius puri hominis à prædeſtinato, tum ad merita Chriſti Domini; & ad hæc eadem

3. Diuinorum actuũ quomodo poſſit dari cauſa.

4. Aſſignantur cauſæ phyſicæ effectuũ prædeſtinationis.

tria meritorum genera comparari poteſt Prędeſtinatio vt importat actus diuinos ſub eâ conſideratione, ſub qua mox dicebamus tales actus poſſe ſortiri rationem aliquam motiuam, & quaſi cauſam moralem. Prædeſtinatio quoad ſuos effectus comparabitur ad merita in *cap. ſequenti*, in præſenti comparabitur ad merita prædeſtinatio quoad ſuos actus; ſpecialiter verò quoad actum electionis ad gloriam, adeóque in *ſequenti cap.* examinabuntur cauſæ Prædeſtinationis quoad ipſius effectus, in præſenti cauſæ eiuſdem quoad electionem ad gloriam.

5. Ex hucuſque poſitâ terminorum explicatione conſtat ſub propoſito titulo non aliam electionis ad gloriam cauſam inquiri, quàm moralem: hanc tamen plures ſub ſe difficultates inuoluere, quia agitur de electione ad gloriam comparatâ ad diuerſa merita. Placet initium ſumere ex ipſa comparata ad merita prædeſtinati, inquirendo vtrùm ſit poſt merita prædeſtinati abſolutè præuiſa, adeò vt per conſequens reſpiciat talia merita tanquam rationem motiuam, & cauſam quaſi moralem, vtque id, quod fieri potuit, ab eo, quod factum; quæſtionem de poſſibili à quæſtione de facto ſecernamus, illam tanquam faciliorem præmittimus. Ideò ſit

---

§. I.

Vtrùm electio ad gloriam potuerit eſſe poſt præuiſa merita Prædeſtinati, habendo ipſa pro ratione, ſeu causâ motiuâ?

6. ASSERTVM I. Electio ad gloriam, ſimpliciter, & loquendo de potentiâ abſolutâ potuit eſſe poſt præuia merita prædeſtinati. Eſt aſſertum adeò commune, vt ſupponatur potiùs à Theologis, quàm tractetur in terminis.

Non repugnat electio efficax ad gloriam poſt præuiſa merita.

Probatur: Opera meritoria ſunt bona ſeipſis expetibilia independenter ab efficaci (in præſenti eſt ſermo de electione ad gloriam propriâ Prædeſtinatorum, adeóque de electione efficaci) electione ad gloriam: ergo poſſunt à Deo eſſe volita, & præuiſa ante efficacem electionem ad gloriam, ſeu, quod idem eſt: ergo electio ad gloriam potuit eſſe, poſt præuiſa merita prædeſtinati. Antecedens probatur primò, quia dantur opera meritoria etiã in reprobis, in quibus vtique non pendent ab efficaci electione ad gloriam. Secundò quia nulla eſt neceſſaria connexio inter opera meritoria, & electionem efficacem ad gloriam: ergo illa poſſunt ſeipſis expeti independenter ab iſta.

7. Dices aliud eſſe loqui de operationibus meritoriis quomodocumque, aliud eſſe loqui de operibus meritoriis prædeſtinati: In iſto enim opera meritoria ſunt media efficacia ad gloriam tanquam ad finem; medium autem efficax ad aliquem finem non poteſt efficaciter à Deo appeti, niſi ex efficaci intentione, ſeu præ electione talis finis, cum ſit Prouidentia imperfecta, & ordo volendi præpoſterus, adeóque non poſſibilis in Deo, velle medium efficaciter conducens ad finem priùs, quàm ipſum finem, etſi ordinatè volens priùs vult ea, quæ ſunt propinquiora fini, quàm ea, quæ ſunt remotiora; vtque à fortiori priùs vult finem, quàm ea, quæ ſunt ad finẽ. Sed contrà: Medium efficax ad aliquem finem, vel ſumi poteſt reduplicatiuè ſub ratione medij ad talem finẽ conducẽtis, vel ſpecificatiuè ſub ratione boni per ſe expetibilis, aut ſub ratione medij conducentis ad aliquem alium finem. Primo modo verùm eſt mediũ efficax ad aliquẽ finem non poſſe prouidentiâ perfectâ, & volitione ordinatâ, qualis eſt diuina, efficaciter appeti, niſi ex præintentione, ſeu præelectione efficaci talis finis. Secundo modo falſum eſt medium efficax ad aliquem finẽ non poſſe efficaciter appeti, &c. Sic Pater nõ præintendendo pugnam poteſt dare gladiũ filio in ornamentũ, & ex intẽtione ornandi ipſum, & deinde eundẽ gladium ad pugnam ordinare: Sic, vt exemplo vtar Theologico, Incarnatio eſt mediũ efficax etiã in ordine ad remiſſionẽ actualium, & tamen finis ad ipſam præintentus fuit ſola remiſſio originalis, non remiſſio actualium, cum ante decretũ Incarnationis fuerit præuiſum ſolùm originale, non fuerint præuiſa actualia. Porrò, quando dicimus Deum abſque eo, quod priùs velit gloriã prædeſtinato, poſſe velle ipſius opera meritoria efficaciter ad gloriam conducentia: loquimur de huiuſmodi operationibus non ſũptis formaliter, vt ſunt media conducentia ad gloriam prædeſtinati, ſed ſumptis vt ſunt bona per ſe expetibilia, & vt ſunt media conducentia ad gloriam Dei, quæ ſicuti præſcindendo ab electione prædeſtinati ad gloriam, & ſalutem manifeſtatur in collatione auxiliorum non ſolùm ſufficientium, verùm etiam efficacium; ita independenter ab eadẽ electione poteſt eſſe ſufficiens motiuum conferendi aliquibus auxilia ſufficientia, aliquibus auxilia efficacia, quibus exerceantur opera meritoria finaliter, & ponantur media efficaciter ad ſalutem conducentia.

Quomodo medium efficax ad aliquem finem poſſit eligi ſine præintentione talis finis.

8. Vrgebis: Si poſſet Deus velle dare auxilia, & media efficacia ad ſalutem abſque intentione ſalutis, poſſet homo ſalutem conſequi præter intentionem Dei, vt enim homo poſſit ſalutem conſequi, imò re ipsâ ſalutem conſequatur non requiritur, niſi illud, vi cuius ipſi dantur auxilia, & media ad ſalutem efficacia, hæc autem homini darentur vi voluntatis non intendentis ſalutem, ſi poſſet Deus velle ipſa dare abſque intentione ſalutis. Contra tamen: aliud eſt loqui de præintentione, ſeu de præuia intentione ſalutis; aliud eſt loqui de intentione ſalutis quomodocumque, comitante ſolùm, aut conſequente, non præuiâ. In propoſito dico inſtantiam ad ſummum probare, quod Deus non poſſit velle dare auxilia efficacia ad ſalutem ſine intentione comitante, & ſimultanea ſalutis, virtuali ſaltem, & implicita, ad quam deinde conſequi debeat eiuſdem ſalutis intentio explicita, & formalis: hoc enim ſufficit vt homo

Deus poteſt velle media efficacia ad gloriam abſque præintentione, at non abſque omni intentione gloriæ.

hòmo ex Dei intentione, non præter Dei intentionem ſaluetur. At non probat inſtantia non poſſe Deum dare velle auxilia efficacia abſque præuia intentione ſalutis; quod requireretur ad inferendum electionem ad gloriam neceſſariò antecedere præuiſionem meritorum, cuius oppoſitum à nobis aſſeritur.

9. Non repugnat, quod electio efficax ad gloriam habeat cauſam in prædeſtinato.

Assertvm II. Electio ad gloriam ſimpliciter, & loquendo de potentia abſoluta potuit habere merita prædeſtinati pro cauſa quaſi morali, ſeu ratione motiua. Procedit aſſertum de actu electionis ad gloriam ſupto terminatiuè, & in agendo modo iam explicato. Conſequitur ad primum aſſertum mox probatum: & facilè

Probatur ſimpliciter, & abſolutè loquendo electio ad gloriam potuit eſſe poſt præuiſa merita prædeſtinati, ergo potuit habere talia merita pro cauſâ quaſi morali, ſeu ratione motiua. Antecedens eſt aſſertum ſuperius, conſequentia probatur, tùm quia qui ſuſtinent de facto electionem ad gloriam non habere pro ratione motiua merita prædeſtinati, ſuſtinent ipſam eſſe ante talia merita præuiſa; proportione igitur permutatâ, ſi electio eſſet poſt præuiſa merita prædeſtinati, poſſunt habere ipſa pro ratione motiua; tùm quia de facto ex eo, quod merita in executione præcedant gloriam, ſunt cauſa moralis gloriæ in executione, & cauſant gloriæ executionem, ergo ſi præcedant gloriam etiam in intentione, eſſe poterunt ratio motiua gloriæ in intentione, & mouere ad intentionem ipſius, electionemve ad ipſam. Confirmatur. Electio ad gloriam poteſt quantum eſt de ſe habere merita pro ratione motiuâ, ergo ſi merita prædeſtinati ſint ante ipſam præuiſa poterit habere pro ratione motina ipſa merita prædeſtinati. Antecedens infrà traderur explicando electionem ad gloriam habere de facto pro ratione motiuâ merita Chriſti, & habere pariter poſſe pro ratione motiua merita alterius puri hominis à prædeſtinato: Conſequentia probatur, ſuppoſitâ ſufficiente prioritate meriti ad præmium gloriæ poteſt purus homo in ordine ad gloriam mereri ſibi congruè ſaltem (quod dixerim, quia merita puri hominis procedentia ex gratia habituali cum adæquatè compenſentur per gloriam ipſam, non videtur habere condignitatem ad exigendum pro præmio vltra gloriam, actum ipſum electionis ad gloriam; quamvis conſideratum ſolùm actiuè, & ſecundùm terminationem) quidquid poteſt Chriſtus condignè, & comparatione facta ad alium purum hominum, quidquid in ordine ad gloriam habere quis poteſt ex merito alterius puri hominis, multò magis habere poteſt ex meritis propriis, dummodo cætera ſint paria, maximè in eo, quod merita propria, æquè ac merita alterius puri hominis, ſint antecedenter præuiſa, vt ſupponitur fore in caſu noſtro.

Nec item repugnat quod habeat merita pro ratione motiua.

§. II.

Virùm electio ad gloriam tùm ſecundùm ſe, tùm etiam vt præmium, & Coronam potuerit eſſe ante præuiſa merita prædeſtinati?

Assertvm I. Electio ad gloriam ſimpliciter, & loquendo de potentiâ abſolutâ potuit ſecundùm ſe eſſe ante præuiſa merita prædeſtinati, ly *ſecundùm ſe* importat electionem ad gloriam præſcindendo ab eo, quod ſit liberè, & per merita obtinenda, necne? Quâ ratione aſſertum eſt communiſſimum: Licèt enim non deſint, qui negent electionem ad gloriam eſſe poſſe ante præuiſa merita prædeſtinati, iſti tamen loquuntur de electione ad gloriam vt liberis, & meritoriis prædeſtinati operibus acquirendam, vt magis patebit ex ponendis inferiùs. Interim aſſertum in eo ſenſu, in quo poſitum eſt,

10. Electio ad gloriam ſecundùm ſe eſſe potuit ante præuiſâ merita prædeſtinati.

Probatur gloria ſecundùm ſe non dicit habitudinem vllam ad merita, ergo electio ad gloriam ſimpliciter, & loquẽdo de potentia abſoluta potuit, &c. Conſequentia patet: Antecedens probatur. Gloria ſecundùm ſe præſcindit ab eo, quod detur, vel vt præmium, vel vt purum beneficium, vel vt hæreditas, ſed ſi detur, vt purum beneficium, vel vt hæreditas præcisè, non dicit habitudinem vllam ad merita, præſertim eius, cui datur, ergo. Minor patet, quia beneficium dicit habitudinem ad gratiam, & liberalitatem; hæreditas dicit habitudinem ad filiationem; propriumque eſt præmij dicere habitudinem ad merita. Maior quoad rationem hæreditatis patet in paruulis decedentibus cum ſolo Baptiſmo, quibus de facto datur gloria præcisè vt hæreditas: quoad rationem beneficij probatur ex eo, quod ſpectat ad maximam Dei liberalitatem poſſe quodcumque maximum bonum, vt purum beneficium concedere, & ſicuti Deus de facto tùm Chriſto gratiam vnionis, tum hominibus primam gratiam habitualem, vt purum beneficium concedit; ita non eſt, cur nequeat vt purum beneficium concedere etiam gloriam. Confirmatur ſpecialiter, quod poſſit Deus dare gloriam vt purum beneficium: Poteſt Deus dare gloriam in ipſo Inſtanti creationis ergo poteſt dare gloriã, vt purũ beneficiũ: Antecedẽs patet, quia ſicuti fuerũt Angeli creati in gratia, ita potuerunt creari in gloria. Conſequentia probatur: Status gloriæ, ſeu beatitudinis non poteſt eſſe ſimul cum ſtatu meriti, vt alibi traditur, ergo gloria, quæ daretur in inſtanti creationis non admitteret ſtatum meriti: eſſet purum beneficium, nullatenus ex merito. Neque eſt eadem ratio de gratia, quæ daretur in inſtanti creationis, neque enim repugnat cum ſtatu meriti ſtatus gratiæ, ſicuti ſtatus gloriæ: &

Gloria ſecũdum ſe præſcindit ab eo quod detur, vel vt præmium, vel vt hereditas, vel vt beneficium.

Status beatitudinis non poteſt eſſe cum ſtatu meriti.

qui concedunt Angelos ſa diſpoſuiſſe, & aliqualiter promeruiſſe, nedum promereri potuiſſe gratiam, in qua ſuerunt creati, non ideo admittuot potuiſſe ipſos promereri gloriam, ſi fuiſſent in gloria creati.

11. Maior difficultas eſt de gloria, vt eſt præmium, & corona, nam ex vna parte ao ipſo, quod eſt præmium, & cotooa, debet acquiri per merita; & quia non datur meritum ad id, ad quod non datur libertas, deber acquiri liberè. Ex alia parte eo ipſo, quod intentio efficax ipſius, ſeu electio efficax ad ipſam antecedit præuiſionem meritorum, operúmque eius, qui eligitur, nec videtur poſſe acquiri liberè, nec ex merito, non liberè, quia electio illa efficax eſſet ſuppoſitio antecedens, & infruſtrabilis, nullatenùs eſſet in poteſtate electi, quia nullam haberet in ipſo cauſam. Eſſet igitur neceſſitas ab extrinſeco cogens electum ad gloriam acquirendam. Non ex merito, tum quia non datur meritum ſine libertate; tum ſpecialiter, quia gloria intenta ab æterno gratis, & abſque præuio merito, non poteſt in tempore remuneratoriè, & ex præuio merito tribui, niſi mutetur propoſitum diuinæ voluntatis, & voluntas executiua Dei ipſius voluntati intentiuæ non reſpondeat. Chymericum autem eſt mutari poſſe propoſitum diuinæ voluntatis, aut voluotatem executiuam Dei poſſe à voluntate ipſius intentiuâ diſcordare. Nihilominùs non obſtante hac ratione dubitandi ſit

12. Electio ad gloriam etiã vt præmium poteſt eſſe ante præuiſa merita prædeſtinati.

Assertvm II. Electio ad gloriam etiam, vt præmium, & coronam, poteſt eſſe ante præuiſa merita prædeſtinati. Ita vltra illos omnes, quos in §. *ſequenti* referemus, tanquam ſentientes talem eſſe de facto electionem ad gloriam, plures etiam ex iis, qui electionem de facto ſuſtinent habitam eſſe poſt præuiſa prædeſtinati merita, imò ex his Auctoribus, vt notat Lugus *prima parte, lib. 1. diſputat. 39. cap. 3. numero* 28. vix eſt, qui affirmando electionem ad gloriam, vt coronam, eſſe de facto poſt præuiſa merita, audeat negare poſſibilitatem eiuſdem electionis ante præuiſa merita; quia tamen argumenta præſertim rationi innixa, quæ afferuntur ad prubandam præuiſionem meritorum de facto, aut nihil probant; aut probant eandem præuiſiooem neceſſatiò præſupponi electioni ad gloriam, vt coronam, etiam de poſſibili; ſi non expreſſis verbis, ſaltem re ipſa maior pars eorum, qui ponunt præuiſionem meritorum de facto, eandem præoiſionem conſequenter aſtruunt neceſſatiam etiam de poſſibili, qua in re expreſſiùs locutum & aſſerti noſtri apertiorem aduerſarium inuenio eſſe Vaſquium *prima parte, diſputat. 89. cap. 9.* to. 11.

13. Aduerte ad faciliorem aſſertæ veritatis intelligentiam & probationem aliud eſſe ponere electionem ad gloriam, vt præmium, ante præuiſa merita: aliud eſſe ponere electionem ad glotiam; vt præmium, ſine meritis. Illud, non iſtud à nobis aſſeritur. Illud ſolùm excludit merita antecedentia electionem, iſtud excludit merita quæcumque ſiue antecedentia, ſiue comitantia, ſiue ſubſequentia. Illud excludit in ordine ad merita ſolùm ſcientiam præuiſionis: iſtud excludit etiam ſcientiam cauſalitatis. Iſtud excludit meritum non ſolùm ex parte actus, verùm etiam ex parte obiecti; & electio, quæ eſſet ad gloriam ſine meritis, vtiqua non poſſet ſtare cum gloria in tempore, ſeu in executione tribuenda ex meritis: Illud ſolùm excludit merita ex parte actus, & optimè ſtare poteſt cum eo, quod gloria in tempore, & in executione detur ex meritis; & hinc iam aliqualiter patet ſolutio ad ſecundam partem ſuperioris rationis dubitandi, in qua, tanquam chymericum vrgetur quod poſſit eſſe ante præuiſa merita electio ad gloriam acquirendam ex meritis: hoc certè vim aliquam haberet ſi ly *ante præuiſa merita* excluderet merita etiam comitantia, aut ſubſequentia electionem, & idem protſus ſignificaret ac omninò ſine meritis, ſeu ſine habitudine ad merita: faciliorem habet ſolutionem eiuſdem rationis dubitandi prima pars, in qua electio efficax ad gloriam antecedens præuiſionem bonorum operum ex parta prædeſtinati vrgetur tanquam læſiua libertatis, pro quo certè ſufficit recolere, quæ dicebantur *lib. ſuperiori cap. 6. §. 3.* Neqna enim voluntas efficax gloriæ præcedens quamcumque determioationem voluntatis creatæ neceſſitat ad gloriam acquirendam magis, quàm neceſſitet ad aliud quodcumque opus præſtandum voluntas efficax Dai prædeterminatiua talis operis. Vnde non eſt in hoc immoraodum: procedamus igitur ad probationes aſſerti, quod

Aliud eſt eſſe ante præuiſa merita, aliud eſſe ſine meritis.

Probatur primò: Electio ad gloriam vt præmium, & coronam (loquendo, vt ſuppono de electione efficaci) ad ſummum debet eſſe poſt præuiſa merita in eo, qui non poteſt talia merita tribuere, ſed Deus poteſt merita tribuere, ergo electio, quæ à Deo fit ad gloriam, etiam vt præmiom, & coronam, non debet neceſſariò eſſe poſt præuiſa merita. Minor patet, tum quia ad Deum ſpectat tribuere gratiam, quæ eſt potiſſimùm principium merendi gloriam, tum quia iuxta alibi relata verba Auguſtini *cap. 14. de correp. & gratia Deus habet in manu ſua voluntates hominum, magis quam ipſi ſuas*, adeóque poteſt facere voluntates hominum merentes magis, quàm ipſi homines: tum quia idem *Auguſtinus* ſæpiſſimè vocat noſtra merita Dei dona *lib. de gratia, & lib. arb. cap. 7. Dona Dei ſunt bona merita tua: non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, ſed tanquam dona ſua.* In Pſalm. 118. Serm. 7. *Donis ſuis Deus retribuit bona præmia.* Quomodo autem merita eſſent Dei dona, ſi Deus non poſſet merita tribuere. Maior probatur. Voluntas efficax effectus ad ſummum ſupponit præuiſionem cauſæ in eo, qui non poteſt cauſam ponere, & qui poteſt cauſam ad effectum requiſitam ponere non debet neceſſariò ipſam ſupponere, licet igitur gloria, vt præmium, 14.

Merita creaturæ ſunt dona creatoris.

&

& corona, ſit effectus meritorum, & debeat neceſſariò habere merita pro cauſa : Voluntas tamen efficax gloriæ in Deo, qoi poteſt prædeſtinati merita poonere, non debet neceſſariò merita ſuppoonere : ergo electio efficax ad gloriam vt præmium, & coeonam &c. Et hinc ex vna parte commendator plurimùm ſumma, & vniuerſaliſſima prouidentia Dei, ipſiuſque independentia à cauſis ſecundis; ex alia parte eluduntur facilè inſtantiæ, quæ ab Aduerſatiis afferri ſolent de Principe creato, qui, ſi velit dare arma in præmium victoriæ, vel dignitatem in præmium probitatis, non poteſt efficacitee velle dare alicui, niſi in ipſo præuideat victoriam, & probitatem, diſparitas ſcilicet eſt, quia creatus Princeps non poteſt tribuere victoriam, & probitatem, facere victorem, & probum, ſicuti poteſt Deus tribuere merita, & quem voluerit facere merentem.

Princeps creatus cur nequeat velle dare præmium, niſi præuiſis meritis.

15. Dices quamvis qui poteſt tribuere præmium, & merita poſſit ſimpliciter, & abſolutè velle præmium abſque eo quod prius velit merita, vt tamen ordinatè velit, debet prius velle, quod in ee priùs ponendum eſt, adeoque debet prius merita velle, ergo cum Deus debeat ordinatè velle, imò ordo diuinorum actuom deſumatur ab ordine obiectorum, licet habeat in propria poteſtate tribuere & gloriam, & merita, non poteſt velle gloriam vt præmium, quin prius velit, & præuideat merita. Sed contra merita poſſunt reſpicere præmium, vel præcisè vt effectum, vel vt effectum, & finem; Si primo modo ſe habeant, tranſeat, quod ordinatè volens, quamvis habeat in propria poteſtate &c. debeat priùs merita, quàm præmium velle : Si ſecundo modo ſe habeat, ordinatè volens debet è contra priùs velle præmium, quàm merita, quia voluntas finis eſt prioe voluntate eorum, quæ ſunt ad finem, & præmium, quod ſimul eſt finis meritorum, ita eſt in executione poſterius meritis, ipſorúmque effectus, vt in executione ſit prius meritis meritorúmque cauſa. Cum igitur ex inſtà dicendis §. *ſequenti* gloria eſſe poſſit, imò ſit de facto, tum finis meritorum, conſequens eſt ipſam eſſe executione poſteriorem, intentione priorem meeitis, & deſumendo etiam, vt vult inſtantia, ordinem diuinorum actuum ab ordine obiectorum, inter actus diuinos executiuos eos, qoi ſunt circa merita, eſſe prioees iis, qui ſont citca glotiam, inter actus verò intentiuos eos, qui ſunt circa gloriam, eſſe priores iis, qui ſunt circa merita, volitionémque intentiuam gloriæ, quæ eſt ad gloriam electio, eſse priorem voluntate intentiua meritorum.

Præmium, quando eſt etiam finis meritorum, intenditur ante merita.

16. Dices inſuper, ergo ſaltem volitio executiua gloriæ, ſeu executiua ad gloriam electio eſt neceſſariò poſterior voluntate executiuâ meritorum, nec eſt vlla maior ratio cur ex eo, quod voluntas intentiua gloriæ præcedat voluntatem intentiuam meritorum dicatue electio ad gloriam eſse ante merita; quàm ex eo, quod voluntas executiua gloriæ ſit poſterioe voluntate executiuâ meritorum electio ad gloriam dicatur eſse poſt merita. Sed contra : Quando ſimpliciter admitteretur voluntatem executiuam gloriæ eſse poſteriorem voluntate executiua meritorum, adhuc cum ordo intentionis ſit ſecundùm ſe prior ordine executionis, eſset maior ratio dicendi abſolutè electionem ad gloriam eſse priorem meritis; cum ſit prioe in eo ordine, qui ſecundùm ſe eſt ſimpliciter primus, quàm eſse poſteriorem, cum ſit poſterior ſolùm in ordine execntionis, qui eſt ordo ſecundus : dixi quando ſimpliciter admitteretue voluntatem executiuam, &c. quia re ipsâ exiſtimo non aliam dari in Deo voluntatem, quàm intentiuam; non alium in actibus diuinæ voluntatis ordinem, quàm intentionis : ordinem verò executionis reperiri ſolùm in rebus ipſis, quæ executioni mandantur, & in actibus executiuæ virtutis, quæ vt colligitur ex *lib. 3. cap. 5. §. 1. in 2. probatione 2. aſſerti*, diſtinguitur ab intellectu, & voluntate in Deo. Ita de ordine intentionis, & executionis ſentiunt Vaſquez 1. *part. diſp.* 89. *cap. 7. n.* 53. Herice *diſt.* 23. *cap.* 11. *Auerſa q.* 22. *ſect.* 6. &c. contra Io. à S. Thoma 1. *part. q.* 19. *diſp.* 5. *artic.* 1. Ribas *tract. 7. diſp. 2. cap.* 4. Arriaga *diſput.* 35. *ſect.* 7. Suarez *in opuſc. lib. 3. de aux. cap.* 18. *num.* 4. &c. contra quos ſic breuiter probatur opinio, quam amplectimur. Quod dentur in voluntate actus executiui vltra actus intentiuos prouenit ex imperfectiooe voluntatis intentiuæ, quæ ſi in ſe ipſa ſit efficax, & perſeuerans ſe ipſa ſufficit, vt virtus executiua exeat in executionem, at voluntas intentiua Dei eſt in ſe efficax, perſeuerans, & omnioò perfecta, ergo : Maioe probatur, ſi quandoque in creatis poſt ordinem intentionis, qui incipiens à fine pee media fini propinquiora procedens in medium remotius deſinit in actibus voluntatis reperitur ordo executionis, qui incipiens à medio remotiore per media minùs remota procedens in finem deſinit, eſt quia actus intentionis aut non fuerunt efficaces, aut in voluntate non perſeuerant, adeoque, vt virtus exequens determinetur ad exeundum in actum, debet voluntas irrumpere in nouos actus ſpectantes ad ordinem executionis, ergo quod dentue in voluntate actus executiui, vltra intentiuos prouenit ex imperfectione voluntatis aut ceſsantis ab actibus intentiuis, aut elicientis ipſos inefficaciter: cæterùm, ſi ſit efficax, & perſeuerans actus, quo quis intendit ſanitatem, & propter ſanitatem medicinam, optimè poterit vt ipſos potentia executiua aggredi executionem, & ſumptionem medicinæ: Cum igitur voluntas intentiua Dei ſit in ſuis affectibus efficax, & perſeuerans, non admittit actus executiuos, nec datur in Deo voluntas executiua executione, vt ita dicam elicitâ, ſed ſolùm executione imperatâ, exercita ſcilicet non in actibus à voluntate elicitis, ſed ex voluntatis imperio in actibus virtutis executiuæ diſtinctæ à voluntate, & in hac virtute executiuâ non negamus actus diuinos verſari prius circa

Ordo intentionis eſt prior ordine executionis.

Ordo executionis non datur in diuina voluntate.

Volūtas Dei eſt executiua executione imperatâ nō verò executione elicita.

circa merita, quàm circa gloriam, prius ſcilicet circa merita, quàm circa gloriam dari exercitium omnipotentiæ. Porrò quod voluntas intentiua ſe ipſa abſque nouo actuum ordine ad executionem ſufficiat, commendat maximè perfectionem artificis, qui peracto ordine intentionis ſtatim ad opus procedat, & immediatè quod eſt in intentione vltimum ſit in executione primum iuxta illud Ariſtotelis 3. *Ethic. c.* 8. *Quod vltimum eſt in reſolutione primum eſſe conſtat in generatione.*

17. Probatur ſecundò: Poteſt dari in Deo electio ad glotiam, quæ non cadat ſub merito prædeſtinati ex parte actus, cadat verò ſub præſtinati merito ex parte obiecti, ergo electio ad gloriam, etiam vt præmium, & coronam poteſt eſſe ante præuiſa merita prædeſtinati, conſequentia patet quia actus non cadens ſub merito poteſt eſſe ante præuiſa merita, & obiectum cadens ſub merito ſe habet, vt præmium, & corona, adeóque electio ad gloriam etiam vt præmium, & coronam poteſt eſſe ante præuiſa merita, ſi actus non cadens ſub merito poteſt eſſe de obiecto cadente ſub merito, ſeu quod idem eſt ſi electio non cadens ſub merito ex parte actus cadere poteſt ſub merito ex parte obiecti. Antecedens probatur primò *ex ſupradictis libro tertio capite* 4. §. *primo* dari poteſt in Deo voluntas non cadens ſub conditione ex parte actus, cadens ſub conditione ex parte obiecti, ſeu abſoluta, ex parte actus, conditionata ex parte obiecti, ergo etiam, quæ non cadat ſub merito ex parte actus, cadat ex parte obiecti, ſeu ex parte actus gratioſa, ex parte obiecti remuneratoria: neque enim minus repugnat eundem actum cadere, & non cadere ſub conditione, quàm cadere, & non cadere ſub merito: eſſe conditionatum, & abſolutum; quàm eſſe renumeratorium, & gratioſum. Si igitur in primo caſu ceſſat repugnantia, dum vna ratio ſe tenet ex parte ipſius actus, altera ex parte obiecti, ceſſabit ſimiliter in ſecundo caſu vna tatione ſe tenente ex parte actus, altera ex parte obiecti. Probatur idem antecedens ſecundò paritate, & inductione, nonnullorum actuum, qui etiam inter nos eſſe poſſunt ſecundùm ſe gratioſi, & ex liberalitate, ſecundùm obiectum verò remuneratorij, & ex gratitudine, aut etiam ex iuſtitia. Sic v. g. qui vult gemmam iuſto pretio vendere, & ex pluribus iuſtum pretium offerentibus Petrnm eligit, nonne actus, quo eligitur Petrus præ aliis ad emptionem, & ex parte ſui gratioſus, & tamen gemma, ad quam emendam Petrus præ aliis eligitur, non eſt obiectum conceſſum ex gratia, ſed debitum ex iuſtitia titulo iuſti pretij. Sic etiam qui vult triticum vendere numeratâ pecunia, & ipſemet vult donare pecuniam emptori, nec niſi ementi pecunia à ſe donata vendere, habet actum gratioſum, qui in motiuum liberalitatis reſoluitur, & tamen obiectum talis actus ſcilicet triticum datur ex debito numeratæ pecuniæ, in actu exercetur affectus beneuolentiæ, & liberalitatis in obiecto ſeruatur forma iuſtitiæ, & contractus.

18. Quonodo verificetur Deus eligit gratis ad gloriam ex meritis.

Ex his habes hanc propoſitionem, Deus eligit gratis ad gloriam dandam vt præmium, ſeu quod idem eſt ad gloriam dandam ex meritis, nullam inuoluere repugnantiam dummodo ly *gratis*, & ly *ex meritis* non quomodocumque vagè in propoſitione accipiantur, ſed cadant præcisè ſuprà terminos, quos afficiunt; *gratis* ſcilicet ſuprà *eligit*, *ex meritis* ſupra *gloriam*, *gratis* ſupra actum, ex *meritis* ſupra obiectum. Et in hoc frequenter peccant aduerſarij arguentes electionem debere eſſe ex meritis, quia eſt ad gloriam dandam ex meritis, aut gloriam eſſe dandam gratis, quia gratis eſt facta ad ipſam electio, in primo caſu transferunt ly *ex meritis* ab obiecto ad actum, in ſecundo ly *gratis*, ab actu ad obiectum, in vtroque variant appellationem, committunt fallaciam dictionis, & ex vero antecedente deducunt falſam conſequentiam.

19. Dices nobis non innoteſcere diuinos actus, niſi ex obiectis, nec ipſorum diuerſitatem, niſi ex diuerſitate obiectorum. Si igitur ex obiecto cadente ſub merito malè infertur cadere ſub merito actum diuinum de tali obiecto, præcluditur omnis via theologizandi circa diuerſitatem diuinorum actuum. Sed contra ſi ex alicuius obiecti diuerſitate innoteſcit diuinorum actuum diuerſitas eſt ſolùm ex diuerſitate obiecti formalis, ly *autem* ex meritis cum per non non ſit ratio motiua, nullatenus inducit conditionem obiecti formalis reſpectu electionis, ſed eſt ratio purè terminatiua præcisè ſe tenens ex parte obiecti materialis.

---

§. III.

Vtrùm de facto electio ad gloriam ſit ante abſolutè præuiſa merita prædeſtinati?

20. Electio ad gloriam eſt de facto ante merita prædeſtinati abſolutè præuiſa.

ASSERTVM: De facto electio ad gloriam eſt ante abſolutè præuiſa merita prædeſtinati, ſeu quod idem eſt ſub aliis terminis: Electio ad gloriam eſt prior eâ, quæ ad gratiam. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt.* 23. *art.* 4. *tertio contra gentes cap. vltimo, quæſt.* 6. *de veritate art.* 2. *&* *alibi* Scotus *in primo diſt.* 41. *quæſt. vnica* §. *poteſt aliter*, D. Thomam ſequuntur in hoc puncto *Thomiſtæ* communiter, ſicut *& Scotum Scotiſtæ.* Ex his tamen adhærent ſententiæ oppoſitæ *Philippus Faber*, *Pontius*, aliique nonnulli. Extra Scholam Thomiſticam, & Scotiſticam ſuſtinent aſſertam electionem Syluius *prima parte, quæſtion.* 23. *art.* 4. Arriaga *diſp.* 36. *ſect.* 3. Lugus *diſp.* 39. *cap.* 2. Suarez *lib.* 1. *de prædeſtinatione cap.* 8. *& in Opuſc. lib* 3. *de aux. cap.* 16. Bellarminus *tom.* 3. *lib.* 2. *de gratia*, *& lib. arb. cap.* 15. Eſtius *in primo diſt.* 40. §. 8. & apud

Digitized by Google

apud iſtos alij plurimi tum antiqui, tum recentiores. Contra Vaſquea 1. *par. diſp.* 89. *vbi cap.* 2. ſententiam ſuſtinentem electionem ad gloriam factam ex meritis gratiæ præuiſis ait eſſe probatam non paucis Theologiæ profeſſoribus in Germania, Gallia, & Hiſpania, & pro eadem ſententia refert plures ex antiquis: referre poſſumus pro eadem electione ex præuiſis meritis Molinam 1. *parte, q.* 23. *art.* 5. *diſp.* 1. *memb.* 11. §. *vtque hactenus*, Becanum *tom.* 1. *cap.* 14. *de prædeſtinat. quæſt.* 4. Leſſium *diſp. de prædeſtinat. ſect.* 2. *& lib.* 14. *de perfection. diuinis cap.* 2. Herice 1. *parte, diſp.* 23. *cap.* 10. *&* 11. *diſp.* 24. *cap.* 3. alioſque nonnullos præſertim ex Societate, licèt non omnes citati auctores cum omnimoda illimitatione loquantur, nam Leſſius *diſp. cit. ſect.* 5. *n.* 110. ab electione factâ poſt præuiſa merita excipit Deiparam, *Herice* vltra Deiparam excipit Apoſtolos, & alios quoſdam, quos vocat eximiè prædeſtinatos, eſtque hæc exceptio iuxta ſententiam Catherini *lib.* 1. *de præd. c. vlt. l.* 3. *c.* 1. *item in c.* 8. *&* 9. ad Rom. *in c.* 5. ad Eph. & alibi diſtinguentis duplicem ordinem ſaluandorum, primum eorum, qui ſunt ſpecialiſſimis priuilegiis inſigniti, & hos vocat eximiè prædeſtinatos, & cenſet electos ante præuiſa merita: Secundum eorum, qui ſunt communi, & ordinariâ gratiæ largitione donati, hos vocat non prædeſtinatos, ſed ſaluandos, & ponit electos poſt præuiſa merita, citanturque pro hac Catherini ſententia Occam, & Gabriël *in* 1. *diſt.* 41. & nouiſſimè Detchennis *de prouidentia Dei numero* 52. Contra hos omnes Auctores aſſerta veritas, vtporè procedens in quæſtione de facto, & in electione, quam, cum Deus iuxta ſuprà aſſerta habere potuerit tùm ante, tum poſt præuiſa merita, ex libera Dei determinatione, hoc potiùs, quàm illo modo habitam eſſe exiſtimamus, indaganda eſt potiſſimùm ex auctoritatibus Scripturæ per quam vt ait D. Thomas *tertia parte, quæſtione prima articulo* 3. *in C. diuina voluntas nobis innoteſcit.* Ideo

Idque in omnibus ſaluandis, nō verò ſolum in eximiè prædeſtinatis.

21. Probatur primò ex Scriptura Deuter. 9. *Ne dicas in corde tuo propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc poſſiderem. Neque enim propter iuſtitias tuas, &c. Sed vt compleret verbum ſuum Dominus, &c.* In hoc loco ſermo eſt de terra promiſſionis, quæ figura eſt gloriæ. Act. 13. *& crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* In hoc loco indicatur ordinationem ad vitam æternam antecedere ad meritum fidei. Ad Epheſ. 1. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati.* In hoc loco merita vitæ ſanctæ, & immaculatæ non ponuntur antecedentia electionem, alioqui dici debuerat *Quia eramus ſancti, & immaculati*, ſed ponuntur ſubſequentia, & ortum ducentia ab electione Rom. 9. *Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, ei quia maior ſeruiet minori.* In quo loco ly *vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret*: ly *non ex operibus, ſed ex vocante* inſinuat ex propoſito Dei vocantis habere electionem, non ex operibus prædeſtinati Pſalm. 17. *Saluum me fecit, quoniam voluit me* in quo loco ratio ſalutis in Deum refunditur, non in merita prædeſtinati. Alia huiuſmodi Scripturæ loca Patrum auctoritatibus confirmata facilè omnibus obuia ſunt apud Auctores ſuprà relatos, & ſpecialiter inter Thomiſtas apud Salmant. 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 9. *dub.* 1. §. 3. 4. 5.

Dices ex Vaſquio *diſp. cit. cap.* 12. allata 22.
Scripturæ Sacræ teſtimonia procedere de electione ad gratiam, non de electione ad gloriam, tùm quia pro illa magis, quàm pro iſta electione ſtat ſacrorum Expoſitorum auctoritas, tum quia Scriptura ſibi ipſi non cohæreret dum alibi tradit electionem ad gloriam eſſe ex meritis prædeſtinati, vt Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum ab origine mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare:* In quo loco opera miſericordiæ, & merita aſſignantur pro cauſa præparationis Regni 1. Cor. 2. *Oculus non vidit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Iacobi 2. *Heredes Regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe.* In quibus locis dilectio aſſignatur pro cauſa meritoria præparationis, & repromiſſionis Regni, ſicuti ſi dicatur Rex dedit equum victori, denotatur victoriam eſſe cauſam meritoriam, & motiuam dationis equi. Sed contra, ſi allata pro aſſerto loca Scripturæ non poſſent aliter intelligi, quàm de electione ad gloriam, aſſertam veritatem de fide certam redderent: dico igitur poſſe etiam intelligi de electione ad gratiam non tamen ita rationabiliter, nec ita congruenter, ſicut de electione ad gloriam vt patebit ex rationabilibus congruentiis afferendis in ſequentibus probationibus.

Electio ad gloriam ante præuiſa merito non eſt de Fide.

Quod dicitur in inſtantia Expoſitorum 23.
auctoritatem magis ſtare pro electione ad gratiam, quam pro electione ad gloriam, falſum eſt, & male ſupponitur. Neque ad hoc impugnandum operæ pretium eſt huc transferre quæ fusè tradunt plures ex auctoribus in aſſerto præcitatis, vt oſtendant electionem ante præuiſa merita eſſe iuxta mentem Sanctorum Patrum, & Sacrorum Doctorum; Nec minus falſum eſt quod additur Scripturam alibi tradere electionem ad gloriam eſſe ex meritis: Ex prima enim auctoritate ſolùm colligitur bona opera eſſe cauſã poſſeſſionis Regni iam præparati, non ipſius præparationis, quod idem eſt ac dicere eſſe cauſam gloriæ ex parte obiecti, & quo ad executionem; non ex parte actus, & quo ad electionem. In aliis duabus auctoritatibus dilectio aſſignatur tanquam effectus, non tanquam cauſa præparationis Regni, & ſenſus eſt præparari, & repromitti regnum Dei iis, quos Deus diligentes facit, non quos Deus diligentes ſupponit, quos diligentes præuidet ſcientia cauſalitatis, non quos diligentes præuidet ſcientia puræ præuiſionis. Nec refert malè aptari hanc explicationem exemplo illi, Rex dedit equum victori: Non

referet inquam, quia ex ſupradictis aliunde conſtat, quod non poteſt Rex facere victorem, ſicuti poteſt Deus facere diligentem.

24. *Gloria ad merita ſe habet vt finis ad media.*

Probatur ſecundò gloria eſt à Deo volita, antequam ſint in ſe ipſis directè, & abſolutè volita merita, ergo electio efficax ad gloriam, quæ nihil eſt aliud, quàm actus, quo Deus alicui efficaciter gloriam vult, eſt ante merita abſolutè in ſe ipſis volita, & à fortiori ante eadem abſolutè in ſe ipſis præuiſa. Antecedens probatur: Gloria eſt à Deo volita, vt finis; merita ſunt à Deo volita, vt media, vt conſtat ex proportione meritorum ad gloriam, tanquam mediorum ad finem, traditur ex Trid. *ſeſſ.6.cap.7.* dicente: *finalis cauſa iuſtificationis eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna*, & euincitur ex vnanimi conſenſu fidelium anhelantium gloriam, tanquam vltimum finem, ſed finis eſt volitus ante media, ergo gloria eſt à Deo volita, &c. Minor probatur, finis eſt ratio volendi media, vt ait Scotus *in* 1.*diſt.*41.§.*poteſt aliter, volens ordinatè finem, & ea, quæ ſunt ad finem, prius vult finem, quàm aliquod entium ad finem*; nec, vt ait D. Thomas 1.*part.* *q.*23.*a.*4.*in C. Præcipitur aliquid ordinandum in finem niſi præexiſtente voluntate finis.*

25. Dices ex Vaſquio 1.*parte*, *diſp.*82.*cap.*5. *n.* 22. *diſp.*89. *num.* 79. & 101. volitionem finis eſſe priorem volitione mediorum, quando media ſunt phyſica, non quando media ſunt moralia, cuiuſmodi ſunt merita reſpectu gloriæ. Item *ex eodem, eâdem diſp.* 89. *n.* 117. Quando quis intendit finem ſibi conſequendum, non quando intendit, & ponit finem conſequendum alteri: ſicuti Deus intendit, & vult gloriam tanquam finem non ſibi, ſed alteri, prædeſtinato, ſcilicet, conſequendum. Ratio primi eſt, quia medium phyſicum immediatè per ſe ipſum influit in finem, medium morale non per ſe ipſum, ſed per voluntatem eius, qui finem dat talem voluntatem mouendo. Medium igitur phyſicum, cum influat in exiſtentiam, non in volitionem finis, optimè poteſt eſſe poſterius volitione finis; at media moralia cum debeant mouere voluntatem eius, qui dat finem, ad ipſum dandum, influunt quodammodo reſpectu dantis finem in volitionem finis, & neceſſe eſt, quod volitionem finis præcedant, quod ſint priùs volita, & præuiſa. Ratio ſecundi eſt, quia, cum quis intendit finem conſequendum ſibi, habet tam finem, quàm media in ſua poteſtate, ideo rationabiliter priùs vult finem, quâm media; at qui intendit, & proponit finem conſequendum alteri, intendit finem vt conſequendum per media ab alio applicanda, adeóque non habet media in ſua poteſtate, & poteſt quidem ex ſe habere ſimplex deſiderium, & voluntatem inefficacem finis, at niſi præuideat ex parte eius, cui finem vult, media neceſſaria, nequit rationabiliter habere eiuſdem finis volitionem efficacem. Sed contra, rationem hanc ſecundi facilè patet non eſſe ad rem in noſtro caſu; in quo licet Deus intendat gloriam vt finem conſequendum alteri, habet tamen in ſua poteſtate media ab altero ponenda æquè, ac ſi eſſent ponenda à ſe ipſo in ordine ad finem ſibi conſequendum: imò, cum ad Deum ſpectet in ordine ad gloriam merita tribuere, magis ad ipſum ſpectat applicare media pro conſequendo fine gloriæ, quàm ad eum, cui talis finis conſequendus eſt, pro quo recolantur *ſupradicta* §.2.*in* 1.*prob.*2.*aſſerti.*

Voluntatem finis eſſe priorem voluntate mediorum verificatur etiã de fine, quẽ Deus velit alteri.

Ad rationem primi dico medium ſiue phyſicum ſit, ſiue morale influere in finem ordine executionis ſolùm, non ordine intentionis, & ſicuti medium phyſicum per ſe ipſum cauſat executionem, non intentionem finis, ita executionem pariter, non intentionem cauſat per aliud, medium morale, & ad executionem, non ad intentionem finis debet mouere alterius voluntatem.

Etiam de medijs moralibus.

26. Vrgebis: Voluntas, quæ de ſe eſt efficaciter intentiua finis, non poteſt amplius aliúnde moueri ad finis executionem, ergo licet medium phyſicum cauſet finem in executione ſolùm, non in intentione: medium tamen morale cauſans mouendo voluntatem non poteſt cauſare in executione, quin cauſet etiã in intentione, non poteſt ad executioñe præſupponi, quin etiam ad intentionem præſupponatur, merita igitur, cum ſint media moralia ad gloriam, debent eſſe priora volitione etiam intentiua gloriæ. Antecedens probatur, tum quia ex dictis *antecedente* §. voluntas efficaciter intentiua finis ſe ipsâ ſufficit, vt virtus executiua operetur, ergo non poteſt amplius ad executionem moueri, tùm quia, ſi voluntas efficaciter intentiua finis moueretur ex meritis ad eiuſdem finis executionem, finis non eſſet eodem modo volitus in intentione, quo in executione: in intentione quippè non eſſet volitus ex meritis, ſicuti eſſet volitus ex meritis in intentione. Contra tamen voluntas dupliciter poteſt eſſe efficaciter intentiua finis, vel ita vt neque ex parte actus intendentis, neque ex parte finis intenti motiuum aliquod morale reluceat, vel ita vt, licèt non ex parte, actus intendentis, bene tamen ex parte finis intenti motiuum aliquod morale reluceat, talis eſt voluntas de facto efficaciter intentiua gloriæ, vtporè, quæ eſt intentiua gloriæ vt finis ſimul, & vt præmij; adeóque quatenus rationi finis eſt annexa ratio præmij, relucet ex parte finis intenti motiuum morale. Ad inſtantiam igitur diſtinguo antecedens, voluntas, quæ de ſe eſt efficaciter intentiua finis, ita vt nullum motiuum morale reluceat, neque etiam ex parte finis intenti, non poteſt amplius, &c. concedo, voluntas, quæ eſt de ſe efficaciter intentiua finis; ita tamen, vt ex parte ipſius finis reluceat motiuum morale non poteſt amplius, &c. nego antecedens, in hoc enim caſu voluntas ita de ſe intendit finem, vt etiam intendat ad finis executionem moueri à meritis; & ſic, quod executio à voluntate imperata dependeat à motiuo meritorum, eſt ex efficacia ipſius voluntatis intentiuæ. Ad primam probationem antecedentis dico voluntatem efficaciter intentiuam finis ſe ipſà ſufficere, vt virtus executiua operetur, & ponat finem, eo modo tamen quo fuit intentus; id eſt vt ponat ex motiuo meritorum, ſi finis fuit intentus vt ponendus ex meritis. Ad ſecundam probationem

Digitized by Google

nem dico, dummodo ly *eodem modo* ly *ex meritis* ſe teneat ex parte obiecti & finis, finem eſſe eodem modo volitum in intentione, quo in executione; in vtraque eſſe volitum ex meritis, Deum ſcilicet intendere finem gloriæ ex meritis exequendum, eundemque ex meritis exequi.

27\. *Prima ratio diſtinguens prædeſtinatũ à cæteris nõ poteſt eſſe meritum prædeſtinati.*

Probatur tertiò prima ratio diſtinguens prædeſtinatos à cæteris debet eſſe aliquid ſe tenens ex parte Dei, actus ipſius diuinæ voluntatis, non aliquid ſe tenens ex parte prædeſtinati: at ſi electio, à qua in Deo incipit ſeries prædeſtinationis ſupponeret merita ex parte prædeſtinati, talia merita eſſent prima ratio diſtinguens, &c. à talibus meritis, non ab aliquo ſe tenente ex parte Dei inciperet ſeries prædeſtinationis, ergo electio ad gloriam non ſupponit de facto merita prædeſtinati, ſed eſt ante ipſa abſolutè præuiſa. Probatur maior, ex Rom. 9. *Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei:* ex 1. Cor. 4. *Quis te diſcernit? Quid habes, quod non accepiſti*, aliiſque locis tum relatis in prima probatione, tùm facilè obuiis cuicumque etiam leuiter Sacras paginas verſanti; quibus in hominum prædeſtinatione, & ſalute plurimum magnificatur aut diuinum beneplacitum, aut diuina miſericordia, & valde parum tribuitur operibus prædeſtinati, quod certè minns congrueret, ſi prima ratio diſtinguens prædeſtinatũ ſe teneret ex parte ipſius prædeſtinati.

28\. Dices D. Thomas 2. *contra gentes c.* 87. refert, & reprobat tanquam errorem, opinionem *quorundam dicentium, omnia procedere à Deo ſecundùm ſimplicem voluntatem, vt de nullo oporteat rationem reddere, niſi quia, Deus vult:* at iuxta ſuperiorem probationem, dum dicimus primam rationem, cur hic potiùs, quàm ille ſit prædeſtinatus ſe tenere ex parte Dei, eſſe actum diuinæ voluntatis eligentis, eſt idem ac ſi dicamus hunc potiùs quàm illum eſſe prædeſtinatum, quia Deus ita vult, adeóque in negotio omnium grauiſſimo, quale eſt negotium prædeſtinationis, faceremus opinioni erroneæ relatæ, & reprobatæ à S. Doctore. Sed contra nos dicimus hunc potiùs, quàm illum eſſe prædeſtinatum, quia Deus vult ex cauſa tamen rationabiliſſima, quamvis deliteſcente in theſauris diuinæ ſapientiæ, & nec nobis notâ, nec à nobis aſſignabili. Non quia Deus vult præcisè, excludendo quamcumque cauſam volendi non ſolùm meritoriam, & ex parte creaturarum, vt nos excludimus reſpectu electionis ad gloriam, verùm etiam finalem, & ex parte Dei, vt excludebat opinio *à D. Thoma* relata, ad cuius propterea impugnationem Sanctus Doctor aſſignat pro regula, & ratione eorum, quæ Deus vult, ipſam diuinam ſapientiam, iuxta illud Pſal. 103. *Omnia in ſapientia feciſti.* Cæterùm non eſſe ex parte creaturarum aſſignandum reſpectu Dei cauſam, rationemve volendi præmiſerat idem S. Doctor *eodem c.* illis verbis: *Aliorum autem à Deo volitorum nullum eſt Deo cauſa volendi.*

In quo ſenſu ſit error nullam rationem reddere diuinorum operũ, niſi quia Deus vult.

29\. Vrgebis electio ad gloriam eo ipſo, quod eſt ante præuiſa prædeſtinati merita, non poteſt habere pro ratione, & regulâ diuinam ſapientiam, ergo electionis à nobis aſſertæ non poteſt alia ratio reddi, niſi quia Deus vult præcisè, Antecedens probatur talis electio ad gloriam eſſet res indiſcreti iudicij, & ſimulatoriam ac illuſoriam redderet voluntatem in Deo communiter admiſſam de omnium hominum ſalute, ſed quod tale eſt non poteſt habere pro ratione, & regula diuinam ſapientiam, ergo. Maior quoad primam partem colligitur ex verbis D. Hilarij in Pſalm. 64. *Non res indiſcreti iudicij electio eſt, ſed ex meriti delectu facta diſcretio eſt.* Quoad ſecundam partem probatur à pari. Sponſus, qui ex ſe, & nullâ ex parte electorum ſpeciali conditione impellente hos potiùs, quàm illos, ciues ad nuptiale conniuium eligeret non poſſet habere niſi ſimulatoriam, & illuſoriam; non ſinceram, & ſeriam voluntatem tribuendi omnibus ciuibus nuptiale conniuium. Architectus, qui ad conſtructionem ædificij hos potiùs, quàm illos lapides ex ſe, & nulla ex parte ipſorum lapidum ſpeciali conditione impellente, eligit, non poſſet habere niſi ſimulatoriam, & illuſoriam voluntatem ponendi in tali ædificio omnes lapides ergo ſimiliter, &c. Contra tamen: Ad auctoritatem *D. Hilarij* dico ipſum loqui de electione facienda in extremo iudicio, dum oues ſeparabuntur ab hædis adeóque loqui de electione executiuâ, quæ ſecundùm præſentem prouidentiam ſecundùm quam intenta eſt, vt habenda dependenter à meritis, vtique res eſſet indiſcreti iudicij, ſi ſine meriti delectu fieret. De eâdem electione executiuâ, & temporali collatione gloriæ intelligendæ ſunt aliæ nonnullæ, quæ afferri poſſunt auctoritates Sanctorum Patrum circa quos in vniuerſum aduerto, quod ex Auguſtino monet Herinex *diſp.* 8. *q.* 6. *n.* 71. eos præſertim, qui ante Pelagium ſcripſere, eſſe in hac materia benignè interpretandos, ſi intenti ad defenſionem arbitrij contra Manichæos multum detulerunt arbitrij operibus, & de diuinæ gratiæ liberalibus donis, dum hoſtis aberat, non fuerunt adeò ſolliciti. Ad paritatem Sponſi, & Architecti dico nec ad conuiuium omnes ſimul ciues, nec ad ædificium omnes ſimul lapides admitti poſſe: nec aut ſponſum omnibus ciuibus, aut Architectum omnibus lapidibus tribuere auxilia, & media quibus poſſint, ſi velint illi ad conuiuium, iſti ad ædificium ſe promouere, ideo eo ipſo, quod ſponſus ex ſe eligit aliquos determinatos ciues, Architectus aliquos determinatos lapides, reliqui ciues à conuiuio, reliqui lapides ab ædificio excluduntur, & cum tali electione aliorum excluſiua redditur illuſoria, & ſimulatoria voluntas alios omnes admittendi. Diuerſa eſt ratio electionis ad gloriam, ad quam, cum poſſint omnes admitti, & omnibus à Deo dentur auxilia, & media, quibus poſſint, ſi velint ad ipſam ſe promouere electio determinata aliquorũ non eſt aliorũ excluſiua; cũ tali electione propterea ſtare poteſt ſeria, & ſincera voluntas dandi gloriam aliis omnibus.

Sancti Patres cur quandoque magis faueant arbitrio quàm gratiæ.

Electio efficax prædeſtinatorum non eſt excluſiua aliorùm à gloria, ideo non pugnat cum voluntate ſaluandi omnes.

30\. Probatur quartò ſpecialiter contra *Catherinum* diſtinguentẽ ſaluandos à prædeſtinatis, & hos ſolum, non illos admittentem ante

Opinio Catherini diſtinguentis ſaluandos à prædeſtinatis eſt periculoſa.

præuiſa merita ad gloriam electos. Electorum, & prædeſtinatorum nomine, in Scriptura Sacra in Trid. *ſeſſ. 6. cap. 12.* aliiſque in locis, in Sanctis Patribus, in Sacris Doctoribus, & vt notat Æſtius *in 1. diſt.* 41. §. 4. in omni Catholico Scriptore ante *Catherinum* intelliguntur omnes ſaluandi, ergo ordo ſaluandorum diuerſus ab ordine prædeſtinatorum incongruè omninò ponitur, & periculosè, adeò vt *Bannes* relatus *ab Æſtio* præcitato non vereatur id vocare manifeſtam hæreſim. Nec ſufficiens præſidium præſtant *Catherino* verba illa concludentia Parabolam operariorum Matth. 20. *Sic erunt nouiſſimi primi: & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi:* vbi videtur Deus appellare electos, quos dixerat primos, & hos exprimit eſſe paucos, videtur appellare vocatos, quos dixerat nouiſſimos, & hoc exprimit eſſe multos. Ex alia parte tum primi, tum nouiſſimi; & conſequenter tum electi, tum vocati, ſunt ſaluandi, omnes enim vſque ad veſperam perſeueranter operantur in vinea Domini, omnes recipiunt denarium diurnum dicente Domino. *Redde illis mercedem incipiens à nouiſſimis vſque ad primos*, ergo plures ſunt ſaluandi, quàm electi, & rectè diſtinguitur ordo ſaluandorum ab ordine electorum, ſeu prædeſtinatorum. Non inquam ſufficiens præſidium &c. quia legitimus ſenſus illorum verborum *ex Mattheo* eſt. Erunt nouiſſimi apud homines, primi apud Deum: & primi apud homines, nouiſſimi apud Deum. Multi enim ſunt vocati vel generaliter ad ſalutem, vel vocatione etiam efficaci ſecundùm hominum iudicium: pauci verò electi ad eandem ſalutem, ſicque ſolùm primi apud Deum electi ſunt, ipſique ſoli etiam ſaluandi; nouiſſimi verò apud Deum, etiamſi primi apud homines, non ſunt electi, nec etiam ſaluandi, falſúmque prorſus eſt eſſe paucos electos multos ſaluandos. Quod addebatur ad probandum ex contextu parabolæ operarios etiam nouiſſimos eſſe ſaluandos, non ſatis concludit; nam nec quælibet perſeuerantia eſt ſufficiens ad ſalutem, nec cuiuſlibet denarij merces ſignificat beatitudinem, vt magis explicat Æſtius *in 1. diſt. 41. §. 5.*

De facto omnes ſaluãdi ſũt electi, & prædeſtinati.

31. Dubitatur hîc obiter, vtrùm ſaltem de potentiâ abſolutâ, ſeu in alia rerum ſerie, admitti poſſit ordo ſaluandorum diuerſus ab ordine prædeſtinatorum, adeò vt ſaluetur aliquis, qui prædeſtinatus non ſit. Parti negatiuæ fauent verba illa Fulgentij *lib. de fide ad Petrum, cap. 35. Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites neque perire poſſe aliquem eorum, quos Deus prædeſtinauit ad regnum cælorum; neque quemquam eorum, quos non prædeſtinauit ad vitam, vlla poſſe ratione ſaluari.* Nihilominùs exiſtimo *Fulgentium* loqui de lege ſolùm ordinariâ, & ſecundùm præſentem rerum ſeriem, ac prouidentiam, & ſecundùm hanc ſolam procedere allatam comparationem. Cæterùm loquendo de potentia abſoluta licèt nequeat contingere, quod prædeſtinatus pereat, poſſe tamen contingere, quod non prædeſtinatus ſaluetur. Idcircò ad dubium reſponderut affirmatiue cum De Quiros *prima parte, tract. 6. diſp. 1. ſect. 2.* & probatur affirmatiua reſponſio. In alia rerum ſerie poſſunt dari à Deo auxilia efficaciter conducentia ad ſalutem abſque intentione ſalutis, ergo in aliâ rerum ſerie poteſt quis eſſe ſaluandus, & non prædeſtinatus. Conſequentia patet, quia habens auxilia efficaciter conducentia ad ſalutem eſt ſaluandus, habens talia auxilia abſque intentione ſalutis non eſt prædeſtinatus, cum prædeſtinatio ad ſalutem non poſſit eſſe ſine intentione ſalutis, ſit præparatio beneficiorum tanquam mediorum ad ſalutem tanquam ad finem; ſit ſpecies prouidentiæ, quæ ex genere ſuo eſt diſpoſitio rerum in finem, nec eſſe poteſt ſine intentione finis. Antecedens probatur. In aliâ rerum ſerie poſſunt à Deo dari auxilia efficacia ad illa eadem opera quæ de facto ſunt efficaciter, & de condigno meritoria ſalutis, vt enim *ſuperiori* §. 1. probatum eſt, huiuſmodi opera meritoria ſunt bona ſe ipſis expetibilia, independeter ab electione ad gloriam, ſeu ab electione ſalutis; nec propterea gloria obtineretur præter Dei intentionem, vt *eodem* §. 1. explicatum eſt.

De potentia verò abſoluta eſt dabilis ſaluandus, qui non ſit prædeſtinatus.

32. Confirmatur. Incarnatio, quæ de facto efficaciter conducit ad Redemptionem humani generis à peccato potuit à Deo primo decerni præcisè propter excellentiam myſterij abſque vlla intentione redimendi à peccato & deinde in ſigno poſteriori velle per ipſam peccatum redimere; qua ratione Incarnatio efficaciter conduceret ad peccati Redemptionem abſque eo, quod eſſet propter talem Redemptionem intenta, & ad Redemptionem prædeſtinata; imò de facto Incarnatio non eſt intenta propter remiſſionem actualium, & tamen eſt ex vi ordinationis ſubſequentis decretum Incarnationis efficax etiam in ordine ad remiſſionem actualium, ergo ſimiliter auxilia, & opera de facto efficaciter cõducentia ad ſalutem poſſunt à Deo primo decerni præcisè propter iſtorum bonitatem, & Dei gloriam, abſque intentione ſalutis, & deindè in ſigno poſteriori ordinari ad ſalutem, qua ratione efficaciter conducent ad ſalutem abſque eo, quod ſint propter talem ſalutem volita, adeóque conſtituent hominem ſaluandum abſque eo quod conſtituant prædeſtinatum.

33. Dices Deus nullatenus poteſt dare auxilia efficacia ad ſalutem, aut ad opus meritorium ſalutis ſine eleuatione creaturæ ad finem ſupernaturalem, ſed huiuſmodi finis ſupernaturalis eſt ſalus, & conſequenter eleuatio ad finem ſupernaturalem eſt intentio ſalutis, ſeu ordinatio ad ſalutem: ergo ſine intentione ſalutis non poteſt Deus dare auxilia efficacia, &c. Maior patet, quia huiuſmodi auxilia non poſſunt non eſſe ſupernaturalia, nec poſſunt conuenire, niſi creaturæ eleuatæ. Sed contra, licèt finis ſupernaturalis, ad quem de facto creatura eleuatur ſit ſalus, & vita æterna, poſſet tamen Deus in alia rerum ſerie eleuare creaturam ad alium finem ſupernatura

De potentiâ abſolutâ eſt dabilis finis ſupernaturalis diuerſus à gloria.

Digitized by Google

pernaturalem, putà præcisè ad oſtenſionem gloriæ ſui ipſius tanquam Auctoris ſupernaturalis, vt manifeſtandæ per opera bona ſupernaturalis ordinis, qua ratione abſque vlla intentione ſalutis poſſet dare auxilia ſupernaturalia, etiam in ordine ad finem ſupernaturalem, quæ auxilia ſi in ſigno poſteriori ad ſalutem, præſertim ſolùm vt præmium, non vt finem ordinarentur, vt à Deo verè poſſent ordinari, conſtituerent hominem ſaluandum, & non prædeſtinatum, & homines non prædeſtinati ſaluarentur.

34. Item Prouidentia ſupernaturalis diuerſa ab ea, quæ nunc datur.

Ex his habes in alia rerum ſerie dabilem eſſe Prouidentiam ſupernaturalem diuerſam (ſubintellige in actu exercito conformiter ad *ſupradicta cap.* 1. §. 4.) ab ea, quæ nunc datur: & ſicuti ſimpliciter poterat Deus ad finem ſupernaturalem creaturas non ordinare; ita ordinare potuit ad finem ſupernaturalem diuerſum ab eo, ad quem de facto ipſas ordinauit. In quo maximè elucet tum libertas, tum beneficentia Dei, vt ſupernaturalis Auctoris; vtpotè qui poterat creaturas, aut ad nullum finem ſupernaturalem, aut ad finem ſupernaturalem ipſas non beantem ordinare.

35. Inquirunt hîc nonnulli vtrum ſicuti electio Prædeſtinatorum ad gloriam eſt ante merita abſolutè præuiſa; ita excluſio reproborum ab eadem gloria ſit ante abſolutè præuiſa demerita. Verùm hoc à nobis opportuniùs infrà definietur agendo de cauſa reprobationis. Interim ex ibi dicendis ſuppono non poſſe Deum velle infligere pœnam propriè dictam abſque præuiſione culpæ, & demeriti, & licet ex *ſupradictis* §. 2. poſſit velle præmium largiri abſque præuiſione boni operis, & meriti, imò ex ſuperiori aſſerto velit de facto abſque tali præuiſione largiri gloriam, quam de facto largitur vt præmium, & coronam iuxta illud Apocal. 3.

Gloria de facto datur, vt præmiũ, & corona.

Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam 1. Cor. 9. *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium*; 2. ad Tim. 4. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die*, &c. quibus & ſimilibus locis conformiter loquitur Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 16. proponens vitam æternam, tanquam mercedem fideliter reddendam

---

§. IV.

Vtrùm electio ad gloriam ſit ante merita prædeſtinati etiam conditionatè præuiſa?

36. Electio ad gloriam eſt ante merita prædeſtinati etiam conditionatè præuiſa.

ASSERTVM I. Electio efficax ad gloriam eſt ante merita prædeſtinati etiam conditionatè præuiſa. Hoc aſſertum conſequitur ad ſupradicta tum *lib.* 3. *cap.* 4. in impugnatione ſcientiæ mediæ; tum *lib.* 4. *cap.* 6. in defenſione decretorum prædeterminantium, & vlteriori probatione vix indiget. Nihilominus quia nonnulli Mediiſtæ, inter quos De Quiros 1. *part. tract.* 6. *diſp.* 5. Arriaga *diſp.* 34. ex prædeſtinatione deſumunt magnum præſidium ſcientiæ mediæ, & amplè exaggerant ſcientiæ mediæ neceſſitatem pro efficaci electione ad gloriam, opportunum eſt aliquid ſpecialiter addere in aſſertæ veritatis probationem. Ideò aſſertum

Probatur: Electio ad gloriam neque quatenus eſt ad gloriam vt coronam, & præmium; neque quatenus eſt ad gloriam liberè à prædeſtinato obtinendam; neque quatenùs eſt electio certa, neceſſariò requirit merita prædeſtinati eſſe antecedenter conditionatè præuiſa: ergo nulla eſt neceſſitas ponendi hanc conditionatam præuiſionem meritorum, & conſequenter aſſerenda eſt electio efficax ad gloriam ante merita prædeſtinati etiam conditionatè præuiſa. Conſequentia patet, quia vltra tria capita in antecedente aſſignata ex nullo alio capite aſſignari poteſt neceſſitas talis præuiſionis conditionatæ. Probatur antecedens quoad primam partem, tum quia ex *duobus ſuperioribus* §§. ſatis patet electioni ad gloriam, vt coronam ſufficere, quòd gloria ipſa ſit ex meritis, & gloriæ collationem merita præcedant nec eſſe neceſſe quod electio ſit ex meritis, & actum electionis merita præcedant, tum quia ex meritis ſolùm conditionatè præuiſis non poteſt aliquid dari vt præmium, & corona, alioqui multum faueretur errori Pelagianorum, & Semipelagianorum aſſignantium in paruulis pro cauſa prædeſtinationis merita conditionata, quæ Deus futura præuidit in ipſis, ſi vixiſſent. Ratio à priori cur merita conditionata non ſufficiant ad obtinendum aliquid vt præmium, & coronam, eſſe poteſt, quia meritum, vt cauſet, debet eſſe aliquando verè exiſtens, & licèt poſſit cauſare antequam exiſtat, non poteſt tamen cauſare, niſi aliquando verè, & phyſicè in ſe exiſtat, quod autem eſt præcisè conditionatum nunquam exiſtet, ideò &c. Ratio alia à poſteriori eſſe poteſt quia cum iuxta Aduerſariorum principia in quolibet homine ſub diuerſa circunſtantiarum ſerie præuideat Deus conditionata merita, & conditionata demerita, non eſt maior ratio, cur illa moueant ad præmium, quàm iſta ad pœnam, illa ad electionem, quàm iſta ad excluſionem à gloria. Sentiendum igitur nec conditionatis meritis dari poſſe præmium, nec conditionatis demeritis infligi poſſe pœnam. Probatur 37.

Merito ſolùm conditionato non poteſt dari aliquid vt præmium, & corona.

antecedens quoad ſecundam partem: Electio efficax ad gloriam ante præuiſionem conditionatam bonorum operum prædeſtinati, ſeu boni vſus arbitrij poteſt optimè cohærere cum libertate prædeſtinati ad gloriam obtinendam, non minùs, quam ex ſupradictis cum eadem libertate cohæreant decreta efficaciter prædeterminantia. Neque hîc eſt ad nauſeam vſque repetenda ratio ſuppoſitionis antecedentis, quæ in noſtra poteſtate non ſit, & qua poſitâ nequeat effectus non poni. Enimverò tum electio ad gloriam, tum prædeſtinatio eſt in noſtra poteſtate eminenter, licèt non formaliter; ipsâ poſitâ poteſt effectus non poni in ſenſu diuiſo, licèt non in compoſito; & ſuppoſitio hoc modo antece-

dens nullatenùs officit libertati, Probarut antecedens qooad tertiam partem. Deus habet in ſua poteſtate auxilia independenter à ſcientia media efficacia quibus poteſt omnimodà certitudine, & infallibilitate prædeſtinatum perducere ad gloriam, ergo vt electio efficax ſit ertta non deber Deus ipſius certitudinem ex ſcientia media emendicare, ſed habet ſufficientem, & omnimodam certitudinem ex efficacia ſuorum decretorum, ſuorúmque auxiliorum, & quando etiam deberet furuitionem coodítionatam bonotum operum perſcrutari, ad hoe non ſcientia media', ſed propriorum decretorum efficacia Deo debert inſeruire.

39. Electio ad gloriam eſt ante præuiſa merita negatiuè potiùs quàm poſitiuè.

Ex hucvſque dictis ritca eam, quæ de facto datur, electionem ad gloriam conſtet ipſam eſſe ante præuiſa metita prædeſtinati negatiuè potiùs, quàm poſitiuè. Eſt autem ante merita negatiuè quatenùs ipſa à talibos meritis non anteceditut, nec ſupponit ante ſe præuiſionem vllam, ſioe abſolutam, ſiue conditionatam talium meritorum. Non eſt ante talia metita poſitiuè, qoia nulla datur poſitiua prioritas inter electionem ad gloriam, & volitionem talium meritorum; adeo vt in aliquo ſigno ſit electio ad gloriam, in quo oullatenùs adhuc ſint volita merita, cum enim electio ad gloriam de facto ſit ad ipſam vt fioem, & præmium meritorum, propter eſſentialem habitudinem finis ad media, præmij ad merita, ratione cuius; qui vult efficaciter finem, vult etiam implicitè, & indirectè media; qui vult efficacitet præmium, vult implicitè, & indirectè metita, præſertim quando nec ille media, nec iſte merita præſupponit: propter huiuſmodi inquam eſſentialem habitudinem non poteſt eſſe efficax volitio gloriæ, quin ſimul merita ſint aliquo modo volita, & ſcientia cauſalitatis Deo nota. Nec propterea incidimus in ſententiam relatam à Suarczio *lib.* 1. *de eſſentia prædeſtinationis, cap.* 8. *numero* 3. docentem nullum dari ordinem inter decretum dandi gloriam, & decretum dandi gratiam, ſeu inter actum, quo Deus vult gloriam: & actom, qoo vult merita, non inquam in talem ſententiam incidimus, quia oon ponimus cum tali ſententia vnum, idémque indiuiſibile decretum directè tendere in gloriam, & io merita, ſed ita aſtruimus electionem ad gloriam eſſe ſimul volitionem meritorum, vt tamen per talem volitionem merita ſolùm indirectè attingantur; ſimúlque ſtet volitionem directam gloriæ eſſe priorem volitione directâ meritorum, & ab iſta virtualiter diſtinctam. Vnde etiam in ponendo primo illo decreto ſimul attingente gloriam, & merita procedimus ex diuerſo fundamento, ac procedat illa ſententia; nos enim procedimus ex eſſentiali habitodine gloriæ ad merita, illa verò ſententia procedit ex eo, qood Deus non indigeat conſultatione; & actus attingens finem debeat diſtingui ab actu attingente media ſolùm, quando ad electionem mediorum reqoiritur præuia inquiſitio, & conſultatiu. Verùm ex hoc capite excluditur quidem diſtinctio realis inter actum intentiuum finis, & actum electiuum mediorum; at non excluditur diſtinctio virtualis, nec virtualis prioritas.

Voſitio directa gloriæ, & volitio directa meritorum non eſt formaliter vnus, & idem actus.

Etiamſi non detur in Deo mediorum conſultatio.

Ex eo, quod electio ad gloriam ſit ad ipſam vt præmium, & coronam, & ſit ſimul volitio, licet indirecta, meritorum; ſatis patet quomodo, licet meritorum præuiſio electionem ad gloriam non antecedat, tamen nec ſint merita ad gloriam inutilia, nec electio ad gloriam antecedens meritorum præuiſionem ſit occaſio deſidiæ in benè operando: Si enim electio ad gloriam eſt meritorum indirecta volitio, & eſt Deo ratio volendi directè eadem merita, vtique meritorum vtilitatem cauſat non euacuat: benè operandi zelum excitat, non deſidiam. Quod ſi diligenter animaduertatur, ſimúlque habeatur præ mente concordia creatæ libertatis cum diuinæ voluntatis prædeterminantis efficaciâ, corruunt omnia inconuenientia, quæ Leſſios *lib.* 14. *de perfectionibus diuinis, cap.* 2. alijque plures præſertim ex mediiſtis congeruor, & vrgent contra efficacem electionem ad gloriam ante præuiſionem meritorum prædeſtinati, præſertim etiam conditionatam. 40.

---

§. V.

Vtrùm electio efficax ad gloriam eo modo, quo eſt ante præuiſa merita prædeſtinati, ſit etiam ante præuiſa merita cuiuſcumque alterius puri hominis à prædeſtinato?

41. Electio ad gloriam, ſicuti ſe habet ad merita prædeſtinati, ita ad merita cuiuſcumque alterius puri hominis.

ASSERTVM: Electio efficax ad gloriam eo modo, quo eſt ante præuiſa merita prædeſtinati eſt etiam &c. oimirum de facto eſt ante merita cuiuſcumque alterios puri hominis à prædeſtinato, tum abſolutè, tum conditionatè præuiſa. De lege abſolutâ, & in alia rerum ſerie eſſe poteſt poſt præuiſa talia merita habendo ipſa pro ratione motiuâ, & cauſâ aliqualiter meritoriâ. Hoc aſſertum conſequitor ad aſſerta poſita *in ſuperioribus* §§. & quatenùs ſoſtineor electionem de facto eſſe ante præuiſa merita cuiuſcomque alterios puri hominis à prædeſtinato, contra eoſdem Auctores, contra quos ſuprà aſſeruimus eandem electionem eſſe ante præuiſa merita ipſius prædeſtinari. Ab illis particulis, cuiuſcumque alterius puri hominis Lugus *prima parte, lib.* 1. *diſputa.* 41. *cap.* 4. *numero* 13. excipit Deiparam Virginem, ex cuius meritis ad merita Chriſti coniunctis factam eſſe aliorum hominum electionem ſuader dignitas Matris ſpecialiſſimis quibuſcumque priuilegiis inſignitæ, & pietas fidelium deuotè propeoſa ad eidem tribuendum quidquid

Exceptâ Deiparâ.

ipſi

ipſi conferre poteſt ad excellentiam. Aſſerti ſic explicari

Omnes prædeſtinati fuerūt ſimul electi.

42. Probatur prima pars, qood ſcilicet electio ad gloriam ſit ante præuiſa merita cuiuſcumque alterius puri hominis à prædeſtioato, præſertim, ſi excipiatur Deipata. Omnes prædeſtinati fuetuor de facto ſimol omninò, & in eodem ſigno rationis ad glotiam electi (præſertim ſi excipiatur Deipara, cuius electionem ad gloriam præceſſiſſe electionem aliorum prædeſtinatorum ſuadent tum Matris dignitas, tum fidelium pietas & confirmant auctoritates Sanctorum Patrum, quorum nonnullos refert Lugus *lib. cit. numero* 12. arridet præ cæteris auctoritas D. Ambroſij *in Lucam ſuper illa verba ecce ancilla*, dicentis : *Nec mirum, ſi Dominus redempturus mundum operationem ſuam inchoanit à matre, vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore*,) ergo omnes de facto fuerunt electi ante præuiſa non ſolùm propria, verùm etiam cuiuſcumque alterius puri hominis merita. Conſequentia patet qoia cum eo, quod omnes ſint ſimul in eodem ſigno rationis electi, ſtare non poteſt merita vnius fuiſſe præuiſa ante electionem alterius, & non ante electionem propriam. Cum igitur ex ſuperioribus nullius merita fuerint præuiſa ante electionem propriam, cum ſimultanea omnium electione ſtare non poteſt vnius merita fuiſſe præoiſa ante electionem alterius. Antecedens probatur : tum quia congruum fuit Chriſtum reſpectu omnium exceptâ Deiparâ eſſe cauſam æqoè immediatam electionis, tum quia nulla eſt neceſſitas aſſignandi diuerſa ſigna rationis in hominum electione, & tamen ex alia parte ſeruatâ proportione non minùs noo ſunt ſine neceſſitate diſtinguenda diuerſificanda, & multiplicanda ſigna rationis, quàm eotia realia.

Exceptâ Deiparâ.

43. Probatur ſecunda pars, quod ſcilicet de lege abſolutâ, & in alia rerum ſerie, electio efficax vnius ad gloriam potuerit eſſe poſt præoiſa merita alterius, habendo ipſa pro ratione motiuâ, & causâ aliqualiter meritoriâ. Et hoc quidem poteſt dupliciter contingere. Primò eo modo quo *ſupra* §. 1. aſsertum eſt electionem ad gloriam eſse poſse poſt præuiſa merita ipſius prædeſtinati loquendo in alia rerum ſerie. Secundò quatenùs, licet de facto electio omnium hominum prædeſtinatorum ad gloriam facta fuerit in eodem ſigno rationis, in alia tamen rerum ſerie poterant aliqui priùs, aliqui poſterius eligi, purà aliqui ante præuiſionem meritorum Chriſti, aliqui ex præuiſis Chriſti meritis; vel aliqui ex meritis Chriſti immediatè, & proximè, aliqui ex iiſdem mediatè ſolùm, & remotè; applicatis ſcilicet per merita alicuius puræ creaturæ, qua ratione electio poſterius electorum vtique eſse potuiſset poſt præuiſa merita priùs electorum, ſicuti de facto probabile eſt electionem omnium hominum fuiſse poſt præuiſa merita non ſolùm Chriſti, verùm etiam Deiparæ. Porrò, quod huiuſmodi electio, quæ fuiſset poſt præuiſa merita alicuius prædeſtinati, potuiſset habere talia merita pro ratione motiuâ, & causâ aliqualiter meritoriâ probatur, quia ex vnâ parte, vt in huiuſce capitis limine præmiſsum eſt, actus diuioi poſsunt aliquo modo ſub meritum cadere, ex alia parte merita, de quibus loqoimur, ſunt merita ſupernaturalia, adeóque habentia cum actibus diuinis ſpectantibus etiam ad ordinem ſupernaturalem gratiæ, & gloriæ proportionem congruitatis ſaltem, ſi minùs condignitatis. Quod definire (præſertim ſi detur merita ipſius prædeſtinati ante electioctionem in alia rerum ſerie præuiſa eſse poſse condignè meritoria ipſius electionis, ſi enim hoc negetur, vt negsndum videtur ex ſupradictis *ad finem* §. 1. ratio oegandi condignitatem meritis prædeſtinati in ordine ad propriam electionem procedit à fortiori de meritis alterius à prædeſtinato) pendet ab eo, quod purus homo poſſit mereri de condiguo alteri bona ordinis ſupernaturalis, in quo communior eſt negatiua reſponſio, & fundamentum ſumitur ex ipſa radice meriti ſupernaturalis, gratiâ ſcilicet habituali, quæ ex natura ſua datur in maius bonum merentis, & vt merentem ipſum, non alium à merente perducat ad vitam æternam, ſicutl tradit D. Thomas 1. 2. *q.* 154. *art.* 6. *in C.* & infertur ex diſcrimine aſſignari ſolito inter gratiam habitualem, & gratiam vnionis, quod Illa ſit bonum monaſticum per ſe ordinatum ad ſolam vtilitatem particularem eius, cui ineſt: Iſta ſit bonum politicum ordinatum ad communem omnium vtilitatem. Ex quo patet obiter cur merita Chriſti procedentia ex gratia vnionis potuerint eſſe condignè meritoria electionis prædeſtinatorum ad gloriam, talem verò condignitatem habere nequeant merita puri hominis procedentia ex gratia habituali, etiamſi ſupponantur in infinitum augeri.

Prædeſtinati in alia rerū ſerie potuerunt eligi, aliqui priùs aliqui poſterius.

Electio aliquorum eſſe potuit ex meritis aliorum congruis tamen, non condignis.

Gratia habitualis eſt bonum monaſticum. Gratis vnionis eſt bonū politicum.

Ex his habes electionem ad gloriam faciliùs ſuſtineri de facto aote præuiſa merita alterios puti hominis, quàm ante præuiſa merita prædeſtinati, & ſimiliter faciliùs ſuſtineri in alia rerum ſerie poſt præuiſa merita alterius puri hominis, quàm ipſius prædeſtinati. Ratio primi eſt, quia gloria de facto magis datur vt corona, & præmium meritorum prædeſtinati, quàm meritorum alterius à prædeſtinato, ideo maiorem dicit habitudinem ad illius, quàm ad iſtius merita. Ratio ſecundi eſt, quia in alia rerum ſerie duobus modis poteſt eſſe poſt præuiſa merita alterius à prædeſtinato, ſolùm verò primo ex his duobus modis poteſt eſſe poſt præuiſa merita ipſius prædeſtinari, vt patet conſiderantі ſuperiorem probationem ſecundæ partis. 44.

§. VI.

Vtrùm electio efficax ad gloriam tum abſoluta, tum etiam comparatiua ſit de facto ex præuiſis meritis Chriſti?

45. Electio efficax abſoluta ad gloriam eſt de facto ex meritis Chriſti

ASSERTVM I. Electio efficax abſoluta hominum prædeſtinatorum ad gloriam fuit de facto ex præuiſis meritis Chriſti. Dixi *electio efficax*, de qua ſola agitur in toto huius capitis progreſſu, electio enim inefficax, voluntas ſcilicet antecedens ſaluandi omnes, non ſpectat ad prædeſtinationem, & communis eſt reprobis, ideo licèt præceſſerit præuiſionem originalis, ne dum Incarnationis ſubſequentis præuiſionem originalis, nihil refert ad præſens inſtitutum. Dixi *abſoluta* ſumendo electionem abſolutam, vt contradiſtinguitur à comparatiua, non vt contradiſtinguitur à conditionata, & intelligo nomine electionis abſolutè electionem quodammodo in communi, & vagam; non afficientem hæc potiùs, quàm illa indiuidua: nomine electionis comparatiuæ electionem particularem, & determinatam deſignationem horum præ aliis. Dixi *hominum prædeſtinatorum*, quia de Angelorum prædeſtinatione nunc non loquimur, ſed de ſola prædeſtinatione hominum, ſicuti de hac ſola loquebamur *in præcedente §.* dùm dicebamus omnes prædeſtinatos de facto fuiſſe electos ſimul in eodem ſigno rationis; & licèt omnes Angeli inter ſe comparati non minùs, quàm omnes hômines inter ſe comparati, fuerint ſimul electi; non tamen, ſi fiat comparatio inter homines, & Angelos, horum enim electio præceſſit electionem hominum, ſicuti præceſſit *ex dicendis 3. parte*, Incarnationem Chriſti, quam electio hominum ſubſecuta eſt. Dixi *de facto*; quia de poſſibili, & in alia rerum ſerie, aut poterat Chriſtus non decerni venturus, aut ante decretum, & merita Chriſti venturi, fieri poterat electio, & prædeſtinatio hominum, ſicuti facta eſt electio, & prædeſtinatio Angelorum. In hoc aſſerto ita explicato conueniunt in primis illi omnes, ni fallor, qui *ſuperiori §. 3.* relati ſunt pro opinione ſuſtinente electionem ad gloriam de facto eſſe ex meritis prædeſtinati, & *Vaſquez* huius opinionis acerrimus propugnator conſequenter loquitur, dum *1. parte, diſp. 94. cap. 2.* vocat Catholicam ſententiam de electione ex Chriſti meritis: vere enim, cum ſit Catholicum dogma merita prædeſtinatorum pendere ex gratia, & meritis Chriſti ſuppoſito qdod electio ſit ex meritis prædeſtinati, tanquam Catholica conſequentia infertur eandem electionem eſſe ex meritis Chriſti. In noſtris verò principiis de electione factâ ante præuiſa merita prædeſtinati non eſt adeò certa aſſerta electio ex meritis Chriſti; Ipſam tamen traduot Arriaga *1. part. diſp. 37. ſect. 3.* Lugus *diſp. 4. cap. 2.* De Quiros *tract. 6. diſp. 15. ſect. 1.* & in re illi omnes, qui abſolutè docent prædeſtinationem hominum adæquatè acceptam eſſe ex meritis Chriſti, hoc autem docent Thomiſtæ communiter cum S. Doctore *3. par. quæſt. 24. art. 4. & in 3. diſt. 10. q. 3. art. vlt. ad 3. quæſt.* Nec refert, quod Thomiſtæ cum S. Doctore exprimant ſe non loqui de actu prædeſtinationis, ſolùm enim non loquuntur de tali actu entitatiuè conſiderato, qua ratione etiam ſecundùm nos nequit eſſe ex meritis. Eſt igitur aſ- 46.
ſerta electio magis communiter recepta contra Scotum *in 3. diſt. 19. quæſt. 1. §. in iſta quæſt. & §. ſed hic ſunt*, Durandum *in 3. diſt. 21. quæſt. 3. ad 2.* Driedonem *de captiuitate, & redemptione generis humani tract. 2. cap. 2. art. 4. ad 1.* Adamum *in verba illa* ad Epheſ. *ſicut elegit nos in ipſo, alioſque nonnullos*, quorum potiſſimum fundamentum eſt prædeſtinationem hominum, eorumque ad gloriam electionem fuiſſe factam ante præuiſionem originalis: Chriſtus autẽ licet ex eodem *Scoto* fuerit decretus facturus ante originalis præuiſionem; non fuit tamen præuiſus merens, niſi poſt præuiſionem originalis, in cuius remedium fuerunt præſiuita merita Chriſti paſſibilis. Ex huius fundamenti improbatione alibi ponendâ ſupponi poſſet ſufficienter probata aſſerta veritas, vlterius tamen,

Aduerſariorum potiſſimum fundamentum nõ ſubſiſtit.

47. Probatur primo ex Scriptura ad Eph. 1. *Benedictus Deus, &c. qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo, &c.* vbi ly *in Chriſto* importare cauſam meritoriam, & idem ſignificare ac per Chriſtum non autem ſicut contendit *Adamus* importare aut cauſam phyſicam efficientem, & referri ad Chriſti diuinitatem; aut cauſam quaſi finalem, & ſenſum eſſe elegit nos ad habendam fidem in Chriſto tradit D. Chryſoſtomus *in comment. ſupra illa verba* dicens *per quem nos benedixit, per eundem nos elegit*, & tùm ex aliis *Sanctis Patribus*, tùm ex ſimilibus Scripturæ locis probat Vaſquez *cap. præcit. num. 9.* Mitto alias auctoritates, vtpotè quæ cum magis procedant de prædeſtinationis effectibus, quã de ipſo actu electionis opportuniùs infrà afferentur, cum probabitur omnes effectus prædeſtinationis hominum eſſe ex meritis Chriſti.

48. Probatur ſecundò ratione: Merita Chriſti de facto ſunt præuiſa ante electionem efficacem abſolutam hominum prædeſtinatorum ad gloriam, & electio, quantum eſt de ſe eſſe poteſt ex meritis, ſeu habere merita pro ratione aliqualiter motiuâ, ergo de facto electio efficax abſoluta, &c. Conſequentia patet: Non enim ex alio capite negari poteſt electio ex meritis, niſi ex eo, quod aut merita ipſam non præcedant, aut ipſa de ſe ex meritis eſſe non poſſit. Antecedens quoad primam partem ſupponitur ex dicendis ſuo loco *in libris de Incarnatione*: quoad ſecundam probatur, quia actus diuinus virtualiter poſterior alio poteſt habere

Actus diuini quomodo eſſe poſſint ex meritis.

pru

Angeli fuerunt electi ſimul inter ſe, non ſimul cum hominibus.

In quo ſenſu aſſerta electio ſit Catholica.

pro ratione aliqoaliter motioa obiectom actus virtualiter prioris, ſumendo actum illum quo ad determinationem liberam, & in eſſe actiuo, & in hoc ſenſu ipſemet D. Thomas *primo contra gentes cap.* 86. *&* 87. expreſsè tradit aſſignari poſſe rationem diuinæ voluntatis, vnde conſequens protſùs eſt eundeio *Sanctum Doctorem* aut loqui de actibus diuinis entitatiuè ſnmptis, aut loqui de ratione finali, non de ratione motiua per modum meriti, vtl conditionis, dùm alibi negat vllam rationem diuinorum actuum aſſignari poſſe ad extra, & apertè colligitur hæc *Sancti Doctoris* mens ex primis verbis *citati cap.* 87. *Quamuis aliqua ratio diuinæ voluntatis aſſignari poſſit, non tamen ſequitur quod voluntatis eius ſit aliqua cauſa: voluntati enim cauſa volendi eſt finis; finis autem diuinæ voluntatis eſt ſua bonitas.* Confirmatur. Electio efficax abſoluta hominom prædeſtinatorum ad gloriam ex Chriſti meritis exaltat plurimùm tum valorem meritorum, tum dignitatem capitis prædeſtinatorum in Chriſto, ergo de facto aſſerenda eſt.

49. Dices: Qoantùm exaltatur Chriſti dignitas per electionem ex ipſiua meritis tantùm deprimi Dei liberalitatem, & beneficentiam, cui tamen ex Sacra Scriptura, & Patribus ſolet potiſſimùm tribui electio prædeſtinatorum ad gloriam. Sed contra. Aliud eſt loqui comparatiuè ad prædeſtinatum, aliud eſt loqui comparatiuè ad Chriſtum. Sub prima comparatione electio ad gloriam ex parte actus eſt purum beneficium, opus præcisè liberalitatis, & miſericordiæ: ſub ſecunda eſt præmium, opos gratitodinis, & iuſtitiæ; & hac ratione nec ſplendor diuioæ liberalitatis ſplendorem dignitatis, & meritorum Chriſti obumbrat; nec è contra: imò tum Dei liberaliter ſe gerentis beneficentia, tum Chriſti omoi-merentis dignitas elucet illuſtriùs, dùm ex vtraque conſorgit electio perfectiſſima, & tum præmij, tum beneficij prærogatiuam perfectionemve complectens: Neque vrgeas ex Chriſti meritis ſequi, quòd electio nec etiam reſpectu prædeſtinati ſit gratuita, ſicuti non eſſet mihi gratuita largitio eqoi cuius pretium alter pro me ſolueret. Contra enim. Soluens pro me pretium equi transfert in me dominium talis pretij, ideo in re ego ipſe erogo pro equo pretium; at Chriſtus non traoſfert in prædeſtinatum dominium ſuorum meritorom, nec nomioe prædeſtinati, ſed nomine proprio meretor, ideo, &c.

Electio ad gloriam eſt præmiũ reſpectu Chriſti, beneficiũ reſpectu prædeſtinati.

50. Assertvm II. Electio efficax etiam comparatiua hominum prædeſtinatorum ad gloriam fuit de facto ex præuiſis meritis Chriſti, ſeo quod idem eſt Chriſtos de facto meroit non ſolùm formalem electionem ad gloriam, ſed etiam materialem deſignationem perſonarom, non ſolùm quòd aliqui homioes eligerentut, ſed etiam qoòd eligerentor hi potiùs, quàm alij. Ita Aluarez *de aux. lib.* 5. *diſp.* 39. *num.* 7. Io. à S. Thoma 1. *parte, diſp.* 8. *art.* 6. *num.* 6. Vaſquez *diſp.* 94. *cap.* 3. (licèt hîc Auctor non omninò vniuerſaliter loquatur, ſed ſolùm de iis qui fuerunt poſt Chriſti Incarnationem, loquendo verò de Patribus antiquis electis ex meritis Chriſti futuri admittat nullam fuiſſe ex parte Chriſti peculiarem cauſam, vt ipſi potiòs eligerentor, quàm alij, eo quòd non potuerit Chriſtus orare pro ipſis ſed ſolùm offerre merita per modum ſolutionis, aut gratiarum actionis; at diſplicet tùm hæc exceptio, tùm ratio exceptionis: nec video cur oratio præuiſa futura nequeat impetrare aliquid concedendum, antequam ipſa executioni mandetur) Arriaga *diſp.* 37. *ſect.* 5. Herice *diſp.* 29. *cap.* 3. aliique magis communiter contra Suarez *lib.* 2. *de prædeſtin. cap.* 24. *& tertia parte, tom.* 1. *diſput.* 41. *ſect.* 4. Lugum *prima parte, lib.* 1. *diſp.* 41. *cap.* 3. *num.* 5. Dixi de facto in alia enim rerum ſerie, ſicuti ſupradictum eſt electionem abſolutam hominum prædeſtinatorum ad gloriam potuiſſe non eſſe ex meritis Chriſti præuiſis; ita à fortiori potuit ex iiſdem Chriſti meritis non eſſe electio comparatioa. Vtrùm deinde cum electione abſolutâ ex Chriſti meritis dari poſſit electio comparatiua non ex Chriſti meritis in alia rerum ſerie, ſuſtineri quidem poteſt pars affirmatiua, at non ſine aliquo abuſu huius vocabuli, *Electio*, vt patebit ex inferiori ſecunda probatione aſſerti, quod

Electio efficax etiam comparatiua ad gloriã eſt de facto ex meritis Chriſti.

51.

Probatur primò repetendo ex ſuprà relatis verbis ad *Epheſ.* ly *elegit nos in ipſo* vbi ſicuti vox illa *elegit* exprimit electionem formalem, & abſolutam, ita illa vox *Nos*, determinat deſignatiooem perſonarum, & electionem comparariuam, ergo in ipſo, nimirùm ex Chriſti meritis eſt de facto electio etiam comparatiua. Confirmatur ex Ioann. 6. *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt.* Ioann. 15. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, vbi ſi ſit ſermo de electione ad Apoſtolatum, procedit argumentum à pari, vt ſicut hîc *elegi vos* importat deſignationem perſonarum, ita, & ibi *elegit vos* perſonarum pariter deſignationem importet; clariùs verò deſignationem perſonarum ad gloriam importat ſi ly *elegi* procedat de electione etiam ad gloriam, vt innuit Auguſtinos *lib. de correp. & gratia cap.* 7. dicens: *Cum audimus, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt illos debemus intelligere electos per miſericordiam; illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum Regnum ſuum; illum ad effundendum ſanguinem ſuum.* Confirmator inſuper ex Ioan. 13. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus* Matth. 11. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Matth. 28. *data eſt mihi omnis poteſtas, &c.* Quibus in locis docet Chriſtus ſibi omnia à Patre tradita vtiqoe in ordine ad humanam ſalutem, quæ fuit finis potiſſimus Aduentus Chriſti; at in humana ſalute nihil eſt maioris momenti, quàm electio vnius præ alio, ergo hæc maximè debuit eſſe ſub Chriſti poteſtate, hæc maximè de-

In negotio ſalutis humanæ omnia Pater poſuit ſub Chriſti poteſtate.

buit cadere ſub Chriſti merito, & ſicuti victori eſt exemplum Arriagæ *loco cit. n.48.)* qui plures Prouincias ſuis victoriis comparauerit, non dicitur Imperator tradidiſſe omnia in manus, ſi Imperator ipſe pro ſuo mero beneplacito tales Prouincias diuidat, cui vult. Ita Chriſto, qui ſuis operibus gloriam pluribus promeruit, non rectè diceretur Deus omnia in manus tradidiſſe, ſi ipſe Deus ex ſuo mero be-
52. beneplacito ad gloriam eligeret, quemvellet.

Dices in negotio humanæ ſalutis Patrem omnia dediſſe Chriſto in manus quoad executionem, non quoad intentionem, & electionem ipſam comparatiuam vnius præ aliis; imò hanc proptiè voluntatis arbitrio Deum reſeruaſſe indicat Apoſtolus ad Epheſ. 1. dicens, prædeſtinationem eſſe factam ſecundùm propoſitum, & conſilium voluntatis Dei; & videtur etiam hoc fateri ipſemet Chriſtus Luc. 22. *Ego diſpoſui vobis Regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus.* Matth. 20. *Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Io. 17. *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi, de mundo, tui erant, & mihi eos dediſti* (& Paulò infrà) *Non pro mundo rogo; ſed pro his, quos dediſti mihi quia tui erant.* Quibus in locis Chriſtus teſtatur electos priùs quodammodo fuiſſe à Patre poſſeſſos, & ſibi deindè à Patre datos; quod ægrè verificaretur, ſi electio etiam comparatiua eſſet ex Chriſti meritis, & Chriſtus voluntate humana applicando ſua merita his potiùs, quàm aliis fuiſſet voluntati diuinæ ratio eligendi hos potiùs, quàm illos. Sed contra: In negotio ſalutis electio intentiua vnius præ aliis, non talis electionis executio maioris momenti eſt, valdè igitur impropriè in negotio ſalutis diceretur Pater omnia tradidiſſe Filio in manus ſi ſolùm executionem tradidiſſet, & recurrit hîc ſuperius exemplum Imperatoris, qui valdè impropriè diceretur tradidiſſe in manus victoris omnes Prouincias victoriis comparatas, ſi ſolùm tradidiſſet executionem diuiſionis talium Prouinciarum à ſe proprio beneplacito factæ. Ad verba *Apoſtoli* quibus conſonat illud Matth. 11. *Ita Pater, quia ſic placitum fuit ante te*, dico procedere de voluntate Dei non formaliter deſignatiuâ electorum ſed regulariuâ, ſeu directiuâ deſignationis factæ per voluntatem Chriſti, & ſecundùm eandem volontatem inferius explicandam fuiſſe electos, quodammodo priùs poſſeſſos à Deo, deinde datos Chriſto, vt indicant textos relati ex *Luca, Matthæo, & Ioanne* quamvis poſſint etiam intelligi cum dependentia à meritis ipſius Chriſti, *Ego ſcilicet diſpoſui* &c. *Sicuti diſpoſuit mihi*, ex meis meritis &c. *Tui erant*, ex meis meritis, *& mihi eos dediſti* vel etiam *tui erant* per creationem, *& mihi eos dediſti* per redemptionem, & electionem ad ſalutem.

Non ſolùm quoad electioné executiuam, verùm etiam quoad intentiuam.

53. Probatur ſecundò ſola electio comparatiua attingens, & determinans aliquos præ aliis, eſt electio verè, & proprie; cum electio abſoluta, vt præciſa a comparatiuâ ſit ſolùm abuſiuè, & impropriè electio; ſed dicere, quod Chriſtus meruerit electionem hominum ſolùm abuſiuè, impropriéque acceptam, eſt incongruum dignitati meritorum Chriſti, tum ſuprà relatis locis Scripturæ, ergo dicendum eſt eſſe ex meritis electionem verè, & proprie talem, adeóque electionem non ſolùm abſolutam, verùm etiam comparatiuam. Probatur maior primò ex diſcrimine dilectionis ab electione, quòd illa dicat præcisè velle alicui bonum, iſta velle bonum alicui præ aliis. Secundò electio verè & propriè eſt in qua electo ius acquiritur ad rem, ad quam fit electio; tale autem ius non acquiritur, niſi fiat deſignatio, ac determinatio vnius perſonæ præ aliis. Tertiò miles apud Principem benemeritus offerens merita ſua Principi, vt alicui ex Filiis ex Principis voluntate deſignando dignitatem impertiret, valde impropriè, & abuſiuè diceretur eligere Filium ad dignitatem, ergo.

Electio abſoluta eſt ſolùm impropriè electio.

Electionis à dilectione diuerſitas.

54. Probatur tertiò merita Chriſti fuerunt præuiſa antè electionem hominum, etiam comparatiuam, ergo eſt ex meritis Chriſti electio hominum etiam comparatiua. Antecedens patet, quia electio comparatiua non præceſſit electionem abſolutam, factâ enim electione comparatiuâ electio abſoluta, ſeu vaga ſuperfluit, nec apparet ad quid inſeruiret electio vaga, ad quid prodeſſent merita Chriſti, ſi ante electionem vagam, & præuiſionem meritorum Chriſti, Deus ex ſuo mero beneplacito elegiſſet efficaciter ad gloriam determinatè, & in particulari hos potiùs homines, quàm illos. Conſequentia probatur, quia & merita Chriſti ſunt efficacis valoris ad electionem etiam comparatiuam, & Deus poteſt moueri ex meritis ad electionem etiam comparatiuam, ergo ſi Chriſti merita fuerunt præuiſa &c. electio etiam comparatiua &c.

55. Dices, merita Chriſti fuiſſe quidem præuiſa ante electionem etiam comparatiuam, fuiſse tamen à Chriſto applicata ad obtinendam electionem ſolùm abſolutam, non ad obtinendam electionem comparatiuam, idque quia Chriſtus, vt homo ſequebatur in omnibus voluntatem Patris, vnde dixit Matth. 26. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Luc. 22. *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Debuit igitur Patris voluntatem maximè ſequi in re prorsùs maxima, qualis eſt electio ad gloriam aliquorum præ aliis; imò ex ipſa natura rei inueriſimile eſt profundiſſimum myſterium talis electionis initium ſortiri à voluntate humana Chriſti, potiùs, quàm à voluntate diuina. Sed contra: Chriſtum ſpecialiter applicuiſſe

Digitized by Google

Chriſtus applicuit ſua merita pro obtinenda electione ad gloriam etiã comparatiuã.

plicuiſſe merita ad obtinendam electionem etiam comparatiuam ſuadent orationes; quas Chriſtus ſpecialiter fudit pro electis ad gloriam Ioan. 17. *Non pro mundo rogo ſed pro his, quos dediſti mihi* Luc. 22. *ego rogaui pro te* (ſermo eſt de Petro) *vt non deficiat fides tua.* Ad rationem allatam in oppoſitum dico reſpectu electionis comparatiuæ, ſeu materialis deſignationis hominum prædeſtinatorum ad gloriam duplicem in Deo voluntatem diſtingui poſſe alteram, quæ ſit electio formaliter, & expreſsè: alteram, quæ ſit electio radicaliter ſolùm, & directiuè, ſeu regulatiuè. Illa eſt actus, quo Deus formaliter eligit hos potiùs, quàm illos. Iſta eſt actus, quo nondum eligit, diſponit tamen motiua eligendi hos potiùs, quàm illos, & inter alia motiua diſponit voluntatem Chriſti ad applicanda merita pro his potiùs, quàm pro illis, ſicque ex vna parte ſaluatur quomodo electio comparatiua, vt eſt formaliter, & expreſsè electio, ſit ex meritis Chriſti; ex alia parte ita ponitur voluntas diuina acquieſcens humanæ, & ſequens humanam in formali electione, vt tamen ipſa voluntas humana habeat pro regula diuinam voluntatem, vt dirigentem, licèt non vt formaliter eligentem, ſicque in electione radicali voluntas humana ſequatur diuinam, & primum initium electionis comparatiuæ in voluntatem diuinam reſoluatur, non in humanam. Neque dicas hoc modo etiam electionem abſolutam vltimò reſolui in diuinam voluntatem, cum voluntas humana Chriſti, etiam vt applicans merita pro obtinendâ electione abſolutâ, reguletur à voluntate diuina. Contra enim: Libenter concedo illationem, ex qua nihil aliud ſequitur præter illud ipſum, quod intendo, vtramque ſcilicet electionem comparatiuam, & abſolutam, eſſe eodem modo ex meritis Chriſti, vtramque pendere eodem modo à voluntate Dei.

Volũtas Dei electiua ad gloriam, alia eſt electiua formaliter, alia radicaliter.

Voluntas Dei radicaliter electiua eſt primum initium electionis comparatiuæ.

Imò etiam abſolutæ.

56. Dubitatur hîc vtrùm Chriſtus applicauerit ſua merita ad electionem comparatiuam excludendo poſitiuè alios, adeò vt dixerit quodammodo Patri. Volo, quod ex meis meritis hos ſolùm eligas, & alios volo, quod non eligas, ſed excludas; An verò circa alios negatiuè ſe habendo, adeò vt dixerit quodammodo volo, quòd ex meis meritis hos eligas, pro aliorum electione mea merita non offero; at nec offero pro ipſorum non electione, nec intendo non electionem eorundem, quin potiùs, quantùm eſt ex me vellem aliorum etiam electionem. Reſpondetur non repugnare quidẽ in alia rerum ſerie applicationẽ primo modo factã, ſicuti enim abſque detrimento bonitatis, aut alterius perfectionis poteſt Deus ex ſe velle poſitiuam excluſionem (non loquor de excluſione pœnali) aliquorum à gloria, ita potuit eandem poſitiuam excluſionem ex ſe velle Chriſtus Dominus, & pro ipsâ obtinendâ ſua merita applicare. Nihilominùs omninò dicendum eſt Chriſtum de facto merita ſua ſecundo modo applicaſſe, eſt quippè ſecundus modus conformior muneri, quo Chriſtus functus eſt,

Chriſtus nõ applicauit ſua merita pro excluſione alicuius à gloria.

mediatoris ſcilicet, & ſaluatoris, eſt item congruentior fini propter quem Chriſtus Dominus ſe in mundum veniſſe profitetur Ioan. 10. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.* Muneri autem ſaluatoris, & fini præbendi vitam abundantiorem parum conſonat velle ex ſe aliquos à ſalute, & vitâ poſitiuè excludere, nec non etiam pro tali excluſione propria merita applicare. Accedit quod hoc aſſerendo æquè ſaluaretur Chriſtum pro omnibus omninò hominibus mortuum eſſe, non pro ſalute dumtaxat Prædeſtinatorum, cuius oppoſitum expreſsè damnatur in cenſurâ quinque propoſitionum ſub Innocentio X.

CAPVT IV.

De cauſis Prædeſtinationis quoad ipſius effectus.

RECOLO ex initio capitis præcedentis non inquiri hîc aliam cauſam effectuum prædeſtinationis, quàm moralem, meritoriam nimirum, aut impetratoriam; & comparandos eſſe tales effectus, tum ad merita prædeſtinati, tum ad merita alterius puri hominis à prædeſtinato, tum ad merita Chriſti Domini. Suppono ex capite ſequenti effectus prædeſtinationis reduci potiſſimùm ad duas claſſes, quarum altera continet dona ſupernaturalia, altera continet dona naturalia, quia tamen dona naturalia ſunt effectus prædeſtinationis minùs præcipui, remoti, inferiorisque ordinis, & ferè ex eo, quod præcisè aſſignentur, facillimum eſt diiudicare de ipſorum cauſis, ſolùm agemus in præſenti de cauſis moralibus prædeſtinationis quoad ipſius effectus ſupernaturales, qui tres ſolent recenſeri, nimirum Vocatio, Iuſtificatio, Glorificatio. Ex his tribus ſupernaturalibus effectibus primus totam propemodum ad ſe controuerſiam vocat, nam cum primus non ſit propriè effectus prædeſtinationis, niſi quatenùs ſecundum & tertium infert, ac quodammodo cauſat; cauſa moralis primi effectus erit etiam moralis cauſa cæterorum ob communem illam regulam. *Quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati:* propterea reſpectu prædeſtinationis non multùm differunt quærere cauſam omnium effectuum ipſius, ac quærere cauſam primi effectus, hâc ſolâ diſcuſsâ, ſi quoad aliorum effectuum moralem cauſam aliquid ſupererit diſcutiendum in calce capitis nullo negotio expedietur. Aggrediens igitur explicare cauſam moralem illius primi effectus præmitto, latè hîc ſumi nomen cauſæ moralis, prout ſcilicet importat cauſam non ſolùm meritoriam de condigno, aut etiam de congruo, ſed inſuper prout importat cauſam diſpoſitiuam, & occaſionalem, ſeu diſpoſitionem, occaſionem, aut quamcumque aliam rationem per ſe conducentem ad poſitionem effectus. Præmitto vlterius circa

Cauſa moralis latè ſumitur in præſenti.

cauſam moralem, quæ poteſt ſe tenere ex parte ipſius prædeſtinati diſſidium eſſe tum Catholicorum cum Hæreticis, tum Catholicorum inter ſe, & vt certiora à minus certis ſecernamus, ea in primis attingemus, in quibus Catholici non inter ſe, ſed cum Hæreticis ſolùm diſſident. Neque in his erit multùm immorandum, præſertim ea ex parte, qua docent Hæretici gratiam dari propter opera naturalia: habet quippè hic error proprium locum impugnationis in libris de gratia, nequit tamen hîc omninò diſſimulari, quin ſimul cum reliquis erroribus ad hanc materiam pertinentibus, & refundentibus in aliquid purè naturale cauſam aut totius prædeſtinationis, aut primi effectus ipſius recenſeatur, & breuiter refellatur. Ideò ſit

§. I.

Recenſentur varij errores Hæreticorum circa cauſam moralem aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte prædeſtinati?

2. Error Manichæorum, & Priſcillianiſtarum.

ASSERTVM I. Cauſa moralis omnium, aut primi effectus prædeſtinationis non ſunt actus in prædeſtinato prouenientes ex diuerſo corporis temperamento, & varia habitudine ad cœleſtes conſtellationes. Eſt veritas fidei contra errorem Manichæorum, & Priſcillianiſtarum. Manichæos impugnat Auguſtinus *lib. 1. ad Simplicianum qu. 2. &* Hieronymus *Epiſtola* 8. Priſcillianiſtas confutat Leo *epiſt. 91. cap. 11.* & Gregorius *homil.* 10.

Probatur ex Scriptura Ierem. 10. *A ſignis Cæli nolite timere.* Rom. 9. *Sed & Rebeca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri: Quum enim nondum nati fuiſſent*, &c. Quomodo autem fratribus ſimul conceptis, ſimulque in lucem editis, poſſunt correſpondere diuerſæ conſtellationes, ex quibus varia adeò temperamenta, variique actus proueniant, vt in vno ex fratribus cauſa ſint prædeſtinationis, non in altero. Confirmatur ex eo, quod relatus Manichæorum, & Priſcillianiſtarum error alia plura fidei dogmata euertit, inducit ſcilicet fatalem neceſſitatem arbitrij, euacuat omne meritum bonorum operum, ſubijcit hominem creaturis propter ipſum hominem factis, vt enim ait D. Gregorius *loc. cit. Non propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter hominem factæ ſunt; & ſi ſtella fatum hominis dicitur, ipſis ſuis miniſterijs ſubeſſe homo perhibetur.*

3. Error Origenis.

ASSERTVM II. Cauſa moralis, aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis, non ſunt merita, ſeu bona opera antecedentia vnionem animæ ad corpus prædeſtinati. Eſt veritas fidei contra errorum *Origenis*, aut ſaltem *Origenis* libris ab eius æmulis inſpectum, vt exiſtimarunt nonnulli apud Herinex *diſp. 8. q. 5. n. 42.* Hunc errorem impugnant Epiphanius *in epiſt. ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum*, Hieronymus *Epiſt. 8. præcit.* Item *epiſt. 150. nec non etiam in apologia aduersùs Ruſinum, & alibi.*

Probatur ex Scriptura Rom. 8. *Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali.* Vbi ly *aut aliquid boni egiſſent*, excludit quæcumque bona opera, etiam antecedentia naſcentiam, ſeu vnionem animæ ad corpus 2. Cor. *Vt referat vnuſquiſque propria Corporis, prout geſſit*, vbi ly *propria corporis*, indicat ſola opera geſta in corpore conducere ad gloriam, & malè ſupponi alia opera geſta ante vnionem animæ ad corpus. Confirmatur ex eo: quod doctrina contenta in *Origenis operibus lib. 1. Periarcon cap. 7. & alibi*, de exiſtentia animarum ante vnionem ad corpora, adeò vt ratione bonorum, vel malorum operum, aut corporibus electorum infundantur, aut detrudantur in corpora reproborum eſt error damnatus in Concilio Lateranenſi *ſeſſ. 8.* & in Concilio Brachatenſi 1. *cap. 6.* Iure propterea ait: D. Leo *Epiſtola decretali 93. cap. 10. Catholica Fides conſtanter prædicat, atque veraciter credit, quod animæ hominum priuſquam ſuis inſpirentur corporibus, non fuere.*

ASSERTVM III. Cauſa moralis omnium, aut primi effectus prædeſtinationis, non ſunt merita naturalia, ſeu opera bona elicita viribus naturæ. Maximè verò reſpectu prædeſtinationis paruulorum decedentium ante vſum rationis non ſunt eadem opera naturalia conditionata, quæ ſcilicet feciſſent huiuſmodi paruuli, ſi perueniſſent ad vſum rationis. Eſt veritas Fidei contra *Pelagium, Cæleſtinum*, & alios Pelagianorum nomine nuncupatos, contra quos plures de prædeſtinatione, & gratia libros conſcripſerunt *Auguſtinus, Hieronymus, Bernardus, &c.* Error Pelagij, & Pelagianorum.

Probatur Scriptura Rom. 9. *Non ex operibus, ſed ex vocante*, &c. Rom. 11. *Quis prior dedit ei, & retribuetur* 1. Cor. 4. *Quis enim te diſcernit* 2. Cor. 10. *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Quæ omnia eſſent apertiſſimè falſa, ſi homo operationibus per proprias naturæ vires præſtitis mereretur omnes effectus ſuæ prædeſtinationis. Confirmatur ex Conciliis Paleſtino, Mileuitano, Arauſicano II. *Canon.* 4. & ſequentibus Tridentino *ſeſſ. 6. cap. 5.* in quibus definitur neceſſitas gratiæ ad iuſtificationem, & quodlibet opus ſalutare, vt latè traditur in libris de gratia. 4.

Probatur ſpecialiter, quod merita conditionatè præuiſa non ſint cauſa moralis effectuum prædeſtinationis in paruulis ex 2. Cor. 5. *Vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit*, vbi non additur, vt notat Auguſtinus *de prædeſtinatione SS. cap. 12. Vel geſſiſſet*, quod debuiſſet addi, ſi non ſolùm pro geſtis, verùm etiam pro gerendis gloriæ præmium tribueretur. Sap. 4. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius*, vbi pro beneficio recenſetur mors anticipata impeditiua peccatorum, quæ quis commiſiſſet, ni fuiſſet morte præreptus, at ſi peccata conditionatè præuiſa punirentur, huiuſmodi mors anticipata nullã 5.

habeset

Digitized by Google

habere t rationem beneficij, ergo. Confirmatur *ex cap ſuperiori* 9.4. vbi probatur obiter merito ſolùm conditionato non poſſe dari aliquid vt præmium, & coronam.

6. Error Caſſiani, & Semi-Pelagianorum.

ASSERTVM IV. Cauſa moralis omnium, aut primi effectus prædeſtinationis non eſt initium aliquod ſalutis, quod ponatur viribus naturæ, & conſiſtat in naturali quodam conatu voluntatis, vi cuius eliciatur fidei actus, aut ſaltem pius affectus credendi, & huius intuitu deinde Deus concedat dona gratiæ ad obſeruationem mandatorum, iuſtificationem, & ſalutem. Eſt veritas fidei contra *Caſſianum, & Maſſilienſes Semi-Pelagianorum.* nomine nuncupatos, quos validiſſimè impugnant Proſper, Hilarius, & Auguſtinus multis in locis, ſpecialiter verò toto *libro de prædeſtinatione SS.* vbi *Maſſilienſium* errorem eò efficaciùs confutat, quò excuſabiliùs eidem aliquando adhæſerat *in expoſitione quarumdam propoſitionum Epiſtolæ ad Romanos propoſitione* 60.

Probatur ex Scriptura 1. Cor. 7. *Tanquam miſericordiam conſecutus, vt ſim fidelis.* 2. Cor. 3. *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis* Philip. 1. *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis &c.* Quibus & ſimilibus locis omninò euincitur viribus gratiæ non naturæ haberi à nobis fidem, aut fidei initium. Nec minùs clarè aliis in locis traditur iiſdem gratiæ viribus tribuendum eſſe quodcumque aliud bonum opus, quodcumque initium ſalutis, nec ſalutem incipere à nobis Deum quærentibus, ſed à Deo nos vocante. Philip. 1. *Qui capit in vobis opus bonum perficiet.* Philip. 2. *Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate.* Iſa. 65. *Inuentus ſum à non quærentibus me.* Luc. 19. *Venit filius hominis quærere &c.* Verùm hæc fuſiùs proſequi non eſt præſentis inſtituti; cum proprium locum habeant in libris de gratia, & hîc non tractentur, niſi à valdè paucis, inter quos ſunt Lugus *lib. 1. diſp.* 40. *cap.* 2. Hurtinck *diſp.* 8. *quæſt.* 5.

7. Errori Semi-Pelagianorum ſub diuerſis terminis fauent nonnulli magnæ Theologi notæ.

Ex quatuor relatis erroribus tres priores ab omnibus Scholaſticis re æquè ac verbis prorſus reiiciuntur. Quartus verbis quidem ab omnibus reiicitur, re ipsâ tamen non adeò ſincerè reprobatur; quin ſub diuerſis terminis in ipſum aliqualiter relabantur, aut ſaltem ipſi plurimùm faueant, nonnulli etiam magnæ notæ Theologi, vt Scotus *in* 4. *diſt.* 14. *quæſt.* 2. §. *Primo modo ſufficit*, docens ex naturalibus cum communi influentia haberi poſſe deteſtationem peccati, quæ ſi continuetur ſit diſpoſitio prævia ad iuſtificationem. Richardus *in* 1. *diſtinct.* 41. *articulo* 1. *quæſtione* 2. Sotus *lib.* 2. *de natura, & gratia, cap.* 3. dum docent opera moraliter bona naturæ viribus elicita eſſe diſpoſitiones licet nec proximas, nec ſufficientes; remotas tamen & aliquo modo conducentes ad gratiam Vega *lib.* 6. *in Trid. cap.* 17. *& lib.* 13. *cap.* 25. dum docet ſine fide ſupernaturali, & per ſolum dolorem peccatorum, quatenùs ſunt contra rationem naturalem poſſe hominem in caſu ignorantiæ iuſtificari, & ſaluari. Driedo *opuſc. de conc. lib. arb. & prædeſt.* 2. *parte, cap. vlt.* Richardus *articul.* 7. §. *Doctores autem Scholaſtici.* Aliique nonnulli apud Vaſquium *prima parte, diſputatione* 91. *cap.* 10. docentes propoſitionem illam, *facienti quod eſt in ſe Deus non denegat gratiam*, procedere de faciente quod eſt in ſe viribus naturæ. Nec ſatis à ſuſpicione fauendi Semi-Pelagianis ſe eximit Molina *in concord. diſputat.* 10. intelligens propoſitionem illam de faciente quod eſt in ſe viribus naturæ, ita tamen vt ſic facienti gratia detur non ratione alicuius meriti, vel motiui in opere relucentis; ſed ratione pacti à Deo cum Chriſto initi de danda infallibiliter gratia cuicumque facienti, quod eſt in ſe, ſeu conanti ex ſe ad gratiam. Non item ſatis ſe eximit Vaſquez, qui licèt *cap.* 10. *præcit.* ſe præbeat maximè aduerſum ſemi-Pelagianis, tamen *cap.* 2. *diſput.* 190. *cap.* 11. *num.* 115. *& cap.* 12. *numero* 135. docens opera bona moralia ordinis naturalis, & antecedentia fidem, dummodo ſint per Chriſtum, ſeu ex auxilio Chriſti conferre ad iuſtificationem, & fidem ſenſit facienti quod eſt in ſe ex auxilio Chriſti Deum gratiam non denegare, etiamſi tale auxilium ſit naturale & naturale ſit opus, quod ex ipſo fit.

Facienti quod eſt in ſe ex viribus naturæ, gratiam non denegari fauet Semi-Pelagianis.

8. Etiamſi dicatur id procedere ſuppoſito pacto inito cum Chriſto.

Non ſatis ſe eximit *Molina*, quia homo ex propriis viribus inciperet implere pactũ, vi cuius deberet gratia concedi, qui autem incipit implere pactum ponit aliquod initium eius, quod ſequitur ex pacto, ergo iuxta *Molinam* ſuppoſito illo pacto homo propriis naturæ viribus ponit initium aliquod gratiæ, & ſalutis, quod eſt adſtipulari Semi-Pelagianis. Aliunde etiam diſplicet doctrina *Molinæ*, quia gratis aſſeritur pactum aliquod à Deo factum, niſi ſit ab ipſo Deo reuelatum, non conſtat autem vbi reuelatum ſit pactum de danda gratia &c. Nec fauent *Molinæ* verba, quæ adducit ex Io. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, neque enim ſacer textus indicat talem poteſtatem dari operanti ex viribus naturæ, quin potiùs verbis ſubſequentibus, *his, qui credunt in nomine eius &c.* exprimit poteſtatẽ illam dari operãtibus ex fide, adeóque ex viribus gratiæ.

9. Aut ſuppoſito auxilio dato per Chriſtum.

Non ſatis ſe eximit Vaſquez, quia Semi-Pelagianorum ſcopus eſt inducere initium fidei, & ſalutis ex viribus naturæ, ſeu per conatum merè naturalem; & parùm ipſis intereſt auxilium naturale, quo Deus ad talem conatum concurrit, dari, aut non dari per Chriſtum. Deinde *Sancti Patres, & Concilia* contra Semi-Pelagianos abſolutè tradunt opera merè naturalia non conferre gratiam, nec excipiunt opera naturalia facta ex auxilio dato per Chriſtum, abſolutè tradunt fidem eſſe initium ſalutis, & radicem omnis iuſtificationis; abſolutè negant dari initium ſalutis, & iuſtificationis antecedens fidem, nec excipiunt opera naturalia fidem antecedentia, quæ ſint ex auxilio naturali dato per Chriſtum: & hîc obiter poſſunt *Sancti Patres, & Concilia*, dum non exci-

piont opera facta ex ſuppoſitione pacti cum Chriſto ioiti, vrgeri contra *Molinam* mox breuiter confutatom, latiùs verò ſimul cum *Vaſquio* impugnato à Io. à S. Thoma 1. *parte*, *quæſt*. 23. *diſputat*. 8. *artic*. 5. *numero* 11. *& ſequentibus*, *item* 1. 2. *diſput*. 25. *art*. 2. & ab Aluarez *de auxiliis*, *lib*. 7. *diſputat*. 56.

10. Faciēti quod eſt in ſe Deus non denegat gratiā, quomodo verificetur.

Ex his habes ptopoſitionem illam *facienti quod eſt in ſe Deus non denegat gratiam* ſi per ly *facienti quod eſt in ſe* iotelligatur importari diſpoſitio aliqua, aut congtuitas poſitiua in ordine ad gratiam, quam Deus noo denegat, non poſſe verificari de homine faciente qood eſt in ſe ex viribus naturæ, ſed ſolùm de faciente, quod eſt io ſe, ex viribus gratiæ, ſeu ex Dei motione, & intentione Dei mouentis, vt loqoitur D. Thomas 1. 2. *quæſt*. 112. *art*. 3. *in C.* Nec poteſt aliter vetificari, cum enim homo in ordine ad gratiam nihil omninò poſſit pet vires naturæ facere nunquam rectè dicitur facere, quod eſt in ſe, vt tradit idem S. Doctor 1. 2. *quæſt*. 109. *artic*. 6. *ad* 2. *Homo nihil poteſt facere, niſi à Deo moueatur ſecundùm illud* Io. 15. *Sine me nihil poteſtis facere, & ideò, cum dicitur homo facere quod in ſe eſt, dicitur hoc eſt in poteſtate hominis ſecundùm quod eſt motus à Deo.* Dixi ſi per ly *facienti quod eſt in ſe* intelligatur importari diſpoſitio aliqua, aot congruitas poſitiua, nam ſi intelligator importari diſpoſitio aliqua, aut congruitas negatiua verificatur etiam de faciente quod eſt in ſe ex viribus oaturæ, quatenùs faciens booa opera motalia ex viribus naturæ manet non impeditus ad gratiam, ſeu non ponit impedimentum gratiæ, quæ non poſitiò impedimenti rectè dicitur congruitas negatiua ad gratiam, & hanc congruitatem ad gratiam admittit etiam Io. à S. Thoma *loco ſuprà cit. ex* 1. *parte*, *n*. 25. vbi ex hoc capite explicat in ordine ad gratiam recipiendam bene vtentes viribus naturæ eſſe melioris conditionis, quàm malè vteotes. Eandem congtuitatem negatiuam admittit *Suarez* ſimpliciter negans iuxta relatam doctrinam *D. Thomæ* omnem congtuitatem poſitioam *in opuſc. lib*. 3. *de auxiliis*, *cap*. 2. *n*. 6. vbi notat propoſitionem illam *facienti quod eſt in ſe Deus non denegat gratiam*, explicatam negatiuè, ſeu de congruitate negatiua coincidere vel illa alterâ, quam confirmat Trid. *ſeſſ*. 6. *cap*. 11. *&* 13. *Deus neminem deſerit, niſi priùs deſeratur ab ipſo*.

In aliquo ſenſu coincidit cum illa alia propoſitione, *Deus non deſerit, niſi deſeratur*.

11. Hac ratione intelligendo propoſitionem illam *facienti quod eſt in ſe &c.* omnis eluditur ſuſpicio Semi-Pelagianiſmi, & abſolotiſſimè negatur operi cuicumque merè natorali omnis ratio meriti etiam congrui, impetrationis, diſpoſitionis etiam aut remotæ, aot non neceſſariæ ad gratiam; quod nec ita facilè, nec ita abſolutè negari poteſt à *Molina*, & *Vaſquio*, oec ipſorum expoſitiones adeò recedunt à Semi-Pelagianiſmo, ſicuti recedit ea, quam ex *D. Thoma* retulimus: At noo propterea ſentio ſub cenſura cadere expoſitiones *Molinæ*, & *Vaſquij*, cum ex ipſis non ſeqoatur euidenter aliquid Semi-Pelagianom, pro quo videri poteſt Lugus *prima parte*, *lib*. 1. *diſputat*. 40. *cap*. 8. vbi de propoſitione illâ *facienti quod eſt in ſe &c.* agit latiſſimè, & *Vaſquij* expoſitionem propugnat, expoſitionem verò *Molinæ* licet abſolotè non amplectatur, abſolutè vindicat ab omni labe Semi-Pelagianiſmi. Propugnat inquam expoſitionem *Vaſquij* ſaltem qnoad ſubſtantiam, quateoùs docet facienti quod eſt in ſe ex auxilio gratiæ natoralis Deum gratiam non denegare, quamvis deinde *numero* 32. *citati capitis* indicet facienti quod eſt in ſe ex auxilio gratiæ naturalis ponere potiùs præparationem, qoàm meritom ad gratiam ſupernaturalem; Vaſquez verò *citat. numero* 115. expreſsè tradat bona opera facta ex auxilio gratiæ naturalis merito ſuo conducere ad gratiam ſopernaturalem, ſeu ad gratiam iuſtificationis.

---

§. II.

Improbantur aliqui alij modi aſſignandi cauſam moralem, aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte prædeſtinati?

ASSERTVM I. Non rectè aſſignatur caoſa moralis omnium effectuum prædeſtinationis ex eo, quod prima gratia non ſit prædeſtinationis effectus, ſicqoe opera meritoria procedentia à prima gratia ſint cauſa moralis omnium effectuum prædeſtioationis, licet ooo poſſint eſſe cauſa moralis ipſius primæ gratiæ. Ita Theologi communiter contra Gabrielem *in* 1. *diſtinct*. 4. *quæſt. vnica*, affirmantem ſolam gloriam eſſe propriè effectum prædeſtinationis. Item contra nonnullos ſuppreſſo nomine relatos à Lugo *prima parte*, *lib*. 1. *diſputatione* 40. *capite* 4. *numero* 1. ſpecialiter excludentibus ab effectibus prædeſtinationis vocationem, & primam gratiam eo, quod ſit communis reprobis, non propria prædeſtinatorum. 12.

12. Non debet excludi prima gratia ab effectibus prædeſtinationis, vt aſſignetur omnium prædeſtinationis effectuum moralis cauſa.

Probatur aſſertom tum ex definitione prouidentiæ, tum ex definitione prædeſtinationis, cum enim vtraque definitio importet diſpoſitiooem, ſeu præparationem mediorum iu finem, conſequens eſt prædeſtinationem tum ex geoere ſoo, quateoùs eſt prouidentia; tum ex propria ratione formali, quateoùs eſt prædeſtinatio, habere pto effectu media, quibus prædeſtinatus finem conſequitur, adeóque primam gratiam, ſicuti recenſetur inter media, qoibus prædeſtinatus finem cooſeqoitur, ita etiam eſſe recenſendam inter effectus prædeſtinationis, & gloriam, cum ſit præcisè finis; non poſſe eſſe ipſam ſolam

ſolum prædeſtinationis effectum, alioqui exerceretur prædeſtinatio ſolùm circa finem, non circa media, ergo non rectè aſſignatur cauſa moralis omnium effectuum prædeſtinationis, ex eo, quòd prima gratia, &c. Confirmatur *ex c. ſequenti* §. 4. in quo poſitiuè probabitur primam gratiam, & vocationem eſſe effectum prædeſtinationis, & ibidem explicabitur, quomodo talis prima gratia non ſit communis reprobis, vt aduerſarij malè ſuppunuot.

13. Bonus vſus, quo liberum arbitrium cooperatur gratiæ non eſt cauſa, ſine qua non omnium effectuũ prædeſtinationis.

Assertvm II. Bonus vſus, quo liberum arbitrium gratiæ cooperatur, etiam ſi ſpectetur eâ præciſâ ratione, quâ ab arbitrio creato pendet, non eſt cauſa ſine qua non omnium effectuum prædeſtinationis, nec eſt conditio ex parte adultorum tanquam congruitas quædam, quare prædeſtinatis potiùs, quàm non prædeſtinatis fuerit effectus totus prædeſtinationis à Deo exoptatus. Eſt contra Henricum *quodlib.* 4. *quæſt.* 19. *&* *quodl.*8.*quæſt.*5. Bartholomæum Camerarium *in Dialoge Catholico cap.*4. §. 1. Ioannem à Bononia *in Opuſc. de prædeſtinatione.*

Probatur, bonus vſus, quo liberum arbitrium, &c. vel dicitur cauſa ſine qua non omnium effectuum prædeſtinationis præcisè ex eo, quòd nequeat poni omnes effectus prædeſtinationis, quin ponatur talis bonus vſus; vel dicitur cauſa ſine qua non, &c. ex eo, quòd verè aliquo modo antecedat omnes effectus prædeſtinationis, & ad hos omnes ponendos aliquo modo Deum moueat: ſed primum non eſt ad rem, ſecundum eſt omninò falſum; ergo bonus vſus, quo liberum arbitrium gratiæ cooperatur, etiamſi ſpectetur, &c. Probatur minor quoad primam partem, quia nemo negat non poſſe poni effectus prædeſtinationis ſine cooperatione liberi arbitrij. Non eſt igitur ad rem ex hoc capite vocare talem cooperationem cauſam omnium effectuum prædeſtinationis, cum præſertim eſſe id, ſine quo aliud poni non poteſt, poſſit conuenire æquè effectui, ac cauſæ; rectè enim dicitur non poſſe ignem calefacere, niſi ponatur calor, nec tamen, niſi impropriiſſimè, diceretur calorem productum eſſe cauſam ſine qua non calefactionis, ergo ponere in primo ſenſu bonum vſum, quo liberum arbitrium, &c. eſſe cauſam ſine qua non omnium effectuum prædeſtinationis eſt locutio impropria, & non ad rem. Probatur minor quoad ſecundam partem: Bonus vſus, quo liberum arbitrium gratiæ cooperatur, etiam ſpectatus eâ præciſâ ratione, quâ ab arbitrio creato pendet, non antecedit aliquo modo primam gratiam, ergo non antecedit aliquo modo omnes effectos prædeſtinationis. Antecedens probatur: Talis bonus vſus etiam eâ præciſâ ratione, quâ pendet ab arbitrio creato, eo ipſo, quod pendet ab arbitrio cooperante gratiæ ſubſequitur ad gratiam, hæc enim non ſolùm eſt cooperans, ſed etiam eſt præueniens, præmouens, prædeterminans arbitrium; adeóque ſub hac ratione ipſamet arbitrij cooperatio, ſeu bonus vſus arbitrij cooperantis eo ipſo, quod pendet ab arbitrio cooperante gratiæ, ſubſequitur ad gratiam, vt magis tradetur *cap. ſequenti* §. 5.

14. Merita ſubſequentia gratiam non ſunt cauſa moralis ipſius gratiæ.

Assertvm III. Non rectè aſſignantur pro cauſa morali omnium effectuum prædeſtinationis merita ſubſequentia gratiam, quæ ab æterno abſolutè præuiſa Deum moueant ad executionem tùm primæ gratiæ, tùm omnium effectuum prædeſtinationis. Dixi abſolutè præuiſa, nam merita conditionatè præuiſa non poſſe habere rationem cauſæ moralis probatum eſt *cap. ſuperiori* §. 4. *&* §. *antecedente aſſert.* 3. vbi licet ſpecialiter ſermo ſit de meritis naturalibus, argumenta tamen, quæ afferuntur; de meritis ſupernaturalibus, æquè ac de naturalibus procedunt. Hoc aſſertum eſt communiſſimum, & vix reperitur qui expreſsè oppoſitum doceat. Tribuitur quidem ſententia oppoſita Alenſi *prima parte, quæſt* 28. *membr.* 3. *art.* 3. & notat Vaſquez *prima parte, diſp.*91. *cap.* 6. *num.* 3. eundem Alenſem quoad hoc punctum 3. *p. quæſt.* 69. *membr.* 5. *art.* 2. §. 3. apertè reuocaſſe, quod *prima parte*, tradiderat: Tribuitur etiam Magiſtro *in primo diſt.* 5. *cap. vltimo* Antiſiodorenſi *lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 7. aliiſque nonnullis docentibus Angelos fuiſſe creatos in beatitudine, & hanc meruiſſe per opera ipſam ſubſequentia. At vt rectè etiam notat Vaſquez *loco citato*, hi Doctores quamvis conceſſerint beatitudinem dari propter opera ſequentia, nullibi tamen expreſſerunt ſe idem ſentire, & in re fortè non idem ſenſerunt de gratia. Iure propterea D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 23. *articul. quinto*, Durandus *in primo diſtinction.* 41. *quæſtion. ſecunda*, aliique magis communiter huiuſmodi ſententiam referunt ſuppreſſo Auctorum nomine, & contra ipſam, cuiuſcumque auctoris ſit, Aſſertum

15. Probatur primò: Merita ſubſequentia gratiam ab æterno abſolutè præuiſa nequeunt eſſe cauſa moralis gratiæ, quam ſubſequuntur; ſed talis prima gratia, quam ſubſequuntur eſt effectus prædeſtinationis, ergo non rectè aſſignantur pro cauſa morali omnium effectuum prædeſtinationis merita ſubſequentia, &c. Minor ſupponitur ex capite ſequenti; Maior probatur. Merita ſubſequentia gratiam, de quibus in præſenti, ſunt ſubſequentia gratiam non ſolum ordine temporis, verùm etiam ordine cauſalitatis: at merita ſubſequentia gratiam ordine cauſalitatis nequeunt eſſe cauſa moralis gratiæ, quam ſubſequuntur, alioqui à gratia cauſarentur, quatenus ipſam ſubſequerentur ordine cauſalitatis; & gratiam cauſarent, quatenùs eſſent cauſa moralis ipſius, ſicque induceretur mutua cauſalitas, & principium meriti caderet ſub merito, cuius eſt principium: repugnat autem tum principium meriti cadere ſub merito, vt ſuppono ex libris de gratia; tum mutua

cauſalitas

Digitized by Google

cauſalitas ſiue in eodem, ſiue in diuerſo genere cauſæ, vt ſuppono ex phyſicis. Dixi merita ſubſequentia gratiam, de quibus in præſenti, eſſe ſubſequentia gratiam non ſolùm ordine temporis, verùm etiam ordine cauſalitatis, & ratio eſt, quia niſi talia merita ſubſequerentur gratiam ordine cauſalitatis eſſent merita purè naturalia; aſſignare autem merita purè naturalia pro cauſa morali gratiæ non eſt ſententia, quam impugnamus in præſenti, ſed eſt error Pelagij *aſſerto* 1. *ſuperioris* §. reprobatus. Et hinc duo obiter infero. Primum eſt malè à nonnullis in probationem poſiti aſſerti afferri verba illa Pauli Rom. 11. *Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia*, quæ verba, cum debeant intelligi de operibus naturalibus non procedentibus ex gratia, & eſſe ex operibus procedentibus à gratia non impedire rationem gratiæ euincatur ex ſecunda gratia, quæ verè eſt gratia, & tamen eſt ex operibus; malè vtique afferuntur in præſenti ad probandum primam gratiam non eſſe ex operibus ab ipſamet prima gratia procedentibus. Secundum eſt diuerſam eſſe rationem de meritis Chriſti comparatis ad gratiam antiquorum Patrum, & de meritis prædeſtinati comparatis ad ipſius primam gratiam. Merita enim Chriſti ſubſequuntur gratiam antiquorum Patrum ſolùm ordine temporis, non ordine cauſalitatis; ſicuti tamen merita prædeſtinati ſubſequuntur primam gratiam ipſius, ideò ex eo, quòd gratia antiquorum Patrum potuerit cadere ſub meritis ſubſequentibus Chriſti Domini, non rectè arguitur primam gratiam in prædeſtinato poſſe cadere ſub meritis ſubſequentibus ipſius prædeſtinati.

Sermo eſt de meritis ſubſequentibus non ſolùm ordine temporis, verùm etiam ordine cauſalitatis.

Gratiam nõ eſſe ex operibus verificatur de operibus naturalibus, non de ſupernaturalibus.

16. Probatur ſecundò. Merita ab æterno abſolutè præuiſa nequeunt mouere, vt cauſa moralis, niſi ſint præuiſa in executione: at vt præuiſa in executione nequeunt mouere ad executionem primæ gratiæ merita ſubſequentia gratiam: ergo merita ſubſequentia gratiam ab æterno abſolutè præuiſa nequeunt Deum mouere ad executionem primæ gratiæ, & conſequenter non rectè aſſignantur pro cauſa morali omnium effectuum prædeſtinationis, &c. Minor probatur: Merita ſubſequentia gratiam, vt præuiſa in executione ſupponunt præuiſam executionem primæ gratiæ. Nam ſicuti effectus non poteſt in executione poni, niſi poſita in executione causâ; ita non poteſt à Deo in executione præuideri, niſi præuisâ in executione causâ, & per conſequens merita ſubſequentia primam gratiam, vtpotè ſubſequentia ipſam tanquam cauſam, & ordine cauſalitatis; vt præuiſa in executione ſupponunt præuiſam executionem primæ gratiæ: ergo nequeunt mouere Deum ad talis primæ gratiæ executionem; commune enim eſt cuilibet cauſæ ſiue phyſicæ, ſiue morali, non ſupponere effectum, quem debet cauſare. Maior etiam primi argumenti probatur ex diſcrimine, quod intercedit inter cauſam moralem, & finalem, quatenùs, licèt vtraque cauſet mouendo voluntatem; finalis tamen cauſat, vt exiſtens in intentione, & ſecundùm eſſe obiectiuum, moralis vt exiſtens in executione, & ſecundùm eſſe phyſicum, quamvis deinde non requirat, ſicuti requirit cauſa efficiens phyſica exiſtentiam in executione actualem, ſed contenta ſit tali exiſtentiâ etiam præteritâ, vel futurâ. Vnde cauſa moralis mediat quodammodo inter cauſam finalem, & cauſam efficientem phyſicam, aliquid de vtraque participando: participat ſcilicet de finali, quatenùs cauſat mouendo; participat de efficiente phyſica, quatenùs cauſat ſecundùm exiſtentiam phyſicam, & in executione. In aliquo alio ab vtraque differendo; differt ſcilicet à finali in eo, quod cauſat vt in executione phyſicè exiſtens, nec mouet vt ſit, ſed mouet, quia eſt, fuit, vel erit: differt ab efficiente phyſica in eo, quod non cauſat ſemper in executione phyſicè exiſtens actu, nec quia actu eſt, ſed quia eſt, fuit, vel erit.

Cauſa moralis finalis, & efficiens phyſica quomodo ad inuicem ſe habeant.

Vtraque mox poſita aſſerti probatio procedit etiam de potentia abſoluta, probat ſcilicet merita ſubſequentia gratiam ordine cauſalitatis, neque etiam de potentia abſoluta eſſe poſſe cauſam moralem primæ gratiæ, quam ordine cauſalitatis ſubſequuntur; ratio eſt, quia tum cauſam moralem cauſare vt phyſicè exiſtentem, quod eſt medium ſecundæ probationis; tum principium meriti non cadere ſub meritum, nec dari mutuam cauſalitatem, quod eſt medium primæ probationis, de potentia etiam abſolutâ verificantur, & ſimpliciter repugnat, aut quod detur cauſa moralis non cauſans vt phyſicè exiſtens, aut quod detur mutua cauſalitas, & principium meriti cadens ſub meritum. 17.

Aſſertum ſuperius procedit etiam de potentia abſoluta.

Dices: Non repugnat Deum habere decretum dandi primam gratiam vt præmium, etiamſi antecedenter non præuideat in executione merita: ergo vt merita ſint cauſa moralis non requiritur, quod præuideantur antecedenter in executione exiſtentia, & optimè poteſt prima gratia habere pro cauſa morali merita à Deo volita poſt ipſam primam gratiam, adeóque ipſam primam gratiam ſubſequentia: ergo ſaltem de potentia abſolutâ ſuperioris aſſertum non procedit. Antecedens probatur: Non repugnat Deum habere, imò ex *cap. ſuperiori* §. 3. habet de facto decretum dandi gloriam, vt præmium, & coronam, etiamſi non præuideat antecedenter in executione merita: ergo à ſimili non repugnat Deum habere decretum dandi primam gratiam, vt præmium, etiamſi antecedenter, &c. Sed contra: Nec antecedens, nec prima conſequentia huius inſtantiæ aliquid continet, quo noſtra doctrina impugnetur, neque enim nos aut abſolutè negamus poſſibile eſſe decretum dandi primam gratiam, vt præmium etiamſi antecedenter non præuideantur merita, aut volumus merita non poſſe eſſe cauſam moralem, niſi phyſicè exiſtant, antequam exiſtat præmium, quod vtrumque falſum eſt: habetur falſitas primi ex decreto dandi gloriam, vt benè aſſeritur in inſtantia ad probationem antecedentis: 18.

antecedentis: habetur falſitas ſaeundi ex gratia, quæ fuit antiquis Patribus collata, vt præmium meritorum Chriſti, & tamen priùs ipſa iu executione extitit, quàm extitarint merita Chriſti. Dum igitur aſſerimus nec de facto, nec de poſſibili primam gratiam cadere ſub meritis ipſam ſubſequentibus loquimur, vt præmiſſum eſt, in prima probatione, de meritis ſubſequentibus ipſam primam gratiam ordine cauſalitatis, & poſterioritate cauſalitatis poſt ipſam primam gratiam præuiſis. In quo ſenſu non procedit paritas de gloria: merita enim, ſub quibus cadit, licèt præuiſa poſteriùs ad decretum conferendi ipſam, vt præmium, non ſunt præuiſa poſteriùs poſterioritate cauſalitatis.

Merita non præuidentur poſt gloriam poſterioritate cauſalitatis.

19. Vrgebis; Non repugnat dari aliquid, vt præmium meritorum ſubſequentium etiam ordine cauſalitatis: ergo ex eo, quòd in præſenti ſit ſermo de meritis ſubſequentibus ordine cauſalitatis malè deducitur non poſſe ſub ipſis primam gratiam cadere. Antecedens probatur in Principe creato, qui det arma militi in præmium anticipatum boni vſos ipſorum. In hoc caſu arma caderent ſub merito boni vſus, & quia eſſent boni vſus cauſa, bonos vſos in ordine ad talia arma eſſet meritum ſubſequens ordine cauſalitatis. Contra tamen negatur abſolutè antecedens; nec verum eſt arma eſſe cauſā boni vſus; ſunt enim ex ſe omnioò indifferentia ad vſum malum æquè, ac ad bonum; nec in quocumque milite ponantur coniunguntur cum bono vſu, ſed ſolùm in milite generoſo, & militiæ perito. Militis igitur generoſitas, & militandi, peritia principium eſt boni vſus armorum, non arma ipſa. Diuerſa prorsùs eſt ratio gratiæ efficaciæ, de qua in præſenti; hæc quippè eſt ſimpliciter determinata ad opus bonum, & meritorium; in quocumque homine ponatur coniungitur cum opere bono, & meritorio. Non valet de armis dicere, miles benè armis vtitur, quia arma habet; ſicuti valet de gratia dicere, homo benè tali gratia vtitur, quia talem gratiam habet; ideò deficit cum ſua paritate inſtantia. Accedit, quod Princeps dans arma militi iu præmium boni vſus ſubſequentis vel dat irreuocabiliter, & ſic malè dicuntur arma dari in præmium boni vſus, quia ſiue ſequatur bonus vſus, ſiue non, arma irreuocabiliter data manent ſub militis dominio; vel dat reuocabiliter, & eum animo repetendi à milite arma, niſi ipſia benè vtatur, & ſic miles per bonum vſum meretur, quod arma reuocabiliter data non repetantur potiùs, quàm, quod primò dentur. Si autem huiuſmodi arma aliqualiter ſunt principium boni vſus, ſunt principium, vt primò dantur, qua ratione bonum vſum præcedunt; non vt poſtquam data ſunt non repetuntur, qua ratione bonum vſum non præcedunt. Si igitur aliqualiter arma ſunt principium boni vſus ſunt principium ſub diuerſa ratione ab ea, ſub qua bonus vſus ipſa meretur, & ſub qua ipſa ſunt boni vſus præmium. Verumtamen meliùs eſt abſolutè negare arma eſſe principium boni vſus, tum quia hoc negato magis clarè, & expeditè apparet diſparitas reſpectu primæ gratiæ, tum quia huic negationi adſtipulatur auctoritas S. Doctoris 1. 2. *quæſt.* 114. *art.* 5. *ad* 3. dicentis: *Omne bonum opus hominis procedit à prima gratia, ſicut à principio; non autem procedit à quocumque humano dono, & ideò non eſt ſimilis ratio de dono gratiæ, & de dono humano.*

Arma data in præmium boni vſus non ſunt principium boni vſus.

Aut ſaltem non ſunt principium ſub ea ratione, ſub qua ſunt præmium.

Vigebis adhue. Ita ſe habet pretium ad mercem, ſeu rem venditam, ſicuti meritum ad præmium; retribuitur enim pro pretio merces, ſicuti pro merito præmium; ſed poteſt merces, ſeu res vendita eſſe principium pretij: ergo etiam præmium poteſt eſſe principium meriti; adeòque dari prima gratia, vt præmium meritorum, quorum ipſa eſt principium, ſeu meritorum ipſam ſubſequentium ordine cauſalitatis. Minor probatur. Poteſt ſolui pretium vineæ ex fructibus etiam abſque induſtria emptoris ab eadem vinea prouenientibus; at hoc modo res vendita eſſet principium pretij, quod pro ipſa ſoluitur: ergo. Contra tamen licèt ſecundùm noſtrum modum explicandi aliqua ſit proportio inter pretium comparatum ad mercem, & meritum comparatum ad præmium; ſecundùm rem tamen magna eſt diuerſitas. Nam pretium, & merces differunt ſolùm ſecundùm denominationem extrinſecam, ſolúmque oritur ex libera voluntate, & inſtitutione hominis, quod res aliqua dicatur merces potiùs, quàm pretium, quòd inter duos commutantes vnus dicatur venditor potiùs, quàm emptor, aut è contrà: Cæterum ſecundùm ſe res, quæ dicitur merces poteſt dici pretium, & è contra. Cum igitur merces poſſit eſſe pretium nihil mirum, quod poſſit etiam eſſe principium pretij: & cum qui vendit vineam tanquam mercem pro fructibus tanquam pretio æquè dici poſſit emere fructus tanquam mercem pro vinea tanquam pretio nihil mirum, quod vineam, quam dare poteſt tanquam pretium, dare etiam poſſit tanquam principium pretij. At meritum, & præmium differunt eſſentialiter, & intrinſecè, nec aut ex ſolâ hominum voluntate, & inſtitutione oritur quod quis dicatur merens potiùs, quàm præmians, aut vterque poteſt dici tum merens, tum præmians. Neceſſe eſt igitur præmium, & meritum eſſe à diuerſis Perſonis: ſi autem præmium poſſet eſſe principium meriti, poſſet ab eadem Perſona eſſe præmium, & meritum. Diſparitas facilior eſt, quia in commutatione mercis pro pretio nulla requiritur prioritas, nullaque cauſalitas pretij ad mercem: ideò ſi merces deinde ſit principium pretij nulla ſequitur mutua cauſalitas: at in retributione præmij pro merito ſupponitur prioritas, & cauſalitas meriti ad præmium; ideò ſi præmium deinde ſit etiam principium meriti ſequitur mutua cauſalitas, quæ prorsùs repugnat. 20.

Vtrùm eodem modo ſe habeat merces ad pretium, quo præmium ad merita.

§. III.

Vtrùm ſaltem præſcientia boni vſus liberi arbitrij ſit ratio, cur Prouidentia ſit prædeſtinatio, & non remaneat pura Prouidentia ſupernaturalis in beatitudinem.

21. Præſcientia boni vſus non requiritur neceſſario, vt Prouidẽtia euadat prædeſtinatio.

ASSERTVM: Præſcientia booi vſus liberi arbitrij non eſt ratio, cur Prooideotia, &c. ſeu, quod idem eſt, vt Deua aliqoem prædeſtinet, eique præparet media, quibus certiſſimè liberetur, non eſt neceſſe, quod antecedenter præuideat ipſum pro ſua libertate benè vſurum ralibus mediis, ſi ipſi talia media præparentur. Ita prædeterminantes contra *Molinam*, eioſque aſſeclas. Tradit autem in terminis *Molina* ſenteotiam oppoſitam poſito aſſerto 1. *part. quæſtion.* 23. *diſputatione* 1. *memb.* 11. *concl.* 7. & 8. *aliiſque in locis, tum prima partis, tum concordia*, & ſicuti ipſe loquitur cohærenter ad propria principia inductiua ſcieotiæ mediæ; ita nos adhæremus noſtris principiis ſcientiæ mediæ excluſiuis; & repetendo talia principia ſatis conſtat ex efficaciâ diuinorum decretorum, non ex præſcientia boni vſus arbitrij, proueoire, quod Prouidentia ſortiatur rationem prædeſtinationis, & non retineat communem rationem Prouidentiæ ſupernaturalis circa beatitudinem, adhoc tamen aſſerta veritas magis expreſsè, magiſque in terminis

Probatur primò. Ratio, cur Prouidentia euadat prædeſtinatio debet collocari noo ſolùm in diuina ſcientia, verùm etiam io diuino decreto: ergo præſcientia boni vſus liberi arbitrij non eſt ratio, &c. Conſequentia patet. Antecedens probatur primò: quia prædeſtinatio conſiſtit formaliter non in ſola præſcientia, verum etiam in præparatione beneficiorum, qoæ præparatio, cum ſit actus voluntatis cooſequens eſt rationem, cur Prouidentia auadat prædeſtinatio, ſeu cur prædeſtinatio conſtituatur, debere collocari etiam in actu diuinæ voluntatis, diuinoqoe decreto. Secundò certitudo, quam prædeſtinatio addit ſuprà Prouidentiam non eſt præcisè certitudo præſcientiæ: ergo eſt certitodo proueniens etiam ex infallibilitate decreti, adeòque ratio cur Prooidentia euadat prædeſtinatio debet collocari, &c. Antecedens eſt expreſſa mens D. Thomæ *quæſtione* 6. *de veritate, articulo* 3. *in* C. dicentis: *Non poteſt dici, quod prædeſtinatio ſuprà certitudinem Prouidentiæ nihil aliud addit, niſi certitudinem præſcientiæ: vt ſi dicatur, quod Deus ordinat prædeſtinatum ad ſalutem, ſicut & quemlibet alium: ſed cum hoc de prædeſtinato ſcit, quod non deficiet à ſalute: ſic enim dicendo non diceretur prædeſtinatus differre à non prædeſtinatio ex parte ordinis, ſed tantùm ex parte præſcientiæ euentus & ſic præſcientia eſſet cauſa prædeſtinationis, nec prædeſtinatio eſſet per electionem prædeſtinantis, quod eſt contra auctoritatem Scripturæ, & dicta Sanctorum: vnde præter certitudinem præſcientiæ ipſe ordo prædeſtinationis habet infallibilem certitudinem.* Hæc S. *Doctoris* verba non ſolùm contioent expreſsâ probationem ſuperioris antecedentia, verùm etiam, vt ponderat Ioan. à S. Thoma 1. *parte quæſtione* 23. *diſputatione* 8. *articul.* 5. *numero* 18. iuſinuat tria inconueoieotia ſententiæ oppoſitæ. Primum eſt quod prædeſtinatus differat à non prædeſtinato ſolùm ratione præſcientiæ boni vſus. Secuodum quod præſcientia boni vſus ſit cauſa prædeſtinationis. Tertium quod prædeſtinatio non ſit per electionem. Hoc triplex inconueniens in vnicum coaleſcit, ſi dixeris ex oppoſitâ ſententia ſequi, quod prædeſtinatio ſortiatur initiom non à beneplacito, & gratiâ Dei prædeſtinantis, ſed à bono vſu arbitrij, & cooperatione prædeſtinati.

22. Dices: aliud eſſe, quod vt Deos prædeſtinet, prærequirat præſcientiam boni vſus, aliud eſſe, quod bonos vſus, aot boni vſus præſcientia ſit ratio, & caoſa prædeſtinationis, ex hoc ſecundo ſolùm ſequi allata ioconuenientia, non ex primo. Vide Molina *diſp.* 1. *ſupracit. memb.* 12. vehementer miratur ipſi tribui opioionem aſſerentem dari cauſam prædeſtinationis ex parte boni vſus liberi arbitrij; imò proteſtatur ſe huic opinioni maximè auerſum, & ipſam reiicit taoquam à Scripturis Sacris alienam, & in Fide pluſquàm periculoſam. Sed cootra *Molina*, & Auctores aduerſi ſuperiori aſſerto tenentur in re concedere, quod verbis negant: Nec poteſt prærequiri ad prædeſtioationem bonus vſus creati arbitrij à Deo præuiſus ante omne decretum determinatum, & efficax propriæ voluntatis, quin talis bonua vſus ſic præuiſus ſit aliquo modo motiuum, ratio, & cauſa prædeſtinationis, quod ita probo. Bonus vſus gratiæ, & cooperatio ad gratiam, in tantum ex *ſuperiore* §. nequit per nos eſſe cauſa, & ratio primæ gratiæ, in quantum ipſam primam gratiam ſubſequitur ordine cauſalitatis, & habet ipſam primam gratiam pro principio: at iuxta opinionem, qoam impugnamus bonus vſua gratiæ, & cooperatio ad gratiam, non præuideretur vt ſubſequens primam gratiam ordine cauſalitatis, nec haberet ipſam pro principio: ergo iuxta opinionem, qoam impugnamus, bonus vſus à Deo præoiſus poſſet eſſe ratio, & cauſa primæ gratiæ, & conſequenter prædeſtinationis ſumptæ quoad omnes ſuos effectus. Mioor probatur. Talis vſus præuideretur ante decretum conferendi gratiam efficacem, & bonos vſus eſſet cauſa efficaciæ gratiæ, non efficacia gratiæ eſſet caoſa boni vſus, nam per aduerſarios boous vſus reddit gratiam efficacem, non efficacia gratiæ præcedit bonum vſum, cum per ipſos antecedenter ad bonum vſum omnis gratia ſit eiuſdem rationis, nec diſtingoatur gratia efficax à non efficaci: ergo à primo ad

Et eſſet aliquo modo motiuum prædeſtinationis, ſi ad prædeſtinationem prærequireretur.

Digitized by Google

ad vltimum, bonus vſus gratiæ à Deo præuiſua non ſubſequitur primam gratiam efficacem ordine cauſalitatis, nee habet ipſam pro principio, ergo nihil obſtat, quia poſſit eſſe ratio, & cauſa ipſius primæ gratiæ efficacis, nec non prædeſtinatioois quoad omnes ſuos effectus, eauſa inquam noo neceſſitatis, quatenùs præuiſo tali bono vſu habeat Deus neceſſitatem aliquam conferendi primam gratiam efficacem, alioſque effectus prædeſtinatioois, ſed congruitatis, quatenùs præuiſo tali bono vſu habet aliquod, eum quo congruè coniungitor gratia efficax, & ſine quo ſubiectum eſt omninò incongruum, & ioeptum ad gratiam efficacem recipiendam.

23\. Præſcientia boni vſus præſupponit, nō præcedit prædeſtinationem.

Probatur ſecundò præſcientia boni vſus liberi arbitrij prædeſtinationem non præcedit: ergo non eſt ratio cur prooidentia euadat prædeſtinatio. Conſequentia patet, antecedens probatur: Præſcientia boni vſus liberi arbitrij non præcedit, imò potiùs ſupponit præparationem gratiæ efficacis cauſantis talem bonum vſum ſed in tali preparatione conſiſtit prædeſtinatio ſaltem partialiter, ergo præſcientia boni vſus non præcedit, imò potiùs ſupponit prædeſtinationem. Maior probatur, qua in noſtris principiis bonus vſus ad gratiam efficacem ſe habet, vt effectus ad cauſam neceſſariò prærequiſitam; nec gratia eſt efficax, quia coniungitur cum bono vſu, ſed ponitur bonus vſus, quia gratia eſt efficax.

24\. Dices hanc probationem qua intendimus præſcientiam non præcedere præparationem gratiæ, diſcordare à definitione prædeſtinationis à nobis etiam ſuprà *cap.* 2. §. 2. aceeptatâ, dum enim prædeſtinatio definitur præſcientia, & præparatio beneficiorum; vtique innuitot præſcientiam præcedere præparationem, non è eontra. Indicatur, hæc eadem præcedentia, ſeu prioritas præſcientiæ ad præparationem mediorum verbis illis Rom. 8. *Quos præſcivit, & prædeſtinauit.* Sed contra aliud eſt loqui de præſcientia practica, & cauſatiua præparationis mediorum ſimul cum actu voluntatis ſibi adiuncto; aliud eſt loqui de præſcientia ſpeculatiua antecedente qoodlibet decretom abſolutum, & efficax diuinæ voluntatis. Vnico verbo: aliud eſt loqoi de præſcientia, quæ ſit actus ſimplicis intelligentiæ, aliud eſt loqui de præſcientia, quæ ſit actus ſcientiæ mediæ. Illam admittimus prærequiri ad præparationem mediorum, illam intelligimus importari in prædeſtinationis definitione, vt loco citato explicatum eſt. Hanc nec volumus ad mediorom præparationem prærequiri, nee in prædeſtinationis definitione importari, nec vllo modo poſſe dati. Porrò dum in ſuperiori probatione dicebamus præſcientiam boni vſus præſupponere præparationem gratiæ, poteſt intelligi non ſolum de præſcientia cauſatiua quatenùs ſicuti priùs cauſatot gratia, quàm bonus vſus, ita præſcientia cauſatiua præparatioois gratiæ antecedit præſcientiam cauſatiuam boni vſus; verùm etiam de præſcientia viſionis, quatenus non poteſt à Deo videri futurus bonus vſus, niſi præſupponator præparatio gratiæ.

Loquendo de præſcientia ſpeculatiua, ſecùs de præſcientia practiea, quę ſit actus ſimplicis intelligentiæ.

25\. Prædeſtinationis initiū ſiue ſumatur in intentione, ſiue in executione nullam habet moralē cauſam in prædeſtinato de facto.

Ex hucvſque dictis habes prædeſtinationis initium, ſiue ſumatur ſecundùm ordinem intentionis, ſecundùm quem prædeſtioatio incipit à fine, & importat electionem ad gloriam, ſiue ſomatur ſecundùm ordinem execotionis, ſecundùm quem prædeſtinatio incipit à mediis, & importat præparationem beneficiorum Dei ſpecialiter verò præparationem primæ gratiæ: ſiue inquam vno, ſioe altero modo ſumatur prædeſtinationis initioιo, de facto nullam habet moralem cauſam, neque condignitatis, neque congruitatis ex parte prædeſtinati: nam opera naturalia nullam habent congruitatem cum præmio ſupernaturali, & ſunt ordinis omnioò inferioris ac improportionati ad quidquid continetur ſub ordine prædeſtinatioois, ſicque iſta neque etiam de potentiâ abſolutâ poſſunt exercere cauſalitatem aliquam moralem, aut in ordine ad electionem ad gloriam, aut in ordine ad aliquem ſupernaturalem effectum prædeſtinationis: opera ſupurnaturalia de facto oec à Deo præuidentur ante electionem ad gloriam *ex capite ſuperiori* §. 3. *&* 4. Nee ante præparationem primæ gratiæ *ex præſenti, & præcedente* §. Cum igitur nequeant exercere cauſalitatem moralem niſi reſpectu præmij reſpectu euius ſint præuiſa, cooſequens eſt opera ſupernaturalia prædeſtioati nullam exercere de facto eauſalitatem moralem circa initium prædeſtinationis, ſiue ſumatur tale initium ordine intentioois quatenùs dicit electiooem ad gloriam, ſiue ordine executionis, quatenùs dicit præparationē (ſubiotellige etiam executiuam) primæ gratiæ. Propterea de prædeſtinationis initio maximè procedunt ſententiæ quibus Sancti Patres in humana prædeſtinatione magnificant Dei liberalitatem, miſericordiam beneficentiam. Inter huioſmodi ſententias eelebris eſt illa *Auguſtini*, aut potiùs ab incerto Auctore ex doctrina Auguſtini deſumpta *tom.* 7. *libr.* 6. Hypognoſticum *capite* 7. *Taceat humana lingua, & prorſus in prædeſtinatione de meritis non extollatur diuina voluntatis eſt hoc donum, non humanæ fragilitatis meritum.*

26\. Dubitatur hîc vtrùm ſicut de potentiâ abſolutâ, & in alia ſerie iuxta præaſſerta *cap. ſuperiori* §. 1. dari potuit ex parte prædeſtinati cauſa prædeſtinationis quo ad electionem ad glòriam, ita ex parte eiuſdem dari poſſit de potentiâ abſolutâ cauſa prædeſtinationis quoad primum effectum, ſeu quoad præparationem primæ gratiæ. Reſpondetur affirmatiuè, & probatur ex eo, qoia de potentiâ abſolutâ dari poteſt in prædeſtinato meritum non dependens à prima gratia, ſeu noo ſubſequens primam gratiam ordine cauſalitatis, quatenùs po-

Habere tamen poteſt de poſſibili, & in alia rerum ſerie.

reſt Deus poſt primam gratiam conferre aliam gratiam omninò gratis, & nullatenus reſpiciēdo merita ab illa primâ gratiâ prouenientia. In hac hypotheſi meritum proueniens ab iſtâ aliâ gratiâ, licèt eſſet poſteriua, tempore non eſſet poſterius cauſalitate ad illam primam gratiam, ergo poſſet tale meritum à Deo ab æterno præuiſum eſſe cauſa moralis illius primæ gratiæ abſque eo, quòd aut principium meriti caderet ſub merito; cuius eſt principium; aut daretur mutua cauſalitas, aut militaret aliqua ex rationibus, quæ militant contra meritum ſubſequens primam gratiam ordine cauſalitaria. Neque dicas malè appellari primam gratiam illam, ad quam omne meritum, & omnis gratia ordine cauſalitaris non ſubſequitur. Contra enim; Ne fiat quæſtio vocalis de nomine primæ gratiæ, dico primam gratiam ſumi poſſe dupliciter, vel præciſè pro eâ, quæ gratiam priorem in ſubiecto non ſupponit, & eſt prima, quaſi negatiuè. Vel etiam pro ea, quæ eſt aliquo modo cauſa cuiuſcumque alterius gratiæ in eodem ſubiecto, & eſt prima poſitiuè, & quaſi cauſatiuè. In hoc ſecundo ſenſu tranſeat primam gratiam neque etiam de potentiâ abſolutâ reſpicere poſſe meritum, quod ad ipſam ordine cauſalitatis non ſubſequatur, & ſub quod puſſit ipſa cadere. Secùs in ſecundo ſenſu, in quo ſufficit verificari noſtram reſponſionem. Vtrùm deinde prædeſtinatus, qui in hoc ſenſu mereretur primam gratiam, mereretur omnes effectus prædeſtinationis pendet à modo, quo tali prædeſtinato conferretur illa alia gratia, qua mediante mereretur primam. Si enim hæc alia gratia conferatur vt medium ad gloriam, & vt effectus prædeſtinationis ordine executionis non merebitur omnes effectus prædeſtinationis, quia non merebitur hanc aliam gratiam, quam nec merebitur per opera ab ipſa prouenientia, ne principium meriti ponatur cadere ſub meritum, cuius eſt principium; nec merebitur per opera præcedentia à primâ gratiâ antecedenter collatâ, quia in noſtra hypotheſi ſupponitur Deus nullatenus ad talia opera in alius gratiæ collatione reſpicere. Quod ſi alia gratia conferatur vt bonum per ſe expoſibile independenter à gloria, adeóque non conferatur ex intentione gloriæ, & vt effectus prædeſtinationis, tunc prædeſtinatus non merendo hanc aliam gratiam, merendo tamen primam, mereretur omnea effectus prædeſtinationis, quos poſſe etiam aliter mereri tradetur ad finem *ſequentis paragraphi*.

Prima gratia dupliciter ſumitur.

In alia rerū ſerie poteſt prædeſtinatus in aliquo ſenſu mereri omnes effectus ſuæ prædeſtinationis.

---

§. III.

Vtrùm detur, vel dari poſſit cauſa moralis aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte alterius puri hominis à prædeſtinato?

ASSERTVM I. Inchoando ſeriem effectuum prædeſtinationis à prima vocatione, ſeu à prima gratia, quæ confertur ipſi prædeſtinato, dari poteſt, imò quu ad aliquos prædeſtinatos datur de facto ex parte alterius puri hominis cauſa moralis tùm omnium, tum primi effectus prædeſtinationis. Ita Theologi communiter, & ſi inter aliquos eſt diſſidium, eſt solùm in aſſignando vnde debeat inchoari ſeries effectuum prædeſtinationis, vtrùm à prima gratia, quæ confertur prædeſtinato; an à gratia, quæ confertur alteri ad merendam primam gratiam prædeſtinato. Cæterùm omnes conueniunt in eo, quod poſſit vnus alteri mereri primam vocationem, & per conſequens tùm omnea tùm primum effectum prædeſtinationis inchoando talium effectuum ſeriem à primâ vocatione, ſeu à primâ gratiâ. Poſito aſſerto expreſſiùs præ cæteris fauent Vaſquez *prima parte, diſputation.* 94. *capite quinto*, Lugus *diſputatione* 41. *capite quarto, numero decimoquinto*, Arriaga *diſputation.* 37. *ſection.* 2. *num.* 21.

27. Prima gratia vnius poteſt cadere ſub merito alterius puri hominis.

Probatur poteſt vnus purus homo mereri (ſubintellige ſaltem de congruo iuxta id, quod indicauimus *cap. ſuperiori* §. 5.) alteri primam vocationem, & primam gratiam, imo de facto aliquis purus homo primam vocationem, primamque gratiam alteri promeruit, ergo inchoando ſeriem effectuum prædeſtinationis à primâ vocatione, &c. Probatur antecedens quoad primam partem. Meritum vnius non habet pro principio primam gratiam alterius, eſt quippè gratia principium meriti in eo, in quo eſt, non in ſubiecto extraneo: ergo ex eo, quod quis mereatur primam gratiam alterius, non ſequitur, aut mutua cauſalitas, aut principium meriti cadere ſub merito, cuius eſt principium; ſicuti ſequitur ex eo, quod quis mereatur primam gratiam propriam, ergo poteſt vnus purus homo mereri primam gratiam, & primam vocationem alteri, licèt nequeat mereri ipſam ſibi. Probatur antecedens quoad ſecundam partem ex vocatione D. Pauli, quæ communiter tribuitur meritis S. Stephani iuxta verba Auguſtini Sermone de S. Stephano. *Si Stephanus non oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet: ſed ideò creatus eſt Paulus, quia in terra inclinatus exauditus eſt Stephanus.* Quibus D. Auguſtini verbis non multum diſſimilia

Vocatio, & prima gratia D. Pauli fuit ex meritis D. Stephani.

diſſimilia ſunt verba *D. Fulgentij Sermone* pariter de S. Stephano, *Charitatis virtute ſubnixus vicit Saulum crudeliter ſauientem, & quem habuit in terra perſecutorem, in cœle meruit habere conſortem.* Hoc meritum, quod habuit Stephanus reſpectu Pauli dati etiam in aliquo alio puto homine reſpectu alicuius alterius prædeſtinati colligitur ex verbis illis Iacobi 5. *Orate pro inuicem, vt ſaluemini:* Item ex verbis D. Auguſtini *lib. de bene perſeuerantia, cap. 22. Si qui ſunt nondum vocati, pro eis, vt vocentur oremus; fortaſſe enim ſic prædeſtinati ſunt, vt noſtris orationibus concedantur*, & de Traiano ait D. Thomas *quæſt. 6. de veritate, articul. 6. ad 4. in fine articuli. Prædeſtinatum enim erat, quod precibus Gregorij ſaluaretur.*

Vocatio Traiani fuit ex meritis D. Gregorij.

28. Aſſartvm II. Inchoando ſeriem effectuum prædeſtinationis ab orationibus, & meriris vnius pro alio, ſeu ab auxilio collato vni ad orandum, & merendum pro alio, nemo poteſt mereri de facto, & ſecundùm præſentem rerum prouidentiam aut omnes, aut primum effectum prædeſtinationis alterius, adeóque inahoando ſeriem effectuum &c. dari nequit ex parte alterius puri hominis à prædeſtinato cauſa moralis aut omnium; aut primi effectus prædeſtinationis. Conueniunt in hoc aſſerto Theologi æquè ac in præcedente, & ſolùm, vt ibi notatum eſt, diſſident in aſſignando vndenam re verà debeat inchoari ſeries effectuum prædeſtinationis.

Salmanticenſes *prima parte, tract. 5. diſputat. 11. dub. vnico §. 2. num. 6.* exiſtimant loca Scripturæ, quæ adduci ſolent ad probandam prædeſtinationem refundi in ſolam voluntatem Dei, vt in cauſam primam; & in merita Chriſti, vt in cauſam ſecundam, eamdem habere vim ad probandum merita vnius puri hominis non poſſe ſecundùm communem curſum eſſe cauſam moralem prædeſtinationis alterios quoad omnes effectus. Verùm hæc Salmanticenſium exiſtimatio non eſt conformis menti Sanctorum Patrum, qui ſolent loca illa afferre contra Pelagianos, & Semi-Pelagianos ad excludendum ſolùm meritum primæ gratiæ, & omnium effectuum prædeſtinationis ex parte ipſius prædeſtinati nec ſoliciti ſunt de excludendis meritis alterius à prædeſtinato, & ſicuti non eſt contra talia loca Scripturæ, quod prima gratia prædeſtinati cadat ſub merito non ſolùm Chriſti, verùm etiam alterius puri hominis; ita pariter contra eadem Scripturæ loca non eſt, quod omnes effectus prædeſtinationis vnius cadant ſub merito non ſolùm Chriſti, verùm etiam alterius puri hominis. Ideò aſſertum aliter, communi ſcilicet argumento

29. Probatur: Qui orat, & meretur pro alio, non poteſt mereri de facto, & ſecundùm præſentem rerum prouidentiam auxilium ſibi collatum ad orandum, & merendum pro alio, ergo inchoando ſeriem effectuum prædeſtinationis ab orationibus &c. Nemo poteſt mereri de facto &c. Conſequentia patet, antecedens probatur, merendo tale auxilium, meretur principium ſui meriti, adeóque principium meriti caderet ſub merito, cuius eſt principium, ſed principium meriti, non poteſt cadere ſub merito, cuius eſt principium, ergo qui orat, & meretur &c. Hoc idem argumentum poteſt ſub diuerſis terminis ſic clariùs proponi. Quod eſt effectus prædeſtinationis alterius non poteſt eſſe cauſa omnium effectuum prædeſtinationis alterius, alioqui eſſet cauſa ſui ipſius; ſed inchoando ſeriem effectuum prædeſtinationis ab orationibus, & meritis vnius pro alio; orationes, & merita vnius pro alio ſunt effectus prædeſtinationis alterius, ergo inchoando ſeriem effectuum prædeſtinationis alterius ab orationibus, & meritis vnius pro alio nequeunt orationes, & merita vnius pro alio eſſe cauſa omnium effectuum prædeſtinationis alterius. 30.

Qui orat, & meretur pro alio non poteſt mereri huiuſmodi orationes, & merita.

Dices licet nequeat quis per illas orationes, illaque merita, quæ ſunt effectus prædeſtinationis alterius mereri omnes effectos talis prædeſtinationis, poterit tamen habere aliquas orationes, & aliqua merita diuerſa ab illis orationibus, & meritis, quæ ſunt effectus prædeſtinationis alterius, huiuſmodi igitur orationibus, & meritis diuerſis, eot non poterit mereri illas orationes, illáque merita, quæ ſunt effectus alienæ prædeſtinationis, ſicque ponere cauſam moralem omnium effectuum prædeſtinationis alterius etiam inchoando ſeriem talium effectuum ab orationibus, & meritis vnius pro alio. Sed contra: Secundùm præſentem prouidentiam omnia opera meritoria habent valorem, & dependentiam ab eadem prima gratia; nec poteſt opus meritorium vnius eſſe cauſa moralis effectuum prædeſtinationis alterios, niſi ſit à prima gratia, quæ ſit intenta propter prædeſtinationem alterius tanquam effectus ipſius. Vt igitur quis mereatur proprium opus meritorium, vt eſt effectus alienæ prædeſtinationis debet mereri propriam primam gratiam, & hanc per nullum proprium opus, per nullas orationes, nulláque merita, poteſt quis ſecundùm præſentem prouidentiam ſibi mereri; ergo ſimiliter per nullas orationes nulláque merita poteſt quis mereri proprium opus meritorium, ſeu proprias orationes, quatenus ſunt effectus prædeſtinationis loquendo ſecundùm præſentem prouidentiam, quas particulas propterea conſulto appoſui io aſſerto. Cæterùm loquendo in alia rerum ſerie, & ſecundùm ordinem alterius prouidentiæ, ſicuti ex dictis *in calce ſuperioris* §. poteſt quis ſibi mereri primam gratiam, ita poterit mereri proprias orationes, & merita quatenùs dependenter ab eadem prima gratia ſunt effectus prædeſtinationis alterius.

In alia rerũ ſerie poteſt quis mereri proprias orationes, etiam quatenùs ſunt effectus prędeſtinationis alterius.

31. Aſſertvm III. Simpliciter, & loquendo de potentia abſoluta dari poteſt cauſa moralis tum omnium, tum primi effectus prædeſtinationis ex parte alterius puri hominis à prædeſtinato. Eſt aſſertum commone conſequens ad doctrinam poſitam

tum in duobus aſſertis mox traditis, tum in ſecunda parte aſſerti traditi *cap. ſuperiori* §. 5.

De potentia abſoluta poteſt quis mereri alteri omnes effectus prædeſtinationis.

Probatur, & explicatur. Vel ſeries effectuum prædeſtinationis ſuppooitur inchoari à prima gratia, quæ confertur prædeſtinato, vel ſupponitur inchoari à prima gratia, quæ confertur alteri ad orandum, & merendum pro prædeſtinato. Si primum: de potentia ordioaria, nedum de poteotiâ abſolutâ datur cauſa moralis tum omnium, tum primi &c. Si ſecundùm: licet non de poteotiâ ordioariâ, & ſecundùm præſentem, benè tamen de potentiâ abſolutâ, & ſecundùm dioerſam prouidentiam dari poteſt cauſa moralis tum omoium, tum primi &c. ergo quomodocumque ordinetur ſeries effectuum prædeſtinationis, ſimpliciter, & de potentiâ abſolutâ dari poteſt cauſa moralis &c. Minor quoad primam partem habetur ex primo aſſerto, quoad ſecundam ex ſolutione ad inſtantiam poſitam contra probationem ſecundi aſſerti. Confirmatur: Simpliciter ; & de potentia abſoluta dari poteſt cauſa moralis electionis ad gloriam ex parte alterius puri hominis à prædeſtinato, ergo dari poteſt cauſa moralis tum omoiũ, tum primi effectus prædeſtinationis. Antecedens ſuppoLitur ex *cap. ſuperiori* §. 5. conſequentia probatur: Electio ad gloriam eſt prior omnibus effectibus prædeſtinationis, eſtque ipſorum omnium cauſa, cum iotentio finis ſit cauſa electionis omnium mediorum, ergo propter illud commune *Quod eſt cauſa cauſa eſt cauſa cauſati*, cauſa moralis electionis ad gloriam eſt etiam cauſa moralis omnium effectuum prædeſtioationis; & dari poteſt ex parte alicuius à prædeſtinato cauſa moralis omnium effectuum prædeſtinationis, ſi dari poteſt ex parte eiuſdem cauſa moralis electionis ad gloriam. Et hinc patet obiter ipſum etiam prædeſtinatum, ſicuti poteſt ex dictis *cap. ſuperiori* §. 5. de potentiâ abſolutâ mereri

Imò etiam ſibi.

propriam electionem ad gloriam, ita poſſe de eâdem potentiâ mereri omnes effectus propriæ prædeſtinationis. Neqoe hîc negotium vllum faceſſit prima gratia, quia qui de potentiâ abſolutâ mereretur propriam electionem ad gloriam non habetet primam gratiam ſibi collatam ex inteotiooe gloriæ, & tanquam effectum prædeſtinatioois, adeóque non merendo primam gratiam poteſt ſibi mereri omnes effectos prædeſtioationis.

32. Auctorum diſſidiũ circa id ex quo inchoanda eſt ſeries effectuũ prædeſtinationis.

Eſſet hîc pro complemento eorum, quæ aſſerta ſunt definiendum, vndè reuerâ inchoari debeat ſeries effectuum (ſubintellige ſupernaturalium, de quibus ſolis agitur in præſenti) prædeſtinationis, vtrùm a prima gratia, quæ confertur ipſi prædeſtinato, vt ſentiunt Vaſquez 1. *part. diſput.* 94. *cap.* 5. *num.* 36. & 41. Arriaga *diſp.* 37. *ſect.* 2. *n.* 23. aliique nonnulli, an verò à quolibet principio extrinſeco, quod Deus ſupernaturali prouidentia præparauerit in ordine ad alterius ſalutem; ſiue tale principium ſit externa prædicatio, ſiue aliquod miraculum, ſiue oratio vnius pro alio, ſiue aliud quodcumque ſimile, vt ſentiunt Salmant. 1. *part. tractat.* 5. *diſput.* 51. *dubio vnico*; & Thomiſtæ communiter cum D. Thoma *prima parte, quæſt.* 23. *art.* 8. *quos ſequuntur* Lugus *diſput.* 41. *cap.* 4. *num.* 15. De Quiros *tract.* 6. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 7. Ruix *diſp.* 25. *ſect.* 1. *& alij plurimi.* Verùm, quia ex diuerſa acceptione effectus prædeſtinationis facilè irrepere poteſt diſſidium de nomine, opportuoiùs & faciliùs res hæc definita tradetur *capite ſequenti* poſtquam explicatum fuerit quid propriè ſignificetur nomine effectus prædeſtinationis. Interim pro clariore intelligentiâ eorum, quæ de Chriſto mox aſſerentur, aduerto reſpectu prædeſtinationis alterius diuerſam eſſe rationem de orationibus, & meritis Chriſti, ac ſit de orationibus, & meritis alicuius puri hominis; & quando etiam hæc admitterentur eſſe effectus prædeſtinationis alterius, non idem fore ſentiendum de meritis Chriſti. Ita ſentiunt Salmant. *loco cit. numero* 10. Io. à S. Thoma *quæſtione* 23. *diſputatione* 8. *articul.* 6. *numero* 8. & Thomiſtæ communiter, quos ſequuntor Lugus *diſputat.* 41. *cap.* 1. *numero* 13. *& alij* contra Vaſquium, & Arriagam *locis cit.* negantes merita, & orationes vnius pro alio eſſe effectus prædeſtioationis alterius, ne id cogantur concedere etiam de meritis Chriſti. Contra quos doplex aſſignatur ratio diuerſitatis 33.

Meri Chriſti Domini de facto non ſunt effectus prædeſtinationis hominum.

quantùm ad præſens inſtitutum attioet, inter merita Chriſti, & merita alicuius puri hominis. Prima eſt, qoia merita Chriſti fuerunt à Deo prævolita ante electionem cuiuſcumque hominis ad gloriam, cum foerint de facto cauſa talis electionis *ex cap. ſuperiori* §. 6. at merita alicuius puri homiois ſuot de facto à Deo directè volita poſt electionem cuiuſcumqoe hominis ad gloriam *ex eodem capite ſuperiori* §. 5. ideò ex eo, quòd merita alicuius puri hominis ſubſeqoantur decretum producendi alium ad gloriam, ſintque effectus prædeſtinationis alterius, non idem ſequitur de meritis Chriſti. Secunda eſt, quia merita Chriſti ſpectant ad gratiam vnionis, merita puri hominis ad gratiam adoptionis: cum autem hominis cuiuſcumque prædeſtinatio ſpectet ad ordinem adoptiuæ filiationis, meliùs poteſt ſecuodùm communem vſum habere pro effectu merita puri homiois exiſtentia intra eundem ordinem adoptionis, quàm merita Chriſti exiſtentia in ſuperiori ordine hypoſtaticæ vnionis. Non negamus tamen, quin de potentia abſoluta, &

Poſſent tamen eſſe in alia rerum ſerie.

ſecundùm aliam rerum ſeriem, ſecundùm quam poterat electio hominum ad gloriam eſſe ante decretum Incarnationis, & præuiſionem meritorum Chriſti; non negamus inquam, quin prædeſtinatio alicuius puri hominis habere potuiſſet pro effectu merita non ſolùm alterios puri hominis; verùm etiam Chriſti Domini, & in hac hypotheſi in ordine ad merendos omnes effectus prædeſtinatiooiꝭ alterius, idem ſentiendum eſt de

Digitized by Google

de Chtiſto, ac de alio puto homine: Cæterùm loquendo de facto, & ſecundùm præſentem rerum ſeriem, ſecundùm quam merita Chriſti Domini non ſunt effectus prædeſtinationis hominum diuerſimodè ſentiendum eſt. Ideo ſit.

---

§. V.

Vtrùm detur cauſa moralis aut omnium, aut primi effectus prædeſtinationis ex parte Chriſti Domini?

34. Omnes effectus prædeſtinationis hominũ ſunt de facto ex meritis Chriſti.

ASSERTVM: Datur de facto, & ſecundùm præſentem ptouidentiam cauſa moralis, tùm omnium, tùm primi effectus ptædeſtinationis huminum ex parte Chtiſti Domini, Dixi de facto, & ſecundùm præſentem ptouidentiam, nam in alia ſerie retum aut poterant homines prædeſtinati ſine vllâ habitudine ad Cbtiſti merita, qua ratione oullus effectus prædeſtioationis hominum habuiſſet cauſam moralem ex parte Chtiſti Domioi; aut ipſa merita Chtiſti Domini, imò, & Incatnatio potuiſſet à Deo eligi tanquam effectus prædeſtinationis hominum, qua tatione, ſicuti Chriſtus nequit meteri ptoptia merita, & propriam Incatnationem; ita aliquos ad ſummum, non omnes effectus prædeſtinationis hominum mereri potuiſſet. Dixi *tum omnium, tum primi effectus*; & intelligo de effectibus ſupernatutalibus, de quibus ſolis agitur in toto hoc capite. Dixi *prædeſtinationis hominum* ad excludendam ptædeſtinationem Angelorum, quibus, ſicuti Chriſtus de facto non meruit electionem ad gloriam, ita nec omnes effectus ptædeſtinationis. In hoc aſſetto ita explicato conueniunt Thomiſtæ communiter cum D. Thoma *prima parte, quæſt.* 24. *art.* 4. Thomiſtas ſequuntur Vaſquez *prima parte, diſp.* 94. *cap.* 2. *&* 3. Suatez 3. *parte, tom.* 1. *diſp.* 41. *cap.* 21. Lugus *prima parte, diſputation.* 41. *cap.* 1. & alij plutes contra Durandum *in tertio diſt.* 11. *quæſt.* 3. *ad ſecundum* vbi inter effectus ptædeſtinationis hominum enumerat Incatnationem Chtiſti, quam cum Chriſtos mereti non potuerit, conſequeotet iuxta *Durandum* mereri non potuit omnes effectos prædeſtinationis hominum; contra Molinam *prima parte, quæſt.* 23. *art.* 5. *diſp.* 2. *conc.* 3. vbi eandem, quam Dorandus, doctrinam amplectitur licèt deinde *concl.* 5. concedat Chtiſtum eſſe ſimpliciter cauſam noſtræ prædeſtinationis quoad effectum: Contra Driedonem *de captiuitate, & Redemptione generis humani tract.* 2. *cap.* 2. *art.* 4. Ruatdum *tom.* 1. *art.* 6. *de ſatisfact.* alioſque nonnullos docentes prædeſtinatis dari ex Chtiſti meritis primam gratiam, & dona primam gratiam conſequentia, (ſubiotellige de primâ gratiâ iuſtificante) at non fidem, & diſpoſitiones ſopernatutales antecedentes primam gratiam iuſtificantem; quamvis etiam fides, & hoiuſmodi diſpoſitiones ſint effectus ptædeſtinationis.

Sententia *Durandi, & Molinæ.*

Sententia *Driedonis, & Ruardi.*

Probatur ptimò ex Scriptura ad Epheſ. 35.
1. *prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum.* Secundò ad Tim. 1. *Vocauit nos vocatione ſuâ ſanctâ, &c. ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam, qua data eſt nobis in Chriſto Ieſu.* Confitmatur Chriſtus eſt caput omniuin ptædeſtinatorum, & ex ipſo omnis gratia io prædeſtinatos detiuatut iuxta illud ad Epheſ. 4. *Qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum eſt* Ioao. 1. *de plenitudine eius omnes accepimus.* Sed hæc minùs bene verificarenrut, ſi datetur in hominibus aliquis effectus prædeſtinationis; qui non eſſet ex Chriſti meritis, & non deriuaretur à Chtiſto tanquam à cauſâ morali, etgo. Cottobotantur hæc Scripturæ loca verbis Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 16. *Cum enim ille ipſe Chriſtus Ieſus, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat, qua virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, & ſine quâ nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſent.* Hiſce Tridentini vetbis ſpecialiter impugoatur ſententia *Driedonis* quomodo enim fides, & diſpoſitiones antecedentes gratiam iuſtificantem, poſſunt non eſſe ex Chriſti meritis, ſi ſine influxu virtutis Chtiſti nullum opus poteſt eſſe bonum, Deo gratum, & meritorium, & vt de ſe ipſo teſtatur Chtiſtus *Ioan.* 15. (qui textus eſt fundamentum verborum Tridentini) *ſine me nihil poteſtis facere, & ſicut palmes non poteſt ferre fructum, &c.*

36. Merita Chriſti habent ſufficientẽ virtutem, prioritatem, & applicationẽ ad cauſandos omnes effectus prædeſtinationis.

Probatur ſecundò ratione: Merita Chtiſti habeot ſufficientem tùm vittutem, tùm prioritatem, tùm applicationem ad cauſandum motaliter omnes effectus prædeſtinatioois hominum, ergo datur de facto cauſa moralis, &c. Conſequentia patet, quia oon niſi ex defectu aut vittotis, aut ptioritatis, aut applicationis, otitur, quod cauſa non cauſet. Antecedens probatur: Habeot ſufficientem vittutem, quia ſunt valoris infiniti: habent ſufficientem prioritatem, quia ex *capite ſuperiori* §. 6. Sunt â Deo volita, & præuiſa ante electionem hominum ad gloriam, ergo multò magis ante otdinationem effectoum ptædeſtinationis, cum taliom effectuum otdinatio ſit poſterior electione ad glotiam eo modo, quo præparatio mediotum eſt poſterior intentione finis; Habent ſufficientem applicationem, tùm quia Chriſtus applicando ſua merita pto electione ad gloriam, eadem ſufficienter applicauit pto effectibus conſequentibus talem electionem cuiuſmodi ſunt omnes effectus ptædeſtinationis; tùm quia virtus capitis eſt ſufficienter applicata ad cauſandum quemlibet effectum ſibi proportionatum in membris, & vittos vitis in palmitibus: at Chriſtus ex mox di-

ctis

ctis ſe babet ad prædeſtinatos tanquam caput ad membra, tanquam viris ad palmites, ergo tum quia denique nulla eſt aſſignabilis ratio, cur merita Chriſti ſint applicata ad cauſandum moraliter hos potiùs, quàm illos prædeſtinationis effectus, ſuppoſitâ præſertim talium meritorum ſufficientiâ, & prioritate reſpectu omnium prædeſtioationis effectuum.

37. Dices, ſaltem reſpectu maternitatis Virginis non poteſt ſaluari prioritas in meritis Chriſti, at Maternitas Virginis eſt effectus prædeſtinationis eiuſdem Virgiois, ergo datur aliquis ſaltem effectus prædeſtinationis hominum, reſpectu cuius merita Chriſti defectu prioritatis, & conſequenter etiam defectu applicationis non ſunt cauſa moralis. Maior probatur. Decretum Maternitatis Virginis antecedit decretum Incarnationis, ergo multò magis antecedit decretum meritorum prouenientium ex Incarnatione, ergo reſpectu Maternitatis Virginis non poteſt ſaluari prioritas in meritis Chriſti; Nec merita Chriſti potuerunt præuideri ante decretum Mſternitatis Virginis. Sed contra: nego maiorem, & ad probationem maioris nego antecedens. Neque enim ſemper decretum cauſæ debet præcedere decretum effectus, ſed ſolùm quando effectus non poteſt poni, niſi dependenter à tali cauſa: Cæterùm quando effectus poni poteſt dependenter ab hac vel illâ cauſâ, vt determinetur, & præuideatur futurus effectus, non eſt neceſſe, quod antecedenter determinetur, & præuideatur determinatè futura hæc potiùs, quàm illa cauſa. In propoſito Incarnatio, & exiſtentia Chriſti non eſt neceſſe, quod ponatur dependenter à Maternitate Virginis, quia eadem numero Chriſti Humanitas produci potuiſſet aut à ſolo Deo immediatè, aut efformari ex viſceribus Virginis eo modo, quo Eua ex coſta Adæ abſque concurſu vitali, & materno virginist Optimè igitur potuit decerni Incarnatio, exiſtentia, & meritum Chriſti, antequam determinaretur Maternitas Virginis, & conſequenter reſpectu Maternitatis Virginis optimè ſaluatur in meritis Chriſti prioritas ratione cuius cauſēt moraliter ipſam Maternitatem, vt magis elucidabitur in libris de Incarnatione ex quibus ſuppono Chriſtum de facto meruiſſe Virgini exiſtentiam, nedum Maternitatem.

Decretum Maternitatis Virginis eſt poſterius decreto Incarnationis Chriſti.

38. Probatur tertiò: Omnis effectus prædeſtinationis hominum eſt effectus Redemptionis eorundem, ſed omnis effectus Redemptionis eſt ex meritis Chriſti, ergo omnis effectus prædeſtinationis hominum eſt ex meritis Chriſti, ergo datur de facto ſecundùm præſentem prouidentlam cauſa moralis, &c. Minor patet, quia non eſt alius Redemptor, niſi Chriſtus, vt teſtantur ipſimet redempti Apocal. 5. *Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Maior probatur, quia de facto, & ſecundùm præſentem prouidentiam, hominum prædeſtinatio ſupponit hominũ Redemptionem, & Redemptioni ſubordinatur, tanquam effectui immediatiùs à Chriſto prouenienti; ergo omnis effectus prædeſtinationis hominum ſupponit Redēptionem, redemptioni ſubordinatur, & eſt aliqualiter effectus Redemptionis.

Omnis effectus prædeſtinationis eſt effectus Redemptionis.

39. Probatur quartò: Si merita Chriſti non ſunt cauſa omnium effectuum prædeſtinationis hominum, maximè quia vel non ſont præuiſa ante hominum prædeſtinationem, vel datur homini lapſo aliqua gratia, quæ non ſit gratia Chriſti vel merita ipſa Chriſti ſunt effectus prædeſtinationis hominum; ſed primum falſum ſupponitur ex libris de Incarnatione: ſecundum falſum ſupponitur ex libris de gratia: tertium falſum probatur ex dictis in fine *præcedentis* §. ergo

40. Ex hucvſque dictis de cauſa morali prædeſtinationis habetur magis cadere ſub meritis prædeſtinationem conſideratam ſecundùm ordinem executionis, & ſecundùm effectus, quàm conſideratam ſecundùm ordinem intentionis, & ſecundùm electionem ad gloriam. Nam ſecundùm electionem ad gloriam non cadit de facto niſi ſub meritis Chriſti Domini: ſecundùm effectus verò ita cadit adæquatè, & totaliter ſub meritis Chriſti Domini, vt inadæquatè, & partialiter, ſecundùm aliquos ſcilicet effectus, licèt non ſecundùm omnes cadat etiam ſub meritis tum alterius puri hominis à prædeſtinato, tùm ipſiuſmet prædeſtinati: quoad plures tamen effectus cadit ſub meritis illius, ſub quibus cadit etiam quoad vocationem, & primam gratiā; quàm ſub meritis ipſiuſmet prędeſtinati, ſub quibus cadit ſolũ quoad iuſtificationem, & alia dona iuſtificationem conſequentia vſque ad glorificationem. Neque hoc poſtremum in præſenti eſt ſpecialiter probandum cum partim probatum fuerit *in ſuperioribus primis* §§. partim ſupponendum ſit ex libris de gratia in quibus ex profeſſo traditur dari in homine cauſam diſpoſitiuam ſuæ iuſtificationis, quatenùs per opera elicita ex gratia præueniente ſe diſponit, & præparat ad gratiam iuſtificantem. Item de condigno meritotiam aliorum donorum vſque ad glorificationem; quatenùs per opera elicita ex gratia iuſtificante de condigno meretur tum alia dona gratiæ, tum denique ipſam gloriam.

Prædeſtinatio magis cadit ſub meritis in executione, quàm in intentione.

CAPVT V.

De effectibus prædeſtinationis.

1. Effectus Prædeſtinationis in duas claſſes diuiduntur, altera claſſis continet effectus ſupernaturales, altera effectus naturales; & ad hanc claſſem effectuum naturalium reducitur permiſſio peccati eâ ratione, qua talis permiſſio eſſe poteſt effectus prædeſtinationis. Dûm prædeſtinationis effectus naturales aſſignantur duo ſunt aduertenda. Primò aduertendum eſt non recenſeri inter effectua prædeſtinationis dona naturalia, ſeu res naturales eâ præcisâ ratione, quâ à naturalibus cauſis ſecundùm communem

Effectus prædeſtinationis ſunt in duplici claſſe.

munem ipſarum curſum, & concurſum proueniunt: cum enim inter alias conditiones effectuum prædeſtinationis vna ſit conducere ad ſalutem, & gloriam, ſi res naturales eâ præciſâ ratione, quâ à naturalibus cauſis proueniunt, eſſent effectus prædeſtinationis, daretur ex viribus naturæ initium aliquod ſalutis, medium aliquod conducens ad gloriam, quod falſum eſſe, imò in fide periculoſum, patet *ex c. ſuperiori* §. 1. *aſſert.* 3. & 4.

Res naturales quomodo ſint effectus prædeſtinationis.

Secundò aduertendum res naturales non eſſe effectus prædeſtinationis eo modo, quo res ſupernaturales. Iſtæ enim ſunt effectus prædeſtinationis immediatè, elicitiuè, & quoad ſubſtantiam, quatenùs per propriam ſubſtantiam immediatè conducunt ad finem ſupernaturalem, & à ſupernaturali prouidentiâ per ſe pendent. Res naturales ſunt effectus prædeſtinationis ſolùm remotè, imperatiuè, & quoad modum quatenùs licèt non ſint ſecundùm ſe ad finem ſupernaturalem proportionatæ, nec petant prouidentiæ ſupernaturali ſubeſſe, poſſunt tamen ex imperio, ordinatione, aut eleuatione ſupernaturalis prouidentiæ ad finem ſupernaturalem ſaltem occaſionaliter conducere, & ſimul cum natura Auctori gratiæ miniſterialiter inſeruire. Sic in vniuerſum aſſignatâ duplici ſerie effectuum prædeſtinationis, quia determinare quinam ſingillatim ſint tales effectus pendet ex determinatione conditionum ad ipſos requiſitarum, & ex diuerſitate aſſignandi huiuſmodi conditiones oritur diuerſitas in aſſignandis prædeſtinationis effectibus expedit prædefinire, quænam ſint huiuſmodi conditiones. Ideò ſit

§. I.

De conditionibus requiſitis ad effectus prædeſtinationis?

2. Ad prædeſtinationis effectus tres conditiones requirũtur.

ASSERTVM: Conditiones requiſitæ ad effectus prædeſtinationis ſimpliciter, & abſolutè acceptæ ſunt tres potiſſimùm: ſcilicet quod effectus prædeſtinationis ſit beneficium Dei: Quod in re, & in effectu conducat ad gloriam: Quod à Deo tribuatur ex intentione efficaci gloriæ. Dixi prædeſtinationis ſimpliciter, & abſolutè acceptæ; nam ſi ſumatur prædeſtinatio, vt de facto in nobis exercetur, addi poteſt quarta conditio: quod ſcilicet ſit per Chriſtum, ſeu ſit ex meritis Chriſti. Omnis quippè gratia, quæ de facto hominibus datur, eſt gratia Chriſti, & non ſolum humana ſalus, verùm etiam quodlibet beneficium conducens ad humanam ſalutem eſt per Chriſtum. Quia tamen independenter à Chriſto poterat haberi hominum prædeſtinatio, ſicuti independenter ab eodem habita eſt prædeſtinatio Angelorum; eſſe per Chriſtum, ſeu eſſe ex meritis Chriſti, non eſt conditio per ſe, & intrinſecè requiſita ad prædeſtinationem abſolutè conſideratam, vt rectè aduertit Io. à S. Thoma 1. *part. queſt.* 23. *diſp.* 9. *art.* 1. *n.* 8.

In hoc aſſerto ita explicato conueniunt quoad ſubſtantiam omnes ferè Theologi, licèt quoad modum explicandi, & enumerandi conditiones, ſit aliqua diuerſitas: Aliqui enim primam conditionem à nobis aſſignatam ſub aliis terminis tradunt dicentes ad effectum prædeſtinationis requiri, quòd per ſe, & propriè ſit à Deo. Quod non ſit aliquod malum, quatenus tale. Ita Salmant. 1. *p. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 1. §. 1. *n.* 1. Aliqui vltra tres allatas quartam conditionem aſſignant ex parte ſubiecti, quod ſcilicet pertineat ad creaturam rationalem ordinatam ad finem ſupernaturalem; Ita Io. à S. Thoma *loc. cit. n.* 3. Aliqui ex aſſertis conditionibus ſolùm aſſignant tertiam, tanquam includentem duas priores, & per ſe ſufficientem abſque duarum priorum expreſſione. Sed in iis, quæ ſpectant ad modum loquendi, vix poteſt aliquid controuerti ſine quæſtione de nomine. Ideò quidquid ſit, an tres aſſertæ conditiones poſſint æquè bene, aut ſub aliis terminis, aut ſub maiori numero magis explicitè, aut ſub minori numero minùs explicitè recenſeri, ipſas quoad ſubſtantiam, & in re neceſſarias eſſe ad quemlibet prædeſtinationis effectum.

In taliũ conditionum aſſignatione varietas eſt tantũ quoad modum.

3. Probatur quoad duas primas conditiones ex ipſa definitione prædeſtinationis. Ex eo enim quòd prædeſtinatio ſit præparatio beneficiorum Dei, infertur effectus prædeſtinationis debere eſſe Dei beneficia: ex eo quòd talibus beneficiis certiſſimè liberentur, quicumque liberantur, infertur effectus prædeſtinationis debere in re, & in effectu conducere ad gloriam, & liberationem à damnatione. Quia deinde plura Dei beneficia efficaciter conducunt ad gloriam, vt aliquid antecedens, & cauſans prædeſtinationem, non vt aliquid ipſam prædeſtinationem ſubſequens, ſicut requiritur ad prædeſtinationis effectum, infertur pro tertiâ conditione, quod ſit ex intentione efficaci gloriæ, adeòque quod ſupponat electionem ad gloriam, & initium prædeſtinationis ordine intentionis. Defectu primæ conditionis nullum malum, quatenùs tale, eſt effectus prædeſtinationis. Defectu ſecundæ conditionis non ſunt effectus prædeſtinationis beneficia, aut purè naturalia, & per prouidentiam naturalem diſpoſita; aut communia reprobis, & diſpoſita per prouidentiam ſupernaturalem generalem. Defectu tertiæ conditionis non ſunt effectus humanę prædeſtinationis Incarnatio, & merita Chriſti, licet, & eximia Dei beneficia ſint, & ad hominum ſalutem, & gloriam maxima efficacitate conducant.

4. Dices, quidquid ſit de Incarnatione, ſaltem Chriſti merita ſunt recenſenda inter effectus prædeſtinationis hominum, ergo inter conditiones requiſitas ad effectus prædeſtinationis malè ponitur aliquod non conueniens meritis Chriſti. Antecedens probatur, quidquid ſe habet ad gloriam, tanquam medium ad finem, eſt effectus prædeſtinationis, quæ cum ſit mediorum præparatio eſt mediorum cauſa, at Chriſti merita ad gloriam hominum ſe habent, tanquam media ad finem, reſpiciunt enim talem gloriam tanquam præmiũ.

Merita autem ad præmium ſe habent tan- quam media ad finem, vt patet in meritis ipſorum hominum comparatiuè ad gloriam propriam. Sed contra falſum eſt merita Chriſti ſe habere ad gloriam hominum, tanquam media ad finem: neque hoc ſufficienter probatur ex eo, quòd reſpiciant talem gloriam, tanquam præmium, tunc enim ad ſummum merita reſpiciunt præmium, tanquam finem, quando tale præmium cauſant in executione tantùm, non in intentione; ex parte obiecti tantùm, non ex parte actus: qua ratione meritum prædeſtinati ipſius prædeſtinati gloriam cauſat. Non reſpiciunt verò merita præmium, tanquam finem, quando tale præmium cauſant etiam in intentione; tunc enim eum præmium ſit omnibus modis; & in intentione ſcilicet, & in executione poſterius meritis; ſe habet ad merita præciſè, vt finis effectus, non vt finis cauſa, & hac ratione gloria hominum eſt præmium meritorum Chriſti abſque eo, quòd hæc ad illam ſe habeant, tanquam media ad finem, & conſequenter tanquam effectus prædeſtinationis. Aliter ad poſitam inſtantiam occurrunt Salmant. 1. *par. tract.* 5. *diſp* 4. *dub*. 1. §. 1. *n*. 4. dicentes merita ad præmium ſe habere tanquam media ad finem, quando fit comparatio ad præmium excellentius ipſis meritis, non quando fit comparatio ad præmium meritis ignobilius. Verum hæc doctrina videtur ſupponere, quòd nequeat ordinari res nobilior ad ignobiliorem, tanquam medium ad finem, quod aliunde falſum ſuppono. Sentiēdum igitur merita Chriſti nec eſſe effectus prædeſtinationis, nec media ad gloriam hominum, quia gloriam hominum etiam in intentione præcedunt, non quia gloriam hominum nobilitate excedunt: & hoc conforme eſt iis, quæ dicebamus §. 4. *ſuperioris capitis*, dum admitteremus merita Chriſti licet de facto non ſint, eſſe tamen poſſe effectus prædeſtinationis hominum, ſi fuiſſent præuiſa poſt efficaciter intentam gloriam hominum.

Merita ad præmium quandonam ſe habeant, vt media ad finem, quãdo non.

5\. Effectus prędeſtinationis definitur.

Ex his habes effectum prædeſtinationis ſic poſſe definiri: Eſt Dei beneficium cum effectu conducens ad gloriam, & ex efficaci intentione gloriæ à Deo conceſſum. Et quamquam hæ vltimæ particulæ tanquam priores aut præſupponentes, aut implicitè includentes (quod enim à Deo conceditur ex efficaci intentione gloriæ, vtique neceſſe eſt, quod & ad gloriam conducat, & Dei beneficium ſit) in rigore ſufficiant ad definiendum prædeſtinationis effectum, nihilominus priores particulæ non omninò ſuperfluunt, & abſque eo, quòd reddant definitionem nimia prolixitate vitioſam ipſius claritati inſeruiunt, ſi non debentur neceſſitati.

6\. Habes inſuper ad hanc definitionem, & conditiones in ipſa contentas, eſſe maximè attendendum in aſſignandis ſingillatim prædeſtinationis effectibus, ſiue de naturalibus, ſiue de ſupernaturalibus ſermo ſit, & quidem ab iis tanquam à magis præcipuis, & magis propriis prædeſtinationis effectibus incipiendo, ſit

§. II.

An, & quomodo glorificatio ſit effectus prædeſtinationis?

ASSERTVM: Glorificatio eſt effectus prædeſtinationis, ſaltem mediatè. Ita Salmant. *prima parte, tract.* 5. *diſp*. 4. *dub*. 1. §. 3. 10. à S. Thoma *quæſt*. 23. *diſp*. 9. *art*. 2. Lugus *libro primo diſp*. 42. *cap*. 2. *numer*. 23. Herinex *diſp*. 8. *quæſt*. 4. *n*. 32. aliique Theologi communiter contra Durandum *in* 1. *diſt*. 41. *q*. 2. *n*. 10. 7.

7\. Glorificatio eſt effectus prędeſtinationis.

Probatur primò ex Rom. 8. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, &c. quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit*, quo in loco enumerantur ſupernaturales prædeſtinationis effectus, & inter iſtos ponitur glorificatio, cuius nomine licèt nonnulli Sancti Patres apud Vaſquium 1. *parte, diſp*. 93. *cap*. 1. intelligunt non alterius vitæ beatitudinem, ſed gloriam præſentis, quatenùs Deus iuſtos etiam in præſenti vitâ clariores reddit, & glorioſos; cæteri tamen magis communiter exponunt de collatione æternæ gloriæ in alia vita. Confirmatur ex D. Thoma *prima parte, quæſt*. 23. *art*. 3. *ad ſecundum. Prædeſtinatio eſt cauſa, & eius, quod expectatur in futurâ vitâ, ſcilicet gloria; & eius, quod percipitur in præſenti ſcilicet gratia, &c.*

Probatur ſecundò media conducentia ad gloriam ſeu ad gloriæ conſecutionẽ sũt effectus prædeſtinationis, ergo etiam eſt effectus prædeſtinationis ſaltem mediatè gloria ipſa, ſeu gloriæ conſecutio. Antecedens patet, quia prædeſtinationem eſſe præparationem beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, &c. idem eſt, ac eſſe cauſam mediorum efficaciter, & infallibiliter ad gloriam conducentium. Conſequentia probatur: Quod eſt cauſa mediorum conducentium ad finem eſt etiam (ſubintellige in executione) cauſa ſaltem mediatè ipſius finis, ergo ſi prædeſtinatio eſt cauſa mediorum conducentium ad gloriam eſt etiam cauſa ipſius gloriæ, adeóque ſi media conducentia ad gloriam ſunt effectus prædeſtinationis, etiam ipſa gloria eſt effectus prædeſtinationis. 8.

Dices: Imò quia prædeſtinatio eſt præparatio mediorum, & habet pro effectu media ad gloriam conducentia potiùs probatur non habere pro effectu gloriam, cum gloria non ſit medium ad ſe ipſam conducens, & confirmatur hoc ex ſuprà aſſignatis conditionibus effectuum prædeſtinationis, inter quos ſecunda eſt conducere efficaciter ad gloriam, gloria autem vtique non conducit ad ſe ipſam. Secunda igitur conditio ſuprà aſſignata pro effectibus prædeſtinationis nullatenùs conuenit gloriæ, cui etiam ęgrè conuenit tertia conditio: valde enim impropriè dicitur, quod gloria à Deo cõferatur ex efficaci intẽtione gloriæ. Sed contra prædeſtinatio eſt præparatio mediorum finem concernentium, non finem excludentium, ita igitur habet pro effectu media, vt non excludat habere pro effectu 9.

Prædeſtinatio eſt præparatio, & cauſa mediorum cõcernentium non excludentium finem.

effectu finem (ſubintellige in executione, nam in intentione, ſicuti huis eſt cauſa, non effectus mediorum ; ita gloria eſt cauſa, non effectus prædeſtinationisquia tamen habet media pro effectibus immediatis, finē verò pro effectu mediato ſimpliciter, & abſolutè potiùs dicitur habere pro effectu media, quam finem. Ad illud, quodadditur in confirmationem dico gloriam in tranſitiuè, & per modum termini conducere ad ſe ipſam, licèt non cauſatiuè, & per modum medij; vel ſi hæc locutio non arridet, dicito ſecundam illam conditionem requiri in omnibus effectibus immediatis non in effectu mediato, imò vltimo; qualis eſt gloria: cum ſit de ratione effectus vltimi ad aliud non conducere, ſicuti eſt de ratione diſpoſitionis primæ aliam diſpoſitionem non ſupponere: faciliùs verificatur reſpectu gloriæ tertia conditio, & cum finis in executione cauſetur à ſe ipſo in intentione non video, cur impropriè dicatur gloriam in executione cauſati, ſeu à Deo conferri ex efficaci intentione ſui ipſius.

Gloria intranſitiuè cōducit ad ſe ipſam.

10\. Quid intelligatur nomine glorificationis.

Dubitatur hîc quid intelligatur nomine glorificationis, quæ aſſerta eſt prædeſtinationis effectus, vtrùm præcisè conſecutio beatitudinis eſſentialis, an etiam tùm ea, quæ talem beatitudinē antecedunt, vt infuſio luminis gloriæ, vnio intelligibilis diuinæ eſſentiæ: tùm ea, quæ conſequuntur, vt dotes animæ, & corporis in homine glorificato. Reſpondetur principalius intelligi ſolam beatitudinem eſſentialē, minùs principaliter etiam reliqua tum antecedentia, tum conſequentia: Ratio eſt, quia ex vna parte hæc omnia ſunt effectus alterius prouidentiæ, non poſſunt autem eſſe effectus alterius prouidentiæ, quàm prouidentiæ ſupernaturalis ſpecialis, quæ dicitur prædeſtinatio: ex alia parte glorificatio, quæ in executione eſt effectus prædeſtinationis, eſt illa eadem, quæ in intentione eſt cauſa finalis prædeſtinationis. Certum eſt autem prærogatiuam finis ſupernaturalis principalius tribui conſecutioni beatitudinis eſſentialis, quàm reliquis aut tantecedentibus, aut conſequentibus.

§. III.

An, & quæ iuſtificatio electorum ſit effectus prædeſtinationis?

11\. Omnis iuſtificatio electorum eſt effectus prædeſtinationis.

ASSERTVM: Exceptâ gratiâ collatâ in ſtatu innocentiæ omnis iuſtificatio, ſeu omnis gratia iuſtificans electorum, eſt effectus prædeſtinationis, adeóque talis eſt in electis non ſolùm gratia continuata abſque vlla interruptione cum dono perſeuerantiæ, verùm etiam gratia interrupta per peccatum ſumpta quoad ſubſtantiam, & vt primò collata. In quo ſpecialiter nobis aduerſantur Vaſquez *prima parte, diſputation. 93. capit.* 3. Meratius, Becanus, Alarcon, aliique nonnulli, contra quos aſſertum noſtrum ſuſtinent Salmant. *prima parte, tractat.* 5. *diſputation.* 4. *dubio ſecundo* §. 2. Ioan. à S. Thoma *quæſtion.* 23. *diſput.* 9. *art.* 3. Lugus *diſputat.* 42. *capit.* 5. *num.* 19. Arriaga *diſput.* 38. *ſect.* 1. *ſubſect. prima*, Herincx *diſp.* 8. *quæſtion.* 4. *num.* 35. Eſtius *in primo diſtinction.* 40. §. 7. cæterique magis communiter cuiuſcumque Scholæ Theologi.

Gratia collata in ſtatu Innocentiæ excipitur ab effectibus prædeſtinationis, & cur.

Dixi *exceptâ gratiâ collatâ in ſtatu innocentia*, quia cum decretum conferendi gratiam primis parentibus in ſtatu innocentiæ præceſſerit tùm præuiſionem meritorum Chriſti, tùm electionem primorum parentum ad gloriam, nec potuit eſſe ex Chriſti meritis, nec ex intentione efficaci gloriæ, ipſis primis parentibus conferendæ quod vtrumque tamen requiritur ad effectum prædeſtinationis. Primum quidem ad effectum prædeſtinationis ſumptæ de facto, & quatenùs exercetur ſecundùm præſentem prouidentiam: alterum verò ad effectum prædeſtinationis etiam ſumptæ ſimpliciter, & abſolutè, vt patet *ex aſſerto* §. *ſuperioris*. Et hinc habetur obiter gratiam collatam primis parentibus in ſtatu innocentiæ aliunde, quàm ex eo, quòd fuerit per peccatum interrupta excludi ab effectibus prædeſtinationis vnde ex eo, quòd illa effectus prędeſtinationis non fuerit, malè infertur à nonnullis omnem aliam iuſtificationem, & gratiam per peccatū interruptā eſſe ab effectibus prædeſtinationis excludendam, ſeu neque etiam vt primo collatam, eſſe effectū prędeſtinationis.

12\. Gratia non interrupta per peccatū non poteſt negari effectus prædeſtinationis.

Dixi *non ſolùm gratia continuata abſque vllâ interruptione cum dono perſeuerantiæ*, quia hanc gratiam, ſeu hanc iuſtificationem eſſe effectum prædeſtinationis non negatur, niſi ab Ochamo, & Gabriele, *in* 1. *diſt.* 41 *q.* 1. exiſtimantibus prædeſtinationem eſſe ſolam volitionem dandi gloriam, nec alium habere effectum, quàm glorificationem: in quo ſicuti proceditur ex falſo fundamento, ita non mirum, quod ſtatuatur falſa opinio, & improbata ab omnibus Theologis, qui verba illa Rom. 8. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit hos, & iuſtificauit*, affirmant continere effectus prædeſtinationis, & ly *iuſtificauit* intelligunt ſaltem de iuſtificatione per peccatum non interruptâ, & cum dono perſeuerantiæ coniunctâ, cui quidem iuſtificationi optimè conuenire omnes conditiones *ſuperiori* §. aſſertas euincet à fortiori probatio, quæ mox vrgebitur ſuadendum omnem iuſtificationem electorum etiam peccato interruptā effectū eſſe prædeſtinationis.

13\. Gratia per peccatum interrupta tripliciter ſumitur.

Dixi, *verùm etiam gratia interrupta per peccatum ſumpta quoad ſubſtantiam, & vt primò collata*: pro quo aduerto cum Io. à S. Thoma *a.* 3. *ſup. cit. n.* 1. gratiam per peccatum interruptam conſiderari poſſe tripliciter, vel in ſtatu primæ collationis antecedenter ad interruptionem; vel in ſtatu actualis interruptionis; vel in ſtatu reparationis ſubſequentis interruptionem. In ſecundo ſtatu certum eſt gratiam per peccatum interruptam non eſſe effectum prædeſtinationis, qui in tali ſtatu eſt corruptio, & carentia gratiæ, non gratia ipſa, adeóque eſt defectus-

ſeu carentia effectus, non effectus prædeſtinationis. In tertio ſtatu è contra certum eſt gratiam per peccatum interruptam effectum eſſe prædeſtinationis, talis enim gratia ſecuta reparatione eodem modo ſe habet, ac ſi non eſſet interrupta nec antecedens interruptio nocere poteſt ſubſequenti reparationi. Quod ſi ſupponatur gratiam reparatam iterum eſſe interrumpendam de tali gratiâ reparatâ, & poſt reparationem interrumpendâ idem ſentiendum eſt, ac de gratiâ primò collatâ, & interrumpendâ poſt primam collationem, de qua in præſenti ſpecialiter aſſeritur effectum eſſe prædeſtinationis. &

14. Probatur primò ex relatis verbis Rom. 8. *Quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Vbi cum enumeretur inter effectus prædeſtinationis iuſtificatio ſimpliciter, & abſolutè vſurpata, non debet ſine neceſſitate limitari ad iuſtificationem non interrumpendam per peccatum: nullam autem eſſe neceſſitatem talis limitationis inducendæ, imò potiùs eſſe neceſſitatem eiuſdem reiiciendæ ex ſequentibus probationibus conſtabit.

15 Probatur ſecundò in electis iuſtificatio, ſeu gratia iuſtificans etiam interrupta per peccatum ſumpta quoad ſubſtantiam, & vt primò collata, eſt Dei beneficium cum effectu conducens ad gloriam, & ex efficaci intentione gloriæ à Deo conceſſum, ergo eſt effectus prædeſtinationis. Conſequentia patet ex ſuprà traditis conditionibus, & definitione effectus prædeſtinationis. Antecedens quoad primam partem, quod ſcilicet gratia illa ſit Dei beneficium facilè conſtat ex eo, quòd omnis gratia eſt à Deo iuxta illod Pſalm. 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus.* Omnis item gratia eſt beneficium, imò gratia, & beneficium conuertuntur. Quoad ſecundam partem, quod ſcilicet cum effectu ducat ad gloriam probatur gloria, ſeu gradus gloriæ in Patria non ſolùm correſpondet gratiæ reparanti, & vltimæ perſeuerantiæ; verùm etiam gratiæ reparatæ, at gratia reparata eſt illa, quæ fuit primò collata, & deinde per peccatum interrupta, ergo etiam gratia per peccatum interrupta ſumpta quoad ſubſtantiam, & vt primò collata cum effectu conducit ad gloriam. Nec refert ſi dicatur, in reparatione, & reuiuiſcentia produci gratiam numero diuerſam ab ea, quæ per peccatum corrupta, & interrupta eſt. Non refert inquam, quia quidquid ſit de phyſica diuerſitate, gratia reparata eſt ſaltem moraliter illa eadem, quæ fuit primò collata, quod ſufficit ad præſens inſtitutum. Deindè eſt ſaltem quaſi cauſa gratiæ reparatæ, adeóque ſi gratia reparata cum effectu conducit ad gloriam, etiam gratia primò collata cum effectu conducet ad gloriam ſaltem remotè. Probatur primum antecedens quoad tertiam partem, quod ſcilicet gratia iuſtificans, etiam interrupta &c. detur ex efficaci intentione gloriæ; ante decretum conferendi gratiam iuſtificantem etiam interrumpendam &c. datur in Deo decretum electionis ad gloriam, ſeu intentio efficax gloriæ, ergo collatio gratiæ iuſtificantis etiam interrumpendæ eſt cum intentione efficaci gloriæ; conſequentia probatur, quia quod conducit ad finem, ſicuti ex mox dictis gratia etiam interrumpenda conducit ad gloriam; & eſt volitum poſt efficacem intentionem finis, nihil aliud requirere poteſt ad hoc, vt ſit volitum ex efficaci intentione finis; antecedens ſupponitur *ex ſupradictis cap. 3. §. 3.*

Gloria correſpondet non ſolùm gratiæ reparanti, verùm etiam reparatæ.

Dices: Iuſtificatio ſeu gratia iuſtificans per peccatum interrupta, quæ aſſeritur prædeſtinationis effectus, vel ſumitur cum habitudine, & ordine ad reparationem, vel ſine tali habitudine. Si primum ſumitur vt reparata; non quoad ſubſtantiam, & vt primò collata. Si ſecundum, nec conducit ad gloriam, nec eſt ex efficaci intentione gloriæ, gratia enim per peccatum interrupta conſiderata ſine ordine ad reparationem, nec coniungitur cum perſeuerantia finali, nec eſt propria prædeſtinatorum, quod vtrumque requiritur ad hoc, vt conducat ad gloriam, & ſit ex efficaci intentione gloriæ. 16.

Sed contra: Aliud eſt ſumere gratiam cum habitudine & ordine ad reparationem; aliud eſt ſumere gratiam vt reparatam, ſeu vt coniunctam cum actuali reparatione. Sicuti aliud eſt ſumere cauſam cum habitudine & ordine ad effectum, aliud eſt ſumere cauſam, vt cauſantem, ſeu vt coniunctam cum actuali productione effectus: & in vniuerſum aliud eſt dicere habitudinem ad actum ſecundum, aliud eſt dicere coniunctionem actualem cum actu ſecundo. In propoſito igitur dico gratiam iuſtificantem per peccatum interruptam, quæ aſſeritur effectus prædeſtinationis, ſumi cum habitudine & ordine ad reparationem, ſed non ſumi, vt reparatam, imò hoc ipſum eſt, quod intendo; huiuſmodi ſcilicet gratiam antecedenter tum ad reparationem, tum ad interruptionem, & in primâ ſui collatione ſubeſſe tum decreto poſitiuo reparationis, tum decreto permiſſiuo interruptionis, ſicque ex vi primi decreti habere in primâ ſui collatione habitudinem, & ordinem ad reparationem, ratione cuius habitudinis & coniungitur cum perſeuerantia finali, & aſt propiâ prædeſtinatorùm; in reprobis enim gratia ſubeſt ſolùm decreto permiſſiuo interruptionis, non decreto poſitiuo reparationis, ſicque non dicit ordinem ad reparationem.

Aliud eſt ſumere gratiã cum habitudine ad reparationem, aliud eſt ſumere gratiã vt reparatã.

17. Vrgebis quidquid ſit de habitudine ad reparationem tamen gratia per peccatum interrupta non coniungitur cum perſeuerantia finali, niſi ſecuta reparatione: item non niſi ſecutâ reparatione conducit ad gloriam, ſed gratia vt ſumitur ſecutâ reparatione eſt gratia vt reparata, ergo à primo ad vltimum gratia per peccatum interrupta non eſt effectus prædeſtinationis, niſi vt reparata. Contra tamẽ dico proximè quidem, & immediatè non coniungi gratiam per peccatum interruptam cum perſeuerantia finali, proximè pariter, & immediatè non condu-

Effectus prędeſtinationis nõ ſunt omnes æquè immediati.

cere

cere ad gloriam, niſi ſecutâ repatstione, mediatè tameo, mdisnte ſcilicet reparstione ſecutura, & remotè gratiam per peccatum ioterruptam etiam vt primò collatam eum perſeuerantia finali cooiungi, & sd gloriam conducere: hocque ſufficere ad effectum prædeſtinationis. Neque enim quidquid aſſeritur effectus prædeſtinationis, aſſeritur effectus immediatus, & proximus, tanquā mediū immediatè, & proximè cōducena ad glorism, alioqui neque etiam grstis iuſtificana per peccatum non interrupta, vt primò collsta dici poſſet effectus prædeſtinationis.

18. Gratia per peccatum interrupta diuerſimodè ſe habet in primis parētibus, in cæteris prædeſtinatis, & in reprobu.

Ex his habes gratiam per peccatum interruptsm vel conſiderari poſſe in primia psrentibua, vel in cæteris prædeſtinatis, vel in reprobia. In quocumque ex his ſubiectis conſideretur, diuerſimodè ſe habet in ordine ad prædeſtinationem. In primis ſcilicet parentibus eſt effectus prædeſtinationis ſolùm, vt repsrata (ſuppono pro nune per pœoitentism fuiſſe reparatam, & reſtitutam primis parentibus gratiam ipſia eollstam in Innocentia, cuius oppoſitum eſſe ſatis probabile notant Salmant. §. 2. *ſupracit. num.* 26.) non vt primò collata, quia ſolùm vt repsrata eſt ex efficaci intentione gloriæ, ſicuti ſolùm vt reparara ſupponit electionem sd gloriam. In cæteris prædeſtinatis eſt effectus prædeſtinationis tum vt reparata tum etiam vt primò collats, quemadmodum *toto hoc* §. probatum eſt. In reprobis neque vt primò collsta, neque vt reparata, quia nec finaliter reparatur, nec dicit ordinem ad reparstionem, & coniunctionem eum perſeuerantis finali: ex qoo eapite in prædeſtinatis gratis per peccatum interrnpta habet, quod etiam vt primò collata, ſit effectus prædeſtinationis. Remanet igitur talis gratia io reprobis effectus prouidentiæ ſupernaturalis generalis, & communis. Faciunt hîc ad rem verba D. Thomæ 3. *parte*, *quæſt*. 89. *articul*. 2. *ad* 1. *Non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum hac ipſum, quod per peccatum à Dei amore cadunt: quod patet in his, qui cadunt, & nunquam reſurgunt, ſed his tantum, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti, ſcilicet prædeſtinatis, qui quotieſcumque cadunt, finaliter tamen reſurgunt.*

---

§. IV.

An, & quæ vocatio electorum ſit effectus prædeſtinationis?

19. Omnis ferè electorum vocatio etiā inefficax eſt effectus.

ASSERTVM: Exceptis vocationibus ſtstus Innocentiæ omnis vt plurimùm vocatio ſupernatnralia interna electorum eſt effectus prædeſtinationis, sdeóque talis eſt in electis non ſolùm vocatio efficax, verùm etiam ferè omnis vocatio inefficax ſumpta quoad ſubſtantiam, & entitatem. Its Sslmsnt. *prima parte, tractat.* 5. *diſput*. 4. *dub*. 3. § 3. Io. à S. Thoma *quæſt*. 23. *diſputat*. 9. *articul*. 3. *num*. 7. *& alij plures Thomiſtæ*, cum quibus ſeotiunt De Quiros *tract*. 6. *diſp*. 16. *ſect*. 2. *num*. 8. Herincx *diſputat*. 8. *quæſt*. 4. *numero* 35. Artiaga *diſput*. 38. *ſect*. 1. *ſubſec*. 2. *numero* 15. Herice *tract*. 3. *diſput*. 30. *cap*. 2. & licet inter hos Auctores, & Thomiſtas relatos ſit sliquod diſſidium in eo, quod illi omnes prorsùs vocationes electorum abſque vlls limitatione inter effectus prædeſtinationia recenſent; iſti ex inefficacibus aliquos excipiunt. Eſt tamen inter eoſdem conuenientia io principali puncto eontrouerſiæ, quod ſcilicet vocationes inefficacea electorum non debeant abſolutè, & per ſe loquendo ab effectibus prædeſtinationis excludi, vt ſentiunt Vaſquez *prima parte*, *diſput*. 93. *cap*. 1. *num*. 4. Valentis *diſputat*. 1. *quæſt*. 23. *punct*. 3. §. *ſecundùm eſt*, Lugus *diſput*. 42. *cap*. 2. *num*. 7. contra quos propterea procedit poſitum sſſertum, procedit verò à fortiori contra Bonauenturam *in* 1. *diſt*. 41. *artic*. 1. *quæſt*. 1. vbi excludit ab effectibua prædeſtinationia quidquid anteeedit iuſtificationem, adeóque vocationem omnem etiam efficacem. Item contra *Ochamum, & Gabrielem* ſupra relatos excludentes sb effectibua prædeſtinationis quidquid antecedit glorificationem.

Dixi *exceptis vocationibus ſtatus Innocentiæ*, quia in tali ſtatu gratia vocationis æquè, ac gtstia iuſtificationis sntecedit tum præuiſiunem meritorum Chriſti, tum electionem primorum parentum ad gloriam, sdeóque quantùm ad rem præſentem attinet quod præmiſſum eſt *in ſuperiori* §. de gratia iuſtificationis militat etiam de gratia vocstionis. 20.

Dixi *vocatio ſupernaturalis interna*, quia vocatio naturalis continetur inter dona naturalia, de quibns infrà. Vocatio externa non recipitur in ipſo prædeſtinato, hîc autem ſermo eſt de effectibus, quos prædeſtinatio cauſat in prædeſtinato, quoad rem tamen quod aſſeritur de vocatione ſupernsturali interna, procedit etiam de vocatione ſupernaturali externa, putà Prædicatione Euangelij, Operatione miraculi, & ſimilibus. 21.

Dixi *non ſolùm vocatio efficax*, quia de hac ſaltem debent intelligi verba illa continentia prædeſtinationis effectus Rom. 8. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit*. Et huic vocationi conuenire omnes conditiones requiſitas ad prædeſtinationis effectus euincent à fortiori probationes ſubiiciendæ pro vocationibus inefficscibus. 22.

Dixi *verùm etiam ferè omnis vocatio inefficax*, quis non videtur poſſe negari aliquss vocationes inefficaces, verſantes præſertim circa opers maioris perfectionis, & conſilij ex toto negligi, & in omnimodam obliuionem abire. De his vocatiooibus non spparet quomodo ad gloriam conducant, & effectus ſint prædeſtinstionis. Nec placet effugium Io. à S. Thoma *artic*. 3. *præcit. numero* 13. dicentia, quod ſi homo non recordetur cuiuſcumque vocationis inefficscis in 23.

Quænā vocatio inefficax non ſit effectus prædeſtinationis.

particulari, ſaltem poterit recordari omnium in communi, & ex omnibus in communi excitari ad humiliationem, & gratiarum actionem; vel ſi alicuius vocationis inefficacis nullatenùs in hac vita recordetur, ſaltem in alia vita recordabitur, vt indè excitetur ad laudem Dei, & gaudium accidentale. Non placet inquam, quia quod dicitur de memoria omnium vocationum inefficacium in communi non militat reſpectu vocationis inefficacis, quæ habeatur circa tempus mortis, cui facilè contingeret nullam ſuccedere reflexionem actualem circa vocationes inefficaces etiam in communi. Quod dicitur de recordatione in alia vita, vt inde beatus excitetur ad laudem, & gaudium accidentale malè congruit definitioni effectus prædeſtinationis, qui dum dicitur debere eſſe ex intentione gloriæ, & conducere ad gloriam, per ly *gloriam* importat beatitudinem eſſentialem, non beatitudinem accidentalem, & ſicuti non dicitur prædeſtinationis cauſa quod cauſat ſolùm beatitudinem accidentalem, ita non debet ſimpliciter dici prædeſtinationis effectus, quod eſt medium conducens ſolùm ad beatitudinem accidentalem.

Conducere ad beatitudinem accidentalem nó ſufficit pro effectu prædeſtinationis.

24 Dixi *ſumpta quoad ſubſtantiam & entitatem*, pro quo aduerto vocationem inefficacem duo dicere; & auxilium ſufficiens, quod à Deo confertur, & reſiſtentiam voluntatis creatæ negantis conſenſum tali auxilio, quæ reſiſtentia ſi fiat vocationi, quæ ſit ad opus conſilij non eſt quidem peccaminoſa, at non eſt Dei beneficium, quia nec eſt in ſe opus bonum; & meritorium, nec cum opere bono, & meritorio per ſe coniungitur. Dum igitur aſſertum procedit de vocatione inefficaci ſumpta quoad ſubſtantiam, & entitatem, procedit de tali vocatione, quatenùs dicit auxilium ſufficiens, quod à Deo confertur, non quatenùs dicit reſiſtentiam voluntatis creatæ negantis conſenſum tali auxilio. Sic explicatum aſſertum

Vocatio inefficax duo dicit.

Probatur primò ex relatis verbis Rom. 8.
25. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit*, quæ verba non debent ſine neceſſitate limitari ad ſolas vocationes efficaces. Nec obſtat D. Auguſtinus *lib. de prædeſtinatione ſanctorum, cap. 16.* dicens: *Vocat Deus prædeſtinatos multos filios ſuos, vt eos faciat membra prædeſtinati vnici filij: Sed non eâ vocatione, quâ vocati ſunt qui noluerunt venire ad nuptias:* At vocatio eorum, qui noluerunt venire ad nuptias, fuit inefficax, ergo ſi prædeſtinati non vocantur à Deo ea vocatione, non vocantur vocatione efficaci, & per conſequens iuxta mentem Auguſtini ly *quos prædeſtinauit, hos & vocauit*, procedit de ſola vocatione efficaci. Non obſtant inquam verba *Auguſtini*, quia aliud eſt dicere vocationem inefficacem præcisè, aliud eſt dicere vocationem inefficacem reproborum, qualis eſt vocatio eorum, qui noluerunt venire ad nuptias, vocatione inefficaci huius ſecundi generis, prædeſtinati non vocantur; bene tamen aliqua vocatione inefficaci primi generis de illâ autem, non de iſtâ loquitur *D. Auguſtinus*.

Probatur ſecundò vt plurimùm vocatio ſupernaturalis interna electorum etiam inefficax ſumpta &c. eſt Dei beneficium cum effectu conducens ad gloriam, & ex efficaci intentione gloriæ à Deo conceſſum, ergo vt plurimùm vocatio ſupernaturalis &c. eſt effectus prædeſtinationis. Conſequentia patet; antecedens quoad primam, & tertiam partem, colligitur proportionaliter ex ſecunda probatione aſſerti poſiti *in ſuperiori §.* ſolùm indiget aliqua probatione quoad ſecundam partem, quæ ſic probatur. Vt plurimùm vocationes etiam inefficaces in prædeſtinatis conducunt cum effectu ad actus meritorios, quatenùs prædeſtinatus recogitans tum Dei beneficentiam in talium vocationum collatione, tum propriam non correſpondentiam in negatione conſenſus excitatur tum ad gratiarum actionem, tum ad humiliationem, imò ad dolorem, & pœnitentiam, ſi talibus vocationibus reſiſtendo peccauerit, ergo vt plurimùm vocatio ſupernaturalis &c. conducit cum effectu ad gloriam. 26.

Vocationes inefficaces excitant ad actus meritorios.

Dices hanc excitationem ad gratiarum actionem, humiliationem, & pœnitentiam non ſufficere, vt vocationes inefficaces dicantur conducere ad gloriam eo modo, quo requiritur ad effectus prædeſtinationis; tum quia per talem excitationem non conducunt ad gloriam vi ſuâ, ſed mediâ vocatione efficaci diſtinctâ, nec homo recogitans vocationes inefficaces ſibi collatas mouetur cum effectu ad gratiarum actionem, humiliationem, pœnitentiam, niſi ipſi à Deo tribuatur vocatio efficax ad tales actus. Tum quia etiam peccatum excitando ad humiliationem, & pœnitentiam poteſt ad gloriam conducere, & tamen peccatum non eſt effectus prædeſtinationis, ergo quia conducere ad gloriam per talem excitationem non eſt conducere eo modo quo requiritur ad effectus prædeſtinationis. Sed contra: Licèt prædeſtinatus in recogitando ipſas vocationes inefficaces, nedum in eliciendo actus gratiarum actionis, humiliationis, pœnitentiæ indigeat ſpeciali auxilio, & vocatione efficaci, adhuc tamen ipſæ vocationes inefficaces vi ſuâ conducunt ad gloriam ſaltem obiectiuè; quatenùs ſunt per ſe, & vi ſuâ obiectum gratiarum actionis humiliationis, pœnitentiæ, & ſimilium actuum per ſe ad gloriam conducentium. Neque propterea, vt additur in ſecunda parte inſtantiæ peccatum eodem modo ad gloriam conduceret, eodémque modo eſſet prædeſtinationis effectus: Enimverò peccatum non códucit ad gloriam per modum beneficij à Deo collati, & effectus per ſe à Deo intenti ex intentione gloriæ, quod requiritur ad effectum prædeſtinationis, & conuenit vocationibus inefficacibus ſumptis quoad ſubſtantiam modo ſuprà explicato. 27.

Peccatum etiam vt excitat pœnitentiam non eſt effectus prædeſtinationis.

Probatur tertiò non eſt deteriùs ſentiendum in ordine ad prædeſtinationem de vocationibus ſupernaturalibus, licèt inefficacibus, 28.

cibus, quàm de bonis naturalibus ſed plura boua naturalia ſunt effectus prædeſtinationis in electis, ergo vt plurimùm ſunt effectus eiuſdem prædeſtinarionis vocationes ſupernaturales, licet inefficaces. Minor tradetur *infrà* §.6. conſequentia patet, quia recenſere inter effectus prædeſtinarionis bona naturalia, & noo vocationes ſupernaturales inefficaces, eſt negare iſtis aliquam perfectionem, quæ illis conceditur, quod vtique eſt deterius de iſtis, quàm de illis ſentire. Maior probatur. Vocationes licet inefficaces eo ipſo, quod ſunt ſupernaturales habent ex ſe in ordine ad prædeſtinarionem maiorem ptoportionem, quàm bona naturalia; ſunt quippè in ordine ad prædeſtinationẽ ſub eodem genete proximo prouidentiæ ſupernarutalis, cum bona naturalia ex ſe in ordine ad prædeſtinationẽ non ſint niſi in eodem genere magis remoto prouidentiæ vt ſic præſcindentis, à naturali, & ſupernaturali ergo. Et hinc ſpecialiter confirmatur ferè omnes vocationes inefficaces, non omnes ſimpliciter, eſſe effectus prædeſtinarionis, ſicuti bona naturalia ſunt ſecundùm ſe effectus prouidentiæ naturalis; ita vocationes ſupernaturales inefficaces ſunt ſecundùm ſe effectus prouidentiæ ſupernaturalis generalis, ergo ſicuti prouidentia ſupernatutalis ſpecialis, ſeu prædeſtinatiua relinquit in electis aliqua bona naturalia ſub pura prouidẽtia naturali, ita debet relinquere aliquas vocationes ſupernaturales in electis ſub pura prouidentia generali, adeò vt electi ſubſint quidem ſimpliciter prouidentiæ ſupernaturali ſpeciali, ſeu prædeſtinatiuæ, ſubſint tamen etiam ſecundùm quid tum prouidentiæ naturali, tum ptouidentiæ ſupernaturali generali.

Electi ſubſunt ſimpliciter prouidentiæ ſupernaturali ſpeciali ſecundùm quid verò tum prouidentiæ naturali, tum prouidentię ſupernaturali generali.

29. Ex his habes vocationes efficaces in electis omnes eſſe proprias electorum, omnes pertinere ad prouideotiam ſupernaturalem ſpecialem: vocationes verò inefficaces eſſe quidem quoad maiorem partem pariter electorum proprias, & ad prouidentiam ſupernaturalem ſpecialem pertinentes; aliquas tamen etiam eſſe reprobis communes, & ad prouidentiam ſupernaturalem generalem pertinentes. Differunt verò vocationes propriæ electorum ſiue efficaces, ſiue inefficaces ſint, ab illis, quæ communes ſunt reprobis in eo, quod quæ ſunt proptiæ electotum conducunt cum effectu ad gloriam, vel effectiuè, ſi ſint efficaces; vel ſaltem obiectiuè, ſi ſint inefficaces, & dantur ex efficaci intentione gloriæ: Quæ ſunt communes reptobis nec cum effectu conducunt ad gloriam, nec dantur ex efficaci iotentione gloriæ.

§. V.

An, & quomodo actus ſupernaturales electorum ſint effectus prædeſtinationis?

ASSERTVM: Actus ſupernaturales electoruo, qui ſunt effectus prædeſtinationis, ſunt tales non ſolùm, vt ſunt à gratia, verùm etiam vt ſunt à libero arbitrio. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt.* 23. *articul.* 5. *in C.* Io. à S. Thoma *eadem quæſtione diſput.* 8. *art.* 4. Salmant. *tract.* 5. *diſputat.* 4. *dub.* 4. §. 2. & vltrà alios plures tum in Schola Thomiſtica, tum ex alijs Scholis ab iiſdem *Salmanticenſibus* relatos Lugus *diſputat.* 42. *cap.* 2. *num.* 12. Arriaga *diſput.* 38. *ſect.* 2. *ſubſec.* 2. *numero* 13. *&c.* contra Molinam *prima parte, quæſt.* 23. *artic.* 5. *diſput.* 1. *membro* 10. §. *ea minandum tamen*, Henricum *quodlib.* 4. *quæſt.* 19. *& quodlib.* 8. *quæſtione* 5. 30.

Actus ſupernaturales ſũt effectus prędeſtinationis etiam vt ſunt à libero arbitrio.

Dixi, *actus ſupernaturales electorum, qui ſunt effectus prædeſtinationis*; ad innuendum me non aſſerere omnes actus ſupernaturales electorum eſſe effectus prædeſtinationis, nam pꝛæterquam hoc certum eſt de actibus ſupernaturalibus elicitis à primis parentibus in ſtatu Innocentiæ, etiam pro præſenti ſtatu naturæ lapſæ probabile eſt dari in electis aliquos actus ſupernaturales ſpectantes ad prouidentiam ſupernaturalem generalem, ſicuti *in ſuperiori* §. dictum eſt de aliquibus vocationibus ſupernaturalibus inefficacibus. Porrò tales actus, ſi dantur, erunt ex iis, quos electus elicit in ſtatu peccati, qui per conſequens cum ſint de coogruo tantùm meritorij gratiæ, & gloriæ, faciliùs poſſunt à Deo non acceptari, & nullatenùs conducere in re ad gloriam, vt requiritur ad effectum prædeſtinationis.

Dixi, *Verùm etiam vt ſunt à libero arbitrio*, vbi non ſumo liberum arbitrium ſecundùm vires naturales, & virtutem innatam præcisè, excludendo auxilia gratiæ, hac ratione enim dicere actus ſupernaturales, vt ſunt à libero arbitrio, repugnat in terminis ſecuudùm noſtra principia, ſecundùm quæ, vt colligi poteſt *ex lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. potentia naturalis reſpectu actus ſupernaturalis nihil per ſe ipſam, ſuámque virtutem innatam præcisè proximè, & immediatè agit. Sumo igitur liberum arbitrium, vt eleuatum à gratia, & quatenùs ſuppoſita tali eleuatione ſimul cum gratia deinde concomitanter ſe habente effectum ſupernaturalem producit. Hac ratione diſtinguendo in ordine ad actus ſupernaturales tum concurſum gratiæ, tum concurſum arbitrij aſſero illos, etiam vt terminant concurſum arbitrij, ſeu vt ſunt à libero arbitrio, eſſe effectus prædeſtinatioois. 31.

Probabile eſt aliquos ex huiuſmodi actibus non eſſe effectus prędeſtinationis.

Probatur.

Digitized by Google

32. Probatur. Actus ſupernaturales electorum, qui ſunt effectus prædeſtinationis, noo ſolùm vt ſoot à gratia, verùm etiam vt ſunt à libero arbitrio, ſunt beneficia Dei cum effectu condocentia ad gloriam, & ex efficaci intentioue gloriæ à Deo volita; ergo ſunt effectus prædeſtinatioois non ſolùm vt ſunt à gratia, verùm etiam vt ſunt à libero arbitrio. Conſequeotia patet, antecedens probatur. Actus ſupernaturales electorum non ſolùm, vt ſunt â gratia, verùm etiam, vt ſunt à libero arbitrio, ſunt ſupernatorales, & meritorij; quatenùs enim ſunt à libero arbitrio ſunt ab ipſo, vt eleuato, & ſupernaturalizato, non verò, vt conſiderato ſecundùm purum eſſe natorale, quod diligenter aduertendum eſt, ne quis exiſtimet nos per actus ſupernaturales, vt ſunt à libero arbitrio ita teduplicare habitudinem noſtri actus ad potentiam vitalem præciſè, vt nullatenùs reduplicetur habitudo ad Deum, ſub qua reduplicatione tales actus non eſſeot à Deo, adcóqoe non eſſent beneficia Dei, quemadmodum requiritur ad effectum prædeſtinationis: at talis reduplicatio actus ſupernaturalis relati ad potentiam vitalem præciſè eſt, iuxta præmiſſa in noſtris principiis, chymerica, licèt talis non ſit iu ſententia docentium potentiam vitalem per propriam virtutem naturalem innatam proximè influere in actus ſupernaturales, vt docet *Molina*, qui propterea loquitur conformiter ſuis principiis, quamvis alioqui falſis.

33. Actus ſupernaturales etiam, vt formaliſſimè ſunt à libero arbitrio, ſût à gratia.

Probatur ſecundò: Actus ſupernaturales, vt ſunt à gratia & auxilio ſupernaturali Dei, ſunt effectus prædeſtinationis in electis, ſed vt formaliſſimè ſunt à libero arbitrio ſunt etiam à gratia, & auxilio ſupernaturali Dei eleuante & præueniente, licet non coëfficiente, & comitante, ergo actus ſupernaturales, qui ſunt effectus prædeſtinationis, ſunt tales etiam vt formaliſſimè ſunt à libero arbitrio. Maior conceditur ab Aduerſariis, & infertur ex ſupradictis. Cum enim gratia, & auxiliom ſupernaturale in electis ſit effectus prædeſtinationis, ſeu habeat prædeſtinationem pro cauſa, propter illud tritum *quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati*, conſequens eſt prædeſtinationem, quæ eſt cauſa gratiæ, & auxilij ſupernaturalis, eſſe ſimiliter cauſam actuum ſupernaturalium. vt procedentium à tali gratia, & auxilio. Minor probatur: Actus ſupernaturales, vt formaliſſimè ſunt à libero arbitrio, ſont ab ipſo vt eleuato, & licèt in ordine ad actus ſupernaturales ſit præſcindibilis concurſus arbitrij, à concurſu auxilij coëfficientis, & comitantis, non ſic tamen à concurſu auxilij eleuantis, & præuenientis, ergo actus ſupernaturales vt formaliſſimè ſunt à libero arbitrio ſunt etiã &c.

34. Probatur tertiò: Si actus ſupernaturales, vt ſunt à libero arbitrio, non ſunt effectus prædeſtinationis, vel id prooenit ex eo, quod vt ſunt à libero arbitrio, præſupponuntur ad prædeſtinationem tanquam id, qood à prædeſtinato præexigit Deus ad æternam prædeſtinationem, effectúſque omnes prædeſtinationis: vel id prouenit ex eo, quòd vt ſunt à libero arbitrio ſint à virtote naturali, adeóque ad ſummum receuſeri poſſint inter effectus naturales prædeſtioationis, nullatenùs verò inter effectus ſupernaturales: Vel denique ex eo, quòd vt ſunt à libero arbitrio præciſè, reſpiciant ipſum liberum arbitrium, nullatenùs Deum; ſed hæc omoia falſa ſunt, falſum eſt primum ex dictis *cap. ſuperiori* §. 2. *aſſert.* 2. *item* §. 3. falſum eſt ſecundum, & à fortiori tertium ex mox præmiſſis, ergo etiam falſum eſt quod infertur, actus ſcilicet ſupernaturales vt ſunt à libero arbitrio, non eſſe effectus prædeſtioationis.

Et ecce ex duplici claſſe effectuum prædeſtinationis explicatam claſſem præcipuam complectentem res ſopernaturales: explicanda iam eſt altera claſſis complectens res naturales, circa quas quomodo poſſint eſſe effectus prædeſtinationis iam præmiſſum eſt in limine huius capitis, remanet ſolùm in particulari aſſignandom qoibuſnam rebus naturalibus conueniant ea, quæ requiruntur ad naturalem effectum prædeſtioationis. Ideò ſit 35.

---

§. VI.

An, & quænam res naturales ſint effectus prædeſtinationis?

ASSERTVM I. Natura ipſa, ſeu ſubſtantia prædeſtioati non eſt regulariter luquendo effectos prædeſtinationis. Ita Vaſquez *prima parte, diſput.* 93. *cap.* 4. *num.* 28. Lugus *diſput.* 42. *cap.* 3. *num.* 5. Herincx *diſput.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 34. Caietanus 3. *parte, quæſt.* 1, *art.* 3. &c. contra Salmant. *prima parte, tract.* 5. *diſput.* 5. *dub. vnico* §. 3. Io. à S. Thoma *quæſt.* 23. *diſp.* 9. *art.* 5. *num.* 5. Arriagam *diſput.* 38. *ſect.* 1. *ſubſec.* 2. *num.* 9. Suarez *lib.* 7. *cap.* 7. De Quiros *tract.* 6. *diſput.* 16. *ſect.* 1. *num.* 3. *&c.*

36. Subſtantia prædeſtinati regulariter loquẽdo nõ eſt effectus prædeſtinationis.

Dixi *regulariter loquendo* nam quoad Beatam Virginem, quam probabile eſt fuiſſe decretam ad exiſtendum non ſimul cum aliis Adæ Poſteris, ſed poſt præuiſam tranſmiſſionem originalis ab Adamo in Poſteros. Quoad Beatam Virginem inquam ſentiendum eſt etiam ſobſtantiam, & exiſtentiam ipſius fuiſſe decretam ex intentiooe gloriæ, & conſequenter eſſe effectum prædeſtinationis. Idem veriſimiliter dici poteſt de aliquo alio prædeſtinato, ſi aliquis alius prædeſtinatus fuit tranſlatus à ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum futuritionis poſt præuiſum originale, & recepit ſubſtantiam, ac exiſtentiam ex meritis Chriſti. Cæterùm regulariter loquendo aſſertum

Fuit tamen effectus in Beata Virgine.

Probatur primò: Præuiſa & exiſtens natura, ſeo ſubſtantia prædeſtinati ante decretum prædeſtinationis, ergo natura ipſa, ſeu

ſubſtantia

Digitized by Google

ſubſtantia prædeſtinati non eſt effectus prædeſtinationis. Conſequentia patet, quia effectus non poteſt ſuam cauſam præcedere. Antecedens probatur: ante decretum prædeſtinationis præuiſa eſt in Adamo, eiuſque Poſteris culpa originalis, ſed non potuit culpa originalis in Adamo, & Poſteris præuideri, niſi præuiſâ exiſtente naturâ, ſeu ſubſtantia Adami & Poſterorum, ergo præuiſa eſt exiſtens &c. Maior probatur: Decretum prædeſtinationis hominum eſt ex meritis Chriſti, adeóque ſupponit decretum prædeſtinationis, & Incarnationis Chriſti: Cum ergo ante decretum prædeſtinationis, & Incarnationis Chriſti præuiſa fuerit vt ſuppono ex libris de Incarnatione culpa originalis in Adamo, eiuſque Poſteris, conſequẽs eſt hanc à fortiori fuiſſe præuiſam ante decretum prædeſtinationis hominum. Minor patet quia peccare ſupponit eſſe, nec præuideri poteſt natura habens peccatum, quin præuideatur natura habens exiſtentiam.

38. Dices, hoc argumentum quoad primos Parentes in ſtatu Innocentiæ productos rectè procedere, & ſufficienter probare naturam, ſeu ſubſtantiam primorum Parentum non fuiſſe effectum prædeſtinationis ipſorum non ſic quoad reliquos homines, qui ante decretum prædeſtinationis, & Incarnationis fuerunt quidem præuiſi determinatè, & in ſingulari; eo quòd peccatum verè nequeat præuideri, niſi in perſona ſingulari, & determinata; fuerunt tamen præuiſi quodammodo inadæquatè, & ſecundùm aliquas tantum circumſtantias, non adæquatè, & ſecundùm ſubſtantiam omninò circumſtantiatam, certè enim de facto aliqui naſcuntur ex Chriſti meritis, & ex parentibus habentibus fidem Chriſti, ſubſtantia autem producta per talem naſcentiam vtique non poterat præuideri ante decretum prædeſtinationis, & Incarnationis Chriſti. Sed contra: Dum dicitur ſubſtantia circumſtantiata, ſeu affecta circumſtantiis, & determinatis quibuſdam reſpectibus, importatur ſubſtantia & importantur circumſtantiæ ipſæ, ac reſpectus. Subſtantia circumſtantiata vt reduplicat ſubſtantiam fuit præuiſa ante decretum prædeſtinationis, & non eſt prædeſtinationis effectus; vt reduplicat circumſtantias tranſeat quod fuerit præuiſa poſt decretum prædeſtinationis, & fuerit prædeſtinationis effectus, at hoc in re eſt ponere inter effectus prædeſtinationis non ſubſtantiam ipſam, ſed circumſtantias, & ſicuti ex eo, quòd Incarnatio circumſtantiata, ſeu circumſtantiæ Incarnationis fuerint effectus meriti Sanctorum Patrum, non ſequitur fuiſſe eiuſdem meriti effectum Incarnationis ſubſtantiam abſolutè ſumptam; ita ex eo, quòd ſubſtantia & natura prædeſtinatorum circumſtantiata fuerit effectus prædeſtinationis tum Chriſti, tum ipſorum prædeſtinatorum, non ſequitur fuiſſe eiuſdem prædeſtinationis effectum ſubſtantiam ipſam abſolutè vſurpatam.

Fuit item effectus vt circumſtantiata.

39. Probatio hucuſque poſita eſt quidem efficax ſuppoſita præuiſione originalis ante decretum Incarnationis, & prædeſtinationis; quia tamen huiuſmodi præuiſio originalis ante decretum &c. negatur à Scotiſtis, aliiſque pluribus, poteſt eadem ferè probatio ex principiis magis vniuerſaliter admiſſis ſic formari. Prædeſtinatio ſupponit voluntatem generalem ſaluandi omnes homines, ſed voluntas generalis ſaluandi omnes homines ſupponit naturam, ſeu ſubſtantiam ipſorum hominum, ergo à fortiori talem naturam, ſeu ſubſtantiam ſupponit prædeſtinatio, ergo cum cauſa non ſupponat ſuum effectum, talis natura, ſeu ſubſtantia non eſt effectus prædeſtinationis. Maior patet, quia prouidentia ſupernaturalis ſpecialis, cuius actus eſt prædeſtinatio, ſupponit prouidentiam ſupernaturalem generalem, cuius actus eſt voluntas ſaluandi omnes homines. Minor probatur: Voluntas ſaluandi omnes homines eſt circa homines futuros ſpectantes ad hunc vniuerſum, ergo eſt circa homines, quorum exiſtentiam, naturam, ſeu ſubſtantiam ſupponit.

Volũtas generalis ſaluandi omnes homines verſatur ſolùm circà homines futuros.

40. Probatur ſecundò: Subiectum prouidentiæ non ſolet eſſe effectus illius prouidentiæ, cuius eſt ſubiectum; ſed natura, ſeu ſubſtantia prædeſtinati eſt ſubiectum prouidentiæ ſpecialis prædeſtinatiuæ, ſeu prædeſtinationis; eſt ſcilicet id, cui prædeſtinatio prouidet, ergo non eſt prædeſtinationis effectus. Maior probatur tum ex diuerſitate ſubiecti, & effectus; ſolet enim ſubiectum præſupponi ad id, cuius eſt ſubiectum; è contra effectus ſolet præſupponere id, cuius eſt effectus, tum inductione, infirmus enim non eſt effectus artis, qua Medicus ipſi prouidet medicinam; miles non eſt effectus curæ militaris, qua Dux illi prouidet arma.

Subiectum prouidentię nõ ſolet eſſe ipſius effectus

41. Assertvm II. Perfectiones naturales, quæ naturam, ſeu ſubſtantiam prædeſtinati purè naturaliter, & ſecundùm præciſum curſum cauſarum naturalium conſequuntur, non ſunt effectus prædeſtinationis: bene verò perfectiones naturales, quæ prædeſtinato conueniunt præter exigentiam cauſarum naturalium interueniente aliqua prouidentia ſpeciali. Quoad hanc ſecundam partem aſſertum eſt communiſſimum: quoad primam habet eoſdem propugnatores, & oppugnatores, quos aſſertum ſuperius.

Quænã perfectiones naturales ſint effectus prędeſtinationis.

Probatur prima pars. Qui dat formam, dat conſequentia ad formam, quod eſt idem ac dicere conſequentia ad formam ſunt effectus eiuſdem principij, cuius eſt effectus forma, ergo perfectiones naturales conſequentes naturam, ſeu ſubſtantiam prædeſtinati purè naturaliter, & ſecundùm præciſum curſum &c. ſunt effectus eiuſdem prouidentiæ cuius eſt effectus natura ipſa, ſeu ſubſtantia at natura ipſa, ſeu ſubſtantia prædeſtinati eſt ex præ aſſertis effectus prouidentiæ naturalis, non prædeſtinationis, ergo.

42. Probatur ſecunda pars, perfectiones naturales eo ipſo, quod conueniunt præter exigentiam cauſarum naturalium interueniente aliqua prouidentia ſpeciali induunt rationem ſpecialis beneficij, quia bonum, quod eſt præter communem cauſarum naturalium exigentiam, non poteſt eſſe ex ſpeciali beneuolentiâ; conducunt cum effectu ad glo-

riam, quatenùs ex extrinſeca Dei ordinatione, licet non ex intriuſeca ſui conditione deſeruiunt, & miniſtrant gratiæ in ordine ad gloriam: dantur ex intentione efficaci gloriæ, quia dantur interueniente prouidentia ſpeciali, ergo perfectiones naturales, quæ prædeſtinato conueniunt præter exigentiam &c. habent omnes conditiones requiſitas pro effectibus prædeſtinationis; ergo verè ſunt prædeſtinationis effectus. Tales ſunt vt plurimùm fœlix ingenium, bona educatio, indoles ad virtutes prona. Item circumſtantiæ natiuitatis, & mortis; putà, quod puer ſtatim moriturus naſcatur apud eos, qui ipſum ſtatim baptizent; quod adultus prolapſurus in peccatum finale, ſi diutiùs viuat, prǽmaturà morte rapiatur, iuxta illud Sap. 4. *Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius.*

43. Opera naturalia moraliter bona ſunt vt plurimùm effectus prædeſtinationis.

Assertvm III. Opera naturalia moraliter bona hominis prædeſtinati ſunt vt plurimùm effectus prædeſtinationis. Dixi vt plurimùm, quia ex operibus naturalibus moraliter bonis quæ prædeſtinatus exercet in læthali probabile eſt aliqua non eſſe effectus prædeſtinationis, nec deſeruire prouidentiæ ſupernaturali ſpeciali, ſed dependere à ſola prouidentia naturali, ſicuti *in ſuperiori* §. 5. dictum eſt probabiliter aliqua opera ſupernaturalia ab homine prædeſtinato in ſtatu peccati exercita ſpectare ad ſolam prouidentiam ſupernaturalem generalem, nec eſſe effectus prædeſtinationis. A fortiori effectus prædeſtinationis non fuerunt opera naturalia moraliter bona primorum parentum in ſtatu Innocentiæ.

Probatur. Opera naturalia moraliter bona hominis prædeſtinati, vt plurimùm dependent à prouidentia ſpeciali, & ſunt aliqualiter præter curſum cauſarum merè naturalium, ergo vt plurimùm ſunt effectus prædeſtinationis. Conſequentia patet, quia eo ipſo quod dependent à prouidentia ſpeciali, & ſunt aliqualiter præter curſum &c. induūt rationem ſpecialis beneficij &c. vt patet ex mox poſitis in præcedēte probatione. Antecedens probatur. Plures perfectiones naturales purè phyſicæ dependent à prouidentia ſpeciali, & prædeſtinationi inſeruiunt in ordine ad gloriam, ergo multò magis perfectiones naturales morales, ſeu opera naturalia moraliter bona; quæ eo ipſo, quod ſunt in genere entis moralis, faciliùs poſſunt deſeruire morali prouidentiæ, qualis eſt prouidentia prædeſtinatiua.

44. In quo ſenſu vocatio ſit primus prædeſtinationis effectus.

Ex his habes *D. Paulum* verbis illis Rom. 8. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit; quos vocauit, hos & iuſtificauit; quos iuſtificauit, illos & glorificauit*, recenſere non omnes ſimpliciter effectus prædeſtinationis, ſed illos ſolùm qui ſunt prædeſtinationis effectus primariò, & eliciriuè, non verò illos, qui ſunt tales ſolùm imperatiuè, & ſecundariò. Eodem modo procedunt Theologi, dum ſimpliciter, & abſolutè loquendo, ponunt pro primo prædeſtinationis effectu vocationem, loquuntur ſcilicet de primo effectu in ſerie ſupernaturali, proportionatâ, primariâ, non de primo effectu quomodocumque, ſeu in quacumque ſerie.

Pro complemento effectuum prædeſtinationis occurrit permiſſio peccati, de qua ſtabiliendum eſt; an, & quomodo ſit prædeſtinationis effectus, expedit tamen præmittere aliud eſſe loqui de peccato ipſo, aliud de peccati permiſſione. Quoad peccatum ipſum extra omnem controuerſiam eſt non poſſe eſſe prædeſtinationis effectum non ſolùm, ſi ſumatur ſecundùm ſe, verùm etiam ſi ſumatur vt excitatiuum pœnitentiæ, & vt per accidens conducens ad gloriam, pro quo recolantur ſupradicta *tum* §. 1. *tum* §. 4. *ante* 3. *probationem.* Quoad peccati permiſſionem multiplex eſt ratio dubitandi. Prima eſſe poteſt, quia permiſſio peccati eſt negatio gratiæ, adeóque non apparet, quomodo poſſit eſſe beneficium, & ſpectare ad ordinem gratiæ, vt requiritur ad effectum prædeſtinationis. Secunda quia nec Chriſtus nobis meruit, nec nos poſſumus à Deo petere peccati permiſſionem; imò & nos quotidie à Deo petimus, ne in peccatum inducamur, & Chriſtus nobis meruit auxilia, quibus peccata vitemus, & tamen ex alia parte tum Chriſtus nobis meruit, tum nos poſſumus à Deo petere quidquid eſt prædeſtinationis effectus. Tertia quia permiſſio peccati non poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, quin ſit à Deo propriè volita, & per ſe intenta; & tamen ex aliâ parte, cum ſit eſſentialiter connexa cum peccato, cum Deus nequeat propriè velle & per ſe intendere peccatum, difficile eſt, quod propriè velit, & per ſe intendat permiſſionem ipſius. Quarta quia permiſſio peccati non poteſt conducere ad gloriam niſi mediante pœnitentia, nec Deus ex intentione gloriæ poteſt velle permiſſionem peccati, niſi priùs velit pœnitentiam, quæ eſt medium propinquius gloriæ; quàm permiſſionem peccati, quæ eſt medium remotius. Non apparet autem, quomodo poſſit Deus velle pœnitentiam priùs quàm præuideat peccatum; ſe haberet enim vt Medicus, qui vellet propinare medicinam non præuiſâ infirmitate, imò vellet ponere infirmitatem ex intentione adhibendi medicinam. Non obſtantibus his, & ſimilibus rationibus dubitandi communis eſt ſententia docens permiſſionem peccati in electis vt plurimùm eſſe effectum prædeſtinationis, vt magis patebit *ex ſequenti* §. Ideó ſit 45.

Rationes dubitandi circa permiſſionē peccati an ſit prædeſtinationis effectus.

§. VII.

An, & quomodo permiſſio peccati in electis ſit effectus prædeſtinationis?

Assertvm: Permiſſio peccati in electis eſt vt plurimùm effectus prædeſtinationis propter bona, quæ ex tali permiſſione in iiſdem electis occaſionantur. Ita *Thomiſtæ* comuniter, vt teſtatur Io. à S. Thoma *prima parte. quæſt* 23. *diſput.* 9. *articul.* 6. *num.* 4. Cum Thomiſtis ſentiunt Suarez *lib.* 3. *de prædeſtinatione*, *cap.* 8 Lugus 1. *parte, diſp.* 42. *cap.* 4. Arriaga *diſp.* 38. *ſect.* 5. 46.

Permiſſio peccati eſt vt plurimùm effectus prædeſtinationis.

De

Digitized by Google

De Quiros *diſp.16. ſect.3.* Granadus *tract.6. diſp.5. num.7.* Herincx *diſp. 8. quaſt. 4.* &c. contra Vaſquium 1.*part. diſp.93. cap.2.* Arrubal *diſp.82. cap. 2.* Alarcon *tract.4. diſp.4. cap.5.* alioſque nonnullos.

Dixi, *vt plurimùm*, quia non videtur poſſe negari, quin aliqua peccata, & conſequenter ipſorum permiſſionea nulli prædeſtinati bono inſeruiant, adeóque nullatenùs conducant ad gloriam, nullatenùs ſint effectus prædeſtinationis: tales eſſe poſſunt permiſſiones aliquorum peccatorum venialium, de quibus peccans non doleat, nec ex illis vnquam ſumat occaſionem, aut humiliationis, aut maioris progreſſus, item permiſſio alicuius lethalis ex obliuione inculpabili omiſſi,& remiſſi per accidens ad aliorum remiſſionem.

47.
Peccatum ordinatur per ſe ad damnationē, ex diuinâ miſericordia ad ſanationem.

Probatur primò ratione,& auctoritate D. Thomæ 1. 2. *q.79. art.4. in C.* vbi ita habet: *Pecatum ad duo ordinatur, ad vnum quidem per ſe ſcilicet ad damnationem, ad aliud autem ex diuina miſericordia, ſeu prouidentia, ſcilicet ad ſanationem, in quantum Deus permittit cadere in peccatum, vt peccatum ſuum agnoſcentes humilientur & conuertantur, ſicut Auguſtinus dicit in libro de natura, & gratia* (nonnulliſque interpoſitis) *ſed hac miſericordia non omnibus impenditur excacatis, ſed pradeſtinatis ſolùm quibus omnia cooperantur in bonum; ſicut dicitur* Rom. 8. His *D. Thoma* verbis conſonant tum plura loca Scripturæ, vt Pſal. 29. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Quæ conturbatio inquit *Auguſtinus lib. de natura, & gratia cap. 24. contra ſuperbiam fuit medicinalis opera o.* Pſal. 118. *Priuſquam humiliarer ego deliqui.* Rom. 11. *Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur.* Tum plures ſententiæ aliorum *Sanctorum Patrum, Damaſceni, Gregorij, Bernardi, Ambroſij*, apud Io. à S. Thoma *lib. cit. num.* 8. Ex quibus omnibus efficaciter deducitur permiſſiones peccatorum vt plurimùm in prædeſtinatis conducere ad bona opera, & conſequenter ad gloriam: ex alia parte poſſunt tales permiſſiones à Deo per ſe intendi, & habere rationem beneficij, vt ex ſequenti probatione conſtabit, ergo nihil ipſis deeſt quin ſint vt plurimùm effectus prædeſtinationis.

48.
Permiſſio peccati quomodo poſſit computari inter beneficia.

Probatur ſecundò ſoluendo rationes dubitandi poſitas *in fine §. pracedentis.* Ad primam dico peccati permiſſionem ſumi poſſe dupliciter, vel per ſe, & ſecundùm intrinſeca, vel vt ſubeſt miſericordiæ, & extrinſecæ ordinationi Dei. Primo modo verum eſt permiſſionem peccati eſſe potiùs negationem gratiæ, & beneficij; quàm beneficium, ſecùs ſecundo modo; & ſicuti res naturales, quæ ſecundùm ſe ſunt ordinis omninò inferioria ad gratiam, poſſunt ex ſpeciali Dei ordinatione gratiæ deſeruire, & inter gratiæ beneficia computari; ita carentia ipſa gratiæ, quatenùs ſubſtando miſericordiæ, & extrinſecæ ordinationi Dei poteſt deſeruire ad obtinendam maiorem gratiam, eſſe poteſt beneficium, imò beneficium maius ipsâ gratiâ, cuius eſt carentia, quia carens tali gratiâ, niſi caruiſſet, fuiſſet in poſterum minùs cautus, minúſque humilis, vnde fortè incidiſſet in deteriorem, & irreparabilem lapſum.

49.
Quomodo poſſit eſſe ex Chriſti meritis.

Ad ſecundam dico permiſſionem peccati, licèt non per ſe, & ſecundùm intrinſeca; eâ tamen ratione, qua ex mox dictis computari poteſt inter gratiæ beneficia, eſſe poſſe ex meritis Chriſti, qui ita nobis meruit auxilia, quibus peccata vitemus, vt ſimul meruerit quidquid habet rationem gratiæ, & beneficij in ordine ad ſalutem ſub ea ratione, ſub qua gratia & beneficium eſt; licèt deinde ſecundùm ſe, & ſecundùm intrinſeca ſit carentia gratiæ, & beneficij, ſicuti eſt permiſſio peccati: dicitur verò Chriſtus potiùs meruiſſe abſolutè loquendo auxilia, quibus peccata vitantur, quàm permiſſiones peccatorum, quia illa per ſe & ſecundùm intrinſeca accepta cadunt ſub Chriſti meritis, iſtæ non niſi acceptæ ſecundùm adiuncta, & ſecundùm extrinſecam ordinationem diuinæ miſericordiæ. Ad illud quod additur non poſſe nos à Deo petere peccati permiſſionem, aduerto longè diuerſum eſſe permittere peccatum in alio & permittere peccatum in ſe ipſo; primum ſæpiſſimè nobis licet, imò aliquando expedit; ſecundum nunquam honeſtum, aut licitum eſt. Eadem eſt diuerſitas inter velle, aut petere permiſſionem peccati alieni, & velle, aut petere permiſſionem peccati proprij, ideò concedo non poſſe nos velle, aut petere permiſſionem peccati proprij eo modo, quo poteſt nobis talem permiſſionem aut Deus velle, aut Chriſtus mereri: adhuc tamen poſſumus petere talem permiſſionem, quantùm ſufficit ad ſaluandum, quod poſſimus petere omnes effectus prædeſtinationis; ſuppoſito ſcilicet peccato poſſumus petere, quod ipſius permiſſio ex extrinſeca ordinatione diuinæ miſericordiæ conducat ad gloriam.

Quomodo poſſit eſſe per ſe volita potiùs à Deo permittente, quàm ab homine, cui permittitur, peccatum.

50.
Quomodo poſſit eſſe volita poſitiuè abſque eo quod ſit poſitiuè volitum peccatum.

Ad tertiam dico non obſtante eſſentiali connexione permiſſionis peccati cum peccato poſſe Deum poſitiuè velle, & per ſe intendere permiſſionem abſque eo, quòd poſitiuè velit, & per ſe intendat peccatum. Ratio eſt, quia eſſentialis connexio vnius rei cum alia non facit, quod vnâ re volitâ debeat eodem modo eſſe volita & altera; ſed ad ſummum, quod etiam altera debeat eſſe volita eo modo, quo eſt volibilis. In propoſito permiſſio peccati eſt poſitiuè à Deo volibilis, peccatum ipſum non eſt volibile niſi permiſſiuè: ex eo igitur quòd permiſſio eſſentialiter connexa cum peccato ſit poſitiuè volita, non ſequitur, quod etiam peccatum ſit poſitiuè volitum, ſed ſolùm quod ſit volitum eo modo, quo eſt à Deo volibile, nimirum permiſſiuè, & poteſt hùc transferri doctrina poſita *in §. vlt. libri ſuperioris*, ad probandum non obſtante inſeparabilitate entitatis à malitia in actibus intrinſecè malis poſſe Deum prædeterminare ipſorū entitatem, non prædeterminando malitiam. Poteſt etiam eludi ratio dubitandi pluribus inſtantiis. Eninverò tum pœnitentia tum ſciētia peccati, tū alia plura habent eſſentialē cōnexionē cū peccato; & tamen Deus poſitiuè

vult pœnitentiam, poſitiuè vult ſcientiam peccati, aliáque huiuſmodi abſque & quod poſitiuè velit peccatum, ergo ſimiliter &c.

Ad quartum dico in rigore falſum eſſe permiſſionem peccati non poſſe conducere ad gloriam, oiſi mediaote pœnitentia, & aliud eſt, quod permiſſio peccati vt conducat ad gloriam, requirat pœnitentiam, tanquam cionditionem, aliud, quod cooducat ad gloriam mediante pœnitentia: ad hoc enim ſecundum requiritur pœnitentiam eſſe medium propinquius gloriæ ordine cauſalitatis, & hac ratiooe, quia ordinatè volens non poteſt velle medium remotius, qoin priùs velit medium ordine cauſalitatis propinquius fini, non poſſet Deus velle permiſſionem peccati, quin priùs vellet pœnitentiam. Ad illud primum impertineoter, ac diſparatè ſe habet quòd pœnitentia ſit medium ad gloriam conducens, & etiamſi pœnitentia ipſa ad gloriam non conduceret, adhuc poſſet verificari permiſſionem peccati, vt ad gloriam conducat, requirere pœnitentiam tanquam conditionem. In propoſito igitur dico poſſe Deum abſque eo, quòd priùs velit pœnitentiam velle, permiſſiooem peccati etiam, vt conducentem ad gloriam, volendo talem permiſſionem v. g. propter maiorem humiliationem, & circumſpectionem prædeſtinati, quæ humiliatio, & circumſpectio, ſicuti vt conducant ad gloriam non requirunt pœnitentiam niſi ad ſummum tanquam conditionem, ita permiſſio peccati propter humiliationem, & circumſpectionem volita vt cooducat ad gloriam non requiret pœnitentiam, niſi ad ſummum tanquam conditionem: illud autem, quod requiritur ſolùm tanquam conditio, non eſt neceſſe, quod præintendatur ad id, ad quod tanquam conditio requiritur. Nec qui intendit v. g. ad certum locum curru vehi neceſſe eſt, quod præintendat complanationem viæ, quæ taoquam conditio requiritur ad curru vehi; ſimiliter iotendens Deus permiſſione peccati pertingere ad humiliationem ſalutarem peccatoris, non eſt neceſſe, quod præintendat pœnitentiam, quæ tanquam conditio requiritur ad illam humiliationem, ſed ſatis eſt, quod volitâ permiſſione propter humiliationem velit pœnitentiam, taoquam conditionem, ſine qua haberi nequit illa humiliatio. Ecce quomodo poteſt Deus velle permiſſionem peccati, vt conducentem ad gloriam, & vt effectum prædeſtinationis, abſque eo, quòd velit pœnitentiam, antequam peccatum præuideat, & permiſſionem peccati velit. Quia tamen ſi poſſit Deus velle pœnitentiam aote præuiſionem peccati, & permiſſionem peccati velle poſt volitam pœnitentiam, habebitor alius modus vtilis quamvis noo neceſſarius ad ſuſtinendum permiſſionem peccati poſſe eſſe effectum prædeſtinationis placet hîc obiter id definire. Ideo ſit

Quomodo poſſit eſſe volita abſque eo, quod ſit priùs volita pœnitentia.

§. VIII.

An permiſſio peccati poſſit eſſe à Deo volita poſt volitam pœnitentiam, & hac etiam ratione effectus eſſe prædeſtinationis? 52.

ASSERTVM I. Permiſſio peccati poteſt eſſe à Deo volita poſt volitam pœnitentiam, ſaltem ſumendo pœnitentiam, non vt eſt præcisè deteſtatio, & remedium peccati, ſed vt habet adiuncta alia bona, aliaſque perfectiones. Ita Salmant. *prima parte, tract. 5. diſput. 6. dubio vnico* §. 4. 10. à S. Thoma *queſtion.* 23. *diſp.* 9. *artic.* 6. *num.* 30. Arriaga *diſp.* 38. *ſect.* 4. De Quiroa latiſſimè *tract.* 6. *diſp.* 22. aliique oonnulli tùm ex Recentioribus, tùm etiam ex Scotiſtis, vt teſtatur Herincx *diſput.* 8. *queſt.* 4. *num.* 40. Contra Auctores aduerſarios aſſerto ſuperiori: inſuper contra Leſſium *de perfectionibus diuinis lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 30. item contra aliquos ex iis, qui in ſuperiori aſſerto nobiſcum ſentiunt, inter quos Lugus *prima parte, diſputation.* 42. *capite* 4. *numer.* 18. Suarez *lib.* 3. *de prædeſtinatione capite* 8. *num.* 13.*& lib.* 2.*de auxiliis c.*5.*ad* 4.

Dixi *ſaltem ſumendo pœnitentiam* non vt eſt præcisè deteſtatio, & remedium peccati, quia velle pœnitentiam præcisè, vt eſt deteſtatio, & remedium peccati, ipſamque velle ante præuiſum peccatum, & conſequenter velle peccatum permittere præcisè ex intentione ponendi remedium, & deteſtationem ipſius, vtique eſt imitari Medicum, qui velit propinari medicinam non præuisâ infirmitate, imò velit ponere iofirmitatem præcisé ex intentione propinaodi medicinam, cuius quidem Medici ars odibilis eſſet, & crudelis; cum longè amabilius, ac melius ſit homini perſeuerare in eadem ſanitate, quàm ipſam infirmitate interrumpere, eandemque abſque vllo emolumento medicinæ propiuatione recuperare. Accedit quod non multum differtet hæc prouidentia ab eâ, quâ quis vellet pœnam infligere ante præuiſam culpam, adeóque vellet culpam permittere præcisè ex intentione ipſam puniendi, quam prouidentiam non eſſe in Deo admittendam infrà tradetur *cap.*6. §. 3. Non multùm inquam differret, &c. quia pœnitentia ex vi nominis eſt quædam punientia, ſeu pœnæ tenentia ex Iſidoro *libro ſexto etymol. capite vltimo*, & ex Auguſtino *lib. de verâ,& falſa pœnitentiâ cap.*19.

Pœnitentia ſumitur vel ſecundùm ſe præcisè.

Dixi *ſed vt habet adiuncta alia bona, aliaſque perfectiones*, quateoùs ſcilicet pœnitentia h[?]ber adiunctam præſeruationem à peccatis committendis præſertim grauioribus: quatenùs habet adiunctam reſipiſcentiam 53.

Vel vt habet adiuncta excellentiora bona.

tiam cum incremento gratię, & fernore charitatis; quatenus eſt pars quędam ſpectans ad integritatem vniuerſi moralis, vt ita dicam ſpectat quippè ad vniuerſi moralis perfectionem ex omnibus virtutibus coaleſcere. Qua ratione velle pœnitentiam antepręuiſum peccatum, & velle peccatum ex intentione ponendi pœniteotiam non eſt odibilis crudelitas, ſed valde amabilis beneficentia; nec eſt imitari eum, qui velit infirmitate ſanitatem interrumpere, vt eandem medicinâ reſtituat; ſed illum, qui velit ſanitatem imbecillem ad tempus infirmare vt eam inpoſterum robuſtiorem reſtituat tibiam claudicantem vulnerare, vt eam rectiùs ambulantem reddat. Sic explicatum aſſertum

54. Probatur pœnitentia vt habet adiuncta alia bona aliaſque perfectiones modo explicaro, eſt bonum per ſe expetibile, ergo poteſt eſſe à Deo volita ſimpliciter, & abſolutè, abſque vllâ præuiſione, & ſuppoſitione peccati; ſed eo ipſo, quod Deus vult pœnitentiam abſque præuiſione peccati, conſequens eſt vt poſt volitam pœnitentiam velit permiſſionem peccati, ergo permiſſio peccati poteſt eſſe à Deo volita, &c. Minor ſubſumpta patet: Qui vult efficaciter aliquem finem, neceſſe eſt, quòd aut ſupponat, aut ſubſequenter velit illud, quod eſt neceſſarium ad poſitionem talis finis, ſed permiſſio peccati eſt neceſſaria ad poſitionem pœnitentiæ, ergo eo ipſo, quod Deus vult pœnitentiam abſque præuiſione peccati, conſequens eſt, &c. Prima conſequentia probatur: Deus, vtpotè omnivolens, velle poteſt omne volibile eo omni modo, quo volibile eſt; ergo ſi pœnitentia eſt bonum per ſe, & abſque vllâ extrinſecâ ſuppoſitione volibile, poteſt eſſe à Deo volita ſimpliciter, & abſolutè abſque vlla præuiſione, & ſuppoſitione peccati. Primom etiam antecedens probatur. Bona pœnitentiæ adiuncta, id eſt præſeruatio à peccatis incrementum gratiæ, feruor charitatis, integritas vniuerſi moralis ſunt per ſe expetibilia, ergo etiam eſt per ſe expetibilis pœnitentia vt habens adiuncta talia bona: & ſicuti, quia eſt per ſe expetibilis robuſtior ſanitas, eſt etiam per ſe expetibilis medicina vt habens adiunctam robuſtiorem ſanitatem; quamvis alioqui eadem medicina ſecundùm ſe, & vt purum remedium infirmitatis, non eſſet expetibilis, & prudenter eligibilis, niſi ſuppoſitâ infirmitate, ita ſimiliter, &c.

Vt habet adiuncta excellentiora bona eſt per ſe expetibilis.

55. Probatur ſecundò: Si Deus non poteſt velle permiſſionem peccati poſt volitam pœnitentiam, ſeu, quod idem eſt, non poteſt velle pœnitentiam ante permiſſionem, præuiſionemque peccati: Vel eſt primò quia ſic volendo pœnitentiam captaret quodammodo occaſionem permittendi peccatum, & ex ſe ipſo nullâ ex parte hominum occaſione ablatâ vellet peccati remedium, quod videtur eſſe contra plures Sanctos Patres relatos à Salmant. 1. *parte, tractat.* 5. *diſput.* 6. *dubio vnico* §. *primo numero quarto.* Vel eſt ſecundò quia velle permiſſionem peccati poſt volitam pœnitentiam, & ex intentione pœnitentiæ eſſet permittere malom maius ad obtinendum minus bonum, quia cum Innocentia, ex D. Thoma *prima parte, quaſtion.* 20. *art.* 4. *ad* 4. ſit maius bonum, quàm pœnitentia, iactura Innocentiæ, quæ per peccatum indocitur, eſt maius malum, qoàm ſit bonum pœnitentia, permittere autem maius malum ad obtinendum minus bonum eſt inſulſa, & imperfecta prouidentia. Vel eſt tertiò, quia Deus ſemel volitâ pœnitentiâ ante permiſſionem præuiſionemque peccati non poſſet ampliùs ponere prohibitionem, & habere diſplicentiam peccati, qui enim vult efficaciter aliquem finem non poteſt ſeriò prohibere, aut ſibi diſplicere in iis. quæ ſunt neceſſaria ad talem finem; ſed nullum ex bis ſufficienter probat Deum non poſſe velle permiſſionem peccati poſt volitam pœnitentiam, præſertim ſumendo pœnitentiam, vt habet adiuncta excellentiora bona, inſignioreſque perfectiones, non vt eſt præciſè remedium peccati, ergo. Maior continet potiſſimas rationes dubitaodi pro ſententia oppoſitâ. Minor probatur oſtendendo ſingillatim huiuſmodi rationes non ſufficieuter probare.
Prima non ſofficienter probat, quia velle 56.
pœnitentiam, vt ſecum affert excellentiora bona eſt magis captare occaſionem conferendi, huiuſmodi excellentiora bona, quàm permittendi peccatum: nec ad volendum boc modo pœoitentiam eſt expectaoda ex parte hominom occaſio, cum Deus optimè poſſit ex ſe ipſo homini bonum velle etiam com permiſſione mali, quando ipſa mala permiſſio in maius bonum
redundat. Secunda non ſnfficienter probat: 57.
Primò quia permittere malum maius ad obtinendum bonum minus ad ſummum aſt contra rationem prouidentiæ particularis non habentis alium finem, quam ipſom bonum minus ſecundùm ſe ſumptum, non ſic eſt contra rationem prouidentiæ vniuerſalis intendentis huiuſmodi bonum minus non propter ſe, ſed propter bonum vniuerſi, & finem vltimum; qua ratione Deus in electis intendit pœnitentiam vt conducentem ad finem vltimum. Secundò quia peccatum eſt maius malom, quàm ſit bonum pœnitentia ad ſummum, ſi iſta conſideretur vt præciſè remedium peccati eſt, non vt habet adiuncta excellentiora bona, vnde etiam Sanctus Doctor *loco citato*, dum præfert Innocentem pœnitenti, indicat ſe non loqui de pœnitentibus, qui cautiores, humiliores, & ferueotiores reſurgunt.
Tertia non ſufficienter probat, quia cum 58.
poſſit quis rem eandem efficaciter velle, & inefficaciter nolle; vt patet in eo, qui efficaciter vult proiicere, imò proiicit merces in mare, eaſdemque nollet proiicere; multò magis poteſt quis efficaciter velle finem, & inefficaciter nolle aliquid neceſſarium ad talem finem. In propoſito poterit Deus efficaciter velle pœnitentiam, & inefficaciter nolle peccatum, ſine quo poni

Innocentia quomodo ſit maius bonum, quã pœnitentia.

Efficax volitio finis eſſe poteſt cum inefficaci volitione medij ad ipſam oeceſſarij.

nequit pœnitentia, & quia ad prohibitionem, & ſimplicem diſplicentiam ſufficit uolitio inefficax eius, quod prohibetur, & diſplicet, poterit Deus etiam volitâ pœnitentiâ habere prohibitionem, & ponere diſplicentiam peccati. Et quidem quoad diſplicentiam poteſt retorqueri argumentum in pœoitentiâ volitâ poſt peccatum præuiſum. Enim verò Deus volens pœnitentiam poſt præuiſum peccatum præteritum habet diſplicentiam de peccato præterito, & tamen ſine ipſo non poteſt poni pœnitentia à Deo efficaciter volita.

59.
Permiſſio peccati volita poſt volitam pœnitentiam poteſt eſſe effectus prædeſtinationis.

Aſſertvm II. Permiſſio peccati poſt volitam pœnitentiam optimè poteſt eſſe effectus prædeſtinationis. Ita non ſolum Auctores ſuperioris aſſerti, verùm etiam plures ex auctoribus abſolutè negantibus permiſſionem peccati poſſe eſſe prædeſtinationis effectum, dùm id negant præcisè ex eo, quòd cenſeant permiſſionem peccati non poſſe eſſe à Deo volitam poſt volitam pœnitentiam, & ex intentione pœnitentiæ. Poteſt inter iſtos recenſeri Vaſquez *prima parte, quæſtione 23. diſputatione 9. capite tertio numero 9.*

Probatur permiſſio peccati à Deo volita ante volitam pœnitentiam, & independenter à pœnitentia poteſt eſſe effectus prædeſtinationis ex ſupra dictis in fine *ſuperioris paragraphi*, ergo multò magis poteſt eſſe effectus prædeſtinationis permiſſio peccati volita poſt volitam pœnitentiam, & ex intentione pœnitentiæ. Conſequentia probatur de permiſſione peccati volitâ poſt volitam pœnitentiam faciliùs explicatur, quomodo poſſit ad gloriam conducere, & eligi ex intentione gloriæ, nec vllus dubitat quin permiſſio peccati mediâ pœnitentiâ ad gloriam conferat, ergo ſi permiſſio peccati à Deo volita ante volitam pœnitentiam poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, multò magis poteſt eſſe effectus, &c.

60. Ex his habes quomodo iuxta illud Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quando in ipſis ad maius gloriæ augmentum conducunt non ſolùm bona ſupernaturalia, & plura naturalia, verùm etiam gratiâ ſuperabundante, vbi abundauit delictum, permiſſiones, mali culpæ. Quomodo item vt tradit Sanctus Doctor hic *quæſtion. 23. artic. 9. ſub ordine prædeſtinationis cadet quidquid hominem promouet in ſalutem*, quando ipſa etiam permiſſio peccati, dum in ſalutem, promouet ſub ordine prædeſtinationis cadit, & effectus prædeſtinationis eſt.

CAPVT VI.

De eſſentia, & cauſis Reprobationis.

Reprobatio ex vi nominis quid ſignificet. 1.

Reprobatio ex vi nominis idem ſignificat, ac reiectio, ſeu excluſio, & conſequenter reprobus idem ſignificat, ac reiectus, ſeu excluſus. Sicuti autem duplici potiſſimùm ex cauſa ſolet res aliqua reiici, ſeu excludi; nimirum, vel ex eo, quòd vilis ſit, & inutilis; vel ex eo, quod mala ſit, & improba; ita reprobum dicitur, vel quod vile eſt, & inutile; vel quod malum eſt, & improbum. In primo ſenſu dicitur 1. Regum: *Quidquid vile fuit, & reprobum, hoc demoliti ſunt.* 2. Corinth. 13. *Nos autem, vt reprobi* (id eſt viles, & abiecti apud vos) *ſimus* Heb. 7. *Reprobatio fit præcedentis propter infirmitatem eius, & inutilitatem.* In ſecundo ſenſu dicitur Eccl. 9. *Speciem mulieris multi admirati reprobi fiunt.* Rom. 1. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt* 1. Cor. 9. *Ne ipſe reprobus efficiar.* In neutro ex his ſenſibus ſumitur nomen reprobi in præſenti, ſed vſurpatur ad ſignificandum excluſum à gloria, ſeu beatitudine æternâ, in qua ſignificatione, aut tardò, aut nunquam inueniri reprobi nomen in Scripturâ, & Patribus teſtatur Vaſquez *prima parte, diſp. 95. cap. 4. num. 20.* Herincx *diſp. 8. quæſt. 7. num. 84.* Solet autem Scriptura illos, quos Scholaſtici reprobos vocant nuncupare *vaſa iræ* Rom. 9. *Vaſa contumeliæ ibidem, &* 2. Tim. 2. *odio habitos*, Rom. 9. *maledictos* Matth. 15. *deſpectos* Eccl. 7. aliiſque variis nominibus relatis ab Eſtio *in 1. diſt. 40. §. 9.* vbi aduertit eoſdem reprobos vocari in Scholis præſcitos, cum tamen in Scripturis præſciri nomen ſignificationem habeat planè diuerſam, & contrarium; ſignificet ſcilicet prædilectum, vt colligitur ex Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit*, ex Rom. 11. *Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit* ex 1. Petr. 1. *Secundùm præſcientiam Dei Patris.* Propterea non ſatis conſtat cur Scholaſtici, quos ſecutum eſt *Concilium Conſtantienſe in condemnatione articulorum* Ioannis Vuiclef, & Ioannis Hus ſoleant præſciti nomen in malam partem vſurpare, fortè id præſtant, vel quia nomen commune ſæpè reſtringitur ad ſignificandam ſpeciem deteriorem, vt euenit in multis aliis, vel quia in reprobis datur aliquid purè præſcitum, non ſic in electis; illos quatenùs peccatores, & damnatos Deus præſcit ſolùm, non facit: iſtos quatenùs iuſtos, & prædeſtinatos Deus non ſolùm præſcit, verùm etiam facit. His quoad nominis ſignificationem præmiſſis antequam explicetur quid propriè ſit, & in quibus

Reprobus quid ſignificet in Scripturis.

Quid in Scholis.

Præſciti nomen cur tribuatur reprobis. 2.

quibus actibus formaliter conſiſtat reprobatio ſumpta pro reiectione, ſeu excluſione creaturæ rationalis à gloriâ, & beatitudine æternâ aduerto ipſam diuidi in poſitiuam, & negatiuam; ſeu propriam, & impropriam.

3. *Reprobatio diuiditur in poſitiuam, & negatiuã.* Reprobatio poſitiua, & propria in 1. §. ex profeſſo definietur. Reprobatio negatiua, & impropria eſt pura non electio ad gloriam. Huiuſmodi non electio dicitur reprobatio negatiua, quia vel eſt negatio diuini actus, vel eſt actus habens obiectum negatiuum, habens ſcilicet pro obiecto negationem electionis. Hoc ſecundo modo explicant reprobationem negatiuam Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 23. *diſputat.* 10. *art.* 1. *num.* 10. Lugus *diſp.*44. *cap.* 1. *num.*5. Suarez, Ribas, Lao, & alij volentes reprobationem negatiuam conſiſtere in actu, quo Deus dicat volo non eligere ad gloriam, ſeu nolo eligere ad gloriam. Primo modo explicant reprobationem negatiuam Auerſa *prima parte, quæſtion.* 23. *ſect.* 30. Arriaga *diſputation.* 39. *ſection.* 2. *ſubſect.* 4. *num.* 24. & alij docentes Deum in eo ſigno, in quo prædeſtinatos eligit efficaciter ad gloriam, circa reliquos nullum ſpecialem voluntatis actum elicere, ſed merè negatiuè ſe habere.

Reprobatio negatiua eſt pura negatio diuini actus. Hæc explicatio magis arridet, quia ex vnâ parte iuxta ipſam reprobatio magis propriè dicitur negatiua, & magis apparet diſcrimen ipſios à reprobatione poſitiuâ.

4. Ex alia parte nulla eſt imperfectio ponere in Deo negationem, ſuſpenſionem, ſeu omiſſionem actus pro aliquo ſigno rationis, dummodo eidem negetur omnis negatio, ſuſpenſio, & omiſſio, vt ita dicam phyſica, & pro quolibet ſigno reali iuxta ſuprà dicta *lib. anteced. cap.* 5. §. 1. dicitur illa eadem non electio reprobatio impropria, quia reprobatio in præſenti, quemadmodum tradit D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 23. *art.* 3. *in C.* ſumitur, vt eſt pars

Eſt prouidẽtia reductiuè, & impropriè. prouidentiæ, ad quam ſpectat diſponere, & ordinare res in finem, purè autem non eligere, vtique non eſt in finem ordinare, quia tamen pri[illegible]io reducitur ad eundem ordinem, ad quem pertinet habitus, ad prouidentiam, ad quam pertinet electio, & ordinatio ad gloriam, reducenda eſt etiam priuatio electionis; ſeu ordinationis ad eandem, ſicque reprobatio negatiua reductiuè & impropriè dici poteſt pars prouidentiæ, quo in puncto verbis potiùs, quâm re ipſâ diſcordant Ioann. à S. Thoma *loco citato numero* 15. & qui cum ipſo docent reprobationem negatiuam non eſſe prouidentiam nec aliam reprobationem, quam poſitiuam intelligi nomine prouidentiæ reprobatiuæ. Sic explicata reprobatione negatiuâ quoad reprobationem poſitiuam ſit

§. I.

Quid ſit reprobatio poſitiua?

ASSERTVM: Reprobatio poſitiua eſt præſcientia malitiæ in quibuſdam non finiendæ, & præparatio pænæ non terminandæ. Ita Magiſter *in* 1. *diſt.* 40. *prope finem.*

Probatur bonitas aſſertæ definitionis tùm ex proportione, quam habet ad definitionem prædeſtinationis ex Auguſtino ſuprà traditam *capite* 2. §. 2. quatenus ſicuti reprobatio poſitiua prædeſtinationi opponitur, ita hîc aſſerta definitio traditur modo oppoſito ei, quo tradita fuit definitio prædeſtinationis; tum ex cohærentia, quam habet ad doctrinam ſuprà traditam de prouidentiâ, quatenus ſicuti *ſuprà cap.* 1. §. 2. aſſertum eſt prouidentiam definiendam eſſe terminis exprimentibus tùm actum intellectus, tùm actum voluntatis; ita hîc poſitiua reprobatio, quæ pars eſt prouidentiæ definitur terminis vtrumque actum exprimentibus; exprimitur ſcilicet actus intellectus in ly *præſcientia*, exprimitur actus voluntatis in ly *præparatio*. 5. *Reprobationis poſitiuæ definitio.*

Aduerte hîc particulam illam *præſcientia* poſitam tum in definitione prædeſtinationis tum in definitione reprobationis, non ſpectare in vtraque definitione ad eandem ſcientiam ſed in definitione prædeſtinationis ſpectare ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ practicam, & cauſam rerum, vt *capite ſecundo* §. 2. dictum eſt. In definitione verò reprobationis ſpectare principaliter ad ſcientiam viſionis, & ſpeculatiuam, ly *enim præſcientia* principaliter refertur ad malitiam non finiendam, quam malitiam ex infrà dicendis §. 6. Deus præſupponit antequam poſitiuè reprobet. Nec eſt talis malitia effectus poſitiuæ reprobationis, & præſcientiæ ad poſitiuam reprobationem ſpectantis; ſicuti Beneficia Dei in prædeſtinatis ſunt effectus prædeſtinationis, & præſcientiæ ad prædeſtinationẽ ſpectantis. Dixi præſcientiam in definitione reprobationis ſpectare principaliter ad ſcientiam viſionis, nam ly *præſcientia* in dicta definitione referri etiam poteſt ad pænam non terminandam, qua ratione ly *præſcientia* ſupponit pro ſcientia ſimplicis intelligentiæ practicâ, & cauſatiuâ; ſicuti enim beneficia Dei ſunt effectus prædeſtinationis in prædeſtinato; ita pæna æterna eſt effectus poſitiuæ reprobationis in reprobato; & conſequenter iſta eſt effectus præſcientiæ poſitiuè reprobantis, ſicuti illa ſunt effectus præſcientiæ prædeſtinantis 6. *Præſcientia in definitione prædeſtinationis, & reprobationis non eodem modo ſupponit.*

Aduerte inſuper particulam illam *præparatio* non ſupponere pro imperio intellectus de pænæ executione, ſed pro decreto voluntatis de pænæ inflictione eo proportionaliter modo, quo dictum eſt, dum explicaretur 7. *Præparatio in eadẽ definitione importat actũ voluntatis.*

Digitized by Google

plicaretur eadem particula poſita in definiſione prædeſtinationis.

8. Aduerte tandem particulam illam *pœna* importare tùm pœnam ſenſus, tùm etiam pœnam damni ſitam in carentia gloriæ, ſeu in excluſione à gloria: & ſicuti ly *beneficiorum* Dei in definitione prædeſtinationis importat etiam ipſam poſſeſſionem, ſeu conſecutionem gloriæ, vt colligitur ex ſupradictis *cap.* 5. §. 2. ita ly *pæna* in definitione reprobationis importare etiam debet ipſam gloriæ carentiam, ſeu à gloria excluſionem.

9. Ex his habes reprobationem conuenire cum prædeſtinatione tùm in eo, quòd vtraque ſpectet ad prouidentiam ſupernaturalem; tùm in eo, quòd vtraque eſſentialiter conſiſtat in actu intellectus ſimul, & voluntatis. Vtrùm verò conueniat etiam in eo, quòd neutra ſupponat cauſam moralem ex parte ſubiecti, vtrum ſcilicet ſicuti prædeſtinatio quatenùs dicit electionem ad gloriam eſt ante præuiſa merita prædeſtinati, ita reprobatio quatenùs dicit excluſionem à gloria ſit ante præuiſa demerita reprobati, præſertim ſecundùm præſentem prouidentiam, ſecundùm quam facta eſt eleuatio creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem, & ordinatio ipſius ad gloriam, controuerſia eſt celebris æquè, ac grauis in qua tùm rationibus, tùm auctoritatibus hinc inde decertatur. Nos vt faciliorem ſternamus viam ad explicandum id, quod factum eſt, rem exordiemur ab eo, quod fieri potuit, & per examen quæſtionum de poſſibili ad quæſtionem de facto procedemus. Ideo ſit

§. II.

Vtrùm Deus poßit aliquo modo excludere creaturam rationalem à gloria ante præuiſa demerita?

10. *Deus poteſt ante præuiſa demerita excludere à gloria merè negatiuè ſe habendo.* ASSERTVM I. Deus poteſt pro aliquo ſigno rationis excludere ante præuiſa demerita à gloria merè negatiuè ſe habendo; nullum ſcilicet actum eliciendo circa aliquos in eo ſigno, in quo circa alios elicit actum poſitiuum efficacis electionis ad gloriam. Ita Auctores in huiuſce capitis limine relati pro opinione admittente in Deo reprobationem negatiuam ſitam in pura negatione diuini actus contra eos, qui tali reprobationi negatiuæ aduerſantur.

Probatur Deus poteſt pro aliquo ſigno rationis antecedente præuiſionem meritorum, & demeritorum merè negatiuè ſe habere circa collationem, & non collationem gloriæ: poteſt item in aliquo ſigno antecedente eandem præuiſionem aliquos efficaciter ad gloriam eligere, ergo in hoc eodem ſigno poteſt circa reliquos merè negatiuè ſe habere; ſed Deum merè negatiuè ſe habere circa aliquos in eo ſigno, in quo aliquos alios ad gloriam eligit efficaciter, eſt illos pro tali ſigno excludere à gloria merè negatiuè ſe habendo, ergo Deus poteſt pro aliquo ſigno rationis excludere ante præuiſa demerita, &c. Antecedens quo ad primam partem probatur ex eo, quod ante præuiſionem meritorum, & demeritorum, Deus vult voluntate antecedente ſaluare omnes homines, & pro tali ſigno merè negatiuè ſe habet circa collationem, & non collationem gloriæ; ſeu circa voluntatem efficacem ſalutis; ergo Deus poteſt pro aliquo ſigno rationis antecedente, &c. Probatur idem antecedens quoad ſecundam partem recolendo ſuprà aſſerta *cap.* 3. §. 2. & 3. de electione ad gloriam ante præuiſa prædeſtinatorum merita: conſequentia etiam probatur, quia electio aliquorum nullam habet neceſſariam connexionem, aut cum electione, aut cum poſitiua excluſione aliorum, ergo poni poteſt abſque eo quòd ponatur aut aliorum poſitiua excluſio, aut aliorum electio, ergo Deus in eodem ſigno, in quo aliquos eligit, poteſt circa reliquos negatiuè ſe habere, nec ipſos eligendo, nec ipſus poſitiuè excludendo.

11. *Item aliquo modo poſitiuè, præſertim in alia rerum ſerie.* ASSERTVM II. Abſolutè, & præſcindendo à præſenti prouidentiâ poteſt Deus ante præuiſa demerita excludere à gloria, etiam poſitiuè eliciendo actum poſitiuum, quo nunquam velit gloriam concedere. Dixi quo nunquam, &c. nam loquendo de actu poſitiuo, quo Deus nolit ad gloriam eligere, ſeu gloriam concedere ſolùm pro aliquo ſigno, differendo quodammodo ad aliud ſignum determinationem pro ſemper concedendi, vel pro ſemper negandi gloriam, etiam ſecundùm præſentem prouidentiam poteſt Deus ante præuiſa demerita à gloria excludere, huiuſmodi enim excluſio nihil eſt aliud, quàm reprobatio negatiua in actu poſitiuo conſtituta, & licèt de facto reprobatio negatiua non habeatur ex ſupradictis per actum poſitiuum, oppoſitum tamen exiſtimatur ſolùm minus congruum, non omninò impoſſibile Aſſertum ita poſitum negari non poteſt niſi ad ſummum à negantibus dabilem eſſe ſtatum puræ naturæ, in quo creatura rationalis non ordinetur ad gloriam, & finem ſupernaturalem.

12. Probatur abſolutè, & ſecundùm aliam prouidentiam poteſt Deus creaturam rationalem condere in purâ naturâ, & actum poſitiuum elicere de ipſâ ad ſupernaturalem ſtatum nunquam euehendâ, ſed hoc eſt ante præuiſa demerita excludere à gloria poſitiuè, & per actum poſitiuum velle gloriam nunquam concedere, ergo abſolutè, & præſcindendo à præſenti prouidentia poteſt Deus, &c. Probatur maior: Niſi Deus poſſet creaturam rationalem condere in pura natura non eſſet benefica, & gratioſa ipſius eleuatio ad finem ſupernaturalem; imò ordinatio ad finem ſupernaturalem eſſet creaturæ rationali ab intrinſeco debita, ſicque talis finis reſpectu creaturæ rationalis

Digitized by Google

rationalis eſſet, & non eſſet ſupernaturalis: eſſet, vt ſupponitur, non eſſet, quia creaturæ rationali ab intrinſeco deberetur. Confirmatur; poſitiua excluſio à gloria tunc ad ſummum ſupponit præuiſa demerita, quando habet rationem pœnæ; ſed abſolutè, & ſecundùm aliam prouidentiam, ſecundùm quam Deus creaturam rationalem conderet in pura natura; poſitiua excluſio à gloria nullam haberet rationem pœnæ: negatio enim beneficij prorſus indebiti pœna non eſt, tùm quia nullum affert detrimentum, tum quia alioqui pœna eſſet carere vnione hypoſtaticâ; ergo abſolutè, & præſcindendo à præſenti prouidentia poteſt Deus, &c.

---

§. III.

Vtrùm ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem poſſit Deus poſitiuè excludere à gloria præcisè ad oſtenſionem ſuæ Iuſtitiæ?

13. Suppoſita eleuatione ad finem ſupernaturalē non poteſt Deus excludere à gloria poſitiuè ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ.

ASSERTVM: Suppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis, &c non poteſt Deus poſitiuè excludere, &c. Ita Scotus *in 1. diſt. 41. §. poteſt aliter dici*, Henricus *quodlib. 4. q. 19.* Molina 1. *parte, quæſt. 23. art. 5. §. aduertendum tamen eſt*, Lugus *libro primo, diſp. 44. cap. 2.* De Quitos *diſp. 16. ſect. 4.* Herinex *diſp. 8. q. 7.* aliique plurimi, & licèt maior horum pars loquatur de factò potiùs, quàm de poſſibili; nihilominus, quia argumenta, quibus vtuntur etiam de poſſibili procedunt: iurè cenſentur ſentire de poſſibili implicitè quod ſentiunt de facto explicitè. Habet porrò aſſertum etſi magis commune nonnullos graues aduerſarios: Magiſtrum *in 1. diſt.* 40. Durandum *ibidem quæſt.* 2. Ariminenſem *in primo diſtinct. 41. quæſt. vnica art.* 2. Marſilium, & Capreolum, *ibidem*, Aluarez *de auxiliis libro 11. diſputation.* 110. *&* 111. Io. à S. Thoma 1. *parte, quæſt.* 23. *diſp.* 10. *art.* 2. *num.* 14. alioſque præſertim ex *Thomiſtis* loquentes etiam de facto, nedum de poſſibili, quibus ſpecialiter in quæſtione de poſſibili adhærent Ruix *diſp.* 16. *ſect.* 5. *num.* 6. *&* *ſect.* 6. *num.* 29. Arriaga *diſp.* 39. *num* 8.

Probatur primò ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad gloriam non poteſt Deus poſitiuè à gloria excludere, niſi talis excluſio habeat rationem pœnæ, ſed Deus non poteſt velle pœnam præcisè ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ, ergo ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis, &c. Maior probatur ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad gloriam, carentia gloriæ eſt carentia boni debiti, non beneficij purè gratioſi; at excluſio à gloria, tanquam à bono debito, non poteſt non habere rationem pœnæ, ergo ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad gloriam non poteſt Deus, &c.

Dices ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad gloriam hanc eſſe bonum debitum aliquibus indeterminatè, non omnibus; nec Deum conſtituere ſe quodammodo debitorem perducendi ad finem ſupernaturalem omnes, quos ad talem finem eleuat, alioqui electio efficax aliquorum præ aliis non eſſet ſpeciale beneficium ſuppoſitâ eleuatione. Sed contra gloria dupliciter ſumi

14. Suppoſitâ eleuatione Deus eſt debitor gloriæ inefficaciter volitæ.

poteſt, vel vt volita à Deo efficaciter, vel vt volita inefficaciter: ſuppoſitâ eleuatione non eſt quidem debita gloria primo modo ſumpta; bene tamen ſumpta ſecundo modo. Ex eo, quòd non ſit debita gloria ſumpta primo modo fit electionem efficacem ad ipſam eſſe ſpeciale beneficium, talis enim electio importat gloriam efficaciter volitam, adeòque importat gloriam eo modo, quo non eſt debita etiam ſuppoſitâ eleuatione. Ex eo, quòd ſit debita gloria ſumpta ſecundo modo fit Deum non poſſe ex ſe habere voluntatem efficacem excludendi à gloria, ſed debere moueri ab aliquo extrinſeco: non apparet autem quomodo poſſit ab extrinſeco moueri ad volendam talem excluſionem, niſi hanc velit vt pœnam, ad quam volendam moueatur ex peccatis, & demeritis. Dixi ex eo, quòd ſit debita gloria inefficaciter volita, non poſſe Deum ex ſe habere voluntatem efficacem excludendi à gloria. Ratio eſt, quia

15. Voluntas inefficax vnius, & voluntas efficax oppoſiti non poſſunt ſimul eſſe, niſi ex diuerſo motiuo.

licèt ſit dabilis in Deo voluntas inefficax vnius, & voluntas efficax oppoſiti, puta voluntas inefficax dandi, & voluntas efficax negandi gloriam, non eſt tamen dabilis vtraque voluntas, niſi ex diuerſo motiuo; & ſuppoſito, quod habeat Deus ex ſe ipſo voluntatem inefficacem dandi gloriam, non poteſt habere pariter ex ſe ipſo voluntatem efficacem ipſam negandi; ſicuti Mercator habens ex ſe ipſo voluntatem inefficacem ſeruandi merces, habere non poteſt ex ſe voluntatem efficacem eaſdem proiiciendi, ſed ſolum hanc voluntatem habet ex motiuo vitandi naufragij. Ratio à priori eſſe poteſt, quia nihil eſt ex ſe ſibi contrarium, neque ſimpliciter, neque ſecundùm quid, ſed voluntas inefficax vnius, & voluntas efficax oppoſiti, ſunt inter ſe contrariæ ſecundùm quid, licèt non ſimpliciter, ergo non poteſt quis vtramque ex ſe habere, cum neque ſecundùm quid poſſit quis eſſe ſibi ex ſe contrarius.

16. Deus non poteſt velle pœnam præcisè ad oſtenſionem iuſtitiæ.

Supereſt hîc probanda minor primi argumenti, quod ſcilicet non poſſit Deus velle pœnam præcisè ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ, idque probatur primò velle pœnam præcisè ad oſtenſionem iuſtitiæ, eſt velle pœnam liberaliter, & vltra id, quod culpa meretur, ſed Deus non poteſt velle pœnam liberaliter, & vltra id, quod culpa meretur, ergo non poteſt velle pœnam præcisè ad oſtenſionem iuſtitiæ. Minor patet, quia velle pœnam liberaliter, & vltrà id, quod culpa meretur eſt genus quoddam crudelitatis, ſicuti velle præmium liberaliter, &

peccatum originale quatenùs præuiſum an-
te electionem prædeſtinatorum ad gloriam
de facto non pertinuit ad ordinem repro-
bationis, & conſequenter non fuit de facto
motiuum, ſeu cauſa excluſionis poſitiuæ ali-
cuius à gloria, & (ſi placeat proſequi pari-
tatem) ſicuti gratia ſtatus Innocentiæ non
niſi, vt reparata ex Chriſti meritis, ad ordi-
nem prædeſtinationis pertinuit; ita pecca-
tum originale non pertinuit ad ordinem re-
probationis, niſi vt præuiſum non reparan-
dum ex Chriſti meritis, adeóque niſi præ-
uiſum, vt finale.

20. Probatur ſecundò. Stante peccato origi-
nali, quatenus præuiſo ante electionem
prædeſtinatorum Deus adhuc ſaltem pro
aliquo ſigno de facto habuit voluntatem in-
efficacem, & ſimplicem affectum ſaluandi
omnes homines abſque voluntate excluden-
di poſitiuè aliquos à gloria, ergo de facto
peccatum originale ſic præuiſum non fuit
motiuum, ſeu cauſa excluſionis poſitiuæ,
alicuius à gloria. Antecedens patet, quia
præuiſo originali adhùc, vt ſuppono ex li-
brjs de gratia, præparauit omnibus auxi-
lia ſufficientia ad ſalutem, & voluit Chri-
ſtum, vt omnium Redemptorem, & libe-
ratorem ab originali impeditiuo ſalutis.
Si autem ſtatim poſt præuiſum originale vo-
luiſſet Deus aliquos à gloria excludere,
non debuiſſet pro iſtis decernere remedium
originalis, & beneficium redemptionis.
Conſequentia probatur ex *dictis ſuperiori*
§. licèt voluntas inefficax vnius, & volun-
tas efficax oppoſiti, ſimul eſſe non repug-
nent, debent tamen eſſe ex diuerſo motiuo;
& permanentibus inuariatis iis, cum qui-
bus quis habet voluntatem inefficacem
vnius ſine voluntate efficaci oppoſiti, non
niſi ex inconſtantia, & leuitate animi poteſt
habere voluntatem efficacem oppoſiti, &
qui non obſtante metu naufragij adhùc non
valèt efficaciter merces proiicere, nequit ex
eodem metu naufragij efficaciter velle ipſas
proiicere ſine leuitate, & inconſtantia ani-
mi; ergo ſi Deus de facto ſtante peccato ori-
ginali præuiſo permanſit in aliquo ſigno cum
ſimplici affectu ſaluandi omnes abſque vo-
luntate efficaci excludendi aliquem à gloria,
& ſalute, non potuit ex vi eiuſdem origina-
lis eodem modo præuiſi moueri ad volendum
efficaciter excludere aliquos à gloria, alio-
quin in Deo cadetet ſpecies aliqua leuitatis,
& inconſtantiæ.

21. Probatur tertiò: Si peccatum originale,
quatenùs præuiſum ante electionem præde-
ſtinatorum fuiſſet de facto motiuum, ſeu cau-
ſa excluſionis poſitiuæ à gloria fuiſſet de fa-
cto motiuum, & cauſa talis excluſionis reſ-
pectu omnium reproborum, ſed hoc ſecun-
dum eſt falſum, ergo & primum. Probatur
ſequela maioris, quia ex vna parte omnes re-
probi fuerunt de facto ſimul, & in eodem ſi-
gno à gloria excluſi (ſermo eſt de homini-
bus) ſicuti omnes prædeſtinati de facto ſimul,
& in eodem ſigno fuerunt ad gloriam electi;
& ex alia parte peccatum originale iuxta ſu-
perius aſſertum eſt ſecundùm ſe cauſa ſuffi-

Reprobi fuerunt omnes in eodē ſigno à gloria excluſi.

ciens excluſionis à gloria reſpectu omnium
hominum; nedum reſpectu eorum, qui de
facto ſunt reprobati ergo ſi Deus de facto
non eſt vſus peccato originali, tanquam mo-
tiuo excludendi à gloria omnes reprobos,
neque eſt vſus eodem, tanquam motiuo ex-
cludendi aliquos, & confirmatur hoc ex pa- 22.
ritate meritorum Chriſti, ſicuti enim de fa-
cto Deus vſus eſt meritis Chriſti, tanquam
motiuo eligendi ad gloriam omnes, non ali-
quos tantum prædeſtinatos ita, ſi voluiſſet
vti peccato originali præuiſo ante electio-
nem, tanquam motiuo excludendi reprobos,
debuiſſet vti tali motiuo reſpectu excluſionis
omnium reproborum. Minor probatur: Plu-
res ſunt de facto à gloria excluſi, quibus pec-
catum originale remittitur, ſed reſpectu iſto-
rum motiuum, ſeu cauſa excluſionis nullate-
nus poteſt eſſe peccatum originale, ergo fal-
ſum eſt peccatum originale quatenùs præui-
ſum, &c. eſſe de facto motiuum, & cauſam
excluſionis poſitiuæ omnium reproborum.
Maior probatur, quia damnantur de facto
multi adulti poſt validè ſuſceptum baptiſ-
mum, & poſt ſuſceptam in baptiſmo gratiam
remiſſiuam originalis. Minor patet, quia ex
vna parte peccatum originale non poteſt
cauſare excluſionem à gloria, niſi tanquam
pœnam ex alia parte nullum peccatum re-
miſſum poteſt per ſe puniri pœnâ æternâ,
& quoad peccatum originale ſpecialiter de-
finitum eſt in Cocilio Trid. *ſeſſ. 5. in decreto
de peccato originali, reatum peccati originalis
in baptiſmate remitti, in renatis nihil odiſſe
Deum, nihil eſſe damnationis iis, qui verè
conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma.*
quæ non verificarentur, ſi aliqui poſt ob-
tentam culpæ originalis in baptiſmo remiſ-
ſionem adhùc ex vi peccati originalis exclu-
derentur à gloria. Variæ huius argumenti 23.
ſolutiones referuntur, & reprobantur ab
Aluarez *de auxiliis lib.* 11. *diſp.* 110. *num.* 11.
vbi etiam *num.* 16. explicatur mens Auguſti-
ni, qui pluribus in locis *eadem diſp. num.* 2.
adductus, videtur aſſignare peccatum origi-
nale pro cauſa reprobationis in hominibus,
explicatur inquam, quod mens *Auguſtini*
procedat de cauſa ſufficienti, non de cauſa
efficaci, & de facto; vel ſi mens *Auguſtini*
in aliquo loco procedit de facto, ſermo eſt
de peccato originali finali; non de peccato
originali, quatenùs præuiſo ante electio-
nem prædeſtinatorum, qua ratione præui-
detur eodem modo afficiens omnes Adæ
Poſteros, non finaliter perſeuerans in ali-
quibus potiùs, quàm in aliis.

Peccatum remiſſū per ſe non punitur pœnâ æternâ.

Assertvm III. Peccatum origina- 24.
le, quatenùs poſt electionem prædeſtinato-
rum ad gloriam præuiſum vt futurum finale
in aliquibus ex non electis, eſt de facto reſ-
pectu ipſorum motiuum, ſeu cauſa poſitiuæ
excluſionis à gloria. Ita Io. à S. Thoma 1.
parte, quaſt. 23. *diſp.* 10. *art.* 2. *num.* 11.
Lugus *diſp.* 44. *cap.* 3. *num.* 9. Herincx *diſp.* 8.
quaſt. 7. *num.* 92.

Peccatum originale, quatenùs præuiſum, vt finale, eſt cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria in aliquibus.

Probatur, quia ex vna parte neceſſe eſt
aſſignare in reprobo aliquam cauſam po-
ſitiuæ excluſionis à gloria, cum Deus ne-

queat ſuppoſita eleuatione creaturæ rationalis poſitiuè à gloria excludere; aut ex ſe præcisè, aut ex ſolâ intentione oſtendendi iuſtitiam. Ex alia parte peccatum originale præuiſum, vt finale eſt nun ſolùm cauſa ſufficiens poſitiuæ exeluſionis à gloria, verùm etiam eſt tale vt ipſo poſito nequeat Deus velle efficaciter gloriam euncedere, ergo peccatum originale ita præuiſum reſpectu illorum, io quibus ita præuidetur eſt cauſa poſitiuæ excloſionis à gloria, vel adæquata; ſi ipſum ſolum præuideatur, vt in paruulis deeedentibus ſine baptiſmo; vel inadæquata ſi præuideatur habere conſortium alieuius peccati perſonalis lethalis pariter finalis, vr in odultis oon baptizatis, & decedentibus non ſolùm in originali, verùm etiam in aliquo lethali perſonali.

---

§. V.

Vtrùm de facto in quolibet reprobo aliquod peccatum ſit cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria?

In quolibet reprobo datur de facto cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria.

25. ASSERTVM: De facto in quolibet reprobo aliquod peecatum eſt eauſa poſitiuæ exeluſionis à gloria, nec Deus ante præuiſa peecata, & demerita volt aliquem ſimplieiter, & poſitiuè à gloria exeludere. Ita Seotus *in 1. diſt. 41. §. poteſt aliter dici* Gabriel *eâdem diſt.* Herioex *diſp. 8. queſt. 7.* Lugus *prima parte, libro primo diſputat. 44. capite 2. numero 8.* vbi refert alios plurimos præſertim ex ſocietate contra Magiſtrum *in primo diſtinction. 41.* Aluarez *de aux. lib. 15. diſp. 110. num. 11.* Salmant. *2. parte, tract. 5. diſputation. 8. dubio primo §. 5.* Io. à S. Thoma *queſtion. 23. diſput. 10. art. ſecundo numero 14.* aliosque non paucus præſertim ex Thomiſtis, quibus eum aliqua limitatione fauent Syluius *prima parte, q. 23. art. 5. §. an reprobatio,* Eſtius *in 1. diſt. 41. §. 17.* Mirum propretea eſt oppoſitam noſtro aſſerto ſeotentiam, quam plores, & Catholici, & graues Auctores amplectuntur, apud oonnullos varias, eaſque aeerbiſſima cenſuras pati; vocari ſeilicet, vt referunt, non tamen approbando, Logus *loco cit. n. 9.* Arriaga *1. part diſp. 39. n. 10.* horribilem, execrabilem, Caluinianam, aliiſque huiuſmodi eaoſis titulis impeti, à quibus omnino abſtinendum taoquam, & chriſtianæ eharitati, modeſtiæque incongruis, &ex ſola calumnia, aut ignorantia deriuatis, vt prubat Io. à S. Thoma *diſp. cit. art. 1. num 19. & ſequentibus,* noſque iudieabimus *cap. ſequenti §. 1. aſſert. 1.* Miſſis igitur cenſuris ſeotentiam noſtro aſſerto oppoſitam ſolùm, tanquam minùs probabilem impugnare intendimus, idqoe præſtabimus auctoritatibus primùm, deinde rationibus. Ideo aſſertum

Sententiæ oppoſitæ nõ debet inteti cenſura.

26. Probatur primò ex Scriptura Sap. 1. *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum,* Sap. 11. *Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti* Ezech. 18. *Nunquid voluntatis mea eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à viis ſuis, & viuat* 2. Regum 14. *Non vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans, ne penitùs pereat, qui abiectus eſt.* 2. Petri 3. *Non vult aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Quibus, & ſimilibus Scripturæ locis exprimitur Deum, quantùm eſt de ſe, velle omnium ſalutem, & vitam; nulliuſque damnationem, & mortem; & conſequenter, non niſi à peccatis motum, & impulſum velle mortem, & damnationem: ſub damnatione autem continetur poſitiua eacluſio à gloria vtpotè quæ *ex ſuprà poſitis §. 3.* ſecundùm præſentem prouidentiam non poteſt non eſſe pœnalis, damnatio verò non eſt niſi ad pœnam deſtinatio.

Dices allatas auctoritates probare, quod Deus neminem exeludat à gloria ſine peccatis, & demeritis; ad hoc tamen verificandom ſufficere quod peccata, & demerita præcedant carentiam gloriæ ex parte obiecti, & in eaecutione, oee eſſe neceſſe, qood præcedant ex patte actus, & in intentione, adeò vt præuideaorur, antequam eliciatur actus excluſionis à gloria. Enimverò excluſio à gloria, & etiam vt pœna, non dicit maiorem dependentiam à peccatis, & demeritis, quàm dicat electio ad gloriam vt præmium à bonis operibus, & meritis, at hæc ex ſuprà dictis *cap. 3. §. 2.* eontenta eſt meritis præcedentibus in eaecutione, & ex parte obiecti; nec requirit talium meritorum præuiſionem, ergo ſimiliter exeluſio à gloria contenta eſt demeritis, &c. Sed contra; ſi cætera ſint paria, tranſeat, quòd pœna à peccatis, & demeritis non magis dependeat, quàm præmium à bonis operibus, & meritis, at in præſenti cætera paria non ſunt, oee Deus poteſt ex ſe punere peccata, & demerita, ſieut poteſt ex ſe ponere bona opera, & merita; ideo debet illa neceſſariò ſupponere, & præuidere, vt pœnam decernat; non ſic iſta, vt decernat præmium, ſicuti eâdem ferè de cauſâ Princeps creatus, qui non poteſt mereotem facere, vt velit effieaciter dare præmium mereoti, neeeſſe eſt, quod merentem præuideat, ſeeùs Deus, qui poteſt merentem facere; pro qoo recolantur *ſupradicta cap. 3. §. 2. in 1. probatione ſecundi aſſerti.* 27.

Reſpectu Dei maior eſt dependẽtia pœnæ à demeritis, quam præmij à meritis.

Probatur ſecundò ex Coneiliis, & Patribus. Ex Concilio Valentino ſub Lothario *capit. 3. Fideliter fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem electorum ad mortem, in electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum: In damnatione verò periturorum meritum malum præcedere iuſtum iudicium Dei.* Ex D. Auguſtino Epiſt. 105. *Quærimus cauſam prædeſtinationis, nec inuenimus, reprobationis autem cauſam quærimus, & inuenimus, de bono perſeuerantia cap. 8. Qui liberatur gratiam diligat, qui non liberatur debitum agnoſcat.* Ex D. Proſpero *reſpeſt. 3.* 28.

ad

ad obiectiones Vincentianas : omnium quidem hominum Deus creator eſt, ſed nemo ab eo, ideò creatus eſt, vt periret , quia alia eſt cauſa naſcendi , & alia eſt pereundi : vt enim naſcantur homines, conditoris eſt beneficium ; vt autem pereant prauaricatoris eſt meritum. Ex D. Fulgentio *lib.*1. ad Monimom *cap.* 23. *Quos præſciuit Deus hanc vitam in peccato terminaturos , prædeſtinauit ſupplicio interminabili puniendos.*

29. Dices, io verbis *Fulgentij* ly *præſciuit* procedete de præſcientia coníequenti , & quatenùs ſicuti Deus in eligendo ad gloriam reſpicit merita , vt conſequenter tamen , ac poſteriùs volita , & præſcita ; ita in excludendo à gloria reſpiciat eodem modo demerita. Io aliis auctoritatibus ad ſummum contineri cauſam ſufficientem reptobationis ſitam in peccaro originali præuiſo aote electiooem prædeſtinatotum. Sed contra : Ex impugnatione ſuperioris inſtantiæ patet Deum io excludendo à gloria debere ſupponere , nec poſſe ex ſe ponere demetita, adeóque ad excluſionem à glotia in Deo debere præſupponi , non conſequi ſcientiam demeritorum: ly *igitur præſciuit* in verbis *Fulgentij* non poteſt procedere de ſcientia conſequente. Eodem modo impugnantur dicentes ly *Præſciuit* ptocedere de præſcientia cauſante, hæc enim ponit , non ſupponit ſuom obiectum , at demetita ad excluſiooem à gloria debeot ptæſupponi. Quod additur cæteras auctoritates ad ſummum continere cauſam ſufficientem excluſionis à glotia ſitam in peccaro originali impugnatur , quia allatæ auctoritates comparant reprobos cum electis , & aſſignant in reptobis cauſam excloſionis , tanquam propriam , & ſpecialem ipſotum, tanquam in ipſis repertam , non in electis; cuiuſmodi oon eſt cauſa ſufficiens excluſionis ſita in peccato originali, hoc enim ex dictis §. *ſuperiori* eſt cauſa ſufficiens excluſionis à gloria reſpectu omnium hominum electorum æqoè ac reproborum.

30. Probatur tertiò ratione. Excluſio à gloria de facto eſt pœna , ſed Deus non poteſt velle pœnam ante præuiſa peccata , & demerita , ergo non poteſt de facto velle excluſionem à glotia ante præoiſa peccata , & demerita, ergo de facto in quolibet reptobo aliquod peccatum &c. Maior iam ſuprà probata *eſt* §. 3. & corroboratur in præſeoti ex eo , quod Deus de facto , dom iotendit dare gloriam electis iotendit ipſam dare , vt præmium , ſeu intendit dare ptæmium , ergo dum intendit gloriam negate reptobis , inteodit infligere pœnam. Minor ptobatur , tum ex eo , quòd ſi Deus poſſet velle pænam ante præuiſa peccata, & demerita , maximè quia poſſet pœnam velle præciſè ad oſtenſionem ſuæ ioſtitiæ , at hac de cauſâ præciſè non poteſt Deus pœnam velle ex *eodem* §. 3. ergo tom quia , ſi Deus vellet pœnam ante præuiſa peccata, & demerita, vellet iſta permittere ex iotentione infligendi pœnam , imò ſi poſſet peccata , ac demerita poſitiuè velle, & deſiderate iſta poſitiuè vellet , & deſideraret ex intentione infligendi pœnam ; at hoc omninò dedecer clementiam, & bonitatem diuinam ; ſicuti ipſam dedeceret velle miſeriam ex intentione exercendi miſericordiam dicente Auguſtino io Pſalm. 125. *Qui vt faciat miſericordiam optat eſſe miſericors, crudelem habet miſericordiam* , ergo : Sicuti idem id dedeceret quemcumque creatum Principem.

Deus nô poteſt velle pœnam aute præuiſam culpam.

31. Dices maius malum eſt culpa, qoàm pœna ; peccatum , quàm pœna peccati , ſed abſque dertimento ſuæ clementiæ , & booitatis poteſt Deus ante præuiſum quodlibet peccatum , & demeritum velle culpam eo modo , quo volibilis eſt, permiſſiuè ſcilicet , ergo etiam abſque detrimento ſuæ clementiæ, & bonitatis poteſt Deus ante præuiſum quodcumque peccarom , & demeritum velle pœnam , ſeu excluſionem à gloria. Maiorem tradit ex profeſſo D. Thomas *prima parte , quæſt.* 48. *artic.* 6. Minor patet, quia non quodlibet peccatom à Deo permittitur io pœnam alterius peccati , alioqoi in infinitum procederetur , nec vnquam poſſet ad primum peccatum deueniri : Ne igitor detur locus infinito proceſſui admittendom eſt peccatum aliquod primum, quod nullum aliod peccatum præſupponat, quod Deus ex ſe abſque noſtro demerito , abſque causâ ex parte noſtri permittat:

Malum culpæ eſt malû maius, quàm malum pœnæ.

32. Sed contra primo diſtinguo maiorem. Maios malum eſt culpa , quàm pœna ſupponeos culpam concedo, quam pœna non ſupponens culpam nego ; pœna enim non ſuppooens culpam eſt malum virtualiter inooluens culpam , & qui volt ex ſe pœnam non ſupponentem culpam , vult ex ſe & pœnam , & culpam, adeóque volt ex ſe maius malum , quàm velit ille , qui vult ex ſe culpam ; velle ſcilicet infligere pœnam , & ex inteotione infligendi pœnam velle permittere culpam eſt velle maius malum , qoàm velle ſolùm permittere culpam : ideò adhibitâ ad maiorem allatâ diſtinctione concedo minorem , & nego conſequentiam. Contra ſecundò concedo maiorem , & minorem , nego conſeqoentism , in cuius probationem ſi dicator. Qui poteſt ex ſe velle malum maius poteſt etiam ex ſe velle malom minus , occurro cum diſtinctiune , poteſt ex ſe velle malum minus , ſi ſit in eodem genere , in qoo eſt illud malum maius concedo , ſi ſit in dinerſo genere nego : in propoſito autem malum minus eſt in diuerſo genere à malo maiore , malum ſcilicet pœnæ eſt in diuerſo geoere à malo culpæ; ideò à malo culpæ , licèt maiori , noo valet arguere ad malum pœnæ , licèt minus, tum propter regulam generalem , quâ malè tranſitur à genere in genos , malè arguitur à rebus vnius generis ad res alterius generis : tum ſpecialiter propter conditionem propriam mali pœnæ , de cuius ratione eſt ſupponere culpam , & eſſe malum occaſionatum , cum culpa ſit ſecundùm ſe malum abſolutum.

Cur Deus poſſit ex ſe velle culpâ potiùs , quâ pœnam.

33. Probatur quartò Deus non poteſt aote

præuiſa demerita velle aliquem deſtinare ad damnationẽ æternam, & ad inferni ſupplicia, ergo neque poteſt ante præuiſa demerita velle de facto aliquẽ à gloria excludere poſitiuè. Antecedens conceditur à Salmanticenſibus, Io. à S. Thoma maiorique Aduerſariorum parte, & euincitur claris teſtimoniis Sanctorum Patrum: Ex D. Auguſtino *lib.* 3. contra Iulianum *cap.* 18. *Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus: poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt, non poteſt quemquam ſine malis meritis damnare, quia iuſtus eſt lib.* 11. Geneſis *ad litteram cap.* 17. *Nunquid Deus priùs vltor, quàm damon peccator! abſit. Neque enim Deus damnat Innocentes.* Ex D. Gregorio *lib.* 27. *Moralium cap.* 2. *Peccata Deus priùs, quàm ſint perpetrata, non punit.* Idem tradunt plures alij *Sancti Patres* apud Lugum *prima parte, diſput.* 44. *cap.* 2. *numero* 23. Conſequentia probatur. De facto pœna eſt, eáque grauiſſima non ſolùm deſtinatio ad damnationem æternam, & ad inferni ſupplicia, verùm etiam poſitiua excluſio à gloria, ſed ratio, cur Deus nequeat ante præuiſa demerita deſtinare ad damnationem æternam eſt, quia in tali damnatione relucet formalis pœna, ergo eàdem ratione non poterit de facto poſitiuè à gloria excludere ante præuiſa demerita, cum etiam in tali excluſione reluceat formalis pœna loquendo de facto, & ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis.

Deſtinatio ad damnationem æternam nō poteſt eſſe ante præuiſa demerita.

34. Ex his habes incongruè intelligi ab Aduerſariis loca Scripturæ, quæ contra nos vrgent, ſpecialiter verò illud Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum.* Quo ex loco inferunt Deum ex ſe quodammodo operari reprobationem impij, & in tali reprobatione primariò intendere propriam gloriam, nec reſpicere, aut expectare demerita. Item illud Rom. 9. *Quum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut Scriptum eſt Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Ex quo loco inferunt antecedere præuiſionem malorum operum Dei odium, & excluſionem à gloria eodem modo, quo antecedit præuiſionem bonorum operum Dei dilectio, & electio ad gloriam. Verùm rationes ſuprà allatæ euincunt hæc, & ſimilia Scripturæ loca congruentiùs aliter intelligi, & quidem verba illa *Prouerb.* 16. non ſignificant Deum propter ſemetipſum præcisè operari, ſeu deſtinare impium ad diem malum, ſed omnia propter ſe ipſum operari; & illum, quem impium fore præuidet ſuppoſitâ impietatis præuiſione ad diem malum, etiam propter ſe ipſum ordinare. Verba Apoſtoli Rom. 9. variè à variis intelliguntur, vt videre eſt apud Herincx *diſput.* 8. *quæſt.* 7. *numero* 89. Æſtium *in* 1. *diſt.* 41. §. 18. facilis eſt, & tum doctrinæ ſuprà aſſertæ tum phraſi, in Sacra Scriptura vſitatæ conformis interpretatio, qua dicitur ly *odio* in verbis illis Eſau *autem odio habui* non ſupponere pro odio poſitiuo, de quo Auguſtinus *lib.* 1. *ad ſimplicianum quæſt.* 2. ait: *Non odit Deus* Eſau *hominem, ſed odit* Eſau *peccatorem*, ſed pro odio negatiuo ſito in negatione ſpecialis amoris, quatenùs Deus ante præuiſa bona, vel mala opera Iacob dilexit ſpecialiter, ſpecialia ipſi gratiæ, & gloriæ beneficia conferre decreuit: non ſic ſpecialiter dilexit Eſau, nec eadem ipſi beneficia præparauit, & hoc non ſpecialiter dilexiſſe eſt odio habuiſſe iuxta illud D. Thomæ *prima parte, quæſt.* 23. *art.* 3. *ad* 1. *In quantum igitur Deus quibuſdam non vult hoc bonum, quod eſt vita æterna dicitur eos habere odio* (ſubintellige negatiuo) *vel reprobare* (ſubintellige negatiuè) dixi hanc interpretationem eſſe conformem phraſi in Sacra Scriptura vſitatæ, ſæpiùs enim in Scriptura odij nomine minor amor, & carentia ſpecialis amoris ſignificatur ſic dicitur Matth. 6. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, alterum diliget*; Id eſt vnum amabit minùs, quàm alterum Io. 12. *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*, id eſt qui animam ſuam in hoc mundo, ſeu vitam corporis minùs amat, quàm vitam æternam. Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit Patrem &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus*, id eſt qui non habet minorem amorem erga Patrem, quàm erga me non poteſt &c. vt idem Chriſtus clariùs expreſſit Matth. 10. *Qui amat Patrem, aut Matrem plus, quàm me, non eſt me dignus.*

Odium aliud poſitiuum, aliud negatiuum.

35.

Odium in Scriptura ſæpè ſignificat minorem amorem.

§. VI.

Quodnam peccatum de facto in reprobo ſit cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria?

36. ASSERTVM: Aliquod ſemper peccatum finale ſiuè deinde ſit originale, ſiuè ſit perſonale lethale, eſt de facto in reprobo cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria. Eſt aſſertum conſequens ad ſuperiora.

Aliquod ſemper peccatū finale eſt cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria.

Probatur, & explicatur. Neceſſe eſt ex hucvſque dictis aſſignare in reprobo de facto & ſecundùm præſentem prouidentiam cauſam aliquam moralem poſitiuæ excluſionis à gloria, & quia moralis cauſa pœnæ, qualis eſt de facto excluſio à gloria non poteſt eſſe niſi culpa, neceſſe eſt aſſignare in reprobo pro cauſa morali excluſionis à gloria culpam aliquam, ſeu peccatum: Huiuſmodi peccatum non poteſt eſſe quodlibet lethale, quia multa lethalia in reprobis remittuntur; peccatum autem remiſſum non poteſt eſſe cauſa excluſionis à gloria, vt ſuprà dictum eſt §. 5. *in* 3. *probatione* 2. *aſſerti*, debet igitur eſſe ſolum peccatum lethale in hac vita non remiſſum, adeóque morte conſummatum, & finale, & huiuſmodi peccatum ſiue originale ſit, ſiue perſonale

Digitized by Google

perſonale lethale, ſicuti ex genere ſuo reddit indignum gloria, & eſt cauſa ſufficiens excluſionis à gloria, ita quia finale eſt reddit indignum irreparabiliter, & eſt cauſa efficax eiuſdem excluſionis, ergo aliquod ſemper peccatum finale, ſiue ſit originale vt in pueris, ſiue perſonale, vt in maiori parte adultorum; ſiue ſit originale coniunctum cum perſonali vt in aliquibus adultis, eſt cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria.

37. Ex hucuſque dictis habes ſuppoſitâ eleuatione creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem ſic diſponi poſſe ſeriem ſupernaturalis prouidentiæ in Deo erga humanum genus. Habuit Deus in primo ſigno voluntatem antecedentem, & decretum inefficax ſaluandi omnes homines. In ſecundo ſigno præuidit peccatum originale, & in ipſius remedium decreuit Chriſti Incarnationem, & merita. In tertio elicuit ex Chriſti meritis circa prædeſtinatos voluntatem efficacem ſalutis, & electionem efficacem ad gloriam, circa reliquos merè negatiuè ſe habuit continuando præciſè voluntatem inefficacem ipſos ſaluandi, nullum verò nouum actum voluntaris circa ipſos eliciendo. In quarto ſigno præparauit electis auxilia efficacia ad ſalutem, reliquis auxilia ſufficientia. In quinto ſigno præuidit omnium hominum tum bona, tum mala opera, & inter alia mala opera præuidit peccata finalia eorum, quibus auxilia purè ſufficientia ad ſalutem præparauerat. In ſexto decreuit punire peccata finalia, & eos quos præuidit deceſſuros in ſolo originali poſitiuè excluſit à gloria, ad ſolam pœnam damni deſtinauit; quos præuidit deceſſuros in peccato lethali non ſolùm poſitiuè excluſit à gloria, verùm etiam damnauit ad gehennam non ſolùm ad pœnam damni, verùm etiam ad pœnam ſenſus deſtinauit.

Quomodo ſit diſponēda in Deo ſeries ſupernaturalis prouidentiæ.

38. Ex hac ſerie ſupernaturalis prouidentiæ habes inter reprobum, & prædeſtinatum dari medium, non quidem pro aliqua menſura reali; bene tamen pro aliquo ſigno rationis, datur ſcilicet reprobatus negatiuè, ſeu per puram ſuſpenſionem actus non electus, vnde ſi poſſet in Deo admitti ſupenſio actus pro aliqua menſura reali poſſet pro menſura reali dari medium inter reprobum, & prædeſtinatum. Habes inſuper eſſe quidem de facto in eodem ſigno electionem ad gloriam, & non electionem; ſeu prædeſtinationem, & negatiuam reprobationem: non ſic electionem ad gloriam, & excluſionem à gloria; ſeu prædeſtinationem & poſitiuam reprobationem; ſed poſitiuam reprobationem, & excluſionem à gloria à prædeſtinatione, & electione præueniri: à miſericordia, quæ ex *Iacobi* 2. *iudicium ſuperexaltat* iuſtitiam præoccupari.

Prædeſtinatio, & reprobatio medium admittunt, non ſunt in eodem ſigno.

CAPVT VII.

De effectibus reprobationis.

SICVTI reprobatio eſt pars prouidentiæ, & ſub eadem prouidentia continetur, ſub qua continetur prædeſtinatio, ita effectus reprobationis ſunt effectus prouidentiæ, & ab eadem prouidentia deriuantur à qua deriuantur effectus prædeſtinationis, ideircò proportione ſeruatâ transferri poſſunt ad effectus reprobationis conditiones *ſuprà cap.* 5. §. 1. aſſignatæ pro effectibus prædeſtinationis, & ſicuti ibi dictum eſt tria requiri ad prædeſtinationis effectum, nimirum quòd ſit Dei beneficium, vel vniuerſaliùs loquendo, quòd ſit per ſe, & propriè à Deo; quòd in re conducat ad gloriam quòd à Deo tribuatur ex intentione efficaci gloriæ. Ita proportionaliter ſeorſeorsum tria requiri ad effectum reprobationis. Quòd ſit per ſe, & propriè à Deo, non quidem tanquam Dei beneficium; bene tamen tanquam Dei effectus; quòd in re conducat ad excluſionem à gloria, ſeu coniungatur cum tali excluſione, quòd à Deo cauſetur ex intentione efficaci excludendi à gloria; & ad hæc tria attendendum eſt, vt innoteſcat in particulari, quinam ſint reprobationis effectus. Ad duplicem autem claſſem, ſcilicet ad permiſſionem mali culpæ, & ad inflictionem mali pœnæ reducuntur ea, de quibus controuerti poteſt: Vtrùm effectus ſint reprobationis, & vt à malo culpæ exordiamur, ſit. 1.

Ad reprobationis effectus tres conditiones requiruntur.

§. I.

Vtrùm aliquod peccatum, vel aliqua permiſſio peccati, ſit in reprobo effectus reprobationis?

ASSERTVM I. Nullum peccatum in reprobo eſt effectus reprobationis. Ita omnes Theologi communiſſimè cum Magiſtro *in* 1. *diſt.* 40. & D. Thoma *prima parte, quæſt.* 23. *art.* 3. *ad* 2. contra Caluinum aliosque plures noſtri temporis hæreticos, qui ita ponunt reprobationem ante præuiſa peccata, vt deinde doceant Deum ex intentione reprobationis reprobos in peccata impellere, imò cogere: nec minùs eſſe propriè, & per ſe opus Dei perditionem Iudæ, quàm Conuerſionem Pauli: non minùs illam eſſe effectum Dei Iudam reprobantis, quàm iſta ſit effectus Dei Paulum prædeſtinantis. In quo errore duo ſunt exeeranda primum quòd Deus fiat auctor 1.

Nullum peccatum in reprobo eſt effectus reprobationis.

ctor Peccati, ſecundum quòd reptubus neceſſitetur ad peccandum, adeóque damnetur & puniatur ſine demetito, & ſine formali ratione peccati; cum demeritum, & formalis ratio peccati eſſe nequeat ſine libertate. Et hinc habes, quòd immetitò iuxta *ſupradicta §.6.* teprobatiu à Thomiſtis aſſetta ante præuiſa demetita nutetur tanquam rea erruris Caluiniani, cum ettur Caluini non ſit præciſè in en, qnòd aſtruat reprubationem ante præuiſa demetita, ſed in eo, quòd addir conſequi ad talem reptubationem; quòd ſcilicet Deus ſit auctor peccaturum, ad peccata impellat, & cogat; damnet deinde, & puniat etiam in executione abſqne demeritis.

3. Probatur. Nullum peccatum eſt effectua Dei, nullum peccatum eſt à Deo proptiè, & per ſe; ſed effectus teprobationis debet eſſe effectus Dei, debet eſſe à Deu propriè, & per ſe; ergo nullum peccatum eſt effectus seprobationis. Maior eſt veritas fidei tradita à Trid. *ſeſſ.6. de iuſtificatione can 6.* Minor patet ex conditionibus *in huiuſce capitis limine* aſſignatis pru reprobationis effectibus. Cunfirmatur reprubatio eſt pars poſitiuæ prouidentiæ Dei, ſed nullum peccatum eſt effectus poſitiuæ pruuidentiæ Dei, ergo nullum peccatum eſt effectus reprobationis. Minut habetur initiu *huius libri cap.* 1. §. 1. Maiur patet ex eo, quòd reprubatio eſt pars eiuſdem prouidentiæ, cuius eſt pars prædeſtinatio, & ſimul cum prædeſtinatione pruuidentiam ſupetnaturalem, quæ vtiqne poſitiua eſt, diuidit.

Permiſſio peccaò originalis nullo modo eſt effectus poſitiuæ reprubationis.

Aſſertvm II. Permiſſio peccati originalis ſiue ſumpti ſecundùm ſe, ſiuè ſumpti vt finalis, non eſt effectus reprobationis, ſeu poſitiuæ excluſionis à gloria.

4. Probatur. Permiſſiu peccati originalis, ſiue ſumpti ſecundùm ſe, ſiue ſumpti vt finalis, nun eſt à Deo ex intentiune efficaci excludendi à glutia; imò permiſſiu eiuſdem ſumpti ſecundùm ſe ſæpiſſimè non cõducit in re ad exclnſiunem à glutia, ergu permiſſiu peecati uriginalis, ſiue ſumpti ſecundùm ſe, ſiue ſumpti vt finalis, nun eſt effectus &c. Conſequentia patet, qoia eſſe ex iotentione efficaci excludeodi à gloria, & in re conducere ad talem excluſionem, ſunt eunditiones requiſitæ ad effectum poſitiuæ reptubationis. Antecedens probatur. Permiſſio peccati uriginalis, ſiue ſumpti ſecundùm ſe ſiue ſumpti vt finalis, antecedit intentionem efficacem exeludendi à gloria, quia *ex capite ſuperiori* §. 4. Peccatum uriginale ſumptum ſecundùm ſe eſt cauſa ſufficiens, ſomptum vt finale eſt cauſa efficax excluſionis à gluria, ergo permiſſio peccati originalis, ſine ſumpti ſecundum ſe, ſine &c. nun ſubſequitur intentionem efficacem excludendi à glutia, nec pruuenit ex tali intentione. Rursùs peccatum otiginale ſumptum ſecundùm ſe ſæpiſſimè iu reprobis remittitur, ergo permiſſio peccati otiginalis ſumpti ſecundùm ſe ſæpiſſimè uon conducit in re ad excluſionem, alioqui peccatum otiginale temiſſum puniretur pœnâ damni.

Aſſertvm III. Permiſſiunes peccatutum actualium, quæ finalia nun ſunt, ſed in hac vitâ remittuotur, nnn ſunt in seprubu effectus poſitiuæ reptobatiunis, ſeu excluſionis à gluria. Ita Iu. à S. Thoma *prima parte, quaſt.*23. *diſputat.*10. *articul.* 3. *numero* 2. Lugus *diſput.*44. *cap.* 4. *num.* 9. 5.

Permiſſiones peccatorum non finalium nõ ſunt effectus poſitiuæ reprubationis.

Prubatur primò ſicuti effectus prædeſtinationis debent eſſe pruprij prædeſtinaturum, non communes reprobis, quia ſecùs eſſent effectus prouidentiæ ſupernaturalis cummunis non pruuideutiæ ſupernaturalis propriæ prædeſtinaturum; ita eâdem proportiunaliter de causâ effectus reprobatiunis debent eſſe proprij reprubotum, uon communes prædeſtinatis: at permiſſiones peccatorum nun finalium, & in hac vita temittendurum ſunt communes prædeſtinatis, nun pruptiæ reproborum. Satis enim cunſtat etiam à prædeſtinatis plura peccata cummitti, etiam iu ipſis plura peccata permitti; licèt umnia non finalia, omnia remittenda, & delenda per pœnitentiam, ergo permiſſiones peccatutum actualium, quæ finalia noo ſunt, ſed in hac vitâ remittuntur, nun ſunt in teptobo effectus puſitiuæ reprobationis.

Prubatur ſecundò. Numine peccaturum actualium, quæ finalia nou ſunt, ſed in hac vita remittuntur, vel veniunt peccata, quæ in hac vita remittuntur, tum quoad culpam, tum qnoad umnem reatum pœnæ, vel veniunt peccata, quæ in hac vita semittuntur ſolùm quoad culpam; remanent verò quoad reatum grauis pœnæ temporalis iu alia vita ſoluendæ. Primo modo huiuſmudi peccata nullateuùs in alia vita puniuntur, adeóque uec ipſa, nec ipſorum permiſſiones cundncunt inre ad excluſiunem à gloria, ſeu ad damnatiunem, vt requiritur ad effectum reprobatiunis. Secuodu modu huiuſmudi peccata, aut puniuntur in alia vita ſolùm pœna temporali, aut puniuntur pœnâ æternâ ſolùm per accidens; adeóque aut nun conducunt ad pœnam æternam, aut conducunt ad ipſam ſolùm per accidens, quod nnn ſufficit ad effectum reptubationis. Sicuti enim ex *ſupradictis cap.* 5. §. 4. conducete ad beatitudinem accidentalem nuu ſufficit ad effectum prædeſtiuatiunis; ita uec ſufficit ad effectum reprobatiunia conducere ad damnatiunem accidentalem, qualis eſt pœna, aut temporalis, aut per accidens æterna; ergu quocumque modu ſumantur peccata non finalia, & in hac vita remittenda nec ipſa, nec ipſorum permiſſiunes conducunt in re ad damnatinnem modo requiſito ad reprobatiunis effectum. 6.

Conducere ad damnationem accidentalem non ſufficit pro effectu reprubationis.

Dixi peccata in hac vita remiſſa quoad culpam, non tutaliter quoad pœnam, in alia vita puniri in reprobu, aut pœnâ temporali, aut pœnâ per accidens æternâ pro quo placet obiter afferre doctrinam D. Thomæ *in* 4. *diſt.* 22. *quaſt.* 1. *art.* 1. *ad* 5. vbi loqueos de eo, qui poſt veram cuntri- 7.

tiunem

tionem, aut Sacramentalem confeſſionem de peccatis præteritis, abſque eo, quòd plenè ſatisfecerit, nouum peccatum committit, & moritur. Ita habet: *Dicendum quod pro illa parte pœna, quæ ſibi dimiſſa eſt in confeſſione, vel contritione nunquam punietur, ſed pro reſiduâ: in æternum tamen vt quidam dicunt; quia ratione ſeri; in quo punitur, æterna pœna debetur, ſicut eſt in venialibus, quæ in Purgatorio puniuntur pœna temporali, & in inferno æternâ; ſed hoc non videtur ſimile, quia veniale ideò in inferno æternaliter punitur, quia ſemper manet, cum non ſit ibi aliquod, quod culpam delere poſſit: ſed pœna ex hoc ipſo, quod ſoluitur, expiatur, & ideò alij dicunt, quod pœna, cuius eſt aliquis debitor poſt culpam remiſſam in inferno, puniatur temporaliter. Nec propter hoc ſequitur, quod ſit in inferno redemptio, quia pœna, quæ ſoluitur, non redimitur, nec eſt inconueniens, quod quantum ad aliquod accidentale pœna inferni minuatur vſque ad diem iudicij, ſicuti etiam augetur.*

Peccata reproborum in hac vita remiſſa quoad culpam non quoad totam pœnã, quomodo in aliâ vitâ puniatur.

8\. Ex his habes nullam permiſſionem peccati venialis eſſe effectum poſitiuæ reprobationis, cum enim nullum peccatum veniale etiam in hac vita non remiſſum per ſe puniatur pœnâ æternâ, nulla permiſſio peccati venialis in re conducit ad damnationem per ſe, & propriè dictam, ſeu ad damnationem eſſentialem, vt requiritur pro reprobationis effectu.

Nulla permiſſio peccati venialis eſt effectus reprobationis.

9\. Assertvm IV. Permiſſio primi peccati actualis finalis, & nunquam remittendi, non eſt in reprobo effectus poſitiuæ reprobationis, ſeu excluſionis à gloria. Eſt aſſertum conſequens ad ea, quæ ſuperiori capite poſita ſunt circa cauſas poſitiuæ reprobationis, ſeu excluſionis à gloria.

Probatur primò: Permiſſio primi peccati finalis, & nunquam remittendi præſupponitur ad intentionem poſitiuæ reprobationis; ſed effectus poſitiuæ reprobationis, vtpotè qui debet eſſe ex ipſius poſitiuæ reprobationis intentione non poteſt ad talem intentionem præſupponi, ergo permiſſio primi peccati actualis finalis non eſt in reprobo &c. Probatur maior. Primum peccatum finale, & non remittendum præſupponitur ad intentionem poſitiuæ reprobationis, ergo etiam præſupponitur talis peccati permiſſio; non poteſt enim peccatum præſupponi, niſi præſupponatur permiſſum, adeoque, niſi præſupponatur permiſſio. Antecedens probatur. Ad intentionem poſitiuæ reprobationis præſupponitur aliquod peccatum finale *ex cap ſuperiori §. vlt.* at non poteſt aliquod peccatum finale præſupponi, niſi ſaltem primum præſupponatur, nec intentio poſitiuæ reprobationis poterit non præcedere quodlibet peccatum finale, ſi præcedat primum, ergo.

Nec itẽ vlla permiſſio primi peccati finalis.

10\. Probatur ſecundò quidquid de facto eſt effectus poſitiuæ reprobationis, ſeu excluſionis à gloria, habet rationem pœnæ ſed permiſſio primi peccati finalis, & nunquam remittendi non poteſt habere rationem pœnæ, ergo talis permiſſio non eſt de facto in reprobo effectus poſitiuæ reprobationis. Maior probatur. Quidquid de facto eſt effectus poſitiuæ reprobationis, ſeu excluſionis à gloria prouenit ex intentione puniendi; at quidquid prouenit ex intentione puniendi habet rationem pœnæ: nam quidquid prouenit ex intentione puniendi habet rationem mali. Non poteſt autem habere ſolam rationem mali culpæ, quia *ex cap. ſuperiori §. 3. & 6.* non poteſt ſine aliquâ ſpecie crudelitatis permitti culpa præcisè ex intentione puniendi, ergo. Minor etiam primi argumenti probatur. Permiſſio peccati finalis non poteſt eſſe pœna alterius peccati finalis primi; nec poteſt eſſe pœna alterius peccati remittendi, & non finalis, quia peccatum non finale, & remittendum puniretur pœnâ æternâ, ſi puniretur permiſſione peccati finalis non remittendi, in æternum duraturi, in æternum puniendi.

Effectus poſitiuæ reprobationis debet habere rationem pœnæ.

11\. Assertvm V. Permiſſio alicuius peccati finalis, non primi, probabile eſt, quod ſit effectus poſitiuæ reprobationis, ſeu excluſionis à gloria. Ita ex auctoribus ponentibus reprobationem poſt præuiſa peccata, & demerita (nam qui ponunt reprobationem ante præuiſa peccata facilè aſtruunt effectum reprobationis omnem permiſſionem cuiuſcumque peccati finalis) Lugus *prima parte, diſputatione 44. capite 4. numero* 10. Arriaga *diſputatione 39. ſect. 5. ſubſec. 1. numero* 41. & alij nonnulli.

Permiſſio alicuius peccati finalis non primi poteſt eſſe effectus reprobationis.

Probatur, permiſſioni alicuius peccati finalis non primi ſupponentis ſcilicet præuiſionem alterius peccati finalis conueniunt omnes conditiones ſuperiùs aſſignatæ pro effectu poſitiuæ reprobationis, ergo talis permiſſio verè eſt effectus poſitiuæ reprobationis. Conſequentia patet; antecedens probatur. Talis permiſſio eſſe poteſt per ſe, & propriè effectus Dei, quia quoad hoc eadem eſt ratio de permiſſione peccati finalis, ac de permiſſione cuiuſcumque alterius peccati. Permiſſionem autem peccati ex genere ſuo poſſe eſſe per ſe, & propriè effectum Dei ſatis patet *ex capite ſuperiori §. 6. & 7.* Talis permiſſio in re conducit ad excluſionem à gloria, quia ſupponitur eſſe permiſſio peccati finalis: Quodlibet autem peccatum finale per ſe punitur pœnâ æternâ; in re coniungitur cum excluſione à gloria. Et quidem quoad has duas conditiones antecedens difficultatem non patitur, ſolùm eſt aliqua difficultas in tertia conditione. Nimirum in eo, quod permiſſio, peccati finalis non primi poſſit eſſe à Deo volita ex intentione efficaci excludendi à gloria. Hoc autem probatur ſic. Permiſſio peccati finalis non primi poteſt in 12.
Deo ſupponere intentionem efficacem excludendi à gloria, quia eo ipſo, quod eſt permiſſio peccati finalis non primi, ſupponit aliud peccatum finale mouens Deum ad

habendam intentionem efficacem excludendi à gloria, cum quodlibet peccatum finale efficaciter, & in actu ſecundo mereatur talem excluſionem. Poteſt inſuper permiſſio peccati finalis non primi eſſe à Deo volita ex intentione puniendi: ſicque licèt intentio excludendi à gloria ſit de facto intentio puniendi, poterit ex ipſa quatenùs antecedente permiſſionem peccati finalis non primi eſſe volita talis peccati finalis non primi permiſſio. Poteſt inquam permiſſio peccati finalis non primi eſſe à Deo volita ex intentione puniendi, quia licèt ſit ſpecies crudelitatis habere intentionem puniendi ante præuiſam culpam, & hac intentione puniendi velle permittere culpam puniendam. Tamen poſt præuiſam culpam habere intentionem ipſam puniendi, & ex intentione puniendi huiuſmodi culpam antecedenter præuiſam velle permittere aliam culpam, nullam prorsùs ingerit ſuſpicionem crudelitatis: & velle permittere culpam ex intentione puniendi ipſammet longè diuerſum eſt à velle permittere culpam ex intentione puniendi aliam antecedenter præuiſam: nec ex eo, quòd illud repugnet Deo, repugnat etiam iſtud.

Permiſſio peccati finalis non primi poteſt eſſe à Deo volita ex intentione puniendi.

13. Permiſſionem peccati finalis non primi poſſe eſſe à Deo volitam ex intentione efficaci excludendi à gloria, etiamſi de facto & ſecundùm præſentem prouidentiam excludere à gloria ſit punire confirmatur, & corroboratur ex doctrinâ ſatis receptâ, qua traditur vnum peccatum poſſe eſſe pœnam alterius, & à Deo in alterius pœnam permitti; quâ doctrinâ admiſsâ nullum apparet inconueniens in eo, quòd Deus poſt præuiſum primum peccatum finale, & poſt intentionem ipſum puniendi æternâ damnatione velit permittere aliud peccatum finale vt grauiore damnationis pœnâ primum illud peccatum finale puniatur. Porrò vnum peccatum aliquando à Deo permitti in pœnam alterius indicat, tum D. Thomas 1.2. *quæſt.* 79. *artic.* 1. *ad* 1. vbi ait Deum inclinare ad malum, ſolùm in quantum non prohibet; & tamen hoc etiam contingere ex merito præcedentis peccati. *Tum Scriptura* Pſalm. 2. *Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de viâ iuſtâ.* Pſalm. 68. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum,* 2. Theſſal. 2. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent: Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio*, & aliis in locis, quibus innuitur reprobos in pœnam peccatorum à Deo deſeri, indurari, excæcari, quod, vt notat Æſtius *in* 1. *diſtinct.* 40. §. 10. tunc contingit, quando quis merito præcedentis peccati derelictus, ſubinde in alia, atque alia peccata prolabens deterior efficitur, & reatum æternæ damnationis ſibi aggrauat.

Peccatum aliquàdo eſt pœna peccati.

14. De huiuſmodi permiſſionibus peccati finalis non primi intelligendus eſt D. Thomas *prima parte, quæſtione* 23. *articulo* 3. *in C.* dum docet voluntatem permittendi culpam eo modo ſe habere reſpectu reprobationis, quo ſe habet voluntas conferendi gratiam reſpectu prædeſtinationis, adeóque permiſſionem culpæ eſſe effectum reprobationis ſicuti collatio gratiæ eſt effectus prædeſtinationis. Verba Sancti Doctoris ſunt. *Sicut prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.*

---

§. II.

Cuiuſnam prouidentiæ ſint effectus permiſſiones peccatorum, quæ non ſunt in reprobo effectus reprobationis?

ASSERTVM: Permiſſiones peccatorum in reprobis, quæ non ſunt effectus reprobationis ipſorum, ſunt effectus aut prouidentiæ ſupernaturalis generalis, aut prædeſtinationis electorum. 15.

Fines permittẽdi peccata.

Probatur, & explicatur aſſignando proprios fines, ex quorum intentione procedunt permiſſiones talium peccatorum, & cum tales fines, aut ad prouidentiam ſupernaturalem generalem, aut ad prædeſtinationem electorum pertineant, vtique conſequens erit permiſſiones peccatorum ex talium finium intentione procedentes eſſe effectus aut prouidentiæ ſupernaturalis generalis, aut prædeſtinationis electorum: fines ſpectantes ad prouidentiam ſupernaturalem generalem eſſe poſſunt. Primò ſe accommodare conditioni naturæ creatæ etiam eleuatæ ad finem ſupernaturalem, ſinẽdo ipſam peragere motus ſuos; & quamvis ſufficientibus gratiæ auxiliis roboratam ex inſitâ ſibi libertate à bono & fine ſupernaturali aliquando deficere. Secundò vt oſtendat ſe eſſe vniuerſalem Auctorem ſupernaturalis ordinis æquè ac naturalis, & ſibi vt Auctori ſupernaturali congruum eſſe peccata permittere, quæ ſunt, quaſi monſtra ordinis gratiæ; ſicut ſibi, vt Auctori naturali conuenit permittere monſtra, quæ ſunt quaſi peccata ordinis naturæ. Tertiò vt conſtet gratiam efficacem requiſitam ad peccata vitanda concedi à Deo ex libertate, & liberalitate; non ex neceſſitate aut ex iuſtitiâ, ſicque rationalis creatura ſe diuinæ gratiæ liberaliter conceſſæ indignam recognoſcens in ſe humilietur, & ſolùm glorietur in Domino. Fines ſpectántes ad prædeſtinationem electorum eſſe poſſunt. Primò vt præbeatur electis materia virtutis iuxta verba Auguſtini in Pſalm. 54. *Malus, aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideò viuit, vt per illum bonus exerceatur.* Sic peccata lapidantium vertebantur in ma- 16.

Aliqui ſpectãt ad prouidentiam ſupernaturalem generalem.

Aliqui ad prouidentiã prædeſtinatiuam electorum.

teriam

teriam victoris D. Stephano, qui gaudens ſuſcipiebat lapides, vt mereretor accipere coronam gloriæ. Secundò vt in electis aliqui præemineant palmâ Martyrij, aliqui merita augeant in Conuerſione infidelium, quæ & ſimilia haberi non poſſent niſi permitterentor Tyrannorum perſecutiones, infidelium errores &c. Tertiò vt òccaſione peccati fieret Incarnatio, & haberetur io Chriſto caput omoium electorum ad gloriam, & cauſa meritoria totios electionis. Ex his, & ſimilibus finibus, quinam ſpecialiter de facto à Deo intendantor in permiſſionibus peccatorum, nobis vt plurimùm innotum, incertúmque eſt. Solùm ſit maximè notum, maximéque certum Deum oon ſolùm in prædeſtinatis, verùm etiam in reprobis peccata permittere ex fioe optimo, & honeſtiſſimo abſque eo, quòd vlla oeceſſitas cogat aſſignare pro fine permiſſionis peccatorum in reprobo oſtenſionem dioinæ iuſtitiæ in talium peccatorum punitione exercendæ, ſeu abſque eo, quòd concedatur Deum in reprobis peccata fioalia permittere ex ioteotione ipſa puniendi, adeò vt voluntas pooiendi reprobos, ipſóſque exclodendi à gloria ſit in Deo prior voluntate permittendi in iiſdem peccata finalia contra *ſupradicta* §. 3. & 6. *capitis præced.*

17. Ex his habes in reprobis longè plures eſſe permiſſiones peccatorom pertinentes ad prouidentiam aut ſoperoaturalem generalem, aut prædeſtinatiuam; quàm pertinentes ad prouidentiam reprobantem. Plures ſcilicet eſſe permiſſiones peccatorum à Deo volitas ex intentione finis contenti ſub prouidentia aut ſupernaturali generali, aut prædeſtinatiua, quàm volitas ex iotentione ponitionis, qoæ ſola eſt finis contentus ſub prouidentia reprobante. In hac enim ſecunda ſerie ſont ſolæ permiſſiooes alicuius peccati finalis, non primi. In prima ſerie ſunt reliquæ omnes cuiuſcumque peccati permiſſiones.

18. Non omnis permiſſio peccati proprij reproborum eſt effectus reprobationis.

Habes inſuper neque etiam omnes permiſſiones peccatorum proprias reprobotum eſſe effectus reprobationis, ſeu prooidentiæ reprobantis, nam omnes permiſſiones peccatorum finaliom ſunt propriæ reproborum, & tamen ſolæ permiſſiones alicuius peccati finalis non primi, non omnes permiſſiones cuiuſcumque peccari finalis ſunt effectos prouidentiæ reprobantis. Nec refert, quod in prædeſtioatis omnis permiſſio peccati propria electorum ſit effectus prædeſtinationis, ſeu prouidentiæ prædeſtinantis. Non refert inquam, quia reprobatio, ſeu excluſio à gloria neqoit præcedere omnes permiſſiooes peccatorum proprias reproborum, ſicuti prædeſtinatio, ſeo electio ad gloriam præcedit omnes permiſſiones peccatorum proprias electorum. Ad ſummum quoad hoc fieri poteſt aliqua comparatio inter prædeſtinationem, ſeo electionem ad gloriam; & reprobationem negatiuam, ſeu poram carentiam electionis, quatenùs ſicuti huiuſmodi reprobatio negatiua præſupponitur ad omnem permiſſionem peccati propriam reproborum non minùs, quàm prædeſtioatio præſupponstur ad omnem permiſſionem peccati propriam electorum; ita reprobatio negatiua dicatur ſuo modo cauſa cuiuſcumque permiſſionis peccati propriæ reproborum, oon minùs, qoàm prædeſtinatio ſit cauſa cuioſcumque permiſſioois peccati propriæ electorum.

Niſi ad ſummum negatiuæ.

19. Et hac ratione Suarez *prima parte, lib.* 5. *cap.* 7. Ribas *tractat.* 7. *diſputat.* 8. *cap.* 2. abſolutè docent omnem permiſſionem peccati propriam reproborum eſſe effectum reprobationis negatiuæ. At eſt locutio impropria, cum oon niſi impropriè ratio cauſæ poſſit tribui puræ negationi. Nihilominùs in eo ſenſu, in quo negatio diei ſolet cauſa negationis iuxta illud tritum, Quando affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, reprobatio negatiua rectè dicitor cauſa permiſſionis peccati, ſaltem ex ea parte, qua permiſſio peccati conſiſtit in negatione, importat ſcilicet oegationem auxilij efficacis. Verè enim ſicuti electio ad gloriam eſt cauſa collationis auxiliorum efficacium, ita negatio electionis, io qua conſiſtit negatiua reprobatio, eſt aliqualiter cauſa negationis talium auxiliorum, in qoa oegatione licèt non totaliter, partialiter tamen conſiſtit permiſſio peccati.

---

§. III.

Quænam mala pænæ ſint in reprobo effectus reprobationis?

20. Damnatio æterna eſt effectus reprobationis.

ASSERTVM I. Malom damnationis æternæ tam quoad pœoam damni, quàm quoad pœnam ſenſus, eſt io reprobo effectus reprobationis. Eſt aſſertum adeò commune, vt de ipſo apud nullos Auctores dubiom eſſe teſtetur Io. à S Thoma 1. *part. quæſt.* 23. *diſput.* 10. *artic.* 3. *num.* 7.

Probatur. Malo damnationis æternæ optimè conueniunt conditiones ſuprà reqoiſitæ pro reprobatioois effectibus: eſt ſcilicet huiuſmodi malom propriè & per ſe effectus Dei, qoia licèt Deus nequeat eſſe propriè, & per ſe cauſa mali culpæ, eſt tamen propriè, & per ſe cauſa cuiuſcumqoe mali pœnæ. In re conducit ad excluſionem à gloriâ, cum pœna damni ſit ipſamet executio excluſionis à gloria, & pœna æterna ſenſus nunquam reperiator ſine excluſione à gloria, & poſſit quidem haberi pœna damni ſine pœnâ æternâ ſenſus at non pœna æterna

ſenſus ſine pœnâ damni: à Deo cauſatur ex intentione efficaci excludendi à gloria, quia cum finis in intentione maximè cauſet ſe ipſum in executione, nihil magis cauſatur ex intentione excludendi à gloria, & puniendi; quàm ipſa à gloria excluſio, in qua conſiſtit pœna damni; ipſa ignis æterni cruciatio, in qua conſiſtit pœna ſenſus.

21\. ASSERTVM II. Mors reprobi in ſtatu peccati non quidem ſemper, & regulariter; benè tamen, quatenùs aliquando extraordinario modo euenit, eſt effectus reprobationis. Ita Suarez *prima parte, lib. 5. capite 7. numero* 10. Lugus *diſputatione 44. capite 4. numero 3.* Herincx *diſputatione 8. quæſtione 7. numero* 100. &c. contra Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtione 23. diſputatione 10. articulo 3. numero* 8. alioſque nonnullos ponentes pro effecto reprobationis mortem quamcumque reprobi, vt euenientem in ſtatu peccati, etiamſi deinde ſecundùm communem naturæ curſum eueniat.

Mors reprobi in ſtatu peccati aliquando, non ſemper, eſt effectus reprobationis.

Probatur, & explicatur. Mors poteſt conſiderari tripliciter. Primò ſecundùm ſe, & quoad ſubſtantiam. Secundò quatenùs euenit in ſtatu peccati. Tertiò quatenùs euenit modo extraordinario; & per cauſas extraordinarias ex ſpeciali Dei prouidentiâ applicatas acceleratur. Primo modo ſiuè ſumatur, vt eſt quædã naturalis corruptio communis homini cum cæteris animalibus, ſiuè ſumatur, vt eſt pœna peccati originalis ſubtrahentis ſtatum Innocentiæ, & talis ſtatus priuilegia, inter quæ recenſebatur immunitas à morte: ſiue inquam vno, ſiue altero modo ſumatur ſpectat ad prouidentiam communem reprobis, & prædeſtinatis, ſupernaturalem quidem, ſi mors ſumatur vt pœna culpæ originalis; naturalem, ſi ſumatur vt naturalis corruptio. Secundo modo, quatenùs euenit in ſtatu peccati, eſt propria reproborum, & quia reddit peccatum finale, in te condocit ad damnationem. Nihilominùs, cum Deus præuideat peccatum finale, ſaltem primum, antequam eliciat decretum reprobationis, conſequens eſt, vt ante decretum reprobationis etiam videat mortem in ſtatu peccati, nam præuidere peccatum finale eſt præuidere peccatum morte conſummatum, eſt præuidere peccatum in inſtanti mortis; quod eſt idem, ac dicere præuidere mortem in ſtatu peccati, propterea eâdem ratione, quâ ſuprà probatum eſt permiſſionem peccati finalis non eſſe effectum reprobationis, in præſenti infertur non eſſe effectum reprobationis mortam, quatenùs præcisè euenit in ſtatu peccati, in quo licèt nobis aduerſetur, ſibi cohæret *Io. à S. Thoma*, dum poſtquam recenſuit inter effectus reprobationis primum peccatum finale, inter eoſdem recenſet mor-
22\. tem in ſtatu peccati. Tertio modo acceleratio illa, & extraordinaria applicatio cauſarum mortem inducentium non videtur poſſe aliunde prouenire, quàm ex intentione puniendi peccata, & in grauiorem peccatorum pœnam citiùs inchoandi æternam damnationem, & colligitur hoc maximè à poſteriori ex eo, quòd huiuſmodi mors non euenerit, niſi in peccatoribus maximè ſceleſtis. Sic Sodomitas ignis de cœlo præceps conſumpſit: ſic Chore, Dathan, & Abyron terra dehiſcens abſorpſit; ſed quod prouenit ex intentione punitionis, & damnationis eſt effectus reprobationis, ergo mors, quatenus acceleratur, vel aliter aliquando extraordinario modo contingit, eſt effectus reprobationis. Nec vlla eſt repugnantia, quòd Deus poſt præuiſum primum peccatum finale, & morte conſummandum, decernat in pœnam peccati præuiſi mortem ipſam accelerare, aut infeliciorem reddere; hoc enim non eſt decernere mortem in ſtatu peccati, quod quia eſt idem ac decernere peccatum finale, repugnat cum præuiſione peccati finalis; ſed eſt ſuppoſitâ morte futurâ in ſtatu peccati ipſi adiungere circumſtantias aggrauantes pœnam.

Decernere mortem in peccato, & decernere peccatum finale idem ſunt.

Ex his habes hanc cauſalem: *Ideo iſte homo moritur in peccato, quia non eſt electus ad gloriam*: quam Io. à S. Thoma *loco cit. numero* 10. abſolutè veram ſupponit, eſſe regulariter falſam, dummodo ly *quia non eſt electus*, poſitiuè ſumatur, & idem ſignificet, ac quia eſt poſitiuè reprobatus: nam ſi ly *non electus* ſumatur negatiuè, & idem ſignificet, ac quia eſt negatiuè reprobatus in eo ſenſu improprio, in quo *ad calcem §. ſuperioris* dicebatur omnem permiſſionem peccati finalis eſſe effectum reprobationis negatiuæ, dici poteſt eſſe eiuſdem reprobationis negatiuæ effectum omnem mortem in ſtatu peccati: & conſequenter intelligendo per ly *quia non eſt electus*, idem ac quia eſt negatiuè reprobatus, in illo eodem ſenſu improprio verificatur dicta cauſalis: *Ideò iſte homo moritur in peccato, quia non eſt electus ad gloriam.* Cæterùm per ly *quia non eſt electus* idem intelligendo, ac quia eſt poſitiuè reprobatus, ſolùm poteſt illa cauſalis eſſe vera cum addito, quo dicatur: Ideò iſte homo moritur in peccato morte acceleratâ, morte extraordinariâ, quia non eſt electus ad gloriam: ſine addito verò eſt falſa æquè, ac ſit falſa hæc alia: Ideò iſte homo peccat finaliter, quia non eſt electus ad gloriam, quia eſt poſitiuè reprobatus. 23.

Hæc cauſalis: Ideò homo moritur in peccato, quia non eſt electus ad gloriam an, & quomodo verificetur.

24\. Dices mors in peccato etiam quatenùs euenit modo communi, & ordinario, eſt terminus viæ, ſed quatenùs eſt terminus viæ eſt effectus reprobationis, ergo mors in peccato etiam, quatenùs euenit modo communi, & ordinario, eſt effectus reprobationis: at de morte, quatenùs eſt effectus reprobationis, verificatur illa cauſalis: Ideò iſte moritur in peccato, quia non eſt electus ad gloriam, ſeu quia eſt reprobatus, ergo cauſalis illa verificatur de morte in peccato abſolutè, regulariter, & abſque addito. Minor probatur. Diſponere de viâ, & conſequenter diſponere de termino viæ reproborum ſpectat ad prouidentiam reprobatiuam, ſicuti

diſponere de via, & de termino viæ prædeſtinatorum ſpectar ad prouidentiam prædeſtinatiuam ergo. Sed contra reproborũ via, & reproborũ mors quatenùs præcisè eſt talis viæ terminus diſponitur per prouidentiã, per quam diſponuntur in reprobis permiſſiones peccatorum, ex peccatis enim, & demeritis conſurgit via reproborum; ſicuti ex bonis operibus, & meritis conſurgit via prædeſtinatorum. Cum igitur *ex ſuperiori* §. permiſſiones peccatorum in reprobis diſponantur partim per prouidentiam ſupernaturalem generalem, partim per prouidentiam prædeſtinatiuam electorum, non per prouidentiam reprobatiuam, conſequens eſt non per prouidentiam reprobatiuam, ſed partim per prouidentiam ſupernaturalem generalem, partim per prædeſtinatiuam diſponi in reprobis tum viam tùm viæ terminum; ſeu mortem, vt viam terminat.

25. Mala pœnæ temporalis non ſunt in reprobo effectus reprobationis.

ASSERTVM III. Mala pœnæ temporalis non ſunt in reprobo effectus reprobationis, niſi proximè coniungantur cum pœnâ æternâ, & ſint quædam veluti inchoatio, quoddam veluti præludium pœnæ æternæ. Hæc aſſerti limitatio patet ex mox dictis de morte acceleratâ, & extraordinario aliquo ſupplicio inſigniter miſerâ, quæ licèt in rigore ſit pœna temporalis, quia tamen eſt inchoatio pœnæ æternæ, conducit ad æternam damnationem, eſt volita ex intentione damnandi, eſt propria reproborum, eſt effectus reprobationis. Quoad alias verò pœnas temporales cum pœnâ æterna non coniunctas diuerſa eſt ratio. Ideo quoad iſtas aſſertum

Probatur. Mala pœnæ temporalis proximè non coniunctæ cum pœnâ æternâ ſunt communia prædeſtinatis, non propria reproborum; non infliguntur à Deo ex intentione damnationis æternæ, nec ad damnationem æternam conducunt, cum pœnam luendam in damnatione æterna minuant, potiùs, quàm augeant, & non tam habeant rationem vindictæ, quàm medicinæ, ergo mala pœnæ temporalis non habent conditiones pro reprobationis effectibus requiſitas, & per conſequens reprobationis effectus non ſunt

---

§. IV.

An res aliquæ naturales aut etiam ſupernaturales ſint in reprobo effectus reprobationis?

26. Subſtantia reprobi non eſt effectus reprobationis.

ASSERTVM I. Natura ipſa, ſeu ſubſtantia reprobis non eſt effectus reprobationis. Ita Theologi ſatis communiter cõtra Salmant. *prima parte, tractat. quinto diſputation.* 8. *dub.* 3. §. 3. alioſque nonnullos.

Probatur: Natura, ſeu ſubſtantia prædeſtinati non eſt effectus prædeſtinationis, ergo natura, ſeu ſubſtantia reprobi non eſt effectus reprobationis. Antecedens probatum eſt *ſuprà cap.* 5. §. 6. conſequentia procedit à fortiori. Vnde non ſolum omnes, qui admittunt antecedens admittunt etiam conſequens, verùm etiam nonnulli, inter quos Ioan. à S. Thoma *prima parte, quæſtione* 23. *diſp.* 10. *art.* 3. *num.* 52. in conſequente nobiſcum conueniunt, licet diſconueniant in antecedente. Confirmatur: Reprobatio ſupponit naturam ſeu ſubſtantiam reprobi multò magis, quàm prædeſtinatio ſupponat naturam ſeu ſubſtantiam prædeſtinati, ergo illa non eſt effectus reprobationis multò magis, quàm iſta non ſit effectus prædeſtinationis. Antecedens probatur: Prædeſtinatio ſupponit ſubſtantiam prædeſtinati, quia ſupponit peccatum originale, conſequenter naturam, & ſubſtantiam tum Adæ tum Poſterorum incurrentium tale peccatum: at reprobatio non ſolùm ſupponit peccatum originale, verùm etiam ſupponit in pluribus reprobis peccata actualia, ergo reprobatio ſupponit ſubſtantiam reprobi multo magis, quàm prędeſtinatio, &c. Confirmatur inſuper, ſi ſubſtantia reprobi eſſet effectus reprobationis, Deus produceret talem ſubſtantiam ex intentione ipſam damnandi, & puniendi; ex tali quippè intentione à Deo cauſatur quidquid reprobationis effectus eſt: at illud aſſerere eſt facere Deum crudelem, eſt inſuper contra plures Sanctos Patres inter quos D. Chryſoſtomus *hom.* 3. *in Geneſim* ait: *Nos formauit non vt pereamus; neque vt ſuppliciis nos torqueat, ſed vt ſaluet*, D. Damaſcenus *lib.* 2. *de fide cap.* 29. ait *Neque enim ſupplicij, ac cruciatus cauſâ, verùm ad hoc, vt bonitatis ipſius participes ſimus, nos effinxit* D. Proſper *reſp.* 3. *ad obiectiones* Vincentianas inter alia ineptiſſimarum blaſphemiarum (vt ipſe loquitur in pręfatione) prodigioſa mendacia Auguſtino falsò attributa refert hoc: *Quod Deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, vt illam perdat in æternum.*

ASSERTVM II. Nec perfectiones, nec imperfectiones naturales, ſunt regulariter loquendo in reprobo effectus reprobationis. Dixi regulariter loquendo, nã imperfectiones quędã naturales non putè phyſicę ſed aliqualiter, & vt ita dicã, radicaliter morales, cuiuſmodi ſunt indoles propenſa ad vitia; temperamentum procliue ad venerem; ingenium proteruum, imbecillis vſus rationis, & ſimilia quatenus poſſunt inducere ad peccatum aliquod finale non primum, & à Deo tribui poſt pręuiſum primum peccatum finale ex intentione ipſum puniendi, aggrauando per permiſſionem noui peccati finalis pœnam debitam primo, poſſunt eſſe reprobationis effectus. Cęterum regulariter loquendo aſſertum eſt ſatis commune inter Theologos exceptis Salmanticenſibus *loco citato* §. 5. aliiſque nonnullis volentibus omnia bona ſiue naturalia, ſiue ſupernaturalia concesſa reprobis effectus eſſe repro-

27. Nec item perfectiones, & imperfectiones naturales regulariter loquendo.

bationis, imò eioſdem reprobationis effectum eſſe totum hoc vuiuerſum ordinis oaturalis.

Probatur perfectiones, & imperfectiones naturales regulariter loquendo ſpectant ad eandem prouidentiam, ad quam ſpectat narora ipſa, ſeu ſubſtantia, quam conſequuntur: at natnra, ſeu ſubſtantia reprobi non ſpectat ad prouidentiam reprobatiuam, nec eſt effectus reprobationis; ergo etiam nec perfectiones, nec imperfectiones naturales ſp ctant ad prooidentiam reprobatiuam,
28. aut effectus ſunt reprobationis. Confirmatur: Perfectiones naturales in prædeſtinatis non ſunt regulariter loquendo effectus prædeſtinationis, ergo neque in reprobis ſunt effectus reprobationis. Antecedens traditum eſt ſuperiùs *cap.* 5. §. 6. *aſſert.* 2. conſequentia procedit à fortiori, præſertim ex eo, quòd prædeſtinatio importet finem perfectiuum: reprobatio finem imperfectiunm, & per conſequens faciliùs ſeruatâ proportione admitti poteſt res creatas eſſe effectus finis importati per prædeſtioationem, quàm finis importati per reprobationem.

29. Bona ſupernaturalia nõ ſunt in reprobo effectus reprobationis.

Assertvm III. Bona, & dona ſupernaturalia non ſunt in reprobo effectus reprobationis. Eſt aſſertum conſequens à fortiori ad aſſerta mox poſita. Nec pro ipſius poſitiua probatione oporter aliquid addere, ſolùm expedit afferre probatiooem negatiuam, qua improbetur aliqualis ratio dubitandi iu oppoſitum. Ideo

Probatur: Si aliqua, eſt ratio cur bona, & dona ſupernaturalia in reprobo ſint effectus reprobationis maximè, quia reprobus vel deſumpſerit ex talibus boois, & donis occaſiooem perditionis, vel inferno conſiderans ſe propria voluntate talibus boois, & donis abuſum fuiſſe, patiatur ex tali conſideratione pœnam aliquam accidentalem: at hæc ratio nulla eſt; ergo. Minor probatur: Bona, & dona ſupernatoralia, ſi ſont reprobis occaſio perditionis ſunt occaſio purè accepta, non data; ſunt ſcilicet occaſio non ex intentione Dei talia bona conferentis, ſed ex peruerſitate reprobi talibus bonis abutentis, eodemque modo ſolùm eſt occaſio accepta, non vt occaſio data conducunt ad maiorem pœnam accidentalem in inferno. Deinde conducere præcisè ad maiorem pœnam accidentalem non ſufficit pro effectu reprobationis, ſicuti ex *ſupra dictis cap.* 5. §. 4. conducere præcisè ad maiorem beatitudinem accidentalem non ſufficit pro effectu prædeſtinationis.

Poſſunt eſſe occaſio accepta, non data perditionis.

30. Ex his habes quomodo intelligendum ſit, quod docent aliqoi Sancti Patres, reprobis ſcilicet omnia in malum cooperari. Sic Chryſoſtomus *homil.* 15. *ſuper verba illa* Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ait: *Quemadmodum iis auxilio ſunt ea etiam quæ nocumentum afferre videntur; ſic iis, qui illum non amant vel ea nocent, quæ auxilium afferunt*, D. Auguſtinus *in ſoliloquiis cap.* 28. ait *attamen mors peccatorum peſſima, illorum inquam* (nonnollis interpoſitis,) *quibus omnia cooperantur in malum, & ipſa etiam oratio vertitur in peccatum.* Hoc ſcilicet intelligendum eſt occaſionaliter occaſione accepta ex ipſorum reproborum prauitate, non occaſione datâ ex Dei intentione, & ſpeciali ordinatione. Vnde reprobis omnia cooperantur in malum diuerſâ valde ratione ab eâ, quâ prædeſtioatis omnia cooperantur in bonum. Circa verba illa, *Ipſa etiam oratio vertitur in peccatum*, aduerte obiter cum Eſtio *in primo diſt.* 40. §. 10. non eſſe ita intelligenda, quaſi reproborum bona opera verè peccata fiant, io quo multùm faueretur errori *Michaëlis Baij* dicentis omnia infidelium opera eſſe peccata. Accipienda igitur ſunt ita, vt dicatur oratio verti in peccatum, quatenùs reprobi admittendo meritum orationis, & bonorum operum; ex hac ipſa amiſſione ſentiuot pœnam, & ſumuot in inferno occaſionem infremendi, & inſurgendi contra Deum blaſphemiis, & peccatis.

In quo ſenſu reprobis omnia cooperentur in malum.

Habes inſuper non ea omnia, quæ conducunt ad damnationem æternam, excluſionemque à gloria eſſe effectus reprobationis, ſed aliqua conducere, vt reprobationis effectus, aliqua vt reprobationis cauſas: ſicuti ad gloriam aliqua conducunt vt prædeſtinationis effectus, aliqua vt prædeſtinationis cauſæ; nec omnia quæ ad gloriam conducunt effectus ſunt prædeſtinationis. 31.

Habes tandem dari ex parte reprobi cauſam omnium effectuum reprobationis, licèt non detur ex parte prædeſtinati cauſa omnium effectuum prædeſtinationis. Nec refert, quod ſicuti non datur in prædeſtioato cauſa primæ gratiæ; ita non detur in reprobo cauſa permiſſionis primi peccati. Noo refert inquam, quia permiſſio primi peccati non eſt effectus reprobationis, ſicuti collatio primæ gratiæ eſt effectus prædeſtinationis. Ideò reprobus poteſt eſſe cauſa omnium effectuum reprobationis abſque eo, quòd ſit cauſa permiſſionis primi peccati, non ſic prædeſtinatus poteſt eſſe cauſa omnium effectuum prædeſtinationis abſque eo, quòd ſit cauſa collationis primæ gratiæ. 32.

Datur in nobis cauſa omnium effectuum reprobationis, non omnium effectuum prædeſtinationis.

CAPVT VIII.

De libro vitæ prædeſtinatorum, & libro mortis reproborum.

CONCLVDO tractationem eorum, quæ ad prædeſtinationem, & reprobationem pertinent aliqua explicando circa notitiam ſeu quaſi deſcriptionem, qua tum prædeſtinati, tùm reprobi in diuino intellectu 1.

lectu continentur : Et cum intellectus ſe habeat veluti liber aut tabula , in qua quodammodo ſcribitur quidquid cognoſcitur; diuina illa notitia non incongruè libri nomen ſortitur : & ſicuti notitia prædeſtinatorum vtpotè qui electi ſunt ad vitam , dici ſolet liber vitæ , ita notitia reproborum, vtpotè qui damnati ſunt ad mortem , dici poterit liber mortis. Verùm quia communiter fit ſolum mentio libri vitæ , nec ab omnibus admittitur liber mortis, ſit

§. I.

Vtrùm admittendus ſit reſpectu reproborum liber mortis , ſicuti admittitur reſpectu prædeſtinatorum liber vitæ ?

2. ASSERTVM : Licèt ſit aliqua maior ratio admittendi librum vitæ reſpectu prædeſtinatorum ; quàm librum mortis reſpectu reproborum , poteſt tamen etiam in aliquo legitimo ſenſu liber mortis reſpectu reproborum admitti. Hoc aſſertum videtur eſſe contra nonnullos , qui abſolutè librum mortis in Deo negant , & pro ſe citant D. Thomam *prima parte , quæſtion.* 24. *art* 1. *ad* 3. & D. Bonauenturam *in* 4. *diſt.* 43. *quæſtion.* 1. ſed re verâ , ſi quæ eſt diuerſitas tota eſt in modo loquendi , & explicandi metaphoricam ſignificationem libri, vt magis conſtabit ex iis , quæ mox ſubiicio. Ideò

Vltra librum vitæ eſt admittendus in aliquo ſenſu liber mortis.

Aduerte *libri* nomen in Scriptura aliquando abſolutè vſurpari , aliquando cum addito *vitæ.* Primo modo licet aliquando vſurpetur ad ſignificandam notitiam electorum , vt mox dicetur , vt plurimùm tamen vſurpari ſolet ad ſignificandum notitiam omnium operum in hac vita geſtorum ſiue bonorum , ſiue malorum. In hoc ſenſu dicitur Apocal. 20. *Et iudicati ſunt mortui ex iis , quæ ſcripta erant in libris ſecundùm opera ipſorum.* In eodem ſenſu ab aliquibus intelligitur illud Pſalm. 138. *Imperfectum meum viderunt oculi tui , & in libro tuo omnes ſcribentur.* Hoc eſt omnes actus , & operationes , vnde etiam canit Eccleſia *liber ſcriptus proferetur , in quo totum , &c.* Secundo modo aliquando vſurpatur ad ſignificandam deſcriptionem legum , & præceptorum conducentium ad vitam æternam: ſic vetus , & nouum teſtamentum dicuntur

Libri nomē variè vſurpatur in Scripturis.

4. liber vitæ iuxta illud Eccleſ. 24. *Hæc omnia liber vitæ* vbi habet gloſſa id eſt vetus , & nouum teſtamentum. Aliquando , idque frequentiùs vſurpatur ad ſignificandam deſcriptionem , ſeu notitiam electorum ad vitam gloriæ. Sic dicitur ad Philip. 4. *Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* Apocal. 13. *Quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni* 20. *Qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus , miſſus eſt in ſtagnum ignis* 21. *Niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.* Et in hac ſignificatione quandoque etiam vſurpatur nomen libri poſitum ſine addito vitæ Danielis 12. *Saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro.* Pſalm. 39. *In capite libri ſcriptum eſt de me.* Vbi innuit Chriſtus ſe , tanquam caput prædeſtinatorum obtinere caput libri prædeſtinationis, & fortè hac etiam de cauſa in locis ex Apocalypſi relatis liber prædeſtinationis non ſolum dicitur liber vitæ , ſed liber vitæ agni, quia Immaculatus agnus Chriſtus in tali libro primus deſcribitur.

Aduerte inſuper quod Scriptura Sacra non habet expreſſam mentionem libri mortis , impliciitè tamen ipſum inſinuat ; dum aliquando libros in plurali nominat , vt Danielis 7. *Iudicium ſedit , & libri aperti ſunt :* alter electorum , alter reproborum, Apocal. 20. *Libri aperti ſunt , & alius liber apertus eſt , qui eſt vitæ.* Colligitur etiam liber mortis ex Ierem. 17. *Recedentes à te in terra ſcribentur.* Propterea nonnulli Sancti Patres expreſsè admiſerunt librum mortis. Sic D. Baſilius *in c.* 4. Iſa. ſicuti ex verbis illis Luc. 10. *Gaudete , quia nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlis* infert librum viuentium , ita ex mox relatis verbis Ieremiæ infert librum pereuntium , & concludit : *Duæ intelligi debent deſcriptiones : vna quidem eorum eſt , qui ad vitam : altera autem eorum , qui ſcribuntur ad perditionem ,* D. Nazianzenus *in orat.* 9. *ad Iulianum* ait *Niſi fortè de quodam viuentium , pereuntiumque libro nihil vnquam audiſtis ; illic omnes ſcribemur , vel , vt rectiùs dicamus ; iam ſcripti ſumus.* His animaduerſis 5.

Probatur , & explicatur aſſertum quoad primam partem : Liber vitæ expreſſiùs in Scripturis habetur , quàm liber mortis. In libris conſuetū eſt conſcribere eos , qui eligūtur nō eos qui repudiātur. Sic in libris militię cōſcripti reperiūtur milites electi , nō milites excluſi. In diuina mēte magis propriè dicitur eſſe notitia prædeſtinatorum , quàm notitia reproborum ; cum notitia reproborum ſit quodammodo præter Dei intentionem ; notitia prædeſtinatorum ſit maximè ex Dei intentione ; ergo maior eſt ratio admittendi in Deo librum vitæ reſpectu prædeſtinatorum , quàm , &c. 6.

Probatur , & explicatur aſſertum quoad ſecundam partem : Quidquid in mente continetur , præſertim ſi firmiter retineatur, dicitur eſſe quaſi in libro deſcriptum , & quælibet notitia , certa præſertim , & firma, non incongruâ metaphorâ liber denominatur , ſed verè datur in Deo firma , certaque notitia reproborum, ſeu damnatorū ad mortem , ergo in legitimo ſenſu talis notitia poteſt dici liber : & ſicuti notitia prædeſtinatorum , ſeu electorum ad vitam denominatione deſumptâ à termino dicitur liber vitæ ; ita proportionaliter notitia reproborum , ſeu damnatorum ad mortem denominatione deſumptâ à termino dici poterit liber mortis. Confirmatur ex Scripturis , in quibus , vt præmiſſum eſt , impliciitè indicatur 7.

Liber vitæ & mortis denominatur à termino.

dicatur liber mortis, ergo verè in aliquo legitimo ſenſu liber mortis admitti poteſt.

8. Sancti Patres negantes, & ſancti Patres admittentes librũ mortis, quomodo ſibi non aduerſentur.

Ex his habes *D. Thomam D. Bonauenturam*, alioſque nonnullos Sanctoa Patres negantes iu Deo librum mortis reſpectu reproborum, non aduerſari *D. Baſilio*, & *D. Nazianzeno*, librum mortis in Deo admittentibus. Illi enim ſolùm intendunt quod non detur in Deo liber mortis in eo omni ſenſu, in quo datur liber vitæ. Iſti ſolùm intendunt quod in aliquo legitimo ſenſu detur liber mortis in Deo reſpectu reproborum. Hoc ſecundum cum illo primo rectè cohæret, ideò Sancti Patres docentes illud primum, nec Sanctis Patribus docentibus hoc ſecundùm; nec noſtro aſſerto aduerſantur.

9. Habes inſuper notitiam prædeſtinatorum in Deo non dici librum vitæ eo, quòd ſit deſcripta in mente, & natura diuina, quæ eſt vita per eſſentiam; hac enim ratione dici deberet liber vitæ notitia reproborum æquè, ac notitia prædeſtinatorum, cum illa æquè, ac iſta in mente, ac vitâ Dei deſcripta ſit. Liber igitur, qui eſt notitia prædeſtinatorum ſortitur ſpecialem denominationem vitæ ratione obiecti, non ratione ſubiecti: & ratione obiecti, non ratione ſubiecti pariter liber, qui eſt notitia reproborum, ſortitur ſpecialem denominationem libri mortis. Aliqui hîc dubitant vtrùm hæc vtraque notitia dicenda ſit conſtituere vnum librum, qui ſit ſimul liber vitæ, & liber mortis: an dicenda ſit conſtituere duos libros, quorum alter ſit liber vitæ, alter ſit liber mortis. Eſt dubium leuis momenti facilè deſinens in quæſtionem de nomine, & ſpectans præcisè ad modum loquendi. Crediderim meliùs poni duos libros, alterum vitæ, alterum mortis, quàm vnicum librum, qui ſit ſimul, & vitæ, & mortis.

10. Melius ponitur in Deo duplex liber: alter vitæ, alter mortis, quã vnius liber, qui ſit ſimul liber vitæ, & liber mortis.

Ratio eſt quia ponendo duos libros (ſubintellige virtualiter diſtinctos) meliùs ſaluatur quomodo iuxta poſitum aſſertum maiori ratione admittatur liber vitæ reſpectu prædeſtinatorum, quàm liber mortis reſpectu reproborum. Meliùs explicatur Scriptura quandoque nominans libros pluraliter; meliùs elucet proportio libri vitæ ad prædeſtinationem, & libri mortis ad reprobationem, ſi, ſicuti prædeſtinationi, & reprobationi; non vna eademque notitia reſpondet, ita non vnus, idemque liber reſpondeat.

---

§. II.

Quid ſit liber vitæ, & liber mortis: & quomodo ille à prædeſtinatione: iſte à reprobatione differat?

11. Quid ſit liber vitæ: quid liber mortis.

ASSERTVM I. Liber vitæ eſt notitia Dei, quam habet de vita gloriæ vniuſcuiuſque: liber mortis eſt notitia Dei, quam habet de morte damnationis vniuſcuiuſque. Prima pars continet definitionem traditam in terminis à D. Thoma *in 3. diſt. 31. q. 1. art. 2. ad 2. partem* Secunda pars, conſequitur ad primam ſuppoſito, quòd iuxta ſupradicta admittatur liber mortis reſpectu reproborum cum proportione aliquà ad librum vitæ reſpectu prædeſtinatorum. Vnde etiam explicata definitione libri vitæ, non indigebit vlteriori explicatione definitio libri mortis.

Probatur, & explicatur. Definitio libri vitæ dicitur *notitia Dei* ad innuendum librum vitæ præcisè conſiſtere in actu diuini intellectus, & importare ſimplicem omninò cognitionem. Dicitur, *quam habet de vita gloria*, quia licèt vltra vitam gloriæ detur vita naturæ, & vita gratiæ, & de hac vtraque Deus habeat notitiam non minùs, quàm de vita gloriæ; tamen hæc ſola permixtionem mortis non patitur, ideò in ordine ad hanc ſolum propriè ponitur liber vitæ: Et hinc obiter corroboratur, quod in calce *ſuperioris §.* dictum eſt meliùs poni in Deo duplicem librum alterum vitæ, alterum mortis, quàm vnicum, qui ſit ſimul liber vitæ, & liber mortis. Corroboratur inquam ex eo, quòd ſicut vt loquitur D. Thomas *loco cit. vita gloria, permixtionem mortis non patitur*; ita liber vitæ gloriæ non debet pati permixtionem libri mortis, & poni à libro mortis indiſtinctus. Dicitur *vniuscuiuſque* ſubintellige prædeſtinati;

12. Reſpectu ſui ipſius non habet Deus librum vitæ.

neque enim notitia, quam Deus habet de ſe ipſo, aut de ſui ipſius gloria, dici poteſt liber vitæ, ratio eſt, quia liber dicitur propriè eorum, quorum notitia habetur per figuras, & ſimilitudines exiſtentes in libro, Deus autem non habet ſui ipſius Ideam, nec ſe ipſum cognoſcit per ſimilitudinem ſui ipſius, ſed per hoc, quòd ſibi ſecundùm eſſentiam ſuam præſens eſt. Neque dicas hac ratione probaretur notitiam, quam Deus habet de morte æterna reproborum librum dici no[illegible] eſſe, quia talis mora maximum [illegible] mala autem ex D. Thoma *loco cit.* no[illegible]oſcit Deus per ſimilitudines exiſten[illegible] malorum in ſe; contra enim. Etiam mala Deus cognoſcit per ſimilitudines, & quidem mala, quæ conſiſtunt in aliquo poſitiuo cognoſcit Deus per ſimilitudines ipſorum proprias, non minùs, quàm bona; mala quæ conſiſtunt in negatione, aut priuatione cognoſcit Deus per ſimilitudines mediatas ipſorum, vt colligi poteſt *ex ſupradictis lib. 3. §. 11.* D. Thomas loco mox citato loquitur de malis, quæ in priuatione conſiſtunt; & dum negat ipſorum ſimilitudines, loquitur de ſimilitudinibus immediatis; quales ſunt ſimilitudines, ex quibus conſurgit liber vitæ, dum videtur vlteriùs docere notitiam malorum non poſſe dici librum, loquitur de libro eiuſdem rationis cum libro vitæ. Nos autem non contendimus librum mortis eſſe admittendum eâ omni ratione, qua admittitur liber vitæ, vt ſatis patet *ex præcedente §.*

ASSERTVM II. Liber vitæ à prædeſtinatione, & liber mortis à reprobatione differunt

14. Liber vitæ,

& liber mortu differunt à prædeſtinatione, & reprobatione.

differunt potiſſimùm in eo, quòd liber vitæ, & liber mortia conſiſtant præcise in actu intellectus: Prædeſtinatio, & reprobatio conſiſtant in actibus intellectus, & voluntatis ſimul.

Probatur, imò patet aſſertum comparando mox poſitas definitiones libri vitæ, & libri mortis, ad definitionea prædeſtinationis, & reprobationis in ſuperioribus capitibus traditas. Si quæras vtrũ ſaltem ſecundùm actũ, quem important ex parte intellectus, liber vitæ à prædeſtinatione, & liber mortis à reprobatione non differat. Reſpondetur etiam ſecundum talem actum differre, prædeſtinatio enim, & reprobatio important actum intellectus ſpectantem ad ſimplicem intelligentiam, & ſcientiam cauſatiuam: Liber vitæ, & mortis important actum ſpectantem ad viſionem, ad ſcientiam non cauſatiuam, quæ ſola rectè dicitur pura notitia. In latiori tamen, & minus rigoroſâ ſignificatione liber vitę (eodéque modo poſſet liber mortis ſumi pro reprobatione) quandoque ſumitur pro prædeſtinatione. Sic videtur pro prædeſtinatione ſumere librum vitæ Auguſtinus 20. *de ciuit. c.* 15. dum ait *Non Deum liber iſte commemorat, ne obliuione fallatur, ſed prædeſtinationem ſignificat eorum, quibus æterna dabitur vita. Neque enim neſcit illos Deus, & in hoc libro legit, vt ſciat; ſed potiùs ipſa eius præſcientia, quæ falli non poteſt, liber eſt vitæ in quo ſunt ſcripti, id eſt ante præcogniti.*

§. III.

Vtrùm pauciores ſint deſcripti in libro vitæ, quàm in libro mortis, minor ſit prædeſtinatorum, quàm reproborum numerus?

15. Inter Angelos plures ſunt prædeſtinati quam reprobi.

ASSERTVM I. Comparando Angelos inter ſe maior eſt numerus prædeſtinatorum, quàm reproborum. Plures ſunt deſcripti in libro vitæ, quàm in libro mortis. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma 1. *part. q.* 63. *a.* 9.

Probatur ex quarto Regum 6. *Plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis.* Quod vt teſtatur D. Thomas *loco cit.* exponitur de bonis Angelis, qui ſunt nobiſcum in auxilium, & de malis, qui nobis aduerſantur. Ex Apoc. 12. *Cauda eius trahebat tertiã partẽ Stellarũ Cœli,* quod exponitur de lucifero tertiam partem Angelorum inducente ad peccatum, & trahente ad damnationem. Confirmatur ex ipſa
16. conditione naturæ Angelicæ, quæ vtpotè purè intellectualis minùs inclinat ad obiecta ſenſualia, & corporea; faciliùs adhæret obiectis ſpiritualibus, & conſonis rationi adeò, que eſt magis iuxta conditionem naturæ Angelicæ operari conformiter ad rationem, & finem à Deo talibus operibus præſtitutum conſequi, ea enim, quæ magis iuxta naturam ſunt accidunt vt in pluribus.

17. Inter omnes homines

ASSERTVM II. Comparando omnes homines inter ſe maior eſt numerus reproborum, quàm electorum: Plures ſunt deſcripti in libro mortis, quàm in libro vitæ. Eſt aſſertum adeò commune, vt Æſtius *in* 1. *diſt.* 41. §. 23. dicat eſſe rem euidenter patentem, & nimis veram. Herincx *diſp.* 8. *quæſt.* 8. *n.* 106. dicat probabiliter demonſtari Vaſquez 1. *p. diſp.* 101. *cap.* 4. dicat ex Scripturâ liquidò conſtare Io. à S. Thoma *q.* 23. *diſp.* 10. *art.* 4. *n.* 7. dicat eſſe certam ex Scripturis.

plures ſunt reprobi, quã prædeſtinati.

Probatur primò Pſal. 39. *Multiplicati ſunt ſuper numerum*, ſubintellige electorum, vt explicat D. Gregorius *ſuper cap.* 6. Cant. Iſa. *cap.* 24. *Quomodo ſi pauca oliuæ, quæ remanſerunt excutiantur ex olea, & racemi, cum fuerit finita vindemia*, vbi ad exprimendam paucitatem electorum fit comparatio ad oliuas, & racemos remanentes finitâ vindemiâ, Rom. 9. *Si fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris: Reliquiæ ſaluæ fient* 12. *Reliquiæ ſecundum electionem ſaluæ factæ ſunt.* Vbi electi vocantur reliquiæ, quia pauci Epheſ. 1. *Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum.* Coloſ. 1. *ſorte vocati eſtis*, vbi electio & vocatio ad gloriam comparatur ſorti, quia hæc inter plures mittitur, & pauciſſimis contingit Matth. 7. *Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam: lata eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam.* Confirmatur *ex Eſdra*, cuius libri 18.
licèt Apochryphi ſint, & non Canonici, ſunt tamen magnæ poſt libros Canonicos Sacræ Scripturæ auctoritatis, & à Sanctis Patribus præſertim Ambroſio, & Auguſtino, vt notat Aluarez *de aux. lib.* 5. *diſp.* 43. *n.* 3. plures allegantur ad confirmationem ſuæ doctrinæ. Confirmatur inquam ex Eſdra *lib.* 4. *cap.* 8. *Hoc ſæculum fecit Altiſſimus propter multos, futurum autem propter paucos* (& interpoſitâ aptiſſimâ ad hanc rem ſimilitudine). *Multi quidem creati ſunt, pauci autem ſaluabuntur cap.* 9. *Plures ſunt, qui pereunt, quàm qui ſaluabuntur. Sicut multiplicatur fluctus ſuper guttam cap.* 10. *Ecce penè omnes in perditionem ambulant*

Electio ad gloriam cur comparetur ſorti.

Quatuor libri Eſdræ licèt non ſint Canonici, ſunt magnæ auctoritatis.

Probatur ſecundò inductione facta per totam humani generis ſeriem. Enim verò à 19.
mundi initio vſque ad Chriſti aduentum pauci admodùm fuerunt cultores veri Dei: poſt Chriſti aduentum licèt multiplicati fuerint veri Dei cultores, & vera religio longiùs, latiúſque effuſa, adhùc tamen omnibus, noſtriſque etiam temporibus plures fuerunt infideles, quàm veri fideles, & cum ex his multi etiam ſint reprobi, conſequens prorſus eſt non ſolùm maiorem, ſed maiorem incomparabiliter eſſe numerum reproborum numero electorum. Vnde ſatis, ſuperque apparet quàm malè ex diuinâ miſericordiâ non nemo, vt refert Herincx *loco cit. n.* 107. colligere præſumpſerit computatis ſimul quibuſcumque mundi ætatibus ex totâ hominum vniuerſitate non plus, quàm centeſimam partem perire.

Error circa numerum prædeſtinatorum.

Probatur tertiò duplici congruentiâ deſumptâ ex D. Thoma 1. *part. q.* 23. *art.* 7. *ad* 3. 20.
Prima petitur ex excellentia finis. Bonum enim valdè excedens communem ſtatum inuenitur vt in paucioribus: at gloria eſt bonum valde excedens communem ſtatum naturæ humanæ, præſertim lapſæ, ergo inue-

nitur vt in paucioribus, ergo ex hominibus congruit pauciores eſſe, qui ad gloriam eligantur. Maior patere poteſt inductione. Minor probatur. Natura humana ſicut tradit D. Thomas 1. 2. *queſt.* 71. *art.* 2. *ad* 3. ſecundùm communem ſtatum ita componitur ex parte ſenſitiua, & rationali; vt per operationem ſenſus homo perueniat ad actus rationis: Sicque quia plures attingunt rei principium, quàm conſummationem, plures ſequuntur ſenſum à gloria auertentē, quàm rationem ad gloriam conducentem: præſertim ſuppoſito lapſu, ratione cuius homo habet intellectum ignorantiâ vulneratum, & appetitum ad bona ſenſualia proniorem. Secunda petitur ex miſericordia Dei, quæ maximè elucet in eo, quòd aliquos in eam ſalutem erigat, à qua plurimi ſecundùm communem curſum, & inclinationem naturæ deficiunt. Alias addit congruentias *Granadus* nimirum, vt donum prædeſtinationis ab hominibus magnifieret, vt peccati originalis, malitia maximè innoteſceret. Quas, & ſimiles congruentias adeò efficaces exiſtimat, vt inferant Deo moralem neceſſitatem reprobandi eos plures, quos reprobauit, prædeſtinandi eos pauciores quos prædeſtinauit, quia ſecùs non feciſſet opus prædeſtinationis, & reprobationis eâ ratione, quâ melius eſt. Verùm præter quòd *libro ſuperiori cap.* 5. §. 2. oſtenſum eſt nullam habere Deum moralem neceſſitatem faciendi quod meliùs eſt: Vndenam conſtat non potuiſſe Deum habere alias æquales, aut meliores rationes aliter faciendi opus prædeſtinationis. Bene proptereà contra Granadum docet Arriaga 1. *part. diſp.* 37. *ſect.* 6. *num.* 49. numerum prædeſtinatorum ex ſolâ Dei voluntate ita pendere, vt licèt habeat iuſtiſſimas rationes, ne ſint plures, aut pauciores; poterit tamen totidem habere rationes, vt fortè plures, aut ſaluandi omnes, aut nullum; multò magis aut plures, aut pauciores.

Deus nullam habuit neceſſitatem prædeſtinandi, & reprobandi tot quot de facto prædeſtinauit & reprobauit quo ſenſu.

21. Ex ſuperioribus aſſertis, & probationibus habetur Electus in aliquo ſenſu, multos in aliquo ſenſu paucos eſſe. Multi ſunt, ſi fiat comparatio aut Angelorum ad Angelos, aut Angelorum ſimul, & hominum, ad Angelos ſimul, & homines. Inprimâ enim comparatione electi ſunt duplo plures reprobis, cum ex tota Angelorum multitudine duæ partes in gratia permanſerint, ad gloriam peruenerint. Tertia tantùm pars à gratia per peccatum, à gloria per damnationem defecerit. In Secundâ comparatione licèt non conſtet determinatè exceſſus electorum ſuprà reprobos, tamen quia Angeli in numero excedunt homines incomparabiliter (vt colligitur ex Angelis cuſtodibus, quorum numerus numerum hominum adæquat, & tamen eſt minima portio numeri omnium Angelorum) fit totam hominum multitudinem non adæquare tertiam partem totius multitudinis Angelorum, & per conſequens etiamſi omnes prorsùs homines damnarentur, adhoc, quia vna tertia pars Angelorum, qui damnantur, & tota multitudo hominum non adæquaret duas tertias partes multitudinis Angelorum, qui ſaluantur adhuc inquam comparando homines ſimul, & Angelos ad homines ſimul, & Angelos, eſſent plures prædeſtinati, & electi, quàm damnati, & reprobi: a fortiori igitur plures ſunt in præſenti prouidentiâ, in qua non omnes homines damnantur.

Electi in aliquo ſenſu pauci ſunt, in aliquo ſēſu multi.

Pauci ſunt electi, ſi fiat comparatio omnium hominum inter ſe, quia in hac compa- 22.
ratione non quomodocumque exceduntur electi à reprobis, ſed exceduntur magno exceſſu, vt ſatis patet perpendenti ſupra allata Scripturæ loca. Nec refert quod eadem Scriptura aliis in locis exprimat multos eſſe homines electos, & prædeſtinatos; vt Matth. 8. *Dico vobis, quod multi venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob.* Apocal. 7. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus ſtantes ante thronum.* Non refert inquam, quia in locis loquitur Scriptura abſolutè, non comparatiuè. Rectè autem ſtat homines electos eſſe abſolutè multos, comparatiuè paucos iuxta illud Auguſtini *lib.* 2. *operis imperfecti* contra Iulianum *cap.* 142. *In comparatione pereuntium pauci ſunt, qui ſaluantur; ſine comparatione autem pereuntium & ipſi multi.*

Dubitatur hîc vtrùm quod dictum eſt de 23.
maiori numero hominum damnatorum comparatiuè ad homines prædeſtinatos procedat etiam de damnatis ad pœnam ſenſus, an ſolùm de damnatis ad pœnam damni. Pallauicinus 1. 2. *diſp.* 2. *queſt.* 2. *art.* 2. *num.* 3. exiſtimat id procedere ſolùm de damnatis ad pœnam damni, adeò vt, ſi comparentur damnati ad pœnam damni, & ſenſus cum iis, qui ſaluantur; plures ſaluentur, quàm damnentur. Nam ex Ethnicis pleríque moriuntur ante commiſſum peccatum lethale eò, quod à communibus ingeniis lumine fidei deſtitutis non niſi poſt multos annos acquiri poſſit naturalis cognitio clara, & viuida, qualis requiritur ad peccatum lethale; ſicque pleríque Ethnicorum damnantur ſolùm ad pœnam damni. Ex baptizatis, vel ſermo eſt de iis, qui naſcuntur inter hæreticos, & ſic multi etiam iſtorum moriuntur ante commiſſum lethale, & ſpecialiter antequam ſit eis ſufficienter propoſita falſitas Sectæ, in qua nati ſunt, noſtræque fidei veritas: vel ſermo eſt de iis, qui naſcuntur inter fideles, & hîc facti adulti fidem veram profitentur, maioríque ex parte ſaluantur. Cum igitur ex fidelibus maior pars ſaluetur; ex natis inter hæreticos ſaluentur multi, ex Ethnicis maior pars damnetur ad ſolam pœnam damni, ſequitur eos, qui damnantur ad pœnam ſenſus, paucos
eſſe, & pauciores iis, qui ſaluantur. Nihi- 24.
lominùs reſpondetur etiam loquendo de damnatis ad pœnam ſenſus maiorem eſſe in totâ hominum multitudine numerum reproborum; ſeu damnatorum, quàm electorum. Ratio eſt, quia ex vna parte allata Scripturæ auctoritates ex Matt. 7. non videtur poſſe explicari de ſola damnatione ad pœnam damni, nam ingredi viam perditionis per ly *ingredi* importat propriam actionem eius, qui damnatur, per ly *viam perditionis* aliquid amplius importat, quam puram pœnam damni.

Inter omnes homines sūt pauciores electi, quam damnati, nō ſolùm ad pœnam dāmni, ſed etiam ad pœnam ſenſus.

Ex

Ex alia parte malè ſupponit contraria opinio maiorem partem fidelium adultorum ſaluari à fortiori malè ſupponit maiorem partem Ethnicorum mori cũ ſolo originali: Si enim maior pars fidelium ſpecialibus auxiliis adiuta propter peccata actualia damnatur; multò magis non propter ſolum peccatum originale: ſed etiam propter peccata actualia, adeóque non ſolùm ad pœnam damni; ſed etiã ad pœnam ſẽſus damnabitur maior pars Ethnicorum. Nec refert, quod iſti difficiliùs, tardiúſque acquirant cognitionem neceſſariam ad peccandum læthaliter: nam dato, quòd hanc cognitionem difficiliùs acquirant, hâc tamen acquiſitâ faciliùs peccant propter minorem copiam auxiliorum gratiæ. Deinde ſaltem pro acquirenda cognitione requiſita ad peccandum in materia naturali; & contra præcepta naturæ, non apparet ratio aſtruendi maiorem difficultatem in Ethnicis, quàm in fidelibus. Dixi malè ſupponere contrariam opinionem maiorem partem fidelium adultorum ſaluari: pro quo ſit

§. IV.

Vtrùm etiam ex hominibus fidelibus pauciores ſint deſcripti in libro vitæ, quàm in libro mortis?

25. *Etiam ex hominibus fidelibus pauciores ſunt electi, quàm reprobi.*

ASSERTVM: Licèt nihil poſſit ſub hoc titulo certum definiri: veriſimilius eſt etiam ex hominibus fidelibus, ſeu etiam comparando ſolos fideles inter ſe; pauciores eſſe deſcriptos in libro vitæ, quàm in libro mortis: minorem eſſe electorum, quàm reproborum numerum. Ita Aluarez *de Auxil. lib.5. diſp.* 43. *n.5.* Æſtius *in* 1. *diſt.*41. §.23. Herincx *diſp.*8. *quæſt.*8. *n.* 106. Molina 1. *p. quæſt.*23. *art.*7. Lugus *diſp.* 45. *cap.*2. *num.*13. aliique plures quibus fauẽt Io. à S.Thoma 1. *part. quæſt.*23. *diſp.*10. *art.*4. *num.*9. Vaſquez *diſp.*101. *num.*4. vbi ita hanc rem indefinitam relinquunt; vt tamen in noſtrum aſſertum propendeant contra Soarez *de Prædeſtinat. lib.6. ca.*3. Granadum *tract.*12. *diſp.*6. Alarcon *tract.*4. *diſp.*6. *cap.*2. Ruix *diſp.*54. Pallauicinum 1.2. *diſp.*2. *quæſt.*2. *art.*2. *num.*3. & alios nonnullos, inter quos tamen eſt aliqua diuerſitas, nam aliqui, vt *Ruix*, volunt ex fidelibus plures ſaluari ſolùm includendo paruulos, qui in baptiſmo decedunt; aliqui, vt *Pallauicinus*, volunt plures ſaluari etiam non includendo Paruulos, ſed ſumendo ſolos fideles adultos.

Quamvis includantur paruuli in Baptiſmo decedentes.

26. Probatur primò Matth.20. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*, vbi per ly *vocati* magis communiter intelligũtur vocati ad fidem, ſeu fideles Luc.8. *Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemẽ ſuum, & dum ſeminat aliud cecidit ſecùs viam, &c.* vbi denotatur ſemen fidei ab auditoribus receptum, & tamen ſubditur tale ſemen ſolum quoad vnam ex quatuor ſui partibus fructum attuliſſe Matth. 25. *Simile erit Regnum Cœlorũ decem Virginibus, &c. quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes*, vbi notat Caietanus per Virgines denotari illos, qui ſpecialem curam gerunt ſuæ ſalutis. Si igitur horum medietas damnatur, ſicuti illarum Virginum medietas fatua eſt, cum alij plures ſint fideles de propria ſalute parùm ſoliciti, conſequens eſt ex fidelibus plures eſſe qui damnantur, quàm qui ſaluantur Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* vbi, vt notat Bernardus *ſerm.*48. *in Cant.* non dicitur inter extraneas, ſed inter filias, ſiue inter domeſticas fidei. Sicuti igitur ſpinæ plures ſunt, quàm lilia ita inter domeſticos fidei, ſeu inter fideles reprobi plures ſunt, quàm prædeſtinati.

Dices has auctoritates non eſſe adeo expreſſas, quin poſſint aliter explicari, imò quin congruè aliter explicentur, cum non deſint alia Scripturæ loca, ex quibus colligatur inter fideles maior electorum, quàm reproborum numerus. Sic ex illo Matth. 22. *Simile factum eſt Regnum cælorum homini Regi, &c. & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.* vbi ex diſcombentibus inuitatis ad nuptias vnus ſolum tanquam non veſtitus veſte nuptiali à conuiuio excluditur, id eſt ex vocatis ad fidem, ſeu fidelibus minor pars excluditur à gloria. Sed contra quod allatæ à nobis auctoritates poſſint aliter explicari infert aſſertum à nobis poſitum nec eſſe de fide, nec omninò certum, quia tamen congruè explicantur ad fauorem aſſerti, ſuadent aſſertum eſſe valde veriſimile, & veriſimilius opinione oppoſitâ, cui nec tot Scripturæ loca, nec tot Sancti Patres fauent. Ad illud Matth. 22. reſpondet ex Hieronymo Aluarez *diſputat. citat. numero ſexto.* Nomine nuptius ibi ſignificari totam congregationem reproborum pertinentem ad vnam ciuitatem Babilonis. 27.

Probatur ſecundò inter fideles ex paruulis licèt plures beneficio Baptiſmi ſaluentur, multi tamen etiam, vel quia moriuntur in vtero vel ex Patrum incuriâ ſine Baptiſmo decedentes damnantur. Ex adultis maior pars in peccata frequenter labitur, & in iiſdem diu permanens retardat pœnitentiam, quæ dum eſt ſera rarò eſt vera. In extremâ vitæ periodo morbi adeò aggrauant animas vt plures etiam viri probatæ virtutis experiantur ſe vix poſſe cor ad Deum dirigere. Multò igitur minùs cor ad Deum dirigent viri perditæ conſcientiæ, aut qui ſaltem fuerint in vitæ decurſu ſuæ ſalutis parùm ſoliciti. Vnico verbo *Qualis vita; finis ita.* Cum igitur maior etiam fidelium pars vitam degat in peccato, veriſimile eſt vltam in peccato finire, & ſubire damnationem. 28.

Pœnitentię ſera rarò vera.

Qualis vita; finis ita.

Dices, omnes fideles adulti tenentur ſperare ſpe firma, & alacri ſuam ſalutem, ergo ſaltem ex fidelibus adultis maior pars ſaluatur: maior eſt electorum, quàm reproborum numerus. Conſequentia probatur: Id, quod fideles tenentur ſperare, debent poſſe prudenter ſperare, ſed vt poſſint prudenter ſperare ſalutem, debet maior ipſorum pars ſaluari, alioqui, ſi maior pars 29.

notitia prædeſtinationis· ponitur tanquam Dei propria Io.1 3.ait: *Deminus ego ſcio, quos elegerim.* 2. Timot. 2. *Cognouit Dominus, qui ſunt eius.* Suadent hane eandem veritatem ea, quæ, vt attigimus *lib. 2. cap. 3. §. 1.* afferri ſoleut ad probandum eſſe Dei propriam, & veſtigium diuinitatis certam ſcientiam futurorum contingentium, inter quæ vtique potiſſimè recenſendos eſt futurus ſtatus ſingolorum hominum, vtpotè maximè pendens à libero arbitrio, tum creato, tum diuino, & maximè exeedens rationabilem appetitum creatæ intelligentiæ.

---

§. V.

Vtrùm deſcriptio electorum in libro vitæ & reproborum in libro mortis augeri poſſit, aut minui?

35\. *Deſcriptio electorum, & reproborum potuit variari ab æterno, ſecùs de facto.*

ASSERTVM: Deſcriptio electorum in libro vitæ, & reprobotũ in libro mortis ab æterno potuit augeri, aut minui: de facto autem oec poteſt augeri, nec minui, niſi ad ſummum ſecundùm præſentem iuſtitiam ſeu ſecundùm nos. Ita *Theologi* communiſſimè eum D. Thoma 1 *pars. quæſt. 24. art. 3.* coorra Semipelagianos, qui inter alios errores doeebant numerum prædeſtinatorum variari, eò quòd nos pro noſtra voluntate aliquando fruſtremus dona Dei, & inter alia dooom ipſum perſeuerantiæ. Hie error ſpeciali hîc improbstione non indiget, cum ipſius falſitas ſufficieoter eonſtet *ex ſupradictis lib. 4. cap 6. §. 1.* dum explicaretur voluntatem Dei efficacem ſemper impleri, imò partim ex ibi dictis, partim ex dictis antecedenter *lib. 3. cap. 5. §. 3.* habetur ſufficiens probatio totius aſſerti. Nihilominùs clarioris doctrinæ gratiâ

36\. Probator prima pars. Deſcriptio electorum in libro vitæ (eadem eſt proportionaliter ratio de deſcriptione reproborum in libro mortis) ſeu liber vitæ *ex ſuperiori §. 2.* nihil eſt aliud, quàm notitia Dei de vitâ gloriæ vniuſcuioſque, at talis notitia fuit ab æterno obiectiuè variabilis, potuit ab æterno eſſe obiectiuè maior, aut minor; ergo deſcriptio electorum &c. potuit ab æterno augeri aut minui. Minor probarur, tum qoia notitia illa Dei eſt ſcientia libera & hæc fuit ab æterno in Deo obiectiuè variabilis *ex præcit. §. 3.* tum quia Deus ex ſupradictis potuit ab æterno aut plores, aut psuciores, aut nullos prædeſtinare, nec vllam haboit neceſſitatem prædeſtinandi tot, quot prædeſtinauit, ergo poruerunt ab æterno aut plures, aut paucioores, aut nulli deſcribi in libro vitæ & conſequenter notiria Dei, in qua conſiſtit liber vitæ, fuit ab æterno obiectiuè variabilis, potuit eſſe obiectiuè maior, aut minor, imò potuit obiectiuè non eſſe. Hoe argumentoin facilè transferri poteſt ad probandam ſecundam partem aſſerti recolendo *ex eodem præcit. §. 3.* quod ſcientia libera Dei de facto, & in tempore eſt innariabilis etiam obiectiuè: ſicuti ſunt in tempore inuariabilia & infruſtrabilia Dei decreta. Nihilominùs, quia ad huiuſmodi ſecundam partem ſpectant plura loca Scripturæ

Notitia Dei in qua conſiſtit liber vitæ eſt ſcientia libera.

Probatur ſecunda pars ex Scriptura Io. 6. 37.
Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet. Hæc eſt enim voluntas Patris, &c. Io. 10. *Non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquis de manu mea,* & turſum. *Nemo poteſt rapere de manu Patris mei.* Io. 17. *Quos dediſti mihi, nemo ex iis periit.* Matth. 24. *Vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* ly enim, *ſi fieri poteſt*, indicat fieri non poſſe. Prima Io. 2. *Si fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtique nobiſcum:* Quibus, & ſimilibus locis clarè exprimitur nullum prædeſtinatum à ſalute deficere, adeóque non minui deſcriptionem electorom in libro vitæ. Vt autem conſtet nec etiam augeri ſubiicio nonnulla Scripturæ loca, quibus innuitur reprobos omnes damnari; adeóque nullum tranſire à libro mortis ad librum vitæ. Ecleſiaſt. 7. *Nemo poteſt corrigere quem ille deſpexerit.* Io. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxeris eum.* & turſum *Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.* Io. 10. *Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.* His Scripturæ locis conformes ſunt ſententiæ Sanctorum Patrum Auguſtini, Fulgentij, Gregorij, Bernardi, & aliorum apud Æſtium *in 1. diſt. 40. §. 21.*

Dices alibi Scriptura indicat aliqoem 38.
prædeſtinatum de facto periiſſe, & ex alia parte numero prædeſtinatorum additionem factam fuiſſe, ergo deſcriptio electorum in libro vitæ de facto variarur, & tum minuitur, tum augetur. Antecedens quoad primam partem eolligitur ex Io. 7. vbi Chriſtus teſtatur ex datis ſibi à Patre vtique per prædeſtinstionem aliquem periiſſe, nimirum filium perditioois: *Ex iis, qnos dediſti mihi, nemo periit, niſi filius perditionis.* Quoad ſecundam partem colligitur ex Deuter. 1. *Dominus addat ad hunc numerum multa millia*, vbi gloſſa ordinaria interpretatur de numero prædeſtinatorum. Pſalm. 39. *Multiplicati ſunt ſuper numerum*, vbi *Auguſtinus* interpretatur de numero prædeſtinatorum fauet etiam primæ parti antecedentis illud 1. Cor. 9. *Ne fortè cum aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar*, additis præſertim verbis D. Gregorij *lib. 29. Moralium cap. 9.* dicentis: Apoſtolum timoiſſe reprobari etiam poſtquam vocatus eſt. Fauet ſecundæ eiuſdem antecedentis parti oratio, quâ Eccleſia Deum in Canone miſſæ deprecatur, *vt in electorum ſuorum iubeat nos grege numerari.* Item illud, quod ex *Auguſtino* circumfertur. *Si non es prædeſtinatus, ora, ſeu fac, vt prædeſtineris,* quæ ipſiſſima verba licèt in Auguſtino non reperiantur, sũt tamen maximè, iuxta mentẽ *Auguſtini tr. 26.* in Io. dicentis: *Non traheris ora vt traharis.* *Item lib. 6. Hypognoſticon circa finem,* vbi habet: *Pro inuicem oremus. In conſpectu Dei nos humiliemus; ipſius erit poteſtatis iudicium in nobis debitum mutare damnationis, & gra-*
tiam prædeſtinationis indebitam prærogare. Sed 39.
contra: Nego abſolutè antecedens quoad vtramque partem. Ad probationem primæ partis dico particulam, *niſi*, aduerſatiuè ſu-

Si non es prædeſtinatus fac vt prædeſtineris quomodo habentur ex D. Auguſtino.

mi, non exceptiuè, & Chriſti verba hunc ſenſum reddere. Ex iis, quos dediſti mihi, nemo periit, ſed tamen periit filius perditionis, id eſt perditioni deſtinatus, quem mihi non dediſti. Eſtque phraſis in Scriptura vſitata particulam *niſi* aduerſatiuè vſurpare, ſic dicitur 4. Regum 5. *Non faciet vltra ſeruus tuus holocauſtum diis alienis, niſi Domino.* Id eſt, ſed tantùm Domino, qui non eſt Deus alienus. Apocal. 21. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum &c. Niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.* Id eſt, ſed tantùm, qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni, qui coinquinati non ſunt. Ad probationem ſecundæ partis dico ſenſum illorum verborum Deuteronomij iuxta interpretationem gloſſæ eſſe, quod Deus ad numerum electorum addat multa millia ad conſtituendam vnam, eamdémque Eccleſiam, ſeu fidelium Congregationem, non tamen intendit, quod addat alios electos; eodémque modo ſenſum illorum verborum *Pſalm.* iuxta interpretationem *Auguſtini* eſſe, quod multiplicati ſint in Eccleſia fideles ſupra numerum prædeſtinatorum, non tamen intendit, quod hi, qui multiplicati ſunt ſupra talem numerum ſint etiam ipſi prædeſtinati. Ad id, quod affertur in confirmationem primæ partis dico vel ly *reprobus* idem eſſe, ac improbus non idem, ac excluſus à gloria, ſeu damnatus, vel ly *efficiar*
40. idem ſignificare, ac inueniat. Prior ſenſus magis congruit verbis additis *ex D. Gregorio.* Ad id, quod affertur in confirmationem ſecundæ partis, dico in illis verbis, quibus orat Eccleſia poni cauſam pro effectu, nec aliud peti quàm quòd Deus concedat nobis auxilia, quibus exerceamus effectus electionis ad gloriã. Sicuti etiã verba illa *Auguſtino* tribui ſolita, *ſi nõ es prædeſtinatus fac vt prædeſtineris* nihil aliud ſonant, quã ſi nõ exequeris effectus prædeſtinationis, ſi non exerces bona opera, ora, ſeu fac, vt exequaris, & exerceas.

Particula niſi in Scriptura ſæpè ſumitur aduerſatiuè, non exceptiuè.

Probatur, & explicatur aſſertum ſpecialiter
41. quoad illas vltimas particulas, *niſi ad ſummum ſecundùm præſentem iuſtitiam, ſeu ſecundùm nos aduertendo iuxta mentem*, D. Thomæ *prima parte, quæſt. 24. art. 3. in C. & quæſt. 6. de veritate, art. 3. ad 1. & ad 5.* Item D. Bonauenturæ *in compendio Theologicæ veritatis parte prima, cap. 30.* Ordinationem ad gloriam, cuius deindè notitia in Deo conſtituit librum vitæ. Aliam eſſe ſecundùm Deum, & rei veritatem: aliam ſecundùm nos, & humanam opinionem. Inſuper aliam eſſe in diuina prædeſtinatione, & ſimpliciter: aliam eſſe ex gratia, & ſecundùm quid, ſeu ſecondùm præſentem iuſtitiam. Ordinatio ad gloriam ſecundùm Deum, & rei veritatem coincidit cum ordinatione ad gloriam ex diuinâ prædeſtinatione, & ſimpliciter & nihil eſt aliud, quàm ipſa prædeſtinatio, ſeu quàm præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur. Ordinatio ad gloriam ſecundùm nos, & humanam opinionem, eſt ordinatio ad gloriam, quatenùs nobis incipit innoteſcere, & quatenùs nos ipſam dari opinamur. Ordinatio ad gloriam ex gratia eſt, quam habet quilibet iuſtus, vtpotè, qui eo ipſo, quod eſt in gratia eſt dignus gloriâ, habet ius ad gloriam, adeóque ordinatur ad ipſam, ſecundùm quid tamen, & ſecundùm præſentem iuſtitiam, quia ſecundùm rem, ſimpliciter & finaliter non datur ordinatio ad gloriam, niſi ex diuina prædeſtinatione præparante in ordine ad gloriam gratiam finalem. Eodem prorsùs

Ordinatio ad gloriam alia ſecundùm Deum, alia ſecũdùm nos: alia ſimpliciter, alia ſecundùm quid.

modo damnatio ad pœnam, cuius notitia 42.
conſtituit librum mortis, alia eſt ſecundùm Deum, & rei veritatem, alia ſecundùm nos & hominum opinionem. Inſuper alia eſt ex diuina reprobatione, & ſimpliciter; alia ex præſenti culpa & ſecundùm quid. Iuxta hanc diuerſitatem tum ordinationis electorum ad gloriam, tum damnationis reproborum ad pœnam, aſſignari etiam poteſt diuerſa deſcriptio tum electorum in libro vitæ, tum reproborum in libro mortis: & conſiderando talem deſcriptionem, vel ſecundùm humanam opinionem, vel ſecundùm præſentem iuſtitiam, poteſt de facto variari, augeri, & minui; quatenùs enim aliqui de facto à ſtatu gratiæ ad ſtatum culpæ deficiunt, minuitur numerus deſcriptorum in libro vitæ, augetur numerus deſcriptorum in libro mortis; quatenùs aliqui à ſtatu culpæ ad ſtatum gratiæ reſurgunt, augetur numerus deſcriptorum in libro vitæ, minuitur numerus deſcriptorum in libro mortis.

Sic explicatæ poſtremæ aſſerti particulæ 43.
accommodatiſſimæ ſunt ad intelligentiam plurium locorum Scripturæ. Primò enim applicari poſſunt ferè ad omnes auctoritates allatas in ſuperiori inſtantia dicendo: *Deus addat ad hunc numerum multa millia.* Secundùm nos, & ſecundùm præſentem iuſtitiam: *Multiplicati ſunt ſuper numerum.* Secundùm nos, & ſecundùm præſentem iuſtitiam: *Ne reprobus efficiar.* Secundùm præſentem iuſtitiam, & hominum opinionem: *Vt in electorum ſuorum iubeat nos grege numerari:* Saltem ſecundùm præſentem iuſtitiam. Eodemque modo dum Eccleſia deprecatur in tertia oratione feriatum quadrageſimæ: *Vt omnium fidelium nomina beatæ prædeſtinationis liber adſcripta retineat*: intelligi poteſt ſecundùm præſentem iuſtitiam, quamvis poſſit etiam aliter intelligi dicendo Eccleſiam ita deprecari, non quia periculum ſit librum prædeſtinationis nomina deſcripta non retinere, ſed quia decretum eſt, quod talia nomina retineat dependenter ab orationibus Eccleſiæ in executione, & ex parte obiecti. Secundò applicari poſſunt ad illas auctoritates, quibus traditur aliquem deleri de libro vitæ.
Exodi 32. *Qui peccauerit mihi delebo eum de* 44.
libro meo. Pſalm. 68. *Deleantur de libro viuentium.* Apocal. 22. *Auferet Deus partem eius de libro vitæ.* Poſſunt tamen etiam hæc loca aliter intelligi, id eſt negatiuè, adeò vt ly *auferet* idem ſit, ac non poſſet: ly *deleantur* idem ſit ac non ſcribantur, ſeu non ſint ſcripti. ly *delebo* idem ſit, ac non ſcribam, ſeu non erit ſcriptus. Inſuper in verbis illis *Exodi* ly *libro meo* poteſt intelligi non de libro vitæ gloriæ, ſed de libro viuentium in hoc mundo, eo quòd illa verba ſint reſpõſio Domini ad præcedentia verba Moyſis dicẽtis ad Dominum: *Si non facis,*

Quomodo poſſit aliquis deleri de libro vitæ.

facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti, vbi oñ videtur Moyſes loqui de libro vitæ gloriæ, de quo ſic Moyſes peteret deleri ſecuodùm præſentem iuſtitiam, peteret à Deo permiſſionem peccati. Hæc ponderatio optimè ſuadet verba illa congruè intelligi de alio libro à libro vitæ. Si quis tamen adhuc velit ipſa de libro vitæ ioterpretari, dicere poterit Moyſem locutum fuiſſe ex quadam confidentia charitatis ſciens id nullatenus futu-
45. rum. Tertiò explicari poſſunt ad illas auctoritates, quibus videtur ioſinuari loco vnius prædeſtinati alium ſobrogari, vt Iob. 33. *Conteret multos, & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis*, quod exponeos D. Gregorius ait: *locum vitæ aliis cadentibus alij ſortiuntur*, ſubintellige cum D. Thoma *queſt.6. de veritate art.3. ad 5.* ſecundùm ſtatum præſentis ioſtitiæ, à qua aliqui aliquando decidunt aliis ſubrogatis, Apocal. 3. *tene, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*; id eſt præſenti tuæ iuſtitiæ debitam, vel vt nemo accipiat ſecundùm præſentem iuſtitiam, & hominum opinionem, poſſunt tamen hæc Apocalypſis verba etiam alium ſenſum reddere. Vide, vt tradit Æſtius *in* 1. *diſt.* 40. §. 22. *ad* 13. Malunt nonnulli intelligere de aduerſario auferente coronam, dum iuſtum tentatione peccati in ruinam, & damnationem impellit. Sicque aduerſarius Diabolos dicitur coronam accipere à iuſto eo ferè modo, quo Matth. 13. & Luc. 8. *dicitur* auferre à cordibus credentium verbum, quod ſeminatum eſt.

---

§. VI.

Vtrùm numerus deſcriptorum tùm in libro vitæ, tum in libro mortis ſit certus, & inuariabilis etiam ex parte rei numeratæ?

46. **Numerus deſcriptorũ in libro vitæ, & mortis eſt certus etiam materialiter.**

ASSERTVM: Numerus deſcriptorum, &c. eſt certus, & de facto inuariabilis etiam ex parte rei numeratæ, ſeu ex parte numeri accepti materialiter. Ita Theologi communiter contra quorundam opinionem, quam refert, & abſurdam vocat D. Tho. *q.6. de verit. art.4. in C.* Docebat hæc opinio dari in prædeſtinatis, & reprobis certitudinem numeri accepti formaliter, ideſt certum eſſe, quod tot nec plures, nec pauciores ſint prædeſtinati; tot ibidem nec plures, nec pauciores ſint reprobi: at non dari certitudinem numeri accepti materialiter, id eſt non eſſe certum, quænam determinatæ Perſonæ conſtituant tot prædeſtinatos, quænam tot reprobos: manente propterea inuariato numero formali, & numerante, poſſe variari numerum materialem, & numeratum commutatione factâ inter prædeſtinatos, & reprobos; adeò vt quoties aliqui tranſeunt à numero prædeſtinatorum ad numerum reproborum; tot à numero reproborum tranſeant ad numerum prædeſtinatorum, quod, & velle videtur Auguſtinus *de correp. & gratia c.13.* dum referens locum illum Apocal. *Tene quod habes, &c.* ait: *Si alius non eſt accepturus, niſi iſte perdiderit, certus eſt numerus.* Verùm ex eo, quòd Auguſtinus verba illa Apocal. vſurpet ad probandam certitudinem numeri numerantis, non excludit certitudinem numeri numerati, quæ aliundè ſufficientiſſimè infertur. Ideò aſſertum

Probatur primò ex Scriptura Io. 17. *Quos dediſti mihi, nemo ex iis periit* 2. ad Tim. 2. *firmum Dei fundamentum ſtat habens ſignaculum hoc: nouit Dominus, qui ſunt eius*; quibus, & ſimilibus locis ſatis deducitur Deum cognoſcere non ſolùm quot, verùm qui ſint electi: non ſolùm numerum, numerantem, verùm etiam numerum numeratum: adeóque non ſolùm illum, verùm etiam iſtum eſſe certum. Coofirmatur ex nomine ipſo *Electi*, quod in Scriptura ſæpiſſimè prædeſtinatis tribuitur. Electio autem importat non formalem ſolùm, ſed etiam materialem numerationem, ſeu deſignationẽ; vt cooſtare poteſt ex *ſupradictis c.3. §.6.* dum ex ratione ipsâ electionis probaretur Chriſtum meruiſſe etiam comparatiuam electionem ad gloriam, & materialem deſignationem perſonarum. 47.

Probatur ſecundò reſpectu prædeſtinatorũ, & reproborum diuinũ decretũ non ſolùm determinat numerum numerantem, verũ etiã numerum numeratum; non ſolum quot ſint prædeſtinati, quot reprobi; verùm etiam quinam ſint prædeſtinati, quinam reprobi, ergo numerus deſcriptorum, &c. eſt certus, & de facto inuariabilis, etiam ex parte rei numeratæ, & numeri materialiter accepti; Conſequentia patet, quia efficacia, & infruſtrabilitas diuini decreti eſt radix maximæ certitudinis, ac inuariabilitatis; & ſicuti quia Deus determinat, quot ſint prædeſtinati, quot reprobi, eſt certus numerus numerans, ita ſi determinat etiam, quinam ſint prædeſtinati, quinam reprobi, neceſſe eſt, quod ſit certus etiam numerus numeratus. Antecedens probatur, tùm quia diuinum decretum eſſet imperfectum, ſi ſolum attingeret numerum numerantem tum quia, quidquid eſt extra ſtatum meræ poſſibilitatis, eſt ex vi decreti diuini ab æterno eliciti: at prædeſtinati, & reprobi non ſolum quoad numerum numerantem, verùm etiam quoad numerum numeratum, ſunt extra ſtatum meræ poſſibilitatis, ergo. 48.

Certitudo numeri prædeſtinatorũ oritur ex efficaciâ diuini decreti.

Probatur tertiò ſi quæ eſt ratio ponendi aliquam incertitudinem, & variabilitatem, ex parte rei numeratæ in prædeſtinatis, & reprobis maximè, vt ſaluetur in ipſis libertas; vt ſaluetur, quòd prædeſtinatus poſſit damnari, & reprobus poſſit ſaluari: & ex hoc capite nulla eſt ratio, nulla eſt neceſſitas ponẽdi aliquã incertitudinem, & variabilitatem ex parte rei numeratæ in prædeſtinatis, & reprobis; ergo. Minor probatur cum certitudine, & inuariabilitate etiam ex parte rei numeratæ in prædeſtinatis, & reprobis optimè ſubſiſtit in ipſis libertas; talis enim certitudo, & inuariabilitas tota fundatur in efficacia diuini decreti, cum qua, ſicuti optimè cohæret creata libertas ex *lib. ſuperiori c.6. §.3.* ita etiam optimè cohærebit cum certitudine, 49.

Quomodo talis certitudo cohæreat cum creatâ libertate.

dine, & inuariabilitate fundatâ in tali efficaciâ. Neque hîc facienda eſt vlla mentio ſenſus compoſiti, & diuiſi dicendo ſcilicet numerum deſcriptorum in libro vitæ eſſe certum & inuariabilem in ſenſu compoſito; nam certitudo, & inuariabilitas deſcriptionis in libro vitæ oritur ex efficaciâ, & infruſtrabilitate diuinâ, ideò ſatis eſt, quod fiat mentio ſenſus compoſiti, & diuiſi, dùm prædeſtinatus comparatur ad efficaciam, & infruſtrabilitatem diuini decreti; abſque eo, quòd noua mentio eiuſdem ſenſus fiat dum prædeſtinatus comparatur ad certitudinem, & inuariabilitatem deſcriptionis in libro vitæ.

50. Afferunt hîc nonnulli rationem aliquam dubitandi ex doctrina D. Thomæ 1. *p. q.* 23. *art. 7. in C.* dicentis *certus eſt Deo numerus prædeſtinatorum non ſolùm per modum cognitionis, ſed etiam per modum cuiuſdam principalis præfinitionis: non ſic autem omninò eſt de numero reproborum*; Quibus verbis Sanctus Doctor videtur tribuere Deo maiorem certitudinem prædeſtinatorum, quàm reproborum, ergo ſaltem numerus reproborum debet eſſe aliqualiter, ſcilicet ex parte rei numeratæ incertus. Nihilominus verba Sancti Doctoris confirmant, non infirmant certitudinem numeri reproborum, dum enim ait numerum prædeſtinatorum eſſe certum per modum cuiuſdam principalis præfinitionis, non ſic autem omninò de numero reproborum; indicat etiam certum eſſe numerum reproborum, licèt non per modum principalis præfinitionis, ſed per modum præfinitionis ſecundariæ, & minus principalis. Ratio deinde, cur præfinitio prædeſtinatorum dicatur principalis: præfinitio reproborum dicatur minus principalis, & quaſi ſecundaria, facilè aſſignatur in noſtris principiis dicendo præfinitionem prædeſtinatorum dici magis principalem, quia nullam ex parte ipſorum ſupponit cauſam, habet pro prima radice beneplacitum voluntatis præfinientis. Præfinitio verò reproborum ſupponit cauſam ex parte ipſorum, ſcilicet peccata, & demerita; non oritur præcisè ex beneplacito voluntatis præfinientis, ſed etiam ex cauſa morali, quam apponit ſubiectum præfinitum, ideò iſta non habet tantam prioritatem, & præcedentiam, quantam habet præfinitio prædeſtinatorum, Rectè igitur præfinitio reproborum dicitur minùs principalis; præfinitio prædeſtinatorum magis principalis.

Præfinitio prædeſtinatorum eſt principalis; non ſic præfinitio reproborum.

51. Ex his habes deſcriptionem tum electorum in libro vitæ, tum reproborum in libro mortis eſſe eodem modo inuariabilem ſiue ſumantur electi, & reprobi quoad numerum numerantem, & formalem; ſiue quoad numerum numeratum, & materialem. Ex quo inferri poteſt è contra illam variabilitatem, quæ tali deſcriptioni conuenit quoad numerum formalem, eidem conuenire quoad numerum materialem: Sic cum *in ſuperiori* §. aſſertum ſit fuiſſe talem deſcriptionem quoad numerum formalem, quoad multiplicitatem, & paucitatem electorum, & reprobatorũ ab æterno variabilem ſecundùm ſe, & variari de facto ſecundùm præſentem iuſtitiam, & ſecundùm nos; ita eâdem ratione ſentiendum potuiſſe ab æterno variari ſecundùm ſe, variarique de facto ſecundùm præſentem iuſtitiam, & ſecundùm nos eandem deſcriptionem quoad numerum materialem, quoad deſignationem particularem Electorum, & reproborum. Vnde etiam ſicuti huiuſmodi deſcriptio ſiue formaliter, ſiue materialiter ſumpta, eſt de facto ſolùm inuariabilis ſecundùm ſe, non ſecundùm nos. Ita certò conſtat ſoli Deo, qui omnia, vt ſecundum ſe ſunt, inſpicit; non nobis; qui proptereà nec determinatè ſcimus quinam ſint prædeſtinati, quinam reprobi: nec etiam quot ſint prædeſtinati, quot reprobi; nec habemus certitudinem numeri materialis, nec etiam numeri formalis prædeſtinatorum, & reproborum, determinatè loquendo; ſolùm quoad numerum formalem habemus aliquam certitudinem loquendo indeterminatè, quatenus iuxta *ſupra dicta* §. 3. *aſſert.* 2. ex Scripturâ nobis ſufficienter conſtat ſumendo totam hominum collectionem plures eſſe reprobos, quàm electos; Maiorem eſſe numerum formalem electorum, quàm reproborum. Neque in hoc eſt curioſiore indagine procedendum, ſed ex ipſâmet noſtræ prædeſtinationis incertitudine, & ignorantiâ emolumentum aliquod auſpicando, ſatagendum eſt, vt monemur *ex* 2. Petri 1. vt per bona opera certam noſtram vocationem, & electionem faciamus.

Numerus electorum, & reproborum neque materialiter, neque formaliter eſt certus ſecũdùm nos.

THEOLOGIÆ

THEOLOGIÆ
ASSERTIVÆ
TRACTATVS SECVNDVS.
DE DEO TRINO.

LIBER PRIMVS.

De Proceſſionibus, & Relationibus Diuinis.

PROCESSIONES, & relationes diuinæ præludium ſunt, melius dixerim, pars potiſſima myſterij omnium diuiniſſimi, & aut noſſe, aut eloqui difficillimi. Proceſſionibus communicatur, non multiplicatur deitas: Relationibus diſtinguntur, non diuiduntur perſonæ; Vtriſque vnitas in Trinitate, Trinitas in vnitate veneranda conſurgit. Hoc vnitatis, Trinitatiſque conſortio nihil poteſt excogitari magis ârcanum, magis auguſtum, magis diuinum; vnico verbo, magis excedens ſummum apicem cuiuſcumque creatæ intelligentiæ. Hic totâ detumeſcente humanæ mentis iactantiâ pleno ore fatendum non aliter veritatem comprehendi, quàm credendo ipſam incomprehenſibilem; non aliter ſufficienti indagine penetrari, quàm cenſendo inſufficientem omnem indaginem. Hîc maximè ſentiendum nobis bonum eſſe, quod vincimur, maximéque gratulandum non niſi ipſius, quàm inquirimus, Auguſtiſſimæ Triadis Magiſterio nos poſſe proficere. *In hac quippè Scholâ*, vt loquitur Sanctus Cyprianus *Sermone de Baptiſmo, Pater eſt, qui docet, & inſtruit: Filius qui arcana Dei nobis reuelat, & aperit: Spiritus Sanctus, qui nos replet, & imbuit*; quibus Cypriani verbis adſtipulatur Aug. *libro 9. de Trinitate circa initium*, conſulens, *vt hoc quæramus intelligere ab eo ipſo, quem intelligere volumus auxilium precantes; quærentem enim nemo iuſtè reprehendat, ſi tamen in fide firmiſſimus quærat.* Quamvis igitur difficile, non eſt tamen illaudabile Trinitatem perſcrutari velle, dummodo ex fidei beneficio ſperetur poſſe: Ideò à diuinis proceſſionibus, & relationibus auſpicato exordio, humilis aggredior tanti indaginem arcani, implorans diuini ſubſidium luminis, & ad me iure optimo transferens verba Auguſtini 5. *de Trinitate circa initium. Mea non ſolùm voluntatis, verùm etiam infirmitatis memor, ab his, qui iſta le-*

ſturi ſunt, vt ignoſcant peto; vbi me magis voluiſſe, quàm potuiſſe dicere aduerterint, quod vel ipſi meliùs intelligunt, vel propter mei eloquij difficultatem non intelligunt.

CAPVT PRIMVM.

De erroribus circa diuinas proceſſiones.

1. HABERE uaturæ lumine ſolùm euidentiam negatiuam ad poſſe defendi, carere verò euidentiâ poſitiuâ ad poſſe probari, ita commune eſt cuicumque ſupernaturali; vt ſit quodammodo maximè proprium myſterij Trinitatis, vtpotè quod maximè ſupernaturale eſt, & reliqua omnia ſupernaturalia myſteria ſibi ſubordinat: Ideò hac in materiâ euaderet multùm difficilis, & parum vtilis aſſertius, qua vtor, methodus; ſi aſſerta iis tantùm eſſent probanda argumentis, quæ à uatura, non à ſcriptura ſuppeditantur. At verò dum natura ſcriptura innititur, & lumen rationis lumine fidei colluſtratur, nec deſunt efficaciſſima media, quibus ad quaſcumque de Triade veritates poſitiuè procedantur, nec à maxima aut vtilitate, aut facilitate deficit aſſertiua methodus, qua quidquid traditur poſitiuè probetur, qua errores oppoſiti non tantùm negatiuè eludantur, ſed etiam poſitiuè improbentur.

Aſſertiua methodus quomodo etiam in materia Trinitatis vtilis, & facilis ſit.

---

§. I.

Quinam fuerint præcipui errores circa diuinas proceſſiones?

2. ASSERTVM: Inter illos qui Trinitatem aliquo modo admiſerunt duo fuerunt præcipui errores circa diuinas proceſſiones. Primus ad ſaluandam vnitatem naturæ negauit veras proceſſiones in diuinis, & admiſit Trinitatem perſonarum tantùm denominatiuè. Secundus ad ſuſtinendum veras proceſſiones, veramque Trinitatem perſonarum negauit identitatem ſeu conſubſtantialitatem naturæ, & poſuit perſonas procedentes non eſſe conſubſtantiales perſonæ producenti. Dixi inter illos, qui Trinitatem aliquo modo admiſerunt; nam qui aut Deum negarunt, aut plures ſimpliciter Deos abſolutè affirmarunt; hoc loco nec ſpecialiter repetendi, nec reprobandi ſunt. Sed ſufficit recolere, quæ dicebantur *tractatu ſuperiori libro 1. capite 1. & 4.* contra Atheiſmum, & Polytheiſmum.

Duo præcipui errores circa diuinas proceſſiones

Probatur, & explicatur referendo magis in particulari vtrumque prædictum errorem, & vtriuſque tum Auctores, tum ſolemniores ſectatores recenſendo: breuiter tamen & dimittendo pro pleniori notitia lectorem ad Auctores ex quibus iſta mutuauimus, præſertim ad Bellarminum *controu. 2. generali in præfatione, & libro 1. de Chriſto,* Io. à Sancto Thoma *prima parte, quæſt. 27. diſput. 12. artic. 1.* Marchinum *præludio 6. in tractatum de Deo Trino.*

Primus error primò inualuit apud Cataphrygas, ita nuncupatos à Regione, quam incolebant: Cataphrygæ enim latinè idem ſignificat, ac ſecundùm Prygas, ſeu ſecundùm eos, qui ſunt à Phrygia. Hi, vt tradit Auguſtinus *libro de Hæreſibus hæreſi 26.* Auctorem habuerunt Montanum, & in duas Sectas diuiſi, quidam Proclum, quidam Eſchinem ſecuti ſunt: Qui ex Eſchinis Secta fuerunt, aſſeruerunt Chriſtum eſſe ſimul Filium & Patrem, & negauerunt Patrem, & Filium in diuinis eſſe duas diſtinctas perſonas. Ex Cataphrygis hunc errorem hauſit Praxeas, de quo Tertullianus *initio libri contra Praxeam cap. 1.* habet: *Iſte primus ex Aſia* (in Aſia Phrygiam eſſe nullus ignorat) *hoc genus peruerſitatis intulit Romanæ humo.* Praxeam ſecutus eſt Noetus, & Sabellius Noeti diſcipulus, qui vterque docuit eandem in re perſonam eſſe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; nec Deum debere dici Vnum, & Trinum, ſed tantum Vnum, & Trinonimum; dici autem Patrem, prout res omnes creauit; dici Filium prout carnem ſuſcepit in vtero Virginis; dici Spiritum Sanctum prout nos ſanctificat. Huius erroris ſectatores vocantur communi nomine Patripaſſiani, & Sabelliani: Patripaſſiani quidem, quia non diſtinguentes perſonam Patris à perſona Filij faciunt Patrem paſſum, æquè ac Filium, Sabelliani, quia Sabellius quamvis non fuerit talis erroris primus Auctor, fuit ipſius maximus propugnator. Huic errori anteacto ſæculo adhæſerunt hæretici dicti Antitrinitarij, quorum Anteſignanus Michaël Seruetus anno 1555. Geneuæ combuſtus eſt: aſſeruerunt iſti Deum eſſe Trinum tantùm facultatibus, & potentiis; & licèt ex hoc capite præſumpſerit diſtare ab hæreſi Sabelliana faciente Deum Trinum tantùm nominibus, in re tamen negando Deum Trinum in perſonis Sabelliani furfuris ſunt. Seruetum Anteſignanum ſecuti ſunt Georgius Blandrata, Paulus Alciatus, Lelius Sæzinus, Franciſcus Dauid, & omnis illa Miniſtrorum colluuies, quæ Tranſyluaniam deuaſtauit conſtituendo ibi ſui erroris ſedem ſub titulo Eccleſiarum conſentientium. 3.

Primus error habuit pro celebriori propagatore Sabellium.

Secundus error teſte Diuo Thoma *4. contra Gentes cap. 6. circa finem*, originem duxit à dictis Platonicorum ponentium ſummum Deum Patrem, & Creatorem omnium rerum, à quo dicebant primitùs effluxiſſe quandam mentem, in qua eſſent omnium rerum formæ, & quam paternum intellectum 4.

Digitized by Google

lectum nominabant. Hinc arrepta eſt occaſio appellandi mentem creatam, & creaturam omnium primam, & eminentiſſimam illud, quod in Scipturis dicitur verbum, & filius Dei. Qui error deinde apertiùs traditus eſt à quodam Dionyſio, de quo Auguſtinus *libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 3.* ait: *Nihil creatum, aut ſeruiens in Trinitate credamus, vt vult* Dionyſius Arrij *fons.* Tribuitur etiam idem error Origeni, quem Diuus Thomas *prima parte, quæſtione 34. artic. 1. ad 1.* vocat Arrianorum fontem, non deſunt tamen, qui Origenem vindicent, dicantque, ſi quæ apud Origenem loca talem errorem redolent, fuiſſe ab hæreticis deprauata. Verùm quidquid ſit de Auctore, ex quo tanquam ex fonte Arrius venenum hauſerit, certum eſt huiuſmodi errorem incæpiſſe ante Arrium non tantùm in Platone, qui ipſius iecit ſemina, verùm etiam in illo Dionyſio, quem ex Auguſtino retulimus item in Alogis, ſeu Alogianis; qui, vt refert Epiphanius *hæreſi 51.* & Auguſtinus *hæreſi 30.* Ita fuerunt dicti, eo quòd negarent in Deo verbum, & etiam ipſi Arrium præceſſerunt.

Secundus habuit pro celebriore propugnatore Arrium.

Certum eſt inſuper Arrium fuiſſe eiuſdem erroris ſolemnem aſſertorem, & euulgatorem, celeberrimum, adeò vt ipſius, & ſuorum aſſeclarum *Valentini potiſſimùm & Vrſacij fraudibus ingemiſcens orbis terrarum ſe* Arrianum *eſſe miratus ſit*, vt loquitur Diuus Hieronymus *tom. 2. in dialogo aduersùs luci-*
5. *ferianos poſt medium.* Porrò Arrius cum primùm prauitatem ſuam euulgauit auſus eſt negare in Dei filio omnia pertinentia ad diuinitatem, nimirum non tantùm conſubſtantialitatem, verùm etiam coæternitatem, ſimilitudinem cum Patre, propriam rationem verbi, & ſapientiæ, vt eruitur *ex Epiſtola* Beati Alexandri Patriarchæ Alexandrini *apud* Baronium *anno Chriſti 318. num. 60.* Damnatus deindè in Concilio Alexandriæ per Beatum Alexandrum Patriarcham coacto variis moderationibus, ſeu potiùs æquiuocationibus ſe tueri conatus eſt, admiſitque Dei filium eſſe æternum ante tempora, immutabilem, inalterabilem creaturam Dei, non vt vnam aliarum creaturarum. His tergiuerſationibus non ſuffragantibus damnato iterum Arrio in Concilio Nicæno Arrij diſcipuli cæperunt adhuc moderatiùs loqui, vnde etiam Semi-Arriani dicti ſunt: Inter quos quidam Baſilius, & Georgius Laodicenſis poſuerunt filium eſſe ſimilis ſubſtantiæ, cum Patre, & ad decipiendos incautos affinitate vocabuli, pro voce *homouſion* ſignificante *eiuſdem ſubſtantiæ* vti ſunt voce *homiuſion* ſignificante *ſimilis ſubſtantiæ* Petrus Abailardus admiſsâ conſubſtantialitate inter diuinas perſonas aliundè poſuit in Trinitate inæqualitatem, & gradus, tribuendo Patri omnipotentiam; Filio ſemipotentiam; Spiritui ſancto nullipotentiam. Macedonius diſſimulato errore circa perſonam Filij adhæſit Arrio circa Perſonam Spiritus ſancti negando ipſi diuinitatem; quapropter Macedoniani dicti ſunt Pneumatomachi, quaſi de Spiritu ſancto litigantes, ex Auguſtino *libro de hæreſibus hæreſi 52.* Hic Macedonij Semi-Arrianiſmus adeò inualuit, vt congregatum fuerit ipſius occaſione Conſtantinopolitanum Concilium, in quo accedente Confirmatione Damaſi Summi Pontificis damnata eſt hæreſis Macedoniana, & corroborata damnatio Apollinaris, aliorúmque ſiue Arrianorum, ſiue Semi-Arrianorum malè de Trinitate ſentientium, qui antea fuerant condemnati in Concilio Romano ſub eodem Damaſo.

Alij errores minus præcipui.

6. Vltra duos relatos errores verè præcipuos, quia & plures habuerunt Patronos, & lue ſua plures populos contaminarunt, alij nonnulli in præſenti errores ſolent recenſeri minùs præcipui, quia minùs inualuerunt. Sic primò recenſeri ſolet error Petratarum apud Theodoretum *libro 5. hæreticorum fabularum*, qui tres diuinas perſonas dicebant eſſe tres Deos. Idem docuit Ioannes Philoponus *apud* Nicephorum *libro 18. hiſtoria cap. 48.* Raymundus Lullus etiam ſenſit tres perſonas eſſe tres eſſentias diuinas *apud Bernardum de Luxemburgo*. Priſcillianiſtæ dixerunt dari Trinitatem Trinitatis *apud Concilium Brachanenſe can. 2.* & licèt Concilium non explicet, quænam fuerit Trinitas Trinitatis aſſerta à Priſcillianiſtis, exiſtimatur tamen ipſos poſuiſſe Trinitatem Trinitatis, addendo Trinitati perſonarum Trinitatem eſſentiæ, ſeu naturarum. Hanc non tantùm perſonarum, ſed etiam naturarum Trinitatem proximo ſæculo aſſeruerunt Valentinus Gentilis, eiuſque Aſſeclæ Matthæus Gribaldus, & Franciſcus Liſmaninus, qui tamen ad Arrianiſmum deflexerunt faciendo tres Deos inæquales, faciebant enim Patrem aliis perfectiorem, adeò vt ab ipſis Pater eſſentiator, aliæ duæ perſonæ eſſentiatæ dicerentur. Hi omnes Hæretici vocantur communi nomine Deiſtæ, Tritheitæ, Trinitarij. Iſti impugnantur illis omnibus argumentis quæ vrgentur contra illos, qui nihil de Trinitate ſoliciti inducunt ſimpliciter Deorum multiplicitatem, ideò contra hunc Tritheiſmum nihil occurrit in præſenti afferre magis quàm contra Polytheiſmum. In re tamen etiam manebit impugnatus ex impugnatione Arrianiſmi, contra quem probabitur identitas, ſeu conſubſtantialitas eſſentiæ in tribus perſonis.

7. Secundò recenſeri ſolet error Eraſmi, qui vt tradit Ianſenius *libro 1. ſuæ concordiæ*, ſenſit filium non eſſe mentale Patris verbum ſed dici verbum per ſimilitudinem cum verbo vocali, quatenùs per ipſum Pater res omnes enunciat; ideóque addit eſſe appellandum potius Patris Sermonem, quàm Patris Verbum. Hic error, quia in ſubſtantia negat filium Dei eſſe diuinam perſonam redolet Arrianiſmum

8. Tertiò recenſeri ſolet error Abbatis Ioachimi diſtinguentis diuinam eſſentiam realiter à diuinis perſonis, ac docentis Patrem, Filium, & Spiritum ſan-

ctum, non eſſe ſimpliciter vnam rem vnam ſubſtantiam, vnam naturam; ſed eſſe quid vnum tantùm per aggregationem; & quamlibet perſonam eſſe, quodammodo tantùm partialiter Deum eo ferè modo, quo plures homines ſunt tantùm per aggregationem vnus populus, & quilibet homo tantùm partialiter populus eſt.

9\. Quartò recenſeri ſolet error cuiuſdam Valentini alterius à Valentino Gentili ſuprà memorato dicentis, vt refert Athanaſius *in Epiſtola ad Serapionem poſt medium.* Spiritum ſanctum eſſe quemdam Angelum. Hic error ſapit Macedonianiſmum, & conſequenter germen eſt Arriani ſeminis.

10\. Quintò recenſeri ſolet error Autotheanorum, qui, teſte *Genebrardo in præfatione librorum de Trinitate*, in oppoſitum extremum ab Arrianis declinantes docuerunt perſonam Filij, & perſonam Spiritus ſancti eſſe à ſe æquè, ac perſonam Patris.

11\. Recenſent hîc aliqui errorem, Ebionis, Cerinthi, Samoſetani, Photini, aliorúmque negantium Christo veram diuinitatem. Verùm quia iſti potuerunt negare diuinitatem Chriſto abſque eo, quòd negarent diuinitatem alicui perſonæ Trinitatis, potuerunt ſcilicet admittere tres perſonas in vna diuinitate, velle tamen deindè Perſonam Incarnatam eſſe perſonam creatam, non aliquam ex illis tribus; abſtinemus à tali errore recenſendo inter errores incompoſſibiles cum myſterio Trinitatis, & talis myſterij deſtructiuos.

---

§. II.

Impugnatur error negantium veram diſtinctionem perſonarum, & conſequenter veras proceſſiones in diuinis?

12\. *Diſtinctio realis diuinarum perſonarum probatur.*

ASSERTVM: Certum prorsùs eſt dari in diuinis veram diſtinctionem perſonarum, & conſequenter ex hoc capite negari non poſſe veras proceſſiones in diuinis. Eſt contra primum errorem ex ſuprà relatis, & à fortiori contra antiquiores quoſdam Iudæos, qui abſolutè aſſeruerunt Deum vnum in perſonis æquè, ac in eſſentia.

Probatur aſſerta veritas auctoritatibus Scripturæ dupliciter. Primò ſcilicet auctoritatibus veteris teſtamenti, quæ efficaces ſunt contra Iudæos æquè, ac contra hæreticos. Secundò auctoritatibus noui teſtamenti, quæ licèt efficaces non ſint contra Iudæos non recipientes pro Scriptura Sacra nouum teſtamentum, contra hæreticos tamen efficaces ſunt.

13\. *Ex veteri teſtamento.*

Ex veteri teſtamento Geneſis 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Hic textus dupliciter indicat pluralitatem, ſeu diſtinctionem perſonarum in diuinis. Primò quia ly *In principio.* Secundam: ly *Spiritus Domini.* Tertiam perſonam denotat. Secundò quia pro ly *In principio creauit Deus* habet textus Hebræus *In principio creauit Elohim*, id eſt *Dij* quæ coniunctio pluralis cum ſingulari infert pluralitatem perſonarum cum ſingularitate eſſentiæ *Geneſis* pariter 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Geneſis 3. *Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.* Geneſis 11. *Venite deſcendamus, & confundamus linguam eorum.* Hi textus per ly *faciamus*, per ly *ex nobis*, per ly *venite* &c. aſſociationem, & pluralitatem perſonarum explicant. Geneſis 19. *Pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorram Sulphur, & ignem à Domino.* Deuteronom. 6. *Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt.* Iſa. 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Hi textus repetendo ly *Dominus* ly *Deus* ly *Sanctus* ſignificant numerum, & diſtinctionem perſonarum. Pſalm. 109. *Dixit Dominus* Domino *meo, ſede à dextris meis:* In quo textu non tantùm repetitio, verùm etiam allocutio exprimit perſonarum diſtinctionem. Pſalm. 2. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* In quo textu non tantùm allocutio, verùm etiam generatio, & proceſſio arguit perſonarum diſtinctionem. Circa has, & ſimiles ex veteri teſtamento auctoritates aduerte cum Abulenſi *in quodam opuſculo de Trinitate*, & Nicolao de Lyra *in opuſculo contra Iudæos tom. 6. Gloſſa ordinaria:* Ipſas non adeò clarè oſtendere diſtinctionem diuinarum perſonarum, vt negantes manifeſtæ contradictionis arguantur; nec poſſint allatos textus aliter exponere. Quia tamen expoſitiones, ſecundùm quas, vt mox poſitum eſt, intentum noſtrum inferunt, & à pluribus Sanctis Patribus, & etiam à nonnullis antiquis Iudæorum Rabbinis approbantur, ſicuti videre eſt apud Longum *quæſtione 27. Summæ Theologicæ articul.* 1. ſufficienter omninò talem diſtinctionem ſuadent: eandem verò clariùs prædicant contra hæreticos auctoritates noui teſtamenti. Vnde Sanctus Epiphanius *in Ancorate* rectè ait: *Vna deitas à Moyſe præcipuè annunciata eſt: Perſonarum dualitas vehementer à Prophetis prædicata: Trinitas verè perſonarum in Euangeliis manifeſta facta eſt.*

Ex nouo Teſtamento Ioan. 1. *Verbum erat apud Deum, vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit* Ioan. 8. *Qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum* Io. 16. *Non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.* In quibus textibus ly *apud* ly *in ſinu* ly *mecum.* Item miſſio, excluſio ſolitudinis, nequeunt ſine Perſonarum diſtinctione ſaluari. Ioan. 5. *alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me & qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me* Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis.* In quibus textibus 14. *Ex nouo teſtamento.*

tibus ly *alius*, & *alius* ſunt expreſſiua diſtinctionis; cum alietas, & diſtinctio idem ſonent Ioan. 8. *Ego ex Deo proceſſi*. Ioan. 16. *Exiui à Patre, & veni in mundum*. Iuan. 15. *Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit* Philip. 2. *Non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo*. Io quibns textibus *miſſio, proceſſio, æqualitas* nequeunt verſari niſi inter diſtincta Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* 1. Ioan. 5. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus*. Quibus in textibos vix poterat clariùs exprimi numerus, pluralitas, diſtinctio in diuinis. Nec hiſce auctoritatibus vllatenus ſatisfaciunt, aot Sabellius admittens in diuinis diſtinctionem nomioum tantùm, & munerum; aut Seruetus admittens diſtinctionem facultatum tantum, & virtutom. Enimverò io communi modo loquendi ly *Vnigenitus, Filius, Pater*, ſunt nomina Perſonarom ly *ego, tu, alius, ille* ſunt articuli demonſtratiui Perſonarum; *mitti, procedere, teſtimonium perbibere, ſolum non eſſe*,, dicuntur tantum de Perſonis. Propterea inexcuſabili prorſùs pertinaciâ laborant hæretici, qui non tantom veteris, ſed etiam noui Teſtamenti fidem profitentes realem diſtinctionem Perſonarum in diuinis non admittunt. Contra ipſos iurè conclamant diuinarom Perſonarum diſtinctionem tum Summorum Pontificum, & Conciliorum Oecomenicorum decreta, tùm Sanctorum Patrum volumina: Illorum æquè, ac iſtorum plura iudicat Longus *quæſtione* 27. *Summæ Theologicæ, art.* 1.

Mitto hîc vrgere rationes naturales qui-
15. bus aſſerta fidei veritas corroboretur, & ampliùs impugnetor error negantium diſtinctionem diuinarum Perſonarum. Enimverò ſi ſermo ſit de rationibus merè naturalibus, iſtæ valde imbecilles ſunt: ſi ſermo ſit de rationibus quodam modo mixtis, & ex aliquo principio fidei deriuatis; iſtæ opportuniùs tradentur in huius tractatus progreſſu, dum ex profeſſo probabitur dari in diuinis Proceſſiones, Relationes, Miſſiones, &c. ex quibos locis etiam conſtabit, quàm leuia ſint, & nullius roboris tum argumenta, tum fundamenta erroris oppoſiti.

---

§. III.

Impugnator error negantium conſubſtantialitatem, & veram diuinitatem Perſonarum procedentium in diuinis?

16. Datur in diuinis vera conſubſtantialitas?

ASSERTVM: Certum prorſus eſt dari in diuinis veram Conſubſtantialitatem, & perſonas procedentes habere veram diuinitatem, ſeu eandem numero naturam cum perſonis producentibus. Eſt contra ſecundum errorem ex ſuprà relatis: Item contra inducentes aut Tritheiſmum, aut Polytheiſmum. Quia tamen contra iſtos aſſerta veritas alibi probata ſupponitur, remanet in præſenti tantùm probanda contra auctores ſecundi erroris ſuprà relati, contra quos

Probatur: Certum prorſus eſt Perſonas Trinitatis non habere naturas numero multóque minùs ſpecie diſtinctas, ergo certom prorſus eſt dari in diuinis veram Conſubſtantialitatem, & Perſonas procedentes, &c. Antecedens probatur: Si Perſonæ Trinitatis habeot naturas diſtinctas; vel huiuſmodi naturæ ſunt omninò ſimiles, & æquales in perfectione; vel diſſimiles ſunt, & io perfectione inæquales, adeò vt vna ſit cæteris perfectior: neutrum dici poteſt, ergo. Probatur minor: Non poteſt dici, quod huiuſmodi naturæ ſint omnino ſimiles, & æquales io perfectione, quia tres perſonæ habentes huiuſmodi naturas eſſent tres dij, ſicque induceretur Deorum multiplicitas, cui non tantùm fides; verum etiam ratio naturalis obſiſtit *ex tract. ſuperiori lib.* 1. *cap.* 4. non poteſt dici quod huiuſmodi naturæ ſint in perfectione inæquales, adeò vt vna ſit cæteris perfectior, quia tantùm hæc natura cæteris perfectior eſſet diuina, tantùm Perſona habens talem naturam perfectiorem eſſet verus Deus: at hoc eſt prorſus falſum, cum quælibet perſona Trinitatis ſit verus Deus, & talis ſit non tantùm Pater, cui nullus hæreticus negat apertè diuinitatem veram; verùm etiam filius, & Spiritus Sanctus, quem vtrumque eſſe verum Deum æque ac Patrem contra Arrium, Macedonium, aliosque Sectarios euincunt probationes, quas ſubiicio.

Probatur Filiom, ſeu ſecundam Perſo- 17. Probatur diuinitas, & conſequenter conſubſtantialitas ſecundæ Perſonæ.
nam Trinitatis eſſe verum Deum æquè ac Patrem Matth. 3. & 17. *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi benè complacui*. Luc. 1. *& vocabitur altiſſimi filius*, Ioan. 1. *Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris*. Ad Galatas 4. *Miſit Deus filium ſuum*, Rom. 8. *Qui proprio filio ſuo non pepercit*, Heb. 1. *Cui enim aliquando Angelorum dixit: filius meus es tu, ego hodie genui te*. Quæ, & ſimilia Scripturæ loca, nequeunt intelligi de filiatione adoptiua, tum quia ly *Vnigenitus*, ly *in ſinu* ly *genui te*, nequeunt congruere filiationi adoptiuæ: tum quia verba Scripturæ præſertim frequenter vſurpata, non ſunt ſine maxima neceſſitate ad ſenſum impropriũm deflectenda. Euincunt igitur dari filium Dei naturalem. Hæc autem conſequentia, eſt filius Dei naturalis, ergo eſt Deus adeò euidenter conſtat, vt quemadmodum Arrianis obiicit D. Athanaſius *Serm.* 3. *Ne diabolus quidem ipſe illam negare potuerit*. Quare de Chriſti diuinitate dubitans illo modo interrogat. *Si filius Dei es* Baruch. 3. *Hic eſt Deus noſter, &c. Poſt hæc in terris viſus eſt* Iſa. 5. *Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos*, ad Tit. 2. *expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris*

noſtri Ieſu Chriſti Io. 20. *Reſpondit ei Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.* Quæ, & ſimilia Scripturæ loca, continent diuinitatem Chriſti Saluatoris. Chriſtum autem ſaluatorem eſſe Dei filium, & ſecundam perſonam Trinitatis aliundè ſupponitur. Io. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Quibus poſtremis particulis non poteſt clariùs exprimi diuinitas verbi, ſeu ſecundæ perſonæ Trinitatis. (Alia pluri- ma pro diuinitate Chriſti, & ſecundæ perſonæ Trinitatis loca Scripturæ amplis pagiuis congerunt Bellarminus *controu. 2. generali lib. 1. de Chriſto, à cap. 4. ad 12.* & Valentia *prima parte, diſp. 1. quæſt. 1. punct. 1. à §. 11. ad 21.* vbi etiam eluduntur nonnulla effugia, quibus Hæretici
18. talium auctoritatem vim declinare contendunt.

Probatur diuinitas, & conſequenter conſubſtantialitas tertiæ perſonæ.

Probatur Spiritum Sanctum, ſiue tertiam Perſonam Trinitatis eſſe verum Deum æquè ac Patrem, & filium 2. Regum 23. *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam, dixit Deus Iſraël mihi.* Quo in loco ille ipſe, qui dicitur Spiritus Domini, dicitur Deus Iſraël Act. 5. *Anania, cur tentauit ſatanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto? non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Quo in loco ſi mentiti Spiritui Sancto eſt mentiri Deo, vtique Spiritus Sanctus eſt Deus, Iob. 33. *Spiritus Dei fecit me.* Pſalm. 32. *Verbo Domini Cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum,* Pſalm. 103. *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur,* Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum,* 1. Corinth. 6. *Iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.* In quibus locis dum creare, replere vniuerſum, iuſtificare, quæ ſunt opera propria Dei, tribuuntur Spiritui Sancto vtique indicatur Spiritum Sanctum eſſe Deum Matth. 28. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* 1. Ioan. 5. *Tres ſunt &c. Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus* quibus in locis male copularetur Spiritus Sanctus aliis duabus Perſonis Trinitatis, niſi eſſet Deus æquè, ac aliæ duæ Perſonæ 1. Corinth. 3. *Neſcitis, quia templum Dei eſtis vos, & Spiritus Dei habitat in vobis,* 1. Corinth. 6. *An neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt:* Quibus in locis eodem modo fit ſermo de templo Dei, & de templo Spiritus Sancti, dicituque homo templum Spiritus Sancti, quod malè diceretur ſi Spiritus Sanctus eſ-
19. ſet creatura, non Deus.

Arrianiſmus in Atheiſmum, deſinit.

Ex his habes Scripturam Sacram adeò indiuiſibiliter, adeò æqualiter tribuere diuinitatem Spiritui Sancto, Filio, & Patri; vt non poſſit negari diuinitas vnius ex tribus Perſonis, quin omnis diuinitas negetur: & nomine potiùs, quàm re ab Atheis differant Arriani, Macedoniani, aliique hæretici verâ diuinitate ſpoliantes aut filium aut Spiritum Sanctum, aut vtrumque. Rectè propterea D. Gregorius Nazianzenus *Oratione 2. de Theologia* ſic admonet. Nullâ re vnam illam naturam, ac per æque venerandam trunca: Alioqui ſi quid ex tribus euerteris, totum euerteris, imò à toto excederis.

---

§. IV.

Impugnatur error negantium Proceſſiones in diuinis admiſſâ reali diſtinctione, & conſubſtantialitate Perſonarum?

ASSERTVM: admiſsâ reali diſtinctione, & conſubſtantialitate Perſonarum non tantùm certitudine fidei, verùm etiam euidentiâ ſcientiæ conſtat dari veras, & reales Proceſſiones in diuinis. Eſt contra errorem Autotheanorum relatum *ad calcem* 1. §. Contra quem errorem aſſertum quoad primam partem traditur ab omnibus communiſſimè, quoad ſecundam de euidentiâ ſcientiæ colligitur ex D. Thoma *prima parte, quæſt.* 33. *art.* 4. *ad* 4. traditur verò à Ioanne à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 27. *diſputation.* 12. *artic.* 4. Auerſa *quæſt.* 27. *ſect.* 2. 20.

Quomodo conſtet dari veras, & reales proceſſiones in diuinis.

21.

Probatur prima pars, conſtat certitudine fidei Filium, & Spiritum Sanctum in diuinis verè, & realiter procedere, ergo conſtat certitudine fidei dari in diuinis veras, & reales proceſſiones. Conſequentia patet ex eo, quòd nequeat dari perſona procedens ſine proceſſione. Antecedens quoad filium probatur ex Pſalm. 2. *Ego hodie genui te,* Io. 8. *Ego ex Deo proceſſi.* Quoad Spiritum Sanctum ex Ioan. 15. *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Quoad vtrumque ex Symbolis, clariſſimè verò ex Symbolo Athanaſij *Filius à Patre ſolo eſt, &c. Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, &c.* Sed de hoc vberiùs infrà, dùm vtriuſque Perſonæ proceſſio in particulari explanabitur. Interim quod præſcindendo à numero tùm proceſſionum, tum Perſonarum procedentium, ſcientificè conſtet dari in diuinis aliquam veram, & realem proceſſionem admiſſâ reali diſtinctione, & conſubſtantialitate perſonarum.

Probatur ſecunda pars: admiſſâ reali diſtinctione, & conſubſtantialitate perſonarum non poſſunt negari in diuinis veræ, & reales proceſſiones, niſi perſonæ diuinæ aſtruantur, aut omnes improductæ, aut productæ à principio extrinſeco, & diuerſo in eſſentia; ſed conſtat euidentiâ ſcientiæ neutrum ex his dici poſſe, ergo admiſſâ reali diſtinctione, & conſubſtantialitate perſonarum conſtat euidentiâ ſcientiæ non poſſe negari in diuinis veras, & reales proceſſiones. Minor quoad ſecundam partem, quod ſcilicet euidentiâ ſcientificâ conſtet Perſonas diuinas aſtrui non poſſe productas à principio extrinſeco, & diuerſo in eſſentia euincitur ex eo, quod quidquid producitur à principio extrinſeco, & diuerſo in eſſentia pendet ab ipſo tanquam effectus à cauſa; & euidentiâ ſcientificâ conſtat, quod Perſonæ 22.

Perſonæ diuinæ nequeunt ab alio pendere tanquam effectus à cauſa, ergo. Deinde, tale principium extrinſecum vel eſſet alius Deus, & hoc non, cum ſit lumine naturæ euidens Dei vnicitas; vel eſſet creatura, & ſic perſonæ increatæ à principio creato producerentur, quod apparet falſum ex ipſis terminis. Minor eadem quoad primam partem, quod ſcilicet euidentiâ ſcientificâ conſtet perſonas diuinas aſtrui non poſſe omnes improductas probatur: Primò, quia ſi plures perſonæ diuinæ aſtruantur improductæ & ſimpliciter à ſe deberent aſtrui infinitę perſonæ diuinæ, ſicuti enim *tractatu ſuper libro* 1. *cap.* 4. §. 2. ex ratione entis neceſſarij, & à ſe inferebatur admitti non poſſe plures Deos, quin admittantur infiniti; ita ex ratione perſonæ improductæ, & ſimpliciter à ſe infereretur admitti non poſſe plures perſonas diuinas omninò improductas, & ſimpliciter à ſe, quin admittantur infinitæ huiuſmodi perſonæ. Secundò non poteſt admitti conſubſtantialitas, & diſtinctio perſonarum in diuinis, niſi admittatur proceſſio vnius perſonæ ab alia; ergo admiſſa in diuinis conſubſtantialitate, & reali diſtinctione perſonarum non poſſunt aſtrui omnes diuinæ perſonæ improductæ. Antecedens probatur: Admiſſa conſubſtantialitate non poteſt in diuinis haberi realis diſtinctio, niſi ex oppoſitione relatiua fundata in proceſſione, & origine; ſed non poteſt in diuinis admitti oppoſitio relatiua fundata in proceſſione, & origine, quin admittatur proceſſio, & origo vnius perſonæ ab alia, ergo. Maior probatur non poteſt haberi diſtinctio, niſi aut ex oppoſitione relatiuâ, aut ex diuerſitate naturæ; & ſicuti Diuus Thomas *prima parte, quæſtion.* 33. *art.* 4. *ad* 4. infert, quod ſi perſonæ diuinæ non diſtinguerentur oppoſitione relatiua, oporteret quod diſtinguerentur diuerſitate naturæ; ita ex eo quod non diſtinguantur diuerſitate naturæ, & ſint conſubſtantiales rectè infertur, quod ſi diſtinguuntur, diſtinguuntur oppoſitione relatiua.

Si in diuinis admittantur plures perſonæ improductæ debêt admitti infinitæ.

Omnis diſtinctio habetur aut ex relatiua oppoſitione aut ex naturæ diuerſitate.

23. Dices hoc argumentum eſſe quidem probabile, at non eſſe euidens quale eſſe deberet in præſenti, vbi poſitâ conſubſtantialitate, & reali diſtinctione perſonarum intendimus probare euidentiâ ſcientificâ proceſſionem vnius perſonæ ab alia; non eſt, inquies, euidens argumentum. Primò quia non eſt euidens, quod haberi nequeat in diuinis realis diſtinctio per relationes diſparatas, alioqui eſſet euidenter falſa ſententia Scotiſtica docens Spiritum Sanctum beneficio relationis diſparatæ adhùc fore realiter diſtinctum à Filio etiamſi à Filio non procederet. Secundò quia etiam inter relationes ſimilitudinis, æqualitatis, & alias huiuſmodi non fundatas in origine datur oppoſitio relatiua, adeóque quando euidenter conſtaret poſita conſubſtantialitate non poſſe diuinas Perſonas rectè diſtingui niſi oppoſitione relatiua, adhùc non euidenter conſtaret dari proceſſionem vnius perſonæ ab alia, niſi euidenter probaretur non ſufficere ad diſtinctionem realem diuinarum Perſonarum quamcumque oppoſitionem relatiuam, ſed ſufficere eam ſolam, quæ fundatur in origine. Sed contra, dico allatum argumentum quamvis prima facie euidentiam ſuam ſatis non prodat, in re tamen euidentiam habere, & attentè perpenſum euidens apparere, vt ſtatim conſtabit ex iis, quæ ſubiicio ad oppoſitas rationes dubitandi. 24. Ad primum dico relationes diſparatas alias eſſe improductas, alias productas. Quòd relationes diſparatæ productæ nequeant realiter diſtinguere vnam perſonam ab alia non eſt euidens, & ideo non eſt euidenter falſa ſententia Scotiſtica docens Spiritum Sanctum, &c. Relationes verò diſparatas improductas non poſſe realiter diſtinguere eſt euidens, & hoc ſufficit ad noſtrum intentum. Ratio huius diuerſitatis inter relationes productas, & improductas eſt, quia ſemel poſita in ſecunda Perſona relatione producta, ſicuti per talem relationem certum eſt diſtingui à prima perſona, ita per eandem probabile eſt conſtitui ſimpliciter, & diſtingui realiter ab alia quaslibet perſona aliunde producta. Ex eo enim enim quòd relatio producta ſit proprietas caracteriſtica diſtinctiua vnius perſonæ ab aliqua alia, probabile eſt poſſe eſſe diſtinctiuam vnius perſonæ à qualibet; & hac de cauſa probabilis eſt opinio Scotiſtica, quod ſecunda perſona per filiationem, quæ eſt relatio producta, diſtingui debeat à Spiritu Sancto, etiamſi ab ipſa ſecunda perſona Spiritus Sanctus non procederet. At verò quod relatio improducta diſtingnat realiter, aut ab aliquo abſoluto, aut ab alia relatione improducta ſuppoſita conſubſtantialitate eſſentiæ eſt euidenter falſum, quia ſuppoſita conſubſtantialitate eſſentiæ debet poni omnis identitas poſſibilis inter alia prædicata, & propter neceſſitatem identificandi inter ſe, quæ ſunt identificata cum tertio; quæ ſunt identificata cum eadem eſſentia non poſſunt aſtrui inter ſe realiter diſtincta, niſi euidenter appareat ratio talis diſtinctionis; Exceptâ autem oppoſitione relatiua fundata in origine non poteſt in diuinis apparere vlla euidens ratio realis diſtinctionis: & ideò ſi opinio Scoti eo modo quo docet diſtingui realiter duas relationes productas ſupponentes originem, doceret diſtingui realiter duas relationes improductas non ſupponentes originem, nimirum paternitatem, & ſpirationem actiuam; doceret aliquid euidenter falſum. Ad ſecundum dico pro diſtinctione reali diuinarum perſonarum non ſufficere quamcumque relatiuam oppoſitionem, ſed eam ſolam quæ fundatur in origine. Ratio eſt quia niſi ponatur in diuinis oppoſitio relatiua fundata in origine, nulla alia relatiua oppoſitio ponibilis eſt: Quod ſic probo: Oppoſitio relatiua, vt tradunt communiter Philoſophi cum Ariſtot. 5. *Metaph.* alia fundatur in menſura, & menſurato; alia in vnitate, & numero, alia in actione, & paſſione, ſeu origine. Prima oppoſitio relatiua nullo prorſus pacto in

Relationes diſparatas productas non poſſe diſtinguere probabile eſſe, & non euidens.

25. Relationes diſparatas improductas non poſſe realiter diſtinguere diuinas perſonas eſt euidens.

Deo

Digitized by Google

Deo ponibilis eſt. Secunda oppoſitio relatiua, vel non eſt in Deo realiter ponibilis; vel tantùm eſt ponibilis ſuppoſita oppoſitione relatiua fundata in origine, ergo niſi ponatur in diuinis oppoſitio relatiua fundata in origine, nulla alia relatiua oppoſitio ponibilis eſt. Maior continet omnia,

16. Nulla relatio realis diuina poteſt fundari in menſura, & menſurato.

quæ communiter aſſignantur, genera relationis, ſeu relatiuæ oppoſitionis. Minor quoad primam partem facilè conſtat ex eo, quod oppoſitio relatiua fundata in menſura, & menſurato dicit ex genere ſuo imperfectionem, nimirum dependentiam menſurati à menſura, & eo ipſo quod verſatur inter menſuratum, & menſuram, verſatur inter extrema inæqualia vnum imperfectius alio. Minor eadem quoad ſecundam partem probatur, Relationes fundatæ in vnitate, & numero, vt magis infrà explicabitur, *cap.* 7. §. 3. vel non ſunt reales in diuinis iuxta Diuum Thomam, vel ſi ſunt reales iuxta Scotum ſupponunt relationes fundatas in origine, quia ipſæ ſecundum ſe non diſtinguunt extrema ſed ſupponunt diſtincta: & quia non poſſunt in diuinis extrema diſtingui: niſi per oppoſitionem relatiuam, ſupponunt aliam oppoſitionem relatiuam, aliaſque relationes: non poſſunt autem ſupponere aliam oppoſitionem relatiuam, aliaſque relationes in diuinis, niſi penes originem. A primo igitur ad vltimum relinquitur quod ſola oppoſitio relatiua fundata in origine poſſit eſſe primo diſtinctiua diuinarum perſonarum; adeóque quod ſuppoſita conſubſtantialitate, & diſtinctione reali diuinarum perſonarum euidens ſit debere poni proceſſionem, & originem vnius diuinæ perſonæ ab alia nec plures diuinas perſonas aſtrui poſſe prorſus improductas.

Oppoſitio relatiua primò diſtinctiua diuinarum perſonarum debet eſſe fundata in origine.

17. Ex hucvſque reiectis erroribus habetur diſtinctio, conſubſtantialitas, & proceſſio diuinarum perſonarum: Habetur inſuper non ſufficere in diuinis quamcumque proceſſionem, ſed taliter debere proceſſionem admitti, vt non ponantur plures perſonæ, ne quidem duæ, improductæ, & non procedentes. Reiectis erroribus huic veritati contrariis adhuc relinquitur locus dupliciter potiſſimùm errandi circa diuinas proceſſiones. Primò ſcilicet dicendo omnes tres diuinas perſonas eſſe productas; ſicque dari tres proceſſiones. Secundò dicendo dari quidem in diuinis vnam perſonam improductam, & duas productas. Sed has eſſe productas eâdem productione, ſicque dari in diuinis vnam tantùm proceſſionem. Pro his erroribus nullum inuenio referri ſpecialem patronum, ideò hîc abſtineo ab ipſorum ſpeciali impugnatione, & relinquo ipſos reiiciendos capite ſequenti, in cuius limine ſtabilienda eſt dualitas diuinarum proceſſionum, ideò ſit

CAPVT II.

De numero, & diſtinctione diuinarum Proceſſionum.

NON propono inquirendum quid ſit diuina proceſſio: ex eo enim quod iuxta ſuperiora aſſerta perſona procedens perſonæ, a qua procedit ſit conſubſtantialis, & conſequenter coæterna, coæqualis, & eiuſdem prorsùs cum ipſa perfectionis, facilè conſtat diuinam proceſſionem, qua vna perſona ab alia procedit, nec habere principium durationis, nec dependentiam producti à producente, ſicuti habet quælibet actio terminata ad aliquod creatum: nec eſſe aut ex nihilo, ſicuti eſt actio creatiua; aut ex præſuppoſito ſubiecto, ſicuti eſt actio eductiua; nec tendere ad extra, ſicuti eſt actio tranſiens, nec aliqua alia imperfectione affici. Eſt igitur diuina poceſſio perfectiſſima emanatio vnius perſonæ ab alia, vel ab aliis ſeu perfectiſſima operatio, qua vna perſona ab alia, vel ab aliis producitur. Vtor termino illo, perfectiſſima, vt vnico verbo exprimam proceſſionem diuinam eſſe realem, immanentem, permanentem, ſimplicem, independentem, &c. Vtor nomine emanationis, ſeu operationis potiùs, quàm nomine actionis, quia nomen actionis ambiguum eſt, & vt plurimum vſurpatur ad ſignificandam productionem effectus à cauſa, ad exprimendam operationem factam cum mutatione, & motu: Vnde actioni correſpondet paſſio, quæ ſemper eſt immutatiua ſubiecti. 1.

Proceſſio diuina definitur.

Hîc aduerto obiter potiùs eſſe ab omni imperfectione depurabile nomen actionis, quàm nomen paſſionis, & faciliùs illud poſſe transferri ad ſignificandam proceſſionem actiuam, quâ vna diuina perſona aliam producit, quàm iſtud ad ſignificandam proceſſionem paſſiuam, quâ vna diuina perſona ab alia producitur. Inde propterea Sanctus Doctor *prima parte, quæſtion.* 27. *artic.* 3. *in C. & ad tertium*, dum ait proceſſiones diuinas eſſe ſecundùm actionem, indicat actionis nomen ſine ſcrupulo poſſe in diuinis adhiberi; non permittit verò eodem modo nomen paſſionis, imò *quæſtion.* 41. *artic.* 1. *ad* 3. expreſsè ait non poni in diuinis perſonis paſſiones, niſi grammaticè loquendo. Ex his, quæ delibata ſunt in præſenti, & tradita in ſuperiori capite non tantum habetur, Quid ſit, & an ſit proceſſio in diuinis; ſed inſuper ex eo, quod probatum ſit non plures, quàm vnam diuinam perſonam poſſe eſſe improductam aperta eſt via ad definiendum quotuplex 2.

Proceſſio actiua in diuinis dici poteſt actio, non ſic proceſſio paſſiua paſſio.

quotuplex proceſſio ſit, ad ſtabiliendum ſcilicet dualitatem diuinarum proceſſionum; ex hac verò dualitate via parabitur ad explicandum earundem proceſſionum diſtinctionem; comparando, tùm proceſſiones actiuas inter ſe, tùm paſsiuas inter ſe, tùm actiuas cum paſsiuis.

---

§. I.

Quot ſint proceſsiones diuinæ?

3. Proceſſiones diuinas non eſſe tres cōſtat euidenter facta aliqua ſuppoſitione.

ASSERTVM I. Proceſsiones diuinæ non ſunt tres, & hoc non tantùm conſtat certitudine fidei, verùm etiam euidentiâ ſcientificâ, ſuppoſito quòd non ſint plures, quàm tres perſonæ in diuinis, & quod nulla diuina Perſona procedat per duas proceſsiones. Aſſerta veritas, quatenus eſt ex fide certa probabitur ex iis, quæ infrà afferentur pro dualitate diuinarum proceſsionum; quatenus eſt ſcientificè euidens ſuppoſito, quòd non ſint plures, &c.

Probatur: Non poſſunt eſſe in diuinis tres Proceſsiones, niſi aut ſint ſaltem tres Perſonæ procedentes, aut proceſsiones ſint plures, quàm Perſonæ procedentes; ſed euidens eſt non eſſe in diuinis tres Perſonas procedentes, ſuppoſito, quod Perſonæ diuinæ non ſint plures, quam tres: euidens eſt proceſsiones non eſſe plures, quàm Perſonas procedentes, ſuppoſito, quod nulla diuina Perſona procedat per duas proceſsiones, ergo non tantùm eſt ex fide certum, verùm etiam eſt ſcientificè euidens proceſsiones diuinas non eſſe tres, ſuppoſito quod non ſint plures, quàm tres Perſonæ in diuinis, & quod nulla diuina Perſona procedat per duas proceſsiones. Maior patet, quia nequit eſſe proceſsio ſine termino procedente: eſſet autem aliqua proceſsio ſine termino procedente ſi ex vna parte eſſent tres proceſsiones, ex alia parte eſſent non tres ſaltem, ſed duæ tantùm Perſonæ procedentes, & cuilibet Perſonæ procedenti correſponderet tantùm vna proceſsio. Et hinc etiam patet minor quoad ſecundam partem, ex eo ſcilicet, quòd nequeat eſſe proceſsio ſine termino procedente, euidens eſt non poſſe eſſe plures proceſsiones, quàm Perſonas procedentes, ſuppoſito, quod nulla Perſona procedat per duas proceſsiones; poſita enim hac ſuppoſitione vtique nequeunt eſſe plures proceſsiones, quàm perſonæ procedentes, niſi ſit aliqua proceſsio ſine perſona procedente, ſeu ſine termino ſibi reſpondente. Remanet probanda minor quoad primam partem, quòd ſcilicet euidens ſit non eſſe in diuinis tres

4. Euidens eſt omnes perſonas diuinas nō poſſe eſſe procedentes.

Perſonas procedentes, ſuppoſito quòd Perſonæ diuinæ non ſint plures, quàm tres. Hoc autem probatur ſic: Euidens eſt omnes Perſonas diuinas non poſſe eſſe procedentes ſed ſuppoſito; quòd Perſonæ diuinæ non ſint plures, quàm tres nequeunt eſſe procedentes tres perſonæ diuinæ, niſi ſint procedentes omnes perſonæ diuinæ; ergo euidens eſt non eſſe in diuinis tres Perſonas procedentes, ſuppoſito, quòd perſonæ diuinæ non ſint plures, quàm tres. Maior probatur: Omnes Perſonæ diuinæ nequeunt eſſe procedentes, niſi aliqua perſona diuina procedat aut ab aliquo principio extra diuinitatem; aut à Deo conſiderato ſecundùm eſſentiam præciſam à Perſonis; aut per mutuam proceſsionem ab alia perſona diuina, cuius ipſa ſit principium, ſeu quæ ab ipſa procedat; neque enim eſt excogitabilis alius modus ponendi perſonam diuinam procedentem; ſed euidens eſt nullam perſonam diuinam poſſe procedere; aut à principio extra diuinitatem, alioqui creatura eſſet principium Perſonæ diuinæ; aut à Deo conſiderato ſecundùm eſſentiam præciſam à Perſonis: quia propter neceſsitatem diſtinguendi productam à producente talis perſona diſtingueretur realiter à Deo, nec poſſet eſſe Deus, niſi admiſſo duplici ſaltem Deo aut per mutuam proceſsionem ab alia perſona diuina, cuius ipſa ſit principium; quia ſic procederet mediatè à ſe ipſa, eſſet principium mediatum ſui ipſius: & contra hanc mutuam proceſsionem variatis terminis cauſalitatis in proceſsionem, cauſæ in principium, militant ea omnia, quæ probant euidenter repugnantem mutuam cauſalitatem in eodem genere cauſæ, ergo euidens eſt omnes perſonas diuinas non poſſe eſſe procedentes.

Ex doctrina huius argumenti probantis non poſſe in diuinis omnes Perſonas 5.
aſſeri productas; & ex doctrina §. *ſuperioris*, in quo explicabatur non poſſe in diuinis aſſeri plures Perſonas improductas, infertur euidenter debere poni in diuinis aliquam Perſonam improductam, & hanc debere eſſe vnicam: euidenter inquam ſuppoſitis ſupponendis, ſuppoſita ſcilicet conſubſtantialitate, & reali diſtinctione diuinarum Perſonarum.

Proceſſionē in diuinis nō eſſe vnicam conſtat euidenter facta aliqua ſuppoſitione.

ASSERTVM II. Proceſsio in diuinis non eſt vnica, & hoc non tantùm conſtat certitudine fidei, verùm etiam euidentiâ ſcientificâ ſuppoſitis duabus perſonis procedentibus, vt de facto procedunt. Aſſerta veritas quatenus eſt ex fide certa probabitur argumentis afferendis pro ſequenti aſſerto, quatenus eſt ſcientificè euidens ſuppoſitis duabus perſonis, &c.

Probatur, euidens eſt Perſonas diuinas, vt de facto procedunt, nō poſſe procedere vnica proceſsione, ergo euidens eſt nō eſſe in diuinis vnicam proceſsionem ſuppoſitis duabus perſonis procedentibus, vt de facto procedunt. Antecedens probatur: quando duo termini ita procedūt, vt procedat vnus ab alio, nō poſſūt ambo procedere vnica proceſsione, ſed perſonæ procedentes in diuinis de facto ita procedunt, vt procedat vna ab alia, Spiritus Sanctus à Filio, ergo. Maior probatur, non poteſt

Duo termini quorũ vnus procedit ab alio nequeſit procedere vnicâ proceſſione.

aliquis terminus eſſe principium proceſſionis, qua ipſe procedit, alioqui eſſet principium ſui ipſius, ſed ſi dno termini quorum vnns procedit ab alio procederene vnica proceſſione, terminus, à qno procedit alius dum eſſet principium proceſsionis alterius eſſet etiam ptincipium proceſſionis ſui ipſius, vtpotè, qnæ foret vna, & eadem cum proceſsione alterius, ergo quando duo termini ita procedunt, &c. non poſſunt ambo procedere vnica proceſsione. Hoc argnmento Arriaga *prima parte*, *diſp.* 44. *ſect.* 1. *ſubſect.* 1. *num.* 3. Probat in diuinis ex diſtinctione perſonarum procedentium ſufficienter eulnci dualitatem proceſsionum, etiam dato, qnod vna actio indiuiſibilis poſsit ſecundùm ſe eſſe productina duorum terminorum. Vtrùm verò, ſi Perſo-

7. næ in diuinis ita ſe habetent, vt vna ab alia non procederet; Spiritus Sanctus ſcilicet non procederet à Filio, ex diſtinctione reali quæ inxta Scotum adhne daretur in tali hypotheſi inter Spiritum Sanctum, & Filium, poſſet aliqua alia ratione ab allata euidenter probari dualitas diuinarum proceſsionum. Affirmat idem Arriga, exiſtimans proceſſiones paſsiuas neque etiam virtualiter diſtingui à Perſonis procedentibus, adeòque eſſe imperceptibile, quod non ſint duæ proceſsiones paſsinæ poſitis duabus perſonia procedentibus, alioqui de eodem excludente omnem diſtinctionem etiam virtnalem verificarentur contradictoria; ſcilicet habere dualitatem, & non habere dualitatem. Non diſplicet Arriagæ argnmentum, diſplicet tamen fundamentum, cui innititur: dùm enim negat diſtinctionem virtualem inter proceſsionem paſsiuam, & perſonam procedentem videtur ſupponere proceſsionem paſsinam eſſe formale conſtitutiuum perſonæ procedentis, qnod falſum apparebit ex *lib. ſeq. cap.* 1. §. 5.

8.

Spiritus Sãctus etiamſi non procederet à Filio, ſi à Filio realiter diſtingueretur procederet proceſſione realiter diſtinctâ.

Aliter igitur ex diſtinctione reali Spiritus Sancti à Filio etiam præſcindendo ab eo, quòd Spiritns Sanctus à Filio procedat probo diſtinctionem realem, & dualitatem paſsiuæ proceſsionis ſic. Si perſonæ realiter diſtinctæ Filij, & Spiritus Sancti vnicâ ptoceſsione procednnt, vel ita procedunt, vt quælibet Perſona ſit terminus adæquatus talis proceſsionis, vel ita vt quælibet ſit terminns inadæqnatus: neutrnm ex his dici poteſt, ergo neqne dici poteſt, quod Perſonæ diſtinctæ Filij, & Spiritns Sancti procedant vnica proceſsione. Maior probatur: Non poteſt dici primum quod ſcilicet quælibet perſona ſit terminus adæquatus talis proceſsionis, qnia ſecùs qnælibet perſona haberet omnia prædicata, quæ poſſunt haberi ex tall proceſsione, adeóque quælibet eſſet tum Filius tùm Spiritns Sanctus, & poſſet ad ſnmmum vna diſtingui ab alia tanquam à Perſona eiuſdem rationis, & non tanquam à perſona diuerſæ rationis: Non poteſt dici ſecundum, quod ſcilicet qnælibet perſona ſit tarminus inadæquatus ſuæ proceſsionis, quia hoc eſt

perſona diuina nõ poteſt eſſe terminut inadæquatus ſuæ proceſſionis.

contra rationem perſonæ procedentis ſimpliciter infinitæ, de cuius conceptu eſt abſorbere omnem perfectionem ſuæ lineæ, quod eſt adæquare ſuam proceſsionem; alioqni poſſent realiter diſtingni in diuinis etiam duæ perſonæ einſdem nominis, & eiuſdem rationis, nimirum duo Filij, duo Spiritus Sancti; imò ſemel admiſſo, quod poſsint vnica proceſsione procedere plures perſonæ præſertim eiuſdem rationis, neceſſe erit procedere perſonas infinitas: adeóqne ſuppoſita dualitate, & exclnſa infinita multiplicitate perſonarum in dininis euidens eſt quamlibet perſonam adæquare ſnam proceſsionem, & quálibet proceſsione vnicam perſonam procedere.

Aſſartvm III. Dantur in diuinis duæ veræ, & reales proceſsiones; nec plures, nec panciores. Eſt de fide. 9.

Proceſſiones diuinæ duæ ſunt, nec plures, nec pauciores.

Probatur ex Scriptura, in qua duæ proceſsionea, nec plures, nec pauciores exprimnntur: altera ſcilicet proceſsio, qua Filius; altera, qna Spiritus Sanctus prodncitnr. Exprimitur proceſsio Filij Ioan. 8. *Ego ex Deo proceſſi*, Pſalm. 2. *Ego hodie genui te.* Pſalm. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Exprimitnr proceſsio Spiritus Sancti Io. 15. *Spiritus veritatis, qui à Patre procedit.* Non eſſe plures colligitur ex eo quòd Scriptura nullam aliam proceſsionem indicat, nec alicubi innnit Patrem aliunde procedere. Nomina ipſa Filij, verbi; Spiritus Sancti, amoris, quæ ſecundæ, & tertiæ perſonæ in Scriptura tribnuntur, inferunt proceſsiones ſecundæ, & tertiæ perſonæ: Verbum enim, & amor ſunt ex genere ſuo termlni prodncti: Filius eſſentialiter importat generari à Patre: Spiritus ex vi nominis importat eſſe ſpiratum: Pater è contra ex ſua ratione formali explicat tantùm habitudinem ad perſonam, quæ ab ipſo ſit, non à qna ipſe ſit. Iure propterea omnia ferè Concilia, omniaque Symbola expreſſam mentionem facinnt duarum realium proceſsionnm in diuinis, nec plurium, nec pauciorum.

Ex his habes nomen proceſsionis diuinæ abſolutè prolatum ſupponere pro proceſsione tùm actiua, tùm paſsiua; cum enim nequeat haberi proceſsio actiua ſine paſsiuâ, aut paſsiua ſine actiuâ; imò eadem proceſsio, vt ſignificata ex parte principlj ſit proceſsio actiua, vt ſignificata ex parte termini ſit proceſslo paſsiua, nomen proceſsionis debet abſolntè vtramque importare, & proceſsionum numerus debet ſimpliciter conſurgere ex proceſsionibus adæquatè acceptis, non ex proceſsionibus acceptis inadæqnatè. Ideò llcèt verè dentur in diuinis duæ proceſsiones actiuæ reales, licèt non inter ſe diſtinctæ realiter; duæ proceſsiones paſsiuæ non tantùm reales, verùm etiam inter ſe diſtinctæ realiter; non poteſt tamen abſolutè dici eſſe quatuor in dininis proceſsiones; ſed dnæ tantùm, non plnres abſolutè loquendo dicendæ ſunt. 10.

Proceſſionis nomen abſolutè prolatum ſupponit ſimul pro proceſſione actiua, & paſſiua.

Habes inſuper dnalitatem diuinarum proceſſionum non tantùm eſſe ſimpliciter certam

Digitized by Google

certam ex fide ; verùm etiam factâ aliquâ ſuppoſitione eſſe ſcientificè euidentem, factâ ſcilicet ſuppoſitione conſubſtantialitatis, diſtinctionis, & Trinitaris Perſonarum ; cum enim ſuppoſita conſubſtantialitare, & diſtinctione diuinarum Perſonarum ſit euidens dari in diuinis aliquam proceſſionem ex §. *ſuperiori*, & ſuppoſita Trinitate ſit euidens *ex aſſertis mox poſitis*, nec tres, nec vnicam Perſonam in diuinis procedere, adeóque nec tres, nec vnicam eſſe proceſſionem, conſequenter ſuppoſita conſubſtantialitate, diſtinctione, & Trinitare diuinarum Perſonarum, duas nec plures, nec pauciores euidens eſt eſſe in diuinis proceſſiones : Vnde ſic poteſt formari demonſtratiuum argumentum. Ea ratione, qua euidens eſt in diuinis dari veram, realemque proceſſionem, & hanc nec vnicam eſſe, nec triplicem, aut plus, quàm triplicem, euidens eſt dari in diuinis duas veras, & reales proceſſiones, nec pauciores, nec plures ; ſed ſuppoſita conſubſtantialitate, diſtinctione, & Trinitate diuinarum Perſonarum euidens eſt dari in diuinis veram realemque proceſſionem, & hanc, nec vnicam eſſe, nec triplicem, aut plus, quàm triplicem ; ergo ſuppoſita conſubſtantialitare diſtinctione, & Trinitate diuinarum Perſonarum euidens eſt dari in diuinis duas veras, & reales proceſſiones, nec pauciores, nec plures. Maior difficultas eſt, vtrùm aut nullâ factâ ſuppoſitione, aut ſuppoſito præcisè, quòd detur in diuinis aliqua proceſſio poſſit aliquo modo deueniri in cognitionem dualitatis proceſſionum vi ſolius luminis naturalis : pro quo ſit

Facta aliqua ſuppoſitione conſtat euidenter dualitas diuinarum proceſſionum.

---

§. II.

An, & quomodo poſſit lumine naturæ cognoſci quot ſint diuinæ proceſſiones?

12. ASSERTVM : Non ſuppoſita Trinitate diuinarum Perſonarum vix poteſt lumine naturæ cognoſci quot ſint diuinæ proceſſiones : ſuppoſita verò Trinitate Perſonarum, & dualitate proceſſionum non deſunt lumini naturæ congruentiæ valde efficaces, ad talem dualitatem corroborandam, & explicandam. Ita Theologi communiter cum Diuo Thoma *prima parte, q. 27. art. 5.* vbi licet nonnulli velint, quod Diuus Thomas intendat probare euidenter, quod proceſſiones diuinæ, ſuppoſito quod dentur, nec ſint plures, nec pauciores, quàm duæ : tantùm tamen intendit explicare duas proceſſiones, quas Scriptura Deo attribuit congruenter intelligi de proceſſionibus ad intra.

Probatur prima pars: Non ſuppoſita Trinitate Perſonarum vix poteſt lumine na-

turæ cognoſci, quod ſit aliqua diuina proceſſio, ergo multò minùs vix poteſt cognoſci, quot ſint diuinæ proceſſiones : Conſequentia patet, quia ad quotuplex res ſit, ſupponitur an ſit. Antecedens probatur, quia ex vna parte in puris naturæ confiniis vix aliquid apparet, quod excitet ſuſpicionem aliquam, ſeu cogitationem proceſſionis in diuinis ; cum quidquid in rebus naturalibus relucet poſſit ſufficienter ſaluari, etiamſi foret vnica Perſona, & conſequenter nulla proceſſio in diuinis. Ex alia parte difficillimè percipitur proceſſio ſine dependentia, ſine poſterioritate, ſine diuerſitate naturæ, ſine tranſitu à non eſſe ad eſſe, & ſimilibus imperfectionibus ; & ſiſtendo in diſcurſu purè naturali faciliùs eſſet cenſere non eſſe dabilem proceſſionem in Deo, in quo non ſunt dabiles tales imperfectiones, quàm eſſe dabilem proceſsionem ſine talibus imperfectionibus.

13. Non ſuppoſita Trinitate vix poteſt naturæ lumine haberi probabilis notitia duarū proceſſionum in diuinis.

Probatur ſecunda pars ſuppoſitâ Trinitate perſonarum, & dualitate proceſsionum poſſumus naturali diſcurſu valde efficaciter probare debere proceſsionem in Deo attendi ſecundùm actionem immanentem, cum Perſonæ diuinæ procedant ad intra ; & proprium ſit actionis immanentis ad intra exerceri ; ex eo deinde quòd duo potiſsimùm ſint modi operandi immanenter, alter per intellectum, alter per voluntatem, & ex alia parte valde probabiliter conſtat connaturale eſſe operationi intellectus, & operationi voluntatis aliquando ſaltem producere terminum, habemus naturalem rationem efficaciter ſuadentem duas eſſe proceſsiones immanentes, ſicuti ſunt in Deo duo potiſsimùm modi operandi immanenter. Neque dicas hanc rationem eſſe valde efficacem etiam non ſuppoſita dualitate proceſsionum, ſed ſupponendo præcisè quod detur aliqua proceſsio in diuinis. Contra enim ſupponendo præcisè, quod detur aliqua proceſſio, facilè poſſunt intellectui occurrere aliæ rationes ſuadentes admittere, aut vnicam, aut plures, quàm duas proceſsiones in diuinis, adeóque manebit intellectus anceps, adhærere ne debeat rationi ſuadenti vnicam, an rationi ſuadenti duas, an rationi ſuadenti plures proceſsiones? at dum intellectus eſt aliunde certus de dualitate proceſsionum attentiùs incumbit rationibus talem dualitatem ſuadentibus ipſas magis penetrat ; non admittit in ipſarum conſortium rationes ſuadentes, aut vnicitatem, aut maiorem multiplicitatem proceſſionis, adeóque proceſsionum dualitate ſuppoſitâ ratio militans pro tali dualitate eſt ſecundùm nos efficax ; tantùm ſecundùm ſe, non ſecundùm nos proceſsionum dualitate non ſuppoſitâ. Dum dico rationem illam militantem pro dualitate diuinarum proceſsionum in dicta hypotheſi eſſe ſecundùm nos efficacem, loquor de efficaciâ intra lineam probabilitatis, & congruentiæ ; nec intendo rationem aliquam naturalem, ſeu lu-

14. Suppoſitâ verò Trinitate Perſonarum, & dualitate proceſſionū poteſt naturæ lumine talis dualitas ſatis efficaciter confirmari.

At non poteſt euidenter oſtendi. mine naturæ ſuppeditatam poſſe eſſe adeò efficacem, vt probabilitatem excedat; & ſcientificè, ac euidenter probet dualitatem diuinarum proceſſionum, etiamſi talis dualitas ex fide ſupponatur; eſt enim naturalis euidentia impar ſupernaturali obiecto, quod intellige iuxta limitationem aſſerendam *infrà lib.3. cap.4. §.5.*

16. Dices *ex ſuperiori* §. facta ſuppoſitione conſubſtantialitatis, diſtinctionis, & Trinitatis perſonarum eſt ſcientificè euidens dualitas diuinarum proceſſionum, ergo multò magis talis dualitas eſt ſcientificè euidens factâ ſuppoſitione ipſiuſmet dualitatis, & quidem quis neget euidenter procedere hunc ſyllogiſmum. Quod ex fide ſupponitur dari, verè datur; ſed dari dualitatem proceſſionum ex fide ſupponitur; ergo dualitas proceſſionum verè datur. Fruſtra igitur ſuppoſita ex fide dualitate proceſſionum quæritur medium efficax intra lineam probabilitatis ad ipſam ſuadendam, cum adeò facilè ſuppetat medium talem dualitatem ſcientificè euincens. Sed contra dualitas diuinarum proceſſionum dupliciter probari poteſt, vel ex principiis, & præmiſſis purè naturalibus, vel ex aliquo principio ſupernaturali, & reuelato ſaltem radicaliter; hoc ſecundo modo poteſt eſſe ſcientificè euidens (ſubintellige ſaltem euidentiâ formæ) dari dualitatem proceſſionum, & in hoc ſenſu factâ ſuppoſitione conſubſtantialitatis, &c. ſupra aſſerebatur talis dualitatis euidentia, nec vllum dubium eſt quin facilius habeatur eadem euidentia facta ex fide ſuppoſitione ipſiuſmet dualitatis. Primo modo dico facta quacumque ſuppoſitione adhuc haberi non poſſe euidentiam dualitatis proceſſionum, cum enim verè non detur medium naturale habens neceſſariam connexionem cum illa dualitate, non poteſt ex aliqua ſuppoſitione extrinſeca tale mediū quodammodo de nouo pullulare, nec vlla ſuppoſitione factâ poterit ex mediis purè naturalibus illa dualitas euidenter, ac ſcientificè inferri. Hoc idē ſub aliis terminis dicebamus *in ſuperiori tractatu de Deo, lib.2. cap.1.* §. 3. dum aſſereremus poſſibilitatem viſionis Dei conſtare euidenter lumine naturæ per lumen fidei adiuto, conſtare verò tantùm probabiliter lumine naturæ per lumen fidei excitato.

17. Lumine naturæ conſtat euidenter negatiuè dualitas diuinarū proceſſionum. ASSERTVM II. Non ſuppoſitâ Trinitate perſonarum, nec vllo alio fidei principio, lumine naturæ conſtat euidenter negatiuè dualitas diuinarum proceſſionum: poteſt ſcilicet lumine naturæ eludi quidquid contra diuinas proceſſiones vrgetur, nec vllum eſt formabile argumentum demonſtratiuè expugnans ipſarum dualitatem. Ita omnes Catholici communiſſimè.

Probatur primò ex ratione generali veritatum fidei iuxta ſupradicta de viſione Dei §. 3. *præcitato*, & certè lumen ſupernaturale infirmaret, non corroboraret lumen naturæ, gratia deſtrueret, non perficeret naturam, ſi illud quod lumine naturæ demonſtraretur falſum, lumine fidei appareret verum: vel non eſſet vnica veritas, ſed multiplex, & vna alteri contraria: vel participatio luminis diuini non eſſet participatio luminis infallibilis, ſi appareret euidens lumine naturæ aliquid, cuius oppoſitum foret certum lumine fidei: Deus aut vt Auctor gratiæ, aut vt Auctor naturæ nos falleret, ſi quod vt Auctor gratiæ per fidem docet eſſe verum, vt Auctor naturæ per demonſtrationem doceret eſſe falſum.

Probatur ſecundò ſpeciali inductione breuiter attingendo, & ſolius luminis naturalis beneficio eludendo potiſſima argumenta, quæ poſſunt naturali diſcurſu formari contra diuinas proceſſiones. Sunt autem in duplici claſſe huiuſmodi argumenta. Quædam abſolutè militant contra quamcumque diuinam proceſſionem, ſeu contra proceſſionis in diuinis exiſtentiam; quædam contra dualitatem, ſeu contra proceſſionis in diuinis numerum. 18.

Ex prima claſſe primum argumentum ſit: 19. Repugnat dari proceſſionem ab alio, vbi Difficultas quidquid eſt, eſt à ſe; ſed quidquid eſt intra contra exiſtētiam Deum eſt à ſe, ergo repugnat dari intra proceſſionis in Deum proceſſionem ab alio: Maior patet, diuinis. quia eſſe à ſe infert negationem eſſendi ab alio, imò per talem negationem explicatur aſeitas: Minor facilè probatur, quia quidquid eſt intra Deum eſt quid diuinum, imò eſt Deus ipſe; ratio autem eſſendi à ſe tranſcendit omne diuinum prædicatum. Secundum non poteſt eſſe proceſſio vbi eſt omnimoda ſimultas, & idemtitas naturæ, ſed in Deo ad intra eſt omnimoda ſimultas, & idemtitas naturæ, ergo in Deo ad intra non poteſt eſſe proceſſio: Minor patet ex Dei vnicitate: Maior probatur, quia, vbi datur producens, & productum, poteſt ad ſummum dari ſimultas durationis, & temporis, at non naturæ: nec vlla eſſet maior ratio, cur vnum potiùs, quàm alterum, deberet dici productum, ſi in vtroque eſſet omnimoda ſimultas, & idemtitas naturæ. Tertium in diuinis non poteſt eſſe inæqualitas, ſed proceſſio vnius ab alio non poteſt eſſe ſine inæqualitate, ergo in diuinis non poteſt eſſe proceſſio: Maior patet, quia non poteſt eſſe inæqualitas, vbi datur eſſentialiter, & indiuiſibiliter perfectiſſima infinitas, & ponere vnam perſonam inæqualem alteri eſt ponere vnam perſonam, quæ excedatur ab altera, adeóque vnam perſonam, quæ non ſit Deus: Minor probatur, quia proceſſio vnius ab alio non poteſt eſſe ſine poſterioritate, & dependentia eius, quod procedit, item ſine eo, quod vnus det, alter accipiat; *ex Act. autem 20. Beatius eſt magis dare, quàm accipere.* Quartum non poteſt eſſe proceſſio vnius ab alio, niſi vtrum ab alio recipiat eſſe, ſed repugnat quod detur in Deo ad intra recipere eſſe, ergo repugnat in Deo ad intra proceſſio: Maior patet, quia ſicuti producere, & eſſe principium proceſſionis eſt dare eſſe, ita produci, & eſſe terminum proceſſionis eſt recipere eſſe: Minor probatur, repugnat quòd detur recipere eſſe, vbi nec datur tranſitus à non eſſe ad eſſe, nec

aliqua

aliqua potentialitas, ſed neceſſitas omnimoda eſſendi, & actualitas puriſſima. Reſpondetur ad primum, quidquid eſt intra Deum eſſe à ſe aſeitate excludente eſſe ab alio diſtincto in eſſentia, non aſeitate excludente eſſe ab alio diſtincto in perſona: vel aſeitate excludente eſſe ab alio, tanquam à cauſa; non aſeitate excludente eſſe ab alio, tanquam à principio, nec eſſe à ſe ſimpliciter prout negat prorsùs quodlibet eſſe ab alio eſt ratio tranſcendens omne diuinum prædicatum, ſed eſt ratio propria eſſentiæ formaliſſimæ Dei *ex tractatu ſuperiori lib. 1. cap. 2. §. 2.* Rectè igitur ſtat eum aſeitate tranſcendente omnia diuina prædicata abalietas ſufficiens ad proceſſionem. Reſpondetur ad ſecundum: vbi eſt omnimoda ſimultas, & identitas naturæ non poſſe eſſe proceſſionem, tanquam effectus à cauſa, bene tamen tanquam termini producti à principio producente; & ad hanc proceſſionem ſufficit prioritas originis, & ſigni à quo, licèt ad illam requiratur prioritas, & conſequenter diſtinctio naturæ. Vel dico vbi eſt omnimoda ſimultas, & identitas naturæ non poſſe eſſe proceſſionem, qua producatur natura; benè tamen, qua producatur perſona, & ſicuti vbi natura producitur, requiritur prioritas, & diſtinctio naturæ; ita vbi ſola perſona producitur, ſufficiet prioritas, & diſtinctio perſonæ. Vel inſuper dico: vbi eſt omnimoda ſimultas, & identitas naturæ non poſſe eſſe proceſſionem, qua producens communicet producto tantùm partem ſuæ naturæ, quemadmodum contingit in generatione viuentium creatorum; benè tamen, qua producens communicet producto totam ſuam naturam. Reſpondetur ad tertium, proceſſionem vnius ab alio non poſſe eſſe ſine inæqualitate, ſine poſterioritate, & dependentia, quando eſt ab alio habente diſtinctionem, & prioritatem naturæ, quæ eſt prioritas dependentiæ; item quando eſt ab alio non communicante totam ſuam naturam, & conſequenter nec totam ſuam perfectionem termino producto; ſecùs quando eſt ab alio habente omnimodam naturæ identitatem, ac ſimilitudinem, & communicantem termino producto totam, quam in ſe habet, naturam; totam, quam in ſe habet perfectionem.

20. Quomodo ratio eſſendi à ſe in diuinis non pugnet cum proceſſione ab alio.

21.

Quomodo cum eadem non pugnet omimoda ſimultas, & identitas naturæ.

22.

23. Ad illud, quod additur *ex Act.* 20. dico tantùm verificari, vbi dans eſt abundans, accipiens eſt inops: ille ex liberalitate dat, iſte ex indigentia accipit: ſecus vbi eſt omnimoda æqualitas dantis, & accipientis; in illo dandi, in iſto accipiendi neceſſitas. Reſpondetur ad quartum recipere eſſe eum præuia carentia eſſendi, recipere eſſe ab alio diſtincto in natura obſtare omnimodæ neceſſitati eſſendi, & actualitati puriſſimæ; at hoc non eſt de conceptu proceſſionis, cui ſufficit habere eſſe ab alio, etiam ſi ſit ab alio per identitatem naturæ cum ipſo, per eſſe ſemper neceſſariò communicatum, & ſine vlla carentia eſſendi.

24. Quomodo cum eadem non pugnet ſuma actualitas, & neceſſitas eſſendi.

25. Ex ſecunda claſſe primum argumentum ſit. Proceſſio in diuinis non poteſt non eſſe ſimpliciter infinita, ergo proceſſiones in diuinis non poſſunt eſſe duæ; antecedens patet, quia quidquid eſt in Deo eſt infinitum ſimpliciter; conſequentia probatur eo ipſo, quòd ſunt duæ proceſſiones, neutra continet perfectionem alterius, ergo neutra continet omnem perfectionem in ratione proceſſionis, neutra eſt ſimpliciter infinita proceſſio. Secundum in diuinis eſt vnica natura, ergo non poteſt eſſe, niſi vnica proceſſio; antecedens ſupponitur, conſequentia probatur, tum quia per vnicam proceſſionem tota natura communicatur, nec aliquid remanet per aliam proceſſionem communicandum, ſi natura vnica eſt; tum quia *ex ſupradictis* §. 1. circa medium, ex vi vnius proceſſionis nequeunt in diuinis eſſe duæ perſonæ, ergo neque ex vi vnius naturæ duæ proceſſiones; ſicuti enim perſona infinita totam proceſſionem, ita proceſſio infinita totam naturam debet abſorbere. Tertium in diuinis non ſunt quatuor perſonæ, ergo neque duæ proceſſiones. Antecedens ſupponitur, conſequentia probatur: Non poteſt eſſe vna proceſſio, niſi ſint duæ perſonæ, ergo non poſſunt eſſe duæ proceſſiones, niſi ſint quatuor perſonæ; neque enim poſſunt cuilibet proceſſioni duæ perſonæ reſpondere, niſi duabus proceſſionibus quatuor perſonæ reſpondeant: Non eſt item maior ratio cur reſpondeant duæ perſonæ duabus proceſſionibus paſſiuis, quàm duabus proceſſionibus actiuis. Quartum poſito quòd detur proceſſio in diuinis, ſi quæ ratio probat eſſe duas, maximè quia proceſſio in diuinis debet attendi penes operationem immanentem; duo autem ſunt potiſſimi modi operandi immanentes; alter ſpectans ad intellectum, alter ſpectans ad volontatem; ſed hæc ratio nulla eſt, ergo: maiorem nos ipſi ſupra tradidimus *initio huius* §. Minor probatur dum dicitur proceſſionem in diuinis debere attendi penes operationem immanentem vel ſenſus eſt debere attendi penes conuenientiam genericam ſupremam talis operationis: & ſic ponenda erit in diuinis vnica proceſſio, quia tum actus intellectus, tum actus voluntatis conueniunt in vna ratione generica operationis immanentis: vel ſenſus eſt debere attendi penes conuenientiam ſpecificam athomam, & ſic erunt plures, quàm duæ proceſſiones, quia ſunt plures, quàm duæ ſpecies athomæ operationum immanentium; nam nec omnes actus voluntatis, nec omnes actus intellectus, ſunt eiuſdem ſpeciei athomæ: vel ſenſus eſt debere attendi penes conuenientiam ſpecificam ſubalternam: & hac ratione ex pluribus, quæ aſſignari poſſunt conuenientiis ſubalternis erit incertum; quænam ſufficiant, quænam non ſufficiant ad multiplicandas proceſſiones, nullaque erit ratio aſſignandi duas, & non plures. Reſpondetur ad primum, quidquid eſt in Deo eſſe infinitum ſimpliciter in ſua linea, quatenùs non poteſt dari in tali linea aliquid perfectius, nec poteſt carere vllâ perfectione 26.

Difficultatis contra dualitatem proceſſionis in diuinis.

Digitized by Google

talis lineæ; at non eſſe infinitum ſimpliciter in omni linea, niſi identicè; eo modo, quo quidquid eſt in Deo Deus eſt, qoi vtique in omni linea infinitus eſt: pro quo recolantur ſupradicta *tract. præcedente, lib. 1. cap. 3. §. 7.* de inæquali perfectione diuinorum attributotom:

Proceſſionis infinitas cur non impediat dualitatem.

In propoſito dico proceſſionem quamlibet diuinam debere ſimpliciter eſſe infinitam in ſua linea, nec propterea debere continere perfectionem alterius, quia perfectio alterius proceſſionis eſt in alia linea; & ſicuti intellectus diuinus, licèt ſimpliciter infinitus, non debet continere perfectionem voluntatis; ita proceſſio ſpectans ad lineam intellectiuam non debet continere perfectionem proceſſionis

27. ſpectantis ad lineam volitiuam. Reſpondetur ad ſecundum negando conſequentiam, ad cuius primam probationem dico communicari totam naturam intenſiuè, non extenſiuè: communicari totam, non totaliter, non ſcilicet omni modo, quo communicabilis eſt, per vnicam proceſſionem; ideò ſupereſſe locum alteri communicationi, & alteri proceſſioni.

Cur poſſint eſſe duæ proceſſiones ab eadē natura, nō duæ perſonæ ab eadem proceſſione.

Ad ſecundam eiuſdem conſequentiæ probationem dico perſonam immediatiùs connecti cum proceſſione, quàm proceſſionem cum natura; nec inter perſonam, & proceſſiones mediare aliquid, quod non multiplicata proceſſione poſsit eſſe ratio multiplicandi perſonam, ſicuti inter proceſsionem, & naturam mediat intellectus, & voluntas; quæ potentiæ poſſunt eſſe ratio multiplicandi proceſsiones, non multiplicatâ naturâ, ſeu ponendi duas proceſsiones ab vnica natura: ad ſummum haberet vim aliquam paritas, ſi proceſsiones eſſent immediatè, proximè, & formaliter à

28. natura. Reſpondetur ad tertium ſicuti quælibet proportio eſt inter duos terminos, nec propterea ad duas proportiones requiruntur neceſſariò quatuor termini; ſed tres termini ſufficiunt, quia idem terminus poteſt ſub diuerſa ratione eſſe extremum inſeruiens duabus proportionibus, vt ſi dicatur:

Tres termini ad duas proportiones, tres perſonę ad duas proceſſiones ſufficiunt.

Ita ſe habent duo ad quatuor, ſicuti quatuor ad octo: Non aliter quælibet proceſsio requirit duas perſonas, nec propterea ad duas proceſsiones requiruntur quatuor perſonæ, quia perſonæ vnius proceſsionis poſſunt ſub diuerſa ratione eſſe extremum alterius proceſsionis.

Cur duabus proceſſionibus paſſiuis, non duabus proceſſionibus actiuis reſpondeant duæ realiter diſtinctæ perſonæ.

Ad illud quod additur dico duabus proceſsionibus paſsiuis reſpondere duas perſonas, quia duæ proceſsiones paſsiuæ ſub ratione formali paſsiuæ productionis realiter diſtinguuntur, non ſic ratione ſui realiter diſtinguuntur duæ proceſsiones actiuæ; ſiuè ſumantur ſub ratione formali actiuæ productionis, ſiue alio vtcumque modo; illis igitur tanquam realiter diſtinctis debent reſpondere duæ realiter diſtinctæ perſonæ productæ; iſtis non debent reſpondere duæ realiter diſtinctæ perſonæ producentes.

99. Reſpondetur ad quartum nihil aliud concludere, quàm ſupponendo præcisè dari aliquam proceſsionem in diuinis ex puris naturæ principiis vix poſſe probari diuinarum proceſsionum dualitatem, nec eſſe admodum efficacem potiſsimam rationem, quam ad duas diuinas proceſsiones comprobandas naturalis diſcurſus ſuppeditat, quod vltrò admitto.

Alia plura argumenta aduerſantia aut exiſtentiæ, aut dualitati proceſſionum diuinarum facillimam habent & ſolutionem, & impugnationem, partim ex mox poſitis, partim ex infrà ponendis tum circa principium ipſarum proceſſionum, & diuerſitatem vnius proceſsionis ab alia, tum circa diſtinctionem, & numerum relationum, ac perſonarum. Ad quem locum ſpecialiter remitto explicandum quomodo diuinæ proceſsiones paſsiuæ poſsint identificari cum eſſentia & non identificari inter ſe abſque detrimento illius principij Dialectici: *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.* Quomodo per diuinas proceſsiones actiuas poſsit produci relatio non productâ eſſentiâ relationi identificata, communicari eſſentia non communicata relatione eſſentiæ identificatâ abſque detrimento illius principij: *Duo contradictoria* (cuiuſmodi ſunt produci, & non produci; communicari, & non communicari) *nequeunt ſimul eſſe vera, ſeu nequeunt de eâdem re ſimul verificari.* Interim, quia nonnulla mentio facta eſt diſtinctionis proceſsionum actiuarum, & paſsiuarum; ſit 30.

---

§. III.

De diſtinctione proceſſionum, tum actiuarum ab inuicem, tum paſſiuarum ab inuicem, tum actiuarum à paſſiuis?

31. Diſtinctio proceſſionū actiuarum ab inuicem.

ASSERTVM I. Proceſsiones diuinæ actiuæ non diſtinguuntur ab inuicem realiter actualiter, diſtinguuntur tamen realiter virtualiter à parte rei, & ratione ratiocinata per intellectum.

Probatur. Proceſsiones diuinæ actiuè ſumptæ nihil aliud ſunt, quàm actus ipſi eſſentiales intelligendi, & volendi vt connotantes relationes proprias perſonarum producentium, paternitatem ſcilicet, & ſpirationem actiuam ex infrà dicendis *cap. ſequenti §. 4. & 5.* at nec actus eſſentiales intelligendi, & volendi; nec relationes perſonarum producentium, Paternitas ſcilicet, & ſpiratio actiua, diſtinguuntur ab inuicem realiter actualiter, quamvis diſtinguantur realiter virtualiter, & ratione ratiocinata, ergo proceſsiones diuinæ actiuæ neque ratione ſui, neque ratione eius, quod connotant diſtinguuntur realiter actualiter; diſtinguuntur tamen realiter virtualiter, & ratione ratiocinata. Minor quoad actus eſſentiales intelligendi, & volendi colligitur ſufficienter *ex tractatu ſuperiori lib. 1. cap. 3. §. 2. & ſequentibus:* Quoad relationes Paternitatis & ſpirationis actiuæ traditur infrà *cap. 7. §. 4.*

ASSERTVM

32. Aſſertvm II. Proceſsiones diuinæ paſsiuæ ſub tatione paſsioæ ptoductionis diſtinguntur ab inuicem tealiter actualiter, ſub tatione verò paſsiuæ communicationis diſtinguntur realiter, tantùm ſecundùm relationes connotatas, non ſecundùm ſe ipſas.

Diſtinctio proceſſionũ paſſiuarum ab inuicem ſub ratione productionis.

Ptobatur prima pars. Proceſsiones diuinæ paſsiuæ ſub tatione paſsiuæ productionis nihil aliud ſunt, quàm id, quòd formaliter ptoducitut ſomptum prout eſt quodammodo in fieri, & in ptimo ptoduci, ſed id, quod formaliter ptoducitut per vnam proceſsionẽ, diſtinguitor tealiter ab eo, quod formalitet ptoducitur per aliam proceſsionem; ergo proceſsiunes diuinæ paſsiuæ ſub ratione paſſiuæ productionis diſtinguntur ab inuicem realiter actualiter. Minot ptobatur: id, quod formaliter ptoducitur, eſt relatio petſonæ procedentis, ſed relatio proptia vnius perſonæ procedentis diſtinguitur tealiter à telatione proptia altetius perſonæ ptocedentis, filiatio ſcilicer diſtinguitur realiter à paſsiua ſpiratione, filius enim eo modo, quo de facto conſtituitut, non tantùm vt ſpiratot, verùm etiam vt filius realiter actualitet à Spiritu Sancto diſtinguitut, nec darentur in diuinis, vt tamen dari in confeſſo eſt apud omnes, tres realitet diſtinctæ relationes, ſi filiatio non diſtingueretut tealiter à ſpiratione paſsiua, ergo id, quod formaliter producitur per vnam proceſsionem, diſtinguitut tealiter actualiter ab eo, quod formaliter producitur per aliam proceſsionem.

33. Diſtinctio earumdem ſub ratione communicationis.

Ptobatur ſecunda pars. Proceſsiones diuinæ ſub ratione paſsiuæ communicationis nihil aliud ſunt, quàm prædicata abſoluta eſſentialia vt connotanr telationes productas, & vni petſonæ prædicata eſſentialia communicati per intellectum, alteri communicati pet voluntatem nihil aliud eſt, quàm in vna petſona prædicata eſſentialia idemtificari cum relatione producta pet actum intellectus; in altera perſona idemrificari cum relatione producta pet actum voluntatis; ſed telationes productæ in diuinis tealiter actualitet diſtinguntur, non ſic tealiter diſtinguntur vllo modo prædicata eſſentialia abſoluta vnius perſooæ à prædicatis eſſentialibus abſolutis alterius ergo proceſſiones diuinæ paſſiuæ ſub tatione paſſiuæ communicationis diſtioguntur tealiter, tantùm ſecundùm telationes connotatas, non ſecundùm ſe ipſas. Minor patet: Maior probatur *ex cap. ſequenti. §. vltimo dubio* a. vbi traditur prædicata abſoluta communicati nihil aliud eſſe, quàm ipſa idemtificati cum relatione producta traditor inſoper, quod ſupponendum eſt pro ſequenri aſſerto, licèt diſtinguatur in diuinis terminus communicatus a termino producto, non ſic diſtingui principiom communicatiuum à principio productiuo.

34. Diſtinctio proceſſionũ actiuarum à paſſiuis ſub ratione tum communicationis, tum productionis.

Aſſertvm III. Proceſsiones diuinæ actiuæ ſub ratione communicationis diſtinguntur à proceſsionibus paſsiuis tealiter ſecundùm relationes ab vtriſque proceſsionibus connotatas, & ad ſummum virtualiter inadæquatè ſecondùm ſe ipſas: ſub ratione ptoductionis diſtinguntur ſecundùm ſeipſas vittualiter adæquatè; ſecundùm relationes, quas connotant, realiter actualiter, ab iiſdem proceſsionibus paſsiuis.

Probatur, & explicatur: Proceſsiones diuinæ actiuæ ſiue conſiderentur ſub ratione communicationis, ſiue conſiderentur ſub ratione productionis ſunt, vna eademque formalitas; & ſicuti ex dubitatione mox præcitata non diſtinguitur in diuinis principium communicatiuum à principio productiuo, ita nec actiua communicatio ab actiua ptoductione, proceſsio actiua ſub ratione communicationis à ptoceſsione actiua ſub ratione productionis. Proceſsinnes igitur diuinæ actiuæ, ſiue conſiderentur ſub ratione communicationis, ſiue ſub ratione productionis, nihil aliud ſunt ex infrà dicendis, quàm intellectio, & volitio notionales, intellectio ſcilicet eſſentialis vt connotans relationem Paternitatis, volitio eſſentialis, vt connotans relationem actiuæ ſpirationis. Proceſsiones paſsiuæ ſub ratione communicationis ſunt prædicata eſſentialia, & abſoluta vt connotantia telationes productas, & telationibus productis idemtificata: ſub ratione productionis ſunt ipſæmet relationes pruductæ. Sic explicatis terminis 35.
facilè patet primò proceſsiones diuinas actiuas ſub tatione communicationis diſtingui à proceſsionibus paſsiuis realitet ſecundùm relationes ab vtriſque connotatas: proceſſiones enim actiuæ ſub tatione communicationis connotant relationes perſonatum ptoducentium, proceſsiones paſsiuæ ſub eadem tatione coonotant telationes petſonarom productarum; relationes autem perſonatum producentium diſtinguntut tealiter à relationibus petſonarum ptoductatum, ideò &c. facilè patet ſecundò proceſſiones paſsiuas, & actiuas conſidetatas ſecundùm ſe ipſas, & præciſis telationibus diſtingui tantùm virtualiter inadæquatè, quia intellectio, & volitio compatatæ ad alia prædicata abſoluta diſtinguntur tantùm virtualiter diſtinctione inadæquata virtualiter incluſi à virtualiter includente. Facilè patet tertiò proceſsiones actiuas ſob tatione productionis ſecondùm ſe ſumptas, & præciſis relationibus, diſtingui virtualitet adæquatè à proceſsionibus paſsiois pariter ſob ratiooe productlonis, quia hoc nihil eſt aliud, quàm intellectionem, & volitionem eſſentiales diſtingui vittualiter adæquatè à relationibus productis. Facilè patet qoartò ptoceſsiones actiuas ſecundùm relationes, quas connotant, diſtingui realiter actualiter à ptoceſsionibus paſsiuis ſumendo vtraſque ptoceſsiones ſub tatione productionis, quia hoc nihil eſt aliud, quàm relationes perſonatum ptoducentium diſtingui realiter actualiter à telationibus productis, diſtingui ſcilicet tealiter actualiter Patetnitatem à filiatiooe, ſpirationem actiuam à ſpiratiooe paſsiua.

CAPVT

CAPVT III.

De principio diuinarum proceſſionum.

1. NON erit ſub hoc capite inſudandum circa principium quod; hoc quippè ab omnibus, & facilè & communiter aſſeritur perſona producens; Pater ſcilicet principium quod proceſſionis Filij; Pater, & filius principium quod proceſſionis Spiritus Sancti, facilitatem tamen explicandi principium quod compenſat difficultas explicandi principium quo, vt ex ſequentibus paragraphis ſatis, ſuperque conſtabit, ideò ſit

§. I.

An, & quomodo diuinæ proceſſiones habeant diuinam naturam, ſeu diuinam eſſentiam pro principio?

2. Proceſſiones diuinæ non ſunt immediatè à natura.

ASSERTVM I. Diuinæ proceſſiones non habent diuinam naturam, ſeu diuinam eſſentiam pro principio quo immediato, & proximo. Dixi diuinam naturam, ſeu diuinam eſſentiam ad inouendum non ſumi hîc diuinam naturam, vt contradiſtinctam ab eſſentia, qua ratione cum formaliter conſiſtat in intellectione radicali *ex ſupradictis tractat. ſuperiori lib.* 1.*cap.*2.§. 3. difficiliùs explicaretur proceſſionem, quæ eſt immediatè, & proximè ab intellectu, non eſſe immediatè, & proximè à natura, quamvia adhuc dici poſſet intellectiuitatem conſtitutiuam naturæ eſſe diuerſam ab ea, quæ eſt principium proximum proceſſionia; illam ſcilicet importare gradum vitæ intellectiuæ, iſtam importare principium intelligendi: verùm meliùs dicitur in propoſito titulo naturam ſumi, vt indiſtinctam ab eſſentia, nec in alio ſenſu à Theologia quæritur quomodo diuinæ proceſſiones ſint à natura, ſeu habeant pro principio naturam. Dixi pro principio quo immediato, & proximo; quia non intendo negare in natura diuina reſpectu proceſſionum quamcumque rationem principij quo, etiam radicalem, & remotam; imò hanc mox poſitiuè affirmabo. Aſſertum ita explicatum tradunt licèt non terminis adeò expreſsis Diuus Thomas *prima parte, quæſt.*27. *artic.*1. *&* 5. Scotus *in* 1. *diſtinct.* 2. *quæſt.* 7. §. *quia ſicuti dixi, & diſtinct.* 12. *quæſt.* 1. §. *quantum ad iſtum articulum.* Syluius *prima parte, quæſtione* 27. *articulo* 5. Io. à S. Thom. *eâdem quæſtion. diſputatione* 12. *articulo* 5. *numero* 17. Molina *eâdem quæſtione articulo* 5. *diſputatione* 2. Valquez *diſputatione* 111. *capite* 2. Lugus *lib.* 2. *diſputatione* 2.*cap.*8. Arriaga *diſput.*44.*ſect.*2. Herincx *diſputat.* 2. *quæſt.* 4. Marchinus *quæſt.* 27. *diſput.*1. Auerſa *quæſt.*27 *ſect.*4. Aliique Theologi communiſsimè, imò etiam *Sancti Patres* ex quibus plures referuntur à Vaſquio, & Io. à S. Thoma *locis citatis* contra Durandum *in* 1. *diſt.*6. *quæſt.*2. *diſt.*26. *quæſt.*1. *& diſtinct.* 27. *quæſt.* 3. cuius opinio notari ſolet vt temeraria, erronea, errori proxima, hæreſim ſapiens. Temeraria quidem quia in re graui opponitur communi ſenſui Scholaſticorum, & Patrum; erronea, vel ſaltem errori proxima, quia opponitur propriæ locutioni Sacræ Scripturæ; hæreſim ſapiens, quia fauet Alogianis, & nonnullis alijs hæreticis, vt patet ex probationibus, quas ſubiicio.

Ceſura opinionis Durandi.

3. Probatur primò ſi diuinæ proceſsiones habent diuinam naturam, ſeu diuinam eſſentiam, pro principio quo immediato, & proximo, immediatè prodirent ex fœcunditate diuinæ naturæ, ſecluſiſque à Deo per cogitationem intellectu, & voluntate, ac intelligere, & velle, adhuc in eo eſſet proceſsio Filij, & proceſsio Spiritus Sancti; ſed hoc eſt falſum, ergo diuinæ proceſsiones non habent diuinam naturam &c. Maior continet ipſiſsimam ſententiam Durandi qui *quæſtione* 2. *precitata* ita habet. *Quemadmodum ſi calor in igne eſſet intelligens, nec produceret calorem intelligendo, nec fœcundus eſſet ad eum producendum, quia intelligens; ſed aliâ viâ produceret, & aliâ ratione eſſet fœcundus; puta, quia in ſe eſt calor, cui ſuaptè naturâ conuenit communicare calorem: Ita Pater æternus, non quia intelligens, nec intelligendo producit filium; ſed quia habet fœcunditatem ad illam naturam communicandam per generationem, quam proinde eodem modo illi communicaſſet eſto per impoſſibile non eſſet intelligens.* Minor probatur. Filius in diuinis eſt eſſentialiter verbum, Spiritus Sanctus eſt eſſentialiter Amor, ſed ex ſolâ fœcunditate diuinæ naturæ excluſis à Deo per cogitationem intellectu &c. non eſſet in Deo proceſsio Verbi, & Amoris, ergo ex ſola fœcunditate diuinæ naturæ ſecluſis &c. non eſſet in Deo proceſsio Filij & proceſsio Spiritus Sancti; adeóque falſum eſt diuinas proceſsiones habere diuinam naturam pro principio. Minor patet, quia nec eſt dabile verbum (ſubintellige mentale, de quo eſt ſermo in præſenti) extra intellectum, nec eſt dabilis amor extra voluntatem. Maior probatur ex Scriptura, in qua ſæpiſsimè Filius Verbum vocatur Apocal. 19. *Vocatur nomen eius verbum Dei.* Io. 1. *In principio erat verbum*: 1. Io. 5. *Tres ſunt, qui &c. Pater, Verbum & Spiritus Sanctus.* Spiritus Sanctus non adeò expreſsè in Sacra Scriptura Amor nuncupatur, deducitur tamen ex 1. Io. 4. *Diligamus inuicem, quia dilectio*

Perſona filij vocatur in Scriptura Verbum.

Google

Perſona Spiritus Sancti Amor.

dilectio ex Deo eſt, & habetur non tantùm ex *Sanctis Patribus*, verùm etiam ex conſenſu vniuerſalis Eccleſiæ canentis de Spiritu Sancto in ipſius ſolemnitate. *Qui paraclitus diceris, donum Dei altiſſimi, fons viuus, ignis, charitas.*

4. Dices ex *Durando* tribui Filio nomen Verbi, Spiritui Sancto nomen Amoris per accommodationem quandam, ſeu adaptationem fundatam in eo, quòd ſicuti in creatis verbum præcedit amorem, & operatio intellectus operationem voluntatis, ita in diuinis Filius præcedit Spiritum Sanctum, & proceſſio Filij proceſſionem Spiritus Sancti. Sed contra: Non ſunt ſine neceſſitate trahenda loca Scripturæ ad ſenſum accommodatitium, & improprium, & quando id fit contra communem Scholaſticorum, & Sanctorum Patrum ſententiam, vt facit Durandus in præſenti non caret notâ temeritaria: Imò, quia non admittendo in diuinis propriam rationem Verbi, valdè accedit ad Alogianos, & Arrianos negantes dari Verbum, quod ſit Deus, ſeu Perſona diuina; non caret notâ ſapientis hæreſim. Contra inſuper eâdem ratione, qua Durandus tantùm per accommodationem, & impropriè admittit in diuinis nomen Verbi, & Amoris, dici poſſet tantùm per accommodationem, & impropriè verificari nomen Filij, & Spiritus Sancti; & non niſi in ſenſu accommodatitio, ac improprio procedere loca Scripturæ tribuentia diuinis Perſonis talia nomina, cum præcipuè, ponendo ambas diuinas proceſſiones immediatè à natura, nulla ſit ſpecialis ratio cur vna debeat eſſe prior altera, vna debeat eſſe generatio, & habere pro termino Perſonam, quæ ſit Filius; non altera: ſicque Durandus ſibi parùm cohæret; dum ex vna parte aſtruit duas diuinas proceſſiones eſſe immediatè à natura, & ex alia parte vult vnam eſſe priorem altera, & ideò vnam accommodari, ſiue aſſimilari proceſſioni per intellectum, alteram proceſſioni per voluntatem, quia proceſſio per intellectum eſt prior proceſſione per voluntatem.

Durandi effugium impugnatur.

Durandus ſibi non cohæret.

5. Probatur ſecundò proceſſiones diuinæ non ſunt immediatè, & proximè à diuina naturâ, ſeu à diuinâ eſſentiâ, ergo non habent diuinam naturam, ſeu diuinam eſſentiam pro principio quo immediato, & proximo: Conſequentia patet, quia, cum ratio principij quod conueniat tantùm ſuppoſito, ſeu Perſonæ, non poteſt conuenire naturæ, niſi ratio principij quo; adeóque proceſſiones nequeunt eſſe à natura, niſi tanquam à principio quo: Nequeunt eſſe à diuinâ naturâ immediatè, & proximè, niſi ſint ab ipſa tanquam à principio quo immediato, & proximo. Antecedens probatur primò proceſſiones diuinæ ſunt operationes vitales, non ſimplices emanationes; quia id, quod eſt per ſimplicem emanationem, eſt proprietas eſſentiæ, à qua emanat, non Perſona habens eandem eſſentiam cum ſuo principio; ſed operationes vitales in ſubſtantia ſpirituali, cuiuſmodi eſt Deus, ſunt per intellectum, & voluntatem; cum in ſubſtantia ſpirituali non ſit alius modus operandi vitaliter quàm per intellectum, & voluntatem, ergo proceſſiones diuinæ ſunt immediatè & proximè ab intellectu, & voluntate. Probatur idem antecedens ſecundò. Generatio in creatis non eſt immediatè, & proximè à natura, datur enim in quolibet principio generante potentia generatiua diſtincta à natura, ſed in proceſſionibus diuinis illa, quæ eſt prima eſt generatio, ergo ex proceſſionibus diuinis illa quæ eſt prima non eſt immediatè, & proximè à natura; ergo à fortiori neque altera eſt immediatè, & proximè à natura. Probatur idem antecedens tertiò. Operationes perfectiſſimæ in creatis non ſunt immediatè, & proximè à natura; nam intelligere, & velle, quæ ſunt in creatis operationes perfectiſſimæ, ſunt immediatè, & proximè ab intellectu, & voluntate, non à natura; ſed proceſſiones diuinæ debent eſſe operationes perfectiſſimæ, ergo non debent eſſe immediatè, & proximè à natura. Probatur idem antecedens quartò ex abſurdis conſequentibus ad proceſſiones diuinas prouenientes immediatè, & proximè à natura; ſequitur potiùs eſſe ponendam vnicam, quàm duas proceſſiones, & ponendo duas nullam deindè eſſe rationem negandi plures, & plures in infinitum ſequitur nullum debere poni inter ipſas perſonas ordinem, & Filium non debere eſſe priorem Spiritu Sancto; ſed vtrumque debere eſſe æquè primò à ſolo Patre: ſequitur vnam proceſſionem non debere dici generationem potiùs, quàm alteram; vel ſaltem nullam eſſe aſſignabilem rationem cur vna proceſſio potiùs, quàm altera ſit generatio.

Proceſſiones diuinas non eſſe immediatè & proximè à natura multipliciter probatur.

Abſurda cōtra proceſſiones diuinas immediatè prouenientes à naturâ.

6. Dices has omnes illius primi antecedentia probationes poſſe à Durando aliquo modo ſolui, & conſequenter non eſſe ſufficientes, aut ſaltem non adeò validè euincere aſſertum, vt oppoſita Durandi opinio poſſit iure cenſeri temeraria, periculoſa, errori proxima. Prima probatio ſolui poteſt dicendo, malè argui à ſubſtantia ſpirituali finita ad infinitam; & ſicuti ex eo, quòd ſubſtantia ſpiritualis finita ſit infœcunda ad communicandam ſe ipſam; malè infertetur debere talem eſſe etiam ſpiritualem ſubſtantiam infinitam, ita ex eo, quòd ſubſtantia ſpiritualis finita non ſit operatiua vitaliter, niſi per intellectum, & voluntatem; malè infertur debere talem eſſe etiam ſubſtantiam ſpiritualem infinitam: Deindè dici poteſt perſonam in diuinis procedere per ſimplicem emanationem, & licèt per hanc in creatis non procedat aliquid ſimile in natura, hoc ideò eſſe, quia in creatis, vt procedat aliquid ſimile in natura debet ipſa natura produci, in diuinis autem debet produci ſola perſonalitas, & hæc, cum emanet etiam in creatis, poteſt quantùm eſt de ſe procedere per emanationem. Secunda probatio ſolui poteſt dicendo eſſentiam diuinam ratione ſuæ omnimodæ infi-

nitatis poſſe per ſe ipſam præſtare id totum, quòd præſtat natura creata ſimul cum potentia generatiua diſtincta. Tertia probatio ſolui poteſt dicendo, vel intelligere, & velle non eſſe operationes perfectiſſimas; cum ſint ex genere ſuo accidentales, adeóque minùs perfectæ generatione, quæ eſt actio ſubſtantialis; vel proceſſiones diuinas debere quidem eſſe operationes perfectiſſimas comparatiuè ad omnes operationes creatas, at non comparatiuè etiam ad quamlibet aliam operationem diuinam. Quarta probatio ſolui poteſt dicendo non eſſe abſurdum, quod nequeat à nobis aſſignari ſufficiens ratio poſitiua lumine naturæ, cur ſint duæ proceſſiones; cur ſit talis ordo inter diuinas Perſonas, cur vna proceſſio potiùs, quàm altera ſit ge-
7. neratio &c. Sed contra: allatæ rationes vel conſiderantur nudè, & ſecundùm quod præcisè deducuntur ex principiis naturæ, vel conſiderantur, vt fidei ſubſtractæ, & ſecundùm quòd habent conſortium principiorum fidei, & in particulari ſecundùm quòd de fide eſt proceſſiones diuinas eſſe per modum Verbi, & Amoris: Primo modo tranſeat poſſe quoquomodo ſolui allatas rationes *à Durando* ſecùs ſecundo modo; & hoc ſufficit, vt *Durandi* opinio poſſit iure cenſeri temeraria, periculoſa, errori proxima, ſubintellige in ordine ad principia fidei, non in ordine ad principia purè naturalia.

Durãdi opinio auctoritate. & principiis fidei, non ratione, & principiis naturæ ſufficienter refellitur.

8. Hinc habes obiter ſuppoſito præcisè, quòd dentur in diuinis duæ proceſſiones immanentes, non poſſe euidenter probari, quòd tales proceſſiones non ſint immediatè & proximè à natura; benè tamen ſupponendo, quòd dentur in diuinis duæ proceſſiones immanentes, quarum altera terminetur ad Verbum, altera ad Amorem, ideò conſultò poſita eſt primo loco probatio oſtendens ex Scriptura, ex duabus diuinis proceſſionibus alteram terminari ad Verbum, alteram ad Amorem, ſeu alteram eſſe proceſſionem Verbi, alteram proceſſionem Amoris. Potiſſima igitur vis argumentorum, quæ in præſenti contra Durandum militant auctoritati innititur, & rectè docent Lugus *prima parte, lib. 2. diſputat. 2. cap. 2. numero 6.* Arriaga *diſputat. 44. ſect. 2. numero* 24. &c. non poſſe ipſum ſola ratione ſufficienter refelli, nec eſſe valdè fidendum ſoli rationi in veritate excedente omnem rationem.

Non eſt fidendum rationi in veritate excedente rationem.

9. Assertvm II. Proceſſiones diuinæ habent diuinam eſſentiam, ſeu diuinam naturam pro principio quo mediato, & remoto. Ita in re quamvis non omnes in terminis terminantibus, Auctores relati pro primo aſſerto contra Aureolum *in 1. diſtinct. 9. parte prima, articulo* 4. vbi tradit ex communi, & præciſa ratione intellectionis demonſtratiuè inferri proceſſionem Verbi in diuinis (quod proportionaliter tenetur docere de communi, & præciſa ratione volitionis, reſpectu proceſſionis Spiritus Sancti) & conſequenter non ponit requiri fœcunditatem aliquam naturæ ad diuinas proceſſiones. Contra tamen aſſertum

Probatur primò ex Scriptura Iſaiæ 66. *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero? Dicit Dominus.* Quo in loco omninò indicatur fœcunditas diuinæ naturæ ad generandum. Fauent eidem fœcunditati Dionyſius, Damaſcenus, Hilarius, Ignatius, Fulgentius, *aliique plures Sancti Patres apud* Auerſam *1. parte, quæſt. 27. ſect. 4. §. dico ſecundò* dicentes Filium, ſeu Verbum in diuinis naturâ procedere, & licèt *Sancti Patres* præcipuè intendant ſignificare filium in diuinis non procedere modo libero, & contingenti, ſicuti producuntur creaturæ; ſed modo naturali, & ſpontaneo quidem, non tamen libero, ſeu indifferenti ad non productionem: Nihilominùs non poteſt negari, quin talis modus loquendi *Sanctorum* 10.
Patrum inſinuet etiam fœcunditatem in diuina natura in ordine ad Filium, & ex paritate rationis etiam in ordine ad Spiritum Sanctum. Suppoſita verò diuinæ naturæ fœcunditate facile eſt inferre diuinas proceſſiones ab ipſa eſſe, ſeu talem fœcunditatem ab ipſa exerceri tanquam à principio quo mediato, & remoto, cum alius modus non ſuppetat; nec poſſit diuina natura reſpectu proceſſionum eſſe aut principium quod, aut principium quo proximum: Non principium quòd, quia ratio principij quod eſt propria ſuppoſiti, & Perſonæ: Non principium quo proximum, vt in ſuperiori aſſerto probatum eſt contra *Durandum*, contra quem obiter aduerto malè ipſum pro ſe adducere *Sanctos Patres* mox relatos, nam præter quod magis intendunt exprimere rationem neceſſitatis in diuina proceſſione, quàm rationem principij in diuina natura ſi aliquam inſinuant rationem principij, inſinuant ſolùm rationem principij quo mediati, & remoti.

Proceſſiones diuinæ eſſe à natura mediatè, & remotè probatur multipliciter.

SS. PP. docẽtes filium naturâ procedere, non fauent Durando.

Probatur ſecundò quia ex vna parte conuenit ponere in diuinis rationem principij 11.
quo tum remoti, tum proximi; licèt enim principium quo remotum, quando eſt ſine principio quo proximo, videatur eſſe imperfectum; quando tamen habet neceſſariam ſimultatem cum principio quo proximo eſt perfectio ſimpliciter, vt exemplificari poteſt in actu primo, qui licèt quando eſt ſine ſecundo ſit imperfectus; quando tamen habet neceſſariam ſimultatem cum ſecundo eſt perfectio ſimpliciter. Ex alia parte talis ratio principij quo remoti non poteſt in alio meliùs conſtitui, quàm in ipſa natura, cum natura ſit ex genere ſuo prima radix, & principium quo remotum cuiuſcũque productionis, & omnis productio in creatis ita ſit ab aliqua potentia immediatè, & proximè; vt ſit à natura producentis mediatè, & remotè.

Dices vel nullatenùs in hoc myſterio va- 12.
lere paritatem à naturis creatis ad naturam diuinam, vel ſi valet paritas, ex hac potiùs inferri, quod natura diuina ſterilia

lis ſit, & infœcunda in ordine ad ſui communicationem; nam natura diuina ſpiritualis eſt, & intellectualis, in creatis autem naturæ, ſeu ſubſtantiæ ſpirituales, & intellectuales, nullam habent fœcunditatem ad ſui communicationem.

In Myſterio Trinitatis quomodo valeat paritas à naturis creatis ad naturam diuinam.

13. Sed contra fateor in hoc myſterio noneſſe admodùm efficacem puram paritatem à naturis creatis ad naturam diuinam, dum tamen ſe viciſſim fouent auctoritas, ratio, & paritas; aliquod argumenti robur etiam ex paritate deriuatur. Ad paritatem, quæ in oppoſitum affertur, dico ipſam nec auctoritate, nec ratione foueri; & ex alia parte facilè apparere, cur à naturis ſpiritualibus creatis non valeat in propoſito arguere ad naturam diuinam; hæc enim ita eſt ſpiritualis, vt contineat omnem perfectionem naturæ materialis; ideò nihil mirum, quod cum ſpiritualitate coniungat fœcunditatem, quamvis fœcunditas in creatis competat ſolis naturis materialibus. Ratio à priori, cur ſit infœcunda natura intellectualis creata, non ſic diuina, eſſe poteſt quia natura intellectualis creata intelligit per actus accidentales, & ſimiliter vult per actus accidentales; quibus non poteſt, aut produci, aut communicari natura, quæ eſt ſubſtantia; at natura intellectualis diuina intelligit, & vult per actus ſubſtantiales, per quos ſubſtantia, ſeu natura communicari poteſt; ideò in natura intellectuali creata cum non appareat vllum principium proximum producendi ſibi ſimilem, non debet poni principium remotum, & fœcunditas; ſecùs in natura diuina, in qua cum appareat principium proximum communicandi ſe ipſam, non debet negari principium remotum, & fœcunditas. Alia ratio eſſe poteſt, quia fœcunditas in creatis ponitur ad conſeruationem ſpeciei, & quia ſolæ ſubſtantiæ materiales corruptibiles ad ſpeciei conſeruationem indigent ſucceſſiua productione indiuiduorum, non ſubſtantiæ ſpirituales incorruptibiles; in illis ſolis, non in iſtis ponitur fœcunditas; at in diuinis non ponitur fœcunditas ad ſpeciei conſeruationem, ideò debet tribui fœcunditas naturæ etiam ſpirituali; cùm præcipuè infinitas, quæ eſt radix fœcunditatis diuinæ, in ipſa natura maximè eluceat.

Cur ex infœcunditate naturæ intellectualis creatæ non inferatur infœcunditas naturæ intellectualis diuinæ.

14. Probatur tertiò ſpecialiter contra *Aureolum* intellectus, & voluntas, ſeu intellectio, & volitio ex conceptu ſuo, & ex communi ratione intelligendi, & volendi non habent producere terminum, præſertim quando verſantur circa obiectum proportionatum, & præſens, ergo quòd in diuinis habeatur per intellectum, & voluntatem, per intellectionem, & volitionem productio termini, ſeu proceſſio Verbi, & Amoris, non prouenit ex communi ratione intelligendi, & volendi, ergo ex aliquo prædicato, quòd peculiariter reperiatur in Deo, hoc autem non videtur poſſe eſſe aliud, quàm naturæ fœcunditas, ergo datur in Deo fœcunditas ratione cuius diuina natura eſt principium quo mediatum, & remotum proceſſionum, quarum ſunt principium quo immediatum, & proximum intellectus, & voluntas, ſeu ratione cuius intellectus, & voluntas reſpectu proceſſionum non eſſent principium quo, immediatum, & proximum, niſi reſpectu earumdem diuina natura eſſet principium quo mediatum, & remotum. Antecedens aliundè ſupponitur, & poteſt aliqualiter probari *ex tractat. ſuperiori lib. 2. capite 2.* §. 5. pro nunc verò ſiſtendo intra limites præſentis materiæ confirmatur ex eo, quòd ſi eſſet euidens, vt vult *Aureolus*, per omnem intellectionem produci Verbum, per omnem volitionem produci Amorem, cum aliundè facilè conſtet Deum eſſe intelligentem, & volentem, nimis facilè demonſtraretur dari in diuinis Amorem, Verbum, & principium vtriuſque, quod eſt nimis planam, nimis facilem, & penè dixerim nimis vilem, facere notitiam Myſterij Trinitatis.

Niſi natura diuina eſſet fœcũda nec per diuinum intellectum procederet, Verbum, nec per diuinam voluntatem Spiritus Sãctus.

Ex his habes in ordine ad diuinas proceſsiones eodem ferè modo, quo in ordine ad quaſcumque operationes, ſeu productiones creatas, tria principia diſtingui. Alterum quod, & eſt ſuppoſitum, ſeu perſona; cui tribuitur denominatio operantis, ac producentis: Alterum quo remotum, & hoc ſicuti in creatis eſt forma, ratione cuius ſuppoſitis conuenit agere; ita in diuinis eſt natura, ratione cuius Perſonis conuenit fœcunditas. Alterum quo proximum, & hoc ſicuti in creatis eſt aliqua potentia conſequens formam, ita in diuinis debet eſſe aliqua virtus conſequens naturam. Supereſt modò explicandum quænam ſit hæc virtus, ſeu quaſi potentia, & quia ex iam dictis conſtat proceſsiones diuinas maximè ſpectare ad intellectum, & voluntatem ſit 15.

Principium operationis triplex quod, quo remotum, quo proximum.

§. II.

An, & quomodo Proceſſiones diuinæ habeant intellectum, & voluntatem pro principio?

ASSERTVM: Proceſsiones diuinæ habent intellectum, & voluntatem pro principio quo immediato, & proximo. Hoc aſſertum duo affirmat. Primum eſt proceſsiones diuinas eſſe per intellectum, & voluntatem; & in hoc conueniunt omnes Theologi relati *in aſſerto 1. §. ſuperioris* contra Durandum: eſſet hoc etiam contra Ricardum de Sancto Victore, ſi verè ſenſiſſet vt nonnulli ipſi attribuunt, vtramque diuinam proceſsionem eſſe per voluntatem, at 16.

Proceſſiones diuinæ ſunt ab intellectu, & volũtate tanquam à principio quo immediato, & proximo.

hanc ſententiam ipſi immeritò attribui oſtendit Vaſquez *prima parte, diſput.* 111. *cap.* 1, *num.* 1. Secundum eſt., proceſſiones diuinas ita eſſe per intellectum, & voluntatem, & intellectus, & voluntas habeant rationem principij quo immediati, & proximi; intellectus quidem habeat rationem talis principij reſpectu Proceſſionis verbi; voluntas reſpectu Proceſſionis Spiritus Sancti. Quod eſt ſpecialiter contra Aureolum *in* 1. *diſt.* 7. *quæſt.* 1. *art.* 2. ponentem in diuinis principium quo tantum per modum actionis, nullatenùs per modum potentiæ; nec admittentem in Deo potentiam vllam ſumptam pro principio productiuo, ſed tantùm potentiam ſumptam pro non repugnantia, ſeu pro actuali connexione terminorum. Qua in re in præſenti recenſeri poſſunt contra Aureolum illi omnes, quos retulimus *ſuperiori tractatu lib.*3. *cap.*1. §. 1. pro ſententia aſſerente actum primum, ſeu potentiam intelligendi in Deo; & inſuper D. Thomas *prima parte, quæſt.* 41. *art.* 4. *in* 1. *diſt.* 7. *quæſt.* 1. *art.* 1. Scotus *in primo. diſt.* 2. *quæſt.* 7. Herincx *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 38. Marchinus *quæſt.* 27. *diſp.* 5. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 5. *cap.* 3. *n.* 5. Vaſquez *diſp.* 163. *cap.* 2.

17. Probatur primò: Proceſſiones diuinæ ſunt per intellectum, & voluntatem; nec poteſt meliùs aſſignari, quomodo ſint per intellectum, & voluntatem, quàm dicendo, quòd habeant intellectum, & voluntatem pro principio quo immediato, & proximo; ergo proceſſiones diuinæ habent intellectum, & voluntatem pro principio quo immediato, & proximo. Probatur antecedens quoad primam partem, ponendo diuinas proceſſiones eſſe per intellectum, & voluntatem rectè explicatur, quomodo terminus vnius proceſſionis ſit Verbum, terminus alterius ſit Amor; termino vnius appropriemur ea, quæ ſpectant ad intellectum, termino alterius ea, quæ ſpectant ad voluntatem: Item quomodo vna proceſſio ſit prior alterâ, quomodo ſint duæ proceſſiones, nec plures, nec pauciores; quæ, & ſimilia, ſunt ferè inexplicabilia, ſi proceſſiones diuinæ non ponantur eſſe per intellectum; & voluntatem; ergo verè proceſſiones diuinæ ſunt per intellectum, & voluntatem. Probatur idem primum antecedens quoad ſecundam partem ponendo diuinas proceſſiones habere intellectum, & voluntatem pro principio quo immediato, & proximo facilè aſſignamus reſpectu diuinarum proceſſionum ea principia, quæ aſſignari communiter ſolent reſpectu cuiuſcumque productionis; nimirum aſsignamus pro principio quod Perſonam; pro principio quo remoto naturam, & quaſi formam principij quod; pro principio quo proximo virtutem, & potentiam conſequentem ad principium quo remotum: & licèt in hac materia non ſit præſumendum explicare diuina ad modum creatorum, quando tamen id poteſt commodè præſtari, libenter præſtandum eſt, vt ex conſortio luminis fidei, & naturæ, veritas illuſtrior eluceſcat.

18. Probatur ſecundò ſpecialiter contra Aureolum, cuius opinio, vt refert Lugus *loco citato num.* 7. ab aliquibus erroris notatur; ab aliis parum conſona Scripturæ, & Conciliis; ab aliis non tuta cenſetur, ab aliis nulli Cenſuræ ſubiicitur. Probatur inquam ſic: Non eſt neganda in diuinis vera ratio potentiæ productiuæ, ergo non eſt neganda intellectui, & voluntati vera ratio principij quo immediati, & proximi reſpectu diuinarum proceſsionum. Antecedens, quod eſt maximè contrarium Aureolo probatur primò. Ratio potentiæ productiuæ, quatenùs dicit actum primum, & virtutem producendi abſque carentia, imò cum omnimoda, & maximè neceſſaria ſimultate actus ſecundi, & actualis productionis, eſt perfectio ſimpliciter vt alibi tradebatur dùm probabatur dari in diuino intellectu, & in diuina voluntate actum primum. Probatur idem antecedens ſecundò. Vbi datur verum producere, non eſt neganda vera potentia productiua, ſed in diuinis ad intra datur verum producere, cum detur verum producens, & verum productum; ergo in diuinis ad intra datur vera potentia productiua. Maior probatur, quia producere nihil aliud eſt, quàm potentia ſeu virtus productiua in exercitio.

Cenſura opinionis Aureoli.

Vbi datur producere datur potẽtia productiua.

19. Probatur tertiò contra eundem Aureolum Proceſsiones diuinæ habent Perſonas pro principio quod, ergo habent aliquod principium quo immediatum, & proximum; ſed huiuſmodi principium quo non poteſt eſſe aliud, quàm intellectus, & voluntas; ergo proceſsiones diuinæ verè habent intellectum, & voluntatem pro principio quo immediato, & proximo; Antecedens non negatur ab Aureolo, nec poteſt negari, cum ſit omnino de fide Patrem eſſe principium Filij; Patrem, & Filium eſſe principium Spiritus Sancti: Prima conſequentia euincitur inductione, qua conſtat dari principium quo, vbicumque datur principium quod; & ratio eſt quia principium quo nihil aliud eſt, quàm forma, ſeu quaſi forma, ex qua ſimul cum ratione ſuppoſiti, ſeu Perſonæ conſurgit principium quod. Minor ſubſumpta probatur, ex ſupra dictis diuinæ proceſsiones ſunt immediatè, & proximè per intellectum, & voluntatem; ergo ſi debent habere aliquod principium quo immediatum, & proximum, huiuſmodi principium quo immediatum, & proximum non poteſt eſſe aliud, quàm intellectus, & voluntas.

Principium quod non poteſt eſſe ſine principio quo.

Vbi datur principium, quod, datur principium quo.

20. Dices proceſsiones diuinas eſſe per intellectum, & voluntatem, non tanquam per potentiam productiuam, & principium quo; ſed tanquam per actualem productionem; nec in ordine ad diuinas proceſsiones dari aliquid ſe habens vt quo, præter actualem productionem; & in origine dicendum eſſet proceſsiones diuinas eſſe per intellectionem, & volitionem potiùs, quàm eſſe per intellectum, & voluntatem. Sed

contra

contra tranſeat, quod magis infrà §. 4. & 5. explicandum eſt, proceſsiones diuinas eſſe per intellectionem, & volitionem; imò eſſe intellectionem, & volitionem; non hinc ſequitur ipſas non eſſe per intellectum, & voluntatem; ipſas non habere intellectum, & voluntatem pro principio qno: imò cum, iuxta alibi dicta de actu primo intelligendi, & volendi intellectio, & volitio in dininis ſint ab intellectu, & voluntate, tanquam ab actu primo, tanqoam à potentia productiua, tanqoam à principio quo; conſeqnens eſt proceſſiones diuinas habere intellectum, & voluntatem pro principio quo, ſi ſunt intellectio, & volitio. Illud, quod dicebatnr in ordine ad dininas proceſſiones non dari aliquid ſe habens vt quo, præter actualem productionem eſt idem, ac dicere ipſas proceſſiones diuinas eſſe principium quo, & mediate quidem principium quo inter Perſonas producentes, & perſonas productas; at non inter Perſonas producentes, &

21\. **Proceſſiones diuinæ non poſſunt eſſe principium quo.**

productiones, ſeu proceſſiones. At hoc impugnatur, primò quia proceſſio, & productio concipitur ad modum alicuius tranſeontis, ad modum tendentiæ, & viæ; ratio aut principij quo concipitur ad modum alicuius fixi, permanentis, ſe tenentis ex parte principij quod, ergo Proceſſioni, & productioni malè tribuitur ratio principij quo. Secundò non tantum Perſonæ productæ, verum etiam proceſsiones, ſunt ab alio, & habent perſonas producentes pro principio quod, ergo etiam reſpectu ipſarum Proceſsionum debet aſsignari aliquod principium quo; non tantùm enim vbicumque datur principium quod, datur principium quo; ſed etiam reſpectu cuiuſcumque datur principium qnod, reſpectu eiuſdem datur principium quo.

22\. Dices inſuper vel proceſsiones diuinæ ſunt intellectio, & volitio; vel ſunt aliquid aliud ab intellectione, & volitione: non poteſt dici, quod ſint aliquid aliud ab intellectione, & volitione; qoia ſecùs non eſſent per intellectum, & voluntatem; ergo dicendum eſt, quod ſint intellectio, & volitio; at intellectio, & volitio in diuinis ſunt principium quo, ergo ipſæ proceſsiones diuinæ ſunt principium quo, ergo non datur in ordine ad dininas proceſsiones aliquod principium quo; alioqui vel diuinæ proceſsiones habent ſe ipſas pro principio quo, vel daretur vnum principium quo reſpectu alterius principij quo, & ſic poſſet in infinitum procedi. Porrò intellectionem, & volitionem in diuinis eſſe principium quo ſic probatur: Intellectus, & voluntas in diuinis non poſſunt eſſe principium quo, niſi quatenùs ſunt in actu ſecundo intellectionis, & volitionis, ergo non ſunt principium quo quatenùs dicunt potentiam, & actum primum; ſed quatenùs dicunt actum ſecundum intellectionis, & volitionis, adeóque ratio principij quo conuenit formaliter ipſi intellectioni, & volitioni. Sed contra dico intellectionem, & volitionem in diuinis eſſe ſub diuerſa ratione proceſsiones, & principium quo proceſsionum; ſeu proceſsiones eſſe ſub diuerſa ratione principinm quo proceſsionum; proceſsiones ſcilicet ſumptas actiuè eſſe principium quo in ordine ad proceſsiones ſumptas paſsiuè; intellectum ſcilicet, & voluntatem, intellectionem, & volitionem ſe tenentes ex parte Perſonæ producentis eſſe principium quo in ordine ad intellectum, & voluntatem, intellectionem, & volitionem ſe tenentes ex parte Perſonæ productæ. Pro cuius plenioti notitia ſit 23.

---

§. III.

An, & quomodo Proceſſiones diuinæ habeant Intellectionem, & volitionem pro principio?

ASSERTVM: Proceſsiones diuinæ habent intellectionem, & volitionem pro principio quo, & ſimul ſunt ſub diuerſa conſideratione intellectio, & volitio: ſeu quod idem eſt intellectio, & volitio in diuinis ſimul ſunt ſub diuerſa conſideratione proceſsiones, & principia quo Proceſsionum ſubintellige immediata, & proxima. Ita Marchinus *quæſt.* 27. *diſp.* 5. cum Theologis Italis vt ipſe loquitur contra Torres *quæſt.* 27. *art.* 5. Bañes, & Zamel *ibidem* volentes intellectionem, & volitionem diuinas eſſe ipſas proceſsiones præcisè, nullatenus eſſe principia qno. Item contra Suarez *lib.* 1. *de Trinitate*, *cap.* 8. alioſque nonnullos volentes ex oppoſito intellectionem, & volitionem diuinas eſſe principium quo proceſsionum, nullatenus eſſe ipſas proceſsiones. 24.

Intellectio, & notitio in diuinis ſunt ſimul proceſſiones, & principia quo proceſſionum.

Probatur, & explicatur aſſertum ex vna parte nulla apparet repunantia in eo, quod idem in diuinis ſit ſub diuerſa ratione, Proceſsio, & principium quo Proceſsionis: Ex alia parte apparet neceſsitas tribuendi intellectioni, & volitiooi in diuinis, tùm eſſe Proceſsionis, tùm eſſe principia quo Proceſsionum, ergo verè intellectio, & volitio in diuinis ſimul ſunt ſub diuerſa conſideratione proceſsiones, & principia quò proceſsionum; ſeù quod idem eſt Proceſsiones diuinæ habent intellectionem, & volitionem pro principio quo, & ſimul ſunt, &c. Probatur antecedens qnoad primam partem. Non poteſt apparere maior repugnantia in eo, quod idem ſit proceſſio, & principium quo Proceſsionis, quàm in eo, quod ſit terminus procedens, & principium à qno procedit, ſed hoc in diuinis non repugnat; quia idem intellectus, vt eſt in Patre eſt principium, vt eſt in Filio eſt terminus; vt eſt in Patre præcedit ſe ipſum vt exiſtentem in Filio; ergo neque. 25.

Probatur nullam in hoc eſſe repugnantiã.

repugnat, quod idem ſit proceſſio, & prin-
cipium; quod eadem intellectio vt eſt in
Patre ſit principium, vt eſt in filio ſit Pro-
ceſſio; vt eſt in Patre præcedat ſe ipſam,
vt exiſtentem in Filio. Apparet aliquod ve-
ſtigium huius non repugnantiæ etiam in
creatis; vbi actio, & paſſio idem ſunt, &
tamen actio ſe tenet ex parte principij,
paſſio ex parte termini: Maius eſt eiuſdem
non repugnantiæ veſtigium in Chriſto Do-
mino, qui, iuxta ſententiam valdè pro-
babilem à nobis etiam ſuo loco tradcn-
dam, ſe ipſum in hoſtia reproducit, adeó-
que eſt ſimul principium, & terminus;
multò magis igitur in diuinis poterit res
eadem eſſe principium, & proceſſio. Pro-
batur illud primum Antecedens quoad ſe-
cundam partem, & quidem quòd intelle-
ctio, & volitio in diuinis ſint Principia
quo proceſſionum probatur, tùm ex eo,
quòd intellectus, & voluntas in diuinis
non poſſunt exercere rationem principij
quo ſi conſiderentur nudè, & niſi conſi-
derentur in actu, adeóque non poſſunt
exercere rationem principij quo, niſi ſi-
mul cum intellectione, & volitione: tùm
ex diſcrimine, quod intercedit inter pro-
ductionem verbi creati, & increati. Ver-
bum enim creatum producitur ea indi-
gentia intellectionis, ideò non poteſt in-
tellectionem ſupponere tanquam princi-
pium quo; at Verbum increatum produ-
citur ex fœcunditate naturæ, non ea in-
digentia intellectionis; ideò poteſt intel-
lectionem ſupponere, & habere ipſam pro
27. principio quo. Rurſùs in nobis per pro-
ductionem Verbi intellectus deducitur ab
actu primo ad ſecundum, ideò actus ſe-
cundus in nobis poteſt tantùm habere ra-
tionem viæ, & productionis, non ratio-
nem principij quo reſpectu verbi: at in
Deo intellectus eſt per ſe ipſum in actu ſe-
cundo etiam ſine verbo, ideò poteſt eſſe
reſpectu verbi non tantùm via, & pro-
ductio, verùm etiam principium quo in ſe
ipſo, vt ita dicam, fixum, & permanens
præciſum à verbo. Quòd verò intellectio,
& volitio in diuinis ſint etiam proceſſio-
nes, probatur ex eo, quòd, vbi datur
aliquid procedens, non poteſt negari pro-
ceſſio, & vbi quod procedit eſt Verbum,
& Amor; proceſſio non poteſt eſſe, niſi
actus intellectus, & voluntatis; nec aliud
in præſenti intelligimus nomine intelle-
ctionis, & volitionis, & abſtrahimus pro
nunc ab eo, quòd actus, quo verbum pro-
ducitur, & procedit debeat vocari dictio
potiùs, quàm intellectio.

Huius non repugnantiæ datur aliquod veſtigium in creatis.

Cur intellectio creata ſit tantùm productio, non verò principium verbi, ſecùs intellectio diuina.

Dices, cum *in §. ſuperiori* aſſertum ſit
intellectum, & voluntatem eſſe princi-
pium quo immediatum, & proximum di-
uinarum proceſſionum, parùm cohæren-
ter in præſenti aſſeri, tanquam princi-
pium quo earundem intellectionem, &
volitionem. Enimverò comparando intel-
lectum, & intellectionem, voluntatem,
& volitionem, ad eandem rem, neceſſe eſt,
quòd inter intellectum, & talem rem,
voluntatem, & talem rem, mediet intel-
lectio, & volitio, adeóque quod intelle-
ctus, & voluntas, ad talem rem non ſe
28. habeant immediatè: Deinde diuina eſſen-
tia à nobis aſtruitur reſpectu proceſſio-
num principium mediatum, & remotum;
quia inter diuinam eſſentiam, & proceſ-
ſiones, mediant intellectus, & voluntas ab
ipſa eſſentia profluentes; ergo etiam intel-
lectus, & voluntas eſſent reſpectu proceſ-
ſionum principium mediatum, & remo-
tum, ſi mediaret intellectio, & volitio
profluentes ab intellectu, & voluntate.
Sed contra inter intellectum, & proceſſio-
nes, mediant quidem intellectio, & voli-
tio in ratione entis, at non mediant in ra-
tione principij; ideò reſpectu proceſſio-
num intellectus, & voluntas ſunt princi-
pium quo immediatum, & proximum;
æquè, ac intellectio, & volitio. Non me-
diant inqnam intellectio, & volitio in ra-
tione principij, quia in ordine ad diuinas
proceſſiones datur in intellectu, & volun-
tate diuinis ſufficiens ratio principij inde-
pendenter ab intellectione, & volitione.
Hæ propterea prærequiruntur ad proceſ-
ſiones ea perfectione diuini intellectus di-
uinæque voluntatis exigentium ſemper eſſe
in actu ſecundo; non ex inſufficienti ra-
tione principij in iiſdem intellectu, & vo-
luntate. Ex quo patet diſparitas ad illud,
quod additur de diuina eſſentia; inter hanc
enim, & proceſſiones, mediant intelle-
ctus, & voluntas in ratione principij; nec
diuina eſſentia habet ea ſe in ordine ad
proceſſiones rationem principij ſufficientis,
ſeu ſufficienter determinati independenter
29. ab intellectu, & voluntate. Ad explican-
dum quomodo intellectus, & intellectio,
voluntas, & volitio ſint in diuinis princi-
pium quo æquè immediatum; adeò vt in-
tellectio, & volitio, licet ſint principia
proceſſionum, non ſint immediatiora in ra-
tione principij, quàm intellectus, & vo-
luntas, & in ratione entis medient non in
ratione principij; afferri poteſt paritas
Perſonarum Patris, & Filij in ordine ad
Spiritum Sanctum; quamvis enim in ra-
tione Perſonæ Filius mediet inter Patrem,
& Spiritum Sanctom, non mediat tamen
in ratione principij, nec Filins eſt Spiritus
Sancti principium immediatius, quàm Pa-
ter; licet ſit Spiritui Sancto immediatior,
quàm Pater entitatiuè, & in ratione Per-
ſonæ.

Intellectus, & voluntas in diuinis ſunt principia proceſſionũ æquè immediata, ac intellectio, & volitio.

§. IV.

§. IV.

Vtrùm intellectio, & volitio, quæ ſint proceſſiones, & principia proceſſionum ſunt intellectio, & volitio eſſentialis?

30. *Proceſſiones, & principia proceſſionum non ſunt intellectio, & volitio eſſentiales præciſè conſideratæ.*

ASSERTVM: Intellectio, & volitio, quæ ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum in diuinis non ſunt intellectio, & volitio eſſentiales purè, & ſecundùm ſe præciſè conſideratæ. Colligitur ex Diuo Thoma 1. *parte, quæſt.* 34. *art.* 1. *ad* 3. *& quæſt.* 37. *art.* 1. traditur ab aliis Theologis communiter: quamvis deinde hi diuiſi ſint in aſſignando quid addant actus, qui ſunt proceſsiones, & principia proceſſionum ſuper intellectionem, & volitionem eſſentiales ſecundùm ſe præciſè conſideratas: vt patebit *ex ſequenti* §. Solùm videtur huic aſſerto aduerſari Gabriel *in* 1. *diſt.* 7. *quæſt.* 1. ſi ſaui à capo.

31. Probatur Proceſſiones, & principia proceſſionum in diuinis non ſont quid commune omnibus diuinis Perſonis, ſed intellectio, & volitio eſſentiales purè, & ſecundùm ſe præciſè conſideratæ, ſunt quid commune omnibus diuinis perſonis; ergo proceſſiones, & principia proceſſionum non ſunt intellectio, & volitio eſſentiales purè, & ſecondùm ſe præciſè conſideratæ. Maior patet, quia nec generare, & ſpirare; nec eſſe principium generandi, & ſpirandi, commune eſt omnibus diuinis Perſonis, alioqui quælibet Perſona diuina eſſet Pater, quælibet eſſet Spirator, Filius ſe ipſum generaret, Spiritus Sanctus ſe ipſum ſpiraret, &c. Minor facilè probatur, quia omnia eſſentialia in diuinis ſecundùm ſe præciſè conſiderata communia ſunt, & ideò eſſentialia dicuntur, quia eſſentiam conſequuntur, & omnibus Perſonis communia ſunt, ſicuti eſt communis eſſentia. Hoc eodem argumento probatur nec intellectum eſſentialem, nec voluntatem eſſentialem ſecundùm ſe præciſè conſiderata; nec item eſſentiam diuinam ſecundùm ſe præciſè conſideratam eſſe principium diuinarum proceſsionum, cum hæc omnia communia ſint omnibus diuinis Perſonis, non minùs, quàm eſſentialis intellectio, & eſſentialis volitio.

Eademque ratione non ſunt intellectus, & voluntas eſſentiales.

32. Hinc habes Durandum *ſuperioribus* §§. relatum parùm efficaciter probare, quòd diuinæ proceſsiones non ſint per intellectum, & voluntatem; & parùm cohærenter aſſerere ipſas eſſe immediatè & proximè à diuina natura. Primum parùm efficaciter probat, quia dùm ex eo quod intellectus, & voluntas, intellectio, & volitio conueniant omnibus diuinis Perſonis infert diuinas proceſsiones non eſſe per intellectum, & voluntatem; per intellectionem, & volitionem, militat tamen illatio circa intellectum, & voluntatem; intellectionem, & volitionem ſecundùm ſe præciſè conſiderata; quia tantùm ratione omnibus diuinis Perſonis conueniunt: non contra eadem conſiderata cum aliquo addito, quod non in omnibus Perſonis reperiatur; & ratione cuius non omnibus diuinis Perſonis conueniant. Secundum parum cohærenter aſſerit, quia non minùs omnibus Perſonis communis eſt, non minus omnibus Perſonis conuenit diuina eſſentia, quàm intellectus, & voluntas; intellectio, & volitio; ergo negando proceſsiones eſſe per intellectum, & voluntatem; quia intellectus, & voluntas omnibus Perſonis conueniant, parùm cohærenter aſſerit eaſdem proceſsiones eſſe per diuinam eſſentiam; cum etiam diuina eſſentia omnibus Perſonis conueniat.

Durandus ſibi non cohæret

§. V.

Quid addant actus, qui ſunt Proceſsiones, & principia proceſſionum, ſupra intellectionem, & volitionem eſſentiales ſecundùm ſe præciſè conſideratas?

33. *Actus intellectus, & voluntatis, qui ſunt proceſſiones non differūt in ſua linea ab actibus, qui ſunt intellectio, & volitio eſſentialis.*

ASSERTVM I. Actus, qui ſunt proceſsiones, & principia proceſsionum non addunt ſupra intellectionem, & volitionem eſſentiales, aliquid ſpectans ad lineam intelligendi, & volendi; nec illi ſunt actus intellectus, & voluntatis diuerſi ab intellectione, & volitione eſſentialibus. Colligitur ex Diuo Thoma *prima parte, quæſt.* 27. *art.* 1. 3. *&* 5. & traditur à Ioan. à S. Thoma *quæſt.* 27. *diſp.* 12. *art.* 5. *num.* 25. Syluio *eodem art.* 5. *ad* 4. Arriaga *diſp.* 44. *ſect.* 3. Lugo *lib.* 2. *diſp.* 1. *cap.* 4. Marchino *quæſt.* 27. *diſp.* 3. Auerſa *quæſt.* 27. *ſect.* 5. aliiſque Theologis magis communiter contra Scotum *in* 1. *diſt.* 2. *quæſt.* 7. §. *ad ſecundum dubium, & quodlib.* 14. §. *hîc intelligendum.* Primo enim loco diſtinguit Scotus intelligere, & dicere, tanquam duos actus intellectus. Secundo loco diſtinguit amare ſimpliciter, & amare productiuum, tanquam duos actus voluntatis; docet conſequenter actus, qui ſunt proceſsiones, & principia proceſsionum, eſſe dicere, & amare productiuum; & eſſe diuerſos in linea intelligendi, & volendi ab actibus intellectionis, & volitionis eſſentialium, ſeu ab intelligere, & amare simplici. Item contra Henricum *quodlib.* 6. *quæſt.* 1. *& in ſumma quæſt.* 54. diſtinguit enim hic auctor in nobis duplicem intellectionem, & duplicem volitionem; vnam, ad quam intellectus, & voluntas ſe habent merè paſsiuè: alteram, ad quam ſe habent actiuè. Illam vocat directam, remiſſam, non productiuam termini; iſtam reflexam feruentem, & productiuam termini;

Intellectio, & volitio duplex tum

in nobis tum in Deo iuxta Henricum.

termini. Eodem ferè modo diſtinguit duplicem intellectionem & dupliccm volitionem in Deo directam, quaſi paſſiuam, & non productiuam termini; hos actus dicit eſſe intellectionem, & volitionem eſſentiales: reflexam, actiuam, & productiuam termini, hos actus dicit eſſe diuinas proceſſiones. Videtur etiam hoc aſſertum eſſe contra Valentiam *prima parte, diſputat. a. quaſtione* 1 *punct.* 3. vbi diuinam intellectionem, & diuinam volitionem diuidit in abſolutam, & reſpectiuam, verùm non ſatis explicat, vtrùm velit intellectionem, & volitionem reſpectiuam differre ab abſoluta in linea intelligendi, & volendi; an tantùm per relationem annexam, quod ſecundum ſi intendat, vt magis videtur intendere, poſito aſſerto non aduerſatur. Verùm quidquid ſit de hoc

34. Probatur aſſertum primò in vniuerſum: non dantur in diuinis actus intellectus, & voluntatis diuerſi in linea intelligendi, & volendi ab intellectione, & volitione eſſentialibus; ergo actus, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum non addunt &c.

Intelligere, & velle Dei vnicum eſt, ac ſimplex.

Probatur antecedens primò ex D. Thoma *prima parte, quaſt.* 27. *art.* 5. *ad* 3. *Deus vno ſimplici actu omnia intelligit, & ſimiliter omnia vult: de potentia quaſt.* 9 *art.* 9. *in C. Non eſt in Deo, niſi vnum ſimplex intelligere, & vnum ſimplex velle; quia intelligendo eſſentiam ſuam intelligit omnia, & volendo bonitatem ſuam vult omnia, qua vult.* Ergo non dantur in diuinis actus intellectus, & voluntatis diuerſi &c. Probatur idem antecedens ſecundò. Non datur in diuinis intellectus diuerſus, & voluntas diuerſa ab intellectu, & voluntate eſſentialibus, ergo neque actus intellectus, & voluntatis diuerſi in linea intelligendi, & volendi &c. Probatur hæc conſequentia actus ſecundi ad intra in Deo non poſſunt non adæquari ſuis actibus primis, alioqui actus primi eſſent perfectiores, & ſimpliciores ſecundis, ſed eo ipſo, quòd actus ſecundi adæquentur primis, nequeunt eſſe plures actus ſecundi, quàm primi; nequeunt inter ſe diuerſificari actus ſecundi, ſi non diuerſificantur primi; nequeunt diuerſificari actus intelligendi, & volendi, ſi non diuerſificantur intellectus, & voluntas.

35. Dices non obſtante ſimplicitate actus, quo Deus intelligit, & vult: non obſtante item vnicitate intellectus, & voluntatis, aſſignantur plures actus intellectus, & voluntatis inter ſe virtualiter diſtincti in linea intelligendi, & volendi, vt patet ex diuiſionibus ſcientiæ & volitionis aſſignatis *tractat. ſuperiore lib.* 3. *cap.* 6. *& lib.* 4. *cap.* 5. ergo iiſdem non obſtantibus aſſignari poterunt ſaltem, tanquam virtualiter diuerſi in linea intelligendi, & volendi actus intellectus, & voluntatis, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum ab actibus, qui ſunt intellectio, & volitio eſſentialis.

36. Sed contra poſſumus quidem non obſtante ſimplicitate diuini actus, & vnicitate diuini intellectus (quòd valet proportionaliter de voluntate, eiuſque actu) diſtinguere virtualiter plures intellectiones inadæquatas, & partiales in ordine ad diuerſa obiecta partialia; qua ratione diſtinguimus ſcientiam ſimplicis intelligentiæ à ſcientia viſionis, ſcientiam liberam à ſcientia neceſſaria &c. at non poſſumus hoc modo diſtinguere plures intellectiones adæquatas, & totales in ordine ad obiectum totale diuini intellectus; ſi autem proceſsio per intellectum, & intellectio eſſentialis diſtinguerentur in linea intelligendi, & tanquam duo actus intellectus, diſtinguerentur tanquam duo actus adæquati, & attingentes adæquatum obiectum diuini intellectus; nam nec proceſſio per intellectum poteſt eſſe actus inadæquatus intellectus diuini, alioqui Verbum diuinum eſſet inadæquatum, & diminutum; & aperiretur aditus ponendi in diuinis plura verba; nec item intellectio eſſentialis poteſt eſſe actus inadæquatus; alioqui Filius, & Spiritus Sanctus habentes ſolam intellectionem eſſentialem, haberent actum inadæquatum, nec attingerent obiectum adæquatum, & totale diuini intellectus.

In intellectu, & volũtate Dei poſſunt virtualiter diſtingui plures actus inadæquati, nõ plures adæquati.

Probatur ſecundò: Intellectio eſſentialis attingit omne verum omni modo, quo attingibile eſt, (quod valet proportionaliter de volitione eſſentiali in ordine ad bonum) ergo non eſt dabilis alius actus intellectus, qui in linea intelligendi ſit diuerſus ab intellectione eſſentiali, & conſequenter actus intellectus; per quem procedit Verbum, non eſt in linea intelligendi diuerſus ab intellectione eſſentiali: eodemque modo actus voluntatis per quem procedit Spiritus Sanctus, non eſt in linea volendi diuerſus à volitione eſſentiali; Antecedens patet, quia intellectio eſſentialis, ſi aut non attingeret omne verum, aut non attingeret omni modo, quo attingibile eſt, non eſſet ſimpliciter infinita, nec ex ſe tribueret Deo omnem intelligendi perfectionem; conſequentia probatur: non poteſt vnus actus eiuſdem intellectus eſſe diuerſus, & diſtinctus ab alio in linea intelligendi, niſi aut diuerſum obiectum, aut idem obiectum diuerſo modo attingat, præſertim loquendo in ſubiecta materia de intellectu diuino, in quo circa idem obiectum, neque etiam virtualiter poſſunt diſtingui actus ſolo numero diuerſi *ex dictis tract. ſuperiore lib.* 3. *capit.* a. §. 3. 37.

Intellectio eſſentialis Dei attingit omne verũ omni modo quo attingibile eſt.

Probatur tertiò ſpecialiter contra Scotum intelligere, & dicere; Amare, & ſpirare, non ſunt actus diuerſi in linea intelligendi, & volendi; ſed per dicere, & ſpirare importantur actus, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum; per intelligere, & amare importantur intellectio eſſentialis, & volitio eſſentialis; ergo actus, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum, non ſunt actus intellectus, & voluntatis diuerſi ab intellectione, & volitione eſſentiali. Maior probatur: dicere vt ſupponitur in præſenti eſt proferre verbum mentale, ſeu eſt producere terminum repræſentatiuum. 38.

Dicere prout ſpectat ad intellectum

Quid, & quomodo differat ab intelligere.

præſentatiuum, & expreſſiuum rei intellectæ; at hoc habetur per ipſum intelligere, ſeu per actionem intellectiuam; ergo intelligere, & dicere non ſunt actus diuerſi in linea intelligendi. Minor probatur: Terminus repræſentatiuus, & expreſſiuus rei intellectæ, & in eſſe iotellecto, eſt idem ac terminus, in quo reluceat rei intellectio: ab intellectione enim res habet eſſe intellectum, ſicuti à viſione viſum, à relatione relatum; at terminus, in quo relucear rei intellectio non poteſt alia actione meliùs produci, quàm intellectione ipſâ, ſeu actione intellectiuâ; ergo vete dicere habetur per iotelligere, ſeu per actionem intellectiuam; nec addit intellectui nouum actum diuerſum ab intellectione, ſed ponit in intellectu nouum terminum productum per eundem actum intellectionis.

39. Dices: Intelligere haber pro obiecto præcisè rem intellectam, ergo actus habens pro obiecto verbum productum eſt in lineâ iotelligendi diuerſus ab intelligere, adeóque dictio eſt actus diuerſus ab intellectione. Conſequentia patet; quia ex diuerſitate obiectorum arguitur diuerſitas actuum, cum igitur res intellecta, & verbum productum, ſint obiecta diuerſa, & ambo ſpectent ad lineam intelligendi inferent actus diuerſos, & actus intellectionis eendens io rem intellectam erit diuerſus ab actu dictionis tendente in rem productam. Antecedens probatur: tùm quia in attingentia vitali rei intellectæ habetur totum id, quod eſſentialiter requiritur ad intelligere; tùm quia intelligere eſt operatio immaneos; operationes autem immanentes, ex Ariſtotele 9. *Metaph. text.* 16. ſunt steriles, adeóque nihil producunt, nec habent pro obiecto aliquid à ſe productom.

40. Sed contra: Intelligere ſecundùm ſe abſtrahit ab eo, quod vel reſpiciat præcisè rem intellectam, vel reſpiciat rem intellectam, & terminum productum: dicere reſpicit eſſentialiter, & tem intellectam, & terminum productum; reſpicit ſcilicet verbum productum, tanquam terminum intermedium; reſpicit rem intellectam, tanquam terminum vltimum, & cum dicere etiam per aduerſarios ſit actus intellectus, impoſſibile eſt, quod non tendat in obiectum intellectus, ſeu in rem aliquam intellectam; deficit propterea inſtantia in eo, quod ſupponit dictionem præcisè terminari ad verbum productum, ex quo malè infert habere obiectum adæquatè diuerſum ab intellectione, cum tamen re vera obiectum vltimatum, & ſpecificatiuum dictionis ſit res intellecta, quamvis deinde reſpiciat etiam verbum productum, vnde dictio eſt actos intellectionis cum aliquo addito, at non eſt actus diuerſus ab actu intellectionis. Ad illud, quod affertur ex Ariſtotele (præterquàm quòd, ſi aliquid probat, nimis probat, probat ſcilicet etiam dictiooem debere eſſe ſterilem, & nullius termini productiuam; cum per ipſoſmet aduerſarios etiam dictio ſit actus intellectus, & operatio immanens) dico operationes immanentes, vel dici ſteriles permiſſiuè quatenùs poſſunt eſſe ſine termino producto; non poſitiuè quatenus poſitiuè excludant termini productionem; vel dici ſteriles in ordine ad terminom ſenſibilem, & ad extra, non in ordine ad terminum inſenſibilem, & ad intra.

Dicere eſt actus intellectionis cū addito, non eſt actus alius ab intellectione.

Operationes immanentes quomodo ſint ſteriles.

41. Ex vtraque hac explicatione patet obiter malè Durandum allatâ Ariſtotelis auctoritate vti ad probandum diuinas proceſſiones non eſſe per intellectum, & voluntatem. Accedit quod quando etiam abſolutè concederentur ſteriles operationes immanentes io creatis, non ſufficienter inferret Durandus debere eaſdem operationes ſterileſcere in Deo; alioqui ex eo, quod in creatis ſubſtantia, ſeu natura ſpiritualis, ſit ſterilis in ordine ad producendum ſibi ſimilem, inferretur ad hominem contra ipſum debere eodem modo ſterileſcere in naturam, quæ ſpiritualis eſt, in Deo.

42. Probatur quartò ſpecialiter contra Henricum: Non datur in nobis, & multò minùs in Deo intellectio, ad quam intellectus merè paſſiuè ſe habeat, ergo malè Henricus aſſignat duplicem intellectionem; alteram paſſiuam non productiuam termini; alteram actiuam, & productiuam termini. Antecedens probatur, qoia intellectus non poteſt habere intellectionem, niſi viuat, nec poteſt viuere, oiſi agat. Item quia ſi eſſet dabilis intellectio, ad quam intellectus merè paſſiuè ſe haberet, non appareret ratio, cur non poſſet intellectus habere iotellectionem productam ab extrinſeco. Confirmatur: Intellectio paſſiua, & remiſſa, ſi eſſet dabilis, eſſet imperfectior, & inferioris cooditionis ad intellectionem actiuam, & feruentem, adeóque eſſet omninò excludenda à Deo, & malè omniuò ſonaret ponere in Filio, & Spiritu Sancto ſolam intellectionem paſſiuam, & remiſſam. Idem prorſus argumentum formari poteſt circa volitionem.

Intellectio malè diuiditur in actiuā, & paſſiuam.

43. Assertum II. Actus, qui ſont proceſſiones, & principia proceſſionum, addunt ſuper intellectionem, & volitionem eſſentiales, ſolam relationem propriam perſonæ producentis, ſeu ſunt ipſamet intellectio, & volitio eſſentialis, vt affectæ ſpeciali relatione Perſonæ producentis. Hoc aſſertum eoſdem habet aduerſarios eoſdemque Patronos, quos aſſertum ſuperius, & licèt Marchinus *diſp.* 4. *prop.* 2. ponat intellectionem notionalem, ſeu iotellectionem, quæ eſt proceſſio, addere intellectioni eſſentiali rationem eſſendi à ſe, nihilominus, quia ratio eſſendi à ſe, vt eſt propria Patris; non poteſt eſſe aliud, quàm innaſcibilitas, ſeu ratio ingeniti, & hæc non importat aliquod poſitiuum diſtinctum à Paternitate, vt tradetur infra *lib. ſeq. cap.* 2. §. 5. idem prorſus in re eſt ponere additum rationis eſſendi à ſe, ac ponere additum Paternitatis, & ſi quæ eſt diuerſitas tota reducitur ad modum loquendi.

Actus intellectus, & voluntatis, qui ſūt proceſſiones addunt intellectioni, & volitioni eſſentialibus ſolam relationem Perſonæ producentis.

Actus, in quibus conſiſtunt diuinæ proceſſiones, quas conditiones requirant.

Probatur: Actus, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionnm duo potiſſimùm requirunt. Primum eſt, quod ſint actus intellectus, & voluntatis; vt ſic ſaluetur diuinas proceſſiones eſſe per intellectum, & voluntatem. Secundum eſt, quod non ſint communes omnibus diuinis Perſonis, vt ſic ſaluetur tantùm Patrem, non quamlibet Perſonam produecere Filium; tantùm Patrem, & Filium, non quamlibet Perſonam prodocere Spiritum Sanctum; ſed hæc duo optimè conueniunt intellectioni, & volitioni eſſentiali, vt affectæ ſpeciali relatione Perſonæ producentis: nec poſſunt aut alicui alij actui, aut intellectioni, & volitioni aliter conſideratæ conuenitte; ergo actus, qui ſunt proceſſiones, & principia proceſſionum addunt, &c. Probatur minor quoad primam partem: Intellectio eſſentialis eſt actus intellectus, volitio eſſentialis eſt actus voluntatis, vt per ſe patet; vtraque vt affecta ſpeciali relatione Perſonæ producentis conuenit illi ſoli Perſonæ, in qua reperitur talis ſpecialis relatio; ergo illa duo optimè conueniunt intellectioni, & volitioni vt effectæ ſpeciali relatione Perſonæ producentis. Probatur minor quoad ſecundam partem: Non eſt dabilis in Deo actus intellectus, & voluntatis, qui non ſit intellectio, & volitio eſſentialis, vt habetur ex ſuperiore aſſerto; nec intellectio, & volitio eſſentialis aliunde, quàm à relatione habere poteſt, quod non ſit communis omnibus Perſonis; cum ſola prædicata relatiua in diuinis communia non ſint, ergo illa duo non poſſunt conuenire, aut alicui alij actui, aut intellectioni, & volitioni eſſentiali aliter conſideratæ.

44. Intellectio notionalis, dictio, & proceſſio actiua Verbi ſunt ſynonyma.

Ex his habes primò intellectionem notionalem, dictionem, & proceſſionem actiuam, qua Verbum producitur, eſſe ſynonyma in diuinis, & importare vnum, eundemque actum intellectus; vnam, eandemque intellectionem eſſentialem vt affectam ſpeciali relatione Perſonæ producentis; vt affectam ſcilicet relatione Paternitatis: Item dilectionem notionalem, ſpirationem, & proceſſionem actiuam, qua procedit Spiritus Sanctus, eſſe ſynonyma, & importare vnum, eundemque actum voluntatis, vnam eandemque volitionem eſsentialem, vt affectam ſpeciali relatione Perſonæ producentis; vt affectam ſcilicet relatione ſpiratoris ſibi identificante relationem tùm Paternitatis, tùm filiationis.

45. Dictio ab intellectione neque etiam ratione ratiocinata adæquatè diſtinguitur.

Habes ſecundò, Intellectionem notionalem, ſeu dictionem ab intellectione eſſentiali (eadem eſt ratio de dilectione notionali, ſeu ſpiratione comparata ad dilectionem, volitionemve eſſentialem) neque etiam virtualiter, aut ratione ratiocinatâ cum fundamento diſtingui diſtinctione adæquata. Enimverò etiam procedendo virtualiter, & ratione ratiocinata intellectio notionalis includit intellectionem eſsentialem, cum nihil aliud ſit, quàm ipſa intellectio eſsentialis, vt reſpiciens non tantùm obiectum, verùm etiam terminum productum, ſeu vt affecta relatione Perſonæ producentia ad Verbum productum; Intellectio igitur notionalis etiam loquendo virtualiter, & ratione ratiocinatâ ſe habet ad intellectionem eſsentialem, tanquam includens ad incluſum, tanquam totum ad partem; & cum diſtinctio includentis ab incluſo, totius à parte, ſit ex genere ſuo inadæquata, conſequens eſt intellectionem notionalem, etiam loquendo virtualiter, & ratione ratiocinatâ, diſtinctione tantùm inadæquata diſtingui ab intellectione eſsentiali.

Sed tantùm inadæquate, tanquam includens ab incluſo.

46.

Habes tertiò ex parte principij quo diuinarum proceſſionum neceſsariò importari aliquid relatiuum; ſeu Principium quo diuinarum Proceſſionum neceſſariò requirere relationem. Difficultas modò eſt, eaque, & grauis, & ſolennis: Vtrùm talis relatio requiratur tanquam principium, an tanquam pura conditio, ſine qua non habeatur principium. Docent relationem requiri tanquam principium, & habere veram rationem principij quo reſpectu diuinarum proceſſionum, D. Bonauentura *in* 1. *diſt.* 7. *artic.* 1. *quæſtion.* 2. Durandus *ibidem*, *quæſtion.* 2. *numer.* 29. De Quiros *tractat.* 7. *diſputation.* 40. *ſection.* 3. Longus *in ſumma*, *quæſtion.* 42. *artic.* 5. Amicus, Martinon, & alij nonnulli ſimpliciter tribuentes relationi totam rationem principij quo, eſsentiæ verò ſolam rationem conditionis. Docent inſuper relationem requiri tanquam principium quo, Henricus *quodlib.* 3. *quæſt.* 3. *& in ſumm. art.* 57. *quæſt.* 7. Valentia 1. *parte*, *diſp.* 2. *quæſt.* 15. *punct.* 2. Lugus *lib.* 2. *diſput.* 5. *cap.* 4. *num.* 16. Ruiz *diſp.* 100. *ſect.* 4. Ricardus, Albertus, Meratius, & alij nonnulli tribuentes relationi rationem principij quo inadæquati, conſtituentes ſcilicet ex relatione, & eſsentia principium quo adæquatum. Ad cuius ſententiæ auctores accedunt Albertinus *tom.* 2. *in prædicamento relationis corrol.* 11. *dubit.* 2. *num.* 6. Marchinus *quæſt.* 41. *diſp.* 52. *prop.* 3. docentes relationem integrare vnum principium cum diuina eſsentia, non influendo in terminum productum, ſed diſtinguendo à termino producto. Accedunt item nonnulli Recentiores, quibus adhæret Alarcon *diſp.* 6. *c.* 7. *n.* 15. hi diſtinguunt principium productiuum, & principium actiuè communicatiuum; illud tribuunt relationi, iſtud eſsentiæ. Docent è contra relationem nullatenus habere rationem principij quo, ſed ſolam eſsentiam eſse principium quo, requiri verò relationem præcisè vt conditionem Thomiſtæ cum D. Thoma 1. *p. q.* 41. *a.* 5. qui hoc idem docuit *in* 1. *diſt.* 7. *q.* 1. *a.* 2. *de potentia quæſt.* 2. *art.* 2. & alibi Scotiſtæ cum Scoto *in* 1. *diſt.* 7. *quæſt. unicâ* §. *ad quæſtionem igitur* Suarez *lib.* 6. *de Trinitate*, *cap.* 5. Molina 1. *parte*, *quæſt.* 41. *artic.* 5. Vaſquez *diſp.* 164. *cap.* 3. Arriaga *diſp.* 41. *ſect.* 6.

Herincx

Herinex *diſp.* 2. *quæſt.* 5. & alij recentiores magis communiter.

Huius difficultatis ſolutioni præmitto ipſant ſub variis terminis agitari. Nimitum vtrùm putentia generatiua in diuinia dicatur eſſentialiter, an notionaliter: Vtrùm potentia notionalis conſiſtat in relariuo, an in abſoluto: Vtrùm principium quo in diuinis ſit ſola eſſentia, an ſola relatio, an vtrumque. Præmitto inſuper tùm eos qui rationem principij quo tribuunt ſoli eſſentiæ, non relationi; tùm eos, qui tribuunt ſoli relationi, non eſſentiæ, ſaluare qoud diuinæ Perſonæ procedant per intellectum, & voluntatem. Primi enim eſſentiam ſumunt non pru natura præcisè, ſed pro quolibet prædicato eſſentiali, & dum dicunt ſolam eſſentiam eſſe principium quo intendunt excludere relationem tantum, non intellectum aut voluntatem. Secundi quamvis negeot eſſentiæ, intellectui & voluntati rationem principij, concedunt tamen ipſis rationem conditionis requiſitæ ex patre principij, ſicque dicunt relationem, qoæ eſt principium quo productiuum ſecundæ Perſonæ requirere tanquam conditionem eſſentiam, & intellectum: relationem, quæ eſt principium quo productiuum tertiæ Perſonæ requirere tanquam conditionem eſſentiam, & voluntatem, & hoc modo arbitrantur ſe ſufficienter ſaluare, quod ſecunda Perſona procedat per intellectum, tertia per voluntatem proximè, & immediatè, vtraque mediatè, & remotè per eſſentiam, ſeu per naturæ fœcunditatem; & dum communiter dicitur eſſentiam eſſe principium quo remotum, intellectum, & voluntatem eſſe principiom quo proximum, cenſent eſſe modum loquendi improprium, nec aliod ſignificate, quàm eſſentiam ſe tenere remotè ex parte principij quo, intellectum, & voluntatem ſe tenere proximè ex patre eiuſdem. His præmiſſis, vt controuerſiam ex profeſſo diſcutiamus, ſit

Eſſentiæ nomine in diuinis aliquando intelligitur quodlibet prædicatum abſolutum.

---

§. VI.

Vtrùm Relatio requiratur ex parte principij quo diuinarum proceſſionum tanquam principium, an tanquam pura conditio?

48. Relatio in diuinis non eſt principiũ quo adæquatum diuinarũ proceſſionum.

ASSERTVM I. Relatio non requiritur ex parte principij quo diuinarum Proceſſionum tanquam principium quo adæquatum, & totale, adeò vt eſſentia ſit pura conditio. Ita Thomiſtæ, Scotiſtæ, & maior pars Recentiorum contra Bonauenturam, Durandum, *& nonnullos recentiores*, vt retulimus *in calce § ſuperioris.*

Probatur primò eſſentia diuina (cuius nomine iuxta mox præmiſſa non venit natura præcisè, ſed ſimul cum natura venit tùm intellectus, tum voluntas) non poteſt eſſe in ordine ad diuinas proceſſiones pura conditio, ergo relatio non poteſt eſſe principium quo adæquatum, & totale: Antecedens probatur primo auctoritate ex Concilio Florentino *ſeſſ.* 18. vbi habetur *Patris Perſona ſuppoſitum eſt, atque generans, diuina verò natura generatiuum principium quo Pater Filium generat*: ex D. Damaſceno *lib.* 1. *fidei cap.* 8. *Generatio eſt opus naturæ non ſicut agentis.* (inquit D. Thomas *in* 1. *diſt.* 7. *q.* 1. *art.* 2. *in C.*) *ſed ſicut quo agitur*, ex Diuo Anſelmo *in opuſculo de Spiritu Sancto, cap.* 6. *Stultiſſimum eſt dicere Spiritum Sanctum eſſe de relatione, & capit.* 10. *niſi fortè quis dicat Spiritum Sanctum non procedere de Deitate Patris; ſed de Paternitate, nec per deitatem filij, ſed per filiationem, quæ opinio ſua ſe patenti fatuitate ſuffocat*: at hæ, & ſimiles auctoritates ægrè ſaluantur; ſi eſſentia dicatur eſſe pura conditio in ordine ad diuinas proceſſiones, ergo. Nec hiſce auctoritatibus ſufficienter æquiponderant verba, quæ in ſuę opinionis patrocinium afferunt aduerſarij ex D. Athanaſio *in Dialog. de Trinitate contra Anomæos* dicente *Patrem hypoſtaſi ſua gignere*, enimverò nomine hypoſtaſis Athanaſius (vt olim in vſu fuiſſe apud Græcos infrà dicetur *lib. ſeq. cap.* 2. *§.* 1.) intellexit eſſentiam, ſeu ſubſtantiam, non ſubſiſtentiam, & relationem. Magis videtur fauere aduerſariis Auguſtinus *de fide ad Petrum, capit.* 3. dicens *Generatio eſt opus paternæ proprietatis*: Nihilominus Auguſtinus nihil aliud intendit, quam generationem eſse opus potentiæ propriæ Patris, eſsentia autem vt connotans Paternitatem rectè dicitur potentia
propria Patris, ideò, &c. Idem primum an- 49.
tecedens probatur ſecundò ratione: Illud, quod ſe habet vt pura conditio ad alicuius rei productionem, ita ſe habet, vt in re producta nulla formalitas ipſi reſpondeat; at in diuinis Perſonis productis aliqua formalitas reſpondet diuinæ eſsentiæ, ergo diuina eſsentia in ordine ad productionem diuinarum Perſonarum non ſe habet, vt pura conditio; Maior patet inducendo per ea, quæ ſe habent vt conditiones; nec ex pluribus per ſe requiſitis ad aliquem effectum meliùs aliunde diſcernitur, quænam ſe habeant vt cauſæ, quænam vt conditiones, quàm conſiderando, quibuſnam correſpondeat in effectu aliqua formalitas, quibus non, Minor probatur, quia eſsentia ipſa perſonæ productæ eſt formalitas reſpondens eſsentiæ Perſonæ producentis, imò eſt eademmet eſſentia Perſonæ producentis: & in Perſona producta melius relucent prædicata eſsentialia, & abſoluta, quàm perſonalia, & relatiua Perſonæ producentis, ergo.

Diuina eſſentia reſpectu earundẽ non eſt pura conditio.

Modus diſcernendi cõditionem à cauſa.

Probatur ſecundò: Relatio in diuinis 50.
duplicitet conſideratur, vel vt referens vnam Perſonam ad aliam, vel vt diſtinguens vnam Perſonam ab alia; ſub neutra conſideratione poteſt eſse principium quo adæquatum diuinarum proceſſionum, ergo. Maior probatur: Relatio vt referens ſupponit, non ponit terminum

ad quem refert ; poſitis enim fundamento, & termino relatio conſurgit, & exercet munus referendi. Relatio vt diſtinguens eſt etiam conſtituens, adeóque ex relatione vt diſtinguente habetur in dioinis Perſona vltimò conſtituta, habetor principium quod, non principium quo ; ergo relatio neque vt referens, neque vt diſtinguens eſt principium quo adæquatum.

51. Dices : Non eſt contra rationem principij quo conſtitoere principium quod ; adéoque ex eo, quod relatio vt diſtinguens conſtituat principiom quod nou rectè inferri, quod relatio, vt diſtinguens non ſit principium quo : enimverò etiam natura conſtituit principium quod, com Perſona ſit conſtitutum ex natura, & perſonalitate, & tamen à nobis natura aſſeritur principium quo. Deinde videtur ſatis arbitrariè dictom, quod relstio in diuinis nequeat conſiderari, niſi vel vt referens, vel vt diſtinguens; facilè enim addi poteſt ex Valentia 1. *part. quæſt.* 15. *punct.* 2. §. *tertia aſſertio*, quòd conſiderari etiam debeat, vt vix quædam

52. Relatio vltimò conſtitutiua principij quod nou poteſt eſſe principium quo.

vltima producendi. Sed contra : Licèt ratio principij quo poſſit conſtituere principium quod, nou poteſt tameu ipſum conſtituere, vt ratio vltimò diſtinctiua ; illod enim, qnod eſt ratio vltimò diſtinctiua, eſt ratio diſconoenientiæ, non conuenientiæ cum termiuo prodocto, & tamen principium quo debet eſſe ratio conuenientiæ, vt patet diſcurrenti per principia qoo in ereatis ; ex eo igitur quòd in diuinis relatio conſtituat vltimo principium quod, & à quolibet alio diſtinguat, rectè infertur, quod uequeat eſſe priucipium qoo. Ad illud, quod additur, dico magis arbitrariè dici, quod relatio poſſit etiam conſiderari, vt vis quædam vltima produeendi ; cum hoc ipſiſſimum ſit in quæſtione, & donec aduerſarij oſtendant neceſſitatem tribueudi diuinæ relationi huiuſmodi vim, congruum ſit diuinas relationes conſiderare tantùm eo modo, quo ſolent conſiderari à Theulogis magis communiter. Porrò aduerſarios non oſtendere neceſſitatem tribuēdi vim illā diuinæ relationi patet à fortiori ex ſequentibus aſſertis.

53. Relatio in diuinis non eſt principiū quo inadæquatum diuinarū proceſſionum.

Assertvm II. Relatio non requiritur ex parte principij quo dioinarum proceſſionum, tanqoam principium qoo inadæquatum, & partiale ; adeò vt ex eſſentia, & relatione tanquam ex comprincipiis conſurgat vnum principium quo adæquatum, & totale. Ita Thomiſtæ, Scotiſtæ, & maior pars Recentiorum contra Henricum, Ricardom, Albertum, Valentiam, Lugum, alioſque nonnullos, vt retulimus *in calce §. ſuperioris.*

Probatur primò auctoritatibus, & rationibus allatis in probationem ſuperioris aſſerti, quæ ſi rectè perpendantur militant etiam pro aſſerto præſenti : & ſicuti ibi ex eo, quòd in termino producto reluceant formalitates reſpondentes eſſentiæ, inferebatur negari non poſſe eſſentiæ rationem principij ; ita hîc ex co, quod in termino producto nulla reluceat formalitas reſpondens relationi Perſonæ producentis inferendum eſt tali relationi nullam poſſe concedi rationem principij, neque etiam partialis, & inadæquati.

Dices, relucere in termino producto prædicatum, ſeu formalitatem diſtinctionis, & hanc non poſſe reſpondere, niſi relationi perſonæ producentis : ſicuti enim à 54.
propria relatione habet perſona producta, quod diſtinguatur à producente ; ita à propria relatione habet perſona producens, quod diſtinguatur à producta. Sed contra : eodem modo probaretur in qualibet productione creata indiuiduationem eſſe partiale principium quo ; per propriam enim indiuiduationem à quolibet alio diſtinguitur vltimò creatura producta, ſicuti per propriam indiuiduationē à quolibet alio diſtinguitor vltimò creatura producens. Diſtinctio igitur in termino eſt formalitas tantùm quoad nomen reſpondens diſtinctioni principij producentis, cæterùm quoad rem diſtinctio eſt ratio diſconuenientiæ, non conuenientiæ inter terminum productum, & principium producens.

Probatur ſecundò : Si relatio reqoiritur, 55.
tanquam principium quo inadæquatum, & partiale diuinarum proceſſionum, maximè quia principium quo, ſeu potentia producendi, debet diſtiugui à termino producto realiter ; quo modo diſtinguitur ſola relatio perſonæ producentis, non eſſentia ; ſed hæc ratio, ſi quid probat, oimis probat, ergo nihil probat. Minor probatur : Si priucipium quo in diuinis debet diſtingui realiter à termino producto, debet realiter diſtingui principium quo noo tantùm inadæquatum, verùm etiam adæquatum ; & conſequenter neceſſitas diſtinguendi principium quo à termiuo producto, ſi quid probat, nimia probat, nimirum ſi probat relationem eſſe principium quo inadæquatum, probat etiam eſſe principium adæquatum : ſi probat eſſentiam non poſſe eſſe principium adæquatum, probat neque poſſe eſſe principium inadæquatum. Enimverò ſi repugnat idem prodocere ſe ipſum, repugnat idem producere ſe ipſum non tantùm adæquatè, verùm etiam inadæquatè ; ſi de ratione formali realis principij eſt realis diſtinctio ; cum in principio etiam inadæquato ſaluetur formalis ratio principij, de ratione formali principij realis etiam inadæquati erit realis diſtinctio. Imò realis diſtinctio erit etiam de ratione formali conditionis ſe tenentis ex parte principij, quia conditio ſe tenens ex parte principij differt à principio tantùm ex eo, quòd non influat in rem productam, cæterùm ſicuti conuenit cum principio quoad prioritatem, ita videtur conuenire cum eodem quoad diſtinctionem ; ſicque allata ratio ſi quid probaret, probaret diuinam eſſentiam non tantùm non eſſe principium quo inadæquatum diuinarum proceſſionum, quod eſt nimis probare contra præſens aſſertum ; verùm etiam probaret diuinam eſſentiam non poſſe reſpecto earumdem eſſe conditionem ſe tenentem ex

Si principiū adæquatum requirit diſtinctionem, eandem requirit principium inadæquatum, imò, & conditio

ex parte principij; quod eſt nimis probare contra aſſertum ſuperius.

56. ASSERTVM III. Relatio ſe tenet ex parte principij quo diuinarum proceſſionum, tanquam pura conditio, & principium quo adæquatum eſt eſſentia, cuius nomine iuxta præmiſſa *in ſuperiori §. & fuſius tradita* §§. 3. & 4. venit in præſenti natura diuina, & intellectus reſpectu proceſſionis Verbi; natura diuina, & voluntas reſpectu proceſſionis Spiritus Sancti. Ita *Thomiſtæ Scotiſtæ, & maior pars recentiorum*, contra Auctores aduerſantes duobus præcedentibus aſſertis.

Relatio ſe tenet ex parte principij quo, tãquam pura conditio in diuinis.

Probatur: Relatio iuxta hucuſque dicta neceſſariò requiritur ex parte principij quo diuinarum proceſſionum, & tamen non requiritur vt principium quo, aut adæquatum, aut inadæquatum; ergo ſupereſt quod requiratur vt pura conditio: Ex alia parte diuina eſſentia connotando relationem, vt conditionem habet omnia requiſita, vt ſit principium quo adæquatum. Enimverò quatenùs importat naturam habet fœcunditatem; quatenùs importat intellectum, & voluntatem, habet ſpecialem determinationem ad duas, & non plures, nec pauciores proceſſiones; quatenùs connotat vnam relationem potiùs, quàm alteram, habet eſſe proprium vnius perſonæ, non commune omnibus; ergo relatio eſt pura conditio, & diuina eſſentia ipſam connotando eſt principium quo adæquatum diuinarum proceſſionum.

57. Dices; diuina eſſentia ex eo, quòd connotet relationem tanquam conditionem, non diſtinguitur realiter à termino producto; ſed inter alia eſſentialiter requiſita ad principium quo reale adæquatum eſt diſtinctio realis à termino, ergo diuina eſſentia ex eo, quod connotet relationem, tanquam conditionem, non habet omnia requiſita, vt ſit principium quo reale adæquatum; & ſicuti hoc debet eſſe in ſe diſtinctum, non connotare diſtinctionem; ita debet ex relatione, quæ ſola in diuinis eſt quid realiter diſtinctum, conſtitui; non relationem, tanquam conditionem connotare. Hæc inſtantia baſis eſt, in qua aduerſarij ſtatuunt totam neceſſitatem tribuendi relationi rationem principij quo, ſaltem inadæquatam reſpectu diuinarum proceſſionum. Sed contra pro ipſius euerſione ſit

§. VII.

Quomodo in principio quo diuinarum proceſſionum ſaluetur ſufficiens diſtinctio à termino producto poſitâ relatione, tanquam conditione?

58. ASSERTVM: In principio quo diuinarum proceſſionum ſufficit diſtinctio virtualis à termino producto ſuppoſita diſtinctione reali relationis, ſe habentis tanquam conditionis connotatæ à principio quo, & tanquam proprietatis conſtituentis principium quod realiter diſtinctum. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtione 41. artic. 5. ad 1. de potentia, quæſtione 2. artic. 2. ad 3.* Io. à S. Thoma *quæſtione 42. diſputat. 16. articulo 3. numero 12.* Syluius *quæſtione 41. articul. 5. conc. 4.* Molina *eodem artic. ad 4.* Arriaga *diſputatione 45. ſect. 5.* Herincx *diſputat. 2. quæſt. 5. numero 30.* contra Auctores ſupra relatos, qui vt ſaluent diſtinctionem realem principij quo à termino producto, ponunt relationem pro principio quo ſaltem partiali.

In principio quo diuinarum proceſſionum ſufficit diſtinctio virtualis à termino producto.

Probatur primò ratione ex verbis D. Thomæ *loco mox citato. Id, quo generans generat, eſt commune genito, & generanti, & tanto perfectiùs, quanto perfectior fuerit generatio: vnde cum diuina generatio ſit perfectiſſima; id, quo generans generat, eſt commune genito, & generanti, & idem numero; non tan-*
tum ſpecie, ſicut in rebus creatis. Circa hæc 59.
D. Thomæ verba aduerte primò, quòd licèt *Sanctus Doctor* ſpecialiter loquatur de potentia generatiua, & principio quo ſecundæ perſonæ, eadem tamen eſt ratio de potentia ſpiratiua, & principio quo tertiæ perſonæ; nec vllus ex aduerſariis requirit maiorem diſtinctionem, inter potentiam ſpiratiuam, & Spiritum Sanctum; quàm inter potentiam generatiuam, & Verbum.
Aduerte ſecundò, quòd ſicuti in generatio- 60.
ne creata terminus genitus procedit ſimilis generanti; ita in generatione increata terminus procedit conſubſtantialis: Sicut igitur in generatione creata illud, ratione cuius generans habet principium quod, ſcilicet differentia indiuidualis eſt diuerſum à genito; illud ratione cuius habet principium quo eſt ſimile genito; ita in generatione increata illud ratione cuius generans habet principium quod, ſcilicet perſonalitas, & relatio debet eſſe diſtinctum à genito; illud, ratione cuius habet principium quo, debet eſſe idem cum genito, debet igitur ratio principij quo collocari in diuina eſſentia in qua generans, & genitum ſunt idem; non in relatione perſonali, in qua
generans, & genitum diſtinguuntur. Vnde 61.
ſic efformo argumentum ad probationem aſſerti: In principio quo diuinarum proceſſionum non poteſt requiri diſtinctio ſimpliciter realis à termino producto, ergo ſufficit diſtinctio virtualis ſuppoſitâ &c. Antecedens probatur: In principio quo proceſſionis Spiritus Sancti non poteſt requiri maior diſtinctio, quàm in principio quo proceſſionis Verbi; ſed in principio quo proceſſionis Verbi, ſeu generationis, non poteſt requiri diſtinctio ſimpliciter realis à termino producto, ergo neque in proceſſione Spiritus Sancti, ergo in principio quo diuinarum proceſſionum non poteſt &c. Minor probatur: Principium quo proceſſionis Verbi debet eſſe conſubſtantiale termino producto, debet igitur eſſe eadem ſub-

In generatione creata principium quo eſt ſimi-

 ſtantia,

le, in generatione increata principium quo debet eſſe conſubſtantiale genito.

ſtantia, eademque eſſentia, quæ eſt in termino producto; debet inquam eſſe conſubſtantiale; nam ſicuti in generatione creata terminus procedit ſimilis; ita in generatione increata, ſeu proceſſione Verbi, terminus procedit conſubſtantialis; ſed in generatione creata, in qua terminus procedit ſimilis, principium quo eſt termino ſimile; ergo in generatione increata, in qua terminus procedit conſubſtantialis principium quo debet eſſe termino conſubſtantiale, debet eſſe hîc ſubſtantia eadem, ſicuti ibi eſt ſubſtantia ſimilis, cum ſubſtantia termini.

62. Dices: Licèt in generatione increata terminus procedat conſubſtantialis, procedit tamen productione reali, ergo licèt ad ſaluandam conſubſtantialitatem ſit ponenda eadem eſſentia in producente, & producto; tamen ad ſaluandam ſimul realem productionem erit ponenda diſtinctio realis principij quo producentis à termino producto, & conſequenter erit neceſſarium ponere pro principio quo non eſſentiam, in qua perſona producta, & producens ſunt conſubſtantiales, benè tamen relationem in qua perſona producta, & producens realiter diſtinguuntur. Sed contra ſupponunt, non probant Aduerſarij, ad productionem realem neceſſariò requiri diſtinctionem realem principij quo; fateor quidem ad productionem realem requiri aliquid diſtinctum realiter à termino, at non eſt neceſſe hoc diſtinctum realiter à termino eſſe ipſum principium quo, ſed ſufficit eſſe conditionem à principio quo connotatam.

63. *Productio realis ex ſuo cóceptu formali non requirit realé diſtinctioné principij producentis à termino producto.*

Probatur ſecundò: De conceptu formali realis productionis non eſt realis diſtinctio principij producentis à termino producto, ſed ſufficit diſtinctio in aliquo connotato; ſufficit, quod aliqua conditio ſe tenens ex parte principij producentis diſtinguatur realiter à termino producto, ergo in principio quo diuinarum proceſſionum non requiritur diſtinctio realis; ſed ſufficit diſtinctio virtualis à termino producto, ſuppoſitâ diſtinctione reali relationis &c. Conſequentia patet, quia id, quòd non requirit realem diſtinctionem, aut poteſt ſine vlla prorſus diſtinctione haberi, aut ſaltem contentum eſt diſtinctione virtuali, quæ reali æquiualet. Antecedens probatur: Quod eſt de conceptu formali realis productionis eſt de conceptu formali realis productionis tum primæ, tum ſecundæ; ſecunda enim productio eſt etiam ipſa vera productio, habet etiam ipſa conceptum formalem veræ productionis, at de conceptu formali ſecundæ productionis non eſt realis diſtinctio principij producentis à termino producto, ſed ſufficit diſtinctio in aliquo connotato, ergo. Minor probatur res eadem vt connotans, aut diſtinctum locum, aut diſtinctum modum eſſendi, aut aliquam aliam conditionem à ſe ipsâ realiter diſtinctam, poteſt ſe ipſam ſecundò producere, ſeu reproducere; ſic Chriſtus quatenùs exiſtens in vna præſentia poteſt reproducere, imò reproducit ſe ipſum, vt exiſtentem in alia iuxta ſententiam valdè probabilem à nobis etiam tradendam in libris de Euchariſtia, & à pluribus ibidem traditam ſpecialiter à Coníncho *quæſt. 75. art. 4.* Amico *diſput. 18. ſect. 4.* Gabriele à S. Vincentio *diſputat. 8. quæſt. 4.* necnon etiam à Franciſco Macedo *lib. 4. de Clauibus Petri, cap. 9.* ab Arriaga *hic diſputat. 45. ſect. 5.* ergo de conceptu formali ſecundæ productionis non eſt realis diſtinctio principij producentis à termino producto, ſed ſufficit realis diſtinctio in aliquo connotato; conſequenter in præſenti ex eo, quod detur in diuinis realis productio nulla conſurgit neceſſitas ponendi diſtinctionem realem inter principium quo, & terminum productum; ſed ſufficit, quod principium quo connotet relationem à termino producto diſtinctam.

Dices hanc doctrinam non eſſe ad rem in præſenti, nec aliquid probare, niſi nimis probet in ſubiecta materia: Non eſt ad rem in præſenti, quia malè conſonat confugere ad opinionem valdè dubiam pro explicanda veritate omninò indubitatâ, qualis eſt realis productio diuinarum perſonarum: Non probat aliquid, niſi nimis probet; enimverò probat eſſentiam non tantùm poſſe eſſe principium quo filiationis, verùm etiam poſſe eſſe principium quo, imò principium quod ſui ipſius: nam Chriſtus non tantùm reproducit aliquid ſoli identificatum, verùm etiam reproducit ſe ipſum, & in tali reproductione exercet munus principij quod, nedum principij quo. Deindè probat eſſentiam eſſe principium quo, non tantùm filiationis, verùm etiam Paternitatis; cùm ex vna parte etiam Paternitas profluat ab eſſentia, & ex alia parte ad principium quo reale ſufficiat virtualis diſtinctio, quam habet eſſentia à Paternitate æquè, ac à filiatione. 64.

Sed contra: Sicuti in diuinis eſt admittenda conſubſtantialitas inter producens, & productum, præſcindendo ab eo, quòd in creatis ſit dabile principium producens conſubſtantiale producto, ita in diuinis poſſemus ſuſtinere realem productionem ſine diſtinctione reali principij quo, etiam quando realis productio ſine reali diſtinctione principij quo in creatis dari non poſſet: nec confugimus ad opinionem dubiam reproductionis eiuſdem à ſe ipſo, & principij quo in creatis realiter indiſtincti à principio quod, quaſi exiſtimantes non niſi dependenter à tali opinione ſuſtineri poſſe veritatem realis productionis diuinarum perſonarum, ſed vt ex fide ſupponentes omninò indubitatam realem productionem diuinarum perſonarum inter ſe conſubſtantialium, modum, quo talis productio fit, & de quo hîc in viâ nullam habemus certam, & euidentem notitiam, maiori qua poſſumus probabilitate non tantùm ex fidei, verùm etiam naturæ principiis indagamus, & explicamus. Ideò allata doctrina quamvis non omninò neceſſaria, eſt tamen valdè congrua, valdè vtilis, valdè 65.

Etiamſi in creatis principium quo producens non poſſet non diſtingui à termino producto non cogeremur idem aſſerere in diuinis.

ad

Digitized by Google

ad rem in præſenti. Quod dicebatur eamdem doctrinam ſi quid probat in ſubiecta
66. materia, nimis probare falſum eſt. Ad primam rationem in oppoſitum dico, quod licèt titulo identitatis præcisè non conſtet diuinam eſſentiam non eſſe principium quo, imò etiam principium quod ſui ipſius, conſtat id tamen aliundè, primò ſcilicet quia principium quo licèt non debeat ratione ſui diſtingui realiter à termino producto, debet tamen habere, ſeu connotare conditionem aliquam realiter diſtinctam à tali termino, vt ſiſtendo in propoſita doctrina exemplificari poteſt in humanitate Chriſti Domini, quæ nequit ſe ipſam reproducere, niſi connotando diuerſam præſentiam, & diuerſam actionem productiuam à ſe ipſa, vt reproducta; at reſpectu diuinæ eſſentiæ non datur in Deo ad intra aliquod diſtinctum realiter, adeóque non poteſt diuina eſſentia reſpectu ſui ipſius connotare ad intra conditionem realiter diſtinctam, quemadmodum requireretur vt poſſet eſſe terminus productus à ſe ipſa, & principium vel quo, vel quod ſui ipſius: Secundò vt aliquid poſſit aſtrui principium quo, aut quod ſui ipſius, debet conſtare ipſum produci; de diuina autem eſſentia conſtat oppoſitum, de fide quippè eſt ipſam non produci, & multò magis non reproduci; cum reproductio non ſit, niſi productio ſupponens aliam antecedentem productionem; adeóque reproduci nequeat quidquid nequit produci; non ſit item niſi productio facta aut in diuerſo tempore, aut in diuerſo loco; diuinæ autem eſſentiæ ratione æternitatis, & immenſitatis repugnat eſſe, aut in diuerſo tempore, aut in diuerſo loco.

Diuinæ eſſētiæ non titulo identitatis, ſed aliúde repugnat eſſe principium quo, aut quod ſui ipſius.

Res, quæ nō poteſt produci multò magis non poteſt reproduci.

67. Ad ſecundam rationem in oppoſitum dico pariter, quòd licèt titulo diſtinctionis virtualis diuina eſſentia poſſet eſſe principium quo Paternitatis, æquè ac filiationis; in re tamen non eſt principium quo reale paternitatis; tum quia de fide eſt Paternitatem non eſſe terminum realiter productum cum de fide ſit Patrem eſſe Perſonam omninò primam, & à ſe; tum quia diuina eſſentia, vt ſecundùm præſentem doctrinam eſſet principium quo reale paternitatis deberet connotare conditionem realiter diſtinctam à Paternitate, & quia in diuinis ad intra à Paternitate tantùm realiter diſtinguitur filiatio, & ſpiratio paſſiua, deberet ſumi diuina eſſentia vt connotans filiationem, aut ſpirationem paſſiuam; at hoc modo ſumpta diuina eſſentia non poteſt eſſe principium quo Paternitatis; quia hoc modo ſumpta ſupponit iam Paternitatem, tanquam conditionem præſuppoſitam, tum ad filiationem, tum ad paſſiuam ſpirationem, & daretur aliquo modo, ſcilicet ex parte conditionis connotatæ, mutua productio, ſi diuina eſſentia vt connotans paternitatem eſſet principium quo realiter productiuum filiationis, eademque vt connotans filiationem eſſet principium quo realiter productiuum paternitatis.

Paternitas cur non habeat eſſentiā pro principio quo reali, licèt diſtinguatur ab eſſentia æquè, ac filiatio.

68. Ex his habes attendendo rationem purè naturalem aſſeri poſſe realiter diſtinctum à termino producto per realem productionem non tantùm principium quo, verùm etiam principium quod: In diuinis tamen nec poteſt attribui diuinæ eſſentiæ ratio principij quod, nec poteſt aſſeri principium quod indiſtinctum realiter à termino producto: Non primum vt infra tradetur *lib. 3. cap. 5. §. 6.* definitum eſt dici non poſſe, eſſentia generat, vti tamen dici poſſet ſi eſſentia eſſet principium quod generationis, & filij. Non ſecundum, quia principium quod eſt Perſona producens, de fide autem eſt diſtingui realiter Perſonam producentem à Perſona producta in diuinis. Deindè principium quo licèt poſſit eſſe indiſtinctum à termino producto, debet tamen connotare conditionem à tali termino realiter diſtinctam, hæc autem in diuinis non poteſt eſſe niſi relatio, & quia relatio in diuinis conſtituit Perſonam, ac conſequenter principium quod, neceſſe eſt ponere reſpectu termini realiter producti principium quod realiter diſtinctum, vt reſpectu eiuſdem termini diuina eſſentia poſſit connotare conditionem realiter diſtinctam; ſicuti requiritur ad hoc, vt eadem diuina eſsentia à tali termino realiter indiſtincta poſſit eſse talis termini principium quo.

Cur in diuinis nequeat poni principium quod indiſtinctum realiter à termino producto.

---

§. VIII.

Satiſfit nonnullis, quæ vlteriùs dubitari poſſunt circa principium quo diuinarum proceſſionum.

Assertvm: Hucvſque poſita inſeruiunt plurimùm ad ſatisfaciendum iis, quæ vlteriùs dubitari poſsunt circa principium quo diuinarum proceſſionum. 69.

Probatur, & explicatur aſſerendo in particulari potiſſima ex huiuſmodi dubiis, ipſiſque ſatisfaciendo per doctrinam aut explicatam, aut indicatam *in ſuperioribus* §§.

Dubitatur primò, vtrùm relatio, quam neceſsariò connotat diuina eſsentia, quatenùs eſt principium quo, ſit conditio, vt eſſentia habeat rationem principij quo productiui, & potentiæ notionalis; an verò tantùm ſit conditio, vt eſsentia exeat in actum productionis, quomodo approximatio eſt conditio tantùm, vt ignis exeat in actum calefactionis, non vt ſit principium calefactiuum. Arriaga *prima parte, diſputatione 45. ſect. 3. numero* 18. dum abſolutè admittit in filio eſse totum principium quo generationis, videtur ſentire, quòd relatio connotata ſit tantum conditio, vt eſsentia exeat in actum productionis. Oppoſitum tamen, relationem ſcilicet eſse conditionem etiam vt eſsentia ſit principium quo, & potentia notionalis tradunt. Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt. 42. diſputat.* 16.

*tat.*16.*articul.*3.*numero* 10. Syluius *quæſt.*41. *articul.*5. §.*ſi quæras*. Vaſquez *diſputat.*164. *cap.* 3. *numero* 11. Molina *quæſt.* 41. *artic.*5. *conc.* 3. & alij communiter, cum quibus

70\. Reſpondetur Relationem connotatam eſſe conditionem neceſſariam, vt eſſentia ſit principium quo productiuum, & potentia notionalis. Probatur primò: Non requiritur maior diſtinctio à termino producto in principio producente, & actuali productione; quam in principio productiuo, & potentia producendi, ergo conditio, quæ titulo diſtinctionis requiritur ad actualem productionem, requiritur etiam ad potentiam producendi, ſed relatio connotata à diuina eſſentia eſt conditio, quæ titulo diſtinctionis, requiritur ad actualem productionem quatenùs, cum eſſentia non ſit per ſe ipſam realiter diſtincta à Perſona producta, debet aliquam realem diſtinctionem connotare, & cum realem diſtinctionem non reperiat niſi in relatione, debet titulo diſtinctionis connotare relationem, ergo relatio connotata à diuina eſſentia requiritur etiam, vt ipſa diuina eſſentia ſit potentia producendi, non tantùm vt actu producat, & exeat in actum productionis. Antecedens probatur, quia nunquam poteſt eſſe maior diſtinctio in principio actu producente, quàm in principio, productiuo, neque enim diſtinctio eſt conditio extrinſeca, quæ poſſit de nouo ſuperuenire, ſed eſt conditio ſemper eodem modo ſe habens, ſemper eodem modo conueniens rei, cui conuenit, ſiue talis res conſideretur, vt actu producens; ſiue conſideretur, vt potentia producendi. Probatur ſecundò: Si relatio connotata eſſet conditio tantùm neceſſaria ad actum productionis, non ad rationem potentiæ, & principij productiui; & conſequenter eſſentia haberet rationem potentiæ notionalis, & principij quo independenter à relatione requiſita ad actum productionis; Filius in diuinis, quamvis non generet, haberet potentiam generandi; Spiritus Sanctus, quamvis non ſpiret, haberet potentiam ſpirandi; ſed hoc eſt falſum, ergo. Sequela maioris patet, quia diuina eſſentia, vt non connotans vllam determinatam relationem æquè habetur à Filio, ac à Patre; æquè à Spiritu Sancto, ac à Patre, & Filio; cum ſit communis, & æquè conueniens cuilibet diuinæ perſonæ. Minor probatur primò, quia potentia generatiua (eadem eſt ratio de potentia ſpiratiua) malè diceretur potentia notionalis, ſi eſſet communis omnibus diuinis Perſonis. Secundò quia habere potentiam generatiuam ſeu generandi, eſt poſſe generare; at filius in diuinis non poteſt generare, alioqui poſſet generare alium filium à ſe diſtinctum, & ſic poſſent eſſe in diuinis plures filij, ergo.

Relatio connotata eſt conditio requiſita non tantùm vt diuina eſſentia producat, ſed etiã vt ſit potentia producendi.

Filius in diuinis caret potentia generatiua.

71\. Dices: Auguſtinus *lib.*3. *contra Maximinum cap.* 12. ita habet: *Abſit, vt ideò potentior ſit Pater Filio, ſicut putas, quia Creatorem genuit Pater, Filius autem non genuit Creatorem; neque enim non potuit, ſed non oportuit*; quibus verbis *Auguſtinus* omninò videtur innuere, quod Filius potuit gignere; dum enim explicitè negat non potuiſſe, implicitè affirmat potuiſſe. Sed contra: Si Auguſtinus intendiſſet affirmare, quod Filius potuit gignere, malè addidiſſet non oportuit, ſenſus enim verborum Auguſtini eſſet filius potuit, quod non oportuit; poſſe autem ad intra aliquid, quod non oportet, eſt poſſe aliquid impoſſibile, quia quidquid ad intra non oportet eſſe, impoſſibile eſt eſſe. Auguſtinus igitur illis verbis tantùm intendit docere contra Maximinum Patrem non eſſe potentiorem Filio, ad quod ſufficit, quod Pater non habeat aliquam virtutem influxiuam, qua caret filius, licèt deindè habeat aliquam conditionem modificatiuam virtutis influxiuæ, qua conditione careat filius, & quia potentia generatiua non tantùm importat virtutem influxiuam, verùm etiam conditionem modificatiuam, filius optimè poteſt carere potentiâ generatiuâ abſque eo, quod Pater ſit ipſo potentior, dummodo careat potentia generatiua defectu conditionis modificatiuæ, non defectu virtutis influxiuæ. Sicque Auguſtinus per ly *neque enim non potuit* affirmat in Filio virtutem influxiuam, per ly *ſed non oportuit* negat in eodem conditionem modificatiuam.

Defectu cõditionis modificatiuæ, non defectu virtutis influxiuæ.

Ex his habes reperiri in Filio, & Spiritu Sancto illud, quod eſt in Patre potentia generatiua (eodemque modo reperiri in Spiritu Sancto tum illud, quod eſt potentia generatiua in Patre, tum illud, quod eſt potentia ſpiratiua in Patre, & Filio) at non ſub ratione potentiæ generatiuæ defectu conditionis requiſitæ ad rationem potentiæ generatiuæ, quæ conditio in ſolo Patre reperitur, non in Filio, & Spiritu Sancto. Vnde, vt bene aduertit Molina *loco ſuprà citato* nulla eſt hæc conſequentia: Quod in Patre eſt potentia generatiua reperitur etiam in Filio, & Spiritu Sancto; ergo in Filio, & Spiritu Sancto reperitur potentia generatiua. Exemplificat hoc Caietanus in calore vitali, qui eſt idem ſpecie, & diuinitus poteſt eſſe etiam idem numero in mare, & in fœmina, & tamen eſt potentia generatiua lactis in fœmina; non in mare: nec valet hæc conſequentia. Quod in fœmina eſt potentia generatiua lactis, reperitur etiam in mare; ergo etiam in mare eſt potentia generatiua lactis. Exemplificat hoc idem *Ioann. à Sancto Thoma* in ſpecie viſibili, quæ eadem eſt in oculo, ac in aëre; & tamen eſt potentia repræſentatiua intentionaliter obiecti in oculo, non in aëre: nec valet hæc conſequentia: Quod in oculo eſt virtus repræſentatiua intentionaliter obiecti, reperitur etiam in aëre; ergo in aëre eſt virtus repræſentatiua intentionaliter obiecti. 72.

Habet tamẽ illud quod eſt in Patre potentia generatiua.

Dubitatur ſecundò, vtrùm diuina eſſentia non tantùm ſit principium quo termini, qui producitur; verùm etiam ſit principium quo termini, qui communicatur. Vtrùm ſcilicet reſpectu Filij non tantùm ſit principium quo relationis filiationis, quæ producitur; verùm etiam totiùs, entitatis ab-

ſolutæ,

73. ſolutæ, quæ communicatur: Reſpondetur affirmatiuè; at traditur hæc affirmatiua reſponſio ſatis communiter; tribuunt quippè diuinæ eſſentiæ rationem principij quo reſpectu termini, qui communicatur, non tantùm Auctores eidem tribuentes rationem principij quo reſpectu termini, qui producitur, verùm etiam alij nonnulli diſtinguentes in diuinis principium productiuum, & principium actiuè communicatiuum, & illud aſſignantes relationi, iſtud eſſentiæ, vt ſupra retulimus *in calce* §. 7. Probatur in diuinis illud, quod eſt principium quo termini, qui producitur, eſt etiam principium quo termini, qui communicatur, ergo diuina eſſentia, cum ex ſupra aſſertis ſit principium quo termini, qui producitur, eſt etiam principium quo termini, qui communicatur. Probatur antecedens: Productio relationis in Deo eſt per ſe ipſam communicatio entitatis abſolutæ, nec haberi poſſunt productio relationis, & communicatio entitatis abſolutæ per proceſſiones, ſeu actiones diuerſas; ergo in diuinis principium quo productionis eſt principium quo communicationis & conſequenter principium quo termini, qui producitur eſt principiom quo termini, qui communicatur. Antecedens probatur: Productio vnius rei eſt communicatio cuiuſcumque idemtificati cum tali re, & communicatio vnius rei non poteſt fieri aliter, quàm per productionem rei idemtificatæ, & connexæ cum ipſa; ſic per productionem vnionis communicatur anima corpori; nec aliter poteſt communicari, quàm per productionem, vel vnionis, vel alicuius alterius, cum quo ipſa habeat idemtitatem, aut connexionem. Confirmatur:

Eſſentia diuina eſt principium quo, tũ eius, quod producitur, tum eius, quod communicatur.

Productio relationis in Deo eſt per ſe ipſam communicatio entitatis abſolutæ.

74. Communicare eſſentiam filiationi nihil eſt aliud, quàm eſſentiæ quoad filiationem præſupponitur idemtificare filiationem, communicatio enim, quæ in diuinis habetur, habetur per idemtificationem, non per informationem, aut aliquo alio modo; ſed productio filiationis eſt per ſe ipſam idemtificatio filiationis cum eſſentia, ergo productio filiatioois, & relationis eſt per ſe ipſam communicatio eſſentiæ, & entitatis abſolutæ, ac conſequenter principium productionis, & termini, qui producitur, eſt etiam principium communicationis, & termini, qui communicatur. Minor probatur: Productio filiationis eſt productio cuiuſcumque idemtitatis conuenientis filiationi, idemtitas enim nihil eſt aliud, quam eadem entitas, adeòque idemtitas conueniens filiationi eſt eadem entitas filiationis, ſed productio idemtitatis eſt idemtificatio, ergo productio filiationis eſt per ſe ipſam idemtificatio filiationis cum eſſeotia.

Dubitatur tertiò: Vtrùm diuina eſſentia non tantùm, quatenùs eſt principium quo termini, qui producitur, verùm etiam quatenùs eſt principium quo termini, qui communicatur, debeat connotare relationem tanquam conditionem neceſſariò requiſitam.

75. Reſpondetur affirmatiuè: Ratio eſt, quia eadem eſt difficultas in eo, quod res communicet ſe ipſam ſibi; ac in eo, quod res ſe ipſam producat. Sicuti igitur ex ſupra explicatis repugnat, quod res aliqua producat aut ſe ipſam, aut rem ſibi idemtificatam, niſi connotet, tanquam conditiooem aliquid realiter diſtinctum à termino, qui producitur; ita repugnat, quod res aliqua communicet ſe ipſam ſibi, aut rei ſibi idemtificatæ, niſi connotet ſaltem tanquam conditionem aliquid realiter diſtinctum à termino, cui ſe communicat. Et hinc habes, cur eſſentia communicatione quaſi effectiua (de

Eſſentia diuina etiam vt principiũ communicatiuum cõnotat relationem tanquam conditionem.

76. qua ſola ſermo eſt in præſenti) ſit principium quo communicatiuum ſui ipſius reſpectu Filij, & Spiritus Sancti; non reſpectu Patris. Habes inſuper eos, qui tribuunt relationi non eſſentiæ rationem principij quo productiui, debere pariter relationi, non eſſentiæ tribuere rationem principij quo communicatiui, & malè nonnullos diuidere vnam rationem ab altera, tribuendo relationi vnam, eſſentiæ alteram.

77. Dubitatur quartò: Vtrùm diuina eſſentia ſit principium quo proceſſionum eâdem ratione, qua eſt priocipium quo perſonarum producentium. Reſpondetur ſermonem eſſe vel de proceſſionibus actiuis; vel de proceſſionibus paſſiuis. Quoad proceſſiones actiuas facilè conſtat diuinam eſſentiam eſſe ipſarum principium diuersâ ratione ab eâ, quâ eſt principium perſonarum producentium. Enimverò *ex ſuperiori* §. 7. proceſſio per intellectum actiua nihil eſt aliud quàm intellectio, vt affecta relatione paternitatis: proceſſio actiua per voluntatem nihil eſt aliud quàm volitio vt affecta relatione ſpiratoris. Diuina autem eſſentia neque reſpectu intellectionis, neque reſpectu volitionis, neque reſpectu paternitatis, neque reſpectu relationis ſpiratoris, eſt principium quo eâ ratione, qua eſt principium quo perſonarum procedentium, nam reſpectu iſtarum eſt principium quo realiter productiuum, reſpectu illarum verò eſt principium quo tantùm virtualiter emanatiuum; cum intellectio, & volitio, paternitas, & relatio ſpiratoris non ſint quid realiter productum, ſicuti ſunt quid realiter productum perſonæ procedentes: nec diuina eſſentia quatenùs eſt ſuo modo principium intellectionis, volitionis, paternitatis, & relationis ſpiratoris connotat relationem aliquam ab ipſis realiter diſtinctam, ſicuti connotat quatenùs eſt principium perſonarum procedentiũ. Quoad proceſſiones paſſiuas è contra ſatis perſpicuum eſt diuinam eſſentiam eſſe ipſarum principium eâdem ratione, qua eſt principium perſonarum procedentium, nihil enim aliud re ipſa ſunt proceſſiones paſſiuæ, quàm ipſæ perſonæ procedentes, quatenùs quodammodo concipiuntur in fieri, ſeu in produci.

Eſſentia diuina ex ratione, qua eſt principium perſonarum procedentiũ nõ eſt principium proceſſionum actiuarum, benè tamen paſſiuarum.

CAPVT IV.

De diuerſitate proceſſionis Verbi, à proceſſione Spiritus Sancti.

1. POTISSIMA diuerſitas proceſſionis Verbi à proceſſione Spiritus Sancti ſita eſt in eo, quòd proceſſio Verbi ſit generatio, non ſic proceſſio Spiritus Sancti: Ideò ſub propoſito titulo occurrit maximè celebris, & ſolennis controuerſia, quæ inter Theologos verſatur, in aſſerenda ratione talis diuerſitatis, & quia in huius rationis inueſtigatione examinari ſolent alia diſcrimina vtrinſque proceſſionis; poſtquam diligenti examine diſcuſſum fuerit, cur proceſſio Verbi ſit generatio, non ſic proceſſio Spiritus Sancti, vix aliquid ſupererit dicendum de vlteriori diuerſitate vnius proceſſionis ab altera. Porrò priuſquam inquiratur ſpecialis ratio tribuendi rationem generationis proceſſioni Verbi potiùs, quàm proceſſioni Spiritus Sancti, præmittendum eſt, quid veniat in præſenti nomine generationis, & deinde probandum Verbum, non Spiritum Sanctum procedere per veram generationem. Venit in præſenti nomine generationis nec generatio ſumpta latiſſimè pro omni productione contradiſtincta à creatione; nec generatio ſumpta minùs latè pro omni mutatione contradiſtincta ab alteratione, & augmentatione: hoc enim vtroque modo generatio inuoluit dependentiam à ſubiecto, & mutationem ratione cuius, ſicuti nequit cum diuina actualitate, ſimplicitate, & immutabilitate cohærere, ita nequit in Deo admitti. Venit igitur generationis nomine generatio ſtrictiſſimè ſumpta pro ſpeciali generatione viuentium, quæ à D. Thoma *prima parte, quæſt.27. art.2. in C.* definitione ex pluribus Ariſtotelis locis collectâ definitur, Origo viuentis à viuente principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ. Generatio hoc modo ſtrictiſſimè ſumpta, ſicuti nullam explicat in ſua definitione imperfectionem ita non eſt à Deo excludenda, & iure circa ipſam poni poteſt.

Generatio tripliciter ſumitur.

Generatio viuentium quid?

---

§. I.

Vtrùm proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti?

2.

ASSERTVM I. Proceſſio Verbi eſt generatio propriè, & ſtrictè ſumpta. Eſt veritas fidei tradita à Magiſtro *in 1. diſtinct. 13.* D. Thoma *prima parte, quæſtione 27. articulo 2. 4. contra Gentes, capite 11.* aliiſque Theologis contra hæreticos, qui vt ſupra retulimus *capite 1. §. 4.* aut Deo Verbum, aut Verbo diuinitatem negant. Item contra hæreticos quoſdam Tranſiluanos, qui vt refert Bellarminus *tom. 1. controuerſ. 2. libro 1. capite 6.* dicunt Chriſtum eſſe verum filium Dei tantùm ſecundùm humanitatem, ſecundùm quam operatione diuina, & de Spiritu Sancto conceptus fuit.

Proceſſio Verbi eſt generatio propriè, & ſtrictè ſumpta.

Probatur primò: Proceſſio filij eſt generatio propriè, & ſtrictè ſumpta prout ſcilicet definitur origo viuentis à viuente &c. Sed proceſſio Verbi in diuinis eſt proceſſio filij, & verbum in diuinis eſt propriè, & ſtrictè filius, vt habetur ex auctoritatibus Scripturæ ſub relatis *capite 1. §. 3.* ergo proceſſio Verbi eſt generatio. Iure proptereà in Symbolis præſertim *Athanaſij, & Niceno* ipſum profitemur genitum, non factum. Iure D. Anſelmus *Ad obiectiones Arrianorum* ait: *Quis filium dicat, & genitum neſciat? Quis Patrem valeat credere, quem non conſideret genuiſſe?* Porrò ſicuti Pater reſpectu ſecundæ perſonæ dicitur propriè Pater, non metaphoricè, vt euincitur ex verbis illis Apoſtoli Epheſ. 3. *Ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis Paternitas in cælo, & in terra nominatur*, ita ſecunda Perſona debet omninò concedi propriè, non metaphoricè genita, propriè non metaphoricè filius: licèt non deſint loca Scripturæ, in quibus tum generare, tum nomina Patris, & Filij minùs propriè vſurpentur, vt cum dicitur Deuteron. 32. *Nonne ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit, & fecit & creauit te.* Iob. 38. *Quis eſt pluuiæ Pater, vel quis genuit ſtillas roris?* Iſaiæ 1. *Filios enutriui, & exaltaui.* Geneſis 6. *Viderunt filij Dei filias hominum.* Sap. 5. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.*

3.

Probatur ſecundò: Proceſſioni Verbi conuenit definitio generationis propriè, & ſtrictè ſumptæ, ergo proceſſio Verbi eſt generatio propriè, & ſtrictè ſumpta. Antecedens probatur: Proceſſio Verbi eſt *origo*, quia verè datur inter diuinas perſonas ordo, & prioritas originis: *Eſt viuentis à viuente*, quia tum Verbum ipſum, tum Pater eſt perfectiſſimè viuens, item quia conſiſtit in intellectione, quæ cum ſit actus vitæ non niſi à viuente prodire, non niſi à viuente recipi poteſt: *Eſt à principio coniuncto*, quia Verbum non tantùm habet in ſe aliquam partem ſubſtantiæ ſui principij, quomodo eſt à principio coniuncto viuens creatum, quatenùs habet in ſe ſemen à ſuo principio deciſum, quod per conſequens, antequam foret deciſum, erat pars ſubſtantiæ ſui principij, ſed habet totam ſui principij ſubſtantiam, vt parebit dum infrà *lib. 3. c. 1. §. 7. & cap. 3. §. 7.* tradetur

Ei competit definitio propriè, & ſtrictè ſumptæ generationis.

detur quomodo vna perſona procedat de ſubſtantia & ex ſubſtantia alterius, quomodo item ſit in Patre totus Filios, totus in filio Pater: *Eſt in ſimilitudinem natura*, tum quia eſt per intellectum, qui ea genere ſuo eſt virtus aſſimilatiua iuata inferiùs ponenda §. 8. tom quia habet eandem numero, nedum eandem ſpecie, naturam cum ſuo principio.

4. Dices; imò ea hoc ipſo, quod Perſona diuina habeat eandem numero naturam cum ſuo principio, ſequitur quod non habeat naturæ ſimilitudinem, quod in naturæ ſimilitudinem non procedat; nihil enim eſt ſimile ſibi ipſi, nullum ſimile eſt idem, nec vllum idem eſt ſimile. Sed contra ly *in ſimilitudinem natura*, poſitum in definitione generationis non debet præcisè intelligi de poſitiuo reſpectu formalis ſimilitudinis, nec etiam in creatis Filius deſineret eſſe genitus per hoc, quod ab ipſo ſepararetur; aut per intellectum, aut etiam realiter in ſententia realiter diſtinguente relationem à fundamento, & termino; relatio ſimilitudinis ad Patrem. Debet igitur ly *in ſimilitudinem* intelligi tum negatiuè, tum eminenter, natura autem numero eadem eſt negatiuè maximè ſimilis, quia maximè negat omnem diſſimilitudinem; eſt etiam maximè ſimilis eminenter, quia maximè accedit ad vnitatem formæ, quæ eſt vnitas maximè intenta in genito à generante; qui certè maximè intendit communicare propriam ſubſtantiam genito; nec vllatenùs curat, quod ea vi talis communicationis conſurgat in genito poſitiuus reſpectus formalis ſimilitudinis. Sicque ſaluatur, quod proceſſio Verbi habeat cum identitate numerica eiuſdem naturæ ſimilitudinem quantùm requiritur ad veram generationem, præſcindendo ab eo, quod formalis & poſitiua ſimilitudo requirat diſtinctam formam, an contenta ſit diſtinctis ſuppoſitis, qua ratione docent nonnulli, quod ſi Deus poneret eandem albedinem in duobus ſubiectis, hæc duo ſubiecta in quantùm alba eſſent formaliter, & poſitiuè ſimilia, ac habentia realem relationem ſimilitudinis, (quod impugnabitur infrà *cap. 7. §. 3.*) eâdemque ratione prima, & ſecunda Perſona vtpotè diſtincta ſuppoſita, etiam in quantum habentes vnam eandémque naturam, dici deberent formaliter, & poſitiuè ſimiles.

Quomodo cum identitate naturæ ſaluetur ſimilitudo requiſita ad generationẽ.

5. Dices inſuper allatam definitionem propriæ, & ſtrictæ generationis quamvis in propriis terminis præcisè conſiderata non explicet imperfectionem aliquam in diuinis repugnantem, tamen talem imperfectionem ſupponere ex parte generis remoti, eamque implicitè importare; quodlibet enim inferiùs importat omnia prædicata ſuperioris, ſub quo continetur, adeóque generatio propria, & ſtricta, ſeu generatio viuentium importat implicitè omnia prædicata generationis in communi, & habet pro genere remoto genus ipſius, quod eſt mutatio. Definitur enim generatio in communi prout diſtinguitur à creatione, Mutatio de non eſſe ad eſſe in aliquo ſubiecto; prout diſtinguitur ab alteratione, & augmentatione: Mutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem. Sed contra: Generatio in communi, vel ſumitur præcisè vt genus ad omnes generationes creatas; & hac ratione ipſi conueniunt noa allatæ definitiones & generatio viuentium prout præcisè exercetur in creatis habet pro genere remoto mutationem. Vel ſumitur magis vniuerſaliter, vt eſt genus, aut quaſi genus ad quamcumque generationem, etiam increatam; & hac ratione ipſi non conueniunt allatæ definitiones, nec generatio viuentium, prout ad viuens etiam increatum extenditur, habet pro genere remoto mutationem: Nec mirum eſt Philoſophos naturales, quibus generatio increata, & diuina non innotuit poſuiſſe in definitione generationis genus non complectens diuinam, & increatam generationem.

Generatio in communi definita à Philoſophis nõ complectitur generationem diuinam.

6. Ex his habes nec mutationem, nec concurſum ſubiecti, eſſe de conceptu formali generationis. Ex primo capite ſaluatur in Verbo diuino conceptus formalis generationis abſque eo, quod in ipſo ponatur, aut principium durationis, aut tranſitus de non eſſe ad eſſe, aut potentia ad corruptionem, aut aliqua alia ſimilis imperfectio. Ex ſecundo capite explicatur, cur licèt in creatis generatio viuentium perficiatur partim virtute actiua, partim virtute paſſiua, in Deo tamen perficiatur virtute purè actiua, & detur quidem ibi eſſe acceptum ab aliquo principio, at non eſſe receptum in aliquo ſubiecto. Vnde D. Thomas *prima parte, quæſtione 27. articul. 2. ad 3.* rectè ait: *Quod non omne acceptum eſt receptum in aliquo ſubiecto, alioquin non poſſet dici, quod tota ſubſtantia rei creata ſit accepta à Deo, cum totius ſubſtantiæ non ſit aliquod ſubiectum receptiuum.* Ex eo quod generationi in diuinis perficiatur virtute purè actiua infert etiam D. Thomas *4. contra Gentes, capite 11. in fine*, cur Filius in diuinis Patrem tantùm habeat, non Matrem; cur diuinæ generationis principium vnicum ſit, & Pater potiùs dicatur, quàm Mater, quia ſcilicet Mater in ordine ad prolem eſt principium, aut totaliter, aut ſaltem partialiter paſſiuum, & indiget paſſiua receptione ſeminis & fœcunditatis ad fœtum elaborandum; vt igitur oſtendatur nullam potentialitatem, nullam paſſiuam receptionem, ſed virtutem purè actiuam ad diuinam generationem concurrere, ſola ibi ratio Patris admittitur, & quæ in generatione carnali diſtinctè Patri, & Matri conueniunt; omnia in generatione Verbi Patri attribuuntur à Sacris Scripturis, dicitur enim Pater, & dare filio

Generatio diuina perficitur virtute purè actiua.

Filius in diuinis cur Patrem tantùm non Matrem habeat.

vitam, & concipere & parturire: de quo aliquid vlteriùs infra *lib. 3. capite* 1. §. 7. *aſſert.* 2.

7. Proceſſio Spiritus Sancti non eſt generatio.

Assertvm II. Proceſſio Spiritus Sancti non eſt generatio. Eſt veritas fidei non minùs, quam veritas ſuperioris aſſerti: eſt indirectè contra Arrianos, Macedonianos, alioſque huiuſce furfuris hæreticos exiſtimantes impoſſibile, quod Spiritus Sanctus ſit Deus procedens à Patre, & Filio, & non ſit genitus ac Filius, ideóque negantes Spiritum Sanctum eſſe Deum, ne cogerentur admittere eſſe filium. Vnde teſte Gregorio Nazianzeno *Orat. 5. de Theologiâ* & Athanaſio *Epiſtola de Spiritu Sancto ad Serapionem*, ſic contra Catholicos arguebant: Aut Spiritus Sanctus procedit à ſolo Patre, & ſic erit Filius Patris, & Frater Filij: aut procedit à ſolo filio, & ſic erit filius filij & Nepos Patris: aut procedit ab vtroque, & ſic vterque erit Parens illius, cumque vterque non poſſit eſſe genitor, vnus eorum erit Mater, & alter Pater.

Probatur primò: Verbum diuinum in Scriptura vnigeniti nomine inſignitur: ergo quia eſt vnicè genitum, & per conſequens Spiritus Sanctus non eſt genitus, nec Spiritus Sancti proceſſio eſt generatio. Antecedens probatur ex Io. 1. *Gloriam quaſi vnigeniti*, Paulò infrà, *Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris*. Io. 4. *Vt filium ſuum vnigenitum daret.* Nec obſtat quod alibi in Scriptura, nimirum *Coloſ.* 1. *Hebr.* 1. &c. Chriſtus, qui eſt eadem perſona Verbi appelletur primogenitus Patris, adeóque videatur non eſſe ipſe ſolus à Patre genitus. Nec item obſtat, quod nomen vnigeniti in Scriptura non ſemper excludat conſortium alterius geniti, cum Salomon *Prouerb.* 4. dicatur vnigenitus, & tamen habuerit Fratres ex eodem Patre Dauide genitos. Non obſtat primum, quia Chriſtus dicitur primogenitus vt homo, & comparatiuè ad creaturas poſt ipſum productas, non vt Deus, & comparatiuè ad Perſonam aliquam diuinam ſecundò genitam. Non obſtat ſecundum, quia ibi Salomon dicitur vnigenitus non ſimpliciter, ſed coram Matre ſua, quia ab illa diligebatur vt vnigenitus: Deinde in humanis quilibet primogenitus poteſt dici vnigenitus, quia verè pro aliquo tempore vnigenitus fuit, at in diuinis cum Spiritus Sanctus ex excellentia dilectionis, & æternitate proceſſionis ſit æqualis Filio, neutro ex allatis modis dici poteſt vnigenitus, adeóque ſi vnigenitus dicitur, talis dicitur, quia vnicè eſt à Patre genitus: Iure proptereà tum vnicitas generationis Verbi, tum carentia generationis Spiritus Sancti explicitè omninò traditur in Symbolis: Illa quidem *in Symbolo Apoſtolorum, & in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum*: Iſta *in Symbolo* Athanaſij *Spiritus Sanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus*: Iure eadem veritas definitione Conciliorum, præſertim Toletani primi, & vndecimi auctoritate Patrum; Theologorum ratiocinatione; & Catholicorum omnium conſenſione ſtabilitur.

8. Vnigeniti, & primogeniti nomen quomodo in Scriptura tribuantur Verbo, & Chriſto.

Probatur ſecundò ex multis abſurdis, quæ contra fidem ſequuntur: Si Spiritus Sancti proceſſio aſtruatur generatio, ſequitur primò generationem, qua procedit Verbum, non eſſe in ſua linea infinitam, nec explere fœcunditatem Patris, conſequenter Verbum non eſſe Perſonam in ſuâ lineâ infinitam, nec æqualem Patri. Sequitur ſecundò generationem vnius perſonæ ea ratione, qua admittit conſortium generationis alterius, admittere poſſe conſortium generationis plurium perſonarum in infinitum: Imò ſicuti *ex ſupradictis, cap.* 1. §. 4. non poſſunt admitti plures dij, quin admittantur infiniti, non plures Perſonæ diuinæ improductæ, quin admittantur Perſonæ improductæ infinitæ, ita non poſſunt admitti plures Perſonæ diuinæ genitæ, plures filij, quin admittantur infinitæ perſonæ genitæ, infiniti filij. Sequitur tertiò proceſſionem Verbi eſſe eiuſdem rationis cum proceſſione Spiritus Sancti, & conſequenter malè poni vnam per intellectum, alteram per voluntatem, malè poni vnam priorem altera; nec Verbum eſſe ſecundam Perſonam, Spiritum Sanctum tertiam ordine rei numeratæ, ſed tantùm ordine numeri, & arbitrio numerantis, qua ratione eſſet cuique liberum numerare Spiritum Sanctum priùs, quàm Verbum, nuncupare Spiritum Sanctum ſecundam, Verbum tertiam Perſonam, quæ arbitraria numeratio non eſt vllo modo approbanda, dum mens eſt exprimere diuinarum perſonarum ordinem, licèt non ſit omninò damnanda, dum mens eſt præcisè explicare diuinarum perſonarum, numerum; ſic D. Iſidorus *lib. 1. de ſummo bono, cap.* 3. dicit Filium eſſe tertiam Trinitatis perſonam, & ſenſus eſt Filium eſſe vnam ex tribus Trinitatis perſonis.

9. Abſurda ſequentia ex errore tribuente rationem generationis proceſſioni Spiritus Sancti.

Filius in diuinis quomodo dici poſſit tertia perſona?

§. II.

Vtrùm poſſit aſſignari ſufficiens ratio cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti?

Assertvm I. Non poteſt hîc in via aſſignari ratio vlla euidens, cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti. Ita Sancti Patres, & Theologi communiter.

10. Non poteſt euidenti ratione oſtendi cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti.

Probatur primò ex Sanctis Patribus, D. Auguſtinus *lib. 5. de Trinitate, cap.* 27. loquens de Spiritu Sancto ait. *Cum ſit communio quædam conſubſtantialis Patris, & Filij, amborum Spiritus, non amborum quod abſit, dictus eſt filius. Sed ad hoc dilucidè perſpicuéque cernendum*

cernendum non potes ibi aciem figere , ſcio quia non potes : libro 3. contra Maximinum *capit.* 13. idem tradit maiori energia dicens. *Quid inter naſci , & procedere interſit explicare quis poteſt ? non omne quod procedit , naſcitur ; quamvis omne procedat , quod naſcitur : Hæc ſcio ; diſtinguere autem inter illam generationem , & hanc proceſſionem neſcio , non valeo , non ſufficio* , Damaſcenus *libro* 1. *fidei, capit.* 10. *& generationis , & proceſſionis differentiam eſſe diximus , at quæ differentia modus , nequaquam* , Anaſtaſius Sinaita *lib. de rectis fidei dogmatibus : Non eſt tutum hoc inquirere quod ſoli Trinitati cognitum eſt.* Confirmatur; Si haberemus hîc in via rationem euidentem ad oſtendendum , cur Proceſſio Verbi ſit generatio , non proceſſio Spiritus Sancti eſſet nobis euidens proceſſionem Verbi eſſe generationem , non proceſſionem Spiritus Sancti ; at *Sancti Patres* tradunt hoc eſſe nobis valde obſcurum , non euidens ; nam D. Ambroſius *lib.* 1. *de fide , capit.* 5. ait : *mihi impoſſibile eſt generationis iſtius noſſe myſterium , Vox ſilet , mens deficit non tantum mea , ſed etiam Angelorum* , & D. Bernardus *Sermone* 1. *Pentecoſtes* tradit *Proceſſionem Spiritus Sancti poſuiſſe tenebras latibulum ſuum*, ergo.

11\. Probatur ſecundò ratione ex communi conditione Myſteriorum ſupernaturalium; quorum non poſſumus hîc in via habere euidentiam , adeóque nec afferre rationem euidentem : at quòd Proceſſio Verbi in diuinis ſit generatio , non proceſſio Spiritus Sancti , eſt Myſterium ſupernaturale ; idque ſupereminens , & ſuperexcelſum ; ergo non poſſumus habere hîc in via ipſius euidentiam , nec aſſignare euidentem rationem , cur ita ſit.

12\. Poteſt ratione Theologica ſufficiẽter oſtendi cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti.

Assertvm II. Rectè aſſignari poteſt hîc in via non tantum qualiſcumque ratio congruentiæ , verùm etiam ſufficiens ratio Theologica , cur Proceſſio Verbi ſit generatio , non proceſſio Spiritus Sancti. Nomine rationis Theologicæ intelligo in præſenti rationem innitentem partim principiis fidei , partim alicui principio naturali valde probabili. Hoc aſſertum tradunt in terminis Lugus *prima parte , lib.* 2. *diſputation.* 4. *capit.* 1. *numer.* 9. Vaſquez *diſputation.* 13. *capit.* 3. *numer.* 15. Æſtiua *in primo, diſtinction.* 13. §. 1. Herincx *diſputation.* 2. *quæſtion.* 2. *numer* 7. Marchinus *quæſtion.* 27. *diſputation.* 7. aliique Theologi magis communiter , qui , dum ingenioſè laborant in tali ratione aſſignanda , vtique ſentiunt ipſam poſſe aſſignari : contra Magiſtrum *in primo, diſtinct.* 13. Gregorium *ibidem, quæſtion.* 1. Gabrielem *quæſt. vnicâ* , Maiorem *in primo , quæſtion.* 16. *artic* 2. alioſque nonnullos ſuccumbentes difficultati , & arbitrantes nullam ſufficientem rationem aſſignari poſſe , cur Proceſſio Verbi ſit generatio , non proceſſio Spiritus Sancti. Hi auctores exiſtimant ſibi adſtipulari Sanctos Patres mox relatos in probatione aſſerti ſuperioris , verùm Sancti Patres vt plurimum tantùm loquuntur de ratione euidenti , vel ſi quis loquens de ratione etiam tantùm ſufficienti affirmat talem rationem ſibi non innoteſcere , non ideò negat poſſe alicui alteri innoteſcere , poſſe ab aliquo alio aſſignari ; cum præcipuè ſucceſſiuo decurſu temporis plures veritates fidei fuerint redditæ magis explicitæ , & ex ipſis magis explicitè innoteſcentibus fuerint deductæ , & in notitiam eductæ plures conſequentiæ antecedenter ignotæ : fauet Auctoribus poſito aſſerto aduerſantibus Valentia *prima parte , diſput.* 2. *quæſtion.* 1. *punct.* 4. vbi vult diſcrimen proceſſionis Verbi à proceſſione Spiritus Sancti tantùm poſſe inueſtigari ſecundum aliquam congruentiam : fauet iiſdem Scotus *in* 1. *diſtinct.* 13. *quæſt. vnica* §. *ad quæſtionem* vbi ita habet. *Reſpondeo , quod productiones ſe ipſis formaliter diſtinguuntur , generatio enim ſe ipſa formaliter eſt generatio : & Spiratio ſe ipſâ formaliter ſpiratio : Ita quod non oportet quærere , quibus diſtinguuntur, quia tota ratio formalis vnius eſt non eadem toti rationi formali alterius.*

13\. Theologus tenetur reddere rationẽ de ea, quæ in ipſo eſt, ſpe, & fide.

Probatur aſſertum , quia ex vna parte ſuſtinendo aſſignabilem rationem diſcriminis cum proceſſio Verbi , &c. implentur partes veri Theologi , cuius munus eſt fidem contra Hæreticos non tantum negatiuè ſuſtinere , verùm etiam poſitiuis rationibus ipſorum ora obtrudere , & Theologos maximè vrget imperium illud , quo fideles 1. *Petri* 3. iubentur parati eſſe reddere rationem poſcenti , de ea , quæ in ipſis eſt, ſpe , & à fortiori etiam fide , quæ ſpei baſis eſt : Ex alia parte inficiando aſſignabilem huiuſmodi ſufficientem rationem irrogatur iniuria pluribus Sanctis Patribus , ac viris celeberrimis , qui in tali ratione aſſignanda ingenioſè deſudarunt, & intercluditur Theologis via attentiùs perſcrutandi ſpeciales prærogatiuas , perfectiones , conditiones vtriuſque proceſſionis. Porrò vt in particulari determinetur quænam ſit ratio ſufficiens diſcurrendum eſt ſingillatim per plures , & varias , quæ à variis aſſignantur , huiuſmodi rationes ; ex tali quippè diſcurſu ſternetur via ad aſſignandam eam , quæ præ aliis magis ſufficiens eſt , & inſuper oſtendetur illud , quod in aſſerto innititur , non deeſſe ſcilicet in propoſito rationes congruentes , certè enim rationes , quæ *in ſequentibus* §§. impugnabantur , licet ad omnimodam ſufficientiam non perueniant , ab aliquali congruentia non deficiunt.

§. III.

Vtrùm ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi ſit Generatio, non Proceſſio Spiritus Sancti, conſiſtat in eo, quòd Verbum primò producatur?

14. Verbum primò produci non eſt ſufficiens ratio cur generetur.

ASSERTVM: Sufficiens ratio cur Proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti, non conſiſtit in eo, quod Verbum primò producatur. Ita communiter Theologi in ſequentibus aſſertis referendi contra Recentiores nonnullos ſuppreſſo nomine relatos ab Arriaga *prima parte, diſp. 47. ſect. 2.* quibus videtur fauere D. Thomas *in 1. diſtinct. 13. quæſt. 1. art. 2. in C.* diſtinguens generationem Verbi à proceſſione Spiritus Sancti ex eo, quod illa ſit proceſſio vnius Perſonæ ab vna; quod eſt idem ac dicere proceſſio prima; iſta ſit proceſſio vnius Perſonæ à duabus, quod eſt idem ac dicere proceſſio ſecunda. Quam diſcriminis rationem attulit etiam D. Auguſtinus *lib. 15. de Trinitate, cap. 27.* docens Spiritum Sanctum non naſci, ſed procedere, quia eſt à duobus. Verum nonniſi violenta interpretatione poſſunt *Auguſtinus, & Thomas*, in talium Recentiorum ſententiam pertrahi, nam *D. Thomas*, non intendit ibi aſſignare rationem, cur vna diuina proceſſio ſit generatio non altera; ſed tantum cur debeant poni in diuinis duæ proceſſiones, non vnica; quod probat ex ordine originis repertæ inter diuinas proceſſiones, & hunc probat ex eo, quod vna proceſſio ſit à duabus Perſonis, adeóque non tantum à Perſona à qua procedit altera, ſed etiam ab ipſa altera Perſona, quæ procedit, *D. Auguſtinus* docens Spiritum Sanctum non naſci, quia eſt à duobus, non fundat vim ſuæ rationis in eo, quod proceſſio à duobus ſit proceſſio ſecunda; ſed in eo, quod nullus Filius eſt duorum niſi Patris, & matris, nefas autem eſt rationem Patris, & Matris in Deo ſuſpicari.

15. Spiritum Sanctum procedere à duobus eſt ratio congrua, non ſufficiẽs cur non generetur.

Aduerte hîc obiter rationem hanc *Auguſtini* laudari poſſe vt pulcram, congruam, & oratoriam ſuaſionem; at non vt Scholaſticè efficacem: facilè enim reſponderet Theologus ex eo, quod filius in diuinis à duobus procederet, non ſufficienter inferri, quod alter duorum deberet eſſe Pater, alter Mater: Primò quia ob vnitatem virtutis generatiuæ procederet à duobus, tanquam ab vnico principio generante, adeóque tanquam ab vnico genitore, & vnico Patre, ſicuti de facto ob vnitatem virtutis ſpiratiuæ Spiritus Sanctus procedit à duobus tanquam ab vnico principio ſpirante, tanquam ab vnico ſpiratore. Secundo quia de facto Humanitas Chriſti procedit à duobus, nimirum à Beata Virgine, & à Deo; nec ex eo, quod ſit à Beata Virgine, tanquam à Matre, ſequitur, quod ſit à Deo tanquam à Patre, & quod Patrem habeat, quia matrem habet; ergo ſimiliter neque filius in diuinis procedens à duabus Perſonis ex eo, quod eſſet ab vna, tanquam à Patre, deberet eſſe ab altera, tanquam à Matre; & habere Matrem, quia habet Patrem. His obiter præmiſſis aſſertum

Probatur primò: Ad generationem non requiritur, quod ſit prima productio, ergo ex eo, quod Verbum primò producatur, & Verbi proceſſio ſit prima productio, non deſumitur ſufficiens ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio, &c. Antecedens probatur: Vel ſumitur prima productio prout contradiſtinguitur à conſeruatione eiuſdem rei, vel prout contradiſtinguitur à productione poſteriore rei diuerſæ, ſed neutro modo requiritur ad generandum, quod ſit prima productio, ergo. Probatur minor quoad primam partem, ſcilicet quoad primam productionem ſumptam prout contradiſtinguitur à conſeruatione eiuſdem rei. Primò quia ex communi Philoſophorum ſententia, quando principia conſeruatiua, & productiua eadem ſunt, actio conſeruatiua non diſtinguitur ab actione primò productiua, nec conſeruatio aliud eſt, quàm continuata productio; quando igitur prima productio eſt generatio etiam conſeruatio erit continuata generatio, ſi idem ſit principium conſeruans, quod producens; ergo ratio generationis in conſeruatione æquè, ac in prima productione ſaluatur, nec ad ipſam requiritur, quod ſit productio prima, prout productio prima à conſeruatione diſtinguitur. Secundò quia negari nequit ab aduerſariis, quin proceſſio Verbi diuini etiam hodie ſit generatio, & tamen talis proceſſio hodie non connotat negationem præcedentis exiſtentiæ, ſeu præcedentis durationis in Verbo, quæ connotatio eſt de conceptu formali primæ productionis, vt contradiſtinctæ à conſeruatione. 16.

Prima productio dupliciter ſumitur.

17. Probatur eadem minor quoad ſecundam partem, ſcilicet quoad primam productionem ſumptam prout contradiſtinguitur à productione poſteriore rei diuerſæ. Primò quia potiùs ex oppoſito res ſe habet in viuentibus creatis, in iſtis ſcilicet tantum poſterior productio, non prima productio eſt generatio: prima quippe iſtorum productio, ſeu operatio eſt nutritio, & augmentatio, non generatio; vnde ergo habent Aduerſarij generationem debere eſſe productionem primam; & vbi ſunt plures productiones, quarum vna ſit poſterior; hanc non eſſe generationem, vt inde inferant tantùm proceſſionem Verbi, non proceſſionem Spiritus Sancti in diuinis eſſe generationem. Secundò in creatis non tantum prior, verùm etiam poſterior; non tantùm prima, verùm etiam ſecunda productio, & tertia eſt generatio, vt patet ex eo, quod non tantùm

Generatio præſcindit ab eo, quòd ſit prima, vel ſecunda, vel vlterior productio.

tantùm Primogenitus, verùm etiam Secundogenitus, Tertiogenitus, &c. eſt verè Filius, ergo non eſt de ratione generationis, quod ſit productio prima, prout productio prima contradiſtinguitur à ptodnctione poſteriore rei diuerſæ, ſeu termini diſtincti.

18. Dices in creatis, & in humanis etiam ſecundam productionem eſſe generationem, quia homo generans communicat filio partem tantum ſuæ ſubſtantiæ, non totam ſubſtantiam; ideò poteſt ſecundâ productione communicare alteri aliam partem ſuæ ſubſtantiæ, ſicque habere ſecundam productionem, quæ etiam ipſa ſit generatio; at in diuinis per primam productionem communicatur tota ſubſtantia viâ generatiuâ, ideò ſecunda productio non poteſt ampliùs eâdem viâ ſubſtantiam communicare, non poteſt ampliùs eſſe generatio: Sicque non in omnibus quidem productionibus, benè tamen in illis, in quibus tota producentis ſubſtantia communicatur, requiritur ad generationem, quod ſit productio prima. Nec refert quod dicebatur in viuentibus creatis nutritionem, & augmentationem, non verò generationem eſſe productionem primam; per accidens enim hoc ipſis contingit ex eo, quod in primo ſui eſſe perfecta non ſint, adeóque antequam aliud à ſe diſtinctum generent, debeant prius per nutritionem, & augmentationem ſtatum ſibi perfectum comparare. Cæterùm ſi aliquod viuens corporeum diuinitus producatur in ſtatu conſiſtentiæ, & perfectionis, vtique habere poterit generationem pro prima productione; Cum igitur viuens increatum ſit in primo ſui eſſe perfectiſſimum, in viuente increato prima productio debebit eſſe generatio.

19. Sed contra: Inſtantia rectè probat dari non poſſe in diuinis duas generationes, at cum dentur duæ proceſſiones, non ſatis probat, cur prima potiùs, quàm ſecunda proceſſio debeat eſſe generatio; & aliud eſt dicere, non poteſt dari in diuinis ſecunda generatio, aliud ſecunda proceſſio in diuinis non poteſt eſſe generatio: illud ad ſummum, non iſtud colligitur ex eo, quod vnicâ generatione communicetur in diuinis tota natura, ſeu tota ſubſtantia, dum dicitur in diuinis per primam proceſſionem communicari totam ſubſtantiam viâ generatiuâ, addendo ly *viâ generatiuâ* ſupponitur, quod eſt in quæſtione. Diſparitas quæ affertur inter viuens creatum, & increatum, euincit quidem primam productionem, quamvis de lege ordinaria non ſit generatio in viuente creato, eſſe poſſe generationem in viuente increato; & rationem generationis non pugnare cum ratione primæ productionis, quod admitto libentiſſimè; at non oſtendit in diuinis primam productionem debere eſſe generationem, proceſſionem Verbi quia prima productio eſt, generationem eſſe, & de conceptu generationis eſſe, quod prima productio ſit.

In viuente increato productio prima poteſt eſſe generatio, licèt talis non ſit in viuente creato.

Probatur ſecundò aſſertum, ſeu potiùs confirmatur ſuperior probatio: Siue prima productio ſumatur prout contradiſtinguitur à conſeruatione, ſiue prout contradiſtinguitur à productione poſteriore diuerſi termini, proceſſionem Verbi eſſe productionem primam non eſt ſufficiens ratio, cur ipſa ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti, ergo. Probatur antecedens quoad primam partem: Productio Spiritus Sancti ad productionem Verbi non ſe habet, vt continuatio eiuſdem actionis, ergo quod generatio debeat eſſe prima productio, prout prima productio à conſeruatione contradiſtinguitur, impertinenter ſe habet ad probandum quod productio Verbi ſit generatio, non productio Spiritus Sancti. Probatur idem antecedens quoad ſecundam partem: Reſpectu termini producti æquè eſt prima proceſſio Spiritus Sancti, ac ſit proceſſio Verbi, quia vtraque eſt reſpectu proprij termini vnica, & tantùm ratione termini communicati proceſsio Verbi poteſt dici prima; proceſsio Spiritus Sancti ſecunda, quatenus natura, quæ eſt terminus communis vtrique proceſsioni priùs communicatur Verbo, quàm Spiritui Sancto; at quod productio ſit hoc modo poſterior, & ſecunda non impedit rationem generationis, ergo quòd Verbum primò producatur ſumendo productionem primam, prout contradiſtinguitur à poſteriore eâ poſterioritate, quæ conuenit proceſsioni Spiritus Sancti reſpectu proceſsionis Verbi, non eſt ſufficiens ratio cur, &c. Minor probatur: Si eadem anima diuinitus replicaretur, & ex vi ſeminis, virtutiſque generatiuæ vniretur prius vni corpori, deinde alteri, vtraque hæc vnitio eſſet vera generatio; & tamen anima, quæ eſſet terminus communis vtriuſque vnionis, priùs vniretur vni corpori, quàm alteri; ergo quod ratione termini communis aliqua productio ſit poſterior, & ſecunda, quomodo eſt poſterior, & ſecunda productio Spiritus Sancti reſpectu productionis Verbi, non impedit rationem generationis. 20.

Eadem natura ſicuti poteſt terminare duas productiones, ita etiam duas generationes.

---

§. IV.

Vtrùm ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi ſit generatio, non Proceſſio Spiritus Sancti, conſiſtat in eo, quòd Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ fœcundæ?

ASSERTVM: Sufficiens ratio, cur proceſsio Verbi, &c. non conſiſtit in eo, quod Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ fœcundæ: Ita tùm Auctores aſſerto ſuperiori aduerſantes, tùm communiter alij Theologi in ſequentibus aſſertis referendi contra Richardum à Sancto Vi- 21.

Verbum habere naturâ fœcundam non eſt ſufficiens ratio cur generetur.

ctore

ctore lib. 6. de Trinitate, *cap.* 8. Zunigam *diſp.* 2. *dub.* 20. Alexandrum *prima parte*, *quæſt.* 42. *memb.* 2. Maiorem *in* 1. *diſt.* 13. *quæſt.* 1. alioſque nonnullos docentes ſimilitudinem requiſitam inter Perſonam genitam, & Perſonam generantem conſiſtere in eo, quòd Perſona genita habeat fœcunditatem, & virtutem communicandi propriam ſubſtantiam vitaliter, ſicuti talem virtutem habet generans: & hoc exiſtimant importari in definitione generationis per nomen ipſum naturæ, quæ ſtrictè accepta ſignificat principium motus, ac proinde natura viuens ſubſtantialis ſignificat principium motus ſubſtantialis vitalis,
22. ſeu productionis alterius Perſonæ. Non deſunt, qui referant pro hac opinione D. Baſilium propter verba, quæ habet 5. contra Eunom. *cap.* 12. *Si Spiritus Sanctus eſſet Filius ex Filio, ex hoc alius filius vtique natus eſſet:* quibus verbis videtur indicare eſſe de ratione Filij, quod producat alium, ſeu quod habeat naturam fœcundam. Verùm *Baſilius* tantùm intendit non poſſe in diuinis poni duos Filios, vnum ab alio, quin ponantur tres, imò infiniti Filij, & infert tertium Filium, ſeu tertiam Perſonam procedentem non præciſè ex eo, quod Spiritus Sanctus eſſet Filius, ſed ex eo, quod eſſet Filius, ex filio, ſeu ex eo, quod eſſent duo Filij: Immerito igitur *Baſilius* pro tali opinione refertur: Nec minùs immeritò pro eadem à quibuſdam refertur Concilium Florentinum *ſeſſ. vlt.* vbi ita habet: *credentes Spiritum Sanctum ex Filio nequaquam procedere, neceſſe eſt, vt intelligant Spiritum ex ſolo Patre procedere, & conſequenter non eſſe Filium*; quibus verbis dum infertur non eſſe Filium ſi ſpiritus ab ipſo non procedat exprimitur eſſe de conceptu Filij quod ab ipſo ſit Spiritus Sanctus, ſeu quod habeat naturam fœcundam, & virtutem productiuam alterius Perſonæ. Verùm ly *non eſſe Filium* non negat ſimpliciter Perſonam Filij, ſed refertur ad Spiritum Sanctum, & ſenſus eſt (etiam ſecundùm Græcos intelligentes ipſum à ſolo Patre procedere) Spiritum Sanctum non eſſe Filium: Mens enim Concilij, vt notat De Quiros *prima parte*, *tract.* 7. *diſp.* 36. *ſect.* 2. *numer.* 7. eſt excludere confuſionem Perſonarum, ad quam excludendam adducit Græcos conuenientes cum Latinis in tali excluſione, & admittentes Spiritum Sanctum non eſſe Filium ſeu diſtingui à filio etiamſi velint ipſum eſſe à ſolo Patre. Vnde ex allatis Concilij verbis potiùs eruitur probatio, quàm impugnatio aſſertæ veritatis, vt pa-
23. tet ex argumento, quod mox ſubiicio; ideò aſſertum

Non poſſe in diuinis admitti duo Filij, niſi admittantur infiniti.

Probatur primò: Tùm Græci, tùm Latini admittunt in diuinis Perſonam, quæ verè ſit genita, quæ verè ſit Filius independenter ab eo, quod talis Perſona habeat cum ſuo principio ſimilitudinem naturæ fœcundæ, & virtutem productiuam alterius, ergo tum Græci, tum Latini ſentiunt ad generationem non requiri aliquam fœcunditatem in genito, & conſequenter, quod Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ fœcundæ non eſt ſufficiens ratio, cur, &c. Antecedens quoad Græcos colligitur ex relato Textu Concilij perhibentis Græcos agnoſcere tres Perſonas inconfuſas, & admittere Filium dari, imò dari diſtinctum realiter à Spiritu Sancto, quamvis ponant Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere, & negent Filio omnem fœcunditatem. Quoad Latinos ſuadetur ex eo, quod iſti contra Græcos negantes filio fœcunditatem, nunquam intulerunt ipſos negare Filium ſeu ſequi per ipſos non dari Filium, ergo tum Græci, &c. Non habent igitur Aduerſarij præſidium vllum ſuæ ſentẽtiæ ex antiquorum, aut Patrum, aut Conciliorum auctoritate. Nullum etiam, aut valde infirmum, eſt præſidium, quod emendicant ex nomine naturæ poſitæ in definitione generationis. Enimverò natura ex genere ſuo ſignificat quidem principium alicuius operationis, at non principium termini ſubſtantialis producti per talem operationem: & in Deo *ex ſuperiore tractatu, lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. natura, vt diſtincta ab eſſentia, conſtituitur quidem ex intellectione, at non ex intellectione fœcunda, & productiua termini. 24.

Quid ſignificet nomen naturæ poſitum in definitione generationis?

Probatur ſecundò: Nec eſt de ratione generationis aliqua fœcunditas in termino genito, nec, ſi quæ fœcunditas eſt de ratione generationis, reperitur talis fœcunditas in Verbo diuino, ergo quod Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ fœcundæ non eſt ſufficiens ratio, &c. Probatur antecedens quoad primam partem: Neque etiam in creatis omne quod generatur eſt fœcundum: Nullus enim verè generatur, & tamen eſt ſterilis; frigidi, & eunuchi ſic nati ex vtero Matris verè generantur, & tamen ſunt ſteriles. Quod ſi dicas hanc ſterilitatem eſſe accidentalem, quia in frigidis, & eunuchis oritur ex defectu accidentali, qua ratione etiam ſenio confecti ſteriles dici poſſent; in mulis verò non conuenit omnibus vniuerſaliter, *Theophraſtus* enim refert in Aſia Mulum ex Mula generare Mulum: addam validiorem inſtantiam ex fœmina, quæ verè generatur, & tamen in multorum ſententia caret fœcunditate; cum concurrat tantum paſſiuè ad generationem; nec qui negant fœminam de facto ſe habere merè paſſiuè, cenſent hoc impoſſibile, adeò vt negent poſſibilem eſſe fœminã, cui conueniat poſſe concurrere ad generationem 25.
tantùm paſſiuè. Probatur idem primum antecedens quoad ſecundam partem: Si quæ fœcunditas in termino genito eſt de ratione generationis, eſt fœcunditas ad generandum; ſed non reperitur fœcunditas ad generandum in Verbo diuino, ergo ſi quæ fœcunditas eſt de ratione generationis non repetitur talis fœcunditas in Verbo diuino. Minor patet: Maior probatur, quia tantum fœcunditas ad generandum eſt ſimilis fœcunditati generantis, nec homo genitus eſt in fœcunditate naturæ ſimilis homini generanti per hoc præciſè, quod

Fœcunditas geniti non eſt de conceptu generationis.

Muli in Aſia generant, ex Theophraſto.

Si quæ fœcunditas poteſt eſſe de conceptu generationis non eſt talis, qualis in Verbo.

poſſit

Google

poſſit aut aliquid aliud vtcumque, aut hominem producere viâ non generatiuâ, ergo ſi quæ fœcunditas in termino genito, &c.

26. Probatur tertiò etiamſi fœcunditas in termino genito eſſet de conceptu generationis creatæ adhuc non eſſet de conceptu generationis diuinæ, ergo in ſubiecta materia, in qua ſermo eſt de generatione diuina, fœcunditas non eſt ad rem, & ſimilitudo in natura fœcunda non eſt ſufficiens ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio: Antecedens probatur: Si fœcunditas in termino genito eſt de conceptu generationis creatæ, hoc ideo eſt, quia fœcunditas eſt vera virtus actiua, & prædicatum eſſentiale naturæ principij generantis, cui propterea non videtur poſſe eſſe in natura ſimilis terminus genitus, niſi, & in ipſo reluceat fœcunditas; at hæc ratio non militat in generatione diuina, ergo etiamſi fœcunditas in termino genito, &c. Minor probatur fœcunditas diuina ſecundùm illud quod addit naturæ communi omnibus Perſonis, non eſt *ex cap. ſuperiori §. 9. & 10.* virtus actiua, ſed pura conditio; non eſt prædicatum eſſentiale naturæ, ſed prædicatum notionale Perſonæ, affixum determinatæ perſonalitati, ex eo quod in vna Perſona reperiatur, non in altera non reddit vnam Perſonam, aut in natura diſſimilem, aut in perfectione inæqualem alteri, ergo ſi quid probat fœcunditatem in termino genitu eſſe de conceptu generationis creatæ, id non militat reſpectu generationis diuinæ. Accedit, quod ſi fœcunditas eſſet de conceptu naturæ diuinæ, & defectu fœcunditatis Spiritus Sanctus non haberet naturæ ſimilitudinem, neque etiam Verbum haberet naturæ ſimilitudinem; niſi ad ſummum partialem, non enim habet Verbum totalem; ſed tantùm partialem fœcunditatem Patris; non habet ſcilicet fœcunditatem per intellectum, & voluntatem, viâ generatiuâ, & ſpiratiuâ, ſicuti Pater, ſed tantùm per voluntatem, & viâ ſpiratiuâ: poſſit igitur Verbum dici procedens in minorem naturæ diſſimilitudinem, at non ſimpliciter in ſimilitudinem.

Fœcunditas in termino genito non requireretur in generatione diuina etiamſi requireretur in generatione creata.

27. Ex his habes Spiritum ſanctum Filium non euaſurum, etiamſi per impoſſibile aliam Perſonam produceret; & Verbum remanſurum Filium, etiamſi per impoſſibile, nec Spiritum ſanctum produceret, nec vllam aliam Perſonam; & licèt oppoſitum, quod ex Aduerſariorum ſententia ſequitur, non poſſit notari apertæ abſurditatis, eſt tamen minoris congruitatis quia facit quodammodo minùs eſſentialem filiationem, & carentiam filiationis Filio, & Spiritui ſancto de facto exiſtentibus.

Spiritus Sāctus etiā ſi eſſet fœcundus non eſſet Filius.

§. V.

Vtrùm ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi ſit Generatio, non Proceſſio Spiritus ſancti, conſiſtat in eo, quòd Verbum procedat, vt Imago?

28. ASSERTVM: Sufficiens ratio, cur proceſſio Verbi, &c. non conſiſtit in eo, quod Verbum procedat, vt Imago. Ita Auctores relati in ſuperioribus, & referendi in ſequentibus aſſertis contra Vaſquez 1. *parte, diſp.* 113. *cap.* 7. alioſque nonnullos ſecutos Canarienſem *in comment.* 1. *partis, quæſt.* 27. *art.* 2.

Verbum eſſe imaginem non eſt ſufficiens ratio cur generetur.

Huius aſſerti probationibus præmitto *D. Auguſtinum*, & *D. Thomam* inter ſe maximè conuenire in explicanda ratione Imaginis, nam D. Auguſtinus *lib. imperfecto de Geneſi ad literam cap.* 16. ita habet: *Omnis imago ſimilis eſt ei, cuius eſt imago, nec tamen omne, quod ſimile eſt alicui, etiam imago eſt eius.* (& nonnullis interpoſitis) *Imago enim tunc eſt, cum de aliquo exprimitur*, D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 35. *art.* 1. *in C.* ita habet: *de ratione imaginis eſt ſimilitudo, non tamen quacumque ſimilitudo ſufficit ad rationem imaginis* (& nonnullis interpoſitis) *ad hoc ergo, quod verè aliquid ſit imago requiritur, quod ex alio procedat ſimile ei, &c.* Ex his vtriuſque Doctoris verbis fit 29. Imaginem nihil aliud eſſe, quàm aliquid ex alio procedens, vel de alio expreſſum ei ſimile, & conſequenter ipſum repræſentans: & quamvis Vaſquez 1. *parte, diſp.* 45. *cap.* 5. *num.* 13. velit vnum repræſentare aliud aliquid ampliùs eſſe, quàm procedere ab alio ei ſimile, vt videmus, inquit, in generatione vniuoca non viuentium, in quibus producitur vnum ſimile ab alio, quod ideò non eſt illius imago, quia non repræſentat illud, ignis enim productus non magis repræſentat hunc ignem producentem quam alium; cum eodem modo aliis omnibus ſimilis ſit: Addit propterea ad hoc, vt vnum aliud repræſentet, & ſit alterius imago, non ſufficere, quod ſit ſimilitudo ab alio expreſſa, ſed inſuper requiri, quod ſit expreſſa ad repræſentandum. Quamvis inquam, *Vaſquez* ſecutus *Canarienſem* ita loquatur, huiuſmodi verbis non moueor. Primò quia non deſunt qui doceant ignem productum repræſentare ignem producentem, & eſſe ignis producentis imaginem; ita inter alios Arriaga *prima parte, diſp.* 52. *ſect.* 3. *num.* 12. Imo D. Thomas *prima parte, quæſt.* 45. *art.* 7. *in C.* Secundò quia ſi neganda eſt prærogatiua imaginis effectibus non viuentibus, aut etiam viuentibus non cognoſcitiuis, neganda eſt, vt infra tradetur *lib. ſequenti cap.* 3. §. 2. aliunde quàm ex eo quod non ſint expreſſi, ſeu

Imago quid.

Effectibus non viuentibus vtrum conueniat ratio Imaginis.

Digitized by Google

Procedere ſimile & procedere ad repræſentandum non differunt.

producti ad repræſentandum. Tertiò quia in illis generationibus, in quibus terminus genitus eſt imago, non poteſt explicari, quid addat procedere ad repræſentandum ſupra procedere ſimile, ſeu in ſimilitudinem; & Filius procedens etiam per Aduerſarios ad repræſentandum Patrem ex eo præciſè, quod per ſe formaliter, & vi proceſſionis procedit ſimilis, procedit ad repræſentādum: & per hoc quod agens, vel intentione innatâ & ex natura actionis; vel intentione elicitâ & ordinatione cognitionis intendit producere aliquod ſibi ſimile in ſui ſimilitudinem, intendit etiam producere aliquod ſui repræſentatiuum, ad ſe repræſentandum. His pro aliquali Imaginis notitia præmiſſis. Aſſeritur

30. Probatur primò: Malè dicitur proceſſionem Verbi eſſe generationem, ſeu Verbum procedere vt genitum, & vt Filium; quia procedit, vt Imago; ergo ſufficiens ratio cur proceſſio Verbi, &c. non conſiſtit in eo, quod, &c. Conſequentia patet. Antecedens probatur. Vel nomine imaginis intelligitur aliquod ex alio procedens per ſe, & ex vi proceſſionis ei ſimile in natura: Vel intelligitur aliquid aliud; primum non poteſt ab Aduerſariis dici cohærenter ad ſua principia. Si ſecundum dicatur, malè dicitur Verbum procedere: vt genitum, quia procedit vt Imago, ergo à primo ad vltimum malè dicitur proceſſionem Verbi, &c. Probatur minor quoad primam partem. In aduerſariorum principiis Spiritus ſanctus non procedit, vt Imago, & tamen procedit per ſe, & ex vi proceſſionis ſimilis in natura ſuo principio, vt facilè poteſt conſtare legenti Vaſquium 1. *parte, diſp.* 113. *cap.* 6. ergo non poteſt ab Aduerſariis dici cohærenter ad ſua principia, quod nomine imaginis intelligatur aliquod ex alio procedens per ſe, &c. Probatur eadem minor quoad ſecundam partem. Si quid aliud intelligitur nomine imaginis, vel intelligitur ſimilitudo intentionalis; & hæc non facit ad rem in præſenti, quia impertinenter ſe habet ad generationem, ſeu ad eſſe genitum: vel intelligitur ſimilitudo producta ad repræſentandum; & hæc cum ex præmiſſis nihil ſit aliud, quàm ſimilitudo conueniens ex vi formali productionis, non poteſt Spiritui ſancto negari *à Vaſquio* docente Spiritum ſanctum æquè, ac Verbum procedere in ſimilitudinem naturæ ex vi formali ſuæ proceſſionis. Deinde ex eodem Vaſquio *diſp. citata cap.* 7. *num.* 44. pater in creatis repræſentat filium, & ratione eiuſdem naturæ ſpecificæ habet ſimilitudinem ad filium repræſentandum; quamvis non ſit filij imago, quia à filio non procedit, ergo in diuinis Spiritus ſanctus, qui, & habet eandem numero naturam cum Patre repræſentat Patrem ſeu habet ſimilitudinem ad Patrem repræſentandum; & quia inſuper à Patre procedit, vera Patris Imago eſt, loquendo iuxta ipſammet doctrinam Vaſqoezij: quomodo ergo ſibi cohæret, dum docet Verbum eſſe genitum, quia eſt Imago, quia procedit vt ſimilitudo expreſſa ad repræſentandum.

Vaſquez ſibi non cohæret.

Probatur ſecundò: Quamvis bene intellecto nomine Imaginis, non vt explicatur *à Canarienſi, & Vaſquio*, ſed vt importat aliquod procedens ab alio, ei ſimile formaliter, & ex vi proceſſionis, verificetur quoad ſubſtantiam Verbum generari, quia eſt Imago; tamen quærenti, cur Verbum generetur potiùs, quàm Spiritus ſanctus, reſpondere, quia Verbum eſt Imago, ſeu procedit vt imago, non Spiritus ſanctus eſt afferre rationem, quæ vlteriori ratione indiget magis, quàm ipſum quæſitum; eſt obſcurè præſtare per plura, quod clariùs præſtari poteſt per pauciora, ergo eſt vitioſa reſponſio, ergo non tantum in ſenſu *Canarienſis, & Vaſquij*, ſed nec in quocumque alio ſenſu, rectè dicitur Verbum generari, quia eſt imago, conſequenter ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi, &c. non conſiſtit in eo, quod, &c. Probatur antecedens quoad primam partem, quod ſcilicet afferatur ratio indigens vlteriori ratione magis quàm ipſum quæſitum difficilius eſt, & ignotius quod verbum ſit Imago, non Spiritus ſanctus, quàm quod Verbum generetur non Spiritus ſanctus, ergo illud magis, quàm iſtud ratione indiget, & pro ratione illius iſtud afferre, eſt afferre rationem indigentem vlteriori ratione magis, quàm ipſum quæſitum. Antecedens probatur, quia apud Doctores tùm Græcos, tùm Latinos in comperto eſt Verbum generari, non Spiritum ſanctum; & generationem eſſe propriam Verbi, non Verbo, & Spiritui ſancto communem; & tamen licèt Doctores Latini ſoli Filio attribuant nomen Imaginis, Doctores Græcorum, vt teſtatur D. Thomas *prima parte, quæſt.* 35. *art.* 2. *in C.* communiter dicunt Spiritum ſanctum eſſe imaginem Patris, & Filij, & plures Græcos Patres facientes commune nomen Imaginis etiam Spiritui ſancto refert Eſtius *in* 1. *diſt.* 27. §. 9. Probatur idem antecedens quoad ſecundam partem: Quod ſcilicet obſcurè præſtetur per plura, quod clariùs præſtari poteſt per pauciora. Dicere Verbum generatur, quia eſt Imago, eſt obſcurè reſpondere; controuerſum enim eſt, & obſcurum, quid nomine Imaginis ſignificetur, dum aſſertur imago pro ratione generationis: eſt præſtare per duplicem rationem, quod poteſt præſtari per vnicam; qui enim dicit Verbum generatur, quia eſt imago, non Spiritus ſanctus; tenetur vlterius aſſignare rationem, cur Verbum, non Spiritus ſanctus ſit imago: & illa ipſa ratio, quæ aſſertur ad probandum Verbum eſſe imaginem, ſcilicet, quia ex vi ſuæ proceſſionis formaliter procedit ſimile ſuo principio ſi afferatur, vt afferri poſſe, imò debere ex §. 9. conſtabit, ad probandum Verbum eſſe genitum præſtabitur per vnicam rationem clarè illud, quod obſcurè præſtandum erat per duplicem rationem dicendo Verbum generatur quia eſt imago; & eſt Imago, quia ex vi ſuæ proceſſionis, &c. 31.

Difficilius eſt, & ignotius Verbum eſſe imaginem, quàm ipſum eſſe genitum.

32.

33. Ex his habes Sanctos Patres, quos pro ſua opinione Vaſquez adducit, vt Athanaſium *in epiſt. de Decretis Nicana Synodi parùm ante medium* de Filio ſic loquentem: *Si enim Imaginem nomines, Filium hoc ipſo eum eſſe indicaueris: Quid enim ſimile Deo niſi ſua ipſius progenies?* D. Thomam 4. *contra Gent. capit.* 11. vbi ita habet. *Non enim ſic eſſe Imaginem alicuius, vt eiuſdem natura cum illo ſit, in aliquo inuenitur, qui Filius dici non poſſit*, nobis non aduerſati, nec fauere Vaſquio, niſi ad ſummum voce tenus non re ipſâ: Nobis non aduerſantur, neque enim nos negamus, aut eſſe propriam Filij, ſeu Verbi in diuinis rationem Imaginis, aut ex ratione Imaginis rectè explicata inferri generationem; ſed dicimus non inferri ex ratione Imaginis, tanquam ex ratione omninò ſufficienti, cum ſit aſſignabilis alia clarior, & expeditior ratio: diximus inſuper non inferri ex ratione imaginis ſumptâ, vt explicatur à *Vaſquio*, cui propterea Sancti Patres non fauent cum vſurpent nomen imaginis in ſenſu diuerſo à ſenſu *Vaſquij*, intelligunt ſcilicet nomine imaginis ſimilitudinem vi proceſsionis expreſſam, & tamen *Vaſquez* contendit Spiritum Sanctum eſſe ſimilitudinem vi proceſsionis expreſſam, & non eſſe imaginem. Sic in locis citatis *Athanaſius*, quod nomine Imaginis intelligat ſimilitudinem, indicat per verba illa *Quid enim ſimile Deo*, D. Thomas per illa alia: *vt eiuſdem natura cum illo ſit.*

Sancti Patres nomine Imaginis, & ſimilitudinis indifferenter vtuntur.

34. Nec poſſum in huius rei confirmationem præterire *D. Anſelmi* teſtimonium, quo nihil clarius pro ſua ſententia dici poſſe *Vaſquez* gloriatur: Quærens igitur D. Anſelmus *in Monologio, capit.* 53. cur Verbum non Spiritus Sanctus ſit Filius, reſpondet: *Sicut verbum mox vt conſideratur, ſe prolem eſſe eius, à quo procedit, euidentiſſimè probat, promptam praeferendo Parentis imaginem: Sic amor apertè ſe prolem negat, quia dum à Patre, & Filio procedere intelligitur, non ſtatim tam perſpicuam exhibet ſe contemplanti eius, ex quo eſt, ſimilitudinem.* Ecce ex mente Anſelmi Spiritum Sanctum non exhibere perſpicuam ſimilitudinem eius, ex quo procedit, eſt ipſum non exhibere imaginem ſicuti exhibet Verbum, ergo vere *Anſelmus* nomine Imaginis non intelligit, niſi ſimilitudinem expreſſam vi proceſsionis.

---

§. VI.

Vtrùm ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi ſit Generatio, non Proceſſio Spiritus Sancti conſiſtat in eo, quòd intellectio, per quam procedit Verbum ſit formaliter, ſeu virtualiter natura?

Quod intellectio per quam procedit Verbũ ſit formaliter natura non eſt ſufficiens ratio cur Verbum generetur.

35. ASSERTVM: Sufficiens ratio, cur Proceſsio Verbi, &c. non conſiſtit in eo quòd intellectio, per quam procedit Verbum ſit formaliter, ſeu virtualiter natura diuina. Ita Auctores relati in aſſertis ſuperioribus, & nonnulli etiam ex infrà referendis contra Peſantium 1. *parte, quaeſt.* 27. *art.* 2. Lugum *lib.* 2. *diſp.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. Suar. *lib.* 11. *de Trinitate, cap.* 5. Arriagam *diſp.* 47. *ſect.* 8. *ſubſect.* 1. & 5. & alios aſſignantes intellectionem pro formali conſtitutiuo eſſentiæ Dei, vnde habemus, etiam in hoc aſſerto, ſaltem ex parte, Aduerſarios Thomiſtas communiter, hi enim ſicuti, vt retulimus *tract. ſuperiore, lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. *aſſert.* 4. collocant in intellectione formalem eſſentiam Dei, ita docent per intellectionem communicari formaliter Dei naturam; & ex hoc capite ſufficienter probari, quod Proceſſio Verbi, non proceſſio Spiritus Sancti, ſit formaliter in naturæ ſimilitudinem; quemadmodum requiritur ad veram generationem. Quia tamen Thomiſtæ hanc rationem non aſſignant, tanquam vnicam, & ſuſtinent etiam aliam rationem à nobis infrà aſtruendam; tantùm ex parte nobis aduerſantur, non ex toto; ſicuti aduerſantur Recentiores præcitati, contendentes rationem ſitam in eo, quod intellectio ſit formaliter natura eſſe vnicam ad probandum intentum in præſenti, nec poſſe aliter ſufficienter aſſignari cur proceſſio Verbi ſit generatio, non Proceſſio Spiritus Sancti.

36. Iſtis Auctoribus nos ex diametro opponimur, dum ipſorum rationem non tantùm vnicam, ſed nec ſufficientem aſſerimus: non obſtante, quod naturam diuinam, quamvis non eſſentiam, formaliter per intellectionem conſtitui aſſeruerimus *cap.* 2. *præcit.* §. 2. cuius capitis aſſerta diligenter recolenda ſunt, ne videamur nobis ipſis parùm cohærenter loqui: Specialiter recolendum eſt, quod ibi *aſſert.* 5. retulerimus Arriagam aſſignare pro conſtitutiuo diuinæ eſſentiæ ens ſpirituale à ſe ſubſiſtens, hîc eundem referamus aſſignare pro conſtitutiuo diuinæ eſſentiæ intellectionem; non inferre, aut nos ſiniſtrè *Arriagam* retuliſſe, aut ipſum *Arriagam* ſibi contradixiſſe. Conſiderat enim hic Auctor diuinam eſſentiam tripliciter, realiter, virtualiter, & per rationem, ipſamque conſtituit realiter ex omnibus perfectionibus; virtualiter ex intellectione; ratione ex ente ſpirituali à ſe ſubſiſtente. Sicque aſſignat intellectionem tanquam diuinæ eſſentiæ conſtitutiuum virtuale, medium inter conſtitutiuum reale, & conſtitutiuum rationis, vt loquitur ipſemet Arriaga *diſp.* 47. *citata ſect.* 8. *ſubſect.* 4. *num.* 8.

Triplex diuinæ eſſentiæ conſtitutiu ſecundũ Arriagam.

Exiſtimo equidem malè diſtingui conſtitutiuum virtuale à conſtitutiuo rationis, quia ſicuti diſtinctio virtualis nihil eſt aliud, quàm diſtinctio rationis ſumpta fundamentaliter, ita conſtitutiuum virtuale nihil aliud eſſe debet, quàm conſtitutiuum rationis ſumptum fundamentaliter, nec poteſt poni pro conſtitutiuo virtuali vnum prædicatum, aliud prædicatum pro conſtitutiuo rationis. Non eſt tamen operæ prætium immorari in hoc, quod tandem totum reſoluitur in altercationem vocalem, & quæſtionem de

Malè diſtinguitur reſpectu diuinæ eſſentiæ conſtitutiuũ virtuale à conſtitutiuo rationis.

nomine, Ideo contra *Arriagam* eodem modo, quo contra alios Aduerſarios aſſertum abſolutè

37\. Probatur primò: Licèt intellectio diuina ſit formale, ſeu virtuale conſtitutiuum diuinæ naturæ, vt contradiſtinguitur ab eſſentia, non eſt tamen formale conſtitutiuum diuinæ eſſentiæ, ergo ex eo, quod Verbum procedat per diuinam intellectionem, ſequitur ad ſummum, quod procedat formaliter in ſimilitudinem naturæ diuinæ, vt contradiſtinctæ ab eſſentia; non tamen, quod procedat formaliter in ſimilitudinem etiam diuinæ eſſentiæ, at hoc ſecundum requiritur ad veram generationem, ergo quod intellectio, per quam procedit verbum, ſit formaliter, ſeu virtualiter natura diuina, non eſt ſufficiens ratio, cur Verbum procedat per generationem, ſeu generetur. Antecedens ſupponitur ex præcitato *capite x. tractatus ſuperioris*; Prima conſequentia patet; Minor ſubſumpta probatur, D. Thomas 1. *part. quæſt. 27. art. 2. in C.* explicans ſecundùm quamnam ſimilitudinem debeat procedere id, quod generatur, ait requiri, quod procedat ſecundùm ſimilitudinem in natura eiuſdem ſpeciei: at prædicata conſtituentia naturam eiuſdem ſpeciei ſunt prædicata eſſentialia rei pertinentia ad eſſe potiùs, quàm ad operari, ad eſſentiam potiùs, quàm ad naturam, vt contradiſtinctam ab eſſentia, ergo. Fauet etiam D. Leo *in homil. de Transfiguratione Domini* dicens de Filio in Perſona æterni Patris: *Sed de mea eſſentia mihi natus æqualis.* Confirmatur: Natura, vt contradiſtincta ab eſſentia importat formaliter ordinem ad operari, ſed generatio potiùs attenditur penes ſimilitudinem in eſſe, quàm penes ſimilitudinem in operari, ergo potiùs attenditur penes ſimilitudinem in eſſentia, quàm penes ſimilitudinem in natura vt contradiſtincta ab eſſentia. Minor probatur: Si generatio præcipuè attenderetur penes ſimilitudinem in operari, ſpectaret ad conceptum, aut ſaltem ad perfectionem generationis communicari genito naturam fœcundam, & operatiuam eo modo, quo fœcunda eſt, & operatiua in generante, at hoc eſt contra ſupradicta §. 4. ergo.

Similitudo naturæ requiſita ad generationẽ non eſt ſimilitudo naturæ, vt cõtradiſtinctæ ab eſſentia.

38\. Probatur ſecundò: Verbum ex genere ſuo procedit ſimile obiecto intellecto, non intellectioni ſeu procedit in ſimilitudinem obiecti intellecti, non intellectionis; ergo dato, quod intellectio ſit natura, imo etiam eſſentia diuina; per hoc, quod verbum procedat per intellectionem non ſequitur, quod procedat in ſimilitudinem naturæ, ſeu eſſentiæ diuinæ, adeóque intellectionem, per quam procedit Verbum eſſe naturam, imò etiam eſſentiam diuinam non eſt ſufficiens ratio, cur verbum generetur. Probatur antecedens: Verbum ex genere ſuo eſt repræſentatiuum obiecti, non intellectionis, ergo procedit ſimile, &c. Neque dicas in diuinis non diſtingui obiectum intellectum ab intellectione, ſicque verbum diuinum eo ipſo, quod procedit in ſimilitudinem obiecti intellecti, procedere etiam in ſimilitudinem intellectionis, & conſequenter in ſimilitudinem naturæ, ſi intellectio diuina eſt formaliter natura. Contra enim iam admittitur Verbum procedere in ſimilitudinem naturæ diuinæ, non directè, & formaliter, quia natura diuina eſt intellectio, ſed quia eſt obiectum intellectum, & eodem modo, vel ſaltem in eiuſdem naturæ ſimilitudinem formaliter procederet, ſi natura diuina eſſet obiectum intellectum tantùm, non formaliter ipſa intellectio.

Verbum procedit ſimile obiecto intellecto, non intellectioni.

---

§. VII.

Vtrùm ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi ſit Generatio, non Proceſſio Spiritus Sancti, conſiſtat in eo, quod Verbum procedat ſimile in proprietate Perſonali?

Aſſertum: Sufficiens ratio, cur Proceſſio, Verbi, &c. Non conſiſtit in eo, quod verbum procedat ſimile in proprietate Perſonali, ſeu relatiua: eſt contra De Quiros 1. *parte*, *tract. 7. diſp. 36. ſect. 6.* Vbi ſupponit hic Auctor ſimilitudinem requiſitam ad generationem debere reperiri in prædicato formaliter producto, & correſpondere prædicato, cui formaliter conuenit ratio producentis, adeóque debere verſari inter proprietatem Perſonalem, ſeu relatiuam Perſonæ productæ, & proprietatem perſonalem, ſeu relatiuam Perſonæ producentis; ſicuti enim ſoli relationi conuenit ratio formalitatis productæ ex parte termini, ita in ipſius ſententiâ eidem ſoli conuenit ratio formalitatis producentis ex parte principij: Vt deinde explicet ſimilitudinem proprietatis relatiuæ Filij ad proprietatem relatiuam Patris in diuinis, aduertit proprietatem relatiuam Patris eſſe productiuam ex fœcunditate intellectionis, ſeu ex ſpeciali connexione cum intellectione fœcunda, hinc infert, quod proprietas relatiua formaliter producta per proprietatem relatiuam Patris ſe habeat vt terminus, ſigillum, & quaſi character intellectionis Paternæ, adeóque habeat repræſentare illud idem, quod repræſentat intellectio Paterna: habeat ſcilicet repræſentare inter alia ipſam proprietatem relatiuam Patris, habeat ex vi ſuæ proceſſionis referre intellectionem, ex cuius fœcunditate procedit, & referendo intellectionem habeat ſimul referre proprietatem relatiuam Patris, & omnem aliam formalitatem in intellectione Paterna relucentem, cuius rei appoſitiſſimum exemplum eſt (affero formalia verba ipſius Auctoris *diſp. cit. num. 40.*) Si aliqua pictura exprimeretur in alia, ſi ſpeculum referens, & repræſentans vnum obiectum in alio exprimeretur, & quaſi reuerberaret ſe, in quo caſu non tantum ſpeculum, ſed etiam imago in ipſo contenta ſculperetur; & 39.

Verbũ procedere ſimile in proprietate Perſonali non eſt ſufficiens ratio cur generetur.

& ea res, quæ referet tale ſpeculum, & picturam, ſimul etiam referet obiectum vtriuſque. Hæc doctrina poſſet ſufficienter à nobis reiici ex eo, quod partim innititur falſo ſuppoſito, tribuendo formalitatem producentis, & principij quo ipſi relationi, quod *præcedenti cap.* §. 6. falſum oſtenditur: partim mirabilibus terminis ſigilli, characteris ſplendoris obſcuritatem addit difficultati, poſſet, inquam, ex his ſufficienter reiici, vt tamen magis ex profeſſo reiiciatur. Aſſertum

40. Probatur primò: Verbum in diuinis non procedit ſimile in proprietate relatiuâ, nec ſimilitudo in proprietate relatiuâ aut requiritur, aut ſufficit ad veram rationem generationis; ergo ſufficiens ratio, cur Proceſſio Verbi, &c. non conſiſtit in eo, quod verbum procedat ſimile, &c. Probatur antecedens quoad primam partem: Proprietas relatiua Verbi quaſi ſpecie differt à proprietate relatiuâ ſui principij; vna eſt alteri diſſimilis, diſconueniens, & oppoſita; ergo verbum in diuinis non eſt ſimile, adeóque non procedit ſimile in proprietate relatiuâ ſuo principio. Recurrit *De Quiros* ad ſimilitudinem intentionalem, & ait in hac linea nullam eſſe diſſimilitudinem inter proprietatem relatiuam verbi, & proprietatem relatiuam ſui principij. Verùm nec linea ſimilitudinis intentionalis aliquid confert in præſenti, vbi agitur de ſimilitudine requiſita ad generationem, quæ debet eſſe phyſica; nec ſimilitudo intentionalis, quam habet verbum ad ſuum principium conuenit ipſi ratione proprietatis relatiuæ, ſed ratione eſſentiæ vt affectæ proprietate relatiuâ, tanquam conditione ex infra dicendis *lib. ſequenti, cap.* 4. §. 14. Probatur primum antecedens quoad ſecundam partem: Proprietas relatiua in diuinis ſe habet, vt proprietas perſonalis, & indiuidualis; ſed ad generationem non requiritur ſimilitudo in proprietate perſonali, & indiuiduali, & generans deberet ſemper reproducere proprium indiuiduum, ſi ad generationem requireretur ſimilitudo in proprietate indiuiduali, ergo ſimilitudo in proprietate perſonali non requiritur ad veram rationem generationis. Probatur idem antecedens quoad tertiam partem ex communiter recepta definitione generationis, quod ſit origo viuentis, &c. in ſimilitudinem naturæ; menſuranda eſt igitur generatio ex ſimilitudine in natura, nec ſimilitudo in proprietate perſonali etiamſi daretur ſufficeret ad veram rationem generationis.

Verbum diuinum non procedit ſimile in proprietate relatiuâ.

Nec ſimilitudo in proprietate relatiua requiritur, aut ſufficit ad veram generationem.

41. Dices ſatis verificari quod generatio ſit in ſimilitudinem naturæ, per hoc, quod terminus genitus habeat naturam, quæ licèt non ſit per ſe ipſam ſimilis ſuo principio, fundet tamen, & ſibi identificet ſimilitudinem ſui principij, ſicuti diuina natura in verbo fundat, & ſibi identificat proprietatem relatiuam, quæ eſt ſimilitudo principij generantis. Sed contra eſt arbitraria nimis explicatio, & ſicuti in eadem definitione particulæ illæ *principio coniuncto* non poſſunt intelligi de coniunctione in aliquâ proprietate; ita multò minùs poſſunt intelligi de ſimilitudine in aliqua proprietate, iſtæ aliæ *in ſimilitudinem naturæ.*

Dices non eſſe arbitrariam, imò eſſe prorſus neceſſariam in ſubiecta materia, huiuſmodi explicationem; cum enim non detur realis ſimilitudo, niſi vbi eſt realis diſtinctio, & in diuinis non ſit realis diſtinctio, niſi inter proprietates relatiuas, conſequens eſt non dari in diuinis realem ſimilitudinem, niſi inter proprietates relatiuas; nec poſſe dici ſimilem naturam diuinam, niſi quatenus ſibi identificat ſimilitudinem proprietatis relatiuæ. Accedit, quod ſimilitudo requiſita ad generationem debet eſſe ſimilitudo producta, generatio enim vt productiua eſt aſſimilatiua, & generans intendit ſibi aſſimilare terminum quem producit: at in diuinis ſola proprietas relatiua, non natura, producitur; adeóque illa ſola, non iſta poteſt eſſe ſimilitudo producta, ergo reſpectu generationis diuinæ ly *in ſimilitudinem* non poteſt intelligi niſi de ſimilitudine in proprietate perſonali, quæ dicatur ſimilitudo naturæ, quia natura ipſam fundat, ipſamque ſibi identificat. Sed contra iam *ſupra* §. 1. explicatum eſt, quod ly *in ſimilitudinem naturæ* poſitum in definitione generationis non importat ſimilitudinem, quæ ſit realis relatio, quæ ſolùm reperitur, vbi eſt realis diſtinctio, ſed importat ſimilitudinem ſumptam, aut negatiuè, aut eminenter, & fundamentaliter; quæ perfectiùs relucet vbi eſt ſumma identitas, vt in natura diuina; quàm vbi eſt realis diſtinctio. Ad illud, quod additur, dico ſufficere ad generationem eſſe ſimile illud, quod producitur, & in hoc ſenſu generationem vt productiuam eſſe aſſimilatiuam, cæterùm gratis requiri, quod ſimilitudo ipſa ſit terminus formaliter productus. 42.

Quænam ſimilitudo requiratur ad veram generationem?

Dices tandem: Saltem requiritur, quod terminus formaliter productus non ſit diſſimilis, alioqui homo-leo, verbi gratia, poſſet dici ab homine genitus, etiamſi terminus formaliter ab homine productus eſſet ſola natura Leonis. Sed contra: Diſſimilitudo, quam generatio excludit, eſt diſſimilitudo naturæ, vbi igitur terminus formaliter productus eſt natura, vtique requiritur ad generationem, quod terminus formaliter productus non ſit diſſimilis; at vbi terminus formaliter productus eſt aliquid perſonale, non requiritur ad generationem, quod terminus formaliter productus non ſit diſſimilis: Sicuti etiam, loquendo de ſimilitudine naturæ, non poteſt terminus genitus eſſe partim ſimilis, partim diſſimilis; bene tamen loquendo de ſimilitudine tùm naturæ tùm proprietatis perſonalis: imò cum quælibet indiuiduatio ſit diſſimilis alteri, neceſſe eſt terminum genitum ita eſſe ſimilem in natura, vt ſit diſſimilis in indiuiduatione, ſeu proprietate perſonali indiuiduali. 43.

Terminus formaliter in generatione productus poteſt eſſe diſſimilis.

Probatur ſecundò: Similitudo intentionalis non eſt ſufficiens ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio, ſed ſimilitudo in proprietate 44.

 perſonali

perſonali, & relatiuâ eſt tantùm intentionalis, ergo non eſt ſufficiens ratio, cur &c. Ergo ſufficiens ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio, non conſiſtit in eo, quod &c. Minor conceditur *à De Quiros*, Maior, quam *De Quiros* abſolutè negat docendo *diſputat. cit. num.* 45. rationem generationis vt ſic, & filiationis abſtrahere à ſimilitudine phyſica, vel intentionali. Probatur primò: Similitudo in repræſentando tantùm, non in eſſendo, non eſt ſimilitudo requiſita ad generationem, nec eſt ſufficiens ratio &c. Sed ſimilitudo intentionalis eſt in repræſentando tantùm, non in eſſendo, ergo. Secundò in ratione Filij, & geniti Verbum diuinum conuenit cum filiis creatis, at in filiis creatis ratio ſimilitudinis intentionalis non eſt ratio, cur ipſorum productio ſit generatio, ergo. Tertiò quia malè conſonat in re graui à communi Theologorum, & Doctorum ſenſu recedere, ſed communis Theologorum, & Doctorum ſenſus attendit in generatione ſimilitudinem phyſicam, non intentionalem, ergo.

Similitudo intentionalis non ſufficit ad generationem.

45. Dices ex De Quiros *diſputat. cit. num.* 25. Imò Scholaſtici communiter maximè intendunt in ordine ad generationem diuinam ſimilitudinem intentionalem, tum quia *in* 1. *diſtinct.* 27. communiter recipiunt verba illa Auguſtini 7. *de Trinitate, cap.* 2. *Eò quippè filius, quo Verbum, & eò Verbum, quo filius*; tum quia, quamvis in modo explicandi diſſentiant, in re tamen communiter dicunt ſecundam Perſonam generari, quia procedit per intellectum, tertiam non generari, quia per voluntatem eſt, non per intellectum; at ſimilitudo, quæ ad intellectum pertinet, eſt ſimilitudo intentionalis, ergo. Sed contra intendunt Scholaſtici in ordine ad generationem diuinam ſimilitudinem intentionalem, non vt ipsâ quieſcant, ſed vt ipsâ vtantur ad explicandam phyſicam. Verba *Auguſtini* ab ipſis recipiuntur in eodem ſenſu, quo ab *Auguſtino* proferuntur: Loquitur autem Auguſtinus in ſenſu idemtico, nec aliud intendit verbis illis exprimere, quàm tum Verbum, tum filium referri ad ſuum principium, vt colligitur ex verbis præcedentibus. *Sicut filius ad Patrem refertur, ita Verbum ad eum, cuius eſt Verbum.* Ad illud quod additur fateor conuenire Scholaſticos in eo, quod ſecunda Perſona generetur quia procedit per intellectum, at ſimul conueniunt in inquirendo, quomodo in eandem ſecundam perſonam ex proceſſione per intellectum poſſit deriuari ſpecialis ſimilitudo phyſica, vt patebit ex ſequentibus: Ideò ſit

§. VIII.

Ex diuerſo modo operandi intellectus, & voluntatis præparatur ratio ſufficiens: Cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus Sancti?

ASSERTVM I. Modus operandi intellectus differt maximè à modo operandi voluntatis in eo, quod intellectus operatur ſecundùm rationem ſimilitudinis, voluntas operatur ſecundùm rationem impulſus. Colligitur hic diuerſus operandi modus *ex Ariſtotele, ex D. Auguſtino, ex D. Thoma*, traditur expreſsè à pluribus Theologis, præſertim ex Schola Thomiſtica, à Ferrarienſi 4. *contra Gentes, cap.* 11. *&* 19. Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 27. *art.* 7. *diſput.* 12. *&c.* 46

In quo maximè differat modus operandi intellectus à modo operandi voluntatis.

Probatur, & explicatur prima pars: Intellectus conſtituitur in actu primo proximo, & vnitur obiecto in eſſe intelligibili per ſimilitudinem impreſſam obiecti, conſtituitur in actu ſecundo, & vnitur obiecto in eſſe intellecto per ſimilitudinem expreſſam eiuſdem obiecti, adeóque intellectus operatur recipiendo, & producendo obiecti ſimilitudinem; ex ſimilitudine obiecti ſe tenente ex parte actus primi fœcundatur ad producendam ſimilitudinẽ eiuſdem obiecti, tanquam terminum actus ſecundi. Hinc originem traxit tum Ariſtotelicum illud effatum: Intellectus intelligẽdo fit omnia, fit ſcilicet ſimilis omnibus; quatenùs omnium, quæ intelligit, recipit, & producit ſimilitudinem; tum error antiquorum, qui animam, quia poteſt omnia cognoſcere, rebus omnibus ſimilem, & ex rerum omnium particulis compoſitam exiſtimarunt; tum ſolemnis illa diuerſitas inter verum & bonum, quod vt tradit Ariſtoteles 6. *Metaph. tex.* 8. *Verum ſit in mente, bonum in rebus*, quatenùs intellectus attingendo verum, ponit ipſum in ſe, recipiendo, & producendo ipſius ſimilitudinem; voluntas attingendo bonum, ponit ſe in re, quam attingit recipiendo, & producendo impulſum, quoad bonum quodammodo mouetur, vt mox magis explico.

Intellectus operatur ſecundùm rationem ſimilitudinis.

Verum in mente, bonũ in rebus, cur.

47. Probatur, & explicatur ſecunda pars: Voluntas eſt potentia appetitiua; proprium autem eſt appetentis ab obiecto trahi, in obiectum moueri; ſic grauia, quæ locum inferiorem appetunt, deorſum; leuia quæ appetunt lòcum ſuperiorem, ſurſum mouentur; & vtraque producunt in ſe ipſis proportionatum impulſum, qui in illis grauitas accidentalis, in iſtis leuitas accidentalis nominatur. Eodem proportionaliter modo voluntas attingit obiectum ſuum mouendo ſe in ipſum; & recipiendo, ac producendo

Voluntas operatur ſecundùm rationem impulſus.

cendo impulſum, quo in bonum volitum fertur. Hinc originem traxit tum tritum illud: *Anima magis eſt vbi amat, quàm vbi animat.* Quia producendo impulſum in rem amatam quodammodo fertur extra corpus, quod animat; tum illud Poëtæ; *Trahit ſua quemque voluptas*; tum celebris Auguſtini ſententia *libro* 13. *Confeſſ. capite* 9. *Pondus meum amor meus, eo feror, quocumque feror.* Neque dicas eſſe contra rationem potentiæ vitalis immanenter operantis ferri
48. quodammodo, & moueri extra ſe. Contra enim, opinandum non eſt voluntatem operari tranſmittendo impulſum ad obiectum extra ſe ipſam poſitum, ſed dicitur voluntas operari per impulſum, quia medio impulſu obiectum in ipſa eſt, ſicuti eſt in intellectu media ſimilitudine, vt egregiè expreſſit D. Thomas 4. *contra Gentes, capite* 19. illis verbis: *Quod amatur, non tantum eſt in intellectu amantis, ſed etiam in voluntate ipſius: aliter tamen, & aliter: in intellectu enim eſt ſecundùm ſimilitudinem ſuæ ſpeciei; in voluntate autem amantis eſt, ſicut terminus motus in principio motiuo proportionato per conuenientiam, & proportionem, quam habet ad ipſum: ſicut in igne quodammodo eſt locus ſurſum ratione leuitatis, ignis verè generatus eſt in igne generante per ſimilitudinem ſuæ formæ.*

49. Dices, hanc doctrinam malè cohærere communi illi proloquio, *Amor aut pares inuenit amantes, aut facit*: quomodo enim voluntas non operatur viâ aſſimilatiuâ, & ſecundùm ſimilitudinem, ſi amor facit amantes ſimiles, & qui alium amat, ipſum ſibi aſſimilat, quantùm poteſt. Sed contra: Aliud eſt loqui de ſimilitudine in obiecto attacto, aliud eſt loqui de ſimilitudine in termino producto: illa magis ex igitur à voluntate, quàm ab intellectu: iſta reperitur in intellectu tantùm, non in voluntate; & quia modus operandi maximè attenditur penes id, quod producitur, abſolutè tribuitur ſimilitudo, & vis aſſimilatiua modo operandi intellectus,
50. non modo operandi voluntatis. Proloquium illud: *Amor aut pares inuenit amantes, aut facit*, tantùm probat ſimilitudinem in obiecto attacto, & ſenſus eſt, amantem ſicuti amat Amicum tanquam ſe ipſum, velle amico eadem bona, quæ vult ſibi, & ſi poteſt, eadem bona illi conferre, amare enim eſt velle bonum, & amare efficaciter eſt amare efficiendo in amico bonum ei volitum, & in hac participatione, ſeu communicatione propriorum bonorum conſiſtit aſſimilatio, quam facit amor. Cæterùm per actum voluntatis amantis non producitur in ipſâ voluntate aliqua ſimilitudo rei amatæ, ſicuti per actum intellectus cognoſcentis producitur in ipſo intellectu ſimilitudo obiecti intellecti. Fauent huic doctrinæ verba illa Eccleſiaſt. 13. *Omne animal diligit ſibi ſimile*, quibus indicatur ſimilitudinem in amore repertam ſe tenere ex parte eius, quod diligitur, non ex parte eius, quod producitur: ſicuti ſe tenet ſimilitudo reperta in cognitione. Indicatur hîc obiter aliud diſcrimen ſimilitudinis repertæ in amore à ſimilitudine reperta in cognitione, quod ſcilicet amans tendit in ſimile ſibi, cum intelligens tendat non in ſimile ſibi, ſed in ſimile obiecto intellecto.

Amor aut pares inuenit amantes, aut facit, quomodo intelligatur.

Omne animal diligit ſimile ſibi.

Assertum II. Modus operandi intellectus ex genere ſuo magis conuenit cum modo operandi potentiæ generatiuæ, quàm cum iſto conueniat modus operandi voluntatis. Eſt aſſertum conforme aſſerto ſuperiori, & facilè. Probatur & explicatur. Modus operandi intellectus conuenit cum modo operandi potentiæ generatiuæ in eo, quod vterque procedit viâ aſſimilatiuâ & producendo ſimilitudinem; non ſic cum modo operandi potentiæ generatiuæ conuenit modus operandi voluntatis; hic enim procedit viâ impulſiuâ, & producendo impulſum; non viâ aſſimilatiuâ, & producendo ſimilitudinem, ergo modus operandi intellectûs ex genere ſuo, &c. Antecedens quoad modum operandi intellectus, & voluntatis, eſt doctrina ſuperioris aſſerti, quoad modum operandi potentiæ generatiuæ habetur ex conceptu generationis, quæ definitur origo viuentis, &c. in ſimilitudinem naturæ. 51.

Conuenientia potentiæ intellectiuæ, & generatiuæ.

Dices, hanc conuenientiam eſſe valdè metaphoricam, impropriam, & quoad nomen potiùs, quàm quoad rem, ſimilitudo enim, quam importat modus operandi intellectus eſt quoad rem omninò diuerſa à ſimilitudine, quam importat modus operandi potentiæ generatiuæ. Primò quia in operatione potentiæ generatiuæ generans producit ſimilitudinem ſui, in operatione intellectus intelligens producit ſimilitudinem non ſui, ſed obiecti intellecti. Secundò quia in operatione potentiæ generatiuæ attenditur ſimilitudo ſubſtantialis phyſica, & in eſſendo; in operatione intellectus attenditur ſimilitudo accidentalis, non ſubſtantialis; intentionalis non phyſica; in repræſentando, non in eſſendo. 52.
Sed contra, aſſerta conuenientia eſt propria, & quoad rem, non impropria, & quoad nomen; & modus operandi intellectus, licèt determinatè non exigat aut ſimilitudinem intelligentis, aut ſimilitudinem phyſicam; exigit tamen vtramque permiſſiuè, quatenùs ſecundùm ſe indifferens eſt ad ſimilitudinem, vel ipſius intelligentis, vel obiecti intellecti diſtincti ab intelligente; item ad ſimilitudinem, vel intentionalem, vel phyſicam. Non importat igitur intellectus in ſua operatione diuerſam ſimilitudinem ab ea, quam importat potentia generatiua, ſed importat eandem diuerſimodè, importat ſcilicet intellectus permiſſiuè, & indifferenter illam ſimilitudinem, quam potentia generatiua importat poſitiuè, & determinatè. Hine ad primam probationem in oppoſitum dico etiam in operatione intellectus intelligentem poſſe 53.
producere 54.

Intellectus eſt indifferens ad producendam ſimilitudinem vel intelligentis, vel alterius; vel intentionalem, vel phyſicam.

producere ſimilitudinem ſui, quoties ſe ipſum intelligat: ſe ipſum habeat pro obiecto intellecto; & ſicuti ſecundùm ſe quilibet intelligens æquè poteſt intelligere ſe ipſum, ac quodlibet aliud diſtinctum obiectum, ita æquè poteſt producere ſimilitudinem ſui, ac cuiuſlibet alterius rei. Ad ſecundam probationem aduerte intellectum
55. ex genere ſuo eſſe poſſe ſubſtantialem æquè, ac accidentalem, elicere poſſe ſubſtantialem æquè, ac accidentalem intellectionem; & quod in creatis tum potentia intellectiua, tum intellectio ſit accidens, non ſubſtantia, prouenit ex conditione ſubiecti, & imperfectione creaturæ; & ſicuti plures aliæ perfectiones ſimpliciter ſimplices, quæ in creatis ſunt accidens, poſitæ in Deo tranſeunt in ſubſtantiam retenta eâdem ratione formali, quam habent in creatis; ita intellectus, & intellectio eſt accidens in creatura, eſt ſubſtantia in Deo, & tamen eſt ſecundùm eandem rationem formalem, ſecundùm eumdem conceptum eſſentialem; in creatura; & in Deo. Aduerte inſuper intellectum, ſicuti ex genere ſuo præſcin-

Item eſt indifferens ad eſſe accidentale, vel ſubſtantiale.

56. dit ab eo, quod accidentalis, vel ſubſtantialis ſit, accidentalem, vel ſubſtantialem intellectionem eliciat, ita præſcindere ab eo, quod accidentali, vel ſubſtantiali ſpecie fœcundetur in actu primo; accidentalem, vel ſubſtantialem terminum producat in actu ſecundo. Imò, ſicuti poteſt per ſe ipſum intelligere, & intellectionem à ſe indiſtinctam elicere, ita etiam poſſe fœcundari ipſamet ſubſtantia ſui ipſius, & habere pro termino verbum, ſeu ſpeciem expreſſam, cui eademmet ſubſtantia communicetur, & quod per conſequens ſit ſimile ſubſtantiæ intellectæ ſubſtantialiter, phyſicè, & in eſſendo. Dico igitur, quod in intellectus creati operatione attendatur ſimilitudo accidentalis, intentionalis, & in repræſentando, prouenire ex conditione ſubiecti, non ex ratione formali intellectus, & hunc eâ ratione, qua indifferens eſt ad eſſe accidentale, vel ſubſtantiale; ad intellectionem accidentalem, vel ſubſtantialem, eſſe etiam indifferentem ad producendam accidentalem, vel ſubſtantialem; intentionalem, vel phyſicam ſimilitudinem; & per conſequens neque ex hoc capite intellectum in ſua operatione importare diuerſam ſimilitudinem ab ea, quam importat potentia generatiua, ſed importare eandem ſimilitudinem diuerſimodè, importare ſcilicet indifferenter, & permiſſiuè ſimilitudinem phyſicam, quam potentia generatiua importat determinatè, & poſitiuè.

Nec importat ſimilitudinem diuerſã à potentia generatiua ſed eandem diuerſimodè.

Dices, Angelus intelligendo ſe ipſum per propriam ſubſtantiam nec producit, nec po-
57. teſt producere verbum ſubſtantiale, & ſubſtantialem ſui ſimilitudinem; ergo ex eo, quod intellectus fœcundetur ſubſtantiali ſpecie in actu primo, malè infertur, quod poſſit producere ſubſtantialem ſimilitudinem in actu ſecundo, & quod poſſit operari viâ etiam ſubſtantialiter, & phyſicè aſſimilatiuâ. Sed contra ſicuti Angelus licèt intelligat ſe ipſum per propriam ſubſtantiam, & fœcundetur ſubſtantiali ſpecie, habet tamen intellectum accidentalem, & elicit accidentalem intellectionem; ita non mirum, quod ſi ſimilitudinem aliquam produceret, produceret ipſam accidentalem: cum enim accidens nequeat attingere ſubſtantiam, conſequens eſt accidentalem intellectum & accidentalem intellectionem producere non poſſe ſubſtantialem ſimilitudinem. Nec re- 58.
fert, quod ſpecies ſubſtantialis ſit; enimverò ob regulam illam, quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur; ſpecies etiam ſubſtantialis ad modum formæ accidentalis recipitur in accidentali intellectu. Nec nos inferimus productionem ſimilitudinis ſubſtantialis præcisè ex eo, quod ſit ſubſtantialis ſpecies impreſſa, ſed ex eo quod ſint ſimul ſubſtantialia alia omnia, nimirum intellectus & intellectio: Vnde vt rectè procederet inſtantia, deberet ſupponere Angelum intelligere ſe ipſum, non tantùm per propriam ſubſtantiam, ſed etiam ſubſtantiali intellectu, & ſubſtantiali intellectione; in qua ſuppoſitione non vereor admittere Angelum quando haberet intellectum fœcundum, & productiuum alicuius ſimilitudinis, poſſe, imò debere intelligendo producere ſimilitudinem ſubſtantialem, phyſicam, & in eſſendo.

Species impreſſa ſubſtantialis nō ſufficit vt producatur ſpecies expreſſa ſubſtantialis.

---

§. IX.

Aſſignatur vera, & ſufficiens ratio cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus ſancti?

ASSERTVM: Vera, & ſufficiens ra- 59.
tio, cur proceſſio Verbi &c. conſiſtit in eo, quod Verbum procedendo per intellectum procedit viâ aſſimilatiuâ, adeóque procedit ex vi propriæ proceſſionis, vt propria proceſſio eſt, in ſimilitudinem naturæ: Spiritus ſanctus procedendo per voluntatem procedit viâ impulſiuâ, adeóque ex vi propriæ proceſſionis, vt propria proceſſio eſt, non procedit in ſimilitudinem. Ita contra Auctores impugnatos in ſuperioribus aſſertis D. Thomas *prima parte, quaſt. 27. art. 4. in C. 4. contra Gentes, cap* 19. & alibi, & cum D. Thoma *Thomiſtæ* communiter, qui licèt, *vt patet ex ſupra dictis* §. 6. aſſertam rationem non afferant tanquam vnicam, laudant tamen, & approbant tanquam ſufficientem. Tradunt inſuper noſtrum aſſertum Eſtius *in* 1. *diſt.* 13. §. 1. Herinex *diſput.* 2. *quaſt.* 2. Marchinus *quaſtione* 27. *diſputat.* 7. Syluius *eádem quaſt. art.* 4. Auerſa *eádem quaſt. ſect.* 6. Ruiz *diſputat.* 6. *ſect.* 1. & alij plures, quibus fauent illi omnes Sancti Patres, qui ſub variis terminis nihil aliud tradunt, quâm proceſſionem

Aſſignatur vera ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio.

nem Verbi eſſe generationem, quia eſt per intellectum; proceſsionem Spiritus ſancti non eſſe generationem, quia eſt per voluntatem; vt videre eſt apud Anſelmum *in Monologio capite* 53. apud Hugonem Victorinum *in ſumma tractat.* 1. *capite* 7. apud Auguſtinum *de Trinitate, lib.* 5. *capite* 14. *libro nono, capite vltimo, &c.*

70. Probatur primò, de ratione generationis viuentium, eſt quod fiat in ſimilitudinem naturæ formaliter, & ex vi proceſsionis propriæ, quatenùs talis, non alio vtcumque modo; ergo illud, quod eſt vera, & ſufficiens ratio, cur Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ formaliter, & ex vi proceſsionis propriæ, quatenùs talis, non ſic procedat Spiritus ſanctus erit, etiam vera, & ſufficiens ratio, cur proceſsio Verbi ſit generatio, non proceſsio Spiritus ſancti; ſed quod Verbum procedendo per intellectum, procedat viâ aſsimilatiuâ; Spiritus ſanctus procedendo per voluntatem procedat viâ impulſiuâ, eſt vera, & ſufficiens ratio, cur Verbum procedat in ſimilitudinem naturæ formaliter ex vi proceſſionis propriæ, quatenùs talis, non ſic Spiritus ſanctus: ergo à primo ad vltimum vera, & ſufficiens ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus ſancti, conſiſtit in eo, quod Verbum procedendo per intellectum &c. Minor ſubſumpta habetur ex doctrina *ſuperioris* §. ex quo conſtat operationem intellectus, quatenùs talem eſſe ſecundùm ſimilitudinem, & producere terminum ſimilem, imò ſub ratione ſimilis, ſecùs verò operationem voluntatis. Antecedens probatur primò: de ratione generationis viuentium eſt ſimilitudo, non tantùm in termino procedente, verùm etiam in modo proceſſionis; at non poteſt ſaluari ſimilitudo in modo proceſſionis, niſi per hoc, quod generatio fiat in ſimilitudinem formaliter ex vi proceſſionis propriæ; ergo. Maior traditur à D. Thoma *in* 1. *ad Hannibaldum diſtinct.* 13. *quæſtione vnica articul.* 3. illis verbis: *Proceſſio Spiritus ſancti ex ratione modi procedendi non dicit conformitatem naturæ, quam importat generatio filij ex ratio-*

Similitudo requiſita ad generationē debet conuenire formaliter ex vi proceſſionis.

71. *ne generationis.* Probatur idem antecedens ſecundò, generatio viuentium ex definitione communiter recepta eſt productio in ſimilitudinem, non præcisè productio rei ſimilis, ſed ly *in ſimilitudinem* nihil aliud importat, quàm quod ſimilitudo reperiatur in generatione formaliter & ex vi propriæ proceſſionis non alio vtcumque modo, ly enim *in ſimilitudinem* ſignificat ſimilitudinem quodammodo in via, & exprimit ſimilitudinem requiſitam ad generationem debere afficere non tantùm terminum, verùm etiam viam; nec ſufficere quod terminus procedat ſimilis, & habeat ſimilitudinem, niſi etiam procedat viâ ex genere ſuo aſſimilatiuâ, & habeat ſimilitudinem ex proprio modo procedendi.

Ex his habes, dum dicitur generationem viuentium debere eſſe in ſimilitudinem naturæ formaliter, & ex vi proceſſionis ly *formaliter & ex vi proceſſionis*, eſſe particulas non communi definitioni generationis ſuperadditas, ſed in communi definitione ſubintellectas. Nec dicere, quod generatio viuentium ſit origo &c. in ſimilitudinem naturæ formaliter, & ex vi proceſſionis, eſt afferre definitionem generationis diuerſam à communi, ſed eſt afferre eandem definitionem communem magis explicatam. Propterea Vaſquez *diſputatione* 113. *præcit. capite* 6. *numero* 31. dum ait, non video cur illa particula *ex vi ſuæ proceſſionis* addenda ſit definitioni generationis, quando ſine illa optimè explicatur natura generationis, & geniti, errat dupliciter, ſcilicet tum in eo, quod ſupponit illam particulam addi definitioni generationis, tum in eo, quod ponit ſine illa optimè explicari naturam generationis, & geniti. Deinde *Vaſquez* non exiſtimat ſe aliquid addere communi definitioni, dicendo ſimilitudinem ad generationem requiſitam debere eſſe per modum imaginis; inconſequenter igitur infert aliquid addi definitioni generationis, addendo eandem ſimilitudinem debere eſſe formaliter, & ex vi propriæ proceſſionis. 72.

Nec per hoc additur aliquid cõmuni definitioni generationis.

Vaſquez inconſequenter arguit.

Probatur ſecundò iuxta aſſertam rationem communis definitio generationis viuentium conuenit proceſſioni Verbi, non proceſſioni Spiritus ſancti, ergo aſſerta ratio eſt vna, & ſufficiens ratio, cur proceſſio Verbi ſit generatio, non proceſſio Spiritus ſancti: Conſequentia patet: Antecedens quoad primam partem facilè deducitur ex doctrina *ſuperioris* §. Quoad ſecundam non modicam habet difficultatem, nec modicam rationem dubitandi: Cum enim Spiritus ſanctus habeat naturam diuinam non identicè tantùm, ſed formaliter; vtpotè qui eſt Deus, æquè perfectè ac Verbum, adeóque eſt Deus non identicè, ſed formaliter ſicuti Verbum, & habet naturam diuinam non à ſe, ſed ab alio, adeóque ab alio procedendo, & ex vi proceſſionis. Difficile apparet, quomodo etiam iuxta aſſertam rationem, & explicationem non conueniat proceſſioni Spiritus ſancti communis definitio generationis viuentium: Quomodo Spiritus ſanctus non producatur in ſimilitudinem formaliter, & ex vi proceſſionis. Nihilominùs ad probandum intentum, & improbandam rationem hanc dubitandi, cui tota, quantacumque eſt præſentis materiæ difficultas, innititur. 73.

Aduerte proceſsionem Spiritus ſancti conſiderari poſſe, vel vt proceſsio diuina eſt, vel vt proceſsio per voluntatem eſt. Quidquid habet Spiritus ſanctus, ſicuti habet ab alio, ita habet ex vi proceſsionis; at 74.

Proceſſio Spiritus ſancti conſiderari poteſt, vel vt diuina eſt, vel vt

bus verbis ne importetur pura petitio principij ſentiendum eſt contineri implicitè, & minùs clarè; quod explicitè, & clariùs continetur terminis illis Spiritus ſanctus procedit vt Deus vi proceſſionis præcisè, vt diuina, non vi proceſſionis, vt per voluntatem, & propria Spiritus ſancti eſt: procedit vt Deus præcisè in primo modo per ſe, non in quarto: redoplicatione primi, non reduplicatione quarti modi per ſe. Amplectatur vnuſquiſque terminos, qui magis arriſerint, & ſolicitus ſit eâdem doctrinâ, non iiſdem terminis vtendi; ne quæſtionem grauiſſimam deducat ad altercationem de nomine, contendendo hos potiùs quàm illos terminos eſſe adhibendos.

79. Ex his habes Verbum in diuinis non eſſe in natura magis ſimile ſuo principio, quàm ſit Spiritus ſanctus; ſed eſſe magis ſimile in modo habendi naturam, quatenùs non tantùm habet naturam ſimilem, ſed etiam habet ipſam modo ex ſua ratione formali aſſimilatiuo; cum Spiritus ſanctus habeat quidem naturam ſuo principio omninò ſimilem; at non modo ex ſua ratione formali aſſimilatiuo: & hîc recurrit exemplum hominis, qui duos alios homines producat, vnum quidem vitaliter viâ generatiuâ; alterum non vitaliter, etiamſi ex aliqua parte ſuæ ſubſtantiæ viâ aliâ diuinitus conceſsâ: Ecce hi duo homines ita producti eſſent ambo in natura æquè ſimiles homini producenti; vnus tamen eſſet eidem homini producenti magis ſimilis, quàm alter in modo habendi naturam, quatenùs homo productus vitaliter haberet naturam modo ex ſua ratione formali aſſimilatiuo, ſecùs homo productus non vitaliter: vnde etiam ille eſſet genitus, & filius hominis producentis; non iſte: Ille eſſet productus ſimilis, & in ſimilitudinem; iſte eſſet productus ſimilis, at non in ſimilitudinem, ly *enim in ſimilitudinem* ex ſupradictis ſignificat ſimilitudinem quodammodo in viâ, & afficientem modum productionis: Quapropter etiam de Spiritu ſancto poteſt abſolutè dici, procedit ſimilis in natura; at non, procedit in ſimilitudinem. Verbum verò procedit, & ſimile, & in ſimilitudinem, quod diligenter aduertendum eſt, vt ex ipſiſſimis verbis definitionis communiter receptæ tribui poſſit ratio generationis proceſſioni Verbi, non proceſſioni Spiritus ſancti; tribui poſſit prærogatiua geniti Verbo, non Spiritui ſancto.

Aliud eſt produci ſimile, aliud produci in ſimilitudinē.

80. Dubitatur hîc vtrùm Spiritus ſanctus poſſit dici genitus ſaltem materialiter, in primo modo per ſe, & non ex vi proceſſionis. Ratio dubitandi eſt, quia ſuppoſitis aliis prærogatiuis proceſſionis vitalis, & à principio coniuncto, quas certum eſt conuenire proceſſioni Spiritus ſancti, generatio ex genere ſuo nihil aliud videtur requirere, quàm ſimilitudinem naturæ; ſicut igitur quod habet ſimilitudinem naturæ formaliter ex vi proceſſionis, & in quarto modo per ſe, dicitur ſimpliciter genitum, ita quod habet ſimilitudinem naturæ materialiter, in primo modo &c. erit dicendum genitum eâ ratione, qua habet ſimilitudinem naturæ, ſicque erit dicendum genitum materialiter, in primo modo per ſe &c. nihilominùs reſpondetur Spiritum ſanctum nullatenùs dici poſſe genitum, neque etiam materialiter, in primo modo per ſe &c. Probatur primò ex eo, quod minùs conſonat Scripturis allatis *in ſuperiori* §. 1. ponere Spiritum ſanctum in aliquo ſenſu genitum, & conſequenter etiam in aliquo ſenſu Filium. Secundò quia eſſentiæ rerum conſiſtunt in indiuiſibili, adeóque cum de eſſentia generationis ſit ſimilitudo conueniens genito formaliter, in quarto modo per ſe, ex vi proceſſionis; eo ipſo, quod non reperitur hæc ſimilitudo deficit tota eſſentia generationis, nec vbi reperitur ſimilitudo ſecundùm quid, & materialiter, reperitur etiam ſecundùm quid, & materialiter generatio; alioqui vbi reperitur diſcurſus ſecundùm quid, ſicuti in brutis, reperiretur homo ſecundùm quid, vbi reperitur diſcurſus virtualis, ſicuti in Deo, & Angelis reperiretur homo virtualiter. Tertiò quia falſum eſt, quod affertur in ratione dubitandi, generationem ſcilicet ſuppoſitis conditionibus vitalitatis, & principij coniuncti, nihil aliud requirere, quàm naturæ ſimilitudinem. Enimverò non requirit naturæ ſimilitudinem; ſed requirit eſſe in naturæ ſimilitudinem, quæ duo ex prædictis longè diuerſa ſunt; & quod habet ſimilitudinem tantùm materialiter, in primo modo per ſe &c. nullatenùs eſt in ſimilitudinem, & conſequenter nullatenùs eſt genitum. Sicque remanet tum probata negatiua reſponſio, tum improbata ratio dubitandi pro parte affirmatiuâ.

81.
Spiritus ſanctus neque etiam materialiter, aut in primo modo per ſe poteſt dici genitus.

§. X.

Ex ſuperioribus aſſertis aſſignatur multiplex diuerſitas proceſſionis Verbi à proceſſione Spiritus ſancti?

A Sʀᴇʀᴛᴠᴍ: Vltra diuerſitatem potiſſimam ſitam in ratione generationis quadruplex alia diuerſitas poteſt ex ſuperioribus aſſertis aſſignari inter proceſſionem Verbi, & proceſſionem Spiritus ſancti. 82.

Inter diuerſitates proceſſionis Verbi à proceſſione Spiritus ſancti prima eſt quod proceſſio Verbi ſit proceſſio prima, proceſſio Spiritus ſancti ſit proceſſio ſecunda.

Probatur, & explicatur aſſignando quadruplicem huiuſmodi diuerſitatem. Prima diuerſitas eſſe poteſt, quod proceſſio Verbi ſit prima proceſſio, proceſſio Spiritus ſancti ſit proceſſio ſecunda; & hæc illam ſupponat, tum quia voluntas ſupponit intellectum, tum quia Spiritus ſanctus, vtpotè

procedens à Verbo, ſupponit Verbum;
adeóque proceſſio per voluntatem ſuppo-
nit proceſſionem per iotellectum, proceſſio
Spiritus ſancti ſupponit proceſſionem Ver-
bi. Secunda diuerſitas eſſe poteſt, quod per
proceſſionem Verbi communicatur uatura
fœcunda, & productiua alterius perſonæ;
per proceſſionem Spiritus ſancti communoi-
catur effæta, & noo productiua alterius per-
ſunæ: Libenter vtor uomine naturæ effætæ
potius, quam uomine naturæ infœcundæ,
aut ſterilis; quia ex vna parte ſicuti in-
congruè dicitur ſterile, & infœcundum il-
lud principium, quod licèt uihil prodocat
in hoc tempore, vel iu hoc loco; aliqnid
tamen producit in alio tempore, vel in alio
loco; ita incongruè dicetur ſterilis, &
infœcunda illa natura, quæ licèt oihil
prodncat in hoc ſuppoſito producit ta-
83. men in aliis ſuppoſitis: Ex alia parte ta-
lis modus loquendi aptiſſimus eſt ad me-
liùs, percipiendam æqualitatem diuina-
rum perſonarum, nam natura infœcunda,
& ſterilis videtur importare minorem per-
fectionem, quàm natura fœcunda; non
ſic natura effæta, vtpotè quæ talis dicitur,
non quia careat perfectione aliqua fœcun-
ditatis; ſed quia habet fœcunditatem iam
perfectè deductam ad actum ſecundum.
Aptiſſimus eſt etiam ad meliùs percipien-
dum, quomodo, vt dicebatur *c. ſuperiori §. vlt.*
non defectu alicuius virtutis influxiuæ,
ſed tantùm defectu alicuius conditionis
modificatiuæ, noo deſit iu omnibus diui-
nis perſonis idem principium quo, eadem
potentia producendi ad intra. Tertia di-
uerſitas eſſe poteſt, quod per proceſſionem
Verbi producitur Imago intentionalis prin-
cipij producentis, non ſic per productio-
nem Spiritus ſancti: Dixi Imago ioten-
tionalis potiùs, quàm imago naturalis, quia
licèt per productionem Verbi producatur
imago etiam naturalis; tamen diuerſitas in
ratione imaginis naturalis (præterquam
quod non eſt adeò extra controuerſiam, ſi-
cuti eſt diuerſitas in ratione imaginis in-
tentionalis) eadem eſt cum diuerſitate
in ratione generationis, cum nihil aliud
ſit Verbum eſſe imaginem naturalem, non
Spiritum ſanctum; quàm Verbum, uon
Spiritum ſanctum eſſe genitum. Quarta
diuerſitas eſſe poteſt, quod in proceſſione
Verbi ſumendo naturam vt ab eſſentia
diſtinctam, natura eſt principium quo
etiam immediatum, & proximum; non
ſic in proceſſione Spiritus ſancti. Hæ
quatuor diuerſitates vlteriori explicatione
non indigent, cum ſufficientiſſimè con-
ſtent ex ſupradictis *à §. 3. ad 7.*

Secunda eſt, quod proceſſio Verbi communicet naturá fœcũdam; proceſſio Spiritus ſancti communicet naturam effætam.

Tertia eſt quod proceſſio Verbi eſt proceſſio imaginis intentionalis, non ſic proceſſio Spiritus ſancti.

Quarta eſt quod proceſſio Verbi, non proceſſio Spiritus ſancti habet in aliquo ſenſu naturam pro principio proximo.

84. Multò magis conſtat ex ſupradictis di-
uerſitas potiſſima ſua in ratione genera-
tionis cum duobus primis, & duobus po-
ſtremis §§. non tantùm ex profeſſo ſta-
tutum ſit proceſſionem Verbi eſſe genera-
tionem, non ſic proceſſionem Spiritus
ſancti; verùm etiam partim ex fidei, par-
tim ex naturæ principiis aſſignata ſit ſuffi-
ciens ratio talis veritatis. Nec vllus eſt
locus ambigendi, quin huiuſmodi diuer-
ſitas ſit potiſſima, cum ipſa ſola ſit ex-
preſsè tradita in Scripturis, & aliæ diuer-
ſitates aut ipſam conſequantur, aut ad ip-
ſam explicandam ordinentur, aut ab ipſa
non diſtinguantur. Sic ſpecialiter tanquam
diuerſitates ab ipſa indiſtinctas omittimus
recenſere: Quod Verbum procedat per in-
tellectum, Spiritus ſanctus per volunta-
tatem: Quod Verbum procedat, vt natu-
ralis imago, Spiritus ſanctus vt donum:
Quod Verbum procedat tum ſimile in na-
tura, tum in ſimilitudinem naturæ, Spiri-
tus ſanctus procedat quidem ſimilis in na-
tura, at non in ſimilitudinem naturæ
&c.

Omniũ po-tiſſima diuerſitas eſt quod proceſſio Verbi ſit generatio non proceſſio Spiritus ſancti.

CAPVT V.

De relationibus ad diuinas Proceſſiones pertinentibus: An, & quales ſint.

NON eſt præſentis inſtituti exami- 1.
nare omnes diuinas relationes, eas
etiam, quæ in ordine ad creaturas,
& ad extra Deo conueniunt. Iſtæ enim re-
lationes, ſiuè dicantur rationis cum ſenten-
tia communiori ponente relationem eſſe en-
titatem quandam in ſubiecto reſultantem
expoſitione termini, quomodo certum eſt
non dari in Deo relationem realem ad crea-
turas, cum in ipſo reſultare nequeat aliqua
noua entitas expoſitione creaturæ: ſiuè di-
cantur eſſe reales Complexiſtis conſti-
tuentibus relationem in ſola ſimultate fun-
damenti, termini & rationis fundandi: Qua-
leſcumque inquam aſſerantur, iſtæ relatio-
nes impertinenter ſe habent ad præſentem
materiam de Trinitate, quia ſicuti creaturæ
ſunt à Deo, vt vno; non à Deo vt Trino;
ita relationes Dei ad creaturas pertinent ad
ipſum vt vnum, non ad ipſum vt Trinum:
pertinent verò ad Deum, vt Trinum, ſolæ re-
lationes pertinentes ad proceſſiones, per
quas habetur diuinarum Perſonarum Trini-
tas. De his igitur ſolis acturi proponimus
primo explicandum. An & quales ſint:
Vtrùm ſcilicet dentur in Deo ad intra rela-
tiones reales, & vtrùm ſint reales etiam ſe-
cundùm *ad:* Inſuper vtrùm ſint tranſcen-
dentales, an prædicamentales &c. Pro quo-
rum faciliori diſcuſſione nonnulla tan-
quam ex metaphyſicis ſupponenda præ-
mitto.

Relationes Dei ad creaturas ponũtur reales à Complexiſtis.

Præmitto primò in qualibet relatione 2.
creata duo conſiderari, & quod ſit in ſub-
iecto, & quod referat ſubiectum ad termi-
num, ſeu & quod ſubiectum afficiat; & quod
terminum reſpiciat. Primum eſt commune
relationi cum cæteris accidentibus. Secun-
dum eſt prædicatum proprium, & differentia-
le relationis; vnde etiam à Philoſophis cum

Relatio dicitur in, tum ad.

Ariſtotele

Ariſtotele prædicamentom relationis dicitur prædicamentum ad aliquid. Primum appeliatur eſſe *in*, ſeu ratio *in*; Secundum appellatur eſſe *ad*, ſeu ratio *ad*. Porrò licet eſſe *in* relationis creatæ importet inhærentiam, & ineitatem comparatam ad ſubiectum; hoc tamen non eſt de conceptu formali relaiionis, quæ ſicuti præſcindit ab eo, quod ſit ſubſtantialis, vel accidentalis; ita præſcindit ab eo, quod dicat inexiſtentiam, vel inhærentiam; ineitatem comparatam ad fundamentum præcisè reſpiciens, vel ad ſubiectum ſubſtentans.

Sine deinde ſit inhærentiæ, ſiue inexiſtentiæ.

Hinc fit Deo ad intra conuenire optimè poſſe *in*, quod eſt de conceptu formali relationis, quamvis conuenire ipſi nequeat vlla iohærentia, nec vlla ineitas comparata ad ſubiectum ſubſtentaos.

3. Relationis prædicamẽtalis à tranſcendentali diſcrimina.

Præmitto ſecundò: Tripliciter potiſſimùm differre relationem realem prædicamentalem à tranſcendentali iu creatis. Primo quatenus prædicamentalis requitit terminum exiſtentem; tranſcendentalis, licèt, & ipſa quandoque habeat terminum exiſtentem, vt plutimum tamen termino poſſibili contenta eſt. Secundò quatenus prædicamentalis reſpicit terminum, vt purè terminuio tranſcendentalis, non vt purè terminum; ſed ſub aliqua ratione, vel obiecti, vel ſubiecti, vel efficientis, vel effectus. Tertiò, & eſt diſcrimen potiſſimùm ſe habens, vt differentia conſtitutiua, quatenus prædicamentalis eſt accidentalis ſuo fundamento proximo; tranſcendentalis verò eſt ſuo fundamento proximo eſſentialis. His præmiſſis ſit

---

§. I.

Vtrùm dentur in Deo ad intra Relationes reales?

4. Datur in Deo ad intra relationes reales.

ASSERTVM: Verè dantur in Deo ad intra relationes reales. Eſt veritas fidei propugnata ab omnibus Theologis cum D. Thoma 1. *parte*, *quæſt.* 28. *art.* 1. *de Pot.* *quæſt.* 8. *art.* 1. & alibi.

Probatur primò auctoritate Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Vbi ſicuti etiam in aliis plutibus Scripturæ locis, dum Trinitatis Perſonæ nominibos Patris, & Filij ſignificantur, vtique innuitor dari in diuinis Perſonis relationes Paternitatis, & filiationis; & quidem reales, ſicuti reales ſunt ipſæ Perſonæ Patris, & Filij: ſpecialiter verò quoad relationem Paternitatis, euincitur ipſius realitas ex energia, qua ad Epheſ. 3. habetur *Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis Paternitas in Cœlis, & in terra nominatur.* Confirmatur primò ex Concil. Toletano 11. *in Confeſſione* vbi fit expreſſa mentio Relationum diuinarum his verbis; *In relatiuis verò Perſonarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus ſanctus ad vtroſque refertur, quæ cum relatiuè tres Perſonæ dicantur, &c.* Afferri hîc etiam ſolent Concilium Lateranenſe *cap. firmiter, & cap. damnamus*: Concilium Florentinum *ſeſſ.* 18. & 19. & *in litteris vnionis*: Concilium Rhemenſe *in Symbolo à Patribus illius Concilij pronunciato*: at in ſubiecta materia nullum Concilium tantam habet vim quantam *Toletanum* relatum, nam vt notat Io. à S. Thoma *prima parte*, *quæſt.* 28. *diſp.* 13. *art.* 1. *num.* 1. Concilia Lateranenſe, & Florentinum non habent mentionem expreſſam diuinarum relationum ſub proprio nomine relationis, vbi definitiuè loquuntor; & licet *Florentinum* ſeſſionibus citatis talem mentionem habeat, ibi tamen definitiuè non loquitur: *Concilium* verò *Rhemenſe* quoad præcitatum Symbolum, in quo diuinæ relationes exprimuntur, eſt auctoritatis aliqualiter nutantis defectu approbationis Summi Pontificis, vt etiam innuimus *tract. ſuperiori lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. Confirmatur ſecundò ex Sanctis Patribus, qui paſſim aſſignant in diuinis Perſonis relationes; eſt autem præ aliis celebre dictum Boëtij *in lib. de Trinitate, circa finem*: *ſubſtantia probet vnitatem, relatio multiplicat Trinitatem.*

Ex Conciliis in ſolo Toletano XI. expreſsè cõtinentur.

5. Dices ex Boëtio *eodem libro* inferri, quod Relationes diuinæ reales non ſint, docet enim relationes in Deo prædicari non poſſe, & eſſe eiuſdem ad ſe ipſum; relatio autem eiuſdem ad ſe ipſum realis non eſt. Item non eſt reale in Deo, quod in diuinis prædicari non poteſt. Primum tradit Boëtius illis verbis: *Cum quis prædicamenta in diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur in ſubſtantiam, quæ prædicari poſſunt: ad aliquid verò omninò non poteſt prædicari.* Secundum tradit illis aliis verbis: *Similis eſt relatio Patris ad Filium, & vtriuſque ad Spiritum ſanctum, ſcilicet vt eius, quod eſt idem ad id, quod eſt idem.*

Relationes non poſſe in diuinis prædicari quomodo intelligatur.

Sed contra: Boëtius in verbis primo loco relatis vel loquitur de relationibus ad extra, quas abſque detrimento aſſertæ veritatis concedere poſſumus non reales; vel vt reſpondet D. Thomas *art.* 1. *cit. ad primum*, non per hoc excludere voluit quod relatio non eſſet in Deo, ſed quod non prædicaretur per modum inhærentis ſecundum propriam relationis rationem; ſed magis per modum ad aliud ſe habentis, vel iuxta præmiſſa non per modom inhærentis ad inſtar relationum creatarum, ſed tantum ad modum inexiſtentis. In verbis ſecundo loco relatis ſolum intendit *Boëtius* relationes diuinas cum relatione identitatis in aliquo conuenire; ſcilicet in eo, quod non diuerſificetur per relationes diuinas eſſentia, ſicuti non diuerſificatur per relationem identitatis, ſeu per relationem eiuſdem ad ſe ipſum, Ita intelligit mentem Boëtij D. Thomas *eodem art.* 1. *ad* 2.

6. Probatur ſecundò ratione: Vbi datur reale fundamentum proximum relationis, & terminus realiter diſtinctus, datur realis relatio; ſed in diuinis ad intra datur reale fundamentũ proximum relationis, & terminus rea-

liter diſtinctus, ergo in diuinis ad intra datur aliqua realis relatio. Maior patet, quia vt ponatur relatio; nihil aliud requiritur, quàm fundamentum proximum, & terminus, ſeu fundamentum, ratio fundandi, & terminus; & quoties fundamentum proximum eſt reale in ſe, & realiter diſtinctum à termino ponitur relatio realis. Minor probatur: In diuinis ad intra datur Perſona producens, realis productio, & terminus productus realiter diſtinctus; vt ſatis, ſuperque euincitur ex ſuperioribus capitibus, ergo in diuinis ad intra datur reale fundamentum proximum relationis, & terminus realiter diſtinctus. Eſt ratio D. Thomæ 1. *parte, quæſt.* 28. *art.* 1. *in C.* vbi vt argumentum propoſitum vniuerſaliùs vrgeat, limitat propoſitionem ad terminum procedentem à principio eiuſdem naturæ, qua limitatione tacitè occurrit inſtantiæ, quam negantes relationem realem Dei ad creaturas, afferre poſſunt, dicendo: Creaturæ realiter à Deo producuntur, adeò, vt Deus ſit principium realiter producens creaturas: creaturæ ſunt terminus realiter diſtinctus à Deo, & tamen non datur realis relatio inter Deum, & creaturam, ergo ex eo, quod in diuinis ad intra detur Perſona producens, realis productio, terminus productus realiter diſtinctus, non ſufficienter probatur realis relatio.

7. Hæc inſtantia nullam habet vim, & falſo nititur ſuppoſito iuxta noſtra, & Complexiſtarum principia ponentia relationes reales Dei ad creaturas: quoad eam verò vim, quam habere poteſt iuxta principia ponentia nullam relationem Dei ad creaturas realem eſſe, eluditur *à D. Thoma* per hoc, quod loquatur de termino procedente à principio eiuſdem naturæ, & verè quando terminus, & principium ſunt eiuſdem naturæ, eadem eſt ratio ponendi relationem in principio producente, ac in termino producto; adeóque relatio realis producentis ad productum, quando etiam negaretur in principio producente diuerſæ naturæ à producto, negari non poſſet in principio producente eiuſdem naturæ cum producto.

Datur realis relatio vbi datur realis productio præſertim, quàdo principium producens eſt eiuſdem naturæ cum termino producto.

8. Probatur tertiò: Relationes ex infrà dicendis ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices, & ſunt diſtinctiuæ Perſonarum; ſed tùm perfectio quælibet ſimpliciter ſimplex, tùm diſtinctio Perſonarum eſt realis in Deo ad intra, ergo datur in Deo ad intra aliqua relatio realis. Confirmatur ex eo, quod imperfectiones, quas nos communiter relationi attribuimus, nimirum, quod dependeat, quod inhæreat, quod fiat per reſultantiam, quod habeat eſſe debile, ac diminutum, &c. non ſunt de conceptu formali relationis, & conueniunt relationi, vt forma accidentalis, non vt forma relatiua eſt. Sicuti igitur relatio abſtrahit ab eo, quod ſit forma accidentalis, vel ſubſtantialis, ita etiam abſtrahit ab eo, quod vel illis imperfectionibus afficiatur, & inter creaturas verſetur, vel ab iiſdem imperfectionibus depuretur, & transferatur ad Deum.

Relatio poteſt depurari ab imperfectionibus dependentiæ, inhærentiæ, reſultantiæ, &c.

9. Dices eſſe aliquas alias imperfectiones, à quibus relatio, etiamſi ſubſtantialis euadat, depurari non poteſt; huiuſmodi ſunt eſſe ad aliud, importare dependentiam vnius relatiui ab alio, & ſimultatem etiam cognitionis inter vtrumque relatiuum: at in diuinis ad intra nec datur aliud, nec datur dependentia; & diuinæ Perſonæ, ſicuti non habent ſimultatem originis, ita etiam poſſunt non habere ſimultatem cognitionis; imo hoc à nobis in terminis traditum eſt *tract. ſuperiori lib.* 2. *cap.* 4. §. 5. vbi aſſerebatur poſſe à Beatis videri vnam diuinam Perſonam non viſis aliis, ergo dantur aliquæ imperfectiones, quæ in diuinis repugnant, & à quibus relatio depurari non poteſt, conſequenter ab ipſis impeditur, ne Deo ad intra poſſit realiter conuenire. Sed contra de conceptu formali relationis eſt eſſe ad aliquid, non eſſe ad aliud, & licèt, vt realis ſit, requirat alietatem termini, contenta tamen eſt alietate ſuppoſiti, & indifferens, vt ad aliud ſit, vel ad alium, in diuinis autem, cum detur alius, quamvis non aliud ex infra dicendis *lib.* 3. *cap.* 5. §. 7. datur alietas ſufficiens ad relationem realem. Dependentia vnius relatiui ab alio neque etiam in relatione creata neceſſaria eſt; nec apparet ex duobus parietibus albis habentibus relationem ſimilitudinis quinam ab alio dependeat; niſi nomine dependentiæ intelligatur neceſſaria connexio, quæ optimè reperitur etiam in diuinis. Simultas cognitionis eo modo, quo relatiuis conuenit, conuenit etiam diuinis Perſonis, nec vna diuina Perſona, vt formaliter relatiua ad aliam eſt aut prior aliâ, aut cognoſcibilis ſine aliâ. Ex nullo igitur capite inſtantia euincit, quod intendit.

Relatio debet eſſe ad aliquid, non ad aliud.

§. II.

Vtrùm Relationes ad intra in Deo ſint reales etiam ſecundùm ad?

ASSERTVM: Relationes ad intra in Deo ſunt reales etiam ſecundùm *ad.* Ita Syluius *prima parte, quæſt.* 28. *art.* 1. Molina *eodem articulo*, Vaſquez *eodem artic. diſp.* 114. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. Arriaga *diſp.* 48. *ſect.* 2. De Quiros *diſp.* 42. *ſect.* 1. *num.* 2. Io. à S. Thoma *quæſt.* 28. *diſp.* 13. *art.* 2. *num.* 1. Marchinus *diſp.* 8. *propoſ.* 5. vbi addit aſſertam veritatem non eſſe quidem de fide definitam, vt præcedentem, habere tamen eandem ferè certitudinem; adeò vt oppoſita ſententia periculoſa ſatis in fide videatur: Certè propter communem Theologorum ſenſum in oppoſitum ſaltem videri debet temeraria: & licèt pro ipsâ citari ſoleant Capreolus *in* 1. *diſt.* 33. Canarienſis *de Trinitate, quæſt.* 28. *art.* 1. Caietanus *eodem art.* & alij nonnulli ex Schola Thomiſtica, nihilominus non ſatis conſtat de horum Doctorum mente, & Thomiſtæ politiores volunt *Caietanum*, & alios ſuæ Scholæ Auctores docere ſolùm, quod ad relationem realium

10. Relationes reales in Deo ſunt reales etiam ſecundum ad.

Sententia oppoſita vix eſt immunis a cenſura.

realium realitatem non explicet, at non quod realitatem non habeat. Cæterùm ſiue re ipſâ habeat, ſiue non habeat ex Scholaſticis Aduerſarios aſſerta veritas

11. Probatur primò ex D. Thoma 1. *parte, quæſt.* 28. *art.* 1. *in C. ſolùm in his, quæ dicuntur ad aliquid, inueniuntur aliqua ſecundum rationem tantùm, & non ſecundùm rem: quod non eſt in aliis generibus, &c. de veritate, quæſt.* 1. *art.* 5. *ad* 15. *Sola relatio non habet ex hoc, quod eſt huiuſmodi, quod aliquid ponat in rerum natura, quia non prædicat aliquid, ſed ad aliud; vnde quædam inueniuntur relationes, quæ nihil in rerum natura ponunt, ſed in ratione tantum, quodlib.* 9. *art.* 4. *in C. Ad aliquod ex propria ſui generis ratione non habet, quod ponat aliquid, ſed ad aliquid: Vnde inueniuntur quædam ad aliquid, quæ nihil ſunt in rerum natura; ſed in ratione tantùm, quod in aliis generibus non contingit. Et quamvis ad aliquid ex ratione ſui generis non habeat, quod ponat aliquid, non tamen etiam habet ex ipſa generis ratione quod nihil ponat, quia nulla relatio eſſet aliquid in rerum natura; vnde ad aliquid non eſſet vnum de decem generibus.* In omnibus his locis D. Thomas docet ſub conceptu formaliſſimo relationis inueniri aliquas relationes rationis; aliquas reales; quædam ad aliquid rationis; quædam ad aliquid realia. Quod ſi in quacumque relatione *ad* careret omni realitate, non darentur ſub conceptu formaliſſimò relationis quædam ad aliquid realia, & relatio ex ipſa ſui generis ratione haberet, quod nihil poneret in rerum natura, quod eſt expreſsè contra verba *D. Thomæ* vltimo loco mox allata.

Non poſſet relatio diuidi in realem, & rationis ſi nullum ad eſſet reale.

12. Dices *D. Thomam* locis mox allatis dicentem in his, quæ ſunt ad aliquid inueniri aliqua ſecundùm rationem tantùm: inueniri quædam ad aliquid, quæ nihil ſunt in rerum natura, &c. malè à nobis explicari, nec ſenſum ipſius eſſe, quod dentur aliquæ relationes reales; aliquæ rationis; aliquæ habentes ad reale, aliquæ habentes ad rationis; ſed ſenſum eſſe, quod in omni relatione reali detur quid reale ſcilicet *in*, & quid non reale ſcilicet *ad*. Ratio cur Sanctus Doctor debeat ita intelligi eſt, quia loquitur de relatione comparatiuè ad alia prædicamenta, adeóque de relatione vt prædicamentum eſt, de relatione, vt realis eſt. Neque enim relatio rationis prædicamentum ingreditur, aut continetur ſub genere relationis prædicamentalis. Sed contra quod *D. Thomas* loquatur de relatione comparatiuè ad alia prædicamenta, non eſt ſufficiens ratio dicendi, quod loquatur de relatione, quatenus prædicamentum eſt, & conſequenter de Relatione, quatenus realis eſt. Enimverò quia in Relatione abſtractiſſimè ſumpta magis relucet conceptus conueniens relationi reali, quàm in aliqua alia ratione abſtractiſſima entis relucet conceptus conueniens alicui alteri prædicamento, non incongruè comparatur relatio abſtractiſſimè ſumpta ad alia prædicamenta, & de illa dicitur, quod contineat aliquid reale, aliquid rationis; non ſic verò contineant aliquid reale, aliquid rationis alia prædicamenta. Non negauerim tamẽ S. Doctorem obſcurius loquẽdo præbere Aduerſariis anſam aliquam opinandi, quod iuxta ipſum ad relationum realium non dicat realitatem; & à ratione magis, quam ab auctoritate *D. Thomæ*, ſumendum eſſe firmum præſidium aſſertæ veritatis, quæ propterea

13. Probatur ſecundò ratione: Relationes diuinæ ex ſupradictis ſunt reales, ergo ſunt reales etiam ſecundum *ad*: Conſequentia probatur primò quia relationes diuinæ non eſſent ſimpliciter reales, ſi ex duplici ratione, quam important, ſecundùm alteram tantùm, ſcilicet ſecundùm rationem *in*, eſſent reales; ſecundum alteram verò, quæ eſt ratio *ad*, eſſent non reales. Imò quia ratio *ad* in relatione eſt ratio differentialis, & vltimò conſtitutiua, adeóque principaliùs importata; relationes diuinæ eſſent potiùs ſimpliciter non reales, quàm ſimpliciter reales. Eadem conſequentia probatur ſecundò: Relatio realis non poteſt habere *ad* non reale, ſiue deinde ſit non reale poſitiuè, quatenus ſit *ad* rationis; ſiue ſit non reale negatiuè, & permiſſiuè; quatenus ſit *ad* præſcindens à reali, & rationis; ergo ſi relationes diuinæ ſunt reales habent *ad* reale, & ſunt reales etiam ſecundùm *ad*. Antecedens probatur, tùm quia relatio realis non poteſt habere in ſe ipſa aliquid commune relationi rationis, nec vltimò conſtitui per aliquid, per quod conſtituatur etiam relatio rationis, tùm quia nulla alia ſpecies entis realis poteſt habere pro differentia conſtitutiua rationem aliquam non realem, ergo.

Relationes diuinæ eſſẽt ſimpliciter non reales, ſi non eſſent reales ſecundùm *ad*.

Relatio realis non poteſt habere *ad* nõ reale.

14. Dices dupliciter intelligi poſſe, quod *ad* relationum realium præſertim diuinarum ſit reale; vel quatenus præciſè habeat realitatem, vel quatenus in ſuo conceptu formali realitatem non ſolum habeat; verùm etiam explicet. In ſecundo hoc ſenſu procedit opinio negantium relationes reales, etiam diuinas eſſe reales ſecundum *ad*; noſtra verò probatio ſolùm procedit in primo ſenſu, ideo noſtra probatio non eſt ad rem contra Aduerſariorum opinionem. Porrò quod *ad* in ſuo conceptu formali, & proprio non explicet realitatem, ſuadetur tùm ex eo, quia omnis realitas eſt aliquid, *ad* verò in ſuo proprio conceptu *ad* aliquid explicat, non aliquid; tùm ex eo, quia realitas propriè pertinet ad id, quod eſt; *ad* verò explicat contra quid ſit, non quid ſit reſpectus: ſeu explicat reſpectum ſecundùm id, contra quod eſt, non ſecundùm id, quod eſt, tum denique, quia omnis realitas relationis dicit *in*, relatio enim ſecundùm ſe totam inexiſtit, & importat ex genere ſuo accidens, cuius totum eſſe eſt ineſſe; at *ad* licèt ex ſuo conceptu *in* habeat, & imbibat; non tamen ex ſuo conceptu *in* explicat: ergo *ad* licèt realitatem habeat, realitatem non explicat.

Ad habet, nõ explicat realitatem in politicorum Aduerſariorum ſententia.

15. Sed contra: Sufficit pro præſenti intento, quod *ad* relationum realium præſertim diuinarum in ſuo conceptu formali habeat realitatem. Quod deinde realitatem explicet, vel

Ad habera,

non explicare realitatem multum habet quæſtionis de nomine.

vel non explicet, ſpectat præcisè ad modum loquendi, in quo vix poteſt fieri quæſtio, quæ non ſit de nomine. Mihi non apparet quid aliud ſignificetur per explicare realitatam, quam importate realitatem explicitè: ſi autem *ad* in ſuo conceptu formali habet realitatem, ſicuti importat explicitè ſuum conceptum formalem, ipſumque explicat; cur non importat explicitè, cur non explicat realitatem? Si dicas, quia relatio non concipitur eſſe ens reale per præciſam rationem *ad*: dicam ego id prouenire ex eo, quod ratio *ad* relationis realis malè concipiatur, nec correſpondeat conceptus formalis ſe tenens ex parte concipientis conceptui obiectiuo ſe tenenti ex parte rei conceptæ. Quod dicebatur in inſtantia rationem *ad* explicare ad aliquid, non aliquid: explicare reſpectum ſecundùm id, contra quod eſt, non ſecundùm id quod eſt: omnem realitatem relationis dicere *in*, explicari per *in*; aſt diuerſis phraſibus quæſtionem confundere, cæterum in re ſingula impugno. Dico enim primò ad aliquid abſtractum à realitate, vtique non explicare aliquid; at ad aliquid reale, cuiuſmodi eſt iuxta Auctores præſentis inſtantiæ ad aliquid relationum realium, vtique explicar aliquid; quia quidquid reale eſt, aliquid eſt. Dico ſecundò reſ-

16\. Omnis realitas relationis dicit *in*, at non omnis realitas dicit *in* purum.

pectum per rationem *ad* non ſolum explicari ſecundùm id contra quod eſt, ſed etiam ſecundùm formam veram, & realem, ſecundum quam vnum contra aliud, ſeu ad aliud eſt. Dico tertiò omnem realitatem relationis dicere *in*, at aliquam realitatem relationis dicere *in* purum, aliquam dicere *in* affectum vlteriori realitate, ſicuti omne ens dicit communem rationem entis, at aliquod ens dicit talem rationem communem puram; aliquod dicit talem rationem communem, vt affectam vlteriori differentia. Porrò loquendo de reali relatione vlterior realitas, qua afficitur ratio *in* eſt ipſa ratio *ad*, quæ eſſentialiter quidem imbibit *in*, dum tamen explicat ſe ipſam, non explicat puram rationem *in*, ſed realitatem diuerſam, & ſuperadditam; ſicuti Perſeitas imbibit ens, dum tamen explicat ſe ipſam, explicat rationem, ſeu realitatem diuerſam à ratione, ſeu realitate entis.

17\. Relationes diuinæ ſecùndum *ad* diſtinguunt diuinas Perſonas.

Probatur tertiò. Relationes ad intra in Deo ſecundùm quod diſtinguunt Perſonas ſunt reales, ſed diſtinguunt Perſonas ſecundùm *ad*, ergo relationes ad intra in Deo ſunt reales etiam ſecundùm *ad*: Maior patet, quia diſtinctio diuinarum Perſonarum eſt realis, adeóque haberi nequit, niſi ſecundum aliquid reale: Minor ſupponitur ex infra dicendis *lib. ſequenti cap.* 4. §. 10. vbi probabitur omnem diſtinctionem realem in diuinis haberi à ſolis relationibus, non vtcumque, ſed vt oppoſitis, & acceptis ſecundum propriam, ac formalem rationem relationis, quod eſt idem ac dicere acceptis ſecundùm *ad*.

18\. Dices relationes ad intra diſtinguere Perſonas ſecundùm *ad* diuinum, non ſecundùm *ad* præcisè, & conſequentar in relationibus ad intra *ad*, vt diuinum, ſeu vt explicat diuinitatem, non *ad* præcisè, ſeu vt explicat formalem, & propriam rationem relationis eſſe reale. Sed contra: relationes ad intra diſtinguunt potiùs ſecundùm *ad*, vt *ad*, quàm ſecundùm *ad* vt diuinum; potius enim reduplicando rationem *ad*, quàm reduplicando rationem diuini relucet aliquid proprium, & non commune, cuiuſmodi debet eſſe diſtinctiuum. Verum quidquid ſit de hoc, ſicuti relationes, quas in præſenti aſſerimus reales, ſunt realationes diuinæ; ita dum ipſas aſſerimus reales ſecundum *ad*, ſatis eſt, quod ſint reales ſecundum *ad* diuinum. Cæterùm ſi dari poſſet ad intra aut relatio non diuina, aut ad non diuinum, relatio, quæ etiamſi non diuina eſſet realis, eſſet quoque realis ſecundum *ad* præcisè etiamſi non diuinum.

Ex his habes *ad* ſecundum ſe præſcindens à reali, & rationis non eſſe *ad* relationis realis, ſed *ad* relationis abſtractiſſimæ præſcindentis à reali, & rationis: Et quoad hoc non magis à reali præſcindit ratio *ad*, quàm ratio *in*, ſed vna ratio ſequitur conditionem alterius, & in relatione reali vtraque ratio eſt realis: in relatione rationis vtraque eſt rationis: in relatione abſtractiſſima præſcindente à reali, & rationis, vtraque ratio præſcindit à reali, & rationis. 19.

In, & *ad* in relatione vel ſunt ambo realia vel ſunt ambo rationis.

---

§. III.

Vtrùm Relationes ad intra in Deo ſint Prædicamentales, an tranſcendentales?

ASSERTVM: Relationes ad intra in Deo ſunt, tum Prædicamentales, tum tranſcendentales præciſis imperfectionibus; ſeu ſunt ad modum relationum, tùm prædicamentalium, tum tranſcendentalium. Ita Lugus *prima parte, lib.* 2. *diſp.* 7. *cap.* 2. Arriaga *diſp.* 48. *ſect.* 2. aliique plures contra Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 39. *diſp.* 16. *art.* 4. *num.* 6. docentem relationes diuinas ad intra nullo modo eſſe tranſcendentales. Item contra Auerſam *prima parte, quæſt.* 28. *ſect.* 2. docentem relationes diuinas nullo modo eſſe prædicamentales, & non correſpondere relationibus prædicamentalibus rerum creatarum. 20.

Relationes ad intra in Deo ſunt tū prædicamētales, tum tranſcendētales.

Probatur prima pars, quod ſcilicet relationes ad intra in Deo ſint ad modum prædicamentalium, ſeu ſint prædicamentales præciſis imperfectionibus eo ferè pacto, quo dici poteſt dari in Deo ſubſtantiam prædicamentalem præciſis imperfectionibus limitationis, vniuocationis cum aliis ſubſtantiis creatis, & huiuſmodi; ſpecialiter verò à relatione prædicamentali ad Deum tranſlatâ remouenda eſt imperfectio formæ accidentalis, prout hæc importat aut conſtituere vnum per accidens, aut poſſe adeſſe, & abeſſe abſque ſubiecti deſtructione, & 21.

ſolùm

Forma metaphyſicè accidentalis admitti poteſt in Deo.

ſolum admitti poteſt forma accideotalis provt importat accidens Metaphyſicum iuxta ſupradicta *tractatu precedemi, lib.* 2. *capit.* 3. §. 1. Quod ſufficit ad conceptum relationis prædicamentalis, vt à tranſcendeotali contradiſtinguitur. His, inquam, & ſimilibus imperfectionibus præciſis probatur relationes ad intra in Deo eſſe prædicamentales: Vbi datur in creatis vera, & realis productio datur conſequenter relatio prædicamentalis producentis ad productum, ſed in Deo ad intra datur vera, & realis productio non minus, quam in creatis, ergo etiam in Deo ad intra datur conſequenter relatio prædicameotalis producentis ad productum. Confirmatur: Paternitas, & filiatio in creatis ſunt veræ relationes prædicamentales; ſed in Deo ad intra dantur Paternitas, & filiatio einſdem eationis præciſis imperfectioonibus cum Paternitate, & filiatione in creatis, ergo præciſis imperfectionibus dantue in Deo ad intra veræ relationes prædicamentales. Confirmatur inſuper: Relationis nomen ſimpliciter, & abſolutè vſurpatū, ſuppooit pro relatione prędicamētali; ſed in Deo ad intra, ſimpliciter & abſolutè admittitur relatio, ergo.

22. Probatur ſecunda pars, qood ſcilicet relationes ad intra in Deo ſint ad modum tranſcendentalium, ſeu ſint tranſcendentales præciſis imperfectionibus; ſpecialiter præciſa dependentiâ, quæ reperiri ſolet inter tranſcendentaliter relatiua in creatis. Datur in Deo ad intra vera productio, & vera potentia productiua; vera ſcilicet generatio, & vera potentia generatiua vera ſpiratio, & vera potentia ſpiratiua, ergo datur in Deo ad intra relatio tranſcendentalis præciſis imperfectionibus. Antecedens patet, conſequentia probatur: Productio, & potentia productiua in creatis important relationem tranſcendentalem ad terminum, ergo etiam in Deo: Tum quia in Deo potentia productiua, & prodnctio ſunt eiuſdem rationis præciſis imperfectionibus cum productione, & potentiâ productiuâ in creatis: tum quia productio, & potentia productiua in creatis, important relationem tranſcendentalem quia dicunt eſſentialem habitudinem ad terminum, & attingunt ipſum non ſub pura ratione termini; ſed etiam in Deo ad intra productio, & potentia productiua, dicunt eſſentialem habitudinem ad terminum; & attingunt ipſum non ſub pura ratione termini, ergo.

Vbicumque datur realis productio datur realis relatio tranſcendentalis.

23. Dices relationem tranſcendentalem eſſe ſolùm relationem quoad nomen, cæterum quoad rem eſſe entitatem abſolutam, & in creatis, vbi etiam penes abſoluta habetur diſtinctio, ſicuti vna entitas abſoluta poteſt ab alia realiter diſtingui, ita etiam poſſe ad aliam tranſcendentaliter referri: at in Deo ad intra, vbi abſoluta non diſtinguunt, ſicuti non datur vna entitas abſoluta diſtincta ab aliâ abſolutâ, ita non poſſe dari relationem realem tranſcendentalem verſantem inter abſoluta: adeóque io Deo ad intra omnem relationem debere eſſe prædicamentalem, cuius proprium eſt verſari inter entia formaliter relatiua. Accedie, quod relatio tranſcendentalis appellari ſolee relatio ſecundùm dici; relatio prædicameotalis ſecundùm eſſe; at in præſenti ſermo eſt de relationibns, quæ verè io Deo ſint, ergo ſermo eſſe poteſt de ſolis relationibus prædicamentalibus. Sed contra: Relatio tranſcendentalis eſt quo ad rem entitas abſoluta, provt abſolutum contraponitur relatiuo prædicamentali, noo provt contraponitur relatiuo cuicumque. Nec refert, quod hoc modo nulla daretur creata entitas abſoluta, cum nulla detur creata eotitas noo habens reſpectum aliquem tranſcendentalem, ſaltem ad Deum, vt primam cauſam. Non refert, inquam, quia nulla datur creata entitas tantùm abſoluta, omnis tamen creata eotitas eſt ſub diuerſa ratiooe, tum abſoluta, tum tranſcendentaliter relatioa. Sic, verbi gratia, Materia eſt traoſcendentaliter relatiua, ſi comparetur ad formas, eſt abſoluta, ſi comparetur ad Angelos, & ad eotia completa: cauſa quælibet eſt tranſcendentaliter relatiua, ſi comparetur ad ſuos effectus, eſt abſoluta, ſi comparetur ad effectus alienos. Quod dicebatur penes abſoluta in diuinis non poſſe haberi realem diſtinctionem veriſſimum eſt; at probat ſolum relationem tranſcendentalem in diuinis non diſtinguere, niſi à correlatioo, ad quod non ſe habet, vt entitas abſoluta. Quod addebatur relationem tranſceodentalem appellari relationem ſecundum dici, eſt modus loqnendi paucorum Thomiſtarum, contra quos Vaſquez *prima parte, queſtion.* 45. *diſput.* 173. *cap.* 4. *num.* 14. rectè aſſerie omnem eelationem realem, & conſequentee etiam relationem tranſcendentalem, quando eſt realis, debere appellari relationem ſecundum eſſe. Nec contrarius eſt D. Thomas *prima parte, queſtion.* 13. *art.* 2. *ad primum*, doccns mouens, & motum, caput, & capitatum; & alia huiuſmodi, appellari relatiua ſecuodùm dici: Contraria, inquam, non eſt, quia non intendit huiuſmodi relatiua non poſſe appellari relatiua ſecundum eſſe, ſed tantùm intendit hniuſmodi nomina non ſignificare aliquid purè relatioum, & vſurpari ſecundùm dici, ſeu ſecundùm noſtrum modum concipiendi, tanqoam ſignificantia aliquid pure relatiuum.

Relatio trāſcendentalis quomodo ſit entitas abſoluta?

Omnis entitas creata eſt tum abſoluta, tum relatiua ſub diuerſa ratione.

Relationes tranſcendētales male dicuntur relationes ſecūdum dici.

Probatur vtraque aſſerti pats: Pooendo relationes diuinas eſſe, tnm prædicamentales, tum tranſcendentales, facilè ſaluantur ea omnia, quæ ſoleot diuinis relationibus attribui eademque, aut nullatenns, ant difficillimè ſaluari poſſunt, poneodo relationes diuinas, aut tantùm prædicamentales, aut tantùm traoſcendentales, ergo vere relationes diuioæ aſſerendæ ſunt, tum prædicamentales, tùm tranſceudentales præciſis imperfectionibus. 24.

Quænam prædicata ſoleant attribui relationibus diuinis.

nibus. Probatur antecedens : Relationibus diuinis ſolet ex vna parte attribui , quod ſint propriæ, & in toto origine relationes : quod Paternitas, & filiatio in diuinis, ſint eiuſdem rationis præciſia imperfectioonibus cum Paternitate, & filiatione in creatis : quod detur in prima Perſona relatio ad ſecundam , non ſolùm , vt genitam ; verum etiam, vt filium. Iiſdem relationibus ex aliâ parte ſolet attriboi; quod ſint conſtitutiuæ Perſonarũ:quod non ſint præcisè complexum fundamenti, & termini;nec eadem relatio conſtituatur inadæquatè ex fundamento, inadæquatè ex termino , quomodo à Complexiſtis explicatur relatio prædicamentalis in creatis ; ſed ſint qoaſi formæ totæ ſe tenentes ex parte fundamenti , & fundamentum traheotes ad terminum: quod prima perſona reſpiciat ſecundam non ſolùm, vt filium ; verùm etiam , vt genitam : at prædicata primi generis facilè ſaluantur in relatione prædicamentali , prædicata ſecundi generis facilè ſaluantur in relatione tranſcendentali ; ergo vtraque facilè ſaluantur in relationibus , quæ ſimul tranſcendentales ſint , & prædicamentales. Eadem verò prædicata primi generis difficillimè ſaluantur in relatione tranſcendentali, nec minus difficilè ſaluantur in relatione prædicamentali prædicata ſecundi generis, ergo vtraque difficillimè ſaluantur ponendo relationes diuinas, aut tantum prædicamentales, &c.

25. Relationes diuinæ debent includere omnẽ perfectionẽ generis relatiui.

Confirmatur : Sicuti omnia alia prædicata diuina includunt omnem perfectionem ſui generis ; ita relationes diuinæ debent includere omnem perfectiooem generis relatioi,; at non ſic omnem perfectionem includerent , niſi eſſent tùm prædicamentales , tùm tranſcendentales ; ergo verè tum prædicamentales , tùm tranſcendentales ſunt præciſis imperfectionibus. Probatur minor : Ad genus , vel ſaltem (ne ſumatur genus rigoroſè pro ſolo conceptu vniuoco) ad conceptum communiſſimum entis relatiui , ſeu relationis , ſpectant relationes , tum prædicamentales , tùm etiam tranſcendentales , & ambæ eo modo , quo dicunt aliquam entitatem , dicunt aliquam perfectionem , ergo relatiooes diuinæ non includerent omnem perfectionem ſui generis , niſi includerent perfectionem relatioоum tùm prædicamentalium , tum tranſcendentalium , ſeu niſi eſſent tum prædicamentales , tum tranſcendentales præciſis imperfectiooibus.

26. Relatio præſertim in diuinis ad intra æquè bene ſupponit pro relatione tranſcendentali, ac pro prædicamentali.

Ex his habes relationis nomen præſertim in diuinis ad intra æquè bene ſupponere pro relatione tranſcendentali , ac pro prædicamentali. Ratio vniuerſalis eſt , quia vt ſupra dicebatur relationes etiam tranſcendentales appellari debent relationes ſecundùm eſſe non minus , quàm prædicamentales. Ratio ſpecialis , cur hoc in diuinis præſertim verificetur eſt , quia prædicatorum , quæ diuinis relatiooibus tribuuntur, aliqoa conueniont ipſis , vt prædicamentalibus ; aliqua conueniunt iiſdem , vt tranſcendentalibus juxta probationem mox poſitam. Addi etiam poteſt alia ratio ſpecialis ſita in eo , quod in creatis aſſignatum eſt ſpeciale prædicamentum relationis , extra cuius lineam quidquid reperitur , appellatur abſolutum , quamvis in re ſit etiam traoſcendentaliter relatiuum , at in diuinis ad intra cum relatiooes , quæ prædicamentales dicuntur , ſint extra lineam prædicamenti , relatio ex eo , quod ſit prædicamentalis , ſicuti non eſt intra lineam prædicamenti , ita non eſt relatio magis propriè, quàm relatio tranſcendentalis , nec pro illa magis, quàm pro iſta debet ſupponere nomen relationis in diuinis ; etiamſi pro illa magis , quàm pro iſta ſupponeret nomen relationis in creatis.

---

§. IV.

Vtrùm relationes diuinæ ad intra terminentur ad terminum formaliter , vt relatiuum ?

27. Relationes diuinæ ſunt ad terminũ vt formaliter relatiuũ.

ASSERTVM : Relationes diuinæ ad intra terminantur ad terminum , vt formaliter relatiuum. Ita Hiſpalenſis *in* 1. *diſtinct.* 30. *queſtion.* 1. Caietanus *prima parte, queſtion.* 13. *art.* 7. Ferrarienſis 2. *contra Gentes , cap.* 81. Marchinus *queſtion.* 28. *diſput.* 14. *&c.* Contra Scotum *in* 1. *diſt.* 30. *queſtion.* 2. *§. reſpondeo igitur ad primam* Suarez *in Metaphyſica , diſput.* 47. *ſect.* 16. alioſque plures , præſertim ex Scotiſtis , & licet hi Auctores non adeò expreſsè loquantur de relationibus diuinis , nihilominus , dum vniuerſaliter docent omnes relationes etiam mutuas terminari ad abſolutum , omninò videntur complecti relationes etiam diuinas , quas quidem non eſſe quoad præſens inſtitutum à communi aliarum relationum regula excipiendas expreſſiùs indicat Suarez *ſect. citata, num.* 36. dum ait dici poſſe formalem terminum Paternitatis eſſe paſſiuam originem in filio , è contra verò terminum filiationis eſſe generationem actiuam in Patre.

28. Et tales ſunt ex genere ſuo omnes aliæ relationes etiã non mutuæ.

Probatur primò ex communi ratione relationis , quæ ſemper terminum , vt relatiuum reſpicit , ſemper ad aliquid formaliter relatiuum terminatur , etiamſi relatio non mutua ſit ; multo magis verò quando mutua eſt , ſicuti mutuas eſſe relationes diuinas ad intra conſtabit ex ipſarum numero infra aſſignando. Quod ſit de communi ratione relationis terminum , vt relatiuum reſpicere eſt res purè philoſophica , à qua propterea ex profeſſo probanda abſtineo , ſolùm aduerto iuxta huiuſcemodi doctrinam diſcrimen relationis mutuæ à non mutua conſiſtere potiſſimum in eo , quod relatio mutua reſpicit terminum duplici titulo relatiuum , nimirum tum relatione extrinſeca,& quaſi paſſiua;qua terminus à fundamento reſpicitur ; tum relatione intrinſeca , & quaſi actiua ; qua idem terminus reſpicit fundamentum : Relatio

non

non mutua reſpicit terminum ſolùm vno titulo relatiuum ſolum ſcilicet relatiuum per denominatiunem extrinſecam à relatione fundamenti terminatam ad ſe, non per denominationem intrinſecam à relatione ſui terminata ad fundamentum, vnico verbo dici poteſt relationem mutuam terminari ad terminum, vt correlatiuum; relationem non mutuam terminari ad eundem, vt præcisè relatiuum; illam terminari ad terminum relatiuum intrinſecè, & extrinſecè iſtam ad terminum relatiuum ſolùm extrinſecè, Nec debet videri difficile, quod aliquid denominetur relatiuum per relationem ſibi extrinſecam, & in alio exiſtentem; obuiæ enim ſunt plures aliæ denominationes à formâ extrinſecâ prouenientes, talis eſt denominatio vti, denominatio antiqui, &c.

29. Probatur ſecundò ex ſpeciali ratione relationis diuinæ: Relatio in diuinis ad intra terminatur ad terminum, vt realiter diſtinctū; ſed ſpeciale eſt, & proprium relationis diuinæ ad intra non diſtingui realiter, niſi à relatione oppoſita, adeóque niſi à termino, vt per relationem oppoſitam relatiuo, ergo relatio in diuinis ad intra ex ſpeciali ratione relationis diuinæ terminatur ad terminum formaliter, vt relatiuum, & quando etiam in creatis relationes reales terminum abſolutū reſpicerent, non ſic poſſent terminum abſolutum reſpicere relationes reales in diuinis. Maior patet, quia commune eſt cuicumque relationi eſſe ad aliquid, & cuicumque relationi reali eſſe ad aliquid realiter diſtinctum: Minor probatur: ſpeciale eſt, & proprium relationis diuinæ non diſtingui realiter, niſi modo relatiuo, nullatenus modo abſoluto, non diſtingui realiter niſi ab oppoſito, nullatenus à diſparato iuxta proloquium illud ſatis tritum in hac materia *In diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio*, ergo. Confirmatur: Paternitas in diuinis ſumpta ad modum relationis prædicamentalis reſpicit filium, vt filium; ergo reſpicit terminum, vt formaliter relatiuum. Conſequentia patet, antecedens probatur: Sicuti in diuinis *ex ſuperiori* §. dantur relationes tùm prædicamentales, tùm tranſcendentales (ſubintellige ſẽper præciſis imperfectionibus) ita debet aſſignari terminus correſpondens relationibus tùm prædicamentalibus, tùm tranſcendentalibus. At ſi dicatur paternitatem in diuinis, ſumptam ad modum relationis prædicamentalis, reſpicere filium, vt genitum; cum filius, vt genitus ſit terminus correſpondens generationi actiuæ, ſeu potentiæ generatiuæ, Id eſt relationi diuinæ ſumptæ tranſcendentaliter; idem formaliter terminus correſponderet, tùm relationi prædicamentali, tum relationi tranſcendentali; ergo Paternitas ſumpta ad modum relationis prædicamentalis debet omnino in diuinis reſpicere filium, vt filium. Neque dicas ſaltem relatio tranſcendentalis actiuæ generationis dùm terminatur ad filium vt genitum, terminatur ad terminum vt abſolutum. Contra enim: Ratio geniti eſt abſoluta, prout contra ponitur relationi prædicamentali non prout contraponitur relationi tranſcendentali, aut relationi

Paternitas reſpicit Filium vt filiū, non vt genitum.

cuicumque iuxta ſupradicta *in* §. *præcedente*, præſertim impugnandu inſtantiam poſitam contra probationem ſecundæ partis.

Probatur tertiò vrgendo contra aduerſarios potiſſima ipſorum fundamenta, quæ quidem deſumantur ex duabus propoſitionibus ſatis communibus. Prima eſt quod ratio fundādi vnam relationem ſit etiam ratio terminandi oppoſitum: Hinc inferunt, quod ſicuti etiam in diuinis ratio fundandi filiationem eſt eſſe genitum, ita etiam ratio terminandi Paternitatem oppoſitam filiationi ſit idem eſſe genitum, non verò filiatio. Secunda eſt, quod relatio conſurgat poſito fundamento, & termino: Hinc inferunt terminum debere præcedere relationem, & conſequenter, vt terminus, eſt non poſſe eſſe relatiuum, quia terminus, vt relatiuus nequit relationem præcedere, cum effectus formalis nequeat præcedere ſuam formam. Vtraque hæc propoſitio vrgetur contra aduerſarios, & conſequenter oſtenditur vitioſa vtraque aduerſariorum illatio. Vrgetur contra aduerſarios prima propoſitio, quia ſicuti ratio fundandi relationem eſt, id à quo radicaliter, non à quo formaliter fundamentum habet referri; ita ratio terminandi debet eſſe id, à quo radicaliter, non à quo formaliter terminus habet terminare, & è contra ſicuti relatio eſt id, à quo formaliter fundamentum habet referri, ita debet eſſe id à quo formaliter terminus habet terminare. Ab eſſe genito, verbi gratia, habet filius poſſe prædicamentaliter referri ad Patrem: at, quod formaliter ad Patrem referatur, habet à filiatione eodem protſus modo ab eſſe genito habet filius, quod poſſit terminare relationem oppoſitam: at quod formaliter terminet, habet à filiatione. Ex quo habes illationem aduerſariorum vitioſam eſſe in eo, quod non diſtinguat rationem terminandi, ſeu terminationem radicalem à terminatione formali. Vrgetur contra eoſdem aduerſarios ſecunda propoſitio: quia relationem conſurgere poſito fundamento, & termino, nequit procedere de termino, vt formaliter terminante; ſed tantum de termino vt aptu terminare, ſatis enim ex ſe repugnans apparet, quod terminus ſit actu, & formaliter terminans relationem, antequam conſurgat relatio, quod terminus vt relationem terminans præcedat relationem, terminus igitur, vt formaliter terminans ſimul omninò eſt cum relatione, adeóque, [illegible] formaliter terminans relatiuus eſt, ſicuti relatiuum eſt fundamentum, vt formaliter reſpiciens, & poſito fundamento, vt apto reſpicere, non vt formaliter reſpiciente, conſurgit relatio. Ex quo habes aduerſariorum illationem vitioſam eſſe in eo, quod aut ſupponat ly *poſito fundamento*, & termino procedere de termino formaliter, terminante, aut non diſtinguat terminum vt actu, & formaliter terminantem à termino, vt apto terminare, ſeu terminante radicaliter, & in actu primo.

30.

31. Ratio fundandi vnam relationem eſt ratio terminandi oppoſita quomodo intelligatur.

32. Relatio conſurgit poſito fundamento, & termino quomodo intelligatur.

Ex his habes in diuinis ad intra relationes, tum prædicamentales, tum tranſcendentales, reſpicere terminum, vt relatiuū; ſed ſuo modo, & proportione ſeruata comparando ſcili- 33.

cet ad relationem, vt prædicamentalem, terminum, vt relatiuum prædicamentaliter; ad relationem, vt tranſcendentalem, terminum, vt relatiuum tranſcendentaliter.

CAPVT VI.

De diſtinctione diuinarum Relationum à diuina eſſentia.

1. Eſſentia in præséti ſupponit pro omni prædicato abſoluto.

QVOD ſtatuetur dé diſtinctione diuinarum relationum à diuina eſſentia, eodem prorsùs modo procedet de diſtinctione earundem à quolibet diuino prædicato abſoluto, nimirum ab attributis, & à ſubſiſtentia abſoluta: diuina enim eſſentia, vt à relationibus contradiſtincta, pro omnibus prædicatis abſolutis ſupponit, & quidem hîc à nonnullis occaſione diſtinctionis relationum à prædicatis abſolutis ſolet etiam diſputari de diſtinctione prædicatorum abſolutorum ab inuicem: Nobis tamen nun eſt hæc occaſio arripienda, cum diſtinctionem prædicatorum abſolutorum ab inuicem, attributorum ſcilicet ab eſſentia, & attributorum inter ſe iam explicauerimus *tract. præced. cap.* 3. §. 2. *&* *ſequentibus*, quo ex loco plura ſunt ad præſens inſtitutum transferenda, & licet videatur eſſe aliqua ratio maioris diſtinctionis relationum à prædicatis abſolutis, quàm prædicatorum abſolutorum ab inuicem, in re tamen conſtabit oppoſitum, præſertim ex eo, quod probabitur nullum principium luminis naturæ malè cohærere cum reali identitate relationum, & eſſentiæ.

---

§. I.

Vtrùm Relationes diuinæ diſtinguantur realiter ab eſſentia, ſeu natura diuina?

2. Relationes diuinæ nec diſtinguũtur ab eſſentia realiter abſolutè, nec realiter modaliter.

ASSERTVM: Relationes diuinæ non diſtinguuntur realiter ab eſſentia, ſeu natura diuina, ſiue ly *realiter* importet diſtinctionem realem abſolutam rei à re; ſiue realem modalem modi à re. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt.* 28. *articul.* 2. *in* 1. *diſt.* 33. *quæſt.* 1. *artic.* 1. *de pot. quæſt.* 8. *artic.* 2. Aliique Doctores, & Scholaſtici communiſſimè contra Gualterum & Iacobum de Viterbo *tractat. præced. cap.* 3. §. 2. relatos pro diſtinctione reali attributorum ab eſſentia. Inſuper contra Gilbertum Porretanum ſpecialiter diſtinguentem relationes diuinas ab eſſentia, tanquam rem à re, & licèt Vaſquez *prima parte, diſputat.* 120. *cap.* 1. ſecutus Ottonem Friſingenſem mitiùs de Gilberto ſentiat, ſentiat ſcilicet ipſum non poſuiſſe diſtinctionem perfectè realem tanquam inter rem, & rem; inter relationem, & eſſentiam; ſed contentum fuiſſe quacumque diſtinctione actuali præcedente operationem intellectus; velitque diſtinctionem poſitam *à Gilberto* eſſe eandem cum diſtinctione Scotica: Nihilominùs Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt* 28. *diſput.* 13. *articul.* 1. *num.* 8. rectè monet magis, quàm aut Ottoni aut Vaſquio credendum eſſe *actis Concilij Rhemenſis*, D. Thomæ, D. Bonauenturæ, Alexandro de Ales, aliiſque antiquioribus, & grauioribus viris referentibus Gilbertum, tanquam aſſertorem diſtinctionis ſimpliciter realis inter diuinas relationes, & eſſentiam. Eſt tandem aſſerta veritas, quatenùs negat diſtinctionem realem, etiam modalem, contra Durandum *in* 1. *diſtinct.* 33. *quæſt.* 1. *numero* 27. vbi ſtatuit relationem diuinam diſtingui realiter ab eſſentia, tanquam modum à re: in quo Durandus ſi non ſimpliciter errat in fide, ſicuti Gilbertus, ſaltem proximè omninò ad errorem accedit, & excuſari vix poteſt, nedum propugnari.

Otto, & Vaſquez immeritò Gilbertum mitiùs interpretantur.

Durandi cẽſura.

Probatur primò *ex Concilio Rhemenſi* ſub Eugenio III. in quo definitur, *ne aliqua ratio Theologica divideret inter naturam diuinam, & relationes*, vbi per ly *ratio Theologica* ſpecialiter importatur diſtinctio, ſeu opinio Gilberti qui proptereà, vt refert D. Thomas *prima parte, quæſt.* 28. *articulo.* 2. *in C.* dicitur errorem ſuum in eodem Concilio reuocaſſe. Ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. in quo *cap. damnamus, de ſumma Trinitate*, definitur non eſſe in Deo quaternitatem rerum; at ſi tres relationes diſtinguerentur realiter ab eſſentia, tres relationes, & eſſentia eſſent vera quaternitas rerum: ergo. 3.

Dices neutrum Concilium ſufficere ad præſens intentum. Non ſufficit Concilium Rhemenſe, quia nutat ipſius auctoritas; cum nec fuerit confirmatum ab Eugenio III. nec inueniatur inter Concilia ſub Eugenio III. & licèt inueniatur Concilium Rhemenſe ſub Leone III. in ipſo nulla fit mentio erroris Gilberti. Non ſufficit Concilium Lateranenſe, quia non damnat quamcumque rerum quaternitatem, ſed tantùm quaternarium numerum perſonarum contra Ioachimum. Sed contrà Concilium Rhemenſe, licèt non fuerit quoad omnia à ſummo Pontifice confirmatum, fuit tamen confirmatum quoad definitionem illam contra Gilbertum, imò definitio illa continet verba ipſa Summi Pontificis Eugenij III. ſub quo, licèt inter alia Concilia ſub ipſo celebrata non inueniatur verè celebratum fuiſſe Concilium Rhemenſe diuerſum ab eo, quod reperitur celebratum ſub Leone III. certum eſt, cum D. Bernardus *libro* 1. *de conſideratione*, teſtetur ſe tali Concilio interfuiſſe, & Iacobus Amiatus ex Gallia ad Gregorium XIII. tranſmiſerit manuſcriptum eiuſdem Concilij relatum ad litteram à Vaſquio *prima parte*, *diſp.* 4.

Non nutat præſertim quoad præsẽs inſtitutũ auctoritas Cõcilij Rhemenſis.

Non procedit de quaternitate perſonarum auctoritas Concilij Lateranenſis.

diſputatione 120. *capite* 2. Concilium Lateranenſe etiamſi occaſione damnandi quaternarium numerum perſonarum quaternitatem in diuinis excluſiſſet, abſolutè tamen loquitur de quaternitate rerum, nec debet attendi ſolùm qua occaſione, ſed etiam quibus verbis veritas aliqua definiatur. Deinde vt notat Marchinus *quæſt.* 28. *diſputatione* 9. *propoſit.* 1. nec Ioachimus, nec vllus alius hæreticus, poſuit in diuinis perſonarum quaternitatem. Etenim Ioachimus ponebat tres diuinas perſonas eſſe vnum per aggregationem, non per vnitatem eſſentiæ, & imponebat Magiſtro ſententiarum, quod ponendo Patrem generare, non eſſentiam; filium generari, non eſſentiam; poneret eſſentiam, tanquam aliam rem à perſonis, ſicque induceret in diuinis rerum quaternitatem. Occaſione igitur damnandi hanc quaternitatem quam Ioachimus ex Magiſtri doctrina male colligebat, non occaſione damnandi quaternitatem perſonarum, in definitionem illam Concilium erupit. Propterea ſiue verba, ſiuè occaſio definitionis attendatur, euincitur ex tali definitione aſſerta veritas.

5. Dices inſuper, ſaltem contra Durandum ponentem relationes diſtingui realiter ab eſſentia, tanquam modos à re, non militat definitio Concilij; damnat enim Concilium in diuinis quatuor res; Durandus verò non ponit in diuinis quatuor res, ſed vnam rem, & tres modos. Sed contra: Non vſurpat Concilium rem, vt contradiſtinguitur à modo; ſed vt contradiſtinguitur à non ente, & intendit damnare quaternitatem realitatum, quomodocumque nominentur, imò ſpecialiter intendit damnare iuxta mox dicta quaternitatem conſurgentem ex eſſentia, & relationibus; vnde ſub nomine rerum intendit ſpecialiter ſignificare etiam relationes: & Durandus à Concilio diſcordat dupliciter, ſcilicet in eo, quod relationes diſtinguat realiter ab eſſentia; & in eo, quod illas vocet modos, non res. Neque operæ pretium eſt ſolicitudinem aliquam impendere pro impugnanda diſtinctione reali modali à Durando aſſerta; quidquid enim militat contra Gilbertum ad impugnandam diſtinctionem realem abſolutam, militat pariter contra Durandum ad impugnandam diſtinctionem realem modalem vt indicauimus *tractatu præcedente, cap.* 3. *ad calcem* §. 2.

Durandi cẽſura nõ eluditur.

6. Probatur ſecundò rationibus deſumptis tum ex omnimoda Dei ſimplicitate excludente omnem compoſitionem realem actualem, ſpecialiter verò diſtinctionem realem actualem ex natura, & ſuppoſito; relationes autem diuinæ, cum ſint ipſæmet perſonales ſubſiſtentiæ, ſi à natura; ſeu eſſentia realiter diſtinguerentur, facerent realem compoſitionem naturæ, & ſuppoſiti; tùm ex propoſitionibus quibuſdam in Theologia communiſſimis: quidquid eſt in Deo, Deus eſt: in diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio; tum ex abſolutiſſimâ infinitate, ratione cuius Deus non ſolùm habet omnem perfectionem, ſed etiam perfectionem habet modo perfectiſſimo, adcóque omnem cum identitate, & reali indiſtinctione. Quæ & ſimilia recolenda ſunt *ex tract. ſuperiore, lib.* 1. *c.* 3. §. 2. *cap.* 6. §. 3. *&* 5.

---

§. II.

Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur ex natura rei ab eſſentia, ſeu natura diuina?

7. Assertvm: Si diſtinctio ex natura rei eſt diuerſa, & maior diſtinctione virtuali, relationes diuinæ non diſtinguntur ex naturâ rei ab eſſentia, ſeu natura diuina. Dixi, ſi diſtinctio ex natura rei eſt diuerſa, & maior diſtinctione virtuali, quia in hoc eſt controuerſia inter nonnullos etiam ex Scotiſtis, vt tradidi *tractat. ſuperiori, lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. & ibi tradita transferenda ſunt ad præſens aſſertum, ſicuti etiam Auctores ibi citati ſunt proportionaliter hîc recitandi, & applicandi huic aſſerto: cui ſimiliter ſunt accommodandæ probationes ibi poſitæ, cum præſertim ibi allata auctoritas ex Concilio Rhemenſi hîc maximè faciat ad rem. Nihilominùs, vt aliquid addam ſaltem pro maiori explicatione eorum, quæ ibi aſſignantur; aſſertum mox poſitum

Relationes diuinæ non diſtinguũtur à diuina eſſentia ex natura rei.

Probatur: Ponenda eſt inter relationes diuinas, & eſſentiam diſtinctio minor, quæ ponibilis ſit, ſed diſtinctio ex natura rei ſi diuerſa eſt, & maior diſtinctione virtuali, non eſt diſtinctio minor, quæ inter relationes diuinas & eſſentiam ponibilis ſit, ergo non eſt ponenda inter relationes diuinas, & eſſentiam diſtinctio ex natura rei, ſeu ergo relationes diuinæ non diſtinguuntur ex natura rei ab eſſentia, ſi diſtinctio ex natura rei eſt diuerſa, & maior &c. Maior probatur diſtinctio inter relationes diuinas, & eſſentiam, eſt diſtinctio in Deo ad intra; ſed in Deo ad intra ponenda eſt diſtinctio minor, quæ ponibilis ſit, nam in Deo ad intra ponenda eſt maior quæ poni poteſt ſimplicitas, maior, quæ poni poteſt infinitas: at diſtinctio, quò minor eſt, magis confert ad ſimplicitatem, & infinitatem, ergo in Deo ad intra, & conſequenter inter relationes diuinas, & eſſentiam, ponenda eſt minor diſtinctio, quæ ponibilis ſit. Minor etiam primi argumenti probatur: inter relationes diuinas, & eſſentiam ſufficit diſtinctio virtualis, ergo diſtinctio ex natura rei, ſi eſt diuerſa, & maior diſtinctione virtuali, non eſt diſtinctio minor, quæ ponibilis ſit.

In Deo ad intra ponẽda eſt minor diſtinctio ponibilis.

8. Dices, ponenda eſt maior diſtinctio inter relationes, & eſſentiam; quàm inter attributa, & eſſentiam; vel attributa inter ſe; ſed inter hæc *ex tractatu præcedente, lib.* 1. *cap.* 3. §. 5. ponitur diſtinctio virtualis; ergo

inter relationea, & eſſentiam ponenda eſt diſtinctio ex oatura rei, ſi hæc eſt maiur diſtiuctiooe virtuali: Probatur maior: Ponenda eſt maior diſtinctio ioter relatiua, & abſoluta; quàm inter plura abſoluta; ergo. Accedit, quod relationes magis diſtinguuntur inter ſe, quàm diſtioguantur inter ſe attributa, ergo etiam magis diſtinguntur ab eſſentia, quàm diſtinguantur ab eſſentia attributa, & cum attributa diſtinguantur ab eſſentia virtualiter, relationes debent diſtingui ab eſſentia magis, quàm virtualiter, adeóque ſaltem ex natura rei. Sed

9. Diſtinctio virtualis patitur latitudinem, nec in induiſibili conſiſtit.

contra: Aduerto diſtinctionem virtualem nun conſiſtere in indiuiſibili, ſed latitudinem pati, & heterogeneitatem; cum enim talis diſtinctio nihil aliud ſit, quàm æquiualentia ad diſtinctiooem realem; eſſe poteſt maior, & minor, prout æquiualere poteſt maiori, vel minori diſtinctiooi reali, ſeu rebus magis, vel mioùs realiter diuerſis: & ſicuti in ipſamet diſtinctione reali datur latitudo, ſeo heterogeneitas, quatenùs aliqua diſtinguntur, tanquam res à re; aliqua, tanquam modos à re; aliqua adæquatè, aliqoa inadæquatè, ita nil mirùm, quod ſuam etiam ſortiatur latitudinem, ſuamque heterogeneitatem diſtinctio virtualis, diſtinctioni reali æquiualens. Ad inſtantiam igitur dico ponendam eſſe inter relationes, & eſſentiam maiorem diſtinctionem in eodem genere diſtinctionia virtualis; at non eſſe pro huiuſmodi maiori diſtinctione recurrendum ad genus diuerſum, quale eſt genua diſtinctionis ex natura rei: & per maiorem diſtinctionem in eodem genere ſufficienter etiam ſatisfit probationi, quæ affertur. Illud, quod additur, ſicuti non probat relationes diſtingui realiter ab eſſentia, quamvis diſtinguantur realiter inter ſe; ita in rigore non probar diſtingui ab eſſentia magis, quàm attributa, licet diſtinguantur magis, quàm attributa inter ſe. Verùm quia relationes diſtingui realiter inter ſe, & non diſtingui realiter ab eſſentia, videtur opponi illi decantato principio: *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe*, expedit, inquirere quo modo ſaluo tali principio relationes diuinæ, vtpotè ex infrà dicendis realiter ab inuicem diſtinctæ, non ſint idem inter ſe; & tamen iuxta mox aſſerta non diſtinguantur realiter actualiter ab eſſentia; nec diſtinctione reali abſoluta; nec diſtinctione reali modali; nec diſtinctione reali ex natura rei, quod eſt relationes eſſe idem com eſſentia, ſeu idem vni tertio. Ideò ſit

§. III.

Quomodo cum ſuperioribus aſſertis cohærere poſſit principium illud: Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe?

ASSERTVM I. Principium illud: 10.
Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe ſuſtinendum eſt etiam in diuinis, adeóque aſſigoandus eſt modus, quo cum ſuperioribus aſſertis tale principium cohæreat. Ita Theologi ſatis communiter contra Vaſquium *prima parte, quæſt.* 28. *diſput.* 123. *cap.* 2. Ruiz, & alios quoſdam docentes non fundari in eo principio artem ſyllogiſticam, & conſequenter parum referre, quod tale principium verificetur, vel non verificetur in diuiois: Eſt inſuper contra nonnullos, qui vt ſe à difficultate facilè expediant volunt huiuſmodi principium valere ſolùm in creatis, nec eſſe ad diuina transferendum.

Quæ ſunt eadem vni tertio eſſe idem inter ſe debet ſaluari etiam in diuinis.

Probatur: Suſtinenda eſt etiam in diuinis vis, & forma ſyllogiſtica; ſed vis, & forma ſyllogiſtica innititur illi principio quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe, ergo ſuſtinendum eſt etiam in diuinis illud principium quæ ſunt eadem &c. adeóque aſſignandus eſt modus &c. Maior probatur: tum quia veritas, ſiue ſit veritas materiæ, ſiuè ſit veritas formæ veritati nequit eſſe contraria, ergo vis, & forma ſyllogiſtica, quæ vera eſt & ſuſtinenda in creatis nequit eſſe non vera, & non ſuſtinenda in diuinis; tum quia excludendo à diuinis vim, & formam ſyllogiſticam, redditur inutilis, imò illuſoria omnis argumentatio contra infideles qui, quoties vi diſcurſos de veritate aliqua in diuinis admittenda conuincerentur, facilè nobis reſponderent, imò illuderent, dicendo non valere in diuinis conſuetam ſyllogizandi, & diſcurrendi formam. Minor etiam primi argumenti probatur: Tota vis, & forma ſyllogiſtica conſiſtit in illatione, qua extrema eo quod in præmiſſis appareant connexa cum tertio, ſcilicet cum medio termino, in concluſione inferuntur connexa inter ſe; ſed hæc vis illationis innititur veritati illios principij quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe, ergo. 11.

11. Suſtinenda eſt in diuinis etiam forma Syllogiſtica.

Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe eſt baſis artis Syllogiſticæ.

Dices ex Vaſquio *cap. præcit. numero* 6. 12.
Ariſtotelem 1. *priorum*, *cap.* 1. non ex propoſitione *quæ ſunt eadem vni tertio &c.* ſed ex alio principio formam ſyllogiſticam, & vim illationis deduxiſſe, qood appellauit *dici de omni, & dici de nullo*: hoc eſt quidquid dicitur de omni ſobiecto, dicitur de quouis ſub eo contento, & quidquid negatur de omni ſubiecto, negatur de qoouis contentu ſub illo; quæ propoſitiones adeò

veræ

Dici de omni, & dici de nullo reſoluitur in quæ ſunt eadem vni tertio &c.

veræ ſunt, & certæ; vt in quauis materia, etiam in diuinis, nequeant eſſe falſæ. Sed contra: Veritas illius principij *Dici de omni, & dici de nullo* reſoluitur in veritatem illius alterius *quæ ſunt eadem vni tertio &c.* Quidquid enim dicitor de aliquo ſubiecto dici de omni ſub eo contento, non procedit, niſi de contento per idemtitatem, ſeu de idemtificato: quidquid igitur dicitur de omni ſubiecto, dici de quouis contento ſub illo, eſt dici de quouis idemtificato cum illo, eſt ſcilicet quidquid idemtificatur alicui ſubiecto, idemtificari cuicumque idemtificato cum tali ſubiecto, eſt idemtificari vnum cum alio, ex eo quod vtrumque idemtificetur eidem ſubiecto, eſt eſſe eadem inter ſe, quæ ſunt eadem vni tertio.

13\. Vaſquez ſibi contradicit.

Nec Vaſquez poteſt negare in omni materia indefectibilem veritatem huius principij *quæ ſunt eadem &c.* dum admittit in omni materia indefectibilem veritatem illius *Dici de omni.* Meritò propterea Arriaga *prima parte, diſput. 43. sect. 2. numero 7.* miratur Vaſquium adeò expreſsè ſibi contradicere, cum præſertim ipſemet *loco citato* addat hæc verba: Quo fit, vt forma Syllogiſtica, quæ in concluſione infert maiorem extremitatem de minori, quia minor dicitur de medio, de quo etiam prædicatur maior, certiſſima ſit; & adeò efficax, vt in nulla materia deficere poſſit. Ao non inferre maiorem extremitatem de minori, quia minor, & maior extremitas dicitur de medio, eſt inferre maiorem, & minorem extremitatem eſſe idem inter ſe, quia ſunt idem vni tertio: Quod eſt reſoluere vim ſyllogiſticam in illud principium, quæ ſunt eadem vni tertio &c.

14\.

Quæ ſunt eadem vni tertio eſſe eadem inter ſe quomodo intelligendũ ſit, vt ſaluetur in diuinis.

Assertvm II. Ex pluribus modis, quibus varij variè explicant aſſertam *ſuperioribus §§.* idemtitatem relationum cum eſſentia abſque reali idemtitate relationum inter ſe, cohærere cum illo principio *quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe,* arridet maximè intelligere huiuſmodi, principium de tertio, quod ſit vnum, & idem etiam ratione, ac virtualiter, cui conſequenter idemtificentur extrema adæquatè, & conuertibiliter: non de tertio, quod ſit vnum, & idem ſolùm realiter actualiter, ratione verò, & virtualiter multiplex, cui conſequenter idemtificentur extrema inadæquatè, & non conuertibiliter. Hoc aſſertum quoad ſenſum, ſi minùs quoad ipſiſſima verba, tradunt D. Thomas *prima parte, quæſt. 28. articul. 3. ad 1.* Syluius *eâdem quæſt. articul. 2. conc. 2. ad 2.* Io. à S. Thoma *quæſt. 27. diſput. 12. artic. 3. num. 31.* Marchinus *diſputat. 9. propoſ. 3. ad 3.* Auerſa *quæſt. 32. sect. 2.* Arriaga *diſput. 43. sect. 3.* contra Auctores relatos in ſuperiori aſſerto, & inſuper contra Auctores mox referendos pro aliis modis explicandi idem principium, quamvis ex his modis nonnulli verbis potius, quàm re ipſa differant à modo mox aſſerto.

15\. Probatur primo negatiuè excludendo alios modos explicandi principium illud quæ ſunt eadem vni tertio &c. Primus modus ſit Scoti *in 1. diſt. 2. quæſt. 7. §. ad 1. argumentum principale*; vbi poſtquam ex eo, quod relationes non ſint ideo ex natura rei cum eſſentia deduxit illas non eſſe idem ex natura rei inter ſe ſubiicit: *Et ſi dicas, quod ſaltem ex idemtitate reali eorum ad eſſentiam concludam idemtitatem realem eorum inter ſe. Dico, quod eſſentia non habet idemtitatem talem vnicam, ſcilicet ſubſiſtentia; prout perſona, vel perſonalia, vt extrema vniuntur in eſſentia, & ideò non poteſt concludi idemtitas ſubſiſtentis, vel ſubſiſtentia per rationem idemtitatis eorum in eſſentia, vt in medio.* Quibus Scoti verbis fauet D. Thomas *in 1. diſtinct. 33. q. vnica, art. 1. ad 2.*

Excluditur primus modus explicandi tale principium.

Excluditur tamen hic modus, quia in re nihil aliud dicit, quàm relationes, quæ ſunt idem vni eſſentiæ, eſſe idem inter ſe in ratione abſoluta eſſentiæ, non in rationibus propriis relatiuis; eſſe idem inter ſe idemtitate eſſentiali, quia ſunt idem vni eſſentiæ, non aliqua alia maiori idemtitate: Quod eſt reddere principium illud inutile, ac illuſorium, eique tribuere hunc ſenſum: Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe in hoc, quod ſint eadem vni tertio, ſeu habent inter ſe vnum tertium, cui ſunt
eadem. Secundus modus ſit Capreoli *in 1.* 16.
diſtinct. 2. quæſt. 3. articul. 1. apud Valentiam *prima parte, diſputat. 2. quæſt. 2. punct. 4.* intelligentis principium illud de iis, quæ ſunt eadem vni tertio re, & ratione, conſtruendo ly *re, & ratione* cum ly *ſunt* non cum ly *vni tertio*, vt conſtruit D. Thomas, qui proptereà à nonnullis in præſenti non citatur in ſenſu legitimo.

Excluditur ſecũdus modus.

Excluditur hic modus, quia diſtinctio rationis non impedit idemtitatem, & ex eo quod duo extrema non ſint idem ratione vni tertio, ſequitur quidem, quod non ſint idem ratione inter ſe; at non ſequitur quod non ſint idem realiter inter ſe, ſicuti ſunt idem realiter illi tertio; cum igitur relationes diuinæ debeant ſuſtineri, quod non ſint idem inter ſe realiter, parum refert, quod non ſint idem ratione vni
tertio. Tertius modus ſit quo- 17.
rumdam apud Arriagam *prima parte, diſputat. 43. sect. 1. num. 2.* intelligentium principium illud de iis, quæ ſunt eadem vni tertio, idemtitate inadæquata; non quidem ſumendo nomine idemtitatis adæquatè illam, qua res ita idemtificatur alteri, vt idemtificetur ipſi ſoli; quomodo etiam nos volumus non idemtificari adæquatè vni tertio, quæ non idemtificantur inter ſe; ſed ſumendo nomine idemtitatis adæquatè illam, qua vna res ſecundùm ſe totam idemtificatur. Horum Auctorum opinio, vt idem Arriaga retulerat *diſput. 42. sect. 2. & 3.* docet Deum adæquatè ſumptum importare tres perſonas, & quamlibet perſonam ſeorſim eſſe inadæquatè Deum, eſſe idem inadæquatè cum deitate abſque eo, quod vna perſona ſit altera, ſeu ſit idem cum altera: Nec minùs eſſe inualidam hanc argumentationem Pater eſt Deus. Filius eſt Deus, ergo Pater eſt Filius, quàm hanc v. g. Homo eſt

anima,

anima, humo eſt corpus, ergo anima eſt corpus: nec magis ſequi Patrem, & Filium eſſe idem inter ſe ex eo, quod ſint idem cum deitate; quàm ſequatur animam, & corpus eſſe idem inter ſe ex eo, quod ſint idem cum homine. Excluditur hic modus tanquam cæteris deterior, tum quia eſt iniurioſus omnibus Theologis, qui in imaginaria difficultate laborarent, ſi ponendo ſingulas perſonas diuinas eſſe Deum inadæquatè, ex terminis ipſis innoteſceret tres perſonas eſſe vnum Deum adæquatè; nec maius Myſterium eluceret in eo, quod tres perſonæ ſint idem cum deitate, non inter ſe; quàm in eo, quod anima, & corpus ſint idem cum homine, non inter ſe, vel in eo, quod tres homines facientes ternarium ſint idem cum ternario, non inter ſe; tum quia inultitur opinioni falſæ, & intolerabili quæ & accedit plurimùm ad errorem Ioachimi ſupra relatum *cap.* 1. §. 1. & inducit maxima abſurda, inducit ſcilicet tres Deos inadæquatos; inducit tres perſonas diſtinctas realiter etiam in ratione Dei; inducit vnam perſonam non eſſe eundem Deum, qui eſt alia perſona; inducit nullam perſonam diuinam ſeorſim eſſe ſimpliciter Deum, nullam ſeorſim eſſe ſimpliciter intelligentem, ſimpliciter volentem, ſimpliciter omnipotentem &c.

Excluditur tertius modus.

18. Probatur ſecundò poſitiuè: Quæ ſunt eadem vni tertio eſſe eadem inter ſe prouenit ex eo; quod vni, & eidem nequeunt conuenire contradictoria, ergo eo modo, quo verificatur vni, & eidem non poſſe conuenire contradictoria, verificatur quæ ſunt eadem vni tertio eſſe eadem inter ſe, ſed vni, & idem non poſſe conuenire contradictoria verificatur ſolùm de eo, quod eſt vnum, & eidem etiam ratione, & virtualiter, ergo quæ ſunt eadem vni tertio eſſe eadem inter ſe, verificatur ſolùm de tertio, quod ſit vnum, & idem etiam ratione, & virtualiter, cui conſequenter &c. ergo ex pluribus modis, quibus varij variè explicant &c. iure merito arridet maximè intelligere huiuſmodi principium &c. Prima conſequentia patet; Antecedens probatur: Quæ ſunt eadem vni tertio eſſe eadem inter ſe prouenit ex eo, quod vnum tertium nequit eſſe idem, & non eſſe idem eidem extremo, ſicuti eſſet, & non eſſet eidem extremo idem, ſi duo extrema, extremum v. g. A. & extremum B. eſſent eadem vni tertio, & non inter ſe, tunc enim tale tertium eſſet idem extremo A. vt ſupponitur, & non eſſet idem, quia eſſet idem cum eo, quod non eſt idem cum extremo A. eſſet ſcilicet idem cum extremo B. quod vt ſupponitur reſpectu extremi A. non eſset idem, imò eſset ab ipſo diſtinctum realiter, ergo quæ ſunt eadem vni tertio eſse eadem inter ſe prouenit ex eo, quod vni, & eidem nequeunt conuenire contradictoria.

Quæ ſũt eadem vni tertio eſſe eadẽ &c. prouenit ex eo quod de vno tertio nequeũt verificari duo contradictoria.

19. Probatur iam minor ſubſumpta, nimirùm vni, & eidem non poſse conuenire contradictoria, verificari ſolùm de eo, quod eſt vnum, & idem etiam ratione, & virtualiter: Quod ita eſt realiter actualiter vnum, vt ſimul ſit ratione, & virtualiter multiplex, præſtare poteſt eminentiori modo id, quod præſtant ea, quæ ſunt realiter actualiter multa, ſed iis quæ ſunt realiter actualiter multa poſſunt conuenire contradictoria, ergo etiam poſſunt conuenire ſei, quod ita eſt realiter actualiter vnum, vt ſimul ſit &c. ergo vni, & eidem non poſſe conuenire contradictoria verificatur ſolùm de eo &c. Maior continet explicationem diſtinctionis virtualis, & patet ex dictis *tractatu ſuperiori, lib.* 1. *cap.* 3. §. 5.

De vno tertio virtualiter multiplici poſſunt verificari contradictoria.

Dices hanc probationem duplici titulo eſſe vitioſam: Primo ex eo quod nimis probet: Secundo ex eo, quod petat principium, ſeu dicat idem per idem. Nimis probat, quia ex ipſa inferretur non ſolùm relationes; verùm etiam attributa realiter inter ſe diſtingui; nam non ſolùm relationes, verùm etiam attributa, ſunt idem vni tertio, quod vnum eſt ſolùm realiter actualiter, non virtualiter, & ratione. Si igitur relationes propter virtualem diſtinctionem tertij in quo idemtificantur, ſunt realiter diſtinctæ; cur non ſunt etiam realiter diſtincta attributa propter eandem virtualem diſtinctionem tertij, in quo & ipſa idemtificantur. Petit principium, quia dum explicando diſtinctionem virtualem dicimus ipſam conſiſtere in eo, quod æquiualeat diſtinctioni reali in ordine ad verificanda contradictoria; idem eſt, ac ſi dicamus habenti diſtinctionem virtualem poſſe conuenire contradictoria; at hoc eſt illud ipſum, quod intendimus explicare; ergo principium petimus, & idem per idem dicimus. 20.

Sed contra: Neutro vitio probatio noſtra laborat: Non laborat vitio nimis probandi, quia aliud eſt ea, quæ ſunt eadem vni tertio admittenti in ſe virtualem diſtinctionem, poſſe eſſe inter ſe realiter diſtincta, ſi aliundè vrgeat neceſſitas realis diſtinctionis; aliud eſt ea omnia, quæ tali tertio ſunt eadem, debere eſſe inter ſe realiter diſtincta ex eo; quod tali tertio eadem ſint, abſque eo, quod vrgeat aliundè inter ipſa realis diſtinctionis neceſſitas: noſtra doctrina ſolùm probat illud primum, non verò probat hoc ſecundum; qua ratione vtique nimis probaret. Propterea etiam appoſui in aſſerto particulas illas *cui conſequenter idemtificantur extrema inadæquatè, & non conuertibiliter*: Ex quibus colligitur quandonam ea, quæ ſunt eadem vni tertio admittenti in ſe virtualem diſtinctionem, ſint inter ſe diſtincta realiter; tunc ſcilicet, quando quodlibet extremum idemtificatur illi tertio inadæquatè, adeò vt ſcilicet non idemtificetur cum omni eo, cum quo idemtificatur tale tertium, non conuertibiliter, adeò vt ſcilicet non omne, quod eſt tale tertium ſit idemtificatum eidem extremo: cæterùm quando quæ ſunt eadem vni tertio etiam admittenti virtualem diſtinctionem ſunt idemtificata omnibus ipſius virtualitatibus, ſunt eadem ipſi adæquatè, & conuertibiliter: quomodo diuina attributa ſunt eadem diuinæ eſſentiæ, vtique non 21.

Quæ idemtificãtur vni tertio admittenti virtualem diſtinctionem poſſunt inter ſe realiter diſtingui, at nõ eſt neceſſe, quod realiter diſtinguantur.

poſſunt

poſſunt non eſſe realiter eadem inter ſe. Non laborat vitio petitionis principij, quia dum dicimus habenti diſtinctionem virtualem poſſe conuenire contradictoria, idque explicamus ex eo, quod diſtinctio virtualis æquiualet diſtinctioni reali in ordine ad verificanda contradictoria: Hoc ſecundum aliundè à nobis probatur, ſcilicet ex eo, quod diſtinctio virtualis ſit eminenter diſtinctio realis, & diſtinctio realis contradictoria verificet. Nec præciſè nos dicimus verificantur contradictoria, vbi datur diſtinctio virtualis, quia diſtinctio virtualis poteſt verificare contradictoria: qua ratione peteremus principium, & idem per idem diceremus: Sed habemus inſuper propriam rationem, ob quam diſtinctio virtualis poteſt verificare contradictoria; quia ſcilicet eſt eminenter diſtinctio realis, quæ ab omnibus conceditur verificatiua contradictoriorum.

23. In quo ſenſu diuina eſſentia identificetur adæquatè cum attributis, nō cum relationibus.

Ex his habes primò diuinam eſſentiam in aliquo ſenſu identificari adæquatè tum cum attributis, tum etiam cum relationibus; in aliquo ſenſu identificari adæquatè cum attributis, non cum relationibus: Si nimirum identificari adæquatè ſignificet præciſè ipſam identificari ſecundùm ſe totam, verè etiam cum relationibus adæquatè identificatur. Si verò identificari adæquatè ſignificet identificari alicui ſoli, ita vt nulli alij ab hoc realiter diſtincto identificetur, ſeu ſignificet identificari etiam ſecundùm omnia ſibi identificata, diuina eſſentia identificatur adæquatè cum omnibus, & ſingulis attributis; at non cum ſingulis relationibus, vt patet conſideranti.

24. Senſus legitimus D. Thomæ.

Habes ſecundò quinam ſit legitimus ſenſus D. Thomæ *prima parte, quæſt. 28. art. 2. ad 1.* dicentis: *Quæcumque vni, & eidem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt eadem in his, quæ ſunt idem re, & ratione ſicut tunica, & indumentum.* Non enim ſenſus eſt, quod ſint ſibi inuicem eadem ea, quæ ſunt vni tertio eadem re, & ratione, ſicuti tunica eſt quid idem indumento, qui ſenſus eſt ſupra impugnatus in excluſione ſecundi modi; ſed ſenſus eſt quod ſint ſibi inuicem eadem ea, quæ ſunt eadem vni tertio, quod ſit in ſe ipſo idem re, & ratione; ſicuti tunica eſt idem re, & ratione (ſubintellige ratiocinata) cum indumento: ly igitur *in his quæ ſunt idem re, & ratione* non cadit ſupra identitatem extremorum cum tertio, ſed ſupra identitatem, ſeu vnitatem ipſius tertij in ſe. Nec refert, quod huic ſenſui non congruat adamuſſim exemplum, quod ibidem ex Philoſopho addit Sanctus Doctor; Enimverò commune eſt omnibus exemplis claudicare.

§. IV.

Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur tum virtualiter, tum ratione ratiocinata ab eſſentia, & ſeu natura diuina?

25. Relationes diuinæ diſtinguuntur ab eſſentia virtualiter, & ratione ratiocinata.

ASSERTVM: Relationes diuinæ diſtinguuntur tum virtualiter, tum ratione ratiocinata ab eſſentia, ſeu natura diuina. Ita à fortiori Auctores relati *tract. ſuperiori lib. 1. cap. 3. §. 5.* pro diſtinctione tum reali virtuali, tum rationis ratiocinatæ inter attributa, & eſſentiam contra eos, qui in diuinis propugnant diſtinctionem aut realem actualem, quos *præcedentibus paragrahis* mox refutauimus, aut ſolius rationis ratiocinantis, quos improbauimus *cap. præcit.* §. 4. Ideò ſuperfluit hîc repetere, aut Auctores ibi relatos, aut rationes ibi adductas, & breuiſſimè aſſertum

Probatur: Relationes diuinæ nec magis nec minùs, quam virtualiter, & ratione ratiocinata diſtinguuntur ab eſſentia ſeu natura diuina; ergo relationes diuinæ diſtinguuntur tum virtualiter, tum ratione ratiocinata ab eſſentia, ſeu natura diuina, conſequentia patet: probatur antecedens quoad primam partem, quod ſcilicet relationes diuinæ, non diſtinguantur magis, quam virtualiter, & ratione ratiocinata ab eſſentia; diſtinctio maior diſtinctione virtuali debet eſſe diſtinctio ſimpliciter realis, aut ſaltem ex natura rei, ſed ex ſupradictis relationes diuinæ, nec diſtinctione ſimpliciter reali, nec diſtinctione ex natura rei diſtinguuntur ab eſſentia, ergo. Probatur idem antecedens quoad ſecundam partem, quod ſcilicet relationes diuinæ non diſtinguantur minùs, quam virtualiter, & ratione ratiocinata ab eſſentia. Relationes diuinæ non diſtinguuntur à diuina eſſentia minùs, quàm ab eadem eſſentia diſtinguantur attributa, ſed ex ſupradictis attributa diſtinguuntur à diuina eſſentia virtualiter, & ratione ratiocinata, ergo.

26. Relationes diuinæ comparatæ ad eſſentiã non ſunt formaliter relationes.

Confirmatur: Relationes diuinæ comparatæ ad eſſentiam ſe habent, vt prædicata diſparata, & abſoluta; non vt relationes formaliter, relatio enim ſe habet formaliter vt relatio, ſolùm in ordine ad relationem oppoſitam; ergo relationes diuinæ, nec magis, nec minùs diſtinguuntur ab eſſentia, quàm ab eadem diſtinguantur alia prædicata; ſed alia prædicata abſoluta diſtinguuntur ab eſſentia virtualiter, & ratione ratiocinata, ergo. Aduerte hîc dum dico relationes diuinas non magis diſtingui ab eſſentia, quam diſtinguantur ab eadem prædicata abſoluta per ly *non magis* negari ſolùm diſtinctionem maiorem, quæ ſit in linea diuerſa à linea diſtinctionis virtualis, non verò negari diſtinctionem maiorem in ipſa linea diſtinctionis virtualis;

pro quo tecolenda ſunt quæ ſuptà dicebantur §. 2.

27. Ex his habes diuinas relationes, & diuina attributa, ſi conſiderentur ſecundùm quod diſtioguuntur à diuina eſſentia maximam habere ad inuicem proportionem: quæ propottio ſicuti etiam relatiorum ab eſſeutia diſtinctio, magis conſtabit; ſi eo modo, quo ſoo loco explicatum eſt attributa non eſſe de concepto formali eſſentiæ, nec eſſentiam de conceptu formali attributorum explicetur iu præſenti relationes pariter non eſſe de cooceptu formali eſſentiæ, uec eſſentiam de conceptu formali attributorum explicetur in præſenti relationes pariter oon eſſe de conceptu formali eſſentiæ, nec eſſentiam de concepto formali relationum: quod idem eſt, ac qoærere: An diſtinctio aſſerta inter relationes, & eſſentiam ſit adæquata, ſeu adæquatè præciſiua, adeò vt, nec eſſentia accepta virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam includat, aot tranſcendat relationem; nec telatio eodem modo accepta iucludat, aut tranſcendat eſſentiam: accepta, inquam, virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam; nam ſi accipiator realiter ſimpliciter, vel ex natura rei, eſſentia & relatio ſicuti uon diſtinguuntur; ita non habent diuerſos conceptos, & conceptus eſſentiæ noo ſolùm eſt de conceptu relationis vel è contra, ſed etiam conceptus eſſentiæ eſt ipſemet cooceptus relationis, & è contra. Loquendo igitur virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam ſit

§. V.

Vtrùm relationes diuinæ diſtinguantur ab eſſentia diſtinctione adæquatè præciſiua; adeò vt nec ipſæ ſint de conceptu eſſentiæ, nec eſſentia de conceptu ipſarum?

28. Relationes diuinæ non ſunt de conceptu eſſentiæ.

ASSERTVM I. Loquendo virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam relationes diuinæ non ſunt de conceptu eſſentiæ. Ita Syluius *prima parte, quæſt.* 28. *articul.* 2. §. *quæritur* 1. Ioan. à S. Thoma *eadem quæſt. diſputat.* 13. *articul.* 2. Vaſqoez *diſputat.* 121. *cap.* 4. Molina *eadem quæſt.* 28. *art.* 2. *diſp.* 6. Arriaga *diſp.* 48. *ſect.* 3. *ſubſec.* 2. Marchinus *diſp.* 11. *propoſit.* 3. Auerſa *quæſt.* 28. *ſect.* 6. Alijque tum Thomiſtæ, tum Recentiores magis communiter, & à fortiori Aoctores diſtinguentes relationes ab eſſentia magis, qoàm virtualiter, vt *Durandus, Scotus, Scotiſtæ*, &c. contra eos, qui inter dioinas relationes, & eſsentiam negant omuem diſtioctionem, etiam rationis tariocinatæ, ioter quos Aureolus *in* 1. *diſtinct.* 2. 3. *parte, artic.* 4. & inſuper contra Ægidium Luſitanum *de beatitudine, lib.* 5. *quæſt.* 13. *art.* 1. §. 2. ſolent pariter contra poſitum aſsertum referri Valentia 1. *part. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 1. Caietanus *quæſt.* 28. *art.* 2. *ad* 3. Banuez *quæſt.* 28. *art.* 2. *dub.* 3. *ad* 6. Sed hi alijque nonnulli, ſi attentius legantur, loquuntur de relationibus, & diuina eſsentia ſumptis realiter actualiter, noo de iiſdem ſumptis virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam.

Probatur primò repetendo argumenta quibus *ſuperiori tract. cap.* 3. §. 6. probatur attributa oon eſse de conceptu formali eſſentiæ, quæ à fortioti militant pro relatioоibus, pro quibus vlteriùs militant plura argumenta ſpecialia, adeò vt, quando etiam admitteretur attributa eſse de conceptu formali eſsentiæ, non poſset id admitti quoad relationes, vt euincunt ſpeciales probationes, quas ſubiicio. Ideò 29.

Idque verū eſt, etiamſi admitteretur attributa eſſe de eſſentiæ conceptu.

30. Probatur ſecundò: Quælibet diuioa perſona habet illud totom, quod eſt de conceptu formali diuinæ eſsentiæ, ſeu deitatis; ſed hoc non verificaretur, ſi etiam virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam relationes diuinæ eſsent de conceptu diuinæ eſsentiæ, ergo loquendo virtualiter, & ſecuodùm rationem ratiocinatam relationes diuinæ &c. Maior patet, quia quælibet dioina perſona eſt perfectiſſimè, & completiſſimè Deos, adeóque habet perfectiſſimam, & cōpletiſſimam deitatem; neqoit autem haberi perfectiſſima, & completiſſima Deitas, niſi habeatur illud totum, qood eſt de conceptu formali ipſius. Minor probatur: Nulla diolna perſona habet omnes diuinas relationes, neque enim Pater habet filiationem, aut filius paſſiuam ſpirationem; ergo non verificaretur aliquam diuinam perſonam habere totum id, quod eſt de conceptu formali diuinæ eſsētiæ, ſi eſsent de tali cōceptu relationes.

31. Dices quamlibet diuinam perſonam habere illud totum, quod eſt de conceptu formali abſoluto diuinæ eſsentiæ, & hoc ſufficere, vt quælibet diuina perſona ſit completiſſimè Deus, etiamſi noo habeat illud totum, quod eſt de conceptu formali relatiuo diuloæ eſsentiæ, quomodo ſunt de talis eſſentiæ conceptu relationes. Sed contra iam admittitur in diuinis conceptus relatiuus diſtinctus ab abſoluto, iam conceditur ſubeſse aliquid conceptui relatiuo, qood non ſubeſt conceptui abſoluto; illud, quod ſubeſt conceptui relatiuo, non abſoloto nos vocamus relationem; quod ſubeſt conceptui abſoluto, voeamus eſsentiam, ſicque in re nobis datur, quod intendimus: & dioerſitas ſolùm eſt in eo, quod Aduerſarij vſurpant nomen eſsentiæ ſecondùm illod, quod importat realiter actualiter, oon ſecundùm illud, quod importat virtualiter, & in conceptu reſpondente rationi ratiocinatæ.

32. Probatur tertiò: Paternitas loqueodo virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam non eſt de conceptu dioinæ eſsentiæ, ergo neque aliæ ralationes. Cooſequentia patet, quia cum aliæ relationes habeant reſpectu eſsentiæ eandem diſtionem, eandémque idemtitatem, quam paternitas, nolla poteſt eſse maior ratio pooeodi de conceptu

eſsentiæ

Digitized by Google

eſſentiæ aliquam aliam relationem potius, quàm paternitatem. Antecedens probatur: Si paternitas etiam loquendo virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam eſſet de conceptu eſſentiæ, Pater non poſſet communicare Filio totam eſſentiam, quin communicaret etiam paternitatem, ſed Pater communicat filio totam eſſentiam, at definitur *in Concilio Lateranenſi cap. damnamus, de ſumma Trinitate*, & non communicat Paternitatem, vt patet ex illo communi. *Pater omnia dedit Filio præter eſſe Patrem*, ergo. Maior probatur: Quod eſt de conceptu alicuius ſe habet vt ipſius pars, ſed non poteſt communicari tota aliqua res, quin communicetur quælibet ipſius pars, ergo non poſſet Pater communicare Filio eſſentiam, quin cõmunicaret etiam paternitatem, ſi Paternitas etiam virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam eſſet de conceptu eſſentiæ.

Quod eſt de cõceptu alicuius ſe habet vt ipſius pars.

33\. Confirmatur: Pater pro illo ſigno originis, pro quo intelligitur præcedere filium, & Spiritum ſanctum, habet quidquid eſt de conceptu formali deitatis, ſeu diuinæ eſſentiæ; ſed pro tali ſigno non intelligitur filiatio, & ſpiratio paſſiua, ergo habetur quidquid eſt de conceptu formali deitatis non intellectis relationibus filiationis, & ſpirationis paſſiuæ: adeóque iſtæ relationes non ſunt de conceptu formali deitatis. Minor patet quia filiatio, & ſpiratio paſſiua intelligerentur priores origine ſe ipſis, ſi intelligerentur pro illo ſigno originis pro quo Pater præcedit Filium, & Spiritum ſanctum. Maior probatur: Pro illo ſigno Pater intelligitur perfectiſſimè, & completiſſimè Deus, quia ſecùs hoc nomen Deus propriè ſupponeret ſolùm pro tribus perſonis ſimul, nec poſſet ſupponere pro ſingulis perſonis ſeorſim. Item quia ſi principium filij non eſt perfectè Deus, ſeu non habet totum conceptum deitatis, neque etiam filius vtpotè qui procedere debet in ſimilitudinem ſui principij erit perfectè Deus, multò minus Spiritus ſanctus, qui ex ſua ratione formali non petit tantam ſimilitudinem quantam filius, ergo nulla perſona diuina erit perfectè Deus, nulla habebit conceptum adæquatum deitatis, conſequenter hoc nomen Deus ſecundùm ſuum conceptum adæquatum importabit aggregatum ex rebus realiter diſtinctis, & quælibet perſona ſeorſim erit ſolùm partialiter Deus iuxta errorem Ioachim, de quo ſupra.

34\. Eſſentia diuina non eſt de conceptu relationum.

Assertum II. Loquendo virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam eſſentia diuina non eſt de conceptu relationum. Ita Auctores relati in ſuperiori aſſerto dummodo Syluium excipias, cuius loco ſtat pro præſenti aſſerto Ægidius Luſitanus ibidem relatus contra eos, qui inter relationes, & eſſentiam negant omnem diſtinctionem etiam rationis ratiocinatæ, & inſuper contra Henricum *quodlib. 5. quaſt. 6.* Canarienſem *quaſt. 28. art. 2. diſputat. 3.* Suarez *lib. 4. cap. 5. & 7.* Bellarminum *tom. 1. controu. 2. libro 2. de Chriſto, cap. 9. ad finem.* alioſque nonnullos docentes relationes quidem non eſſe de conceptu eſſentiæ, eſſentiam tamen eſſe de conceptu relationum. Ab his Auctoribus nos diſſidemus non tam in re ipſa, quàm in explicando, quid veniat nomine eſſentiæ. Ipſi enim nomine eſſentiæ intelligunt conceptum quemdam tranſcendentalem importantem rationem entis increati, infiniti, ſimplicis &c. Nos nomine eſſentiæ intelligimus conceptum quemdam particularem importantem rationem illam primariam, & formaliſſimam, quæ in Deo primo relucet, tanquam radix omnium diuinorum prædicatorum, & præciſè conſiſtit in eſſe ſimpliciter à ſe, vt ſuppono *ex tract. ſuperiori, lib. 5. cap. 2. §. 2.* Hunc diuerſum modum vſurpandi nomen diuinæ eſſentiæ animaduerterunt Io. à S. Thoma *quaſtione 28. diſputat. 13. artic. 2. numero 4.* Marchinus *diſput. 11. circa initium.* Sic explicatum aſſertum

35\. Probatur primò: Relatio ex ſe præciſè non eſt diuina perſona; Paternitas v. g. ex ſe præciſè non eſt Pater, ſed ſi eſſentia diuina eſt de conceptu relationum, ſeu quod idem eſt, ſi relatio in ſuo formali conceptu includit diuinam eſſentiam, relatio ex ſe præciſè eſſet diuina perſona, ergo eſſentia diuina non eſt de conceptu relationum: Maior patet, quia ſi relatio ex ſe præciſè eſſet diuina perſona, nullatenùs diſtingueretur in diuinis perſona à proprietate perſonali, nec illa conſtitueretur ex eſſentia, & proprietate perſonali, vt tamen conſtitui cum communi Theologorum infra *lib. ſequenti cap. 1. §. 3.* probabitur contra Præpoſitiuum. Minor probatur: Perſona diuina non poteſt includere aliquid amplius, quàm relationem, & eſſentiam; relatio enim perſonalis eſt ſubſiſtentia incommunicabilis, eſſentia diuina eſt natura intellectualis, adeóque ex relatione, & eſſentia in diuinis habetur tota ratio perſonæ, quæ nihil aliud importat, quàm naturæ intellectualis indiuiduam, id eſt incommunicabilem ſubſtantiam; ſed, ſi eſſentia diuina eſt de conceptu relationum, relatio ex ſe præciſè includit relationem, & eſſentiam; relatio enim ex ſe includit quidquid eſt de formaliſſimo conceptu ſui ipſius, ergo, ſi in diuinis eſſentia eſt de conceptu relationum, relatio ex ſe præciſè eſt diuina perſona.

Relatio ex ſe præciſè eſſet perſona ſi in ſuo cõceptu includeret diuinã eſſentiam.

36\. Dices licèt ens ſit de conceptu perſeitatis, & cuiuſlibet ſuæ differentiæ, quæ eo ipſo, quod includit rationem contradiſtinctiuam à nihilo, neceſſe eſt, quod includat rationem entis, adhuc ex ente, & perſeitate conſtituitur ſubſtantia, nec perſeitas ex ſe præciſè ſubſtantia eſt, ergo ſimiliter licèt eſſentia ſit de conceptu relationis, adhuc ex eſſentia, & relatione conſtitui poterit perſona, nec relatio ex ſe præciſè eſt perſona. Sed contra: Inſtantia rectè procederet, ſi eſſentia diuina eſſet prædicatum tranſcendens; at cum eſſe ſimpliciter à ſe, in quo conſiſtit formaliter diuina eſſentia, relationes diuinas non tranſcendat, inſtantia non rectè procedit; nec poteſt conſtitui diuina perſona ex eſſentia, & perſonalitate eo modo, quo conſtituitur ſubſtantia ex ente, &

Eſſentia diuina nõ tranſcendit relationes.

perſeitate, quia eſſentia diuina non tranſcendit Perſonalitatem, ſeu relationem eo modo, quo ens tranſcendit perſeitatem. Impugnatur inſuper inſtantia ex eo, quod conſtitutio diuinarum Perſonarum eſſet valde impropria, ſi eſſet ſimilis ei, qua ſubſtantia conſtituitur ex ente, & perſeitate; hæc enim conſtitutio fit ſolùm per conceptum magis, vel minus explicitum, vt tradi ſolet in Metaphyſicis.

37. Relationes non includunt in conceptu proprio conceptum eſſentiæ.

Probatur ſecundò eſſentiam diuinam eſſe de conceptu relationum idem eſt, ac relationes diuinas in conceptu proprio includere conceptum eſſentiæ, at loquendo virtualiter, & ſecundum rationem ratiocinatam relationes diuinæ in conceptu proprio non includunt conceptum eſſentiæ, ergo virtualiter, & ſecundum rationem ratiocinatam eſſentia diuina non eſt de conceptu relationum. Maior patet, nec negatur ab aduerſariis. Minor probatur: Si loquendo virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam relationes diuinæ in conceptu proprio includunt conceptum eſſentiæ neceſſe eſt, quod relationibus ſecundum proprium conceptum ſumptis conueniant ea, quæ conueniunt eſſentiæ ſupæt pariter ſecundùm proprium conceptum, includenti enim conueniunt ea, quæ conueniunt incluſo, ſed hoc eſt falſum, neque enim relationes ſecundum proprium conceptum ſunt communicabiles, aut ſunt radix attributorum, aut ſunt principium quo radicale Perſonarum procedentium, ergo. Confirmatur: Vel

38. conceptus relationum eſt præciſè conceptus eſſentiæ vel eſt conceptus eſſentiæ, & aliquid aliud tali conceptui ſuperadditum. Primum dici non poteſt, quia ſecus relationes, neque etiam virtualiter diſtinguerentur ab eſſentia, imò cum idem non includat ſeipſum conceptus relationum dici non poſſet includere conceptum eſſentiæ, vt volunt aduerſarij. Si ſecundum dicatur, de illo ſuperaddito conceptui eſſentiæ: Quæro vtrum includat conceptum eſſentiæ an non? Si dicatur includere conceptum eſſentiæ: Contra quia conceptus eſſentiæ ſuperadderetur ſibi ipſi; ſi concedatur non includere conceptum eſſentiæ, ergo datur conceptus aliquis in relatione, qui non includit conceptum eſſentiæ, & hoc eſt, quod intendimus, habemus ſcilicet conceptum ſecundum quem verificatur eſſentiam non eſſe de conceptu relationum.

39. Probatur tertiò: Non eſt maior ratio ponendi eſſentiam de conceptu relationum, quã ponendi relationes de conceptu eſſentiæ; ſed loquendo virtualiter, & ſecundum rationem ratiocinatam relationes non ſunt de conceptu eſſentiæ, vt in primo aſſertu probatũ eſt: ergo loquendo virtualiter, & ſecundum rationem ratiocinatam eſſentia non eſt de conceptu relationum. Probatur maior primò poſitiuè: Non poteſt poni eſſentia de conceptu relationum, quin ponantur relationes de conceptu eſſentiæ, ergo non poteſt eſſe maior ratio ponendi eſſentiam, &c. Antecedens probatur: Ponere eſſentiam de

Non poteſt poni eſſentia de conceptu relationum quia ponantur relationes de conceptu eſſentiæ ſubintelligẽ in abſtracto.

conceptu relationum eſt ponere eſſentiam includi in quovis propriiſſimo, & abſtractiſſimo conceptu relationis, ſed hoc poni non poteſt, niſi quiuis propriiſſimus, & abſtractiſſimus conceptus relationis ſit de conceptu eſſentiæ. Enimverò nihil magis eſt de conceptu eſſentiæ, quam eſſentia ipſa, ergo quiuis propriiſſimus, & abſtractiſſimus conceptus relationis eſt maximè de conceptu eſſentiæ ſi quiuis propriiſſimus, & abſtractiſſimus conceptus relationis importat eſſentiam ipſam. Probatur eadem maior ſecundo negatiuè: Non eſt aſſignabilis ſpecialis aliqua, & maior ratio, cur eſſentia ſic de conceptu relationum, & relationes non ſint de conceptu eſſentiæ, ergo. 40.

Dices habere maiorem rationem primò ex auctoritate D. Thomæ, qui *prima parte, queſt. 33. art. 3. ad 1.* expreſsè ait: *communia includi in intellectu propriorum, ſed non è conuerſo*, quod idem eſt, ac dicere eſſentiam eſſe de conceptu relationum, relationes non eſſe de conceptu eſſentiæ. Secundò ex ratione generica abſoluti, & relatiui: abſolutum enim ex genere ſuo præſcindit adæquatè à relatiuo, nec includit in ſuo conceptu rationem *ad*, quæ eſt ratio propria relatiui; at relatiuum non præſcindit adæquatè ab abſoluto, cum conſurgat ex *ad*, & *in*: & ſicuti differentia accidentalis nequit adæquatè præſcindi ab ineitate, quæ eſt ratio communis accidentis, ita *ad* relatiuum, quod ex genere ſuo eſt differentia accidentalis ſeu prædicamenti contenti ſub accidente nequit pariter præſcindi ab ineitate, ſeu à ratione *in*; at hæc eſt ratio abſoluta: quia nihil eſt aliud, quàm ratio ſubiecti, & in diuinis eſt ipſa ratio eſſentiæ; cum enim relationes diuinæ ſint in eſſentia, ratio in diuinarum relationum eſt ipſa ratio eſſentiæ, adeóque ſicuti ratio *in* eſt de conceptu cuiuſcumque relationis; ita ratio eſſentiæ eſt de conceptu relationis diuinæ. Sed contra: Ad primum dico *S. Doctorem* loqui de prædicatis communibus, & propriis in concreto, qua ratione cum detur ex *lib. ſequenti, cap. 1. §. 9.* ſubſiſtentia abſoluta, quia diuina eſſentia non intellectis perſonis eſt ſubſiſtens, & quid concretum, diuinæ relationes non ſunt de conceptu diuinæ eſſentiæ nequn etiam ſumptæ in concreto, cum tamen ipſa diuina eſſentia, quamvis non ſit de conceptu relationum in abſtracto; quomodo procedit noſtrum aſſertum, ſit de conceptu ipſarum in concreto: Sic enim relationes diuinæ ſunt ipſæmet diuinæ Perſonæ, quæ cum conſtituantur ex relationibus, & eſſentia, vtique includunt in ſuo conceptu eſſentiam. Porrò *S. Doctorem* loqui de prædicatis diuinis concretis euincitur ex eo, quod vtitur terminis concretis, non abſtractis: dicit ſcilicet communia includi in intellectu propriorum non rationes communes includi in intellectu proprietatum. Item ex eo, quod alibi loquens de relationibus, tanquam de formis abſtractis, ſatis exprimit non eſſe de ipſarum conceptu diuinam eſſentiam. Sic *in 1. ad Annibaldum, diſtinct. 33. art. 4.*

41. In concreto eſſentia eſt de conceptu relationum, non è contra.

art. 4. docet *proprietatem perſonalem ad eſſentiam ſe habere, vt quid omnino diſparatum.* Ad ſecundum dico falſum eſſe, quod re-
42. latio ex genere ſuo includat in proprio conceptu rationem aliquam abſolutam: Falſum item eſſe, quod ratio in diuinarum relationum ſit ipſa ratio diuinæ eſſentiæ. Pro quo aduerte rationem *in* ſumi poſſe dupliciter: vel prout explicat id, cui aliquid ineſt: vel prout explicat id, quod alicui ineſt. Rurſus hoc ſecundo modo ſumi poteſt: vel pro eo, quod alicui ineſt ſiſtendo in ipſo: vel pro eo, quod alicui ineſt trahendo ipſum ad aliud, ſcilicet ad terminum. Primum dici poteſt in receptiuum: Secundum dici poteſt in receptum, ſeu receptibile, & hoc ſi recipiatur ſiſtendo in eo, in quo recipitur dicetur in abſolutum, ſi recipiatur trahendo ad aliud id, in quo recipitur dicetur in relatiuum. His animaduerſis dico relationem ex genere ſuo includere quidem ineitatem, ſeu rationem *in*; at non propterea includere rationem aliquam abſolutam, quia *in*, quod relatio includit eſt *in*, non quo in ſubiecto ſiſtitur, ſed quo ſubiectum ad aliud trahitur, adeóque eſt ratio non abſoluta, ſed relatiua: & dum dicebatur rationem in eſſe ipſam rationem ſubiecti, id verum eſt de *in* receptiuo, non de *in* receptibili; & tamen tum *in* in communi ratione accidentis imbibitum, tum *in*, ex quo ſimul, & *ad* conſurgit relatio, ſeu *in* relatiuum eſt *in* receptibile, non *in* receptiuum; alioqui ſubiectum eſſet de intrinſeco conceptu cuiuſcumque accidentis. Dum inſuper dicebatur *in* diuinarum relationum eſſe ipſam diuinam eſſentiam, verum id eſt de *in* receptiuo à relationibus extrinſecè connotato; non de *in* receptibili, & relatiuo; quod ſolum eſt de intrinſeco conceptu relationum formaliter ſumptarum; & hoc in diuinis multiplicatur ad multiplicationem diuinarum relationum: ad quarum tamen multiplicationem non multiplicatur eſſentia.

In aliud receptiuum, aliud receptibile: & hoc aliud abſolutum, aliud relatiuum.

43. Ex dictis habes in aliquo ſẽſu nec relationes eſſe de conceptu eſſentiæ, nec eſſentiam eſſe de conceptu relationum: In aliquo alio tum relationes eſſe de conceptu eſſentiæ; tum eſſentiam eſſe de conceptu relationum: Et inſuper dari ſtatum medium in quo relationes non ſunt de conceptu eſſentiæ: & tamen eſſentia eſt de conceptu relationum. Primus ſenſus habetur, quando tum eſſentia, tum relatio ſumitur virtualiter ſecundùm rationem ratiocinatam, & in abſtracto. Secundus ſenſus habetur, quando tum eſſentia, tum relatio ſumitur materialiter, & identicè. Tertius ſenſus, & ſtatus quaſi medius habetur, quando tum eſſentia, tùm relatio licet ſumatur virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam, ſumitur tamen in concreto. In primo ſenſu procedunt ſuperiora aſſerta, & ipſorum probationes: In ſecundo ſenſu procedunt plures auctoritates Sanctorum Patrum abſolutè docentium relationes diuinas in eſſentia, eſſentiam in relationibus includi: & quidquid eſt in Deo eſſe Deum: Sic D. Bernardus *Serm.* 80. *in Cantica* ait: *abſit vt aſſentiat Catholica Eccleſia eſſe ſubſtantiam, vel aliquam omnino rem, qua Deus ſit, & qua non ſit Deus.* D. Auguſtinus *lib.* 7. *de Trinitate, cap.* 6. *Non enim aliud eſt Deo eſſe, aliud Perſonam eſſe ſed omnino idem*, D. Thomas *prima parte, quæſt.* 27. *art.* 2. *ad.* 3. *In ipſa perfectione diuini eſſe continetur, & verbum intelligibiliter procedens, & principium Verbi, ſicut, & quæcumque ad eius perfectionem pertinent. & quæſt.* 28. *art.* 2. *quidquid eſt in Deo eſt eius eſſentia* (at nonnullis interpoſitis) *In Deo non eſt aliud eſſe relationis, & eſſe eſſentiæ.*

In diuerſo ſenſu verificatur relationes eſſe, & non eſſe de conceptu eſſentiæ; Item eſſentiam eſſe, & non eſſe de conceptu relationum inſuper datur ſenſus medius quo eſſentia eſt de conceptu relationum, non è contra.

In tertio ſenſu, & ſtatu quaſi medio procedunt verba ſupra relata ex D. Thoma 1. *parte, quæſt.* 33. *art.* 3. *ad* 1. Nec ſibi aduerſatur S. Doctor *quæſt.* 39. *art.* 6. *ad* 2. docens: *quod ſicut eſt per ſe iſta propoſitio Pater eſt Deus, ita, & iſta Deus eſt Pater.* Ex quibus verbis videtur inferri quod ſicuti concretum eſſentiæ eſt de conceptu Paternitatis in concreto; ita etiam concretum Paternitatis ſit de conceptu eſſentiæ in concreto. Non, inquam, ſibi aduerſatur, quia vt colligitur ex verbis, quæ ibidem præmittuntur, ſolum intendit, quod in vtraque propoſitione ſit prædicatio per identitatem; non verò intendit, quod in vtraque propoſitione in ſecunda æquè, ac in prima prædicatum ſit de conceptu formali ſubiecti, ſumendo tum prædicatum, tum ſubiectum virtualiter, & ſecundum rationem ratiocinatam. Vnde vtraque quidem propoſitio eſt per ſe, ſed prima eſt per ſe formaliter, ſecunda eſt per ſe identicè, quomodo dici poteſt eſſe per ſe etiam iſtam v. g. eſſentia eſt Paternitas, quæ tamen non eſt per ſe formaliter, & ſecundum rationem, vt tradit idem S. Doctor *quæſt.* 8. *de pot. ar.* 2. *ad* 6.

D. Thomas ſibi non aduerſatur.

Hi diuerſi modi comparandi relationes diuinas, & eſſentiam inter ſe: Item diuerſa ratio ſumendi diuinam eſſentiam, aut pro prædicato tranſcendente, aut pro conſtitutiuo formaliſſimo Dei; ſi accurate perpendantur ſuppeditant diſtinctiones accommodatiſſimas ad diſſoluendas omnes difficultates, quibus aduerſarij ſolent impetere aſſertas veritates. Dum enim probant relationes eſſe de conceptu eſſentiæ, quia de conceptu entis ſimpliciter infiniti, cuiuſmodi eſt eſſentia, Dei debet eſſe omnis perfectio tum abſoluta, tum etiam relatiua: quia quidquid eſt in Deo Deus eſt, adeóque de conceptu eſſentiæ Dei, cum nihil magis ſit de conceptu eſſentiæ Dei, quàm Deus ipſe: Quia relationes non accidunt eſſentiæ diuinæ, adeóque ſunt ipſi eſſentiales, & de conceptu ipſius. Hæc, & ſimilia bene procedunt de eſſentiâ Dei ſumptâ realiter, & identicè, non de eâdem ſumptâ virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam. Solum ſcilicet realiter, & identicè eſſentia Dei eſt ens ſimpliciter infinitum; ſolum realiter, & identicè quidquid eſt in Deo Deus eſt: & vt diuinæ relationes eſſentiæ non accidant ſufficit, quod ſint ipſi identicè, & realiter eſſentiales. Dum probatur eſſentiam eſſe de

44\. Modus ſoluendi omnia contraria.

cooceptu relationum, quia relatiooes inuoluunt io ſuo eooceptu formaliſſimo eſse increatum, & infinitum; ſumitur eſsentia Dei pro prædicato tranſcendentali, provt ſignificat præciſè ens diuinum. Dum probatur eſsentiam eſſe de conceptu relationum, quia eſt de conceptu Perſonarum, id ſolùm bene procedit de relationibus io concreto; quod ſcilicet eſt de cõceptu Perſonarum eſt de conceptu relationum, in concreto ſolùm, non in abſtracto; ſicuti in creatis natura rationalis ea eo, quod ſit de conceptu Perſonæ, eſt de conceptu perſonalitatis in concreto, non perſonalitatis in abſtracto. Quidquid tandem aliud obiiciatur aliquo ea his modis facilè eludi, & ſolui poteſt.

45. Relationes diuinæ diſtinguuntur ab eſſentia diſtinctione adæquatè præciſiua.

Assertvm III. Relationes diuinæ diſtinguuntur ab eſsenıia diſtinctione adæquatè præciſiua. Hoc aſsertum continetur in duobus ſuperioribus, nec vlreriori indiget probaıione, ſatis enim per ſe conſtat illos conceptus, quorum neuter alterum includit, ab inuicem adæquatè præſcindere; adeóque eſsentiam, & relationes ab inuicem adæquatè præſcindere eo ipſo, quod nec eſsentia includit in ſuo conceptu relationes, nec relationes includunt in ſuo conceptu eſsentiam, loquendo iuxta ſupra explicata de eſsentia, & relationibus ſecundùm rationem ratiocinatam, virtualiter, & in abſtracto: ſicuti eodem modo loquebamur de attributis, & certè quæ ſuo loco de attributis, & in præſenti de relationibus diximus ſe mutuò fouent, & plurimum corroborant.

CAPVT VII.

De numero diuinarum relationum, & diſtinctione ipſarum ab inuicem.

1. SI ſermo eſset in præſenti de illis etiam relationibus, quæ dantur in Deo ad extra in ordine ad creaturas, in infinitum excreſceret diuinarum relationum multitudo, & fruſtra inquireretur ipſarum numerus, vtpote qui foret innumerus, ſicuti ſunt innumeræ creaturæ; at quia iam ſupra notauimus hic ſolum tractari de relationibus diuinis ad intra, nec fruſtraneum eſt, nec admodum difficile inueſtigare ipſarum numerum, præſertim loquendo de relationibus originis; quibus tamen expoſitis vberioris doctrinæ gratia examinabitur: Vtrum præter ipſas dentur in Deo ad intra aliquæ aliæ relationes reales; an verò ex ipſis ſolis conſurgat totus numerus relationum realium Dei ad intra. Poſt definitum numerum ad diſtinctionem progrediemur: Neque ex eo, quod diſseramus de ſolis relationibus realibus cenſendum eſt idem eſse aſſignare numerum, ac aſſignare diſtinctionem; quæ ſi verò nequeat in numero relationum realium computari, niſi relatio ab iiſdem omnibus diſtincta realiter. Cenſendum id, inquam, non eſt, quia plurimum differunt relationem aliquam eſse realem, & relationem aliquam eſse realiter diſtinctam ab aliis: quia, vt relatio ſit realis, ſufficit quod realitas cadat ſupra ipſam relationem, vt ſit realiter diſtincta neceſse eſt quod realitas cadat etiam ſupra diſtinctionem: eodem ferè modo tractatu ſuperiori aduertebamus *lib. 1. cap. 3. §. 3.* aliud eſse dari in Deo prædicata abſoluta actualia, aliud dari prædicata abſoluta diſtincta actualiter. Poſt definitum igitur: Quot ſint in Deo relationes reales, ſupererit explicandum, quomodo tales relationes reales inter ſe diſtinguantur; omnesne realiter, an aliquæ ſolum virtualiter, & ſecundùm rationem ratiocinatam.

Diuerſum eſt relationẽ eſſe realem, & eſſe diſtinctã realiter ab aliis.

§. I.

Quot ſint in Deo ad intra relationes Originis?

2. Quatuor ſunt in Deo relationes originis.

ASSERTVM: Quatuor ſunt in Deo intra relationes reales origiois. Nimirum Paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, ſpiratio paſſiua. Ita cum D. Thoma *prima parte, quæſtion. 28. art. 4.* omnes Theologi communiſſimè, adeò vt non poſſit oppoſita ſententia temeritatis notam effugere, & valde accedat ad cenſuram etiam grauiorem; Vnde Molina *prima parte, quæſt. 28. art. 4. diſp. 1.* non dubitat ipſam appellare errorem in fide: crediderim tamen hanc cenſuram eſſe rigidiorem, quia vt aduertit Marchinus *diſp. 12. propoſ. prima, & ſecunda*, eſt quidem de fide expreſsè definitum dari in Deo realiter ſpirationem actiuam ſub ratione originis, & notionis: at non ſub ratione relationis. Solent afferri contra hoc aſsertum Gabriel *in 1. diſtinct. 17. quæſtion. 1.* Gregorius *diſt. 26. quæſt. 1.* ſed hi Auctores re ipſa non negant relationem ſpirationis actiuæ, nec diſcrepant à communi ſententia, niſi modo loquendi, quatenus contendunt ſpirationem actiuam eſse eandem relationem cum Paternitate, & filiatione, cum quibus identificatur, nec poſse dici relationem quartam. Magis directè ſentiunt contra aſsertam veritatem Altious Flauus, *lib. 1. de Trinitate, cap. 5.* Hugo Etherianus *libr. 3. contra Græcos, capit. 2.* relati à Lugo *prima parte, lib. 2. diſputation. 9. capit. 1.*

Cenſura ſententiæ oppoſitæ.

3. Probatur primo: Relationes originis debent attendi penes ipſas origines, ſeu penes proceſſiones, ſed dantur in Deo ad intra duæ reales proceſſiones, ergo dantur in Deo ad intra quatuor reales relationes originis. Maior patet ex ipſa denominatione relationis originis: Minor ſupponitur ex *ſupradictis*

Penes quãlibet proceſſionem accipiendæ ſunt duæ relationes.

Ctis,cap. 2. §. 1. Conſequentia probatur: Penes quamlibet proceſſionem debent accipi duæ relationes, ergo penes duas reales proceſſiones quatuor relationes reales; adeóque reales relationes originis, quæ debent attendi penes proceſſiones quatuor ſunt, ſi ſunt duæ reales proceſſiones. Antecedens probatur: Penes quamlibet proceſſionem debent attendi vna relatio ex parte principij producentis, altera ex parte termini producti, vt enim ait D. Thomas *prima parte, quæſt.* 28. *art.* 1. *in C. Cum aliquid procedit à principio eiuſdem naturæ neceſſe eſt, quod ambo, ſcilicet procedens, & id à quo procedit, habeant reales reſpectus ad inuicem.* Et vltra auctoritatem ratio eſſe poteſt, quia quando procedens, & id à quo procedit; ſeu productum, & producens, ſunt eiuſdem naturæ (cur addantur hæ particulæ *eiuſdem naturæ* iam explicauimus *loco præcitato in ſecunda probatione*) non eſt maior ratio ponendi relationem realem in vno extremo, quàm in altero; adeóque eadem eſt ratio ponendi relationem in vtroque extremo; alteram ſcilicet in producente, alteram in producto.

4\. Dices nec allatam auctoritatem *D. Thomæ*, nec rationem eſſe ſufficientis roboris ad probandum intentum: Non eſt ſufficientis roboris allata auctoritas, quia retunditur auctoritate plurium Sanctorum Patrum apud Ruiz *diſput.* 16. *ſect.* 1. ſignificantium relationem Spiritus Sancti ad Patrem, & filium non eſſe reciprocam: Non eſt ſufficientis roboris allata ratio, quia ex eo, quod producens, & productum ſint eiuſdem naturæ videtur potiùs impediri relatio, vt potè requirens diſtinctionem non identitatem in ſuis terminis. Sed contra: Ad Sanctos Patres, quibus videtur retundi *D. Thomæ* auctoritas, dico ipſos ſolum intendere, quod Pater, & Filius non reſpiciant Spiritum Sanctum per Paternitatem, & filiationem, & quod prima, & ſecunda Perſona non poſſint dici Pater, & Filius Spiritus Sancti, ſicut tertia Perſona poteſt dici Spiritus Patris, & Filij: quomodo *Lugus* intelligit etiam *Albinum*, & *Hugonem* ſuprà relatos. Cæterum non negant Sancti Patres Patrem, & Filium ſub ratione ſpiratoris reſpicere Spiritum Sanctum per relationem reciprocam actiuæ ſpirationis. Ad impugnationem allatæ rationis dico identitatem naturæ, vbi inueniri poteſt, cum diſtinctione, & cum ratione producentis, & producti augere ius mutuæ relationis, quamvis increata, vbi componi nequit cum diſtinctione Perſonarum relationem impediat.

Identitas naturæ cur impediat relationem in creatis, non in diuinis.

5\. Probatur ſecundò: Vltra tres relationes ab omnibus admiſſas, tanquam conſtitutiuas, & diſtinctiuas Perſonarum, in diuinis datur realiter ſpiratio actiua, quæ etiam ipſa eſt realis relatio originis, ergo quatuor ſunt in Deo ad intra relationes reales originis. Antecedens quoad primam partem, quod detur in diuinis ſpiratio actiua eſt expreſsè de fide, tum quia ex ſupradictis de proceſſionibus de fide eſt dari proceſſionem actiuam, qua Spiritus Sanctus producitur, tum quia Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X. *cap. vnico, de Summa Trinitate, in* 6. definit Spiritum Sanctum à Patre, & Filio vnicâ ſpiratione procedere. Idemque definit Concilium Florentium ſub Eugenio *in litteris vnionis*. Idem antecedens quoad ſecundam partem probatur: Pater, & Filius verè referuntur ad Spiritum Sanctum; at non poſſunt referri niſi per ſpirationem actiuam; ergo ſpiratio actiua in diuinis verè eſt realis relatio. Minor patet præſertim ex eo, quod mox præmiſſum eſt Patrem, & Filium non reſpicere Spiritum Sanctum per Paternitatem, & filiationem. Maior probatur: Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & filium; ergo etiam Pater, & filius referuntur ad Spiritum Sanctum, vt euincitur tum ex Concilio Toletano XI. *in Confeſſione*, vbi docetur Perſonas diuinas ad inuicem relatiuè dici, tum ex Sanctis Patribus agnoſcentibus in diuinis Perſonis relationes mutuas. Ex D. Anſelmo *lib. de Proceſſione Spiritus Sancti, cap. penultimo eſt tribus commune ad duos habere relationem: Pater enim ad Filium, & Spiritum Sanctum refertur, &c. Spiritus Sanctus ad Patrem, & Filium, &c.* Ex D. Auguſtino *lib.* 5. *de Trinitate, cap.* 11. *Donum, ergo donatoris, & donator doni, cum dicimus, relatiue vtrumque ad inuicem dicimus.* Ex Boëtio *lib. de Trinitate circa finem; ſimilis eſt in Trinitate relatio Patris ad Filium, & vtriuſque ad Spiritum Sanctum.* Ex his habes obiter quàm immeritò nonnulli obiiciant Sanctos Patres, & Concilia quartæ relationis non meminiſſe, quamvis enim de quarta relatione vtpotè non conſtitutiua alicuius Perſonæ, nec adeò frequenter, nec adeò expreſsè ſub proprio nomine ſpirationis egerint, ac de aliis tribus trium Perſonarum conſtitutiuis, tamen quartam relationem non fuiſſe omnino diſſimulatam abundè conueniunt mox allatæ, & aliæ, quæ afferri poſsent, auctoritates.

De fide eſt dari ſpirationem actiuam.

Probatur ipſam eſſe relationem realem.

Relationes in diuinis Perſonis ſũt mutuæ.

§. II.

An, & cur in diuinis quatuor reales relationes originis non poſſint abſolutè dici quatuor res?

6\. ASSERTVM I. Licet abſolutè admittantur in diuinis quatuor relationes reales, non poſſunt abſolutè admitti quatuor res. Ita Ioan. à S. Thoma *prima part. quæſt.* 29. *diſp.* 5. *art.* 3. *num.* 33. Vaſquez *diſp.* 138. *cap.* 2. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 9. *cap.* 3. *num.* 6. Arriaga *diſp.* 49. *ſect.* 1. De Quiros *tract.* 7. *diſp.* 42. *ſect.* 1. Marchinus *diſp.* 12. *ad* 4. Auerſa *quæſt.* 28. *ſect.* 2. Aliique Theologi communiter contra eos, qui aut negant in diuinis quatuor reales relationes, ne admittant quatuor res, aut ponunt ſpirationem actiuam realiter diſtingui ab aliis quatuor

Licèt admittantur in diuinis quatuor relationes, non admittuntur quatuor res.

tuor

Dicere oppoſitum cadit ſub cenſura. tuor relationibus, ſicque abſolutè admittunt quatuor res, ne negent quatuor reales relationes, qui vterque dicendi modus, ſicuti cadit ſub cenſura, eſt; quoad primum conſtat *ex ſuperiori* §. quoad ſecundum conſtabit *ex* §. 4. ita poſitum aſſertum nequit ſine cenſura negari. Dixi non poſſunt abſolutè admitti quatuor res, quia, vt cum *Marchino præcitato* loquar, non veremur nos aſſerere in diuinis eſſe quatuor res, ſed cum addito, nempe ſola ratione diſtinctas. Cæterum loquendo abſolutè, & abſque vllo addito excludente diſtinctionem realem actualem, aſſerta veritas

7. Probatur: Non poteſt in diuinis abſolutè admitti rerum quaternitas, ergo nec poſſunt abſolutè admitti quatuor res; Conſequentia patet, quia quatuor res, & quaternitas rerum ſynonyma ſunt, & ſicuti dicere in diuinis tres Perſonas eſt dicere Trinitatem Perſonarum; ita dicere quatuor res eſt dicere quaternitatem rerum. Antecedens continetur in definitione Concilij Lateranenſis relata *cap. præcedenti*, §. 1. vbi etiam præcluditur aditus euaſioni *Durandi* dicentis loqui Concilium de quatuor rebus, quæ ſint quatuor Perſonæ. Contra quam euaſionem vltra ibi dicta ſic inſurgo, & affero argumentum, quod eſt ſpecialis confirmatio aſſerti mox poſiti ſic. Si ſpiratio actiua eſt abſolutè quarta res diſtincta realiter à Paternitate, & filiatione, ſequitur neceſſario, quod conſtituat quartam Perſonam diſtinctam à Patre, & Filio; hoc autem non ſolum eſt ad hominem contra *Durandum*; verùm etiam eſt directè deſtructiuum Myſterij Trinitatis, ergo. Sequela maioris probatur: Spiratio actiua eo ipſo, quod eſt diſtincta realiter, &c. eſt ſubſiſtentia incommunicabilis non minus quàm Paternitas, & filiatio, ergo neceſſario conſtituit quartam Perſonam diſtinctam à Patre, & Filio. Patet hæc conſequentia, quia Perſona nihil aliud eſt, quam intellectualis natura ſubſiſtens incommunicabiliter. Antecedens probatur: Spiratio actiua eo ipſo, quod eſt diſtincta realiter, &c. eſt ſubſiſtentia, & eſt incommunicabilis, ergo eſt ſubſiſtentia incommunicabilis: eſt ſubſiſtentia, quia eſt quid ſubſtantiale, non habens ſe per modum naturæ, nec per modum terminabilis: eſt incommunicabilis, quia in diuinis ad intra non datur communicatio niſi per identitatem; ergo ſpiratio actiua eo ipſo, quod eſt ab aliis Perſonis diſtincta realiter, & conſequenter aliis perſonis non identificata, eſt aliis perſonis incommunicabilis: Non dari in diuinis communicationem, niſi per identitatem, & conſequenter eſſe incommunicabile alteri quidquid non eſt alteri identificatum patet tum inductione facta per diuina prædicata, tùm ex eo, quod communicatio, quæ non eſſet per identitatem, deberet eſſe per realem actualem compoſitionem, quam diuina ſimplicitas non admittit.

Spiratio actiua, ſi eſt quarta res, neceſſariò conſtituit quartam Perſonam.

8. Ex his habes neque etiam quatuor res relatiuas poſſe in diuinis abſolutè admitti, nam etiam quatuor res relatiuæ quaternitatem rerum inducunt. Nec refert, quod ſit quaternitas rerum relatiuarum, quia vt ſemel, & iterum dictum eſt, *Concilium Lateranenſe* abſolutè damnat omnem quaternitatem rerum; ſiue deinde tales res ſint entitates ſimpliciter, & abſolutè, ſiue ſint modi, ſiue ſint relationes.

In diuinis non dantur quatuor res, nec etiam relatiuæ.

9. Assertvm II. Ratio cur admittendo in diuinis quatuor relationes reales poſſint non admitti quatuor res eſt: quia ad multiplicandas relationes ſufficit realis diſtinctio terminorum; ad multiplicandas res requiritur realis diſtinctio ipſarum entitatum relatiuarum. Colligitur ex D. Thoma *in 1. diſt. 27. q. 1. art. 1. in C.* Ex Vaſquio, Lugo *locis præcitatis*, aliiſque magis communiter.

Ratio cur admiſſis quatuor relationibus poſſint non admitti quatuor res.

10. Probatur & explicatur, afferendo in primis verba D. Thomæ *loco mox citato. Paternitas, & communis ſpiratio, non ſunt duæ res, quia non opponuntur relatiuè, ſed tantum duæ relationes, quia diſtinguuntur differentiis relatiuis in quantum eſt relatio: Cum enim relatio dicatur ſecundum reſpectum ad alterum, differentiæ relationis erunt ſecundum quod eſt ad diuerſa; & ideo, quia Paternitate Pater refertur ad filium, & communi ſpiratione ad Spiritum Sanctum, communis ſpiratio, & paternitas ſunt duæ relationes.* Relatio igitur ex ſuo modo ſignificandi principalius importat terminum, ſeu rationem *ad*, qua terminum attingit; & licèt importet etiam propriam entitatem, hanc tamen ex ſua propria differentia non adeò explicat, ſicuti explicat terminum, & attingentiam ipſius. Res autem ex ſuo modo ſignificandi importat præcisè ſe ipſam, ſeu propriam entitatem, nec poteſt res dupliciter ſumi entitatiuè ſcilicèt, & terminatiuè, ſicuti poteſt ſumi relatio. Hinc fit relationes quamuis ſint entitatiuè identificatæ, poſſe tamen dici multas per hoc, quod ſint diſtinctæ terminatiuè; res verò non poſſunt dici multæ, niſi ſint in ſe ipſis entitatiuè diſtinctæ. In propoſito ſpiratio actiua, & Paternitas (eadem eſt ratio de ſpiratione actiuâ, & filiatione) non poſſunt dici duæ res, quia non diſtinguuntur entitatiuè in ſe ipſis; poſſunt tamen dici duæ relationes quia diſtinguuntur terminatiuè, ſeu attingunt diſtinctos terminos: Non poſſunt dici duæ res, quia ly *duæ* non poſſet applicare diſtinctionem, quam exprimit, niſi ſuper entitates ipſas relatiuas; poſſunt tamen dici duæ relationes, quia ſic ly *duæ* poteſt applicare diſtinctionem ſuper terminos, & ecce explicatum cur admittendo in diuinis quatuor reales relationes poſſint, &c.

Ad multiplicandas relationes ſufficit multiplicatio terminorum.

11. Dices ex hac explicatione ſequitur ſaltem admittendo in diuinis quatuor relationes debere admitti abſolutè quatuor terminos relationum; at huiuſmodi quatuor termini relationum non poſſunt non eſſe quatuor res, ergo non poſſunt admitti in diuinis quatuor relationes, niſi admittatur quaternitas rerum conſurgens ſi non ex ipſis relationibus, ſaltem ex terminis relationum. Sed contra: Aliud eſt quot ſunt relationes

tot

Digitized by Google

Ad multiplicandas relationes in diuinis ſufficit, at non requiritur realis diſtinctio terminorum.

tot debere ſimpliciter eſſe terminos relationum, nec poſſe relationes multiplicari, niſi ad multiplicationem terminorum; aliud eſt ſufficere diſtinctos terminos ad multiplicandas relationes, & multiplicari relationes, quoties reperiuntur diſtincti realiter termini. Si primum noſtra doctrina contineret, benè inferret inſtantia quatuor terminos relationum: At quia ſecundum tantum à nobis docetur, inſtantia non concludit.

12. Dico igitur multiplicari relationes in diuinis, vel ex abſoluta multiplicatione, & reali diſtinctione terminorum, vel ex oppoſitione, aut mediata aut immediata cum aliis relationibus. Primo modo multiplicantur Paternitas, filiatio, ſpiratio, actiua: Hæ enim tres relationes habent tres realiter diſtinctos terminos. Secundo modo multiplicatur ſpiratio paſſiua, quæ licèt non habeat terminum realiter diſtinctum à terminis filiationis, & paternitatis mediatè, tamen, id eſt mediante ſpiratione actiua opponitur filiationi, & paternitati. Non habent, inquam, ſpiratio paſſiua terminum realiter diſtinctum, &c. quia ſpirator, qui eſt terminus paſſiuæ ſpirationis, non diſtinguitur realiter à Patre, & filio, qui ſunt termini filiationis, & paternitatis. Ideò ſicuti ſpiratio actiua ex parte fundamenti non diſtinguitur realiter à paternitate, & filiatione; ita à paternitate, & filiatione non diſtinguitur realiter ex parte termini ſpiratio paſſiua: Vtraque tamen auget numerum relationum, licet ex diuerſo capite vna, ſcilicet ratione oppoſitionis cum aliis; altera ratione termini realiter diſtincti à terminis aliarum. Ecce quomodo abſque eo, quod abſolutè dicantur eſſe in diuinis, aut quatuor termini, aut quatuor rationes fundandi, aut aliquo alio modo quatuor res, poſſit abſolutè dici eſſe quatuor relationes.

13. Dices inſuper: Non ſolum relatio, verùm etiam res relatiua explicat terminum, & attingentiam ipſius, ergo ſi hac de cauſa ad diſtinctionem realem terminorum multiplicantur relationes, adeo, vt paternitas, & ſpiratio actiua poſſint dici duæ relationes, eâ ſem de cauſa ad diſtinctionem realem terminorum multiplicabuntur res relatiuæ; adeò vt paternitas, & ſpiratio actiua poſſint dici duæ res relatiuæ, & conſequenter quatuor relationes quatuor res relatiuæ. Sed contra diuerſimodè explicat terminum, & attingentiam ipſius relatiò, ac explicat res relatiua, nam relatio explicat talem attingentiam primariò directè, & formaliter: Res relatiua explicat directè, primariò, & formaliter rem, ſeu entitatem; ſecundariò deinde, & indirectè attingentiam, & terminum. Ideo maior eſt ratio multiplicandi relationes, quam multiplicandi res relatiuas ex multiplicatione, & diſtinctione reali terminorum: & non multiplicatis rebus intelligi poteſt multiplicari relationes, quamvis non multiplicatis rebus intelligi nequeat multiplicari res relatiuas. Nec refert, quod relatio, & res relatiua ſynonyma ſint: Non refert, inquam, quia ſunt ſynonyma impropriè, ſolum ſcilicet quoad ſubſtantiam rei ſignificatæ, non quoad modum ſignificandi.

Relatio, & res relatiua non ſunt ſynonyma ſimpliciter; quia non habent eundem modũ ſignificandi.

Dices tandem relatio eſt quid inferius ad rem, eſt enim contractiuum rei, & omnis relatio eſt res; non omnis res eſt relatio: at multiplicato inferiori non poteſt non multiplicari ſuperius: Multiplicato v. g. homine non poteſt non multiplicari animal, multiplicato animali non poteſt non multiplicari viuens, ergo non poteſt multiplicari relatio quin multiplicetur res, non poſſunt eſſe quatuor relationes, niſi ſint quatuor res. Sed contra: multiplicato inferiori non poteſt non multiplicari ſuperius, procedit ſolùm, quando inferius multiplicatur entitatiuè, & adæquatè, non quando inferius multiplicatur terminatiuè ſolum, & quodammodo inadæquatè, ſicuti multiplicatur in diuinis quarta relatio ſpiratoris. Item procedit quando inferius, & ſuperius habent eundem modum ſignificandi, non quando habent modum ſignificandi diuerſum ratione cuius diuerſimodi ſignificandi maior diſtinctio requiratur ad multiplicandum ſuperius, quàm ad multiplicandum inferius, vt contingit in noſtro caſu, vbi ad multiplicandum ſuperius, ſcilicet rem requiritur realis diſtinctio entitatiua, quia in tali ſuperiori non poteſt multiplicatio cadere, niſi ſuper entitatem: Ad multiplicandum inferius ſufficit, realis diſtinctio terminatiua, quia inferius magis explicat terminum, quàm entitatem, ſicque poteſt ſimpliciter multiplicari ex reali diſtinctione terminorum abſque reali diſtinctione entitatum. 14.

Multiplicato inferiori debere multiplicari ſuperius quomodo intelligatur?

---

§. III.

Vtrùm præter quatuor relationes originis dentur in Deo ad intra aliquæ aliæ relationes reales?

ASSARTVM: Præter quatuor relationes origins non dantur in Deo ad intra aliæ relationes reales: Specialiter verò reales non ſunt relationes æqualitatis, & ſimilitudinis inter diuinas Perſonas. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt.* 42. *art.* 1. *ad* 4. *& in* 1. *ad Annibald. diſt.* 31. *quæſt. vnica, art.* 4. Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 39. *diſp.* 16. *art.* 4. *num.* 16. Syluius *quæſt.* 42. Eſtius *in* 1. *diſt.* 31. §. 1. Auerſa *quæſtion.* 42. *ſect.* 1. Marchinus *diſputation.* 55. Valentia, *diſput.* 2. *quæſtion.* 16 *punct.* 1. Vaſquez *diſput.* 166. *cap.* 2. aliique tum antiquiores, tum recentiores ſatis communiter contra Scotum *quodlib.* 6. *& in* 1. *diſt.* 19. *& diſt.* 31. Herincx *diſputation.* 1. *quæſtion.* 5. *num.* 42. & Scotiſtas communiter, nec non aliquos etiam Recentiores. 15.

Solæ relationes originis ad intra ſunt reales.

Aduerte pro maiori intelligentia aſſertæ veritatis, & faciliore ipſius probatione aliud eſſe, quod æqualitas, & ſimilitudo ſint reales in diuinis, ſeu dentur in Deo realiter: 16.

Aliud eſt æqualitatẽ, & ſimilitu-

Digitized by Google

dinem in diuinis eſſe reales, aliud eſſe reales relationes.

Aliud quod ſint reales relationes. Primum à nullo Catholieo negari poteſt: Nam æqoalitas inter diuinas perſonas expreſsè habetur tùm *in Symbolo Athanaſij : Tota tres Perſona coaterna ſibi ſunt , & coaquales*, tum in Concilio Toletano 6. *capit.* 1. *In hac Trinitate tanta eſt vnitas ſubſtantia, vt pluralitate careat , & aqualitatem teneat.* Similitudo inter eaſdem ſatis, ſuperque colligitur *ex ſupradictis cap.* 4. vbi oſtenditur verbum procedere , vt genitum , adeóque non ſolùm vt ſimile, verum etiam in ſimilitudinem formaliter, & ex vi propriæ proceſſionis: Spiritum Sanctum non procedere vt genitom, non quia non ſit ſimilis, ſed quia non procedit in ſimilitudinem formaliter , & ex vi propriæ proceſſionis. Cum hoc tamen ſtat controuerſia eirea ſecundum: Vtrum æqualitas , & ſimilitudo in diuinis ſint reales relationes: & ſicuti aliud eſt attributa v. g. in Deo eſſe actu, alind eſſe actu diſtincta ; ita aliud eſt æqualitatem, & ſimilitudinem in Deo eſſe reales ; aliud eſſe reales relationes: Quod attentè perpendendum eſt , ne qois nos redatguat , tanquam negantes realem æqualitatem, & ſimilitudinem diuinarum perſonarum, eum tamen re vera nos non negemus in diuinis realem æqoalitatem , & ſimilirodinem; ſed ſulum realem relationem æqualitatis , & ſimilitudinis , quod expreſſit etiam D. Thomas *loco cit. ad Annibald.* dicens: *Quamuis aqualitas in Deo non ſit relatio realis , tamen id , ratione cuius attribuitur aqualitas , realiter eſt in Deo: & ideo negans aqualitatem hareticus eſt.* Sic explieatum aſſertum

17. Probatur primò : Præter origines non datur in Deo ad intra aliquod aliud fondamentum relationis realis , ergo præter quatuor relationes originis non dantur in Deo ad intra aliæ relationes reales : Speeialiter verò, &c. Conſequentia paret , quia ſicuti non poteſt dari relatio ſine fundamento, ſeu ſine ratione fundandi ; ita non poteſt dari realis relatio ſine ratione fundandi realem relationem , ſine fundamento realis relationis.

Omnis relatio in diuinis ad intra debet eſſe mutua.

Antecedens probatur : Fundamentum relationis realis in Deo ad intra debet eſſe fundamentum relationis mutoæ ſed præter origines non datur in Deo ad intra aliquod aliud fundamentum relationis mutuæ; ergo præter origines non datur in Deo ad intra aliquod aliud fundamentum relationis realis. Maior paret : Fundamentum relationis non mutuæ nequit eſſe aliud , quam menſura , & menſuratum ; ſolæ enim relationes tertij generis ſundatæ in menſura , & meoſuraro ſunt relationes non mutuæ , at in Deo ad intra repugnant relationes reales fundatæ in menſura , & menſurato ; eum tales relationes dicant ex genere ſuo imperfectionem , dicant ſcilicet realem dependentiam menſurati à menſura , realemque exceſſum perfectionis in menſura ſupra menſuratum. Minor probatur: Fundamentum relationis mutuæ debet eſſe fundamentum relatiuæ oppoſitionis : Omnis enim relatio mutoa affert ſecum relatiuam oppoſitionem , ſed præter origines non datur aliquid aliud , quod poſſit eſſe fundamentum alicuius oppoſitionis , ſeu in quo diuinæ perſonæ poſſint opponi : Cum omnia alia præter origines communia ſint omnibus Perſonis iuxta illud vulgatum. Pater omnia dedit filio , præter eſſe Patrem , quod eſt idem ac dicere præter actiuam originem, qua ſub conceptu relationis tranſcendentalis conſtituitur in eſſe Patris.

Dices ex Scoto *in* 1. *diſt.* 31. §. *tamen tenendo.* Ipſæmet relationes originis fundantur io eſſentia , ſeu in aliquo eſſentiali omnibus Perſonis communi , ergo fundamentum oppoſitionis relatiuæ in diuiois optimè eſſe poteſt aliquod commune omnibus diuinis perſonis. Probatur antecedens : Ipſæmet origines quatenus ſunt fundamenta relationum , ſunt quid eſſentiale , & commune omnibus perſonis. Enimverò origines , quatenus ſunt fundamenta relationum , ſumuntur , vt præciſæ à relationibus : At quatenus præciſæ à relationibos ſunt quid reale , & commuoe , ergo quatenos fundamenta relationum , ſunt quid reale , & commune , ac per conſequens relationes originis fundantur in aliquo eſſentiali , & communi. Probator minor : Origines idem ſunt , ac proceſſiones : At proceſſiones , quatenos præciſæ à relatiooibus ſunt quid eſſentiale , & commune, nec ſunt aut propriæ alicuius perſonæ , aut ab inuicem realiter diſtinctæ , niſi ſecundùm relatiooes quas connotant, vt colligitur ex ſupradictis *cap.* 2. §. 3. *& cap.* 3. 18.

19. §. 4. & 5. Sed contra: Inſtantia probat origines non eſſe fundamentum relationum ab ipſis realiter diſtinctum , hoc enim deducitur ex eo, quod origines , vt à relationibus præciſæ non ſint ab inuicem actu diſtinctæ , at non probat origines non eſſe diſtincta relationum ſundamenta diſtinctione deriuata ab ipſiſmet relationibus per eaſdem origines connotatis: Nec poteſt eodem modo dici aliquas alias diuinas relationes habere fundamenta diſtincta diſtinctione deriuata ab ipſiſmet relationibus. Enimverò ſicuti proprium eſt relationum originis diſtinguere perſonas, adeoque non ſupponere, ſed facere diſtincta ſua extrema; ita earundem proprium eſt non ſupponere , ſed facere diſtincta ſua fundamenta : At reliquæ relationes , ſicuti, quia adueniunt perſonis , & extremis iam conſtitutis, non poſſunt ſua extrema diſtinguere ; ita nec poſſunt diſtinguere ſua fundamenta , conſequenter non poſſunt eſſe reales, niſi , & extrema , & fundamenta realiter diſtincta ſupponant. Pro quo videantur Valentia 1. *parte* , *diſp.* 2. *quaſtion.* 16. *punct.* 1. *ad* 3. Auerſa *quaſtion.* 42. *ſection.* 1. §. *neque obſtat.*

Sicut relationes originis in diuinis faciunt, non ſupponunt diſtincta ſua fundamenta, & ſua extrema.

20. Probatur ſecundò: Si præter quatoor relationes originis dantur in Deo ad intra aliquæ aliæ relationes reales , maximè æqualitas , & ſimilitodo inter diuinas Perſonas ; ſed æqualitas , & ſimilitudo inter diuinas perſonas , quamvis reales ſint, non ſont reales relationes , ergo præter quatuor relationes originis non dantur

tur

tur in Deo ad intra, &c. Maior eſt in confeſſo apud ipſoſmet aduerſarios, quorum nullus admittit in Deo aliquas alias eelationes reales à relationibus originis, qoin intee huiuſmodi alias relationes recenſeat eelationes æqualitatis, & ſimilitudinis inter diuinas Perſonas. Minor probatue: Si æqualitas, & ſimilitudo inter diuinas Perſonas ſunt relationes reales, vel habent pro ratione ſundandi eſſentiam, & prædicata abſoluta; vel perſonalitates, & prædicata relatiua; ſed neutro modo æqualitas, & ſimilitudo inter diuinas Perſonas ſont relationes eeales; ergo. Maior patet, quia quælibet relatio debet habere ſuam rationem fundandi, & cum in diuinis quodlibet prædicatum ſit, aut abſolutum, aut relatiuum, non poteſt haberi ratio fundandi, niſi aut penes prædicatum abſolutum, aut penes prædicatum relatiuum. Probatur minor, & quidem, quod non habeant pro ratione fundandi perſonalitates, & prædicata relatiua facilè euincitur ex eo, quod diuinæ Perſonæ in perſonalitatibus, & prædicatis relatiuis ſunt diſſimiles, & quaſi ſpecie diuerſæ, & in iiſdem quamvis poſitiuè inæquales non ſint, neque etiam ſunt æquales: Cum æqualia proprie ſint illa, quæ ſubſunt eidem communi menſuræ, adeóque ſunt perfectiones homogeneæ, & eiuſdem rationis: Per ſe autem conſtat relationes æqualitatis, & ſimilitudinis fundari non poſſe in eo, in quo extrema nec æqualia ſunt, nec ſimilia. Quod deinde non habeant pro ratione fundandi eſſentiam, & prædicata abſoluta ſuadetur ſic: Ratio fundandi relationes æqualitatis, & ſimilitudinis, debet eſſe diſtincta, & diuerſa nomero in extremis, quæ inuicem referuntur; at eſſentia, & prædicata abſoluta ſunt in tribus perſonis omnino eadem, ergo eſſentla, & prædicata abſoluta non ſunt ratio fundandi, &c. Minor patet, Maior probatur: Relationes æqualitatis, & ſimilitudinis non ſolum verſantur inter extrema habentia rationem fundandi, ſed etiam inter ipſas rationes fundandi; & vbi non dantur tales relationes inter rationes fundandi, neque etiam dantur inter extrema. Sic non ſolum vnus paries albus ad alium parietem album, ſed etiam albedo vnius parietis ad albedinem alterius parietis relatione ſimilitudinis refertur, & vbi poncretur eadem albedo in duplici pariete, ſicuti non daretur relatio ſimilitudinis inter albedines; ita nec inter parietes albos; eodem modo, quo de facto in lacte v. g. materia, & forma; ſubſtantia, & quantitas non referuntur ad lnuicem relatione ſimilitndinis; quia albedo, qua afficiuntur eadem eſt, nec vlla datur relatio ſimilitudinis inter albedinem materiæ, & albedinem formæ; albedinem ſubſtantiæ, & albedinem quantitatis.

Perſonalitaees diuinæ non fundant relationem ſimilitudinis inter diuinas Perſonas.

Nec item talem relationem fundar eſſentia.

Eadem albedo poſita in duobus ſubiectis non fundaret relationem ſimilitudinis.

21. Dubitatur hic vtrum perſonalitates diuinæ, & relationes originis, ſint ſaltem ratio fundandl reales relationes oppoſitionis, diſſimilitudinis, diuerſitatis: ratio dubitandi eſt, quia contra has relationes non militat ratio mox allata; poterunt enim huiuſmodi relationes verſari etiam inter ipſas rationes ſundandi, cum nnn ſolùm peeſonæ, verùm etiam perſonalitates diuinæ ſint inter ſe oppoſitæ, diſſimiles, diuerſæ. Nihilominus reſpondetur negatiuè. Soler communiter hæc negatiua reſponſio probari ex eo, quod vna relatio nequeat eſſe ratio fundandi alteram, ne procedatur in infinitum, huic tamen rationi ſatis non fido; quia ſolum videtur concludere, quod vna relatio nequeat eſſe ratio fundandi alteram eiuſdem rationis, cum ſe ipſa; alio igitur ex capite probo negatiuam reſponſionem; ſcilicet ex eo, quod oppoſitio, diſſimilitudo, diuerſitas, non ſint ex genere ſuo relationes, ſed ſolum ſint certi quidam modi diſtinctionis: & ſicuti per hoc præcisè, quod vnum realiter diſtinguitur ab altero non dicitur ad ipſum realiter referri; ita nee debet dici referri per hoc, quod alteri opponatue, diſſimiletur, diuerſificetur, licet in hac parte, vt eectè monet Valentia *prima parte, diſp. 2. quaeſt. 16. punct. 1. §. ſecundo poteſt*, poſſit aliquem fallere vocabulum ipſum diuerſitatis, diſſimilitudinis, &c. Cum enim dicimus diſſimile, reſpicimus ſtatim ad aliud diſſimile, quaſi ad quoddam diſſimilis correlatiuum: At eiuſmodi reſpectus non eſt rerum ipſarum ſecundum aliquam mutuam coordinationem ad ſe inuicem, ſed tantummodo fit per intellectum; ſicut quando dicimus diſtinctum, etiam connotamus ordinem quemdam ad aliud diſtinctum, & tamen diſtinctio non eſt eelatio eealis.

22. Vna relatio non poteſt eſſe fundamentum alterius eiuſdem rationis.

Ex his habes in diuinis dari realem oppoſitionem, realem diſſimilitudinem, & diueeſitatem ratione perſonalitatum; realem æqualitatem, ſimilitudinem, identitatem ratione eſſentiæ: At non dari relationes reales aut oppoſitionis, diſſimilitudiois, diuerſitatis; aut æqualitatis, ſimilitndinis, identitatis. Illæ non ſunt reales, quia oppoſitio, diſſimilitudo, diuerſitas, importanr ex genere ſuo relationem rationis tantùm, non realem; Iſtæ non ſunt reales, quia non habent in diuinis ad intra ſufficientem rationem fundandi, non habent ſcilicet in vno extremo rationem fundandi diſtinctam realiter à ratione fundandi exiſtente in alio extremo. Vnde ponendo etiam relationes reales eſſe purum complexum ex extremis non ſunt reales relationes æqualitatis, & ſimilitudinis inter diuinas perſonas. Enimverò complexum relationis non conſurgit ex extremis præcisè, ſed extremis affectis diſtincta ratione fundandi

23. Oppoſitio, diſſimilitudo, & diuerſitas diuinarum Perſonarum non ſunt relationes reales.

Etiamſi relatio ſit purum complexum, non dantur in diuinis reales relationes ſimilitudinis, &c.

Habes inſuper Scotum *in 1. diſt. 31. §. ad quaeſtionem*, non ſufficienter aſſignare omnia eequiſita ad relationem realem; dum ait ad relationem realem tria ſufficiunt. Primò quod fundamentum ſit reale, & terminus ſit realis. Secundò quod extremorum ſit diſtinctio realis. Tertiò qood eelatio ſequatur ex natura extremorum abſque ope alterius potentiæ: Non ſufficienter inquam aſſiguat, quia pro relationibus mutuis præſertim æqualitatis, & ſimilitudinis requiritur realis diſtinctio non ſolùm

24. Quænam requirantur ad relationẽ realem.

inter extrema, verum etiam inter rationes fundandi.

---

§. IV.

Quomodo Relationes reales, quæ dantur in Deo ad intra diſtinguantur inter ſe: Omneſne realiter, an aliquæ ſolùm virtualiter?

25\. Spiratio actiua non diſtinguitur realiter à Paternitate, & filiatione.

ASSERTVM: Relationes reales, quæ dantur in Deo ad intra non diſtinguuntur omnes realiter inter ſe, ſed tres ſolùm: Nimirum Paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua diſtinguuntur realiter ſingulæ ab alia qualibet: Quarta verò, ideſt ſpiratio actiua à Paternitate, & filiatione diſtinguitur ſolum virtualiter, & ratione ratiocinatâ. Hoc aſsertum quatenus affirmat diſtinctionem realem inter Paternitatem, & filiationem, & ſpirationem paſſiuam ſupponendum eſt ex reali diſtinctione Perſonarum Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ipſarumque conſtitutione ex Paternitate, filiatione, & ſpiratione paſſiua: Quatenus negat diſtinctionem realem ſpirationis actiuæ à Paternitate, & filiatione eſt contra Durandum *in* 1. *diſt*. 13. *quæſt*. 2. diſtinguente ſpirationem actiuam à Paternitate, & filiatione magis, quàm ab eſsentia, adeóque realiter tanquam rem à re, nedum tanquam modum à re, qua ratione diſtinguit tum ſpirationem, tum alias relationes ab eſsentia. Hæc tamen opinio licèt à *Durando* magnis viris placuiſse iactetur, non ſolùm tanquam falſa, & temeraria, ſed etiam tanquam in fide parum tuta ab omnibus ferè Theologis iure merito reprobatur, teſte Marchino *quæſt*. 28. *diſp*. 13. *propoſit*. 2. & Herincx *diſp*. 1. *quæſt*. 4. *num*. 34. vbi rectè aduertit nonnullos opinioni *Durandi* immerito inuoluere *Scotum*, *&* *Gabrielem*, cum tamen re vera iſti Auctores diſtinguant ſpirationem actiuam à Paternitate, & filiatione, ſolum ex natura rei, circa quam diſtinctionem vtrum ſit diuerſa à virtuali, vtrum coincidat cum reali recolenda ſunt, quæ tradebantur *tract. ſuperiori, lib*. 1. *cap*. 3. *§*. 3. Quatenus tandem aſsertum noſtrum diſtinguit realiter virtualiter ſpirationem actiuam à Paternitate, & filiatione, eſt contra eos, qui in diuinis admittunt ſolam diſtinctionem rationis ratiocinantis, vt retulimus *cap. precit. §*. 4. Contra quos, ſicuti etiam contra *Durandum*, & alios in oppoſitum extremum declinantes aſſertam veritatem ſuſtinent Theologi communiter cum D. Thoma *prima parte, queſtion*. 32. *art*. 3. *ad* 3. *&* *in* 1. *diſt*. 27. *quæſt*. 1. *art*. 1.

Durandi cenſura.

26\. Probatur aſsertum primò quatenus negat diſtinctionem realem ſpirationis actiuæ, à Paternitate, & filiatione: Non dantur in diuinis quatuor res, neque etiam, relatiuæ ex *ſuperiori* §. 2. ſed ſi ſpiratio actiua diſtinguitur realiter à Paternitate, & filiatione præſertim tanquam res à re, conſequens prorſus eſt dari in diuinis quatuor res ſaltem relatiuas: Et ſicuti in omnium ſententia Paternitas, filiatio, & ſpiratio paſſiua, quia realiter ab inuicem diſtinguuntur, ſunt tres res relatiuæ; ita, ſi ſpiratio actiua, de qua certum eſt diſtingui realiter à ſpiratione paſſiua, cui opponitur diſtingueretur realiter etiam à Paternitate, & filiatione, realiter ab inuicem diſtinguerentur Paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, ſpiratio paſſiua, adeóque nullà tergiuerſatione negari poſſent quatuor res relatiuæ. Confirmatur primò: Non datur in diuinis quarta Perſona, ſed ſi ſpiratio actiua diſtingueretur realiter à Paternitate, & filiatione, daretur in diuinis quarta perſona ex §. 2. *precit. aſſert*. 1. ergo. Confirmatur ſecundò: Spiratio actiua eſt communis Paternitati, & filiationi, ergo identificatur realiter cum Paternitate, & filiatione; at, quæ identificantur, eâdem ratione, qua identificantur, non diſtinguuntur, vt per ſe patet, ergo ſpiratio actiua non diſtinguitur realiter à Paternitate, & filiatione. Antecedens patet: Spiratio actiua eſt communis Patri, & filio: At non eſt communis Patri, & Filio ratione eſsentiæ, quia ſecus communis eſset etiam Spiritui Sancto, ergo eſt communis Patri, & Filio ratione paternitatis, & filiationis; adeóque eſt communis Paternitati, & filiationi. Prima conſequentia probatur: Omnis communicatio in diuinis eſt per identitatem ex eodem §. 2. *precit*. ergo in diuinis quidquid eſt commune eſt identificatum iis, quibus eſt commune, conſequenter ſpiratio actiua, &c. Confirmatur tertiò: Spiratio actiua non debet diſtingui à paternitate, & filiatione magis, quàm ipſa, & aliæ relationes diſtinguantur ab eſsentia, ſed ipſa, & aliæ relationes non diſtinguuntur ab eſsentia realiter ex *ſuperiori cap*. 6. §. 1. ergo. Maior probatur: Spiratio actiua in ordine ad paternitatem, & filiationem non minus, quàm in ordine ad eſsentiam ſe habet, vt prædicatum diſparatum, & abſolutum, non vt relatio formaliter, ergo.

Spiratio actiua eſt communis Paternitati, & filiationi.

Se habet ad vtramque, vt prædicatum abſolutum.

Probatur aſsertum ſecundò, quatenus diſtinguit virtualiter ſpirationem actiuam à paternitate, & filiatione: Datur in Deo realiter ſpiratio actiua tanquam quarta relatio ex *ſuperiori* §. 1. ſed ſi ſola ratione ratiocinante diſtingueretur à paternitate, & filiatione, dici non poſset quarta relatio realis, ergo diſtinguitur à paternitate, & filiatione plus, quàm ratione ratiocinante, adeóque virtualiter, & ratione ratiocinata. Minor probatur: Si ſpiratio actiua diſtingueretur ſola ratione ratiocinante à paternitate, & filiatione præciſo opere Intellectus, nullum eſset fundamentum diſtinguendi ſpirationem actiuam à paternitate, & filiatione, adeóque ſpirationi actiuæ nec correſponderet diſtincta proceſſio, nec diſtinctus terminus ab iis, quæ correſpondent 27.

Non debet ab ipſis diſtingui ſola ratione ratiocinante.

dent paternitati, & filiationi; diſtinctio enim proceſſionis, vtpotè quæ reſpectu diuinarum relationum eſt ratio fundandi) & diſtinctio termini ſunt fundamentum diſtinguendi diuinas relationes. Confirmatur: Spiratio actiua non poteſt minùs diſtingui à paternitate, & filiatione, quàm diſtinguatur ab attributis, aut quàm diſtinguantur attributa inter ſe, & ab eſſentia. Sed tum ſpiratio actiua ab attributis, tum attributa inter ſe, & ab eſſentia, diſtinguuntur virtualiter, & ratione ratiocinata, ergo. Minor aliundè ſupponitur: Maior probatur ex eo, quod quidquid militat pro ſecunda, militat etiam

28. pro prima diſtinctione virtuali. Probatur aſſertum tertiò quoad vtramque partem: Ea, quæ afferuntur ad probandam diſtinctionem realem ſpirationis actiuæ à paternitate, & filiatione, ſufficienter ſaluantur per diſtinctionem virtualem, & non poſſunt ſine diſtinctione virtuali ſaluari, ergo ſpiratio actiua non diſtinguitur realiter à paternitate, & filiatione; diſtinguitur verò ab iiſdem virtualiter: Antecedens probatur attingendo potiſſima argumenta, quæ afferri ſolent ad probandam diſtinctionem realem ſpirationis actiuæ &c. & oſtendendo pro ipſorum ſolutione ſufficere, & reperiri diſtinctionem virtualem.

29. Affertur primò diſtinctio realis paternitatis à filiatione, quæ diſtinctio non videtur poſſe admittere realem identitatem paternitatis, & filiationis cum actiua ſpiratione: Quæ enim realiter identificantur cum tertio non poſſunt realiter inter ſe diſtingui, ſed debent realiter inter ſe identificari propter vulgatiſſimum illud principium: Quæ ſunt eadem vni tertio &c. Pro huius ſolutione ſufficit, & requiritur diſtinctio virtualis, quia ad hoc, vt duo ſint eadem vni tertio abſque eo, quod ſint eadem inter ſe, ſufficit, & requiritur, quod tale tertium non ſit vnum, & idem etiam ratione, & virtualiter; pro quo repetantur *ſupradicta cap. 6. §. 3.* Hinc habes obiter duas entitates relatiuas poſſe identificari non ſolùm cum tertiâ abſolutâ, verùm etiam cum tertiâ relatiuâ abſque eo, quod identificentur inter ſe, quando tertia entitas relatiua eſt in ſe virtualiter diſtincta, & virtualiter multiplex. Neque dicas ergo eodem modo duæ entitates abſolutæ poſſent identificari cum tertiâ, aut abſolutâ aut relatiuâ abſque eo, quod identificentur inter ſe. Contra enim in diuinis inter duas entitates abſolutas, ſicuti nunquam poteſt eſſe appoſitio; ita numquam poteſt eſſe neceſſitas realis diſtinctionis, pro quo recolantur ſupradicta *circa finem §. 3 præcitati.*

Duæ entitates relatiuæ poſſunt identificari cum tertia etiam relatiua abſque identitate inter ſe.

Cur non eodem modo duæ entitates abſolutæ.

30. Affertur ſecundò diſtinctio realis filiationis, ſeu paſſiuæ generationis à ſpiratione paſſiua, ex qua formatur à permutata proportione argumentum ad probandam diſtinctionem realem paternitatis, ſeu generationis actiuæ à ſpiratione actiua ſic: Sicut ſe habet generatio actiua ad generationem paſſiuam, ita ſe habet ſpiratio actiua ad ſpirationem paſſiuam; ergo permutatâ proportione ſicuti ſe habet generatio paſſiua ad ſpirationem paſſiuam; ita ſe habet generatio actiua ad ſpirationem actiuam; ſed generatio paſſiua, ſeu filiatio diſtinguitur realiter à paſſiua ſpiratione, ergo generatio actiua, ſeu paternitas diſtinguitur realiter ab actiua ſpiratione. Pro huius argumenti ſolutione requiritur, & ſufficit diſtinctio virtualis: Requiritur, quia ſine virtuali 31.
diſtinctione generationis actiuæ à ſpiratione actiua nullum eſſet fundamentum aſſignandi ſpirationem paſſiuam pro termino actiuæ ſpirationis, potius, quàm pro termino actiuæ generationis, & generatio actiua, ſpiratio actiua eſſent termini Synonymi, inter quos nulla poſſet fieri proportio. Sufficit quia neceſſitas diſtinctionis realis in diuinis non habetur, niſi ex oppoſitione relatiuâ ſaltem mediatâ, quæ oppoſitio reperitur inter generationem paſſiuam, & ſpirationem paſſiuam, non inter generationem actiuam, & ſpirationem actiuam: Neque enim ab habente actiuam generationem producitur ſpiratio actiua, ſicuti ab habente paſſiuam generationem producitur ſpiratio paſſiua. Quoad formam deinde argumenti à permutatâ proportione conſtructi, dico cum Capreolo talem argumentationem valere ſolùm in quantitate, in qua v. g. rectè arguitur ſicuti ſe habet palmus ad bipalmum, ita bipalmus ad quadripalmum, ergo à permutata proportione ſicuti ſe habet bipalmus ad quadripalmum, ita palmus ad bipalmum; vel ſi placeat loqui de quantitate diſcreta ſicut ſe habent tria ad ſex, ita quinque ad decem, ergo ſicut ſe habent ſex ad decem, ita tria ad quinque. Cæterùm in præſenti materiâ talem arguendi formam malè concludere hac inſtantia conuinco; ſicut ſe habet generans ad genitum, ita ſpirans ad ſpiratum, ergo à permutata proportione, ſicut ſe habet genitum ad ſpiratum, ita generans ad ſpirantem, ergo ſicut diſtinguitur realiter perſona genita à perſona ſpirata, ita diſtinguitur realiter perſona generans à perſona ſpirante, quod non verificatur. Ratio, cur ſolùm in quantitate valeat argumentum à permutata proportione, eſſe poteſt, quia ſolùm in quantitate perfectè, & ad amuſſim apparet æqualitas, vel exceſſus vnius proportionis ad alteram, vel vnius extremi ad alterum.

Argumẽtum à proportione commutata valet ſolùm in quantitate aut cõtinua, aut diſcreta.

Affertur tertiò diuerſitas, ſeu diſtinctio 32.
quaſi ſpecifica ſpirationis actiuæ à paternitate, & filiatione: cum enim diuerſitas ſpecifica, aut quaſi ſpecifica ſit maior diuerſitate entitatiua, & numerica; ea quæ quaſi ſpecie diſtinguuntur, non videntur poſſe entitatiuè, & numericè identificari. Pro huius argumenti ſolutione requiritur, & ſufficit diſtinctio virtualis: requiritur, quia ad diuerſitatem quaſi ſpecificam vtrique requiritur aliqua fundamentalis diſtinctio prædicatorum, alioqui eſſet diuerſitas purè chymerica. Sufficit, quia vbi diuer-

Quæ diffe-

ſiit ſpecie in eodem ordine, in quo diff. tút ſpeciæ, differunt etiam numero.

ſitas ſpecifica, aut quaſi ſpecifica, non eſt phyſica, & realis actualis; ſed metaphyſica, eminens & virtoalis; vt in propoſito, infertur diuerſitas, ſeu diſtinctio entitatiua, & numerica ſolùm in eodem ordine; ideſt ſolùm virtualis, & eminens.

33. Ex his habes loquendo de diſcrimine reali importante realem diſtinctionem rectè procedere auctoritatem Damaſceni *lib.1. de fide, cap.11.* dicentis: *In ſolis proprietatibus, nimirum paternitatis, filiationis & proceſſionis diſcrimen animaduertimus.*

34. Habes inſuper ſpirationem actiuam eodem ferè modo ſe habere ad duas, quo eſſentia ſe habet ad tres relationes, & perſonas realiter diſtinctas: Eamdem ſcilicet actiuam ſpirationem eſſe communem duabus, ſicuti eadem eſſentia eſt communis tribus perſonis: eſſe per idemtitatem in duabus, ſicuti eadem eſſentia eſt per idemtitatem in tribus perſonis &c. Quæ & ſimilia magis conſtabunt ex infrà dicendis de perſona Spiritus ſancti, & principio ſpirante.

CAPVT VIII.

De prædicatis, quæ in Deo plurificantur, & realiter diſtinguuntur iuxta pluralitatem, & realem diſtinctionem diuinarum relationum.

1. *Tres diuinorum prædicatorum claſſes.*

TRES prædicatorum claſſes quantum ad præſentem titolum poſſunt in Deo conſiderari. Prima claſſis eſt prædicatorum tranſcendentium ſimpliciter, quæ ſcilicet vagantur per omnem rationem entis vniuerſaliſſimè accepti; & quinque communiter aſſignantur, nimirum res, ens, vnum, verum, bonum. Secunda eſt prædicatorum tranſcendentium ſecundùm quid, quæ ſcilicet vagantur per omnem rationem entis diuini, & in omnibus aliis diuinis prædicatis ſaltem abſolutis imbibuntur, coiuſmodi ſunt eſſe increatum, eſſe æternum, eſſe infinitum in propriâ lineâ &c. Tertia eſt prædicatorum nullatenùs tranſcendentium, quæ ſcilicet conſtituunt in Deo ſpecialem, & determinatam lineam, nec per aliorom prædicatorum lineas vagantur, vt eſſe ſimpliciter à ſe, eſſe intellectiuum, eſſe volitiuum, eſſe omnipotens &c. Circa prædicata huius tertij generis certum eſt ipſa non plurificari ad pluralitatem relationum; ſicuti certum eſt non plurificari ad pluralitatem relationum eſſentiam. Controuerſum autem eſt circa reliqoa prædicata, & ſpecialiter circa prædicatum bonitatis, ſeu perfectionis.

Bonitas trāſcendentalis,

Bonitas tranſcendentalis, & perfectio quamvis habeant in rigore diuerſam ſignificationem; ſicuti ex dictis *tractat. ſuperiori lib.1. cap. 5. in lim.* habent diuerſam ſignificationem bonum tranſcendentale, & perfectum, pro nunc tamen rectè poſſunt ſumi indiſtinctè, cum enim perfectio addat, non detrahat aliquid bonitati tranſcendentali, quod io ordine ad diuinas relationes ſtatuetur de perfectione, procedet à fortiori de bonitate tranſcendentali, etiam in rigore ſumptâ) ſpecialiter inquam circa prædicatum bonitatis, ſeu perfectionis, circa quam acri concertatione diſputatur, non ſolùm, vtrùm ad pluralitatem relatinnum plurificetur; verùm etiam vtrùm relationibus conueniat: non poſſumus proptereà priorem illam controuerſiæ partem aggredi, niſi diſcotiamus haac ſecundam, pro qua.

& perfectio in præſenti ſumuntur pro eodem.

2. Præmitto ſermonem non eſſe in præſenti de relationibus conſideratis idemticè, & ratione eſſentiæ, cui idemtificantur, ſed de ipſis conſideratis formaliter, & ratione proprij conceptus formalis *ex ſuperiori cap. 6. §. 5.* adæquatè præſcindentis ab eſſentia, & à quolibet prædicato eſſentiali, ſeu abſoluto. Enimuerò primo modo æquè manifeſtum eſt relationibus conuenire perfectionem, ſeu relationes includere perfectionem, ac manifeſtum ſit relationibus conoenire per idemtitatem eſſentiam, ſeu relationes idemticè includere diuioam eſſentiam; quam eſſe perfectionem, imò quacumque perfectione perfectiorem meridianâ luce clarius eſt: Verùm quò manifeſtios apparet relationibus hoc primo modo conſideratis perfectiooem conuenire, eo minùs conſtat quid ſentiendum ſit de iiſdem conſideratis ſecundo modo; & licèt ex eo, quod *ſuprà cap. 5. §. 2.* aſſertom ſit relationes diuinas etiam acceptas præciſiſſimè, & ſecundùm formaliſſimam rationem *ad*, importare realitatem, aliquantulo planior via pateat ad aſſerendam iiſdem relationibus formaliſſimè ſumptis perfectionem, hanc tamen viam ſic aliqualiter complanatam exaſperat plurimùm difficultas explicandi, qualis ſit huiuſmodi perfectio, intenſiuane, an extenſiua? Simpliciter ſimplex, an non? Vnica, an triplex? In quibus ſingulis definiendis diſcrepant illi etiam Auctores, qui inter ſe maximè conueniunt in concedenda diuinis relationibus perfectione, vt patebit ex ſequentibus. Ideò ſit

Relatione idēticè ſumptas dicere perfectionē eſt omnimò manifeſtum.

§. I.

Vtrùm diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ dicant aliquam perfectionem?

3. ASSERTVM: Relationes diuinæ formaliſſimè acceptæ, ſeu conſideratæ ſecundùm proprium conceptum formalem ab eſſentia adæquatè præciſum, dicunt aliquam veram, & realem perfectionem. Ita Aureolus *in 1. diſt.19. quæſt.2.* Ochamus, &

Dicunt etiā perfectionē formaliter vt contradiſtinctæ ab eſſentia.

& Gabriel *ibidem*, Sylüius *prima parte, quaſt.* 28. *art.* 2. §. *quaritur* 2. Io. à S. Thoma *eadem quaſt. diſputat.* 13. *art.* 3. *numero* 8. Vaſquez *diſputat.* 126. *cap.* 2. Lugos *lib.* 2. *diſputat.* 10. *cap.* 2. *numero* 2. Arriaga *diſputat.* 49. *ſect.* 2. *ſubſec.* 1. De Quiros *tractat.* 7. *diſputat.* 44. *ſect.* 3. Marchinos *diſputat.* 2. *propoſit.* 3. Herincx *tractat.* 2. *diſputat.* 1. *quaſtione* 6. *numero* 45. alijque plurimi ex qualibet Schola Thomiſtarum, Scotiſtarum, & Recentiorum. Solent citari contra hoc aſsertum D. Thomas *prima parte, quaſt.* 42. *articul.* 4. *ad* 2. Caietanus *quaſt.* 28. *articul.* 2. *ad tertium.* Canarienſis *ibidem diſputat. penultima, arg.* 4. Capreolus *in* 1. *diſtinct.* 7. *quaſt.* 1. *ad* 3. *contra primam concluſionem.* Marſilius *in* 1. *quaſt.* 23 *articul.* 3. Richardus *in* 1. *diſtinct.* 24. *articul.* 1. *quaſt.* 3. *ad* 1. Molina *prima parte, quaſt.* 42. *articul.* 6. *diſputat.* 2. *conc.* 2. Scotus *in* 1. *diſtinct.* 8. *quaſtione* 4. §. *ad ſecundum dubium, & magis ex profeſſo quodlib.* 5. alijque non pauci, præſertim ex antiquioribus. Verùm nonnulli ex huiuſmodi Auctoribus non adeò clarè nobis aduerſantur, vt poſſint abſolutè contra nos afferri: & quidquid ſit de reliquorum mente, *D. Thomas, & Scotus*, de quorum ſuffragiis poſsent Aduerſarij ſibi valde blandiri, noſtro, vt mox oſtendo fauent aſsetto, quod propterea

4. Probatur primò ex D. Thoma *prima parte, quaſt.* 27. *artic.* 2. *ad* 3. *In ipſa perfectione diuini eſſe continetur, & Verbum intelligibiliter procedens, & principium Verbi, ſicut & quacumque ad eius perfectionem pertinent.* quæſt. 8. de potentia, art. 2. ad 1. *Eſſentia diuina eſt ſuper omne genus comprehendens in ſe omnium generum perfectiones, vnde nihil prohibet id, quod eſt relationis, in ea inueniri:* quæſt. 9. pariter de potentia, art. 5. ad 23. *Non eſſet omnimoda perfectio in diuinis, niſi eſſet ibi proceſſio Verbi, & Amoris.* In quibus textibus ly *proceſſio Verbi, & Amoris* ly *Verbum intelligibiliter procedens, & principium Verbi*, & clariùs ly *id quod eſt relationis* important perſonas & relationes formaliter acceptas. Si igitur ex perfectione diuini eſse probat S. Doctor iſta Deo conuenire, nec fore in Deo omnem perfectionem, ſi iſta deeſsent, vtique indicat relationem formaliter acceptam importare aliquam perfectionem, alioqui eſset nullius protsùs roboris Angelica vaticinatio. Nec oppoſitum tradit Sanctus Doctor loco ab Aduerſariis relato *ex quaſt.* 42. ſolòm enim ibi intendit excludere à relationibus perfectionem intenſiuam iuxta mox aſſerenda

Diuus Thomas, & Scotus noſtræ fauent ſententiæ, & malè afferũtur pro ſententia oppoſita.

5. §. *ſequenti.* Confirmatur ex Scoto, *qui quodlib.* 7. §. *contra: quamquam illud in fine*, ait: *Actum notionalem habere rationem boni, & veri:* Actus autem notionalis actui eſſentiali addit relationem, conſequenter iuxta Scotum relatio habet rationem boni, & aliqualiter perfecti. Quod efficacius colligitur *ex* 1. *diſt.* 1. *quaſt.* 2. §. *ad argumenta principalia*, vbi expreſsè admittit in diuinis perfectionem ſuppoſiti, vt contradiſtinctam à perfectione quiditatiua. Quid eſt autem aliud in diuinis perfectio ſuppoſiti diſtincta à perfectione quiditatiua, quàm perfectio relationis diſtincta à perfectione eſſentiæ: Nec aliam perfectionem, quàm quiditatiuam, eſſentialem & abſolutam negare intendit relationibus formaliter acceptis idem Doctor ſubtilis locis per Aduerſarios relatis, vt patet conſulenti, & conſideranti ipſius ſubtilis Doctoris textus.

Probatur ſecundò: Relationes diuinæ formaliſſimè acceptæ, ſeu conſideratæ ſecundùm proprium conceptum formalem &c. dicunt realitatem ſeu realem entitatem, ergo dicunt aliquam veram, & realem perfectionem. Antecedens ſupponitur *ex ſuperiori cap.* 5. §. 2. vbi aſſertum eſt reale *ad* præciſiſſimum diuinarum relationum. Non poſſunt autem relationes diuinæ magis formaliter accipi, ſecundùm conceptum magis formalem conſiderari quàm dum accipiuntur, & conſiderantur ſecundùm præciſiſſimum *ad*; conſequentia probatur tum ex D. Auguſtino *lib.* 83. *quaſtionum, quaſt.* 24. dicente, *Omne quod eſt in quantum eſt, bonum eſt*, tum ex communiſſimo Metaphyſicæ principio, quod ens reale, & bonum conuertantur; at in præſenti bonum, & perfectum, bonitas, & perfectio, pro eodem ſumuntur, ergo relationes diuinæ ſecundùm rationem formaliſſimam dicendo realiatem dicunt bonitatem, dicendo bonitatem dicunt perfectionem. 6.

Relationes diuinæ ſicuti in ſuo conceptu formali dicunt realitatem, ita & perfectionem.

Dices relationes diuinas formaliter acceptas habere quidem, ſeu dicere; at non explicare perfectionem. Sed contra huic inſtantiæ, quam admittunt nonulli, etiam ex iis, qui abſolutè concedunt diuinis relationibus formaliter acceptis perfectionem, inter quos Io. à S. Thoma *prima parte, quaſtione* 28. *diſputat.* 13. *articul.* 3. *numero* 9. huic inquam inſtantiæ occurro recolendo *ex ſupradictis* §. 2. *pracit.* relationes diuinas, niſi fiat quæſtio de nomine, non ſolùm dicere, verùm etiam explicare realitatem, & conſequenter non ſolùm dicere, verùm etiam explicare bonitatem, ac perfectionem. 7.

Non ſolùm dicũt, verùm etiam explicant.

Probatur tertiò: Perſonæ diuinæ per relationes formaliſſimè acceptas perficiuntur, ergo relationes diuinæ formaliſſimè acceptæ ſunt perfectio, ſeu dicunt perfectionem: Conſequentia patet, quia imperceptibile eſt, quod perficiat id, quod nec perfectio eſt, nec dicit perfectionem. Probatur maior primò: Perſonæ diuinæ per hoc, quod diſtinguuntur, perficiuntur, alioqui myſterium Trinitatis, quod ex perſonarum diſtinctione conſurgit, eſſet ſolùm ſpecioſum nomen, & vacua vox, nec melius eſſet diuinæ eſſentiæ habere, quàm non habere perſonarum Auguſtiſſimam Triadem; ſed per relationes formaliſſimè acceptas perſonæ diuinæ diſtinguuntur ex dicendis *lib. ſequenti, cap.* 4. §. 7. ergo per eaſdem perficiuntur. Secundò Pater diuinus per relationem paternitatis formaliter eſt perfectior, quam ſi tali relatione careat, ergo Pater diuinus per relationem paternitatis formaliter 8.

&

& aliæ diuinæ perſonæ per relationes formaliter acceptas perficiuntur. Antecedens probatur; tum quia Pater diuinus per relationem paternitatis formaliter eſt in ratione Patris perfectior patre creato; quis enim auſit concedere dari rationem aliquam communem Deo, & creaturæ, qualis eſt ratio Patris, & hanc non eſſe perfectiorem in Deo, quàm in creatura, vel eſſe perfectionem in creatura, & non in Deo: at Pater diuinus ſi relatione paternitatis careret non eſſet in ratione Patris perfectior Patre creato; quia rationem Patris non haberet, ergo Pater diuinus per relationem paternitatis formaliter eſt perfectior, quam ſi tali relatione careret: tum quia id tradunt Sancti Patres, vt D. Nazianzenus *Oratione* 2. *de pace, numero* 13. *Deo quidnam maius, ac præſtabilius erit, quam filij Patrem eſſe: quod quidem gloriæ acceſſio eſt.* D. Ambroſius *de fide, lib.* 4. *cap.* 4. *Si aliquando filius non fuit; non fuit ergo in Deo aliquando perfectionis plenitudo.* Cyrillus Alexandrinus *lib.* 1. *theſau. cap.* 6. *Perfectus eſt non ſolùm, quia Deus; ſed etiam, quia Pater.* D. Thomas *opuſc.* 1. *cap.* 7. *Non poſſet eſſe Pater perfectus, niſi filium haberet.*

9. Dices verè perſonas diuinas non fore æquè perfectas, ſi relationibus carerent, at hoc non prouenire formaliter ex carentia ipſarum relationum, quod requireretur ad concludendum relationes ipſas formaliter dicere perfectionem, ſed prouenire ex carentia relationum ſolùm arguitiuè; formaliter verò ex carentia aliarum perfectionum abſolutarum conſequente ad carentiam relationum; ſcilicet ex carentia communicabilitatis, fœcunditatis, perfectæ beatitatis &c. ideò allatas probationes inferre ſolùm quod relationes arguant perfectionem in diuinis perſonis, non quod dicant perfectionem formaliter in ſe ipſis. Sed contra primò quia relatio non ſolùm arguit, ſed dicit in ſe ipſa realitatem, non ſolùm arguit, ſed dicit per ſe ipſam diſtinctionem perſonarum; ergo etiam non ſolùm arguit, ſed dicit in ſe ipſa formaliter perfectionem. Secundò quia Pater diuinus non arguitiuè, ſed formaliter conſtituitur in ratione Patris per paternitatem, ergo ſi in ratione Patris eſt perfectior Patre creato, conſtituitur perfectior per paternitatem non arguitiuè, ſed formaliter. Tertiò quia Sancti Patres eodem modo loquuntur, vt videre eſt apud De Quiros *tractat.* 7. *diſputatione* 44. *ſect.* 3. *numero* 13. dum faciunt Deum imperfectum ex carentia relationum, ac dum faciunt Deum imperfectum ex carentia attributorum, ergo ſicuti ex carentia attributorum formaliter, non arguitiuè ſolùm deeſſet in diuinis aliqua perfectio, ita ſimiliter ex carentia relationum &c.

Non ſolùm eandem dicunt arguitiuè, verùm etiam formaliter.

10. Probatur quartò: Relationes diuinæ formaliſſimè acceptæ nec dicunt imperfectionem, nec præſcindunt à perfectione, & imperfectione, ergo dicunt perfectionem: Conſequentia patet quia non eſt aſſignabilis alius modus, quo diuinæ relationes ad perfectionem ſe habeant. Probatur antecedens primò quoad primam partem, quia Deus continet omnem perfectionem ab omni imperfectione depuratam, nullam includit imperfectionem, nulla imperfectio Deus eſt; quæ & ſimilia per ſe manifeſta non verificarentur, ſi relationes diuinæ formaliſſimè acceptæ dicerent imperfectionem. Neque de hac veritate adeò manifeſtâ ambigit S. Doctor 1. *part. quæſt.* 28 *art.* 2. *ad* 3. dum ait: *Si imperfectione diuina nihil plus contineretur, quam quod ſignificat nomen relatiuum ſequeretur, quod eſſe eius eſſet imperfectum, vtpotè ad aliquid aliud ſe habens.* Enimverò ſenſus horum verborum eſt, quod ſi Deus haberet tantùm relationes, eſſet imperfectus non formaliter, quia haberet relationes, ſed quia careret perfectionibus abſolutis eſſentiæ, & attributorum: & ſicuti, ſi Deus haberet tantùm attributa, eſſet imperfectus, nec propterea ſequitur, quod attributa ſint imperfectiones, ita ſimiliter &c. Probatur antecedens ſecundò quoad ſecundam partem: eſt aperta in terminis contradictio ponere prædicatum diuinum præſcindens à perfectione, & imperfectione, nam in prædicato diuino hoc ipſum præſcindere à perfectione eſt imperfectio: hoc ipſo igitur, quod prædicatum diuinum ponitur præſcindens à perfectione, non poteſt ſine contradictione in terminis ſimul poni præſcindens ab imperfectione: eſt enim idem ac ponere prædicatum diuinum dicens imperfectionem, & ſimul præſcindens ab imperfectione. Hinc Marchinus *quæſt.* 29. *diſp.* 20. ferens iudicium de aliis opinionibus meritò ait doctrinam aſſerentium diuinas relationes nec dicere perfectionem, neque imperfectionem, pluribus Theologis duram, aſperam, & piis auribus moleſtam ſemper fuiſſe.

Relationes diuinæ nec poſſunt dicere imperfectionem.

Nec præſcindere à perfectione, & imperfectione.

Cẽſura opinionis oppoſitæ.

Dices ex Auerſa 1. *parte, quæſt.* 28. *ſect.* 3. *concl.* 2. Perfectio & imperfectio non ſunt contradictoria, ſed potiùs contraria, & poſitiuè opponuntur: nec imperfectio eſt præcisè carentia perfectionis, aut negat præciſè illud, quod perfectio affirmat; ſed poſitiuè dicit defectum, & diſconuenientiam, ergo ex eo, quod relationes diuinæ non dicant perfectionem, malè infertur dicere imperfectionem, nec poſſe ab imperfectione præſcindere. Sed contra reſpectu ſubiecti, cui non ſit debita omnis perfectio, cuiuſmodi eſt creatura, admitto perfectionem, & imperfectionem non eſſe contradictoria, quia cum ſola carentia perfectionis debitæ ſit imperfectio, vbi non omnis perfectio eſt debita, non omnis carentia perfectionis eſt imperfectio. At reſpectu ſubiecti, vel quaſi ſubiecti, cui ſit debita omnis perfectio, cuiuſmodi eſt Deus, dico perfectionem, & imperfectionem eſſe contradictoria; quia reſpectu talis ſubiecti omnis carentia perfectionis eſt carentia perfectionis debitæ, adeóque imperfectio eſt. Nec poteſt dari medium inter perfectionem, & imperfectionem, quamvis tale medium dari poſſit reſpectu ſubiecti creati. 11.

Perfectio, & imperfectio admittunt medium in creatura, nõ in Deo.

Ex

12. *Perfectio Dei diuidenda eſt in abſolutam, & relatiuam.*

Ex his habes perfectionem Dei ad intra dioidendam eſſe in abſolutam, & relatiuam. Neque enim poteſt non eſſe relatiua perfectio conueniens relationibus, vt contradiſtinctis ab omni abſoluto. Et hîc ſolemni principij petitione laborant aduerſarij, dum inferunt relationes diuinas ſecundùm proprium conceptum formalem non dicere perfectionem ex eo, quod omnis conceptus perfectionis ſit abſolutus, omnis perfectio dicat *in*, non *ad*. Quæ, & ſimilia deberent ab ipſis probari, non ſupponi. Scio ipſos probare omnem perfectionem dicere *in*, quia omnis perfectio ineſt ei, quod perficit. Quaſi verò dari nequeat perfectio per ſe ſtans; & ſupopoſitum, quod nulli ineſt, dicere nequeat perfectionem. Deinde quando conſideretur omnem perfectionem dicere *in*, non adhuc omnis perfectio eſſet abſoluta, quia non eſt abſolutum omne *in*: & ſicuti *in* aliud eſt abſolutum, aliud relatiuum, aliud ſcilicet eſt *in* purum; quo res conuenit ſubiecto in ordine ad ſe: aliud eſt *in* inbibitum in *ad*, quo ſubiectum trahitur ad terminum. Ita etiam perfectio quantumvis dicens *in* alia eſſet abſuluta dicens *in* abſolutum, alia relatiua dicens *in* relatiuum.

Etiamſi daretur omnẽ perfectionẽ dicere in.

---

§. II.

Vtrùm perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ, intenſiua ſit, an extenſiua?

13. *Perfectio relatiua in Deo extẽſiua eſt, non intenſiua.*

ASSERTVM: Perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ, extenſiua eſt, non intenſiua. Tradit ex profeſſo hoc aſſertum, & putat ipſum eſſe de mente D.Thomæ Marchinus *quæſt.* 29. *diſp.* 20. *propoſ.* 3. Minùs ex profeſſo, & obiter huius eiuſdem aſſerti veritatem tradunt Auerſa *quæſt.* 28. *ſect.* 3. *in reſp. ad* 4. Lugus *lib.* 2. *diſput.* 10. *cap.* 2. *in reſp. ad* 3. Arriaga *diſp.* 49. *ſect.* 3. *ſubſec.* 4. *in reſp. ad* 1. Et re ipſâ, ni fallor, illi omnes, qui ſentiunt tres diuinas relationes dicere tres diſtinctas perfectiones contra eos, qui aut nullam, aut vnicam tribus diuinis relationibus formaliſſimè aceptis perfectionem concedunt; concedentes nullam retulimus §. *ſuperiori*; concedentes vnicam referemus *inferiori* §.4. Interim pro notitia terminorum,

14. *Diſcrimen perfectionis extẽſiuæ eſt intenſiua.*

Aduerte perfectionem extenſiuam ab intenſiua differre potiſſimùm in eo, quod perfectio intenſiua auget perfectionem in ſubiecto præexiſtentem ſecundùm eandem lineam, eandémque rationem formalem, conſtituendo cum ipſa vnam perfectionem maiorem eiuſdem rationis, vnde etiam recipitur in eodem prorsùs ſubiecto, in quo eſt perfectio præexiſtens, & ipſi perfectioni præexiſtenti intrinſecè vnitur. Perfectio extenſiua, vel nullatenùs auget perfectionem io ſubiecto præexiſtentem vel auget ipſam ſecundùm diuerſam lineam, diuerſamque rationem formalem, conſtituendo potius pluralitatem perfectionum, quàm vnam perfectionem maiorem: Vnde etiam, vel recipitur in diuerſo ſubiecto, quomodo eſt perfectio extenſiua idem gradus caloris exiſtens in duplici parte ſubiecti, & perficitur extenſiuè natura ſpecifica dum pluribus indiuiduis communicatur, ſeu dum ei plures differentiæ indiuiduales adueniunt: Vel ſi in eodem ſubiecto recipitur, eſt perfectio diuerſæ rationis à perfectione præexiſtente: quomodo in eodem Angelo v.g. diuerſi actus intellectus, vel actus intellectus, & actus voluntatis, ſunt perfectio extenſiua, quamvis diuerſi actus intellectus in eodem prorsùs intellectu; actus intellectus, & voluntatis in eadem Angeli ſubſtantia recipiantur. Hinc fit perfectionem extenſiuam, quamvis ex vi nominis idem ſignificet, ac perfectionem extra tenſiuam, ſeu extra tendentem adeóque extrinſecam, & extraneam: non tamen ſemper eſſe extrinſecam ſubiecto, quod perficit, quatenùs extra tale ſubiectum, & in ſubiecto diuerſo ſit, ſed ſufficere, quod ſit extrinſeca perfectioni, quam in ſubiecto inuenit, ſit ſcilicet extra conceptum talis perfectionis, nec augeat talem perfectionem intrinſecè ſeu ſecundùm intrinſecam ipſius rationem, conſtituendo cum ipſa vnam perfectionem maiorem eiuſdem rationis. Sic explicatis terminis, aſſertum

Perfectio extenſiua in quo ſenſu ſit extrinſeca.

Probatur primò: Perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ eſt perfectio perſonalis, ſed perfectio perſonalis eſt perfectio extenſiua, ergo perfectio quam dicũt &c. eſt perfectio extenſiua: Maior patet, quia talis perfectio eſt propria perſonarum, ipſarúmque diſtinctiua. Colligitur etiam ex D.Damaſceno 1. *fidei, cap.* 11. dicente: *Patrem, & Filium* diſtingui perſonalibus perfectionibus. Minor probatur: Perfectio perſonalis eſt perfectio indiuidualis addens naturæ ſolam indiuiduorum multiplicitatem, ſed perfectio indiuidualis, & indiuiduorum multiplicitas eſt perfectio extenſiua, vt patet in qualibet natura creata, cui ſolùm extenſiua perfectio accreſcit ex eo, quod in indiuidua plurificetur, ad plura iodiuidua ſe extendat. 15.

Dices non rectè inferri perfectionem extenſiuam in diuinis relationibus ex perfectione extenſiua rationum indiuidualium, & multiplicitatis indiuiduorum in creatis. Enimverò diuinæ relationes, quamvis aliqualiter imitentur perfectiones indiuiduales, ſunt tamen ab iiſdem valdè diuerſæ. Primò quia perfectiones indiuiduales in creatis non ſpectant ad conſtitutionem perſonarum, ſicuti ſpectant diuinæ relationes. Secundò quia perfectiones indiuiduales in creatis ſolo numero differunt, relationes diuinæ ab inuicem differunt, quaſi ſpecie; perfectio autem conſtitutiua perſonæ ſpectans ad diuerſitatem quaſi ſpecificam non poteſt non eſſe intenſiua. Sed contra: Neutra diuerſitas euincit in diuinis relationibus perfectionem intenſiuam. Nam perfectio conſtitutiua perſonæ, vbi eſt diuerſæ rationis à natura, cum qua Perſonam conſtituit, non poteſt eſſe inten- 16.

17. *Diuerſitas perfectionis perſonalis creatæ à diuina.*

ſiua : Vode quando etiam concederetur in crearis ſubſiſtentiam Perſonæ couſtituriuam afferre intenſiuam perfectionem,adhuc talem perfectionem uon afferret in diuinis. Ratio eſt, quia io creatis ſubſiſtentia eſt abſoluta, & eiuſdem rationis cum natura, non ſic io diuinis; perfectio autem non poteſt eſſet intenſiua, niſi ſir eiuſdem rationis cum alia perfectione, vt ſupra animaduerſum, & infra probandum eſt. Perfectio item quaſi ſpecifica, vbi à natura, & prædicatis eſſentialibus non oritur, non poteſt eſſe intenſiua: & quando in crearis concederetur omnem perfectionem quaſi ſpecificā eſſe intenſiuam, adhnc id non eſſet concedendum in diuinis: Ratio eſt, quia in creatis omnia diuerſitas quaſi ſpecifica deſumitur à natura, & prædicatis eſſentialibus: in dioinis verò aliqua diuerſitas qnaſi ſpecifica deſumitur à prædicatis perſonalibus: & ſicnti in diuinis perſonæ conſtituunrur per rationes oppoſitas, non in creatis; ita non mirum, quod à perſonis dininis poſſir haberi maior diuerſitas, quam à perſonis creatis:ab illis diuerſitas quaſi ſpecifica, ab iſtis diuerſitas purè numerica.

Probatur ſecuodò : Perfectio conſurgens
18. ex prodnctione eſt perfectio extenſiua, ergo eſt perfectio extenſiua illa, qnam dicunt diuinæ relationes. Conſequentia paret, quia diuinæ relationes ad intra ſunt relariones producentis, & prodncti, adeóque ſunt relationes conſurgentes ex prodnctione. Antecedens ptobatur tom ratione, tum inductione: Ratione quidem quia producere eſt extendere proptiam perfectionem ad id, quod producirur: Iuductione, quia Pater producendo filios, ignis producendo ignes, intellectus producendo intellectiones oon niſi enritatiuè perficitur.

Perfectio ex productione, ſeu ex ratione producentis, & producti conſurgens eſt perfectio extenſiua.

Dices *ex tract. ſuperiori, lib. 1. cap. 5. §. 6.*
19. Dens, & creaturæ ſimul neque etiam extenſiuè ſunt quid perfectius, quam Deus ſolus, & tamen inrer Deum, & creaturas datur ratio producentis,& producti; ergo malè probatur ex productione, ſeu ex ratione producentis, & producti, perfectio extenſiua: & ſicuti Deus neqne etiam extenſiuè perficitur per crearuras productas ad extra, ita neque etiam extenſiuè perficietnr per relationea productas ad intra. Sed contra: Non intendir probatio, qnod ex ratione producentis, & producti ſemper arguatur perfectio extenſiua, ſed quod quando habetur ex ratione producentis, & producti aliqua perfectio, talis perfectio extenſiua ſit, non iotenſiua. Cæterùm ratio, qua loco præcitato probauimus Deum, & creaturas non eſſe quid extenſiuè perfectius, quàm ſit Deus ſolua, non militat in præſenti ad probandum eſſentiam diuinam, & relationes non eſſe quid exteoſiuè perfectius, quam ſit eſſentia ſola; datur enim longè maiot conuenienria inter eſſentiam dioinam, & diuinas relationes, quàm inter Deum, & creaturas.

Non eſt tamen neceſſe quod ſemper ex ratione producentis, & producti aliqua perfectio conſurgat.

Probarur tertiò: Specialiter, qood per-
20. fectio, quam indocunr diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ, intenſiua non ſit. Perfectio, quam dicunt dininæ relationes non conſtituir cum aliis diuiuis perfectionibus voam perfectionem maiorem einſdem rationis, ſed hoc ex prænotatis omnino requirirur ad perfectionem intenſiuam, ergo perfectio, quam dicunt, &c. intenſiua non eſt. Maior probatur: Reliquæ perfectiones diuinæ, nimirum perfectio eſſeoriæ, & perfectiones attributorum ſunt abſolntæ, & ſpectaot ad Deum, vr vnum in eſſentia: At perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ, vrpotè, quæ oeque abſoluta eſt, neque ſpectans ad Deum vt vnum non poteſt conſtituere vnam perfectionem maiorem abſolutam, & ſpectantem ad Deum vt voum, ergo.

Dices non ſolùm perfectio, quam dicuot 21.
relationes, eſt perfectio diuerſæ rationis à perfectionibus abſolutis; verum etiam perfectio attributorum eſt diuerſæ rationis à perfectione eſſentiæ, & perfectio vnius attributi eſt diuerſæ rationis à perfectione alretius, ergo ſi allata probatio aliqnid concludit, concludir neque etiam perfectionem, quam dicunt diuina attributa formaliſſimè accepta eſſe intenſiuam. Antecedeos probarnr: Illæ perfectiones ſunt diuerſæ rationis, quarnm vna eſt extra conceptum, & rationem formalem alterius; ac non ſolum relationes ſunt extra conceptom, & rationem formalem perfectionum abſolutarum, verum etiam *ex tract. ſuperiori, lib. 1. cap. 3. §. 6.* attributa ſunr extra cooceptum, & rationem formalem eſſeotiæ, vnum attribntorum eſt extra conceptum, & rationem formalem alterius, ergo. Sed con-
tra: Aliud eſt conſiderare attributa io ordine 22.
ad eſſentiam diuinam metaphyſicam, rationem formaliſſimam vuius attributi in ordine ad rationem formaliſſimam alterius; & in hoc ſenſu tranſeat, quod nec attributa perficiant intenſiuè eſſentiam, nec vnum attributum perficiat intenſiuè alterum; libenter enim fatcor aſeitatem in ſua ratione formaliſſima non eſſe intenſiuè perfectiorem per hoc, quod identificetur cum attributis, omnipotentiam in ſua ratione formaliſſima oon eſſe iotenſiuè perfectiorem per hoc, quod identificetor cum miſericordia, &c. Aliud eſt conſiderare eſſenriam Metaphyſicam, & attribnta diuina formaliſſimè accepta in otdine ad Deum, vr Deua eſt; vt ſcilicet, & indiuidoum quoddam perfectiſſimum, & in omni genere infinitum. In hoc ſenſu dico attributa, & eſſentiam eſſe perfectiones eiuſdem rationis, ſpectare ſcilicet ad eandem rationem indioidui omnium perfectiſſimi; non ſic relationes; ideò attributa, & eſſentiam, non ſic relationes dicere in Deo perfectionem intenſiuam.

Attributa ſpectant ad perfectionē intenſiuam Dei, non ad perfectionē intenſiuam eſſentiæ diuinæ formaliſſimæ.

Ex his habes non eſſe admittendum, 23.
quod aſſerit De Quitos *prima parte, tract. 7. diſp. 44. sect. 3. num. 11.* nimitum abſolutè & ſimpliciter relationem in ſua linea dicere perfectionem formaliſſimè, non minus quàm attributum Sapientiæ, omnipotentiæ &c. admittendum inquam non eſt, quia talis propoſitio denotat relationes dicere perfectionem

Relationes diuinæ non dicunt perfectionem ſicut diuina attributa.

Digitized by Google

fectionem eo modo, quo attributa, ſeu eiuſdem rationis cum ea, quam dicunt attributa; quod à nobis negatur, & longè aliud eſt relationes dicere perfectionem, attributa dicere perfectionem; aliud relationes dicere perfectionem non minùs, quàm attributa, ſicuti attributa, quod eſſet relationes dicere perfectionem intenſiuam; illud verum eſt, iſtud falſum, vt patet ex hucuſque dictis.

---

§. III.

Vtrùm perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ, ſit ſimpliciter ſimplex, an non?

24. Perfectio relatiua in Deo eſt ſimpliciter ſimplex.

ASSERTVM: Perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ eſt perfectio ſimpliciter ſimplex: ita Marchinus *diſp.* 2. Vaſquez *diſp.* 122. *cap.* 4. *num.* 10. Arriaga *diſp.* 49. *ſect.* 2. *ſubſec.* 3. &c. contra Syluium *prima parte*, *queſt.* 28. *art.* 2. §. *queritur tertio*, Suarium *lib.* 3. *de Trinitate cap.* 10. Lugum *prima parte*, *lib.* 2. *diſp.* 10. *cap.* 2. *numero* 9. *vbi* quamvis admittat relationes diuinas eſſe perfectionem ſimpliciter prout perfectio ſimpliciter importat perfectionem ſine imperfectione, negat tamen eſſe perfectionem ſimpliciter, prout perfectio ſimpliciter, iuxta definitionem Anſelmi communiter receptam, dicitur illa, quæ in vnoquoque genere eſt melior ipſa, quàm non ipſa. Eſt etiam aliqualiter contra Auerſam 1. *part. q.* 28. *ſect.* 3. §. *poſtremo queritur*, dicentem relationẽ diuinam reſpectu Dei abſolutè conſiderati eſſe perfectionem ſimpliciter, reſpectu perſonæ non eſſe huiuſmodi. Eſt à fortiori contra Auctores *in* 1. §. relatos pro opinione negante diuinis relationibus formaliſſimè acceptis omnem perfectionem.

25. Definitio perfectionis ſimpliciter quomodo intelligenda.

Probatur primò: Perfectio ſimpliciter ſimplex dum iuxta *Anſelmum* definitur illa, quæ in vnoquoque eſt melior ipſa, quàm non ipſa, ly *in vnoquoque* non idem ſignificat ac in vnoquoque ſuppoſito ſecundùm propriam rationem conſiderato, ſed idem ſignificat, ac in vnoquoque indiuiduo conſiderato ſecundùm communem rationem entis, vt rectè explicauit Caietanus *de ente, & eſſentia, cap.* 2. & nos etiam tradebamus *tract. ſuperiori*, *lib.* 1. *cap.* 5. §. 2. at ſic intellecta definitio perfectionis ſimpliciter ſimplicis conuenit perfectioni, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ, ergo perfectio, quam dicunt &c. eſt perfectio ſimpliciter ſimplex. Minor probatur: Reſpectu diuinæ naturæ ſecundùm ſe, ſeu reſpectu indiuidui importati per hanc vocem, *Deus*, melior eſt paternitas (idem valet de filiatione, & ſpiratione) quam quælibet alia perfectio incompoſſibilis cum paternitate, ergo paternitas in vnoquoque, ideſt in quolibet indiuiduo conſiderato ſecundùm communem rationem entis, & naturæ melior eſt ipſa, quàm quælibet alia perfectio incompoſſibilis cum ipſa, quod eſt ſignificatum illius particulæ *non ipſa* poſitæ in definitione perfectionis ſimpliciter, ergo optimè conuenit paternitati, & cuilibet alij diuinæ relationi definitio perfectionis ſimpliciter. Antecedens probatur: Reſpectu diuinæ naturæ ſecundùm ſe, ſeu reſpectu indiuidui importati per hanc vocem, *Deus*, melior eſt paternitas; quàm aut carentia paternitatis, aut perſonalitas abſoluta; ſed ſola aut carentia paternitatis, aut perſonalitas abſoluta eſt reſpectu diuinæ naturæ, ſeu Dei ſecundùm ſe incompoſſibilis cum paternitate, nam filiatio, & ſpiratio paſſiua, quamvis ſint cum paternitate incompoſſibiles reſpectu Patris, ſeu reſpectu vnius, eiuſdemque diuinæ perſonæ; non ſunt tamen incompoſſibiles, imò optimè ſimul conueniunt, cum eadem paternitate reſpectu eiuſdem Dei, eiuſdemque diuinæ naturæ, ergo.

Dices, ergo paternitas ſicuti eſt melior ipſa, quàm non ipſa reſpectu Dei, ſeu diuinæ naturæ, non reſpectu Patris, ſeu diuinæ perſonæ; ita eſt perfectio ſimpliciter ad ſummum reſpectu Dei, ſeu diuinæ naturæ; non reſpectu Patris, ſeu diuinæ perſonæ. Sed contra: Eo ipſo, quod aliqua perfectio eſt melior ipſa quàm non ipſa, communi rationi entis, ſeu naturæ, ſecundùm ſe, vbicumque deinde repetiatur eſt perfectio ſimpliciter, & ſpiritualitas v.g. etiam per impoſſibile poſita in lapide eſt perfectio ſimpliciter, licèt reſpectu lapidis ſecundùm propriam rationem conſiderati non ſit melior ipſa, quàm non ipſa. Quod ſi quis velit ſuſtinere relationes diuinas eſſe perfectiones ſimpliciter, etiamſi particula illa *in vnoquoque* poſita in definitione perfectionis ſimpliciter ſupponeret pro vnoquoque indiuiduo, ſeu pro vnaquaque perſona, poſſet aliâ viâ procedere dicendo ſufficere ad perfectionem ſimpliciter ſimplicem, quod ſit melior ipſa quàm non ipſa, negatiuè, ita vt ſcilicet à nulla alia perfectione ſibi incompoſſibili excedatur; non eſſe neceſſe, quod ſit melior ipſa, quàm non ipſa poſitiuè; ita vt omnem aliam perfectionem ſibi incompoſſibilem excedat: & hac ratione paternitas etiam reſpectu Patris formaliter eſt melior ipſa, quàm non ipſa, ideſt, quàm filiatio, & ſpiratio paſſiua ſibi incompoſſibiles in Patre, quia à filiatione, & ſpiratione paſſiua non exceditur, quamvis nec ipſa filiationem, & ſpirationem paſſiuam excedat in perfectione. 26.

Dici poteſt ſufficere perfectioni ſimpliciter, quod ſit melior negatiuè.

Probatur ſecundò: Perfectio, quæ reperitur in Deo formaliter eſt perfectio ſimpliciter, ſed perfectio quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ reperitur in Deo formaliter, ergo eſt perfectio ſimpliciter ſimplex. Maior ſupponitur *ex tract. ſuperiori, lib.* 1. *c.* 5. §. 2. Minor probatur: Relationes ipſæ reperiũtur in Deo formaliter, perſonæ enim diuinæ ſunt formaliter, non eminenter relatiuæ & prima perſona eſt formaliter Pater, ſecunda eſt formaliter filius &c. ergo etiam reperitur in Deo formaliter perfectio relatiua, ſeu perfectio, quam dicunt diuinæ relationes: & ſicuti eſſe in Deo formaliter perfectionem ſapientiæ nihil eſt aliud, quàm eſſe in Deo formaliter ſapientiam; ita eſſe in Deo forma- 27.

Omnis perfectio reperta in Deo formaliter eſt ſimpliciter ſimplex.

liter perfectionem relationis nihil eſt aliud, qoàm eſſe in Deo formaliter relationem.

28. Dices, perfectionem ſimpliciter poſſe ſumi, vel pro ea, quæ nullam habet admixtam imperfectionem, vel pro ea, quæ eſt melior ipſa quàm non ipſa. Vt perfectio aliqua ſit in Deo formaliter ſatis eſt, quod ſit perfectio ſimplieiter primo modo: Et non eſt neceſſe, quod ſit perfectio ſimpliciter ſecundo modo. In ſubiecta verò materia, quod relatio, quamvis ſit in Deo formaliter non ſit perfectio ſimpliciter ſecundo modo, non ſit ſcilicet melior ipſa, quàm non ipſa, videtur omninò conſequens ad doctrinam *antecedentis, & ſubſequentis* §. iuxta quam perfectio relatiua eſt extenſiua, & eſt triplex; adeóque diuerſa in ſingulis perſonis. Perfectio enim extenſiua non videtur poſſe eſſe melior ipſa, quàm non ipſa, quia facere rem meliorem eſt proprium perfectionis intenſiuæ. Perfectio item exiſtens in vna diuina perſona, non in alia, non videtur poſſe eſſe melior ipſa, qoàm non ipſa, quia ſecùs vna perſona eſſet melior aliâ. Sed contra:

29. *Omnis perfectio non habens admixtam imperfectionē eſt melior ipſa, quàm non ipſa.*

diſplicet in primis, quod perfectio non habens admixtam imperfectionem diſtinguatur ab eâ, quæ eſt melior ipſa, quàm non ipſa; nam perfectionem non eſſe meliorem ipſam, quàm non ipſam eſt excludere à ſubiecto maiorem perfectionem: at hæc excloſio eſt aliqua imperfectio, ergo omnia perfectio, quæ non ſit melior ipſa, quàm non ipſa, eſt perfectio habens admixtam imperfectionem: & è contra perfectio non habens admixtam imperfectionem eſt melior ipſa, quàm non ipſa. Malè igitur dicitnt relationem in Deo eſſe perfectionem ſine imperfectione, & oon eſſe perfectionem, quæ ſit melior ipſa, quàm non ipſa. Ad illud, quod affertur in oppoſitum ex doctrina *præcedentis* §. dico facere rem meliorem intenſiuè eſſe proprium perfectionis intenſiuæ, non ſic facere rem meliorem quomodocumqne etiam ſolùm extenſiuè. Ad illud, qnod affertur ex doctrina §. *ſubſequentis* dico nullum eſſe abſurdum, quod vna perſona diuina ſit melior aliâ extenſiuè, aut negatiuè: quod detur in vna perſonâ, non in aliâ aliqua perfectio ſimpliciter ſimplex, extenſiua tamen, non intenſiua, vt magis explicabo §. *ſequenti*. Ideò ſit

---

§. IV.

Vtrùm perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ ſit vnica: An verò tres relationes ſint tres perfectiones?

30. *Perfectio quam dicūt diuinæ relationes nō eſt vnica.*

ASSERTVM: Perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ non eſt vnica; ſed ſicuti ſunt in diuinis tres realiter diſtinctæ relationes; ita ſunt tres realiter diſtinctæ perfectiones relatiuæ, & extenſiuæ. Ita Marchinus *diſput.* 20. *&* 21. Arriaga *diſp.* 49. *ſect.* 2. *ſubſec.* 3. Lugus *lib.* 2. *diſput.* 10. *cap.* 2. *numer* 3. Auerſa *quæſt.* 28. *ſect.* 3. §. *dico ſeptimo*. Herinex *tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt* 6. *num.* 46. Syluius 1. *parte, quæſt.* 28. *art.* 2. §. *quæritur* 2. *ad* 3. & alij plures cootra negantes diuinis relationibus formaliſſimè acceptis perfectionem, & ex iis, qui perfectionem relationibus concedunt, contra Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 28. *diſputat.* 13. *articul.* 3. *numero* 8. Vaſquium *diſputat.* 122. *cap.* 6. De Quiros *tractat.* 7. *diſputat.* 43. *ſect.* 3. & alios non paucos conuenientes in eo, quod diuinarum relationum perfectio vnica ſit, nec ad ipſarum ralationum pluralitatem plurificetur; diſcrepantes tamen in modo id explicando, quàm diſcrepantiam indico, & impugno in prima probatione, quam mox ſubiicio, ideò aſſertum

31. *Tres modi explicandi vnicam perfectionem in tribus diuinis relationibus.*

Probatur primò: Tripliciter explicari poteſt diuinas relationes formaliſſimè acceptas dicere vnicam perfectionem. Primò aſſerendo diuinas relationes eam perfectionem, quam dicunt, non explicare per ordinem ad terminum, ſed per ordinem ad ſubiectum, ſeu fundamentum; & quia ſubiectum, ſeu fundamentum in diuinis relationibus non multiplicatur; ita nec multiplicari in diuinis relationibus perfectionem. Ita Io. à S. Thoma *loco cit.* & multi ex Thomiſtis. Secundò obſeruando bifariàm poſſe perfectionem vſurpari, vno modo pro ea, quæ eſt integritas rei, quomodo perfectio eſt paſſio entis, & cum bonitate tranſcendentali coincidit: alio modo pro ea, quæ eſt de integritate rei ſeu quæ integrat rem, quomodo perfectio non eſt paſſio entis, nec eſt perfectio realis, niſi diſtinguatur à re, de cuius integritate eſt, cuius eſt perfectio: Tres diuinæ relationes non ſunt tres perfectiones primo modo, quia res quælibet etiam ex diuerſis conſtituta vnicam habet integritatem, & in Deo, ſicuti eſt vnica ratio totius; ita vnica integritas: non ſunt tres perfectiones ſecundo modo, quia non diſtinguuntur realiter à Deo, de cuius integritate ſunt; & tamen, vt aliquid ſit perfectio realis ſecundo modo, debet diſtingui realiter ab eo, cui conuenit, ſeu de cuius integritate eſt. Ita Vaſquez *loco citato* & cum Vaſquio Ruiz *diſputatione* 3. *ſect.* 2. alijque nonnulli. Tertiò ſupponendo differentiam, realitatem, ſeu modificationem entis vt talem, ſolùm reduplicare ſupra rationem non communem aliis, adeóque non reduplicare ſupra rationem entis, & perfectionis: Neque hanc multiplicari ex eo, quod differentia ipſa multiplicetur: Cùm igitur diuinæ relationes non ſint, niſi differentiæ quædam, & modificationes entis diuini, ex multiplicatione relationum non debet multiplicari aut ratio entis diuini, aut ratio perfectionis. Ita De Quiros *loco citato*. Sed nulla ex his tribus explicationibus ſubſiſtit, nec vllo ex iis modis ſuſtineri poteſt relationes diuinas formaliſſimè acceptas dicere vnicam perfectionem, ergo. Minor probatur

impugnando

impugnando ſingillatim quemlibet ex tribus relatis modis.

32. Impugnatur primus modus.

Impugnatur primus modus: Primò quia falſum eſt diuinas relationes explicare perfectionem per ordinem ad fundamentum ſolum non per ordinem ad terminum. Secundò quia perfectio, quæ iuxta hunc explicandi modum dicitur conuenire relationibus ratione fundamenti, vel eſt ipſamet perfectio diuinæ eſſentiæ, vel eſt perfectio contradiſtincta à perfectione diuinæ eſſentiæ. Si primum, ergo nulla prorſus perfectio conuenit relationibus, vt formaliter diſtinctis ab eſſentia, & in re negatur non ſolum triplex, ſed omnis perfectio relationibus formaliter acceptis. Si ſecundum, ergo ex eo, quod non multiplicetur fundamentum relationum malè infertur non multiplicari relationum perfectionem, cum enim talis perfectio ſit magis diſtincta à fundamento, quam ab ipſis relationibus, debet quoad ſui vnicitatem, vel multiplicitatem, ſequi conditionem ipſarum relationum potiùs, quam fundamenti.

33. Impugnatur ſecundus modus.

Impognatur ſecundus modus, in quo data ſuppoſitione, & admiſſo, quod rei integritas coincidat cum bonitate tranſcendentali, cuius oppoſitum aliqualiter colligitur ex *dictis tract. ſuperiori, lib. 1. in limine capitis quinti*, quia tamen de hoc vix poteſt haberi controuerſia ſine quæſtione de nomine data ſuppoſitione, & admiſſo, quod rei integritas, &c. doctrina *Vaſquij* quoad ſubſtantiam in pluribus diſplicet. Primò diſplicet, quod ponatur in Deo vnica integritas conſurgens ex eſſentia, & relationibus, hinc enim plura ſequuntur abſurda. Sequitur nullam perſonam eſſe in ſe integram; imò nullam perſonam eſſe integrè, & perfectè Deum, quia nulla perſona haberet in ſe integritatem conſurgentem ex eſſentia, & tribus relationibus. Sequitur diuinam eſſentiam, & relationes oppoſitas eſſe rem vnam integram, & totalem, neque enim dari poteſt plus, quam vna integra res, vbi datur vnica integritas: Non poſſe autem diuinam eſſentiam, & relationes eſſe rem vnam, &c. ſic probo. Talis vna res ſimul eſſet, & non eſſet realiter compoſita: Eſſet realiter compoſita, quia extrema diſtincta realiter, cuiuſmodi ſunt relationes, nequeunt ſine reali compoſitione in vnum coaleſcere: Non eſſet realiter compoſita, quia nec compoſitio realis eſt dabilis in Deo ad intra, nec extrema oppoſita poſſunt mutuo componere. Sequitur Deum non eſſe vnum in eſſentia, Trinum in Perſonis, ſed eſſe præcisè, & omnimodè vnum. Si enim ex eſſentia, & perſonis, ſeu relationibus, habetur vna integritas etiam vnum integrum conſtituitur, nec ex Perſonis Trinitas habetur, ſed vnitas. Secundò diſplicet, quod ad multiplicandas perfectiones reales requiratur realis diſtinctio perfectionis ab eo, quod perficitur, adeò vt ex hoc capite tres realiter diſtinctæ relationes, neque etiam tres partiales integritates dici poſſint. Quæro enim, cur identitas relationum cum eſſentia non impediat, quin tres relationes poſſint dici tres res, tres entitates; impediat verò, quod dici poſſint tres bonitates, tres perfectiones etiam partiales. Deinde, vt vnum ſit realis perfectio non requiritur, quod ſit realiter diſtinctum ab eo, cuius dicitur perfectio, alioqui attributa non eſſent reales Dei perfectiones, ergo vt plura ſint plures reales perfectiones, non requiritur, quod realiter diſtinguantur ab eo cuius ſunt perfectiones, dummodo realiter diſtinguantur inter ſe.

34. Impugnatur tertius modus.

Impugnatur tertius modus, quia malè ſupponit non multiplicari rationem entis, dum multiplicantur differentiæ entis, nec apparet quomodo ſaluari poſſit entis tranſcendentia, niſi in qualibet ſui differentia imbibatur, & in multiplici differentia multiplicetur. Deinde eodem modo probaretur datis per impoſſibile tribus Diis tres diuinas eſſentias non fore tres perfectiones, quia etiam tres diuinæ eſſentiæ eſſent tres modificationes entis diuini. Tandem diſplicet, quod relatio diuina formaliter accepta non dicatur ens diuinum, ſed ſolùm quædam adiacentia, modificatio, ſeu modus entis diuini, huiuſmodi enim locutio valde imminuit perfectiſſimum conceptum, quem communiter omnes formant de diuinis relationibus.

Probatur ſecundò: Relatio diuina, vt formaliter relatio eſt, & vt virtualiter diſtincta ab omni abſoluto, eſt perfectio ex *ſuperiori* §. 1. Sed relatio diuina vt formaliter relatio eſt, & vt virtualiter diſtincta, &c. non eſt vnica, ſed triplex realiter diſtincta, ergo etiam non eſt vnica, ſed triplex realiter diſtincta perfectio, quod eſt idem, ac dicere; ergo perfectio, quam dicunt diuinæ relationes formaliſſimè acceptæ non eſt vnica, ſed ſicuti, &c. Confirmatur: Vna diuina relatio, vt diſtincta ab alia eſt perfectio, ergo perfectio vnius diuinæ relationis eſt diſtincta à perfectione alterius, ergo tres realiter diſtinctæ relationes ſunt tres realiter diſtinctæ perfectiones. Antecedens probatur: Quælibet diuina relatio eſt perfectio non ſolùm ſecundùm communem rationem relationis, verum etiam ſecundum rationem propriam talis relationis, ſed relatio accepta ſecundùm rationem propriam talis relationis eſt relatio, vt diſtincta ab alia, ergo vna diuina relatio, vt diſtincta ab alia eſt perfectio. Maior probatur: Relatio diuina etiam ſecundùm rationem propriam talis relationis nequit, aut imperfectionem dicere, aut à perfectione, & imperfectione præſcindere: etiam ſecundùm rationem propriam perſonas perficit, diſtinguit, conſtituit: etiam ſecundum rationem propriam importat realitatem; vnico verbo ea omnia quæ *ſupra* §. 1. allata ſunt ad probandam perfectionem in relationibus diuinis formaliſſimè acceptis, procedunt de ſingulis relationibus etiam ſecundùm rationem propriam talis relationis; ergo. 35.

Quælibet relatio diuina dicit perfectionem etiam ſecundùm rationē propriam talis relationis.

Probatur tertiò: Tres realiter diſtinctæ 36.

 relatio

relationes in diuinis ſunt tres realiter diſtinctæ tes, tres realiter diſtinctæ realitates, non vnica res, nec vnica realitas relatiua, ergo etiant ſunt tres diſtinctæ perfectiones relatiuæ non vnica perfectio relatiua. Antecedens negari non poteſt, niſi negetur realis Trinitas, & ternarius numerus diuinarum perſonatum. Conſequentia probatur: Tùm quia res, realitas, & perfectio, ſumpta præſertim pro tranſcendentali bonitate, ſibi coincidunt, & ſe mutuò imbibunt, adeóque ſicuti non poteſt multiplicari perfectio, ſeu etiam tranſcendentalis bonitas quin multiplicetur res; ita nec poteſt multiplicari res, quin multiplicetur perfectio, ſaltem ſumpta pro tranſcendentali bonitate: Tùm quia eadem difficultas, quæ militat contra diſtinctas perfectiones, militat etiam contra diſtinctas res, nam difficultas militans contra diſtinctas perfectiones eſt, quia daretur aliqua perfectio in vna perſona, quæ non daretur in alia: At eodem modo ex diſtinctis rebus ſequitur, quod detur aliqua res in vna perſona, quæ non detur in alia, ergo ſicuti abſque vlla abſurdi ſuſpicione ponuntur tres diſtinctæ res, & vna res in vna Perſona, quæ non in alia; ita abſque vlla pariter ſuſpicione ponendæ ſunt tres diſtinctæ perfectiones, & vna perfectio in vna perſona, quæ non in alia. Imò eo ipſo, quod non ponitur aliqua perfectio in vna perſona, quæ non in alia, non ponitur aliqua perfectio relatiua, quia in præſenti materia vulgare eſt, & decantatum ſola abſoluta, & eſſentialia eſſe communia omnibus Perſonis, quod idem eſt ac in omnibus perſonis reperiri. Quomodo ergo dari poteſt perfectio relatiua ab omni abſoluto contradiſtincta, quæ ſit vna, & eadém, in omnibus relationibus, adeóque communis ſit omnibus Perſonis.

Non eſt maior difficultas ponendi in diuinis tres diſtinctas perfectiones quã ponẽdi tres diſtinctas res.

37. Probatur quartò: Si tres diſtinctæ relationes non dicunt tres realiter diſtinctas perfectiones, maximè quia cum tribus realiter diſtinctis perfectionibus non ſaluatur, quod quælibet diuina perſona ſit ſimpliciter infinitè perfecta, ſed cum tribus realiter diſtinctis perfectionibus optimè ſaluatur, quod quælibet diuina perſona ſit ſimpliciter infinitè perfecta, ergo tres realiter diſtinctæ relationes verè dicunt tres realiter diſtinctas perfectiones. Maior eſt potiſſimum fundamentum aduerſariorum, qui cum tribus realiter diſtinctis perfectionibus non ſaluari, &c. probant tum ex eo, quod poſitis tribus realiter diſtinctis perfectionibus neceſſe eſt, quod quælibet diuina perſona careat aliqua perfectione, perfectione ſcilicet relationis oppoſitæ: Non eſt autem ſimpliciter infinitè perfectum, quod caret aliqua perfectione: Tùm ex eo, quod quælibet diuina perſona non eſſet æqualis alteri, non poſſunt autém plura eſſe ſimpliciter infinitè perfecta, niſi quodlibet ſit alteri æquale, quælibet, inquam, diuina perſona non eſſet æqualis alteri, qoia tres illæ realiter diſtinctæ perfectiones eſſent, quaſi ſpecie diuerſæ, ſicuti ſunt quaſi ſpecie diuerſæ ipſæ relationes: At perfectiones ſpecie, vel quaſi ſpecie diuerſæ nequeunt eſſe ſibi æquales; ſpecies enim, vt communiter dicitur cum *Ariſtotele*, ſunt ſicuti numeri, quorum vnus nequit eſſe diuerſus ab alio, niſi ſit aut maior, aut minor alio, adeóque alij inæqualis. Alio etiam ex capite opponunt nobis Aduerſarij Perſonarum inæqualitatem, nimirum ex eo, quod Spiritus Sanctus eſſet imperfectior Patre, & filio, quia in genere relatiuo Spiritus Sanctus haberet vnicam perfectionem, ſicuti habet vnicam relationem paſſiuæ ſpirationis: Pater verò, & filius haberent ſinguli duas perfectiones, ſicuti habent ſinguli duas relationes: Pater ſcilicet paternitatem, & actiuam ſpirationem; filius filiationem, & actiuam ſpirationem. Minor primi argumenti probatur impugnando mox poſitas Aduerſariorum rationes. Quod primo loco dicebatur non eſſe infinitè perfectum, quod caret aliqua perfectione; verum eſt, ſi careat perfectione eiuſdem generis, in quo eſt infinitè perfectum, ſecus ſi careat perfectione diuerſi generis, ſeu diuerſæ lineæ. Neque dicas: Quælibet diuina perſona eſt infinitè perfecta in omni genere: Contra enim: quælibet diuina perſona eſt infinitè perfecta in omni genere abſoluto, non in omni genere relatiuo. Nec propterea eſt dabilis Perſona perfectior, quia cum relationes ſint oppoſitæ, & incompoſſibiles in eodem ſuppoſito, non eſt dabilis perſona perfecta in omni genere relatiuo, & ſibi identificans omnes relationes. Quod ſecundo loco dicebatur tres relatiuas perfectiones fore inæquales, quia forent quaſi ſpecie diuerſæ impugnatur ex eo, quod ſi diuerſitas ſpecifica infert inæqualitatem, (quod valde controuerſum eſt in creatis) ad ſummum id verificatur de diuerſitate ſpecifica orta ex prædicatis eſſentialibus, non de ea, quæ conſiſtit in prædicatis perſonalibus, cuiuſmodi eſt diuerſitas quaſi ſpecifica diuinarum relationum. Quod tertio loco dicebatur de minori perfectione Spiritus Sancti ad patrem, & filium comparati impugnatur ex eo, quod ſpiratio actiua, & Paternitas (eadem eſt ratio de ſpiratione actiua, & filiatione) ſicuti ex ſupradictis *cap.* 7. §. 2. quamvis ſint duæ relationes, non ſunt tamen duæ res, neque etiam relatiuæ, ita non ſunt duæ perfectiones, neque etiam relatiuæ: adeóque, licet in Patre ſint duæ reales relationes, vnica in Spiritu Sancto, non ſunt tamen in Patre duæ reales perfectiones relatiuæ, vnica perfectio relatiua in Spiritu Sancto.

Potiſſimum fundamentũ negandi tres diſtinctas perfectiones tribus diſtinctis relationibus.

38. Qualibet diuina Perſona eſt infinitè perfecta in omni genere abſoluto, non in omni genere relatiuo.

Non omnis diuerſitas quaſi ſpecifica dicit inæqualitatẽ.

Paternitas, & ſpiratio actiua, quãvis ſint duæ relationes non ſunt duæ perfectiones.

39. Dices ſaltem virtualiter eſſent duæ perfectiones relatiuæ in Patre, & Filio, vnica in Spiritu Sancto; & ſic ſaltem ratione perfectionum virtualiter diſtinctarum Spiritus Sanctus eſſet imperfectior Patre, & Filio. Sed contra: Vbi carentia perfectionis non reddit imperfectum, carentia plurium perfectionum præſertim virtualiter ſolum diſtinctarum non reddit imperfectius, & ſicuti diuina perſona ex eo, quod careat aliqua perfectione relatiua non eſt imperfecta; ita

Spiritus

Spiritus Sanctus ex eo, quod careat pluribus perfectionibus relatiuis (eo modo quo perfectiones ſolùm virtualiter diſtinctæ poſſunt dici plures) non eſt imperfectior. Neque dicas, ſaltem Pater, & filius habebunt plus de perfectione relatiua, quàm Spiritus Sanctus, & multò magis tota Trinitas habebit plus de perfectione relatiua, quam ſingulæ perſonæ. Contra enim: Hoc tandem nihil aliud eſt, quàm Patrem, & filium habere plures perfectiones relatiuas, quàm habeat Spiritus Sanctus, & multò magis totam Trinitatem, quàm ſingulæ perſonæ: in quo non video maius inconueniens, quàm in eo, quod dicatur Patrem, & filium, ac multo magis totam Trinitatem, habere plures realitates, plures entitates, quàm habeat Spiritus Sanctus: Item habere extenſiuè, ac relatiuè loquendo plus de entitate, plus de realitate. Quod attentè perpendendum eſt. Vix enim aliquod argumentum vrgetur contra tres perfectiones relatiuas, quod in ipſos aduerſarios contra tres res, tres realitates, tres entitates relatiuas ab iiſdem admiſſas non retorqueatur.

40. Ex dictis de multiplicatione realis perfectionis ad multiplicationem realem diuinarum relationum facile eſt iudicium ferre de aliis prædicatis: & quidem quoad realem multiplicationem bonitatis tranſcendentalis nulla prorſus eſt difficultas. Cum enim, vt etiam in huius capitis limine præmiſſum eſt, perfectio addat, non detrahat aliquid bonitati tranſcendentali, ex multiplicatione perfectionis in diuinis relationibus euincitur à fortiori multiplicatio tranſcendentalis bonitatis. Quoad reliqua prædicata, quorum multiplicatio, aut continet aliqualem nouam difficultatem, aut conducit ad pleniorem intelligentiam eorum, quæ circa aſſertam multiplicationem relatiuæ perfectionis deſiderari poſſunt, nonnullos ſpeciales titulos ſubiicio: Ideò ſit

---

§. V.

Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas vnitates, & veritates?

41. In diuinis dantur tres realiter diſtinctæ vnitates relatiuæ.

ASSERTVM: In diuinis tres realiter diſtinctæ relationes important tres realiter diſtinctas vnitates. Ita non ſolùm Auctores concedentes diuinis relationibus tres realiter diſtinctas perfectiones; verùm etiam plures ex iis, qui vnicam perfectionem admittunt: Specialiter verò Io. à S. Thoma *prima parte, quaſt 28. diſp. 13. art. 3. num. 37.* Vaſquez *diſputat. 122. cap. 7. num. 27.* Contra Richardum *in 1. diſt. 25. art. 1. quaſt. 3. ad 2.*

Probatur: In diuinis tres realiter diſtinctæ relationes important ternarium numerum, ergo important tres realiter diſtinctas vnitates. Conſequentia patet, quia vnica vnitas principium quidem numeri eſt; at non eſt numerus, & hic importat eſſentialiter plures vnitates, & ſi ſit numerus ternarius tres vnitates. Antecedens eſt veritas fidei tradita à Conciliis, & Patribus: Nam Concilium Lateranenſe *cap. firmiter, de Summa Trinitate*, ita habet: *Hæc Sancta Trinitas ſecundum communem eſſentiam indiuidua, ſecundùm proprietates Perſonales diſcreta.* Vbi per ly *Proprietates perſonales* ſecundum communem ſententiam ſignificat relationes, ly *diſcreta* ſignificat numerum: Concilium Toletanum XI. *in Confeſſione fidei* ita habet. *Hæc Sancta Trinitas, quæ vnus etiam verus eſt Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero: In relatione enim Perſonarum numerus cernitur, &c.* Concilium Rhemenſe *in Decretis. Credimus ſolùm Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum æternum eſſe: nec aliquas omninò res, ſiue relationes, ſiue proprietates, ſiue ſingularitates, vel vnitates dicantur, vel alia huiuſmodi adeſſe Deo, quæ ſint ab æterno, & non ſint Deus.* Vbi Concilium expreſsè admittit vnitates pluraliter, adeóque numerum. Ex Sanctis Patribus D. Bernardus *lib. 5. de conſideratione ante medium* ita habet: *Cum ſint tres Perſonæ quis numerum neget? nam vere tres ſunt: Quis numerat tamen, nam vere vnum ſunt,* D. Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 10. Porrò vnumquemque ex his tribus,* (ecce ternarium numerum in diuinis) *plenam atque integram hypoſtaſim habere dicimus.* D. Auguſtinus *lib. 7. de Trinitate, cap. 4. Placuit ita dici, vt diceretur aliquid cum quæreretur quid tria ſint, quæ tria eſſe fides vera pronunciat, cum, & Patrem non dicit eſſe filium, &c.* Boëtius *in lib. de Trinitate, circa finem, ſubſtantia probet vnitatem: Relatio multiplicat Trinitatem.*

De fide eſt in diuinis ad intra dari numerum.

42. Quot ſunt res, tot debent eſſe vnitates.

Confirmatur: Non poſſunt dari tres realiter diſtinctæ res, niſi dentur tres realiter diſtinctæ vnitates, ſed in diuinis tres realiter diſtinctæ relationes important tres realiter diſtinctas res, vt communiter conceditur, ergo etiam important tres realiter diſtinctas vnitates. Maior probatur tum ex tranſcendentia inter rem, & vnitatem, tum ex D. Thoma *prima parte, quæſt. 6. art. 3. ad 1.* dicente: *Oportet, quod qualibet res ſit vna per ſuam eſſentiam.* Ratio Sancti Doctoris eſt; quia vnum, ſeu vnitas importat tantum rationem indiuiſionis, quæ vnicuique rei competit ſecundùm ſuam eſſentiam. Neque dicas ibidem S. Doctorem quamvis nobis faueat quoad tres vnitates nobis tamen aduerſari quo ad tres perfectiones *ſuperiori §.* aſſertas, dum ait vnum non importare rationem perfectionis, & quamlibet rem non eſſe per ſuam eſſentiam bonam. Contra enim: Loquitur S. Doctor de bonitate tranſcendentali, & de perfectione vt à bonitate tranſcendentali contradiſtincta, dum ait quamlibet rem non eſſe per ſuam eſſentiam bonam, & vnum non importare rationem perfectionis, ideo nobis aduerſaretur ad ſummum, ſi nos probaremus tres diuinas relationes dicere tres perfectiones

nes, præciſè ex eo, quod dicant tres vnitates, & tres res.

43\. In diuinis dantur tres realiter diſtinctæ veritates tranſcendentales relatiuæ.

ASSERTVM II. In diuinis tres realiter diſtinctæ relationes important tres realiter diſtinctas veritates tranſcendentales, & in eſſendo. Tranſcendentales, inquam, & in eſſendo ad excludendas tres veritates, aut in dicendo aut in cognoſcendo; veritas enim in dicendo eſt veracitas; veritas in cognoſcendo eſt ſciētia, quod vtrumque prædicatum eſt attributū purè abſolutum non conueniens relationibus formaliſſimè acceptis. Ita Lugus *prima parte*, *lib.* 2. *diſp.* 10. *cap.* 2. *num.* 16. Arriaga *diſputation.* 49. *ſect.* 4. *num.* 18. Vaſquez *diſp.* 122. *cap.* 2. *num.* 28. Alarcon *tract.* 5. *diſp.* 5. *cap.* 5. *num.* 5. Contra Ruizium, *diſputation.* 27. *cap.* 5. Io. à S. Thoma *quæſt.* 28. *diſput.* 13. *art.* 3. *num.* 31. alioſque nun paucos, præſertim ex Thomiſtis exiſtimantibus ſe in hoc ſuſtinere mentem D. Thomæ qui *quæſt.* 1. *de veritate*, *art.* 7. ex profeſſo docet veritatem in diuinis eſſentialiter, non perſonaliter dici, vnicam eſſe, non triplicem: vt ante D. Thomam docuerat etiam D. Auguſtinus *lib.* 8. *de Trinitate*, *capit.* 1. Nihilominus ambo hi Sancti Patres, & Doctores omni exceptione maiores loquuntur ſolum de veritate primariò, & principaliter in diuinis relucente, quæ quidem eſſentialis eſt, & vnica, cum quo ſtat dari aliam veritatem ſecundariam, minus principalem, & pertinentem ad perfectionem purè extenſiuam, quæ veritas perſonalis ſit, & triplex. Sancti igitur *Auguſtinus*, & *Thomas*, immerito citantur contra noſtrum Aſſertum, quod

44\. Probatur: Veritas tranſcendentalis, & in eſſendo nihil eſt aliud, quàm quaſi paſſiua intelligibilitas ſecundum quam res poteſt attingi ab intellectu diuino, ipſique tanquam primæ regulæ veritatis quodammodo conformari, ſed in diuinis tres realiter diſtinctæ relationes important tres realiter diſtinctas intelligibilitates, ergo. Minor probatur primò quia intelligibilitas imbibitur in realitate; non poteſt autem imbibi in realitate plurificata, niſi ipſa plurificetur, in realitate triplici, niſi ipſa triplicetur, ſeu triplex ſit. Secundò quia intelligibilitas vnius relationis nō eſt intelligibilitas alterius, quod maximè verum eſt in noſtris principiis ſecundùm quæ cognitione etiam intuitiua attingi poteſt vna diuina perſona, ſeu vna diuina relatio ſine alia, & Deus ipſe vnam Perſonam in alia, vel ex alia actibus virtualiter diſtinctis poteſt cognoſcere, vt explicabatur *tract. ſuperiori*, *lib.* 2. *cap.* 4. §. 3. & *lib.* 3. *cap.* 2. §. 4.

Intelligibilitas vnius diuinæ relationis non eſt intelligibilitas alterius.

45\. Dices ad ſummum admitti poſſe in diuinis relationibus diuerſas intelligibilitates connotatiuas, ſeu quaſi alienas; & ex hoc capite poſſe aut intelligi actibus diuerſis, aut intelligi vnam ſine alia. Cæterùm intelligibilitatem propriam non poſſe poni niſi vnicam, quia intelligibilitas propria ſequitur entitatem ratione immaterialitatis, & immaterialitas, ſeu carentia potentialitatis, in tribus diuinis relationibus, & in Deo vnica eſt, ſicuti vnica eſt ratio actus puriſſimi, in qua fundatur potentialitatis carentia. Sed contra: Sicuti vna diuina relatio independenter à quolibet extrinſeco connotato non eſt alia; ita etiam independenter à quolibet extrinſeco connotato eſt intelligibilis ſine alia, & habet intelligibilitatem non ſolum connotatiuam alienam, & extrinſecam; verùm etiam propriam, & intrinſecam diſtinctam ab intelligibilitate alterius. Quod dicebatur intelligibilitatem propriam ſequi entitatem ratione immaterialitatis, plurimum habet difficultatis, vt colligi poteſt ex *dictis*, *tract. ſuperiori*, *lib.* 3. *cap.* 1. §. 5. dum probaretur intellectiuitatem non ſequi formaliter ex immaterialitate, illo tamen permiſſo intentum non euincitur, quia falſum exiſtimo non dari in diuinis relationibus tres immaterialitates relatiuas, ſeu tres rationes actus puri, cum ratio actus puri ſit in Deo quid tranſcendens, nec vllum diuinum prædicatum ſit potentia pure materialis, & paſſiua.

Etiam loquendo de intelligibilitate propria, & non cōnotatiua.

Ratio actus puri non eſt vnica in diuinis.

Ex eo, quod plurificetur in diuinis relationibus veritas tranſcendentalis, & intelligibilitas ſequitur plurificari etiam quædam alia prædicata conſequentia diuinam intelligibilitatem, cuiuſmodi ſunt viſibilitas, & incomprehenſibilitas; viſibilitas enim nihil aliud eſt, quam intelligibilitas apta terminare cognitionem intuitiuam, incomprehenſibilitas nihil eſt aliud, quam intelligibilitas maior, & perfectior quacumque virtute intellectiuâ creatâ. Diuinæ autem relationes eo modo, quo habent diſtinctas ab inuicem intelligibilitates, habent diſtinctas ab inuicem intelligibilitates aptas terminare cognitionem intuitiuam, & perfectiores quacumque virtute intellectiuâ creatâ, quod eſt habere diſtinctas ab inuicem viſibilitates, & incomprehenſibilitates. 46.

Neque etiā eſt vnica ratio viſibilitatis, & incomprehēſibilitatis.

Ex hucvſque aſſertis habes omnia prædicata ſimpliciter tranſcendentia, ſcilicet Res, ens, vnum, verum, bonum plurificari realiter in diuinis iuxta realem pluritatem diuinarum relationum, vt quoad vnitatem, & veritatem *in præſenti*, quoad bonitatem *in ſuperiori* §. ſingillatim probatum eſt. Quoad rem, & ens deducitur à pari, imò à fortiori. Et quidem quoad plurificationem rei, ſeu, quod dentur in diuinis tres res in confeſſo eſt apud omnes, & traditur expreſsè à D. Thoma *prima parte*, *quæſt.* 39. *art.* 3. *ad* 3. & *in* 1. *diſt.* 25. *art.* 4. *in C.* Quoad plurificationem entis, ſeu quod dentur in diuinis tria entia, negant nonnulli, imò ipſemet D. Thomas *art.* 4. *mox cit.* eo, quod ens dicatur ab eſſe, quod vnum eſt, & ſimpliciter abſolutum in diuinis. Nihilominus loquendo de ente tranſcendentaliter ſumpto negari non poteſt, & quamvis ens dicatur ab eſſe, tamen dum tranſcendentaliter ſumitur ſignificat quamcumque entitatem, non ſolum eſſe. Accedit, quod ex infra dicendis §. 7. dantur in diuinis etiam tria eſſe, ſeu tres exiſtentiæ relatiuæ, & per conſequens ſiue ens ſumatur tranſcendentaliter, vt ſignificat 47.

Dantur in diuinis tres res.

In diuinis dantur tria entia.

nificat realitatem; ſiue participialiter, vt ſignificat eſſe, admittenda ſunt in diuinis tria entia, præſertim addendo (vt omnis ſcandali ſuſpicio amoueatur) relatiua. Nec Sanctus Doctor loquitur de entibus relatiuis, dum renuit ponere in diuinis tria entia: Quæ ſine ſcandalo eſſe admittenda docent in terminis Canatienſis *quæſtion.* 39. *art.* 3. Marchinus *quæſt.* 29. *diſp.* 21. *ad finem*: Lugus *lib.* 2. *diſputation.* 10. *capit.* 2. *numer.* 14. Suar. *libr.* 3. *de Trinitate*, *capite* 11. *&c.*

48. Explicatâ pluſificatione prædicatorum ſimpliciter tranſcendentium, & aliquorum etiam non ſimpliciter tranſcendentium, vt viſibilitatis, incomprehenſibilitatis, perfectionis, ſuperſunt vlterius examinanda nonnulla ex non ſimpliciter tranſcendentibus, maximè verò infinitas, & exiſtentia, & ex iis facilè apparebit quid ſentiendum de immenſitate, æternitate, &c. Ideò ſit

§. VI.

Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas infinitates?

49. In diuinis dantur tres realiter diſtinctæ infinitates relatiuæ.

ASSERTVM: Tres realiter diſtinctæ relationes important tres realiter diſtinctas infinitates relatiuas, & extenſiuas. Ita communiter Auctores aſtruentes in diuinis relationibus tres realiter diſtinctas perfectiones relatiuas contra Aſſertores, aut vnius tantùm, aut nullius perfectionis relatiuæ: & inſuper contra Herinex *diſp.* 1. *q.* 6. *n.* 48. alióſque nonnullos, præſertim ex Scotiſtis, qui poſt admiſſas tres perfectiones relatiuas dicunt huiuſmodi perfectiones à finito, & infinito præſcindere, nec poſſum abſolutè inficiari, quin hnic dicendi modo faueat plurimum Scotus *quodlib.* 5. *circa finem*, quamvis, ſi attentiùs legatur, appareat ipſum loqui de perfectione aut poſitiuè finita, aut in omni genere infinita dum ponit perfectionem relatiuam, nec finitam eſſe, nec infinitam. Cæterum de perfectione infinita in aliquo determinato genere, qualem nos intendimus eſſe perfectionem relatiuam, *Scotus* expreſsè non loquitur.

50. Infinitas in Deo tripliciter ſumitur.

Probatur aſſertum recolendo ex *tract. ſuperiori*, *lib.* 1. *capit.* 5. §. 5. triplicem eſſe infinitatem in Deo, aliam quodammodo vniuerſalem in omni genere entis, aliam ſpecialem in determinato genere, aliam ſpecialiſſimam in linea formaliſſima eſſentiæ. Prima infinitas ex omnibus diuinis perfectionibus conſurgit, Secunda per omnes diuinas perfectiones vagatur. Tertia conſtituit particulare attributum. De ſecunda aſſertum procedit, & ſic probatur: Quodlibet diuinum attributum dicit perfectionem infinitam in proprio genere, & ſicuti di-

ſtinguuntur ab inuicem virtualiter attributa; ita diſtinguuntur ab inuicem virtualiter tot infinitates attributales, quot attributa; ergo etiam quælibet diuina relatio dicit perfectionem in proprio genere, ideſt extenſiuè, & relatiuè infinitam: & ſicuti diſtinguuntur ab inuicem realiter tres relationes; ita debent diſtingui ab inuicem realiter tres infinitates extenſiuæ, & relatiuæ. Antecedens ſupponitur: Conſequentia procedit à pari, ſuppoſito, quod iuxta ſupradicta quælibet diuina relatio dicat in proprio genere perfectionem. Confirmatur: Neceſſe eſt quamlibet diuinam perfectionem dicere in proprio genere infinitatem, ergo non poſſunt poni tres realiter diſtinctæ perfectiones relatiuæ, & extenſiuæ, quin eodem modo ponantur tres infinitates. Probatur antecedens: Nulla diuina perfectio poteſt aut dicere in proprio genere finitatem aut præſcindere à finitate, & infinitate. Quod non poſſit dicere in proprio genere finitatem per ſe patet; quod non poſſit præſcindere, &c. probatur, quia in prædicato diuino hoc ipſum præſcindere ab infinitate eſt imperfectio, vt proportionaliter colligi poteſt ex *ſupradictis* §. 1. *in* 4. *aſſerti probatione*, ergo neceſſe eſt quamlibet diuinam perfectionem dicere in proprio genere infinitatem, & tres perfectiones relatiuas extenſiuas dicere tres relatiuas extenſiuas infinitates.

Nulla diuina perfectio poteſt præſcindere à finito, & infinito.

Recantant hic aduerſarij tanquam magnum inconueniens, cogi nos admittere aliquam infinitatem in vna diuina perſona, quæ non reperiatur in alia; ſed in hoc non eſt maius inconueniens, quàm in eo, quod admittatur aliqua perfectio in vna perſona, quæ non reperiatur in alia, pro quo recolantur *ſupradicta*. §. 4. *in* 4. *probatione aſſerti*. 51.

§. VII.

Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas exiſtentias?

ASSERTVM: In diuinis tres realiter diſtinctæ relationes important tres realiter diſtinctas exiſtentias aut ſaltem actualitates. Ita Scotus *in* 1. *diſt.* 11. *quæſtion.* 2. §. *ad rationes*, *quodlib.* 4. §. *ad argumentum principale*, Suarez *de Incar. diſputation.* 11. *ſection.* 2. *de Trinitate*, *lib.* 3. *cap.* 5. Herinex *diſput.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 61. Lugus *lib.* 2. *diſputation.* 10. *cap.* 2. *num.* 14. Arriaga *diſp.* 49. *ſect.* 2. Aneſſa *quæſtion.* 30. *ſection.* 3. & alij plures contra Caietanum *prima parte*, *quæſt.* 28. *art.* 2. Ioan. à S. Thoma *quæſtion.* 28. *diſputation.* 13. *artic.* 3. *numer.* 20. Vaſquium *diſputation.* 126. *cap.* 2. Marchinum *diſputat.* 17. & alij plures præſertim ex Thomiſtis, qui ſicuti in creatis vnicâ exiſtentiâ formæ faciunt 52.

52. In diuinis dantur tres realiter diſtinctæ exiſtentiæ relatiuæ.

ceptæ diſtinguuntur in ſuo conceptu formali adæquatè ab eſſentia ex ſæpius dictis, adeóque diſtinguuntur etiam ab actualitate eſſentiæ, ergo non exiſtunt per actualitatem eſſentiæ, nec dici poteſt relationes ſolùm, vt præcedentes ab exiſtentia diſtingui adæquatè ab eſſentia in ſuo conceptu formali, dici inquam hoc non poteſt, quia relationes ſecundùm formaliſſimam rationem relationis, & ſecundùm conceptum formalem ſecundùm quem adæquatè ab eſſentia diſtinguuntur perſonas conſtituunt, non ſolùm in actu ſignato; verùm etiam in actu exercito, & exiſtentiali: at ſecundùm eam rationem, ſecundùm quam relationes conſtituunt perſonas in actu exercito, & exiſtentiali neceſse eſt, quod exiſtant, ergo. Probatur idem antecedens ſecundò in particulari quoad relationes productas filiationis, & paſſiuæ ſpirationis, quas æquè, ac paternitatem Aduerſarij volunt exiſtere per exiſtentiam eſſentiæ. Probatur autem ſic: Relatio filiationis v. g. formaliter accepta producitur, ergo etiam producitur ipſius actualitas, ſeu actualitas, qua exiſtit, ſed non producitur actualitas abſoluta eſſentiæ, ergo relatio filiationis formaliter accepta non exiſtit per actualitatem abſolutam eſſentiæ. Antecedens, & minor ſubſumpta pateat ex propoſitione illa omnium ore pertritâ: relatio producitur: eſſentia non producitur, intelligendo nomine eſſentiæ quidquid abſolutum eſt, quidquid à relatione formaliter acceptâ contradiſtinguitur. Prima conſequentia probatur: Quidquid producitur, producitur ſecundùm actualitatem nam produci eſt poni in actu, adeóque actualitas eſt formalis terminus productionis, ergo ſi filiatio producitur vtique producitur ipſius actualitas.

Productio terminatur ad actualitatem rei.

57. Dices ex Vaſquio *prima parte, diſput.* 126. *cap.* 3. *numero* 14. ſi hoc argumentum alicuius momenti eſſet, eodem modo probaret in perſona procedente nouam naturam, & eſſentiam produci. Nam ſi productio ad exiſtentiam productam terminatur, ad eſſentiam quoque productam terminari debet. Cæterùm ſicuti in diuinis dicimus eſſe aliud genus productionis, quo ſcilicet non natura, & eſſentia producitur, ſed eadem eſſentia perſonæ producentis perſonæ productæ communicatur, idem etiam de exiſtentia, & eſſe, quod idem prorsùs ſunt, dici debet: nempè productionem diuinæ perſonæ eſſe quidem productionem perſonæ diſtinctæ à producente, ſed per eam communicari perſonæ productæ idem eſſe, eandem exiſtentiam, & eandem naturam. Tota hæc inſtantia

58. continet ipſiſſima Vaſquij verba. Sed contra: intelligendo nomine eſſentiæ quiditatem nullatenùs vereor admittere in productione diuinæ perſonæ, ſeu relationis produci ſimul cum nouâ, ſeu diſtinctâ actualitate nouam, diſtinctamque eſsentiam; intelligendo nomine eſsentiæ naturam rectè ait Vaſquez in diuinis aliud eſse genus productionis, quo ſcilicèt nec naturæ exiſtentia

Aliqualiter dici poteſt in diuinis produci eſſentiã cum exiſtentia.

producatur, ſed vtraque communicetur. At adhuc tenetur aſſignare quid ſit illud, quod formaliter terminet productionem, quod formaliter producitur: hoc nos dicimus eſse quidditatem actualem, ſeu quiditatem, & actualitatem relationis; ipſe contendit eſse ſolam communicationem exiſtentiæ eſsentialis, & abſolutæ, ſicque ponit ipſam communicationem pro termino formali productionis, quod mihi eſt imperceptibile: & licèt iuxta *ſupradicta cap.* 3. *§.* 8. *dub.* 2. rectè percipiam, quod productio filiationis ſit ſimul per ſe ipſam communicatio eſsentiæ, nequeo tamen percipere, quod productio filiationis ſit præciſè communicatio eſsentiæ: nam præterquam quod hoc eſset nomine tenùs concedere in diuinis productionem, inexplicabile eſt, quod filiationi fiat communicatio, & non ſupponatur aliundè actualis, & actu exiſtens ipſa filiatio.

Relatio diuina nõ poteſt produci per hoc præciſè quod ei communicetur exiſtentia eſſentiæ.

Probatur tertiò: Relationes diuinæ formaliter acceptæ neceſsariò exiſtunt exiſtentiâ relatiuâ, & ergo tres diuinæ relationes important tres realiter diſtinctas exiſtentias. Conſequentia patet, quia ſolùm abſoluta in diuinis ſunt communia, adeóque exiſtentia vnius relationis, ſi relatiua eſt, nequit eſse communis aliis relationibus, ſed debet cuilibet relationi propria exiſtentia, ſeu actualitas reſpondere. Antecedens probatur: Relationes diuinæ formaliter acceptæ neceſsariò exiſtunt exiſtentiâ increatâ, ergo etiam neceſsariò exiſtunt exiſtentiâ relatiuâ. Probatur hæc conſequentia, æquè repugnat diuinis perſonis, eſse entitates abſolutas, ac repugnet eſse entitates creatas; ſed, vt contra nos arguit Io. à S. Thoma *quæſtione* 28. *diſputatione* 13. *articul.* 3. *numero* 25. diuinæ perſonæ eſsent entitates creatæ, ſi diuinæ relationes exiſterent exiſtentiâ creatâ, ergo eſsent entitates abſolutæ, ſi diuinæ relationes exiſterent exiſtentiâ abſolutâ; & ſicuti, vt perſonæ diuinæ ſint increatæ, neceſse eſt relationibus concedere exiſtentiam increatam; ita, vt ſint relatiuæ, neceſse eſt relationibus concedere exiſtentiam relatiuam. 59.

Perſonæ diuinæ eſſent entitates abſolutæ ſi relationes exiſterent exiſtentia eſſentiæ.

Dices ex Io. à S. Thoma *loco præcitato, numero* 26. Exiſtentiam diuinarum relationum poſse dici relatiuam entitatiuè, quatenùs conuenit relationi ſecundùm *in*, & ſecundùm entitatem, ſecundùm quam relatio eſt in ſubiecto: at non poſse dici relatiuam oppoſitiuè, quatenùs conuenit relationi ſecundùm *ad*, & ſecundùm oppoſitionem, ſecundùm quam relatio opponitur, & diſtinguitur ab alia relatione. Ideò poſse relationes exiſtere exiſtentiâ abſolutâ, quia *in* diuinarum relationum eſt ratio abſoluta: non poſse verò exiſtere exiſtentiâ creatâ, quia diuinæ relationes etiam ſecundùm *in* ſunt increatæ. Imò ex eo, quod diuinæ relationes debeant exiſtere exiſtentiâ increatâ infertur ipſas non poſſe exiſtere exiſtentiis oppoſitiuè relati- 60.

uis, quæ ad ipſarum relationum pluralitatem plorificentur : ponere enim in diuinis tres exiſtentes increatas eſſet directe contra illa verba Syioboli Athanaſij : *Non tres increati, nec tres immenſi, ſed vnus increatus, &c.*

61\. Actualitas non conuenit diuinis relationibus ſolum ſecundum rationē in.

Sed contra falſum eſt exiſtentiam, ſeu actualitatem conuenire diuinis relationibus ſolum ſecundum *in* : Falſum eſt item *in* diuinarum relationum eſſe rationem abſolutam. Falſum eſt primum quia diuinæ relationes non diſtinguerent Perſonas actualiter, & ſecundùm aliquod actuale, nec inter ſe actualiter, & ſecuodum aliquid actuale opponerentur, ſi actualitas conueniret relationibus ſolùm ſecundũ *in*. Falſum eſt ſecundũ, quia ex *ſupradictis cap. 6. §. 5. in tertia probat. aſſert. 2.* In proprium diuinarum relationum eſt *in* relatiuum, ſeu eſt relatio relatiua, non abſoluta. Relationes igitur diuinæ formaliſſimè acceptæ non poſſunt dicere rationem aliquam abſolutam, ſicuti non poſſunt dicere rationem aliquam creatam, & neceſſariò eſt ipſis concedenda actualitas relatiua,

Ratio increati multipliciter accipitur.

ſicuti eſt concedenda actualitas increata. Ad illud, quod addebatur in oppoſitum : Dico rationem increati ſumi poſſe multipliciter. Primò prout negat omne eſſe ab alio etiam virtualiter, quomodo ratio increati cum aſeitate ſimpliciter coincidit, & eſt formaliſſima eſſentia Dei. Secundò prout negat eſſe ab alio per realem productionem, aut paſſiuam communicationem, quomodo ratio increati coincidit cum ratione ingeniti, ſeu cum inoaſcibilitate, & eſt ratio propria Patris. Tertiò prout negat eſſe ab alio habente diſtinctam realiter naturam, & exercente veram cauſalitatem, quomodo ratio increati coincidit cum aſeitate ſecundùm quid, & tranſcendit omnia diuina prædicata. De ratione increati primo, vel ſecundo modo accepta certum eſt in diuinis vnicam eſſe : De ratione increati tertio modo accepta, ſecũdùm quod dicitur increata exiſtentia diuinarum relationum dico, vel ſermonem eſſe de ratione increati abſoluta, vel de ratione iocreati relatiua : Ratio iocreati abſoluta vnica eſt, & de hac procedit illud Symboli. *Non tres increati, ſed vnus increatus* :

Ratio increati abſoluta vnica eſt in diuinis, non ſic ratio increati relatiua.

Ratio increati relatiua plurificatur ad pluralitatem relationum : Neque eſt contra Symbolum ponere tres increatas relatiuè, quamvis ſimpliciter, & ſine addito ponere tres increatos, vel tria entia increata malè ſonet ; quia in diuinis ratio increati ſimpliciter, & ſine addito vſurpata ſupponit pro ratione increati principaliori, & primaria ; eſſentiali ſcilicet, & abſoluta.

62\. Actualitas tranſcendit omnia diuina prædicata.

Ex his habes tum actualitatem, tum rationem increati tertio modo acceptam, omnia diuina prædicata tranſcendere, & omnibus diuinis prædicatis tum propriam rationem increati, tum propriam actualitatem conuenire. Non poteſt tamen dici dari in diuinis plures, quam tres actualitates, quia nõ faciunt numerum niſi ea, quæ ſunt diſtincta realiter. Sicuti autem in diuinis ſolum tres relationes ſunt diſtinctæ realiter, ita etiam ſunt diſtinctæ realiter tres ſolum actualitates, & quarta relatio licet importet etiam ipſa ſuam actualitatem relatiuam, non dantur tamen quatuor actualitates relatiuæ, quia actualitas quartæ relationis virtualiter ſolùm, non realiter actualiter diſtinguitur ab aliis actualitatibus. Attributa item licet importent ſuas actualitates attributales, nullum faciunt actualitatum numerum, quia non importent virtualitates aut ab inuicem ; aut ab actualitatibus relatiui realiter actualiter diſtinctas.

---

§. VIII.

Vtrùm tres realiter diſtinctæ relationes importent tres realiter diſtinctas æternitates, & Immenſitates?

63\. In diuinis dantur in aliquo legitimo ſenſu tres realiter diſtinctæ æternitates, & immenſitates.

ASSERTVM : Tres realiter diſtinctæ relationes importent in aliquo legitimo ſenſu tres realiter diſtinctas æternitates, & immenſitates, aut ſaltem tres durationes interminatas, & tres vbiquitates, ſeu omnipræſentias. Ita Arriaga *prima parte, diſp. 49. ſect. 2.* Lugus *lib. 2. diſp. 10. cap. 1. num. 15.* Auerſa *quaſt. 30. ſection. 4. §. reſolutio ergo noſtra.* Contra eos omnes, qui negant in diuinis tres realiter diſtinctas actualitates, & nonnullos etiam ex iis, qui tres realiter diſtinctas actualitates admittunt.

64\. Dixi in aliquo legitimo ſenſu, &c. Enimverò æternitas, & immenſitas communiter vſurpantur ad ſignificandum aliquid amplius, quam durationem, & præſentialitatem illimitatam ; nam æternitas vltra durationem illimitatam importat poſſeſſionem vitæ perfectiſſimæ, immenſitas vltra illimitatam præſentialitatem importat extenſiuam quandam ſubſtantiæ infinitatem, & conſiſtit potiùs in radice omnipræſentiæ, quam in ipsâ omnipræſentiâ, vt ex profeſſo tradebatur *tract. ſuperiori, lib. 1. cap. 8. & 9.*

Æternitatis, & immenſitatis duplex acceptio.

In hoc ſenſu æternitas, & immenſitas ſunt attributa diuinæ eſſentiæ, ſunt prædicata diuina omnino abſoluta ; nec plurificantur realiter ad realem pluralitatem relationum. Nihilominus, quia in ampliori, & minus propria ſignificatione tribuitur nomen æternitatis cuicumque illimitatæ durationi, & nomen immenſitatis cuicumque illimitatæ præſentiæ, bene intellectis terminis poſſunt in aliquo legitimo ſenſu aſtrui in diuinis tres relatiuæ æternitates, & tres relatiuæ immenſitates : tutius tamen erit, & conformius modo loquendi Sanctorum Patrum, ſi ab his nominibus abſtinendo plurificentur in diuinis durationes, & præſentialitates illimitatæ. Sic explicatum aſſertum

65\. Probatur : Duratio interminata, & illimitata præſentialitas, ſeu vbiquitas nihil eſt

eſt aliud, quàm exiſtentia rei in quolibet ſpatio temporis, & in quolibet ſpatio loci; ſed tres realiter diſtinctæ relationes in diuinia important tres realiter diſtinctas exiſtentias, *vt ſuperiori* §. probatum eſt, important inſuper ipſas correſpondentes cuilibet ſpatio temporis, & cuilibet ſpatio loci, ergo. Minor probatur: exiſtentiæ, quas important diuinæ relationes etiam formaliter acceptæ, ſont exiſtentiæ infinitæ, ſed eſt de ratione exiſtentiæ infinitæ correſpondere cuilibet ſpatio tum temporis, tum loci, nam maior, vel minor duratio; maior vel minor præſentia ſunt maior, vel minor perfectio exiſtentiæ, adeóque perfectio exiſtentiæ infinitæ poſtular durationem illimiratam, & omnipræſentiam, ſeu correſpondentiam cuilibet ſpatio tum temporis, tum loci.

66. Relationes diuinæ per ſe ipſas præciſè ſunt ſèper, & vbique.

Confirmatur relationes diuinæ per ſe ipſas præciſè ſunt in aliquo ſpatio temporis, & loci, ergo per ſe ipſas præciſè ſunt in omni ſpatio &c. adeóque per ſe ipſas præciſè habent durationem, & præſentialitatem illimitatam; ſed illud, quod habent diuinæ relationes per ſe ipſas præciſè, & vt diſtinctæ ab omni abſoluto, plurificatur ad pluralitatem ipſarum, ergo. Anteeedens probatur: Relationes diuinæ per ſe ipſas præciſè ſunt exiſtentes, ſed quidquid exiſtit eſt in aliquo ſpatio temporis, & loci; repugnat enim rem exiſtentem nunquizari aut nullibizari, ſeu exiſtere numquam, aut nullibi, ergo.

Res exiſtens nequit nunquizari, aut nullibizari.

Probatur etiam prima conſequentia confirmationis: repugnat diuinis relationibus eſſe in vno loco, & tempore, potiùs, quàm in alio, hoc enim proprium eſt rei finitæ, & limitatæ, ergo eo ipſo, quod debent in aliquo tempore, & loco eſſe; debent eſſe in omni, tum tempore, tum loco: & eo ipſo, quod nequeunt aut numqnam, aut nullibi eſſe, neceſſe eſt quod ſemper, & vbique ſint.

67. Repetunt hîc contra nos Aduerſarij ſuper allatam auctoritatem ex Symbolo Athanaſij: *Immenſus Pater, immenſus Filius &c. Æternus Pater, æternus Filius, & tamen non tres æterni, ſed vnus æternus, ſicut non tres increati, nec tres immenſi &c.* Nihilominùs hæc verba nos nnn terrent, nam præterquam quod nos aſſerimus tres durationes, & præſentias illimitatas potiùs, quàm tres æternitates, & immenſitates, loquitur *Athanaſius* de æternitate, & immenſitate, vt ſunt prædicata abſoluta: vt colligitur ex eo, quod ſubdat alia exempla in prædicatis purè abſolutis, ſubdit ſcilicet: *Omnipotens Pater, omnipotens Filius &c. & tamen non tres omnipotentes &c. Ita Deus Pater, Deus Filius &c. & tamen non tres dij.* Ponendo igitur tres æternitates, & immenſitates relatiuas, tres æternos, & tres immenſos relatiuè *Athanaſij* verbis non contradicimus. Eadem de cauſa non contradicimus Auguſtino *lib. 3. de Trinitate, cap. 10.* dicenti: *Sicut non dicimus tres eſſentias, ſi nec tres magnitudines &c. nec magnos tres dicimus, ſed vnum magnum &c. Hoc de bonitate, & de æternitate, & de omnipotentia Dei dictum ſit:* Loquitur ſcilicet *Auguſtinus* de magnitudine, bonitate æternitate, vt ſunt prædicata abſoluta. Idem iudicium de alia Sanctis Patribus faciendum. Propterea nulla auctoritas poſitiua nos viget: vrgemur potiùs auctoritate negatiuâ, quatenùs apud Sanctos Patres, & Concilia, numquam recenſentur aut tres relatiuæ perfectiones, aut tres relatiuæ exiſtentiæ, aut tres relatiuæ æternitates &c. & licèt exiſtentiarum pluralitatem in diuinis poſitiuè expreſſerit Richardus à S. Victore *lib. 4. de Trinitate, cap. 15.* tamen nobia non fauet, quia hic Auctor exiſtentiæ nomen ad ſignificandam ſubſiſtentiam, non ad ſignificandam actualitatem vſurpauit, vt rectè oſtendit Marchinus *diſputat. 17. de Trinitate.* Vrgemur igitur aliqualiter auctoritate negatiuâ at non conuincimur, quia licèt quandoque ſpeciem præferat temeritatis loqui in re graui ſine auctoritate poſitiuâ, & contra auctoritatem negatiuam Conciliorum, & Patrum, id tamen verificatur quando gratis omninò, & purè voluntariè ab auctoritate negatiua receditur. Cæterùm quando, & plurium Theologorum ſuffragia, & efficacium rationum pondera ad recedendum propellunt, vt euenit in præſenti, auctoritas negatiua, quæ ex genere ſuo parum efficax eſt, euadit prorsùs inefficax & ab ipſa ſine alicuius etiam leuiſſimæ notæ ſuſpicione receditur. Non negauerim tamen in obſequium huius auctoritatis negatiuæ, & communis modi loquendi Conciliorum, & Patrum, ſingulariter ſemper, non pluraliter vſurpanpantium nomina perfectionis, bonitatis, infinitatis, exiſtentiæ &c. ſolùm cum addito relatiuitatem exprimente eſſe huiuſmodi nomina pluraliter vſurpanda, vt tali addito temperetur ſonus propoſitionum, quæ abſolutè prolatæ viderentur reſonare aliquid Sanctis Patribus diſſonum, & piis auribus moleſtum.

Ab auctoritate negatiua quandonam poſſit recedi ſine vlla nota etiam leuiſſima.

68. Tres diuinorum prædicatorum claſſes.

Ex dictis habes dari in diuinis aliqua prædicata purè abſoluta, huiuſmodi ſunt natura, intellectus, voluntas, omnipotentia, ſapientia, & ſimilia: aliqua purè relatiua, huiuſmodi ſunt relatio, proprietas, incommunicabilitas, & ſimilia; aliqua partim abſoluta, partim relatiua huiuſmodi ſunt omnia prædicata aut tranſcendentia ſimpliciter, vt vnum verum, bonum &c. aut tranſcendentia ſecundùm quid, vt ratio perfectionis, infinitatis, incomprehenſibilitatis, exiſtentiæ, vbiquitatis &c. Prædicata primi generis nullatenùs plurificantur, nec poſſunt dici, niſi ſingulariter: Prædicata ſecundi generis ſimpliciter plurificantur nec poſſunt dici, niſi pluraliter dum vſurpantur ſub aliquo nomine communi, nam aliqua ſpecialis relatio, puta filiatio, vtique poteſt, & debet

ſingulariter dici. Prædicata tertij generis quatenus abſoluta ſequuntur conditionem prædicatorum abſolutorum : quatenus relatiua, relatiuorum : quatenus ſcilicet abſoluta, non plurificantur ; plurificantur verò, quatenus relatiua. Perfectio abſoluta eſt vnica, perfectiones relatiuæ ſunt tres : Exiſtentia abſoluta eſt vnica, exiſtentiæ relatiuæ ſunt tres, &c. Neque dicas etiam ratio diuini eſt prædicatum tranſcendens, ergo etiam diuinitas plurificatur, & rectè dicitur ſunt tres diuinitates relatiuæ. Contra enim, diuinitatis nomen ſolum vſurpatur ad ſignificandam deitatem, ſeu naturam Dei, ideò non ſunt dicendæ tres diuinitates relatiuæ, dici tamen poſſunt tria diuina relatiua, & dici poſſent tres diuinitates relatiuæ, ſi hoc nomen diuinitas ſumi poſſet ad ſignificandam puram rationem prædicati diuini.

Cur non poſſint dici tres diuinitates relatiuæ bene tamen tria diuina relatiua.

69\.

Plura diuina prædicata diuidenda ſunt in abſoluta, & relatiua.

Habes : Inſuper eo modo, quo *ſupra ad calcem* §. 1. dictum eſt, perfectionem diuinam diuidendam eſſe in abſolutam, & relatiuam diuidenda pariter eſſe in abſoluta, & relatiua plura alia diuina prædicata, nimirum vnitatem, veritatem, infinitatem, exiſtentiam ; vnico verbo ea omnia, quæ ex mox dictis ſunt partim abſoluta, partim relatiua ;

70\.

Nullum diuinum attributum plurificatur ad pluralitatem relationum.

Habes tandem nullum attributum plurificari realiter ad pluralitatem realem diuinarum relationum, quia quodlibet attributum, ſicuti eſt quaſi proprietas eſſentiæ, ita eſt prædicatum abſolutum, & eſſentiale. Item quia quodlibet attributum ſicuti eſt proprietas in ſuo conceptu formali adæquatè diſtincta à cæteris ; ita non vagatur per cætera diuina prædicata, nec ipſa vllo modo tranſcendit, vt præindicata *tract. ſuperiori, lib.* 1. *c.* 3. §. 1. Nec refert, quod aſſeruerim plurificari vnitatem, bonitatem, infinitatem, & ſimilia, quæ ſolent inter attributa recenſeri, Non refert, inquam, quia vnitas, bonitas, infinitas, &c. quæ inter attributa recenſentur, diuerſa ſunt ab iis, quæ plurificauimus ; quatenus ſcilicet inter attributa recenſentur, ſunt perfectiones ſpeciales, non tranſcendentes, & pure abſolutæ : quatenus plurificantur ſunt perfectiones communes omnibus diuinis prædicatis, tranſcendentes, & indifferenter, ſeu permiſſiuè ſe habentes ad abſolutum, & relatiuum. Sic v. g infinitas attributalis, & infinitas, quæ plurificatur in relationibus ſunt duæ virtualiter diſtinctæ infinitates, nec iſta dicenda eſt attributum : in quo obiter diſplicet Arriaga *diſp.* 49. *ſect.* 2. *num.* 9. dum in reſponſione ad primam obiectionem, ait attributum diuinum præſcindere ab eo, quod ſit relatiuum vel eſſentiale ; multiplicetur, vel non impugnans ex hoc capite *Suarium* docentem æternitatem in diuinis non multiplicari, quia eſt attributum, multiplicari verò durationem æternam, quæ attributum non eſt. Diſplicet, inquam, quia abutitur *Arriaga* nomine attributi, dum illud facit commune prædicatis relatiuis, & cum, vt idem Auctor rectè concedit ibidem in reſponſione ad ſecundam obiectionem omnia prædicata formaliter relatiua, ad pluralitatem relationum realiter plurificata ſint oppoſita, ſequeretur inter ipſamet diuina attributa dari oppoſitionem, quod inauditum eſt. Dixi *Arriagam* rectè concedere prædicata formaliter relatiua in diuinis eſſe oppoſita ; puta exiſtentiam relatiuam Patris eſſe oppoſitam exiſtentiæ relatiuæ filij, & ratio eſt, quia licet in diuinis ſola relatio ſit oppoſitio, quidquid tamen eſt in ſuo conceptu formali relatiuum eſt in ſuo conceptu formali oppoſitum, & eadem relatio ſicuti plura prædicata reddit formaliter relatiua, ita etiam plura prædicata reddit formaliter oppoſita. Hinc ſi dicatur exiſtentia Patris non opponitur exiſtentiæ filij, ergo non diſtinguitur realiter ab exiſtentia filij : Verum eſt tum antecedens, tum conſequens de exiſtentiâ abſolutâ, falſum vtrumque de exiſtentiâ relatiuâ : & ſicuti exiſtentia ex genere ſuo præſcindit ab eo, quod ſit abſoluta, vel relatiua ; ita præſcindit ab eo, quod ſit eadem ; vel diſtincta realiter, vt in diuinis Perſonis reperitur.

Infinitas attributalis, & infinitas relatiua ſunt duæ virtualiter diſtinctæ infinitates.

In diuinis omnia prædicata formaliter relatiua ſunt oppoſita.

Supereſſet hic diſcutienda multiplicatio ſubſiſtentiarum, niſi hæc difficultas opportuniorem ſedem haberet libro ſequenti, in quo ex profeſſo agitabitur *capite primo*, §. 8.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

DE PERSONIS DIVINIS in communi, & in particulari.

GAVDET Deus impare numero perſonarum, & ſine detrimento omnimodæ paritatis exhibet imparitatis prærogatiuam: Decuerat ſcilicet paritas cum imparitate componi; vbi componitur cum identitate diſtinctio, cum incommunicabilitate communicatio, cum vnitate numerus: Vbi numerus vnitatem non deſerens ſe præbet numerabilem, omnemque multiplicitatem ſuperat vnico ternario: Vbi Ternarius omnibus numeris abſolutam perfectionem abſorbet, qualibet ſui parte ſe totum adæquat, quodlibet aliud totum excedit. Hinc iam conijcio, cur è Pythagorico, & Peripatetico Lyceo eruperint vulgata illa proloquia: *Omnia ter vnum: Ternario numero omnia comprehenduntur: Monas per ternarium omnia perficit.* Cur occulto naturæ inſtinctu ternarius numerus tanquam cæteris omnibus Auguſtior, atque Sacratior apud quamlibet ferè nationem, & in ſacrificiis adhiberi, & neſcio qua veneratione coli conſueuerit. Gerit ſcilicet hic numerus Symbolum perfectionis, Veſtigium diuinitatis, characterem illius Auguſtiſſimæ Triadis, quam in vnitate venerari ſumma Religio eſt. Placent hic, licèt terreant, verba Auguſtini 5. *de Trinitate, cap. 9. Cum quæritur quid tres? Magnâ prorsùs inopiâ humanum laborat eloquium, dictum eſt tamen tres perſonæ non vt illud diceretur, ſed vt non taceretur* Non tacendi igitur neceſſitate potius, quàm dicendi aut cupiditate, aut facultate ſub huiuſce libri titulo aggredimur explicare diuinarum perſonarum ternarium, in quo poſt expedita, quæ diuinis perſonis communia ſunt, pergemus ad ea, quæ ſingulis perſonis ſunt propria.

Ternarij numeri perfectio, & dignitas.

CAPVT PRIMVM.

De Perſonis diuinis in communi.

1\. ROMANI, ſeu Latini, multóque magis Theologici ſermonis, ſe imperitum oſtendit Laurentius Valla *lib. 6. Elegantiarum, c.35.* dum de Boëtio volente nomine perſonæ ſubſtantiam ſignificari ait: *Huic homini Romano oſtendam Romanè loqui neſcire.* Deterius eſt, quod ſubdit: *Perſona namque non eſt in Deo magis quàm in Bruto.* Item quod ponit circa finem capitis. *Tales qualitates ſtatuo in Deo, & has dico eſſe perſonas, quæ ab eo abeſſe non poſſunt, & qualitatem ſignificare, non ſubſtantiam, vt* Boëtius *voluit, qui nos barbare loqui docuit.* Sic errandi occaſionem imprudenter ſumpſit *Valla* ex etymologia huius nominis perſona, quod deriuatum eſt à perſonando: perſonare autem ſignificat accidentale quid aſſumere, ſeu induere laruam ad aliquem repræſentandum. Vnde ex grammaticali deceptione irrepſit error in Theologia grauiſſimus, cui vitando egregiè conſuluit Sanctus Doctor *in 1. diſt. 23. quæſt. 1. art 2. ad 1.* vbi habet quod *in ſignificatione nominis duo ſunt conſideranda, ſcilicet id à quo imponitur nomen ad ſignificandum, & id ad quod ſignificandum imponitur: contingit autem quandoque, quod ſubſtantia alicuius rei nominatur ab aliquo accidente &c. & ideò iudicium de nomine non debet eſſe ſecundùm hoc, à quo imponitur, ſed ſecundùm id, ad quod ſignificandum inſtituitur. Vnde quamvis nomen perſonæ ſit impoſitum à dicta repræſentatione, tamen eſt impoſitum ad ſignificandum ſubſtantiam completam in natura intellectuali ſubſiſtentem.* Hoc idem tradit S. Doctor *prima parte, quæſt. 29. artic. 3. ad 2.* item *præcitata diſtinct. 23. quæſt. 1. art. 1. in fine, corp* & hoc loco ſpecialiter innuit, cur verbum perſonare, à quo deriuatur perſona, etymologiam ducat à repræſentare, ſeu laruam ad repræſentandum induere: habet enim. *Et ex hoc etiam dicitur proſopon in Græco à pro*

In ſignificatione alicuius nominis duo ſunt cõſideranda.

Perſonare cur dicatur à repræſentare.

quod

Perſona idē eſt quod Hypoſtaſis, non idem quod vſia.

Hypoſtaſis pro ſubſiſtentia ex vſu Latinorum ab Eccleſia approbato debet vſurpari. Ita omnea Theologi communiſſimè, inter quos Antiquorum hac in re diſſenſionem primùm acerrimam; deinde commonem conſenſionem eruditè referunt Eſtius *in* 1. *diſt.* 23. §. 3. Vaſquez 1. *part. diſp.* 124. Marchinus *de Trinitate, diſputatione* 15. alijque nonnulli, ex quibus nos decerpemus ſolùm magia neceſſaria ad intelligentiam Aſſerti, quod

Hypoſtaſis, & vſia quid ſignificent.

Probatur, & explicatur. Subſtantia, vt mox ex Philoſopho, & Sancto Doctore obſeruatum eſt, duo ſignificat, quiditatem ſcilicet, & ſuppoſitum; ſeu eſſentiam, & ſubſiſtentiam: Vſia ex Græco idem eſt, quod Latinè eſſentia, Hypoſtaſis ex Græco: quoad primam vocabuli originem idem eſt, quod Latinè ſubſtãtia. Sicuri igitur ſubſtantia, tum pro eſſentia, tum pro ſobſiſtèntia ſumitur; ita Hypoſtaſis idem antiquitus ſonans, ac ſubſtantia; aliquando ſumebatur pro eſſentia, aliquando pro ſubſiſtentia. Hinc apud aliquos Sanctos Patres vſurpantes hypoſtaſim ad ſignificandam ſubſiſtentiã ponebantur in diuinis tres Hypoſtaſes, ne negarentur trea diuinæ ſubſiſtentiæ ſeu tres diuinæ Perſonæ: apud alios vſurpantes hypoſtaſim ad ſignificandam eſſentiam; ſumenteſque pro eodem hypoſtaſim, & Vſiam, ſicuti ſumi poteſt pro eodem ſobſtantia, & eſſentia, ponebatur in diuinis vnica hypoſtaſis, vt poneretur vnica natura, ſeu vnica eſſentia, & vnica Vſia. Hæc eſt ſumma acerrimi inter Antiquos Patrea diſſidij, cui iam Vniverſalis Eccleſiæ conſenſus Concilijs Epheſino, Alexandrino, Calcedonenſi, Conſtantinopolitano confirmatus finem impoſuit decernendo, vt nomen hypoſtaſis vſurpetur in ſignificatione ſtrictiore eâ, quam obtinuit ex prima origine, interpretetur ſcilicet ſubſiſtentia, non ſubſtantia nec poſſit ampliùs, vt ſumitur ſubſtantia, ſumi ad ſignificandam eſſentiam, ſeu Vſiam. Hunc communem Eccleſiæ conſenſum clarè euincit vox vnionis hypoſtaticæ, quàm tota Eccleſia vſurpat ad ſignificandam vnionem ſubſiſtentialem, ſeu factam in ſubſiſtentia. Huiuſcè diſſidij primum, deinde conſenſus ſeriem Sanctorum Patrum teſtimonijs corroboratam videat, qui velit apud Eſtium, Vaſquium, Marchinum *locis præcitatis*: nobis ſufficit rem iodicaſſe, & explicaſſe terminos quantum ad aſſertæ veritatis intelligentiam neceſſarium eſt.

7. Ex his habes hanc vocem hypoſtaſis duplicem ſortitam eſſe ſiguificationem: alteram ex prima ſui origine, & hac ratione ſignificat ſubſtantiam, imò illud omne, quod ſubeſt, ſeu ſubſtat, tanquam fundum, ſeu fundamentum. Vnde in Pſal. 68. *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia*, ſcilicet non eſt fundum, in quo conſiſtam. Pro ly *ſubſtantia*, græcè habetur *hypoſtaſis*: & Heb. 1. *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia*, id eſt fundamentum, *rerum* pro ly *ſubſtantia*, græcè habetur *hypoſtaſis*. Alteram ex vſu, conſenſuque Eccleſiæ, & hac ratione ſignificat ſubſiſtentiam.

Quoad primam ſignificationem hypoſtaſis, & Vſia poſſunt promiſcuè ſumi, ſicuti poſſunt promiſcuè ſumi ſubſtantia, & eſſentia: Quoad ſecundam non item, quia non poſſunt promiſcuè ſumi ſubſiſtentia, & eſſentia. Cùm igitur nos teneamur ſequi præſentem Eccleſiæ vſum, non poſſumus ampliùs hypoſtaſim cum Vſia confundere, & hypoſtaſim vſurpare ad ſignificandam ſubſtantiam, ſeu eſſentiam: propterea, vt obſeruat Marchinus malè audirentur, imò de fide ſuſpecti haberentur, qui vnicam ſolam in diuinis eſſe hypoſtaſim aſſeuerarent, aut Vſiam ab hypoſtaſi non diuerſificarent, quamvis vtrumque olim ſine vlla ſuſpicione dictum fuerit à Hieronymo *epiſt.* 17. ad Damaſum: & primum inſuper à Theodoreto *lib.* 2. *cap.* 8. Secundum ab Athanaſio *ad Epiſcopos Africæ*.

Hypoſtaſis nunc, nec poteſt confundi cum vſia, nec poteſt in diuinis poni vnica.

Habes inſuper ſecundum modum loquendi noſtrorum temporum debere in diuinis ſimpliciter poni tres hypoſtaſes, & vnicam Vſiam, ſicuti ſimpliciter ponuntur tres ſubſiſtentiæ, & vnica eſſentia: nec vllatenùs curandum eſſe, quod iuxta primum nominis etymon, & antiquum vſum aliquorum Sanctorum Patrum, nec ita tutum fuerit ponere tres hypoſtaſes, nec ita ſuſpectum ponere vnicam. Iam vſus nos plura docuit. Iam nomen hoc Hypoſtaſis eſt melioris conditionis, quàm fuerit temporibus D. Hieronymi, qui de ipſo loquens loco præcitato ait: *Nomen hoc non eſt bonæ ſuſpicionis*, &c. *mihi credite, venenum ſub melle latet.* 8.

Hypoſtaſis olim fuit nomen ſuſpicionis non bonæ, ſecùs nunc.

---

§. II.

Quomodo, & quot Perſonæ ponendæ ſint in diuinis.

ASSERTVM I. Perſona ponenda eſt in diuinis ſecundùm formalem, propriam, & rigoroſam ſignificationem. Eſt veritas Fidei, cui, vt in huius capitis limine poſitum eſt ſolus. Valla grammaticali deceptione refragatur. 9.

Perſona proprè in diuinis ponenda eſt.

Probatur ex *Symbolo* Athanaſij. *Alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti.* *Ex confeſſione* Damaſi ad Paulinum: *Si quis tres perſonas non dixerit veras Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, &c. *Anathema ſit.* Ex *Concilio Toletano XI. in Confeſſione Fidei: cum relatiuè tres Perſonæ dicantur.* Ex *Concilio Lateranenſi, cap. Firmiter, & cap. damnamus: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus tres quidem Perſonæ, & vnica eſſentia.* Quæ & alia plura Concilia frequentiſſimâ Sanctorum Patrum auctoritate roborata, vt videre eſt apud Molinam 1. *part. quæſtion.* 29. *diſput.* 1. nequeunt intelligi de ratione perſonæ impropriè, & metaphoricè acceptâ: termini enim qui frequenter ex profeſſo, & in re grauiſſima adhibentur, incongruè omninò, adhiberentur in acceptione Metaphorica. Confirmatur ex eo, quod perſona ſuperiùs definita eſt perſona propriè, & rigoroſè ac-

cepta, ſed perſonæ in diuinis repertæ optimè congruit talis definitio, ergo quælibet perſona diuina eſt propriè, & rigoroſè perſona.

10. Tres perſonæ ponendæ ſunt in diuinis nec plures, nec pauciores.

ASSERTVM II. Ponendæ ſunt in diuinis tres perſonæ, nec plures, nec pauciores. Eſt veritas fidei contra Atheiſtas, & Polytheiſtas: item contra eos, qui aut poſuerunt in diuinis vnicam perſonam, aut poſuerunt plures perſonas ſolùm denominatiuè, aut aliter de Trinitate malè ſenſerunt, vt ſupra retulimus *cap.* 1. §. 1.

Probatur tum ex eo, quia Concilia, & Patres quoties diuinarum perſonarum mentionem faciunt ferè ſemper ternarium, earumdem numerum exprimunt, vt patet repetenti mox relatas, aliáſque ſimiles auctoritates tum quia in diuinis neceſſe eſt eſſe aliquam perſonam improductam, & hæc non poteſt eſſe, niſi vnica: neceſſe eſt item eſſe aliquas perſonas productas, & hæ nec poſſunt eſſe plures, nec pauciores, quàm duæ, ergo ponendæ ſunt in diuinis vna perſona improducta, duæ productæ, adeóque tres perſonæ, nec plores, nec pauciores: Antecedens quoad primam partem probatum eſt *ſuprà c.* 2. §. 1. *in probat.* 1. *aſſerti.* Quoad ſecundam partem deducitur ex ibidem poſitis in probatione tertij aſſerti: duæ enim diuinæ proceſſiones præſertim eo modo quo in Scriptura Sacra continentur omninò inferunt duas perſonas procedentes. Confirmatur ex infrà dicendis de conſtitutione diuinarum perſonarum per realiter diſtinctas relationes, ſicuti enim poſitæ ſunt in diuinis tres realiter diſtinctæ relationes, ita & ponendæ ſunt tres perſonæ.

11. Neque aliquid detrahit huic orthodoxæ veritati Diuus Auguſtinus verbis illis in huius tractatus limine relatis, dum ait loquens de Auguſtiſſima Triade: *Dictum eſt tres perſonæ, non vt illud diceretur, ſed ne taceretur.* Quo loquendi modo videtur innuere minùs propriè, & minùs congruè poni tres perſonas in diuinis. Verùm, ſi attentiùs Auguſtinus perlegatur, ſtatim coniicitur ipſius verba nihil detrahere, quin potius energiam addere orthodoxæ veritati: nec improprietatem aliquam, aut incongruentiam trium perſonarum in diuinis indicare, ſed magnificare ipſorum ineffabilitatem, & incomprehenſibilem quiditatem; quod apertius colligitur ex aliis verbis eiuſdem Auguſtini *lib.* 7. *de Trinitate, cap.* 4. dicentis: *Itaque loquendi cauſa de ineffabilibus, vt fari aliquo modo poſſimus, quod effari nullo modo poſſumus, dictum eſt à noſtris Græcis vna eſſentia, tres ſubſtantiæ: à Latinis autem vna eſſentia, vel ſubſtantia, tres perſonæ &c. & dum intelligatur ſaltem in ænigmate, quod dicitur, placuit ita dici, vt diceretur aliquid, cum quæreretur quid tria ſint, quæ tria eſſe fides vera pronuntiat &c. excedit ſupereminentia diuinitatis vſitati eloquij facultatem. Veriùs enim cogitatur Deus, quam dicitur, & veriùs eſt, quam cogitatur.*

D. Auguſtinus non indicat improprietatē, ſed magnificat ineffabilitatem trium diuinarum perſonarū.

§. III.

An, & quomodo perſonæ diuinæ conſtituantur ex eſſentia, & proprietate perſonali?

ASSERTVM I. Perſonæ diuinæ verè, & propriè conſtituuntur ex eſſentia, & proprietate perſonali. Ita D. Thomas *prima parte, q.* 32. *&* 40. *art.* 2. Scotus *in* 1. *diſt.* 26. §. *contra iſtud arguitur*, Molina 1. *parte*, 40. *art.* 2. *diſp.* 1. Vaſquez *diſp.* 158. *cap.* 2. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 21. *cap.* 2. Marchinus *diſp.* 47. alijque omnes Theologi communiſſimè contra Præpoſitiuum, & Gregorium *in* 1. *diſtinct.* 26. *&* 27. volentes rem omninò ſimplicem incapacem eſſe conſtitutionis, & quamlibet diuinam perſonam ſe totâ in ſe eſſe, ſe totâ ab aliâ diſtingui, non verò diſtinguit ab alia per proprietatem, quæ ſit aliquod ipſius; nec in ſe conſtitui ex aliquo proprio, & ex aliquo commoni. Hæc tamen ſententia immunis à cenſura non eſt. Vnde Molina *loco citato* non dubitat, quin ſit error in fide, aut certè errori proxima, à Suarez *lib.* 7. *de Trinitate, cap.* 3. *num.* 2. alijque communiter ſaltem temeraria cenſetur. 12.

Perſonæ diuinæ verè, & propriè cōſtituūtur ex eſſentia, & proprietate.

Cēſura Præpoſitiui & Gregorij.

Probatur primò: Verè & propriè datur in diuinis perſonis communis eſſentia, & perſonalis proprietas, ergo diuinæ perſonæ verè, & propriè conſtituuntur ex eſſentia, & proprietare perſonali. Conſequentia patet, quia non poteſt dari in aliquo vno quid commune, & quid proprium, niſi per conſtitutionem ex communi, & proprio. Antecedens probatur ex eo, quod canit *Eccleſia in præfatione Trinitatis: Vt in perſonis proprietas, in eſſentia vnitas, & in maieſtate adoretur æqualitas.* Ex Conc. Lateranenſi *cap. firmiter: Hæc Sancta Trinitas ſecundùm eſſentiam vna, & ſecundùm proprietates diſcreta. Ex Epiſtola Sophronij approbata in* 6. *Synodo generali act.* 11. *Hoc quidem* (ideſt identitas) *propter naturam: Illud verò* (ideſt diſtinctio perſonarum) *propter alterificat horum trium proprietates, propterque diſſimilitudinem proprietatum, quæ inconfusè vnamquamque figurant perſonam.* Probatur inſuper idem antecedens ratione: Verè datur in qualibet diuina perſona aliquod, quod communicatur, & aliquod, quod non communicatur alteri, ſed illud quod communicatur non poteſt eſſe niſi eſſentia, ſeu aliquod eſſentiale: illud quod non communicatur non poteſt eſſe niſi proprietas perſonalis, ſeu aliquod proprium, & perſonale, ergo. 13.

Probatur ſecundò: Perſonarum diuinarum ſimplicitas non obſtat veræ, & propriæ conſtitutioni ipſarū ex eſſētia, & proprietate perſonali, ergo perſonæ diuinæ verè, & propriè conſtituūtur &c. Probatur antecedēs: Diuinarū perſonarū ſimplicitas admittit diſtinctionē virtualem, 14.

virtualem, quæ ſicuti ſufficit, vt dicamus Deum verè, & propriè conſtitui omnipotentem omnipotentia, ſapientem ſapientiâ &c. ita etiam ſufficit vt dicamus Deum verè, & propriè conſtitui perſonam proprietate perſonali. Et ratio à priori eſt, quia non ſolùm ſimplices formæ eſſentiales, & abſtracta eſſentialia; verùm etiam ſimplices formæ perſonales, & abſtracta perſonalia admitti debent in diuinis, vt dum confitemur vnum Deum, & tres perſonas, habeamus nomina abſtracta, quibus reſpondeamus non ſolùm quærenti, quo eſt vnus Deus dicendo deitate; verùm etiam quærenti, quo ſunt tres perſonæ; dicendo perſonalibus proprietatibus. Eſt argumentum D. Thomæ *prima parte, quæſtione 32. articulo 2. in C.*

Admittenda ſunt in diuinis abſtracta tum eſſentialia tum perſonalia.

15. Dices, vel nomine veræ & propriæ conſtitutionis intelligitur conſtitutio realis, vel non. Hoc ſecundùm dici non poteſt, quia ſicuti eſſet abuti nomine entis, appellare verum, & proprium ens, ens non reale; ita eſſet abuti nomine conſtitutionis appellare veram, & propriam conſtitutionem, conſtitutionem non realem. Neque poteſt dici primum, quia ſicuti realis compoſitio requirit realem diſtinctionem extremorum componentium; ita realis conſtitutio requirit realem diſtinctionem extremorum conſtituentium; at in diuinis perſonis non reperiuntur extrema conſtituentia realiter diſtincta; ergo.

16. Sed contra: Conſtitutio diuinarum perſonarum poteſt conſiderari tripliciter: Vel ex parte extremorum conſtituentium, vel ex parte rei conſtitutæ, vel ex parte modi, quo conſtitutio fit. Sub prima & ſecunda conſideratione certiſſimum eſt conſtitutionem diuinarum perſonarum eſſe realem, nam extrema conſtituentia, nimirum eſſentia, & proprietas, ſunt extrema realia, ipſæque etiam perſonæ conſtitutæ realiſſimæ ſunt. Sub tertia conſideratione talis conſtitutio meliùs dicitur realis virtualis, quàm realis ſimpliciter, quia modus, quo conſtitutio fit appellat diſtinctionem, & vnionem, ſecundùm quam extrema conſtituentia conflant vnum conſtitutum, diſtinctio autem, & vnio, ſecundùm quam eſſentia, & proprietas perſonam diuinam conſtituunt, non eſt realis ſimpliciter, ſeu realis actualis, ſed realis virtualis tantùm. Pro qua doctrina magis ſtabilienda ſit

Conſtitutio diuinarum perſonarum poteſt conſiderari tripliciter.

17. Assertvm II. Perſonæ diuinæ realiter conſtituuntur ex eſſentia, & proprietate perſonali. Ita Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt. 42. diſputat. 16. numero 4.* Lugus *lib. 2. diſputat. 21. cap. 2. numero 12.* Marchinus *diſputat. 47.* & à fortiori Auctores diſtinguentes ex natura rei proprietates perſonales ab eſſentia, contra Vaſquium *diſput. 152. num. 8.* Molinam *diſp. præcit. conc. 2.* cum quibus tamen eſt diſſidium potius in eo, quod debeat intelligi nomine conſtitutionis realis, quàm in re ipſa, volunt ſcilicet Aduerſarij illam ſolùm conſtitutionem dicendam eſſe realem, quæ talis eſt ſecondùm modum, quo fit: & nomine conſtitutionis realis, quam negant intelligunt conſtitutionem conſurgentem ex conſtituentibus realiter, vel ex natura rei diſtinctis. Cæterùm quidquid ſit de Aduerſariorum mente aſſertum noſtrum abſolutè

Conſtitutio diuinarum perſonarum eſt realis.

Probatur: Conſtitutio diuinarum perſonarum tum ex parte extremorum conſtituentium, tum ex parte rei conſtitutæ ſimpliciter realis eſt, & aliquo modo realis eſt, licèt non ſimpliciter ex parte modi, vt patet ex impugnatione ſuperioris inſtantiæ, ergo melius dicitur perſonas diuinas realiter conſtitui, quàm non realiter conſtitui. Patet hæc conſequentia, quia plures ſunt tituli denominandi ipſas realiter, quàm non realiter conſtitutas. Accedit, quod ex vna parte cum negatio abſolutè probata totum neget, vt verificetur abſolutè perſonas non realiter conſtitui, neceſſarium foret ipſarum conſtitutionem in nullo prorsùs ſenſu eſſe realem. Ex aliâ cum conſtitutio non realis ſit minùs propriè conſtitutio, negare abſolutè conſtitutionem diuinarum perſonarum eſſe realem eſt plurimum accedere ad ſententiam Gregorij, & præpoſitiui improbatam in primo aſſerto, & communiter reprobatam etiam ſub graui cenſura.

Dices: Vt compoſitio dicatur ſimpliciter realis præcipuè attenditur modus, quo fit, & omninò requiritur realis diſtinctio extremorum componentium; nec ſufficit eſſe realia extrema, & eſſe reale totum, quod conſurgit; ergo ſimiliter vt conſtitutio dicatur ſimpliciter realis &c. Sed contra, vt rectè notat 18.
Lugus *cap. præcit. num. 13.* Compoſitio, & conſtitutio non nomine ſolùm, verum etiam ſignificatione differunt, neque ſimpliciter dicimus hominem componi realiter ex animali, & rationali ſicut dicimus ex animali, & rationali realiter conſtare, ſeu realiter conſtitui: non item dicimus Deum omnipotentem ex omnipotentia componi realiter, & ſimpliciter, ſicuti dicimus realiter, & ſimpliciter ex omnipotentia conſtitui. Nil igitur mirum quod dici nequeat compoſitio realis, vbi non eſt realis diſtinctio extremorum componentium, poſſit verò dici realis conſtitutio ſine reali diſtinctione extremorum conſtituentium.

Compoſitio & conſtitutio habent diuerſam ſignificationé.

---

§. IV.

Vtrùm proprietates perſonales in diuinis ſint abſolutæ?

Assertvm: Proprietates perſonales in diuinis non ſunt abſolutæ. Ita D. Thomas *1. part. q. 40. art. 2.* & cum *D. Thoma* non ſolùm omnes *Thomiſtæ*; verùm etiam ferè omnes alij Theologi adeò communiter, vt Zumel *1. part. quæſt. 40. art. 2. diſp. 1.* appellet oppoſitam ſententiam temerariam, & erroneam, Molina *eodem art. diſp. 2. memb. 1.* aiat meritò cenſeri non ſolùm temerariam, verùm etiam parùm in fide tutam, Valentia *diſputat. 2. quæſtione 14. punct. 2.* vocet ipſam plus; quam falſam. His, & ſimilibus cenſuris aliquaotulo mitior eſt cenſura 19.

Proprietates perſonales in diuinis nō ſunt abſolutæ.

Vaſquij *diſput.* 158. *cap.* 3. *numero* 14. vbi ait talem ſententiam manifeſtè damnari quoad diſtinctionem diuinarum perſonarum ex proprietatibus abſolutis, non ſic quoad conſtitutionem. Nihilominùs, quia infrà probabitur idem eſſe adæquatum conſtitutiuum, & diſtinctiuum, cuiuſcumque rei, *Vaſquij* diſtinctio, nec ſubſiſtit, nec ſuffragatur ſententiæ oppoſitæ, pro qua citantur Ioannes de Ripis *in* 1. *diſt.* 26. Lychetus *eadem diſt. quæſt.* 3. Salmeron *tom.* 2. *tract.* 12. *in* 4. *arg.* Lynconienſis, Adamus, alijque nonnulli, quibus fauet Scotus *in* 1. *diſtinct.* 26. §. 3. *opinio*, vbi conatur ſoluere omnia argumenta militantia contra proprietates abſolutas diuinarum perſonarum, ipſas tamen ſimpliciter non ſuſtinet, imò tum *eâdem diſtinctione* §. *tenendo opinionem ſecundam*, tum *quodlib.* 4. *& alibi* magis approbat, & ex profeſſo tuetur in diuinis perſonis proprietates relatiuas, ideò ſtat pro noſtro aſſerto, & immeritò à nonnullis enumeratur inter Auctores ſententiæ oppoſitæ, quæ ex *Scoto* non aliud commodum reportat, quàm minoris improbabilitatis, leuioriſque cenſuræ.

Scotus immerito cenſetur inter Aduerſarios.

Probatur primò omnibus illis auctoritatibus, & rationibus, quæ *infrà* §. 6. afferentur ad ſuadendum proprietates perſonales in diuinis debere eſſe relatiuas, imò debere conſiſtere in ipſis relationibus.

20. Probatur ſecundò: Proprietates abſolutæ non poſſunt in ſe vltimò conſtituere nec ab inuicem diſtinguere diuinas perſonas, ſed proprietates perſonales in diuinis debent diuinas perſonas vltimò conſtituere, eaſdemque ab inuicem diſtinguere, ergo proprietates perſonales in diuinis non ſunt abſolutæ. Minor patet, quia proprietates perſonales in diuinis, licèt non ſint conſtitutiuum adæquatum, perſona enim ex eſſentia, & proprietate, non ex ſola proprietate adæquatè conſtituitur; ſunt tamen conſtitutiuum vltimum, & quaſi differentiale, quia diuina perſona ex eſſentia conſtituitur tanquam ex aliquo communi. Ex proprietate igitur nequit conſtitui niſi, tanquam ex aliquo differentiali. Vbi aduerte obiter, quod licèt non omne conſtitutiuum ſit diſtinctiuum, conſtitutiuum tamen vltimum, & differentiale non poteſt non eſſe diſtinctiuum, quia quod vltimò conſtituit, tribuit vltimatum eſſe, ſeu vltimatam entitatem, & conſequenter etiam vltimatam vnitatem. Vnitas autem importat ex ſuo conceptu formali indiſtinctionem rei in ſe, & diſtinctionem eiuſdem ab alia, neceſſe eſt igitur illud, quod tribuit vltimatam vnitatem tribuere omnimodam, ac vltimatam diſtinctionem à quolibet alio, & conſequenter eſſe ab omni alio diſtinctiuum, quod eſt vltimò conſtitutiuum. Sic obiter explicatâ primi argumenti minore probatur eiuſdem argumenti maior: Proprietates abſolutæ (melius dixerim rationes abſolutæ, abſolutum enim, vt mox probo, in diuinis nequit eſſe proprium, & proprietas nequit eſſe abſoluta) ſeu potius rationes abſolutæ in diuinis ſunt eſſentialiter communes omnibus perſonis, ergo nec poſſunt in ſe vltimò conſtituere, nec ab inuicem diſtinguere diuinas perſonas. Antecedens probatur, quia ſemel admiſſo, quod aliquæ rationes abſolutæ in diuinis non ſint communes, non apparet cur omnia diuina attributa ſint communia; cur non dentur plures, quàm tres proprietates perſonales; plures, quàm tres diuinæ perſonæ; cur multiplicatio diuinarum perſonarum attendatur penes proceſſionem, & productionem vnius perſonæ ab alia.

Conſtitutiuum vltimum eſt etiã diſtinctiuũ.

Abſoluta in diuinis ſunt eſſentialiter communia.

21. Ex his habes, loquendo de principio conſtitutiuo vltimò, & adæquato, principium conſtitutiuum idem eſſe cum diſtinctiuo. Nec refert, quod principium conſtituens, quatenùs tale dicat habitudinem ad conſtitutum: quatenùs diſtinguens dicat habitudinem ad illud, quod à conſtituto diſtinguitur, ſeu ad non conſtitutum potius, quam ad conſtitutum. Non refert inquam, quia hinc non infertur principium conſtitutiuum debere eſſe in ſe diuerſum à diſtinctiuo, ſed ſolùm idem principium diuerſimodè conſiderari, dum conſideratur vt conſtitutiuum, ac dum conſideratur vt diſtinctiuum. Deindè principium vt diſtinguens, quamvis in obliquo, & indirectè dicat habitudinem ad non conſtitutum, ſeu ad illud, quod à conſtituto diſtinguitur; in recto tamen, & directè reſpicit ipſum conſtitutum, quatenùs ipſum diſtinguit. Vnde habitudo directa, ac primaria principij conſtitutiui, & diſtinctiui eadem prorsùs eſt, & ad eumdem terminum.

Cõſtitutiuũ vltimum, & diſtinctiuum ſunt ſemper omninò idẽ.

22. Probatur tertiò: Proprietates perſonales in diuinis debent identificari cum diuina eſſentia, & diſtingui realiter inter ſe, ſed ſi eſſent abſolutæ non poſſet hoc verificari; ergo proprietates perſonales in diuinis non ſunt abſolutæ. Maior patet, quia perſonæ diuinæ debent eſſe inter ſe conſubſtantiales, & realiter diſtinctæ abſque reali compoſitione ex eſſentia, & proprietate perſonali, hoc autem nullatenus eſſe poteſt, niſi proprietates perſonales identificentur cum eadem eſſentia, & diſtinguantur realiter inter ſe. Minor probatur: De duobus abſolutis non poteſt verificari, quod identificentur in tertio, non inter ſe; ergo ſi proprietates perſonales in diuinis eſſent abſolutæ, &c. Antecedens probatur *ex lib. ſuperiori, c.* 6. §. 3. *cap.* 7. §. 4. Quæ identificantur in tertio non identificari inter ſe, ſeu diſtingui inter ſe realiter, verificari ſolum poteſt vbi eſt ſumma neceſſitas realis diſtinctionis: at in diuinis vbi exulat ratio limitationis, quæ vnum ab alio diſtinguat non poteſt haberi ſumma neceſſitas realis diſtinctionis, niſi ex oppoſitione, & cum non poſſit in diuinis reperiri alia oppoſitio, quàm relatiua, conſequens eſt ſolum inter relatiua, nullatenus inter abſoluta haberi poſſe in diuinis ſummam neceſſitatem realis diſtinctionis; adeóque ſolum relatiua, nullatenus abſoluta poſſe identificari in tertio, & diſtingui realiter inter ſe.

Duo abſoluta nullatenùs poſſunt identificari in tertio, quin identificentur inter ſe.

Dices,

23. Dices, ſicuti in creatis ex limitatione; ita in diuinis ex illimitatione habetur neceſſitas realis diſtinctionis, ergo non ſolum in creatis, verum nec etiam in diuinis ſola oppoſitio eſt ratio totius diſtinctionis. Antecedens probatur: Diſtinctio in diuinis debet eſſe omnium diſtinctionum maxima, & & perfectiſſima, quidquid enim in Deo reperitur debet eſſe in maximo perfectiſſimo, & ſupremo gradu: at non apparet quomodo poſſit eſſe maxima, & perfectiſſima niſi prouenіat ex illimitatione; ergo in diuinis ex illimitatione habetur neceſſitas realis diſtinctionis. Cum igitur illimitatio magis relucеat in abſolutis, quàm in relatiuis: abſoluta enim præſertim in diuinis ſunt ex conceptu ſuo perfectiora relatiuis, neceſſitas diſtinctionis in diuinis attendenda eſt penes abſoluta magis, quam penes relatiua, & proprietates perſonales, ac diſtinctiuæ aſſeri debent abſolutæ.

24. Sed contra illimitatio eſt ratio arguitiua, non ratio formalis realis diſtinctionis in diuinis, alioqui quodlibet diuinum prædicatum eſſet realiter diſtinctum ab alio, quia quodlibet diuinum prædicatum illimitatum eſt; eſt, inquam, ratio arguitiua, quatenus ex omnimoda Dei illimitatione arguitur capacitas oppoſitionis relatiuæ, quæ deinde eſt ratio formalis diſtinctionis. Ad probationem antecedentis dico, diſtinctionem diuinarum perſonarum debere eſſe omnium maximam, & perfectiſſimam quoad dignitatem extremorum, non quoad quantitatem diſtinctionis: imo quoad quantitatem, & rationem formalem diſtinctionis, vt ſit perfectiſſima, debere eſſe minimam, quia vt ſit perfectiſſima debet eſſe prima: vt ſit prima debet eſſe minima, adeóque non debet eſſe niſi per id, quod minimum eſt, & minimum diſtinguit, eiuſmodi non ſunt prædicata abſoluta. Eſt doctrina D. Thomæ *in 1. diſtinct. 26. quæſt. 2. art. 2. ad 2. Ordo diſtinctionis poteſt dupliciter conſiderari: vel quantum ad dignitatem diſtinctionis, & cauſalitatem; vel quantum ad quantitatem. Si quantum ad quantitatem diſtinctionis, ſic diſtinctio diuinarum hypoſtaſum eſt minima diſtinctio realis, quæ poſſit eſſe & ideo tali diſtinctioni competit ens minimum, ſcilicet relatio*, prima parte, quæſtion. 40. artic. 2. ad 3. *Quanto diſtinctio prior eſt, tanto propinquior eſt vnitati, & ideo debet eſſe minima, & ideo diſtinctio Perſonarum non debet eſſe niſi per id, quod minimum diſtinguit, ſcilicet per relationem.* Accedit, quod ex ratione diſtinctionis maximæ in eo ſenſu, in quo procedit inſtantia, inferretur diſtinctionem diuinarum perſonarum non debere admittere identitatem in tertio. Maior enim eſt diſtinctio, quæ excludit omnem ſuorum extremorum identitatem etiam cum tertio.

Diſtinctio diuinarum Perſonarum eſt maxima quoad dignitatem, nõ quoad diſtinctionis quantitatẽ: imo quoad hanc eſt omnium diſtinctionum realium minima.

§. V.

Vtrùm proprietates Perſonales in diuinis ſint origines?

25. Aſſertum: Proprietates perſonales in diuinis non ſunt origines. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt. 4. art. 2. in 1. diſt. 26. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 8. de potent. art. 3.* Ioan. à S. Thoma *diſput. 16. artic. 1. num. 9.* & præter Thomiſtas communiter Scotus *in primo diſt. 26. quodlib. 4.* & alibi Vaſquez *diſputation. 158. cap. 4.* De Quiros *tract. 7. diſp. 28. ſect. 3.* Marchinus *diſputation. 40. propoſ. 2.* aliique plurimi contra D. Bonauenturam *in 1. diſt. 26. quæſt 3.* Richardum de Sancto Victore *lib. 4. de Trinitate, cap. 5.* quibus ex parte adhærent Valentia *prima parte, diſput. 2. quæſt. 14. punct. 2. §. prima aſſertio*, Lugus *lib. 2. diſp. 21. cap. 5. num. 5.* Molina *quæſt. 40. art. 2. diſputat. 2. memb. 3. §. tertium eſt*, aliique nonnulli volentes diuinas perſonas originibus ſimul, & relationibus conſtitui, nec iſtis magis, quàm illis.

Proprietates perſonales in diuinis nõ ſunt origines.

Probatur primò: Proprietates perſonales ſeu principia vltimò conſtitutiua diuinarum perſonarum, debent concipi tanquam quid fixum, & permanens: Sed origines in diuinis non ita concipiuntur, ergo proprietates perſonales in diuinis non ſunt origines. Maior patet, quia vbi conſtitutum ſe habet, vt quid fixum, & permanens, ſicuti ſe habet quælibet diuina perſona debet etiam ſe habere, vt quid fixum, & permanens intrinſecum conſtitutiuum. Cum igitur in præſenti ſermo ſit de conſtitutiuo intrinſeco per modum formę intrinſecè terminantis, non de conſtitutiuo extrinſeco per modum efficientis conſequens eſt, &c. Maior probatur: Proceſſiones, ſeu origines, concipiuntur tanquam via producentis ad productum, tanquam quid exiens à producente, & tendens in productum, & vt loquitur D. Thomas *locis citatis*: Origo alicuius rei non ſignificatur, vt aliquid intrinſecum.

Origo non ſignificatur vt quid fixũ permanens, & intrinſecum.

26. Dices: Perſonæ diuinæ poſſunt concipi non ſolum in facto eſſe, verum etiam in fieri, & quamvis perſonæ in facto eſſe ſint quid fixum, & permanens ſintque ipſis extrinſecæ origines, ſecus tamen eſt de perſonis in fieri, ergo ſaltem ſumendò diuinas Perſonas in fieri poſſunt origines dici ipſarum proprietates Perſonales, & principia conſtitutiua, vt volt Auerſa *prima parte, quæſtion. 17. ſect. 10. §. dico ſecundo.* Sed contra, res in fieri, & in produci, non conſideratur ſecundum ſua principia intrinſecè conſtitutiua; ſed in via ad talia principia, & non niſi abutendo terminis dici poteſt aliquid eſſe proprietatem perſonalem, & principium conſtitutiuum perſonæ in fieri, & in produci, non in facto eſſe: hoc

Fieri ſpectat ad effectiuã, non ad formalem rei conſtitutionem.

enim idem eſt, ac ponere principium conſtitutiuum perſunæ pro eo ſtatu, pro quo non concipitur conſtitura.

27. Probatur ſecundò: Origo ſupponit omnia conſtitutiua diuinarum Perſonarum, ergo ipſa non eſt proprietas perſonalis, & principiom formaliter conſtitutiuum alicuius diuinæ perſonæ. Conſequentia patet, quia origo non poteſt ſupponi ad ſe ipſam: Antecedens probator primò in vniuerſum de origine quarumque tum actiua, tum paſſiua. Origo actiua ſe babet præciſis imperfectionibus tanquam actio, origo paſſiua tanquam paſſio: Sed actio ſupponit omnia conſtitutiua ſuppoſiti, à quo eſt: paſſio item ſupponit omnia conſtitutiua ſuppoſiti, in quo eſt: quia non ſolum actiones, verum eriam paſſiones ſunt ſuppoſitorum, vt alibi tradetur, ergo. Secondò in particulari quo ad originem actiuam: Origo actiua ſe babet vt quo, ergo ſupponit principium quod, adeóque ſuppoſitum, & ſuppoſiti conſtitutiua. Tertiò in particulari quo ad originem paſſiuam. Origo paſſiua ſe habet vt fieri termini, ſed fieri termini non eſt principium conſtitutiuum ipſius, vt mox probabatur, & iterum confirmo ex eo, quod fieri termini ex genere ſuo nihil eſt aliud, quam tranſitus termini à non eſſe actuali ad eſſe actuale: adeóque fieri termini ſupponit omnia prædicata eſſentialia, omnia conſtitutiua termini, & ſolùm illa transfert à non eſſe actuali od eſſe actuale.

Origo ſupponit, & actualiter ponit principia conſtitutiua: ipſa tamen principium conſtitutiuum non eſt.

28. Aliqualis hic occurrit difficultas ex auctoritate nonnullorum Sanctorum Patrum ſæpiſſimè explicantium diſtinctionem diuinarum Perſonarum: (& quia ex ſupradictis principium diſtinctiuum coincidit cum vltimo conſtitutiuo, idem ſentiendum de diuinarum perſonarum conſtitutione) per origines, aut per voces ad originem ſpectantes D. Fulgentius *de Fide ad Petrum, cap. 1. Quia aliud eſt genuiſſe, quam natum eſſe, aliudque eſt procedere, quam genuiſſe, vel natum eſſe manifeſtum eſt, quoniam alius eſt Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus*, D. Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 11. Vnum, idemque omnino ſunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, niſi quod Pater genitus non eſt: Filius genitus eſt, Spiritus proceſſit.* Ipſemet D. Thomas *loco præcitato ex prima parte*, non omnino excludit originea à conſtitutione perſonarum: nam poſtquam dixit. *Melius dicitur quod perſonæ, ſeu hypoſtaſes diſtinguantur relationibus, quam per originem ſubdit: licet enim diſtinguantur vtroque modo, &c.* Nihilominus his, & ſimilibus auctoritatibus, facilè occurritur dicendo Sanctos Patres ita loquentes non intendere aſſignare diſtinctiuum, & conſtitotiuum formale, ſed ſolum conſtitutiuum, quaſi effectiuum, ſeu quaſi viale: vel intendere aſſignare illud non ex quo formaliter diuinæ perſonæ diſtinguuntur, ſed ex quo à nobis maximè colligitur diuinarum perſonarum diſtinctio, quod vtique eſt ratio producentis, & producti, ſeu ordo originis: Vel deniqoe vſurpare nomina originum ad ſignificandas origines radicaliter acceptas, quæ nihil aliud ſont, quàm ipſæ diuinæ relationes, vt tranſcendentales.

In quo ſenſu Sancti Patres explicent diſtinctionem diuinarum Perſonarum per origines.

§. VI.

Vtrùm Proprietates perſonales in diuinis ſint relationes?

29. Assertum: Proprietates perſonales in diuinis ſunt relationes, adeò vt per iſtas formaliter, & vltimò perſonæ conſtituantor. Ita Auctores citati pro aſſerto *ſuperioris* §. & ex parte etiam Valentia, Lugus, Molina, & alij loris ibidem citatia ponentes quidem pro conſtitutiuo diuinarum perſonarum originea, at non excludentes relationes. Dixi adeò, vt per ipſas formaliter, & vltimò perſonæ conſtituantur, ad innuendum ſermonem non eſſe in præſenti de eo, quo perſonæ conſtituantur effectiuè, initiatiuè, & quaſi vialiter: quâ ratione non negu diuinas perſonas conſtitui per origines, vt habetur *in calce ſuperioris* §. & clarè tradit D. Thomas *quæſt. 8. de pot. art. 3. in C.* illis verbis: *Diſtinctiuum enim, & conſtitutiuum hypoſtaſis poteſt intelligi dupliciter vno modo, quo diſtinguitur, & conſtituitur formaliter, ſicut homo humanitate, & Socrates Socraitate: alio modo, quo conſtituitur, & diſtinguitur quaſi viâ od diſtinctionem, & conſtitutionem: ſicut, ſi diceremus, quod Socrates eſt homo ſuâ generatione, quæ eſt via ad formam, qua formaliter conſtituitur; patet ergo, quod origo alicuius, &c.*

Diſtinctiuũ, & conſtitutiuum duplex.

30. Probatur primò auctoritate Conciliorum, & Sanctorum Patrum, ex Concilio Florentino *in litteris vnionis* definitur *Patrem dediſſe filio omnia, quæ habet, præter eſſe Patrem*, ergo Paternitas eſt proprietas perſonalis ipſius. Ex concilio Toletano XI. *in Confeſſione fidei in relatione perſonarum numerus cernitur, &c. hoc ſolo numerum inſinuant, quod ad inuicem ſunt.* Ergo perſonæ diuinæ diſtinguuntur, & conſtituuntur per hoc, qood ſunt ad inuicem, ſeu per relationes. Ex Boëtio *in lib. de Trinitate, circa finem, ſola relatio multiplicat Trinitatem.* Ex Io. Theologo in Concilio Florentino *ſeſſ. 18. Relatio apud omnes tam Græcos, quam Latinos perſonas multiplicat, & ſola multiplicat.* Ex Concilio Alexandrino *lib. 2. Theſauri, cap. 3. Cum non compoſita, ſed ſimplex, natura deitatis ſit, nunquam in plures perſonas diſtingueretur, niſi quædam inueniretur differentia, non ſecundùm eſſentiam, ſed ſecundum relationem.* Ex D. Auguſtino *epiſt. 66. Pater, & Filius diuerſi ſunt inter ſe, non tamen diuerſa naturæ: quis enim non videat iſta vocabulo non naturas in ſe ipſis demonſtrare, ſed alterius ad alterum ſignificare Perſonas.* Ex Athanaſio *lib. de veritate rectorum dogmatum: Omnia ſunt vnum in diuinis ſeruato eſſe patrem in ſolo patre, in filio eſſe filium, in paraclito eſſe Spiritum Sanctum.* Confirmatur, tùm ex illo decantato: *Omnia ſunt*

in

in diuinis vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio, tùm ex eo, quod Scripturæ, Concilia, & Patres ad exprimendas diuinas Perſonas frequentiſſimè, & ferè ſemper vtuntur nominibus ſignificantibus relationes, ſeu relatiuis.

Probatur ſecondò ratione: Tres relationes realiter diſtinctæ in diuinis habent quidquid requiritur, vt ſint proprietates perſonales, & formalia, ac vltima conſtitutiua trium diuinarum Perſonarum, ergo proprietates perſonales in diuinis ſunt relationes, adeò vt, &c. Probatur antecedens, in quo dixi tres relationes realiter diſtinctæ, propter relationem ſpiratoris identificatam cum paternitate, & filiatione, non vnius perſonæ propriam, nec vllius perſonæ conſtitutiuam, vt magis explicabitur *capit.* 4. §. 6. Probatur inquam antecedens: Tres relationes realiter diſtinctæ ſunt incommunicabiles, ſunt propriæ ſingulæ ſingularum perſonarum, ſunt identificatæ cum eſſentia, quæ eſt alterum conſtitutiuum per modum rationis communis omnibus perſonis, ſunt ſubſtantiales, ſunt infinitè perfectæ, &c. ergo.

31. Dices ad conſtitutiuum inter alia requiri quod non ſupponat ſuum conſtitutum, & hoc requiſitum deeſſe diuinis relationibus reſpectu diuinarum perſonarum, nam diuinæ relationes diuinas perſonas conſtitutas ſupponont. Quod ſic probatur: Diuinæ relationes ſupponunt origines, vt potè quæ in originibus fundantur, origines iuxta doctrinam poſitam in ſecunda probatione aſſerti ſuperioris ſupponunt Perſonas conſtitutas, ergo à fortiori relationes ſupponunt perſonas, conſtitutas, vt clarè apparet in Perſona Patris, quæ ſicuti ſupponitur conſtituta antequam generet, ſeu antequam habeat originem productiuam filij; ita à fortiori ſupponitur conſtituta antequam reſpiciat filium, ſeu antequam habeat paternitatem, cum hæc ſuppoſat actum generandi, ſeu originem productiuam filij tanquam rationem fundandi. Huius inſtantiæ difficultas torquet plurimos, & diuidit Theologos, qui propterea variè aſſignant modum, quo diuinæ relationes perſonas conſtituant. Referam, & refellam breuiter præcipua placita, & aliorum impugnatio erit præuia negatiua probatio eius quod aſſeretur *in ſequenti* §. ad plenam elucidationem huius inſtantiæ, imò totius doctrinæ huc vſque aſſertæ circa proprietates Perſonales in diuinis, Ferrarienſis 4. *contra Gentes*, *cap.* 26. *circa finem*, ait relationem ſumi poſſe vel ſub expreſſa ratione relationis, vel ſub ratione formæ incommunicabilis, ſeu hypoſtaticæ: Sub prima ratione relationem ſubſequi originem, & diſtinguere, at non conſtituere perſonam: Sub ſecunda ratione relationem præcedere originem, & conſtituere, at non diſtinguere perſonam. Hic dicendi modus, qui ſub diuerſis terminis traditur etiam ab aliis nonnullis docentibus relationibus ſecundùm *in* ad origines præſupponi, & perſonas conſtituere: Secundùm ad origines præſupponere, & perſonas referre, ac relatiuè diſtinguere. Hic, inquam, dicendi modus in duobus maximè diſplicet. Primò in eo, quod ponat pro conſtitutiuo perſonarum relationes conſideratas modo abſoluto, qua ratione retunditur efficacia argumentorum militantium contra proprietates perſonales abſolutas in diuinis: Si enim proprietates relatiuæ conſtituunt modo abſoluto, cur non etiam poſſunt conſtituere proprietates abſolutæ? & ſicuti in creatis vbi relationes modo abſoluto conſtituunt, etiam abſoluta conſtituunt; ita quoque in diuinis abſoluta conſtituens, ſi ibi quoque relationes modo abſoluto conſtituunt. Secundo in eo, quod diuerſificet principium conſtitutiuum à diſtinctiuo tribuendo principium conſtitutiuum rationi *in*, & relationi acceptæ, principium diſtinctiuum rationi *ad*, & relationi acceptæ relatiuè.

Difficillimũ eſt explicare modũ quo relationes diuinas perſonas conſtituant.

32. Relationes modo abſoluto conſideratæ nequeunt eſſe conſtitutiuum diuinarum perſonarum.

Caietanus *prima parte*, *quæſt.* 40. *art.* 4. Canarienſis *eadem quæſt. art.* 2. Ioann. à S. Thoma *quæſt.* 36. *diſp.* 16. *art.* 1. *numer.* 30. & maior pars Thomiſtarum docent relationem diuinam etiam acceptam formaliter, & ſecundum *ad* diuidi in relationem conceptam, ſeu ſignatam; & in relationem exercitam: Illam dicunt eſſe relationem vt ſubſiſtentem; iſtam relationem vt reſpicientem; Illam antecedere, iſtam ſubſequi origines: illam perſonas diuinas conſtituere, iſtam ſupponere perſonas conſtitutas. Afferunt pro hac doctrina plures auctoritates S. Doctoris *prima parte*, *quæſt.* 29. *art.* 4. *ad* 1. *Perſona ſignificat relationem non per modum relationis, ſed per modum ſubſtantiæ, quæ eſt hypoſtaſis*, *quæſt.* 40. *art* 4. *in C. Proprietas perſonalis Patris poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, vt eſt relatio, & ſic ſecundum intellectum preſupponit actum notionalem, quia relatio in quantum huiuſmodi fundatur ſuper actum: alio modo ſecundum quod eſt conſtitutiua perſonæ, & ſic oportet, quod præintelligatur relatio actui notionali, ſicut perſona agens præintelligitur actioni.* Eadem ferè verba habentur *in* 1. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *& ibidem*, *ad Annibaldum*. Hic dicendi modus diſplicet primò, quia ex verbis *D. Thomæ*, cuius auctoritati maxima innititur, ſufficienter non colligitur, ſolum enim indicat S. Doctor relationes diuinas, vt conſtitutiuas perſonarum antecedere origines, in aliquo alio ſenſu ſubſequi: hoc autem aptè verificatur iuxta doctrinam *ſequentis* §. abſque recurſu ad relationem vt ſignatam, & relationem vt exercitam. Diſplicet ſecundò, quia relatio vt ſignata per iſtos Auctores dicit *ad*: eſt autem inexplicabile quomodo *ad* in ſubiecto non ſit relatio exercita. Si dicatur non eſſe relationem exercitam defectu rationis fundandi, aut defectu termini, inexplicabilius eſt *ad*, in quo relucet formaliſ ratio tendentiæ haberi poſſe ſine termino tendentiæ, & ſine ratione fundandi tendentiam. Diſplicet tertiò, quia relatio vt ſignata, & relatio vt exercita vel ſe habeot, vt duæ rationes oppoſitæ, vel vt ratio ſuperior, &

33.

Nec item conſideratæ vt ſignatæ, non vt exercitæ.

& inferior: quidquid dicatur, ſequitur relationem, vt ſignatam importare formaliter rationem abſolutam, & perſonas diuinas dum per relationem vt ſignatam conſtituuntur per rationem, vt abſolutam conſtitui: ergo. Probatur ſequela quoad primam partem: Ratio oppoſita relationi non poteſt eſſe niſi abſoluta; ergo relatio vt ſignata, ſi opponitur relationi exercitæ, non poteſt eſſe niſi ratio abſoluta: ergo relatio vt ſignata ſi apponitur relationi exercitæ non poteſt eſſe niſi ratio abſoluta. Probatur eadem ſequela quoad ſecundam partem: Ratio ſuperior non excludit rationem inferiorem, niſi quatenus includit oppoſitum ipſius; ſic animal v. g. non excludit rationale, niſi includendo irrationale, ſed relatio vt concepta excludit relationem exercitam, neque enim poteſt eſſe relatio exercita in ſigno antecedente origines, in quo eſt relatio concepta; ergo relatio concepta includit formaliter oppoſitum relationis exercitæ, adeoque aliquod abſolutum.

35. Vaſquez 1. *part. diſputat.* 159. *cap.* 5. ſupponit in præſenti nullam prorſus eſſe difficultatem in perſonis Filij, & Spiritus Sancti, eo quod ſicuti facilè intelligitur has duas perſonas non ſupponi ad origines, ita etiam facilè intelligibile ſit, non ſupponi ad relationes in originibus fundatas, & per conſequens poſſe per relationes conſtitui. Quoad primam perſonam ait ipſam antecedenter ad originem, ſeu antequam generet conſtitui non quidem ſub ratione Patris, benè tamen ſub ratione primæ perſonæ per notionem innaſcibilis, & fœcundi ad producendum.

36. Hic dicendi modus diſplicet in primis, quoad id, quod ſupponit. Licet enim perſonæ Filij, & Spiritus Sancti quoad eſſe productum ſubſequantur ad origines, non eſt tamen adeò facilè, quod ad ipſas conſequantur quoad ſua conſtitutiua. Diſplicet multò magis quoad id, quod aſſignat pro conſtitutiuo primæ perſonæ; tum quia innaſcibilitas vt eſt propria primæ perſonæ Paternitatem ſupponit, & in Paternitate fundatur ex dicendis *capit. ſequenti*, §. 5. tum quia per innaſcibilitatem præcisè prima perſona ſicuti alias perſonas non reſpicit; ita ab aliis perſonis non diſtinguitur; adeoque ponitur pro conſtitutiuo aliquod diuerſum à diſtinctiuo. Quod additur de ratione fœcundi non diſplicet, dummodo talis ratio fœcundi, ſeu fœcunditas ſumatur, vt importans relationem tranſcendentalem vnius perſonæ ad alteram iuxta dicenda §. *ſequenti*.

Innaſcibilitas non poteſt eſſe ratio conſtitutiua primæ perſonæ diuinæ.

37. Valentia 1. *parte diſputatione* 2. *quæſtione* 14. *punct.* 2. *aſſertione* 4. Arriaga *diſputat.* 51. *ſection.* 3. *ſubſect.* 3. alijque nonnulli docent relationes diuinas non vt relationes ſunt, ſed vt ſunt perſonalitates conſtituere diuinas perſonas, & vt relationes ſubſequi, vt perſonalitates præcedere origines, ac perſonas ipſas. Hic modus rem nullatenus explicat; affert enim pro reſponſione ſummam ipſius difficultatis, quæ vtique ſita eſt in explicando quomodo relationes poſſint eſſe perſonalitates, ſint relationes ſubſequuntur, & vt perſonalitates debent præcedere perſonas, nec quando quæritur ſub qua ratione relatio perſonas vltimò conſtituat quæritur Vtrùm conſtituat ſub ratione perſonalitatis; eſt enim plus, quàm certum perſonalitatem eſſe vltimum conſtitutiuum perſonæ, adeoque relationem habere rationem perſonalitatis, ſi habet reſpectu perſonæ rationem vltimi conſtitutiui: ſed quæritur quænam ratio in relatione reluceat, ſeu per relationem importetur, dum relatio ſumitur vt perſonalitas, ſeu vt conſtitutiua perſonæ: & ſicuti, ſi quis quæreret quid formaliter importet rationalitas, quatenùs eſt vltimò conſtitutiua hominis, incongruè reſponderetur importare differentiam ſpecificam, in hoc enim aſſignatur conceptus communis omnibus differentiis ſpecificis, non aliquis conceptus proprius ipſius rationalitatis vt quæſitum poſtulabat; ita ſimiliter, &c.

Ex his habes contingere in præſenti illud, quod ferè in quocumque grauiore controuerſia contingit, quod nimirùm facilius ſit deſtruere, quod alij ſentiunt, quàm ſtatuere quid ſentiendum ſit. 38. Nihilominùs ne difficultati ſuccumbamus, recolendum eſt ex *ſupradictis*, *cap.* 5. §. 3. relationes diuinas tum prædicamentales, tum tranſcendentales eſſe præciſis imperfectionibus. Eſt autem hoc ſolemne diſcrimen inter relationem tranſcendentalem, & prædicamentalem, quod relatio prædicamentalis eſt accidentalis ſuo fundamento, ſeu ſubiecto, & ſupponit in ipſo rationem fundandi eidem ſuperuenientem: relatio tranſcendentalis eſt eſſentialis ſuo fundamento, ſeu ſubiecto; nec ſupponit vllam rationem fundandi ipſi ſuperuenientem. Hinc fit relationem prædicamentalem ex genere ſuo non poſſe eſſe conſtitutiuam; benè tamen poſſe eſſe conſtitutiuam relationem tranſcendentalem, & in re potentia ſubiectiua qua materia conſtituitur, nihil eſt aliud, quàm relatio tranſcendentalis ad formas receptibiles: Potentia actiua, qua conſtituitur cauſa, nihil eſt aliud, quàm relatio tranſcendentalis ad effectus producibiles. Et ecce veſtigium aliquod veri modi, quo diuinæ relationes perſonas conſtituunt. Ideò ſit

Solemne diſcrimen relationis tranſcẽdentalis à prædicamentali.

---

§. VII.

Quonam modo Relationes in diuinis ſint proprietates perſonales, & perſonarum conſtitutiuæ?

ASSERTVM: Relationes vt tranſcendentales, & vt diſtinctæ virtualiter à prædicamentalibus, ſunt in diuinis proprietates perſonales, & Perſonarum conſtitutiuæ. 39. Ita Marchinus *de Trinitate*, *diſput.* 48. De Quiros 1. *part. tractat.* 7. *diſputatione* 28. *ſection.* 3. (quamvis vtatur diuerſis terminis, vocat ſcilicet relationem vt radicem originum

Relationes diuinæ vt tranſcẽdentales ſunt conſtitutiuæ perſonarũ.

trum, id, quod nos vocamus relationem vt tranſcendentalem) Auerſa *quæſtion.* 28. *ſection.* 11. §. *ceterum*, Lugus *lib.* 2. *diſputation.* 21. *capit.* 6. vbi conatur oſtendere plures alios Doctores hoc idem aſſertum licet non ſub iiſdem terminis tradidiſſe contra Auctores relatos pro ſententiis impugnatis *in ſuperiori* §. Dixi relationes vt tranſcendentales, & vt diſtinctæ virtualiter à prædicamentalibus, quia ex vna parte æquiualentia ad diſtincta realiter, qualis eſt æquiualentia relationum diuinarum ad relationes prædicamentales, & tranſcendentales ſufficienter ponit diſtinctionem virtualem: ex alia parte ponendo relationes tranſcendentales diſtinctas virtualiter a prædicamentalibus facilè percipitur, quomodo relationes diuinæ vt tranſcendentales non ſupponant perſonas conſtitutas nec in originibus fundentur; vt prædicamentales verò perſonas conſtitutas ſupponant, & in originibus fundentur,

40. Probatur aſſerendo pro proprietatibus perſonalibus, & perſonarum conſtitutiuis relationes vt tranſcendentales ex vna parte rigurosè ſuſtinetur perſonas diuinas conſtitui per relationes vt formaliter relationes ſunt, nam ex *præcitato* §. *tertio*, etiam relationes tranſcendentales præſertim in diuinis ſunt propriè, & formaliter relationes: Suſtinetur item principium conſtitutiuum idem cum diſtinctiuo. Ex alia parte rectè oſtenditur quomodo perſonæ diuinæ intelligantur conſtitutæ, per aliquid non ſupponens origines, nec perſonas ipſas: Nam quamvis relatio prædicamentalis ſupponat rationem fundandi, & idcirco in diuinis, vbi ſulæ origines ſunt ratio fundandi relationes, relationes vt prædicamentales ſupponant origines; relatio tamen tranſcendentalis ex genere ſuo rationem fundandi nec requirit, nec ſupponit idciro non eſt cur relationes diuinæ vt tranſcendentales debeant ſupponere origines.

Relatio tráſcendentalis non requirit rationem fundandi.

41. Dices: Relationes tranſcendentales in diuinis ad intra ſunt ipſæmet origines, ergo ponere pro conſtitutiuis perſonarum relationes, vt tranſcendentales eſt re ipſâ ponere pro conſtitutiuis perſonarum origines, ſicque relabimur in argumenta, quæ nos ipſi *ſuperiori* §. 5. contra origines formauimus: Antecedens probatur, quia verè origo actiua, & paſſiua ſe tranſcendentaliter reſpiciunt nec aliud aſſignari poteſt pro paternitate tranſcendentali, quam actiua generatio, aut pro filiatione tranſcendentali, quàm paſſiua generatio: Sed contra: Actiua, & paſſiua generatio verè inter ſe tranſcendentaliter referuntur, & quando diceretur ipſas, licèt in ſe etiam origines ſint, tamen vt relationes tranſcendentales, non vt origines, ideſt quatenus ſunt quid fixum, & permanẽs, non quatenus ſunt via, & quid quaſi tranſiens eſſe conſtitutiuas Perſonarum, ſatis excitarentur argumenta ſuprà allata contrà origines vt pote militantia contra ipſas conſideratas ſub ratione formali originum importantium viam, & fieri; non ſub ratione formali relationum tranſcendentalium importantium permanentiam, & factum eſſe.

Relationes tranſcendẽtales conſtitutiuæ diuinarum perſonarum poſſunt cõcedi indiſtinctæ ab originibus.

Nihilominus placet aſſignare pro conſtitutiuis perſonarum relationes tranſcendentales ab originibus magis diuerſas, & originibus ipſis aliqualiter priores. Pro quo aduerto conformiter ad ſupradicta *tract. præcedente* de actu primo diuini intellectus, diuinæque voluntatis admittendum eſſe in prima perſona actum primum generandi, & potentiam generatiuam virtualiter diſtinctam ab actu ſecundo generandi, & à generatione actuali; & proportionaliter in filio, ſeu ſecunda perſona aſſignandum eſſe aliquid correſpondens actui primo, & potentiæ generatiuæ, aliquid correſpondens actui ſecundo, & actuali generationi: Illud dici poteſt ratio generabilis, iſtud ratio geniti: Illud actus primus, iſtud actus ſecundus paſſiuæ generationis (eodem modo aſſignanda eſt in tertia perſona reſpectu potentiæ ſpiratiuæ, & actualis ſpirationis ratio ſpirabilis, & ratio ſpirati. Dico igitur in linea generationis dari in diuinis duplicem relationem tranſcendentalem virtualiter diſtinctam; alteram generatiui ad generabile, ſeu actus primi generationis actiuæ ad actum primum generationis paſſiuæ; alteram generantis ad genitum, ſeu actus ſecundi generationis actiuæ ad actum ſecundum generationis paſſiuæ. Hæc ſecunda relatio tranſcendentalis vix diſtinguitur ab ipſis originibus. Prima relatio tranſcendentalis eſt radix originum ab ipſis originibus virtualiter diſtincta, iiſdemque aliqualiter prior. Iſtam aſſerimus pro conſtitutiuo diuinarum perſonarum, adeò vt relatio generatiui, ſeu actus primus generationis actiuæ conſtituat primam perſonam, relatio generabilis, ſeu actus primus generationis paſſiuæ conſtituat ſecundam perſonam: Relatio ſpirabilis, ſeu actus primus ſpirationis paſſiuæ conſtituat tertiam perſonam. Ad has deinde relationes conſequuntur origines, ſeu relationes tranſcendentales generantis ad gènitum, &c. In iſtis, ſeu in originibus fundantur relationes prædicamentales Patris ad Filium, &c. 42.

Melius tamẽ aſſignantur ab originibus virtualiter diſtinctæ, & aliqualiter iiſdem priores.

Vrgebis hanc doctrinam malè cohærere iis, quæ alibi diximus. Enimverò *lib. ſuperiori*, *capit.* 3. §. 6. negauimus relationes diuinas eſſe principium quo diuinarum proceſſionum: at ſi relatio in diuinis eſt ipſa potentia generatiua, vtique relatio eſt principium quo proceſſionis. Rurſus *tract.*, *ſuperiori*, *lib.* 1. *capit.* 6. §. 7. negauimus in Deo potentiam ad exiſtendum: at ſi admittitur generabilitas, & ſpirabilitas, ſeu potentia ad generari, & ſpirari, vtique admittitur in Perſonis procedentibus potentia ad exiſtendum: potentia enim ad generari in ſecunda perſona nihil eſt aliud, quam potentia ad exiſtendum per generationem: Potentia ad ſpirari in tertia perſona nihil eſt aliud, quàm potentia ad exiſtendum per ſpirationem. Tandem ſæpius 43.

dictum eſt perſonas procedentes produci ſecundùm relationes ipſarum conſtitutiuas, at ſic dicitur relationes ipſarum conſtitutiuas eſſe potentiam ad generari, & potentiam ad ſpirari non poteſt id verificari, illud enim, quod in filio producitur, eſt paſſiua generatio, non generabilitas, ſeu potentia ad generari: ſimiliter in Spiritu Sancto, &c. ergo ex multiplici capite doctrina mox allata doctrinis præcedentibus malè cohæret. Contra tamen:
44. Ad primum caput dico relationem in diuinis eſſe ipſam potentiam generatiuam, quatenùs ratione relationis potentia intellectiua generatiua denominatur, non quatenùs virtus influxiua ad generandum habeatur formaliter ex relatione tranſcendentali generatiui ad generabile, pro quo recolendum eſt ex *ſupradictis capite 3. §. 5.* Potentiam intellectiuam rationalem, quod eſt idem, ac dicere potentiam generatiuam eſſe ipſam potentiam intellectiuam eſſentialem affectam notione, ſeu relatione propria Patris tanquam conditione, non tanquam aliquo addente virtutem intellectiuam, ſeu influxiuam. In potentia igitur generatiuâ diuinâ duplex relatio conſiderari poteſt, altera intellectiui ad intelligibile, & hæc realis non eſt, quia non eſt inter extrema realiter diſtincta; altera dictiui ad dicibile, ſeu generatiui ad generabile, & hæc eſt quidem realis, at ſe tenet ex parte potentiæ generatiuæ tantùm tanquam conditio diſtinctiua, & determinatiua, non tanquam virtus influxiua: vnde rigorosè loquendo relatio tranſcendentalis realis generatiui ad generabile eſt conditio potentiæ generatiuæ potiùs, quàm ipſa potentia generatiua formaliter.

In potentia generatiua diuina relatio generatiui ad generabile eſt conditio, nó virtus influxiua.

45. Ad ſecundum caput, dico, aliud eſſe loqui de exiſtentia abſoluta, aliud eſſe loqui de exiſtentia relatiua; ad exiſtendum exiſtentia abſoluta vtique non datur in diuinis potentia, tum quia talis exiſtentia abſoluta eſt primus conceptus Dei, adeoque nil ſupponitur, in cuius potentiâ exiſtentia abſoluta ſit; tum quia exiſtentia abſoluta eſt omninò improducta, adeoque ſicuti non datur potentia actiua ad ipſam producendam, ita nec potentia paſſiua ad ipſam recipiendam. Ex oppoſito res ſe habet in exiſtentia relatiua; hæc enim verè producitur, & ſicuti habet ex parte principij producentis potentiam actiuam; ita debet habere ex parte termini producti potentiam paſſiuam; ſicuti in principio datur potentia ad faciendum exiſtere, ſeu ad dandam exiſtentiam; ita in termino debet dari potentia ad exiſtendum ſeu ad recipiendam exiſtentiam. Subintellige de potentia nunquam deſtituta actu, nunquam carente actuali receptione, iuxta alibi dicta de potentia producendi, & recipiendi intellectionem.

Non datur in diuinis potentia ad exiſtendum exiſtentia abſoluta, benè tamen ad exiſtendum exiſtentia relatiua.

46. Ad tertium caput dico conſtitutiuum alicuius rei produci ſecundùm exiſtentiam, non ſecundùm rationem formalem conſtitutiui, ſeu habere ex vi productionis exiſtere, non conſtituere. Sic anima ex vi creationis habet, quod ſit exiſtens, at non quod ſit conſtitutiua hominis, cuius optimè intelligitur conſtitutiua independenter, tum ab exiſtentia, tum à creatione. In propoſito dico perſonas procedentes produci ſecundùm relationes vt exiſtentes, non ſecundùm relationes vt conſtitutiuas. Dum additur in filio produci generationem paſſiuam, non generabilitatem, ſeu potentiam ad generari; vel ſermo eſt de generabilitate vt conſtitutiua, vel de generabilitate vt exiſtente: generabilitas vt conſtitutiua, vtique non producitur, id eſt non habet ex vi productionis, quod ſit conſtitutiua, generabilitas verò vt exiſtens vtique producitur. At nihil eſt aliud generabilitas vt exiſtens, quàm generatio paſſiua, quia actus primus factus exiſtens nihil eſt aliud, quàm actus ſecundus; producibilitas tranſlata ad exiſtentiam nihil eſt aliud, quàm ipſa paſſiua productio.

Relationes diuinæ producuntur vt exiſtentes, non vt conſtitutiuæ perſonarũ.

Ex his habes illud; quod primò producitur in diuinis, eſſe relationem tranſcendentalem, non relationem prædicamentalem: Relationes tamen etiam prædicamentales in perſonis procedentibus producuntur; ſed ſecundariò & conſequenter ad relationum tranſcendentalium productionem. Producuntur inquam etiam relationes prædicamentales in perſonis procedentibus, quia quidquid eſt in perſonis procedentibus eſt aut ab alio communicatum, aut ab alio productum: relationes etiam prædicamentales, vtpotè non communes, nequeunt eſſe communicatæ, neceſſe eſt igitur, quod ſint ab alio productæ. Secundariò tamen, & conſequenter ad productionem relationum tranſcendentalium, eo quod relationes tranſcendentales ſupponant, & in relationibus tranſcendentalibus fundentur. Sic Pater in primo ſigno producit generationem paſſiuam, ſeu filiationem tranſcendentalem, in ſecundo producit filiationem prædicamentalem. Pater, & Filius in primo ſigno producunt ſpirationem paſſiuam tranſcendentalem, in ſecundo ſpirationem paſſiuam prædicamentalem: Hæc ſecundaria relationum prædicamentalium productio dici etiam poteſt virtualis emanatio talium relationum à relationibus tranſcendentalibus; vt enim aduertit Lugus 1. *parte lib. 2. diſp. 2. cap. 7. numero 5.* ſicut paſſiones identificatæ cum eſſentia creata producuntur ab agente, nihilominus intelliguntur ratione noſtra dimanare ab eſſentia; ſic etiam relationes prædicamentales diuinæ intelligi poſſunt dimanare ratione noſtra, & virtualiter à relationibus tranſcendentalibus, nec huiuſmodi virtualis emanatio impediet realem productionem ſecundariam ipſarum à perſona producente relationes tranſcendentales.

47. Relationes diuinæ trãſcendentales producũtur primariò prædicamẽtales producuntur ſecundariò.

Secunda relationum prædicamẽtalium productio dici etiam poteſt virtualis emanatio.

Habes inſuper, quod ſicuti ſolæ Relationes tranſcendentales, non verò relationes prædicamentales, ſunt vltimò conſtitutiuæ diuinarum perſonarum; ita illæ ſolæ ſunt perſonalitates, & ſubſiſtentiæ, cum ſola ratio vltimò conſtitutiua perſonæ poſſit

48. Solæ relationes tranſcendentales, no prædicamentales ſunt ſubſi-

ſtentiæ, & proprietates perſonales.

poſſit dici perſonalitas, & ſubſiſtentia. Eadẽ de cauſa illæ ſolæ ſunt proprietates rigoroſè perſonales. Relationes autem prædicamentales ſunt quidem in diuinis ſubſtantiales, & per ſe ſtantes, imò etiam ſubſiſtentes ſubſiſtentiâ illius perſonæ, cui ſunt propriæ: at non ſunt per ſe ipſas formaliter perſonalitates, ſeu ſubſiſtentiæ. Sunt item proprietates perſonæ, quatenùs vnius perſonæ ſunt propriæ, non communes omnibus; at non ſunt in rigore proprietates perſonales, quia proprietas perſonalis in rigore ſumitur pro illa ſola, quæ eſt vltimò conſtitutiua: Relationes verò prædicamentales ſunt conſequentes ad perſonas vltimò conſtitutas; non ſunt perſonarum vltimò conſtitutiuæ.

§. VIII.

Virùm relationes trium diuinarum perſonarum conſtitutiuæ importent tres poſitiuas rationes ſubſiſtendi, an ſolùm tres incommunicabilitates?

49. Dantur in diuinis tres ſubſiſtentiæ, ſeu tres poſitiuæ rationes ſubſiſtẽdi, non præciſè tres incommunicabilitates.

ASSERTVM: Relationes trium diuinarum perſonarum conſtitutiuæ important tres poſitiuas rationes ſubſiſtendi, ſeu tres poſitiuas ſubſiſtentias in abſtracto: non præciſè tres incommunicabilitates modificatiuas ſubſiſtentiæ abſolutæ, & facientes tres ſubſiſtentes in concreto. Ita ex admittentibus in Deo ſubſiſtentiam abſolutam Caietanus *prima parte, quæſt.* 30. *art.* 4. §. *ad euidentiam*, & 3. *parte, quæſt.* 3. *artic.* 2. Bannes *prima parte, quæſt.* 29. *articul.* 2. Nazarius *eadem quæſt. articul.* 4. Io. à S. Thoma *eadem quæſt. diſput.* 14. *articul.* 1. *numero* 18. & præter Thomiſtas communiter Suarez *de Trinitate, lib.* 4. *cap.* 11. & *de Incarnatione, diſputat.* 11. *ſect.* 4. Molina *prima parte, quæſt.* 29. *articul.* 2. *diſputat.* 3. *conc.* 2. Auerſa *quæſtione* 3. *ſect.* 2. & à fortiori illi omnes, qui negant diuinæ eſſentiæ ſubſiſtentiam abſolutam: hi enim nullatenùs videntur ſuſtinere poſſe veritatem trium diuinarum perſonarum, ſi tres ſolùm incommunicabilitates, non tres poſitiuas ſubſiſtentias, ſeu perſonalitates admittant. Vnde dum ab aliquibus erroris arguitur ſententia negans diuinis perſonis tres rationes paſſiuas ſubſiſtendi, talis cenſura ſolùm afficit eos, qui ſimul negant ſubſiſtentiam eſſentialem, & abſolutam, non verò eos, qui illas negant hac admiſsâ: quod præſtant plures graues Auctores noſtro aſſerto aduerſantes, vt Scotus *in* 3. *diſtinct.* 1. *quæſtione* 2. §. *ad quæſtionem igitur.* Durandus *eadem diſtinct. quæſtione* 2. Capreolus *eadem diſtinct. quæſtione* 1. *articulo* 2. Bellarminus *tom.* 1. *lib.* 2. *de Chriſto, capite* 15. Marchinus *de Trinitate, quæſtione* 29. *diſputatione* 19. *propoſit. vnica*, vbi tres relatiuas ſubſiſtentias negat expreſſiùs, quàm cæteri, præſertim quam *Scotus*, & *Bellarminus*, qui licèr ſubſiſtentiæ abſolutæ mentionem faciant, non ſubſiſtentiarum relatiuarum, has tamen intcrminis non excludunt.

Probatur primò, *ex* 6. Synodo Generali *act.* 11. *Sabelliana prauitas eſt tres perſonas in vnam confundere, & colligere ſubſiſtentiam*, ergo in diuinis dantur plures ſubſiſtentiæ, non vnica ſubſiſtentia abſoluta pluribus incommunicabilitatibus modificata. Et quamvis præcipuus ſcopus illorum verborum ſit excludere à diuinis vnicitatem perſonæ; nihilominùs in re vnicitas etiam excluditur ſubſiſtentiæ, & corroboratur ex eo, quod eadem Synodus *eâdem act.* pluralitatem exprimit ſubſiſtentiarum illis verbis *Sanctiſſima Trinitas eſt numerabilis perſonalibus ſubſiſtentiis.* Et quamvis dici poſſit ſumi hic ſubſiſtentias in concreto pro ſuppoſitis, adeò vt ſenſus ſit Trinitatem eſſe numerabilem tribus perſonalibus ſuppoſitis, ſeu perſonis: Nihilominùs hoc non adeò congruè dicitur, nec ſufficienter eludit probationem. Non adeò congruè dicitur, quia intelliguntur verba Concilij in ſenſu minùs proprio, ſubſiſtentia enim propriè ſupponit pro abſtracto, & ad ſignificandum concretum habentur alia propria vocabula, ſcilicet ſubſiſtens, ſuppoſitum, perſona; non ſufficienter eludit probationem, quia vt mox ratione ſuadebitur ex multiplicatione perſonarum infertur multiplicatio ſubſiſtentiarum etiam in abſtracto. 50.

Probatur ſecundò ratione: Non poteſt multiplicari perſona, quin multiplicetur poſitiua ratio ſubſiſtendi, ergo ſicuti in diuinis dantur tres perſonæ, ita dantur tres poſitiuæ rationes ſubſiſtendi, & conſequenter relationes trium diuinarum perſonarum conſtitutiuæ important &c. Antecedens probatur; non poteſt multiplicari concretum, quin multiplicetur id, quod tale concretum importat in recto, ſed hoc concretum perſona importat in recto poſitiuam rationem ſubſiſtendi incommunicabiliter, non puram incommunicabilitatem, ergo non poteſt multiplicari perſona, quin &c. Maior patet inducendo per reliqua concreta, ipſorúmque multiplicationem. Minor probatur ex definitione perſonæ *ſuprà* §. 1. tradita definitur enim perſona rationalis naturæ indiuidua ſeu incommunicabilis ſubſtantia, non verò rationalis naturæ incommunicabilitas: Importat igitur non ſolam incommunicabilitatem in recto, ſed cum incommunicabilitate ſubſtantiam, adeóque rationem ſubſtantialem poſitiuam. Confirmatur: Incommunicabilitas in diuinis non poteſt immediatè aduenire ſubſiſtentiæ abſolutæ, & eſſentiali; ſed debet ſupponere aliam poſitiuam rationem, in qua fundetur, ergo perſonæ diuinæ non important ſolam ſubſiſtentiam abſolutam triplici incommunicabilitate modificatam, 51.

51. Perſona non poteſt multiplicari, quin multiplicetur poſitiua ratio ſubſiſtendi.

Incommunicabilitas in diuinis non poteſt immediatè aduenire ſubſiſtentiæ abſolutæ.

ſed importans triplicem rationem poſitiuam ſubſiſtendi, in qua triplex incommunicabilitas fundatur. Antecedens probatur: Negatio communicabilitatis non poteſt immediatè aduenire rationi poſitiuæ communicabili, ſed ſubſiſtentia abſoluta, & eſſentialis eſt ratio poſitiua communicabilis, ergo. Minor patet, maior probatur: Tùm quia quælibet negatio requirit fundamentum ſibi proportionatum, alioqui cuilibet rei quælibet negatio conueniret: Nulla autem entitas videtur eſſe fundamentum magis improportionatum incommunicabilitatis, quam entitas communicabilis: tum quia eidem ſecundùm idem conueniret affirmatio & negatio, communicabilitas & incommunicabilitas, ſi negatio communicabilitatis, & incommunicabilitas immediatè adueniret rationi poſitiuæ communicabili.

52. Occurritur obiter argumento Aduerſariorũ.

Hinc habes obiter Aduerſarios formare minorem de ſubiecto non ſupponente, dum ita arguunt. Perſonalitas nihil eſt aliud, quàm ſubſiſtentia incommunicabilis, ſed ſubſiſtentia abſoluta diuina per hoc præciſè, quod ipſi adueniat incommunicabilitas eſt ſubſiſtentia incommunicabilis, ergo ſubſiſtentia abſoluta per hoc præciſè, quod ipſi adueniat incommunicabilitas eſt perſonalitas, & conſequenter per hoc præciſè, quod ipſi adueniãt tres incommunicabilitates conſtituuntur tres perſonæ: Formant, inquam, minorem de ſubiecto non ſupponente, quia ſupponunt poſſe ſubſiſtentiæ abſolutæ diuinæ ſecundum ſe præciſè, & immediatè acceptæ aduenire incommunicabilitatem, quod ex ſuperiori confirmatione falſum eſt, & impoſſibile. Vt igitur eſſentiæ diuinæ, vel ſubſiſtentiæ eſſentiali, & abſolutæ, adueniat incommunicabilitas, neceſſe eſt, quod priùs adueniat aliqua ratio poſitiua, quæ de ſe communis non ſit, & poſſit eſſe fundamentum incommunicabilitatis: talis ratio poſitiua non poteſt eſſe aliud, quam relatio, & hæc cum aliunde habeat omnia requiſita ad ſubſiſtentiam, ſit ſcilicet ſubſtantialis, ſit vltimo conſtitutiua perſonæ, debet eſſe ratio relatiuè ſubſiſtendi, ſeu ſubſiſtentia relatiua.

53. Probatur tertio ex eo, quod negatis tribus ſubſiſtentiis relatiuis, & admiſſâ ſolâ ſubſiſtentiâ abſolutâ tribus incommunicabilitatibus modificatâ difficilè explicantur plures Theologicæ veritates. Primò difficilè explicatur quomodo vnio hypoſtatica facta ſit in aliquo proprio filij, non in aliquo communi Trinitati. Nec ſufficit dicere, quod talis vnio facta ſit in ſubſiſtentia abſolutâ non vt communi, ſed vt appropriatâ filio: hoc enim ſaluat ad ſummum, quod vnio ſit appropriata filio; at non quod ſit filij propria. Secundò difficilè explicatur, quomodo in diuinis ſint tres habentes deitatem, illud enim, quod conſtituit habens naturam eſt ſubſiſtentia, vt quodammodo naturam ſuſtentans, adeóque eſt ſubſiſtentia, vt importans rationem poſitiuam, non vt importans incommunicabilitatem: quomodo ergo in diuinis poſſunt eſſe tres habentes naturam, ſi eſt vnica ratio poſitiua ſubſiſtendi. Tertiò difficilè explicatur, quomodo relationes ſint proprietates perſonales, ſi enim afferunt Perſonis ſolam negationem, valde impropriè dicuntur proprietates perſonales, & conſtitutiuæ; cum negationibus non niſi impropriè, & abuſiuè tribuantur prædicata poſitiua.

54. Subſiſtentia vniuerſaliſſimè accepta diuiditur in abſolutam, & relatiuã.

Ex his habes ſubſiſtentiam in ſuo communi, & vniuerſaliſſimo conceptu præſcindere ab eo, quod abſoluta, vel relatiua ſit, & ſi in creatis omnis ſubſiſtentia eſt abſoluta; in diuinis aut omnis ſubſiſtentia eſt relatiua, aut ſaltem abſoluta eſt vnica, relatiuæ plures. Videtur huic veritati aduerſari Auguſtinus *lib. 7. de Trinitate, cap. 4.* dicens: *Omnis res ad ſe ipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus*: & ne dicatur hæc verba procedere de Deo vt à perſonis præciſo, qua ratione vere ad ſe ipſum, & ſubſiſtentiâ abſolutâ ſubſiſtit, afferri poteſt id, quod habet idem Auguſtinus *cap. 6. ſequent. Perſona Patris non aliud, quàm ipſe Pater eſt ad, ſe quippè dicitur Perſona, non ad Filium, vel Spiritum Sanctum, ſicuti ad ſe dicitur Deus, &c.* Hanc Diui Auguſtini mentem ſequitur *D. Thomas* dum ſæpius docet ſubſiſtentiam in diuinis perſonis eſſe ab eſſentia, ſolum diſtinctionem, & incommunicabilitatem haberi à relationibus: *prima parte, quæſt.* 40. *art. 2. ad 2. Perſonæ diuinæ non diſtinguuntur in eſſe, in quo ſubſiſtunt, neque in aliquo abſoluto, ſed ſolum ſecundùm id, quod ad aliquid dicuntur. Vnde ad eorum diſtinctionem ſufficit relatio. De potentia* quæſt. 8. artic. 3. ad 7. *Relatio in quantum relatio non habet, quod ſubſiſtat, vel ſubſiſtere faciat, &c. diſtinguunt verò relationes, in quantum relationes ſunt, &c,* quæſt. 9. art. 6. ad 3. *Nomen perſonæ non deſignat hoc ſolum, quod eſt ſubſiſtere, quod videtur ad eſſentiam pertinere, ſed etiam hoc, quod eſt diſtinctum eſſe, & incommunicabile, quod eſt propter proprietates relatiuas in diuinis.* Nihilominus re ipſa neuter ex his, nec vllus alius ex Sanctis Patribus, veritati à nobis propoſitæ aduerſatur.

55. Exponitur mens *Diui Auguſtini.*

Non aduerſatur *Auguſtinus* primo quia vt notat Vaſquez *prima parte, diſp.* 125. *cap.* 5. nuſquam ipſe vſus eſt nomine Latino ſubſiſtentiæ, ſed vbicumque agitur de voce Græca *Hypoſtaſis* ſemper Latinè interpretatum fuit *ſubſtantia*: quare, cum ait Deum ad ſe ſubſiſtere, loquitur de actu ſubſiſtentiæ, quam poſſumus appellare exiſtentiam ſubſtantialem, non de ſubſiſtentia, de qua nobis nunc eſt controuerſia. Et cum *citato capite* 4. timeret Auguſtinus concedere tres hypoſtaſes, ne concederet tres ſubſtantias, ſeu tres eſſentias, merito dixit Deum ad ſe ſubſiſtere, ſicut ad ſe ſubſtantia, ad ſe eſſentia eſt: merito item dixit *cap. 6. ſequenti*, Perſonam ad ſe dici, quia nomen perſonæ vſurpat pro ſubſtantia, ſeu eſſentia Secundò quia ſenſus *Auguſtini* eſſe poteſt, quod Deus, & perſona diuina ad ſe ſubſiſtat, quatenus ly *ad ſe* opponitur relationi prædicamentali, non quatenus opponitur relationi tranſcendentali.

cendentali : Item quatenus ſub conceptu ſubſiſtentiæ eſſe ad aliud non relucet adeo explicitè, ſicuti relucet ſub conceptu relationis. Non aduerſantur Angelicus, quia dum ait *Perſonas non diſtingui in eſſe, in quo ſubſiſtunt*, loquitur de eſſe exiſtentiæ, quod vt nos ipſi *lib. ſuperiori, cap.* 8. §. 7. *aduertimus*, iuxta mentem D. Thomæ vnicum eſt in diuinis : dum ait. *Relatio, in quantum relatio, non habet, quod ſubſiſtat.* Vel loquitur de relatione prædicamentali, vel de relatione ſecundùm conceptum, quem magis explicitè, & prima facie exbibet, & hoc modo etiam procedit, quod ait, à relatione haberi ſolùm diſtinctionem, & incommunicabilitatem : Nec certè poteſt intelligi Sanctus Doctor de relatione ſimpliciter accepta, alioqui ſibi ipſi contradiceret, dum *prima parte, quæſt.* 40. *art.* 3. *in C.* ait : *Relatio eſt, quæ diſtinguit hypoſtaſes, & conſtituit, &c. relationes aduenientes quaſi proprietates ad dignitatem pertinentes conſtituunt rationem perſonæ.* Non aduerſatur vllus alius Sanctus Pater, quia quantum conijcere potui, quælibet alia auctoritas concludit in Deo ſubſiſtentiam abſolutam eſſentiæ à nobis etiam mox aſſerendam, at non excludit ſubſiſtentias relatiuas Perſonarum.

Exponitur mens D. Thomæ.

---

§. IX.

An, & quomodo præter tres ſubſiſtentias relatiuas detur in Deo ſubſiſtentia abſoluta?

56\. Non datur in Deo abſoluta ſubſiſtentia perſonam, aut ſemi-Perſonam abſolutam conſtituens.

ASSERTVM I. Præter tres ſubſiſtentias relatiuas non datur in Deo ſubſiſtentia abſoluta, ex qua ſimul cum eſſentia ſuppoſitum abſolutum, aut perſona abſoluta : Imo nec abſolutum ſemi-ſuppoſitum, aut abſoluta ſemi-perſona conſtituatur. Ita omnes Theologi communiſſimè contra nonnullos relatos, & impugnatos ab Henrico *in ſumma art.* 56. *quæſt.* 6. *quodlib.* 5. *quæſt.* 8. & ab Argentina *in* 1. *diſt.* 26. *quæſt.* 1. *art.* 4. Item quoad rationem ſemi ſuppoſiti, ſeu ſemi-perſonæ, contra Caietanum 3. *parte, quæſt.* 3. *art.* 2. vbi ait ſubſiſtens in natura diuina vt ſubſiſtens habere rationem perſonæ quamvis incompletè, & *art.* 3. vbi docet vnionem, qua natura creata de potentia abſoluta aſſumeretur ad ſubſiſtendum ſubſiſtentiâ abſolutâ diuinæ eſſentiæ fore per ſe primò ad perſonam incompletè, in quo modo loquendi Caietanus acriter reprehenditur à Catherino *lib.* 4. *annotat.* contra Caietanum §. 2. & forrè etiam huc reſpexit Valentia *prima parte, diſp.* 2. *quæſt.* 13. *punct.* 3. dum ait eſſe plus, quam falſam, & à multis putari temerariam opinionem *Caietani* de ſubſiſtentia abſoluta diuinæ eſſentiæ : certè niſi *Valentia* reſpexit ad ſubſiſtentiam abſolutam, vt conſtitutiuam perſonæ incompletæ, ſeu ſemi-perſonæ, immeritò cenſuram fert in ſubſiſtentiam abſolutam, vt patebit ex *ſequenti aſſerto.* Interim mox aſſerta veritas, præſertim quoad primam partem, ſecundùm quam in re eſt de fide, vt tradit Suarez *de Trinitate, lib.* 3. *cap.* 3. contra Sabellium ponentem Deum eſſe vnam Perſonam abſolutam : Item contra Raymundum Lullum, inter cuius errores Emericus *in Directorie Inquiſitorum, part.* 2. *quæſtion.* 2. iſtum refert. Dari in diuinis abſolutum ſuppoſitum, vel abſolutam Perſonam, facilè

Probatur primò : Non datur in Deo abſoluta perſona, nec abſolutum ſuppoſitum 57.
præter tres perſonas relatiuas, ergo præter tres ſubſiſtentias relatiuas non datur in Deo ſubſiſtentia abſoluta, ex qua ſimul, &c. Probatur antecedens, pro quo non eſt ſpecialiter impugnandum abſolutum ſuppoſitum, cum enim perſona nihil aliud ſit, quàm intellectualis naturæ ſuppoſitum, quidquid in diuinis expugnat abſolutam perſonam, expugnat ſimul abſolutum ſuppoſitum. Probatur igitur antecedens excludendo à Deo abſolutam perſonam; primò, quia ponere in Deo vnam perſonam abſolutam error Sabellianus eſt, & quamvis Sabellius tres perſonas relatiuas negauerit, tamen non in hoc ſolum errauit, verum etiam in eo, quod vnam Perſonam diuinam abſolutam poſuerit: Secundò quia nullibi in Concilijs, & Sanctis Patribus fit mentio alicuius perſonæ diuinæ præter tres Perſonas Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & quamvis illa perſona abſoluta non eſſet in rigore quarta perſona, quia non aſtrueretur ab alijs tribus realiter diſtincta, tamen eſſet quarta perſona cum addito, & ſecundùm rationem ratiocinatam, admittere verò etiam hoc ſolummodò quartam perſonam diuinam falſum prorſus eſt æquè, ac inauditum. Tertiò quia perſona iuxta propriam definitionem, & vulgatiſſimam omnium acceptionem eſt incommunicabilis : Si igitur Deus ſecundùm ſe eſſet perſona abſoluta eſſet incommunicabilis, & interminabilis perſonalitatibus relatiuis, adeóque non eſſent dabiles aliæ perſonæ, quæ eſſent Deus, & re ipſa degluriretur totum venenum Sabellij aſſirmantis vnam abſolutam, inficiantis tres relatiuas perſonas in diuinis.

Ponere in Deo perſonam abſolutam eſt error Sabellianus.

Probatur ſecundò ſpecialiter impugnando ſemi-perſonam abſolutam; (eadem eſt ratio de abſoluto ſemi-ſuppoſito :) Ponere in diuinis ſemi-perſonam eſt modus loquendi ſine auctoritate, ſine neceſſitate, & contra rationem inductus, ergo non datur in diuinis ſubſiſtentia abſoluta, ex qua ſimul cum eſſentia conſtituatur ſemi-perſona. Antecedens probatur : Eſt modus loquendi inductus ſine auctoritate, quia nullum Concilium, nullus Sanctus Pater, adhibuit vocabulum ſemi-Perſonæ, vel perſonalitatis incompletæ : Eſt modus loquendi inductus ſine neceſſitate, quia nec ad ſuſtinendam in diuinis ſubſiſtentiam abſolutam, nec ex eo, quod perſona diuina conſtituatur intrinſecè

58\. Semi-Perſona abſoluta in diuinis ſine auctoritate, ſine neceſſitate, & côtra rationem poneretur.

non ſolùm ex ſubſiſtentia relatiua, verum etiam ex aliquo abſoluto, neceſſe eſt admittere in diuinis Semi-Perſonam abſolutam: Non eſſe neceſſe ex primo capite conſtabit

Denominatio totius ad ſummum in homogeneis partialiter tribuitur parti, ſecùs in hetero geneis.

ex *ſequenti aſſerto.* Non eſſe neceſſe ex ſecundo capite ſuadetur ex eo, quod ad ſummum in homogeneia denominatio totiua partialiter conuenit parti: Sic para palmi rectè dicitur ſemi-palmus, ſecùs in heterogeneia; neque enim materia prima quamvia ſit pars hominia eſt ſemi-homo, aut partialiter homo, alioqui in quolibet compoſito daretur ſemi-homo, quia in quolibet compoſito datur materia prima. Cum igitur perſona ſit totum heterogeneum, partiale conſtitutiuum ipſiua nequit dici ſemi perſona, aut partialiter perſona, præſertim loquendo de conſtitutiuo partiali non vltimo, cuiuſmodi eſt conſtitutiuum abſolutum reſpectu perſonæ diuinæ, eum tamen perſonæ denominatio præcipuè oriatur ex conſtitutiuo vltimò, pro hoc enim ſupponit perſona in abſtracto, ſeu perſonalitas. Eſt modus loquendi inductus contra rationem, primò quia perſona primò & prinpaliter importat incommunicabilitatem: quomodo igitur rectè dici poteſt ſemi-Perſona ſubſiſtentia diuina abſoluta, in qua nulla relucet incommunicabilitas ſecundò quia ex vi nominis ſemi-perſona, ſeu perſonalitas incompleta redolet imperfectionem, & rationem partis: Malè igitur admittitur in diuinis, vbi nihil eſt, quod habeat aut rationem partis, aut rationem incompleti. Tertiò quia ſemi-perſona ad perſonam accedit, & ſicuti aſtruere Deum ſimpliciter perſonam abſolutam Sabellianiſmus eſt; ita aſtruere ipſum ſemi-perſonam abſolutam eſt Semi-Sabellianiſmus, ſeu ad Sabellianiſmum accedit.

59. Sic excluſâ à diuinis perſonâ, imò etiam ſemi-perſonâ abſolutâ exiſtimant nonnulli actum prorsùs eſſe de abſoluta ſubſiſtentia: fundantur iſti in eo, quod reſpectu naturæ rationalis, ſeu intellectualis ſupponunt non diſtingui ſubſiſtentiam à perſonalitate, ſubſiſtens à perſona: at imbecilli fundamento, & falſæ ſuppoſitioni ſe fidunt: pro quo

60. Subſiſtentiæ conceptus proprius.

Aduerte ſubſiſtentiam ex proprio conceptu nihil aliud importare, quàm complementum ſubſtantiæ, ſeu naturæ; & licèt regulariter ſubſtantia, ſeu natura in ſe completa ſit etiam incommunicabilis alteri, tamen quia non quidquid communicatur alteri, communicatur vel vt completiuo, poteſt eſſe ſubſtantia, ſeu natura in ſe completa abſque eo, quod alteri incommunicabilis ſit: pro ſubſtantiæ igitur complemento, & pro diſtinctiuo ſubſtantiæ completæ non ſolùm ab accidente, verùm etiam à ſubſtantia incompleta debet aſſignari aliqua ratio præſcindens ab incommunicabilitate: hæc ratio non poteſt in alio meliùs collocari, quàm in per ſe ſubſiſtere, adeò vt duplex perſeitas in ſubſtantia conſideretur altera, quæ ſit differentia eſſentialis cuiuſcumque ſubſtantiæ, & hæc dicatur perſeitas exiſtendi: altera quæ ſit perfectio propria ſubſtantiæ completæ, & dicatur perſeitas ſubſiſtendi, ſeu ſubſiſtentia. Iuxta hunc vniuerſaliſſimum ſubſiſtentiæ conceptum poſſunt in linea ſubſiſtendi tria diſtingui: ſubſiſtens, ſuppoſitum, perſona. Subſiſtens importat præcisè naturam ſubſtantialiter completam, & conſequenter concretum, & vt quod. Suppoſitum importat naturam ſubſtantialiter completam incommunicabilem, perſona naturam ſubſtantialiter completam incommunicabilem intellectualem. Et ecce quomodo in vniuerſum latiùs pateat ſubſiſtentia, quàm ſuppoſitalitas, vel perſonalitas: quomodo item reſpectu naturæ intellectualis debeat diſtingui ſubſiſtens à perſona, ſeu à ſuppoſito: Quomodo tandem excluſio perſonæ, & Semi-Perſonæ abſolutæ, non neceſſariò inferat excluſionem abſolutæ ſubſiſtentiæ. Ideò ſit

Diſcrimẽ inter ſubſiſtẽs, ſuppoſitum, & perſoná.

61. Datur in Deo abſoluta ſubſiſtentia, qua diuina eſſentia conſtituitur ſubſiſtens.

Assertvm II. Præter tres ſubſiſtentias relatiuas datur in Deo ſubſiſtentia abſoluta, qua diuina eſſentia etiam vt præciſa à perſonalitatibus, & ſubſiſtentiis relatiuis conſtituitur ſubſiſtens. Ita D. Thomas *in* 1. *diſt.* 21. *quæſt.* 2. *artic.* 1. *in* 1. *diſtinct.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 1. *ad* 2. 4. *contra gentes, capite* 14. *ad* 5. & alibi Scotus *in* 3. *diſt.* 1. *quæſtione* 2. §. *ad quæſtionem igitur, quodlib.* 4. §. *ad argumentum autem pro iſtâ viâ.* Caietanus *prima parte, quæſtione* 3. *artic.* 3. *quæſtione* 39. *articulo* 4. & alibi Medina 3. *parte, quæſtione* 2. *articul.* 2. & *quæſtione* 3. *articulo* 3. Aluarez *tertia parte, quæſtione* 3. *articulo* 3. Nazarius *prima parte, quæſt.* 39. *articul.* 4. *controu.* 1. Suarez *de Trinitate, libro* 4. *capite* 11. & *de Incarnat. diſputatione* 11. *ſect.* 4. Molina *prima parte, quæſtione* 29. *articul.* 2. *diſputatione* 3. *concl.* 2. Marchinus *de Trinitate, quæſtione* 29. *diſputatione* 18. Herinex *diſputation* 1. *quæſtion.* 8. *numero* 59. Aversa *quæſtione* 29. *ſect.* 2 &c. contra Alenſem *tertia parte, quæſtione* 2. *membr.* 3. Henricum *quodlib.* 5. *quæſtione* 8. Richardum *in* 1. *diſt.* 26. *articulo* 1. *quæſt.* 1. Vaſquium *prima parte, diſputat.* 125. *cap.* 4. Valentiam *diſputat.* 2. *quæſtione* 13. *punct.* 5. Arriagam *diſputat.* 51. *ſect.* 2. *ſubſec.* 2. De Quiroa *diſputatione* 29. *ſection.* 3. Arrubal *diſputat.* 109. *cap.* 2. Syluium *quæſtione* 29. *art.* 2.

Probatur primò auctoritate *ex Epiſtola* Agathonis Papæ, quæ habetur *in* 6. *Synodo act.* 4. vbi dicitur *tres perſonas eſſe vnum Deum, non trium nominum ſubſiſtentiam, ſed trium ſubſiſtentiarum, ſeu perſonarum vnam ſubſiſtentiam.* Ex D. Hieronymo *Epiſtol.* 57. ad Damaſum: *Vna eſt Dei, & ſola natura, quæ verè eſt; id enim, quod ſubſiſtit, non aliunde habet, ſed ſuum eſt.*. *Ex* D. Hilario 7. *de Trinitate circa finem*, vbi de diuina eſſentia dicitur *ita eſſe, ac ſubſiſtere, vt in ſubſiſtente inſit, ita verò ineſſe, vt & ipſa ſubſiſtat. Ex* D. Thoma, & plures, & manifeſtatiores textus ſuppetunt; vnus, vel alter pro nunc ſufficiat, *in* 1. 62.

diſt. 21.

diſtinct. 21. quæſtione 2. articulo 1. Iſte terminus, Deus, prædicat naturam diuinam de tribus perſonis, quæ etiam in ſe eſt habens eſſe ſubſiſtens nullâ intellectâ perſonarum diſtinctione; quæſtion. 9. de pot. art. 5. ad 13. *ipſa diuina eſſentia eſt ſecundum ſe ſubſiſtens, &c. licet ergo diuina eſſentia ſecundum ſe ipſam, vt ita dicam, indiuiduetur quantum ad hoc, quod eſt per ſe ſubſiſtere.*

63. Dices Auctoritatem ex epiſtola Agathonis eſſe ambiguam: vbi enim legebatur *trium ſubſiſtentiarum, ſeu perſonarum vnam ſubſiſtentiam*, in minus antiquis codicibus legitur, *vnam ſubſtantiam*, pro ly *vnam ſubſiſtentiam*: Verba D. Hieronymi, & D. Hilarij eſſe parui momenti ad præſens inſtitutum, ſufficienter enim verificantur per hoc quod diuina eſſentia ſubſiſtat in perſonis, quarum ſubſiſtentiæ, cum non diſtinguantur realiter ab eſſentia, nec producantur ab extrinſeco, ſufficiunt verificandum, quod diuina eſſentia non habeat aliunde ſubſiſtetè, ſed ſuum ſit: Textus *D. Thomæ*, aut non procedere propriè, & in ſenſu noſtri aſſerti eo, quod S. Doctor vtatur nomine ſubſiſtentiæ ad ſignificandam exiſtentiam per ſe; aut nimis probare, quia quando S. Doctor locutus eſt de ſubſiſtentiâ propriè, & rigoroſè acceptâ, pro eodem ſumpſit ſubſiſtentiam, & perſonalitatem ſeu ſubſiſtens, & perſonam, vt colligitur ex *tertia parte, quæſt. 3. art. 3. ad 1.* vbi ita habetur: *Quidquid eorum, quæ attribuuntur Deo in abſtracte, ſecundùm ſe conſideretur aliis circumſcriptis, erit aliquid ſubſiſtens, & per conſequens Perſona, cum ſit in natura intentionali. Sicut igitur nunc poſitis proprietatibus perſonalibus in Deo dicimus tres perſonas; ita excluſis per intellectum proprietatibus perſonalibus remanebit in conſideratione noſtrâ natura diuina vt ſubſi-*
64. *ſtens, & vt perſona.* Sed contra ſi allatæ auctoritates eſſent ita manifeſtæ, vt nullam paterentur Aduerſariorum explicationem, redderent prorſus certam ſententiam à nobis aſſertam, & periculoſam oppoſitam, quod nos non intendimus: Sufficit nobis ipſas ſecundùm ſenſum magis explicitum ſtare pro noſtrâ ſententia pro qua quo ad *Epiſtolam Agathonis* addo fortè ex Typographorum incuria variationem illam irrepſiſſe, nec ſine maxima neceſſitate deſerendam eſſe antiquam lectionem plurium annorum vſu firmatam, & originalibus typis, qui ſemper cenſendi ſunt maioris auctoritatis, impreſſam. Quoad *D. Thomam* inconuenienter dicitur ipſum vſum fuiſſe nomine ſubſiſtentiæ in ſignificatione impropria, & extranea; quoties diuinæ eſſentiæ vt à perſonis præciſæ ſubſiſtentiam tribuit; cum hoc præſtet frequenter, & vitioſum ſit vocabulo aliquo in ſignificatione impropria frequentiùs vti, & licèt aliquando, vt in allato textu ex tertia parte, pro eodem ſumpſerit ſubſiſtentiam, & perſonalitatem; ſeu ſubſiſtens, & perſonam, non hinc ſequitur vſurpaſſe ſubſiſtentiam impropriè, quoties ipſam pro perſonalitate non vſurpauit: optimè enim ſtare poteſt, quod ſubſiſtentia propriè, accepta abſtrahat ab incommunicabili; à perſonalitate, & non perſonalitate.

Non omnis ſubſiſtentia propriè accepta eſt perſonalitas.

Aduerte hic obiter pro intelligentia textus relati ex tertia parte dupliciter diuinam naturam ſumi poſſe circumſcriptis, ſeu excluſis proprietatibus perſonalibus, nimirum vel negatiuè, ideſt talibus proprietatibus negatis, vel præciſiuè, ideſt talibus proprietatibus præciſis. Hoc ſecundo modo, quia abſtrahentium quod eſt in re non eſt mendacium diuina eſſentia adhuc reluceret vt importans habitudinem ad tres proprietates perſonales, adeóque vt communicabilis, & communicabiliter ſubſiſtens, non vt perſona, & in hoc ſenſu loquitur *D. Thomas* in locis, quæ aſſerri ſolent pro noſtro aſſerto. Primo modo diuina eſſentia remaneret, vt ponitur à Iudæis, & aliis admittentibus in Deo vnicam perſonam, remaneret ſcilicet incommunicabiliter ſubſiſtens, ac conſequenter vere perſona, & in hoc ſenſu loquitur D. Thomas in loco illo ex *tertia parte, item in 3. diſtinction. 5. quæſtion. 2. articul. 3.* 65.

Diuina eſſentia circumſcriptis proprietatibus perſonalibus negatiuè remanet perſona ſecus ipſis circumſcriptis præciſiuè.

Probatur ſecundò ratione: Diuina eſſentia vt præciſa à Perſonalitatibus, & ſubſiſtentiis relatiuis eſt omnino completa in eſſe abſoluto, ergo eſt ſubſiſtens non ſubſiſtentia relatiua, quia ſupponitur à ſubſiſtentiis relatiuis præciſa, & conſideratur in eſſe abſoluto, ergo ſubſiſtentiâ abſolutâ, ergo datur in Deo ſubſiſtentia abſoluta, qua, &c. Prima conſequentia patet ex animaduerſione ad aſſertum præmiſſâ. Antecedens probatur: Diuina eſſentia vt præciſa à perſonalitatibus &c. eſt omninò infinita & illimitata in eſſe abſoluto, nec ex perſonalitatibus, & ſubſiſtentiis relatiuis ei accreſcit aliquod ſpectans ad intenſiuam ipſius perfectionem: Sicuti tamen accreſcit naturæ creatæ ex propria ſubſiſtentiâ: contradiſtinguitur non ſolùm à quolibet accidente, verùm etiam à qualibet ſubſtantiâ incompletâ: excludit omnem modum exiſtendi in alio, tanquam perfectibile in perfectiuo, & conſequenter tanquam quo in quod; ergo eſt omninò completa in eſſe abſoluto, imò omni complemento intenſiuò; quia in diuinis ſolùm in eſſe abſoluto habetur perfectio intenſiua. 66.

Ex his habes Arriagam ſupracitatum malè nobis imponere non eſſe explicabile in quo conſiſtat ſubſiſtentia diuina abſoluta, quidue importet vltra exiſtentiam per ſe, ac independenter à ſubiecto. Quis enim non videat complemētū, quo ſubſtantia ita completur, vt non poſſit magis intenſiuè compleri, nec recipi in alio tanquam perfectibile, in perfectiuo eſſe aliquid diuerſum ab exiſtere per ſe, independenter à ſubiecto. Non igitur Arriaga nobis obiiciat eſſe inexplicabilem ſubſiſtentiam abſolutam diuinæ eſſentiæ, ſed potiùs caueat ne inexplicabile ſit, qua ratione, dum negat talem ſubſiſtentiam, cohæreat iis, quæ antecedenter dixerat *tractat. de ſcientia Dei, diſputatione 6. ſection. 4.* aſſignans pro eſſentia 67.

Arriaga dū negat ſubſiſtentiam abſolutam ſibi non cohæret.

Metaphyſica

Metaphyſica Dei ens ſpirituale à ſe ſubſiſtens. Enimverò ſi in diuinis non datur ſubſiſtens, niſi ſubſiſtentiâ perſonali, & relatiuâ, quanam ratione eſſentia Metaphyſica Dei, quod eſt idem ac dicere eſſentia Dei vt præciſa à perſonis, imò ipſis perſonis Metaphyſicè prior dici poteſt ens à ſe ſubſiſtens.

68. Probatur tertiò: nulla eſt neceſſitas negandi, & plurima eſt congruentia concedendi ſubſiſtentiam abſolutam, quâ diuina eſſentia vt præciſa à ſubſiſtentiis relatiuis conſtituatur ſubſiſtens: ergo verè præter tres ſubſiſtentias relatiuas datur in Deo ſubſiſtentia abſoluta, quâ diuina eſſentia, &c. Antecedens quoad ſecundam partem patet, tum ex ſuperioribus probationibus, tum ex eo, quod admiſsâ ſubſiſtentiâ abſolutâ melius ſaluatur, quomodo præciſis perſonis remaneat non ſolùm deitas, verùm etiam Deus, ſitque non ſolùm vna Deitas, verùm etiam vnus Deus in tribus perſonis. Quoad primam partem probatur: Potiſſima, quam aduerſarij exagerant, neceſſitas negandi diuinæ eſſentiæ ſubſiſtentiam abſolutam ſita eſt in eo, quod, vt conatur oſtendere Vaſquez 1. *part. diſput.* 125, *cap.* 4. ſecundùm communem vſum loquendi Eccleſiæ, Conciliorum, & Patrum ſubſiſtentia idem eſt, ac hypoſtaſis, & perſona, adeoque vel deſerendus eſt communis vſus loquendi Eccleſiæ, Conciliorum, & Patrum, vel nequit admitti in diuinis abſoluta ſubſiſtentia, quin ſimul admittatur abſoluta hypoſtaſis, abſoluta perſona; ſed ex hoc capite non habetur ſufficiens neceſſitas: ergo. Probatur minor: Talis vſus, ac modus loquendi procedit ſolùm de ſubſiſtentia incommunicabili, & quando admitteretur in diuinis ſubſiſtentia abſoluta incommunicabilis vtique admitteretur abſoluta perſona: at ſubſiſtentiam communicabilem idem eſſe cum hypoſtaſi, & perſona nunquam venit in mentem Sanctis Patribus, & Conciliis.

Subſiſtentia communicabilis non eſt idem quod perſona.

69. Dices: Numquam id veniſſe in mentem Sanctis Patribus, & Conciliis, quia neque etiam ipſis vnquam venit in mentem ſubſiſtentia communicabilis; imò hæc eſt contra omnem Sanctorum Patrum, & Conciliorum mentem. Sed contra ex auctoritatibus adductis in ſuperiori prima probatione ſatis conſtat non fuiſſe adeò Sanctis Patribus ignotam, nec adeò ab ipſorum mente alienam ſubſiſtentiam communicabilem in diuinis; eandemque non eſſe Conciliis malè conſonam rectè colligit Marchinus *de Trinitate, diſput.* 18. *ad* 1. ex eo, quod ipſam profiteatur, noſtrumque aſſertum tradat *Bartholomeus Miranda* magnus Conciliorum indagator, & explanator *in ſumma Conciliorum, in annotationibus ad 6. Synodum act.* 11.

Nec eſt contra, aut præter mentem Conciliorum, & Patrum.

70. Ex his habes ſubſiſtentiam ex ſuo communi, & vniuerſaliſſimo conceptu, ſicuti ex doctrinâ §. *ſuperioris* præſcindit ab eo, quod abſoluta ſit, vel relatiua; ita ex doctrina *præſentis* §. præſcindere ab eo, quod communicabilis ſit, vel incommunicabilis; & ſicuti licèt in creatis omnis ſubſiſtentia ſit abſoluta, tamen in diuinis datur ſubſiſtentia etiam relatiua: ita licèt in creatis omnis ſubſiſtentia ſit incommunicabilis, tamen in diuinis datur ſubſiſtentia etiam communicabilis. Nec mirum eſt, quod detur ſolùm in diuinis, & dari nequeat in creatis ſubſiſtentia communicabilis, ſicuti mirum non eſt, quod detur ſolùm in diuinis, & dari nequeat in creatis natura ſecundum ſe omninò completa, eadem numero communis multis, & in multiplici ſuppoſito exiſtens potius tanquam perfectiuum in perfectibili, quàm tanquam perfectibile in perfectiuo.

Habes inſuper in diuinis aliud eſſe conſiderare naturam vt à perſonis abſtractam, aliud eſt conſiderare eandem in abſtracto: vt 71. enim conſideretur natura diuina in abſtracto, ſeu non in concreto, non ſufficit quod conſideretur abſtracta à perſonis, niſi etiam ſimul conſideretur abſtracta à ſubſiſtentia abſoluta. Vndè hæc tria vocabula: Deitas, Deus, perſona diuina, ſi ſecundùm propriam, & formaliſſimam ſignificationem vſurpentur, non ſolùm differunt quoad ſonum vocis, aut quoad modum ſignificandi; verum etiam quoad rem ſignificatam. Deitas ſcilicet importat naturam diuinam in abſtracto, & præciſam ab omni ſubſiſtentiâ ſiue incommunicabili, ſiue communicabili: Deus importat naturam diuinam in concreto, & ſubſiſtentem ſaltem communicabiliter: perſona diuina importat naturam diuinam ſubſiſtentem etiam incommunicabiliter.

Deitas, Deus, Perſona diuina differunt etiam quoad rem ſignificatam.

§. X.

Satisfit nonnullis, quæ vlteriùs dubitari poſſunt tum circa perſonas diuinas: tum circa ſubſiſtentiam abſolutam diuinæ eſſentiæ?

ASSERTVM: quidquid vlterius dubitari poteſt, tum circa perſonas diuinas in communi, tum circa ſubſiſtentiam abſolutam diuinæ eſſentiæ, aut ex ſe facillimum eſt, aut ex ſupradictis facilè deducitur. 72.

Probatur diſcurrendo breuiter per nonnulla ex iis, quæ præcipuè ſolent in præſenti materia dubitari.

Dubitatur primò: Quid importet; ſeu quid ſignificet perſona in recto: Quid in obliquo. Confundunt nonnulli ſignificatum rectum, ſeu directum, cum ſignificato formali: ſignificatum obliquum, ſeu indirectum, cum ſignificato materiali, ſed incongruè, quia ſignificari in recto eſt præciſè importari in caſu recto, ſeu nominatiuo à re ſignificante; id autem, quod ſignificatur formaliter, id eſt aut per modum formæ, aut per ſe primò, & explicitè, non ſemper importatur in recto, hoc enim concretum album, v.g. importat tum per modum formæ, tum per ſe primò, & explicitè albedinem, quam tamen in obliquo ſignificat: 73.

Significari in recto non eſt ſignificari formaliter, nec ſignificari in obliquo eſt ſignificari materialiter.

album

album quippe ſignificat ſubiectum habens albedinem.

74. Sic intellectis terminis: Reſpondetur, perſonam importare in recto incommunicabilitatem, ſeu rationem ſubſtantialem communicabilem, in obliquo naturam rationalem. Deducitur facilè reſponſio ex definitione ſupra poſitâ, in qua incommunicabilitas, ſeu ratio ſubſtantialis incommunicabilis ſignificata per ly *ſubſtantia indiuidua*, ponitur in caſu nominatiuo, & recto; natura rationalis in caſu obliquo: & certè malè ponerentur in diuinis tres perſonæ, ſi perſona in recto ſignificaret naturam, quæ vnica eſt. Neque dicas perſona eſt concretum ſubſtantiale, concretum autem ſubſtantiale differt à concreto accidentali in eo, quod illud importet vtramque partem, ſeu vtrumque extremum in recto. Contra enim: Concretum ſubſtantiale vel ſumitur pro conflato ex natura, & forma ſubſtantiali, vel pro conflato ex natura, & ſuppoſito. Primo modo importat in recto vtrumque extremum, ſcilicet tum materiam, tum formam. Secundo modo importat in recto vnicum extremum, ſcilicet ſolùm ſuppoſitum: homo v.g. vt concretum ſubſtantiale præcisè eſt, importat in recto corpus & animam vt perſona, ſeu vt concretum ſubſtantiale perſonale eſt, importat corpus, & animam in obliquo; ſolam ſuppoſitalitatem in recto.

Perſona importat in recto ſuppoſitalitatem, in obliquo naturam rationalem.

Concretum ſubſtantiale, aliud purè tale aliud perſonale.

75. Dubitatur ſecundò: Vtrùm ſoppoſitalitas, ſeu incommunicabilitas, quam perſona importat in recto, ſit quid abſolutum: an quid relatiuum. Reſpondetur ſuppoſitalitatem, quam in recto importat perſona diuina eſſe quid relatiuum. Ratio eſt, quia talis ſuppoſitalitas nihil eſt aliud, quàm proprietas perſonalis, ſeu ratio vltimò conſtitutiua perſonæ; proprietates autem diuinarum perſonarum conſtitutiuæ ſunt relationes ex *ſupradictis*, §.6. Neque ex eo, quod in communi definitione perſonæ ſuppoſitalitas ſignificetur per particulas illas *ſubſtantia indiuidua* ſequitur aut non conuenire perſonis diuinis communem definitionem, aut diuinarum perſonarum ſuppoſitalitatem relationem non eſſe; neutrum inquam ſequitur, quia relatio diuina ad intra præſertim tranſcendentalis rectè ſignificatur nomine ſubſtantiæ, cum verè ſubſtantialis ſit, & ſubſiſtens, quod clarè expreſſit D.Thomas 1. *parte quæſtione 29. articul.4. in C.* illis verbis: *Perſona igitur diuina ſignificat Relationem vt ſubſiſtentem; & hoc eſt ſignificare, relationem per modum ſubſiſtentiæ.* Vnde dum nonnullis interpoſitis addit perſonam ſignificare in recto relationem, non tamen in quantum eſt relatio, per ly *non in quantum eſt relatio*, excludit relationem vt prædicamentalem, & quaſi accidentalem, non vt tranſcendentalem, & ſubſtantialem; qua ratione ſignificatur per modum hypoſtaſis, & ſubſiſtentiæ. Dixi ſuppoſitalitatem, quam in recto importat perſona diuina eſſe quid relatiuum, quia perſonæ creatæ, ſicuti per proprietates abſolutas vltimò conſtituuntur, ita etiam ſuppoſitalitates abſolutas in recto important: & vniuerſaliſſimè quærenti, vtrùm perſona ex genere ſuo importet in recto aliquid abſolutum, an aliquid relatiuum. Reſpondendum eſt perſonam ſicuti ex genere ſuo præſcindit à creata, & increata, ita præſcindere ab eo quod importet in recto aliquid abſolutum, an aliquid relatiuum, & dum contrahitur ad rationem creatam contrahi ad importandum in recto aliquid abſolutum, dum contrahitur ad rationem increatam contrahi ad importandum in recto aliquod relatiuum.

Suppoſitalitas, quam importat in recto perſona diuina eſt aliquid relatiuum.

Dubitatur tertiò quomodo perſonæ diuinæ inter ſe conueniant in ratione perſonæ, vniuocè ne, an analogicè. Dixi inter ſe, nam cum creatis certum eſt perſonas diuinas non habere conuenientiam vniuocam ſuppoſito, quod iuxta alibi dicta, nihil ſit commune vniuocum Deo, & creaturis. Reſpondetur primò: Perſonas diuinas non conuenire inter ſe vniuocè. Deducitur reſponſio ex eo, quod ratio perſonæ eſt ratio vltimò conſtitutiua: à rationibus autem vltimò conſtitutiuis, & vltimis differentiis, ſeu quaſi differentiis, abſtrahi nequit conceptus vniuocè communis, & perfectè præciſus, quia ſi relatio vltimò conſtitutiua, & vltima differentia diſtinguitur in duos conceptus, alterum proprium, alterum communem; vel conceptus hic proprius poteſt adhuc ſubdiſtingui in duos alios, vel non: ſi ſic, ergo in infinitum procedetur: ſi non, ergo conceptus communis præciſus non erat conceptus vltimò conſtitutiuus, vtpotè, qui patitur alium magis proprium, & magis vltimum. Confirmatur ex eo: quod ſi conceptus perſonæ eſſet in Deo vniuocè communis, daretur in Deo genus, quod à Deo excluſum eſt *tract. ſuperiori, lib. 1. cap.6.* §.6. vbi etiam ex D.Thoma aliquid obiter dictum eſt contra rationem vniuocam diuinæ perſonæ. Neque in hoc eſt magis immorandum, cum vix ſit controuerſia diuerſa ab ea, qua in Logica quæri ſolet, Vtrùm poſſit abſtrahi ratio indiuidui vniuocè communis pluribus indiuiduis. 76.

Diuinæ perſonæ non conueniunt inter ſe vniuocè in ratione perſonæ.

77. Reſpondetur ſecundò: Perſonas diuinas in ratione perſonæ conuenire inter ſe analogicè, magis tamen conuenire inter ſe, quàm cum perſonis creatis. Quod conueniant analogicè patet ex eo, quod non datur in ratione perſonæ ſola communitas nominis, nec aliqua perſona diuina eſt ſolùm æquiuocè perſona. Conueniunt igitur diuinæ perſonæ in ratione perſonæ magis, quàm æquiuocè; non vniuocè, vt probatum eſt: ergo analogicè. Quod conueniant magis inter ſe, quàm cum perſonis creatis probatur ex eo, quod analogia diuinarum perſonarum inter ſe prouenit ſolùm ex imperfectâ præciſione, ſcilicet ex eo, quod ratio perſonæ nequeat perfectè præſcindi à taleitate perſonæ, quia ratio perſonæ quomodocumque præciſa debet eſſe ratio vltima, adeoque debet eſſe ipſa taleitas, à qua ſecundùm conceptum explicitum præſcinditur. Analogia autem diuinarum perſonarum cum creatis oritur etiam ex inæquali participatione, quatenùs in creatis ratio perſonæ participatur minùs perfectè,

Conueniunt analogicè, magis tamen inter ſe, quàm cum perſonis creatis.

fectè, quàm in diuinis; & cum dependentia a diuinis. Hinc facilè conſtat analogiam diuinarum perſonarum inter ſe eſſe immunem ab omni imperfectione, eſſe proportionalitatis, non attributionis. Eſt immunis ab omni imperfectione, quia ſolùm analogia fundata in inæqualitate participationis importat imperfectionem, non ſic analogia fundata in imperfecta præciſione, quæ ſimplicitatem arguit, non imperfectionem. Eſt proportionalitatis, non attributionis; quia analogia attributionis dicit rationem communem participatam ab uno intrinſecè, ab aliis extrinſecè; ab vno perfectiùs, quàm ab aliis. Abſit autem cogitare, quod ratio perſonæ in diuinis minùs propriè, vel minùs perfectè conueniat vni perſonæ, quàm alteri.

Analogia diuinarum perſonarum inter ſe eſt immunis ab omni imperfectione, eſt proportionalitatis, non attributionis.

78. Dubitatur quartò: Quomodo perſonalitas importet incommunicabilitatem, & tamen quælibet diuina perſona relinquat diuinam naturam communicabilem, imò communicatam aliis perſonis. Reſpondetur incommunicabilitatem à perſonalitate importatam non cadere ſuprà naturam ſecundùm ſe, ſed ſuper perſonam, ſeu ſuper naturam vt perſonatam, vt perſonalitate affectam, & quamvis diuina natura exiſtens in perſona Patris, v.g. ſit communicabilis, imò communicata aliis perſonis, Filio ſcilicet, & Spiritui Sancto; non ſic tamen communicabilis eſt perſona Patris, aut natura vt Paternitate perſonata, ſicque cohæret optimè, quod perſonalitas afferat incommunicabilitatem (ſubintellige naturæ perſonatæ) & relinquat communicabilitatem (ſubintellige naturæ ſecundùm ſe.)

Perſonalitas diuina reddit incommunicabilem naturam vt perſonatam, nō naturam ſecundùm ſe.

79. Nec refert, quod in creatis Perſonalitas ſaltem de lege ordinariâ afferat incommunicabilitatem etiam naturæ ſecundùm ſe, quatenùs natura creata, dum vna perſonalitate terminatur, neque etiam ſpecificatiuè, & ſecundùm ſe accepta poteſt terminari aliâ perſonalitate. Non refert inquam, quia natura creata ſicuti ratione ſuæ limitationis poteſt vltimò terminari ſubſiſtentia abſoluta, quæ ſecundum ſe poteſt eſſe vnica, nec alterius ſubſtantiæ conſortium exigit; ita ratione eiuſdem limitationis habet vnam ſubſiſtentiam pro termino adæquato. At natura diuina ſicuti ratione illimitationis non poteſt vltimò terminari niſi ſubſiſtentia relatiua, quæ neceſſariò petit conſortium ſubſiſtentiæ correlatiuæ, ita non habet vnam ſubſiſtentiam pro termino adæquato; & ſicuti relatio mutua non poteſt eſſe vnica, ita natura diuina, cuius ſubſiſtentia eſt relatio, non poteſt habere ſubſiſtentiam vnicam, non poteſt vnica ſubſiſtentiâ adæquatè terminari.

80. Dubitatur quintò: Vtrum in diuinis ſubſiſtentia abſoluta ſit perfectior relatiuis, an è contra ſubſiſtentiæ relatiuæ ſint perfectiores abſoluta. Procedit dubium de quolibet ſubſiſtentia accepta ſecundum conceptum proprium, & formaliſſimum, qua ratione *tract. ſuperiori, lib.1. cap.3. §.7.* aſſerebatur prædicata diuina poſſe inter ſe eſſe inæqualis perfectionis. Reſpondetur ſe habere tanquam excedens, & exceſſum, ſubſiſtentiam ſcilicet abſolutam ſub aliqua ratione eſſe perfectiorem relatiuis, ſub aliqua ratione è contra. Probatur, & explicatur: Subſiſtentia ex genere ſuo duo habet perficere ſcilicet, & terminare naturam; in ratione perficiendi ſubſiſtentia abſoluta excedit relatiuas, quia ex ſupradictis ſubſiſtentiæ relatiuæ ſpectant ſolùm ad perfectionem extenſiuam diuinæ naturæ: ſubſiſtentia verò abſoluta ſpectat ad ipſius perfectionem intenſiuam. Perfectio autem intenſiua eſt in conceptu ſuo maior perfectione extenſiua. In ratione terminandi ſubſiſtentiæ relatiuæ excedunt ſubſiſtentiam abſolutam, quia ſubſiſtentiæ relatiuæ ſunt termini ſimpliciter vltimi nullum admittentes terminum vlteriorem; ſubſiſtentia abſoluta admittit terminum vlteriorem, & ipſamet vlterius terminatur ſubſiſtentia relatiuis. Maior autem perfectio termini in ratione formali terminandi conſiſtit in eo: quod ſit magis vltimus. Quia deinde ſubſiſtentia ſecundùm communem vocabuli acceptionem magis explicat rationem terminandi, quàm rationem perficiendi fit, quod ſimpliciter loquendo in ratione formali ſubſiſtendi in diuinis potiùs dicendum ſit ſubſiſtentias relatiuas eſſe perfectiores ſubſiſtentiâ abſolutâ, quàm è contra.

Subſiſtentia abſoluta, & ſubſiſtentiæ relatiuæ in diuinis ſe habent tanquam excedens, & exceſſum.

Et ſimpliciter loquendo potiùs ſubſiſtentia abſoluta exceditur.

81. Dubitatur ſextò: Quomodo infinitas ſubſiſtentiæ abſolutæ ſubſiſtentias relatiuas; & infinitas ſubſiſtentiæ relatiuæ alias ſubſiſtentias relatiuas à diuinis ad intra non excludat. Reſpondetur id prouenire ex eo, quod nec ſubſiſtentia abſoluta, nec vlla ſubſiſtentia relatiua eſt infinita in omni genere ſubſiſtendi, ſed ſubſiſtentia abſoluta eſt infinita ſolùm in genere abſoluto, & ſic ſolùm excludit conſortium alterius ſubſiſtentiæ abſolutæ. Subſiſtentia relatiua eſt infinita ſolùm in eo genere, in quo eſt relatiua; & ſicuti nulla relatio eſt in omni genere relatiuo infinita, cum in genere relatiuo neceſſe ſit dari oppoſitionem, & per conſequens dari vnam relationem, quæ non ſit alia, nec includat aliam, ita nulla ſubſiſtentia relatiua eſt infinita in omni genere relatiuè ſubſiſtendi, ſed quælibet ſolùm in ſuo determinato genere, & quælibet ſolùm in eodem determinato genere excludit conſortium alterius relatiuæ ſubſiſtentiæ: ſubſiſtentia Paternitatis ſolùm excludit aliam ſubſiſtentiam facientem ſubſiſtere in ratione Patris, aut facientem ſubſiſtere alium Patrem, &c.

Nulla diuina ſubſiſtentia eſt infinita in omni genere, ideò nulla excludit conſortium alterius.

82. Dubitatur ſeptimò: Vtrùm etiam attributa in diuinis ſubſiſtant in ſubſiſtentiâ abſolutâ, & vtrùm ſubſiſtant eâdem prorsùs ſubſiſtentiâ abſolutâ eſſentiæ; an verò quodlibet attributum habeat propriam ſubſiſtentiam virtualiter diſtinctam, tum à ſubſiſtentia eſſentiæ, tum à ſubſiſtentiis aliorum attributorum eo modo, quo quodlibet habet propriam exiſtentiam virtualiter diſtinctam, tum ab exiſtentia eſſentiæ, tum ab exiſtentiis aliorum attributorum. Reſpondetur etiam attributa in diuinis ſubſiſtere ſubſiſtentiâ abſolutâ, non tamen quodlibet attributum habere ſubſiſtentiam propriam, ſed omnia ſubſiſtere, ſeu conſubſiſtere

eâdem

Attributa diuina ſubſiſtunt, eadem tamen prorſus ſubſiſtentia eſſentiæ.

eâdem ſubſiſtentiâ eſſentiæ. Ratio primæ partis eſt, quia etiam attributa vt præciſa a perſonis ſunt ſubſtantiæ in ſua linea completæ; & ſicuti præſcindendo à perſonis non ſolùm datur Deitas; verùm etiam Deus, ita non ſolùm datur omnipotentia, verùm etiam omnipotens: non ſolùm Sapientia; verùm etiam ſapiens. Ratio ſecundæ partis eſt, quia ex vna parte ponendo per ſubſiſtentiam eſſentiæ omnia prædicata abſoluta ſubſiſtere, melius apparet, quomodo talis ſubſiſtentia ſit in genere abſoluto ſimpliciter infinita; ex alia parte nulla eſt neceſſitas multiplicandi virtualiter tot ſubſiſtentias, quot attributa. Nec ex eo, quod multiplicentur attributorum exiſtentiæ, debent etiam multiplicari attributorum ſubſiſtentiæ. Enimverò repugnat exiſtere per exiſtentiam à ſe virtualiter diſtinctam, non ſic repugnat per ſubſiſtentiam à ſe virtualiter diſtinctam ſubſiſtere: & eo modo, quo multiplicantur res exiſtentes debent multiplicari exiſtentiæ, non eo modo, quo multiplicantur res ſubſiſtentes, debent multiplicari ſubſiſtentiæ.

83. Ex dictis habes, nec naturam ſubſiſtentem ſemper ſubſiſtere incommunicabiliter, nec naturam ſubſiſtentem incommunicabiliter eſſe omnimodo incommunicabilem. Primum habetur ex eo, quod ſicuti ſubſiſtere præſcindit ab abſoluto, & relatiuo; ita præſcindit à communicabili, & incommunicabili. Secundum habetur ex eo, quod ſubſiſtentia incommunicabilis ex ſuo genere reddit incommunicabilem naturam ſolùm vt ſubſiſtentem, & perſonatam; non ſecundùm ſe. Ex hoc vtroque fit ſubſiſtentiam abſolutam in diuinis dici communicabilem, non quia relinquat communicabilem naturam ſecundùm ſe, hoc quippè conuenit ſubſiſtentiæ etiam relatiuæ; ſed quia relinquit communicabilem naturam etiam vt ſubſiſtentem, quatenus ipſum totum, ſeu concretum coaleſcens ex natura, & ſubſiſtentiâ abſoluta communicabile eſt, necnon vlterius terminabile: & quod communiter dicitur vnam ſubſiſtentiam non poſſe ab alia ſubſiſtentiâ terminari, procedit ſolùm de ſubſiſtentiâ incommunicabili, quæ proprio nomine perſonalitas, aut ſuppoſitalitas dicitur; non de ſubſiſtentia communicabili: ideò ad vitandam occaſionem erroris ſatius eſſet dicere perſonalitatem, aut ſuppoſitalitatem, perſonam, aut ſuppoſitum, non poſſe vlterius terminari. Subſiſtentiam verò, & ſubſiſtens ex genere ſuo præſcindere ab eo, quod vlterius terminetur, vel non.

CAPVT II.

De prima perſona diuina.

1. Ordo diuinarum perſonarum, nec eſt præciſè ordo numeri.

1. DVM Auguſtiſſimæ Triadis perſonas recenſentes vnam primam, alteram ſecundam, tertiam alteram nuncupamus; nec attenditur præciſè ordo numeri, qui ſupponitur ad arbitrium numerantis, qua ratione arbitrarium foret ponere pro prima perſona Filium, aut Spiritum Sanctum, æquè ac Patrem; incipiendo à Filio, aut Spiritu Sancto enumerationem, ſicuti in aceruo lapidum liberum eſt ab vno, vel altero enumerationem inchoare; vni, vel alteri primi denominationem tribuere. Nec item attenditur ordo durationis, perfectionis, aut dignitatis, qui conſequitur ad inæqualitatem rei numeratæ, qua ratione inter diuinas perſonas nulla eſt prima, quia nulla eſt alteri inæqualis, nulla alteram duratione, perfectione, aut dignitate antecellit. Attenditur igitur ordo rei numeratæ, at non aliundè, quàm ex origine deriuatus, ſicque primæ perſonæ prærogatiua fundatur in origine, quam vna perſona in alias duas exercet. Porrò quamvis ordo, qui in diuinis perſonis attenditur non ſit præciſè ordo numeri, negandus tamen diuinis perſonis numerus non eſt; cum Trinitas nihil aliud ſit, niſi ternarius numerus, & Primam, Secundam, Tertiam perſonam recenſere ſit perſonas numerare. Negandus inquam diuinis perſonis numerus non eſt, dummodo ſermo ſit de numero prædicamentali, & quantitatiuo, qui ſolùm in rebus materialibus reperitur, ſed de numero tranſcendentali, qui per res omnes vagatur, & quoad perfectionem, vel imperfectionem rei numeratæ conditionem ſequitur, nec vnum eſt pars duorum, aut duo trium, niſi vbi res numeratæ rationem totius, & partis admittunt, vt tradit D. Thomas 1. *part. quæſt.* 30. *art.* 1. *ad* 4. De numero prædicamentali, & quantitatiuo intelligi poſſunt Sancti Patres, ſi quandoque à diuinis numerum excludunt, quamvis, niſi in terminis perſonas exprimant, magis iuxta ipſorum mentem ſit aſtruere numerum, quem in diuinis negant, ad naturam, non ad perſonas referri, qua ratione ſpecialiter loqui *D. Hilarium* dum *in libro de Synodis* explicans formulam Fidei editam *in Concilio Sardicenſi*, ait diuinam ſubſtantiam reſpuere numerum ex ipſiuſmet Hilarij verbis colligit Eſtius *in* 1. *diſt.* 24. §. 1.

Nec durationis, aut perfectionis.

Sed originis.

Datur in diuinis propriè numerus tranſcendentalis, non prædicamentalis.

Sic breuiter explicatis ordine, & numero diuinarum perſonarum ſatis conſtat rectè poni in diuinis primam perſonam, rectoque ordine nos procedere dum à perſonis in communi ad perſonas in particulari progredientes primo loco proponimus primam perſonam, circa quam quæri potiſſimum ſolet, quomodo ipſi conueniant nomina ſeu prædicata Patris, principij, & ingeniti. Ideò ſit 2.

§. I.

Quomodo primæ perſonæ diuinæ conueniat nomen Patris?

ASSERTVM: Primæ perſonæ diuinæ propriè conuenit nomen Patris, ſiue ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à tranſlatitio, & Metaphorico; ſiue vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. 3.

Primæ perſonæ diuinæ propriè conuenit Patris nomen.

Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte quæſt. 33. art. 2. & 3.*

Probatur primò nomen importans proprietatem conſtitutiuam alicuius perſonæ, & diſtinctiuam ipſius à qualibet alia propriè conuenit tali perſonæ, ſiue ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à tranſlatitio &c. ſed nomen Patris importat proprietatem conſtitutiuam primæ perſonæ, & diſtinctiuam ipſius &c. ergo. Maior patet, quia ratio conſtitutiua nequit conuenire per tranſlationem ab extrinſeco: ratio diſtinctiua nequit eſſe communis. Minor; ſupponitur ex dictis *cap. ſuperiori*, §. 6. & 7. & licèt ex ibi dictis paternitas conſtitutiua primæ perſonæ ſit paternitas ſumpta tranſcendentaliter, à qua prima perſona in rigore denominatur genitor potiùs, quàm Pater; nihilominùs, quia ad paternitatem tranſcendentalem conſequitur paternitas prædicamentalis, à qua habetur in toto rigore denominatio Patris eo modo, quo primæ perſonæ propriè conuenit primariò paternitas tranſcendentalis, neceſſe eſt, quod propriè conueniat tanquam ratio ſecundaria, & conſecutiua, ſi non tanquam ratio primaria, & conſtitutiua paternitas prædicamentalis, & denominatio Patris, etiam ſumendo nomen Patris, pro vt habet ſignificationem diuerſam à nomine genitoris.

4.
Tum provt propriè cō-tradiſtinguitur a tranſlatitio, & Metaphorico.

Probatur ſecundò Aſſertum in particulari, quoad ly *propriè* pro vt contradiſtinguitur à tranſlatitio, & Metaphorico: Prima perſona non generat tranſlatitiè, & Metaphoricè, ergo neque eſt Pater tranſlatitiè, & Metaphoricè. Antecedens ſupponitur *ex lib. ſuperiori, cap. 4. §. 1.* vbi probatum eſt proceſſionem ſecundæ perſonæ à prima eſſe generationem propriè, & ſtrictè ſumptam. Conſequentia patet, quia paternitas conſequitur ad actiuam generationem, & nomen Patris eſt proprium perſonæ generantis. Confirmatur: Si nomen Patris conuenit tranſlatitiè primæ perſonæ diuinæ, maximè, quia eſt nomen tranſlatum ab humanis ad diuina: at hoc verum eſt ſolùm ſpectando ordinem notitiæ, & impoſitionis vocis; è contra verò ſpectando ordinem proprietatis, ac principalitatis rei per vocem ſignificatæ potiùs à diuinis tranſlatum eſt ad humana, ergo. Minor probatur ex eo, quod habet D. Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 9. Quin illud quoque noſſe intereſt paternitatis, filiatatis, & proceſſionis vocabula non à nobis ad beatam diuinitatem tranſlata fuiſſe, verum contra, illinc ea nobis communicata.* Hoc quoque corroborat Damaſcenus ex verbis Apoſtoli Epheſ. 3. *Flecto genua mea ad Patrem Domini mei Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur.* Vbi ex Apoſtolo intentum noſtrum apertè concluderetur, niſi ſenſus litteralis talium verborum eſſet diuerſus ab eo, qui primo aſpectu ſe offert, eſſe ſcilicet huiuſmodi; ex quo omnis familia ſiuè ſpirituum in cœlo, ſiue hominum in terra accipit eſſe, & conſeruari, vt notat Herinex *de Deo Trino, diſp. 3. quæſt. 2. num. 3.*

Tum provt

Probatur tertiò aſſertum in particulari quoad ly *propriè*, provt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali: Nomen Patris nec conuenit ſecundæ nec tertiæ perſonæ; ergo conuenit primæ perſonæ propriè, provt propriè contradiſtinguitur à communi; & eſſentiali. Conſequentia patet, antecedens probatur: Nec ſecunda nec tertia perſona generat, ſed paternitas ſupponit generationem, & nomen Patris non conuenit niſi perſonæ, cui conueniat generare, ergo.

propriè cō-tradiſtinguitur a communi, & eſſentiali.

Confirmatur: Si nomen Patris eſt commune, & eſſentiale, maximè quia conuenit primæ perſonæ etiam in ordine ad creaturas extra quæ alicui diuinæ perſonæ ad extra, & in ordine ad creaturas conueniant, eſſentialia ſunt & omnibus perſonis communia; ſed hæc ratio nulla eſt, quia nomen Patris quatenùs conuenit primæ perſonæ etiam in ordine ad creaturas ſumitur tranſlatitiè, & Metaphoricè; ergo nomen Patris quatenùs primæ perſonæ conuenit propriè, vt contradiſtinguitur à Metaphorico, conuenit eidem propriè vt contradiſtinguitur à communi. Minor probatur: Prima perſona creaturas non generat modo vitali, nec ipſa producit tanquam principium coniunctum in ſimilitudinem naturæ, vt requiritur ad veram, & propriam denominationem Patris ergo.

Nomen Patris Deo in ordine ad creaturas conuenit, tranſlatitiè, & impropriè.

6.

Ex his habes in ſenſu improprio, & Metaphorico intelligenda eſſe plura loca Scripturæ, in quibus Deus Pater dicitur creaturarum, vt Deuter. 32. *Nunquid non ipſe eſt Pater tuus &c. Deum, qui te genuit dereliquiſti.* Iob. 38. *Quis eſt pluuiæ Pater? Aut quis genuit ſtillas roris.* Rom. 8. *Ipſe Spiritus reddit teſtimonium Spiritui noſtro, quod ſumus Filij Dei.* Rom. 5. *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. In oratione Dominica Pater noſter, qui es in cælis.* Ratio huius Metaphoræ, & tranſlationis fundatur in ſimilitudine, quæ ſicuti, quando perfecta eſt inducit propriam paternitatem; ita quando eſt imperfecta inducit paternitatem impropriam & tranſlatitiam. Vnde etiam D. Thomas *prima parte, quæſt. 33. art. 3. in C.* rectè aduertit creaturas quanto maiorem habent cum Deo ſimilitudinem, tantò propinquiùs accedere ad veram filiationis rationem, & iuxta quatuor gradus ſimilitudinis quatuor aſſignat gradus filiationis creaturarum ad Deum. Primus & infimus eſt ſecundùm ſimilitudinem veſtigij, & conuenit creaturis irrationalibus. Secundus, ſecundùm ſimilitudinem imaginis, & conuenit creaturis rationalibus. Tertius ſecundùm ſimilitudinem gratiæ, & conuenit iuſtis. Quartus ſecundùm ſimilitudinem gloriæ, & conuenit beatis.

Minùs tamē impropriè creaturis ſibi magis ſimilibus.

7.

Habes inſuper nomen Patris propriùs, & principalius dici perſonaliter de prima perſona ad intra, quàm eſſentialiter de Deo ad extra ſeu vt loquitur D. Thomas *loco mox citato* propriùs paternitatem dici in diuinis ſecundùm quod, importatur reſpectus perſonæ ad perſonam, quàm ſecundùm quod importatur reſpectus Dei ad creaturam: Enimverò propriùs, & principalius nomen dicitur de eo, in quo ſaluatur tota, & perfe-
cta

Pater in diuinis propriùs dicitur ad intra, quā ad extra.

ctaipſius ſignificatio, quam de eo, in quo talis ſignificatio ſaluatur ſolum imperfectè, & ſecundum quid.

---

§. II.

Quomodo primæ perſonæ diuinæ conueniat ratio principij?

8. *Ratio principij tum ad intra, tum ad extra conuenit Primæ perſonæ diuinæ propriè non metaphoricè.*

ASSERTVM I. Ratio principij, ſiuè ſumatur ad intra, ſiue ſumatur ad extra, conuenit primæ perſonæ diuinæ propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à tranſlatio, & Metaphorico. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma 1. *parte, quaſt.* 33. *art.* 1. *& in* 1. *diſt.* 29. *q.* 1. *art.* 1. *&* 2.

Probatur primo principium propriè acceptum prout ly *propriè* contradiſtinguitur à tranſlatitio, & Metaphorico, nihil eſt aliud, quàm id, à quo aliquid procedit: Sed primæ perſonæ diuinæ ſiuè conſideretur ad intra reſpectu ſecundæ, & tertiæ perſonæ, ſiue conſideretur ad extra reſpectu creaturarum, vere conuenit eſſe id, à quo aliquid procedit: vere enim à prima Perſona diuina tum aliæ diuinæ perſonæ, tum omnes creaturæ producuntur, ergo ratio principij, ſiue ſumatur ad intra, ſiue ſumatur ad extra conuenit primæ perſonæ, &c.

9. Dices, principium propriè acceptum ex parte eius, à quo aliquid procedit, importare prioritatem: Nomen enim principij à prioritate impoſitum eſt, vt ex ipſo vocis ſono colligitur; ex parte eius, quod procedit, importare rationem principiati: principium enim, & principiatum correlatiua ſunt, ſicut cauſa, & cauſatum: at in prima perſona ad intra, nec datur prioritas reſpectu aliarum, nec in aliis perſonis à prima datur ratio principiati, ergo ratio principij propriè accepta, ſolum ſi ſumatur ad extra in ordine ad creaturas, non verò ſi ſumatur ad intra in ordine ad alias duas perſonas conuenit primæ perſonæ diuinæ. Sed contra:

10. Præterquam quod vt in huiuſce capitis limine præmiſſum eſt, datur inter diuinas perſonas aliqua vera prioritas originis ſcilicet licet non perfectionis, durationis aut naturæ, dico aliud eſſe conſiderare nomen ſecundum id, à quo imponitur aliud ſecundùm id, ad quod ſignificandum imponitur. Neque ex eo, quod nomen principij à prioritate impoſitum ſit, ſequitur, quod ſit etiam impoſitum ad ſignificandam prioritatem, vt rectè aduertit D. Thomas *in primo diſt.* 23. *quaſt.* 1. *art.* 2. *ad* 1. *& diſtinct.* 29. *quaſt.* 1. *art.* 1. *ad* 1. Ad illud quod additur de ratione principiati dico principiatum poſſe ſumi dupliciter: vel pro correlatiuo principij originis, quatenus præcisè ſignificat trahere ab alio originem: vel pro correlatiuo principij durationis, quatenus ſignificat habere principium durationis. Primo modo datur in ſecunda, & tertia perſona ratio principiati, & hoc ſufficit ad præſens inſtitutum. Secundo modo non datur, at neque à nobis prima perſona aſſeritur eſſe principium durationis reſpectu aliarum: quia verò, vt colligitur ex D. Thoma *prima parte, quaſt.* 33. *art.* 1. *ad* 2. dicente: *apud Græcos inuenitur de Filio, vel Spiritu Sancto dici, quod principientur, ſed hoc non eſt in vſu Doctorum noſtrorum.* Quia, inquam, hoc ſecundo modo ſolet vſurpari apud Latinos ratio principiati, non eſſe bonæ ſuſpicionis locutio ſimpliciter appellate Filium, aut Spiritum Sanctum principiatum.

Secunda, & tertia perſonæ diuinæ in quo ſenſu dici poſſint principiatæ.

Probatur ſecundò ſpecialiter quoad rationē principij ad intra: Cui conuenit ratio Patris, conuenit à fortiori ratio principij: neque enim poteſt eſſe Pater, qui non ſit principium generatiuum, ſed primæ perſonæ diuinæ conuenit ratio Patris ad intra propriè prout ly *propriè*, contradiſtinguitur à Metaphorico, &c. ergo, &c.

11. Dices, ſi valeret arguere à ratione Patris ad rationem principij, ſicuti ex *ſuperiori* §. ratio Patris ad intra ſolùm, non ad extra conuenit propriè primæ perſonæ; ita eidem propriè conueniret ratio principij ad intra ſolum non ad extra, ſicque allatum argumentum, dum vnam aſſerti partem probat alteram improbat. Sed contra ratio patris ad rationem principij ſe habet vt maius ad minus, vt includens ad incluſum: à maiori autem ad minus, ab includente ad incluſum valet argumentum affirmatiuè, non negatiuè: ex eo igitur quod in prima perſona affirmetur propria ratio Patris ad intra, affirmanda eſt in eâdem propria ratio principij ad intra non è contra neganda eſt propria ratio principij ad extra ex eo, quod propria ratio patris ad extra negetur.

A maiori ad minus rectè arguitur affirmatiuè, non negatiuè.

12. *Ratio principij in aliquo ſenſu cōuenit primæ perſonæ perſonaliter, in aliquo alio non.*

ASSERTVM II. Ratio principij abſque vllo addito vſurpata, ſiue ſumatur ad extra, ſiue ſumatur ad intra non conuenit primæ perſonæ diuinæ propriè, prout propriè contradiſtinguitur tum ab eſſentiali, & communi; tum à notionali: Cum aliquo addito tamen ei propriè, & perſonaliter conuenit. Eſt aſſertum communiſſimum, & colligitur ex *D. Thoma* locis præcitatis aliiſque Sanctis Patribus.

Probatur prima pars: Ratio principij abſque vllo addito vſurpata, ſi ad extra ſumatur, eſſentialis eſt, & communis tribus diuinis perſonis: Si ſumatur ad intra notionalis eſt, & communis primæ, ac ſecundæ Perſonæ, ergo ratio principij abſque vllo addito vſurpata, ſiue ſumatur ad extra, ſiue ſumatur ad intra, &c. Antecedens quoad ſecundam partem patebit ex infra dicendis de principio Spiritus Sancti. Quoad primam partem probatur facilè ex eo, quod ratio principij ad extra, vel ſumitur in actu primo, & ſic nihil eſt aliud, quam virtus productiua creaturarum, ſeu omnipotentia: vel ſumitur in actu ſecundo, & ſic nihil eſt aliud, quam creaturarum productio, & conſeruatio: Certum eſt autem, quod tum omnipotentia, tum productio creaturarum eſt aliquid commune, & eſſentiale, cum

omnipotentia ſit attributum eſſentiæ, & productio creaturarum conſiſtat in actionibus Dei ad extra, quæ vt communiter dicitur, ſunt indiuiſibiliter à tota Trinitate. Confirmatur hæc veritas quoad omnipotentiam ex Athanaſio *in Symbolo: omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus.* Quoad actualem productionem ex Conciliis Foroiulienſi, Florentino, Lateranenſi relatis à Syluio 1. *parte, quæſt.* 33. *art.* 1. *concl.* 1.

13. Probatur ſecunda pars, & explicatur: Ratio principij ad intra tum prout importat principium omninò primum, & purum; tum prout importat principium totius deitatis, totiúſque Trinitatis, nec conuenit ſecundæ nec tertiæ perſonæ, ergo ratio principij cum aliquo addito conuenit primæ perſonæ propriè, & perſonaliter: Antecedens quoad tertiam perſonam vtpotè, quæ nullatenùs ad intra principium eſt, probatione non indiget. Quoad ſecundam probatur: Secunda perſona, quamvis re verâ ad intra ſit principium, eſt tamen principium de principio, & eſt principium origine poſterius alio principio, ergo non eſt principium omninò primum, habet rationem principij mixtam cum ratione principiati modo ſupra tradito, ergo non eſt principium omninò purum; ſicuti tamen eſt principium omninò primum, & omninò purum prima perſona, quæ nec in alia perſona vllam prioritatem originis, nec in ſe vllam rationem principiati admittit. Rurſus ſecunda perſona, cum non ſit principium ſui ipſius, non eſt principium cuiuſcumque perſonæ diuinæ ab alio procedentis, ſeu ab alio deitatem habentis, adeóque nullatenùs dici poteſt principium totius deitatis, totiúſque Trinitatis: ſicuti tamen dici poteſt prima perſona terminis rectè intellectis, adeò vt ſenſus ſit, Pater eſt principium totius deitatis, non quidem ipſam producendo, benè tamen ipſam communicando, vbicumque eſt ab alio communicata. Item Pater eſt principium totius Trinitatis, non quidem quatenùs ſit principium omnium trium perſonarum, benè tamen quatenùs inter diuinas perſonas ipſe eſt principium aliarum, quamvis non ſit principium ſui ipſius ſicuti (& eſt exemplum D. Thomæ *in* 1. *quæſt.* 39. *art.* 5. *ad* 6.) Quis dicitur rector totius ciuitatis, quia inter omnes ciues eſt rector, non quia ſit rector ſui ipſius: ſicuti etiam Adamus dicitur Parens totius generis humani, quia eſt Parens omnium aliorum hominum, licèt non ſuis ipſius.

In quo ſenſu prima perſona diuina ſit principij totius deitatis, totiúſque Trinitatis.

14. Ex his habes propoſitiones illas, quamvis altera deſumpta ſit ex Auguſtino *lib.* 4. *de Trinitate, cap.* 20. vbi ait: *Totius diuinitatis, vel ſi melius dicitur, deitatis principium Pater eſt.* altera ex Concilio Vormatienſi *in profeſſione fidei*, vbi de Patre habetur: *fons, & origo ipſe eſt totius Trinitatis* eſſe cautè adhibendas, præſertim coram rudioribus, qui facilè poſſent arripere occaſionem errandi, exiſtimando propoſitionibus illis ſignificari tum deitatem, ſeu diuinitatem; tum totam Trinitatem, ſeu omnes tres perſonas produci: vnde vt rectè monet Canarienſis *de Trinitate. quæſt.* 33. *art.* 1. interdum nobis non permittitur abſolutè vti omnibus Patrum locutionibus, ne demus occaſionem ſimplicibus errandi, quam neutiquam ipſi ſuo tempore dederunt: oportet enim tempori nos frequenter accommodare.

Assertum III. In diuinis ratio principij, ſeu principiandi ſimpliciter accepta per prius, ſeu principalius dicitur ad intra, quàm ad extra. Ita Theologi communiter cum D. Thoma *in* 1. *diſt.* 29. *quæſt.* 1. *in fine*, 2. *art.* contra Durandum *eadem diſt. quæſt.* 1. *num.* 9. volentem rationem principiandi per prius dici ad extra, quàm ad intra propter maiorem diſtinctionem principij producentis à termino ad extra, quàm à termino ad intra producto. Dixi ratio principij, ſeu principiandi ſimpliciter accepta, cuius nomine intelligo actum ſecundum producendi, non virtutem productiuam, in qua D. Thomas *loco cit.* ait reperiri rationem principij ſolùm habitualiter, & ſecundùm quid: hanc rationem principij *cum eodem* D. Thoma admitto dici per priùs ad extra, quàm ad intra, per priùs ſcilicet in diuinis virtutem productiuam creaturarum, quàm virtutem productiuam perſonarum, per priùs omnipotentiam, quàm potentiam generatiuam, aut ſpiratiuam; idque propter communem regulam, qua eſſentialia priora ſunt notionalibus, & perſonalibus: Nec refert, quod ratio principiandi ad extra etiam prout importat actum ſecundum producendi, ſeu actualem productionem eſſentialis ſit: non refert inquam, quia in diuinis eſſentialia eſſe priora notionalibus, & communia propriis, verificatur cum aliquibus limitationibus, inter quas vna eſt, quod talia eſſentialia non dicant reſpectum ad creaturas, ſubintellige exiſtentes, ſicuti tamen talem reſpectum dicit ratio principij ad extra in actu ſecundo. Sic explicatum aſſertum 15.

In diuinis ratio principij per priùs dicitur ad intra, quàm ad extra.

Eſſentialia eſſe priora notionalibus verificatur cum aliqua limitatione.

Probatur: Siuè attendatur prioritas temporis, ſiue perfectionis, ſiue cauſalitatis productio ad intra eſt prior, quàm productio ad extra, ergo in diuinis ratio principij, ſeu principiandi ſimpliciter accepta &c. Conſequentia patet, antecedens probatur: Productio ad extra eſt in tempore, productio ad intra eſt ab æterno, ergo ſi attendatur prioritas temporis, ſeu durationis, productio ad intra eſt prior: productio ad extra eſt ad terminum finitum, productio ad intra eſt ad terminum infinitum, ergo ſi attendatur prioritas perfectionis, productio ad intra eſt prior, & principalior, quam productio ad extra, & malè *Durandus* maiorem productionis perfectionem ex maiori termini diſtinctione metitur: Malè inquam, quia productio ex genere ſuo intendit ſimilitudinem: Maior autem eſt ſimilitudo potius, vbi minor, quàm vbi maior eſt diſtinctio. Tandem productio ad extra ſupponit productionem ad intra, & ipſas diuinas perſonas ad intra productas tum tanquam cauſam exemplarem, tum tanquam cauſam ſal- 16.

Maior perfectio productionis nō eſt metienda ex maiori diſtinctione termini.

tem

tem denominatiuè efficientem, ergo ſi attendatur prioritas cauſalitatis, &c. ſupponit tanquam cauſam exemplarem, quia vt ait D. Thomas *in primo diſtinction. 29. quæſt. 1. artic. 2. in fine*, *Proceſſio creaturarum exemplatur à proceſſione diuinarum perſonarum*, cui loquendi modo conſonat illud commune proloquium: Primum in vnoquoque genere eſt cauſa (ideſt exemplar, & menſura) cæterorum: ſupponit tanquam cauſam ſaltem denominatiuè efficientem, quia actiones ſunt ſuppoſitorum ſaltem denominatiuè, actioneſque ad extra ſunt indiuiſibiliter à tota Trinitate, adeóque ab omnibus tribus diuinis ſuppoſitis, & vere antequam natura diuina per omnipotentiam ad extra operetur, ſupponitur ad intra completa, & terminata per perſonales ſubſiſtentias: & hinc habetur obiter ratio à priori, cur eſſentialia dicentia reſpectum ad creaturas (ſubintellige exiſtentes) non ſint priora notionalibus, iuxta limitationem ſupra traditam, & deſumptam ex D. Thoma *prima parte, quæſtion. 33. articulo tertio, ad primum*.

Ratio à priori, cur eſſentialia dicentia reſpectum ad creaturas exiſtẽtes nõ ſint priora notionalibus.

17. Ex his habes, quod ſi ponenda eſſet aliqua conuenientia in diuinis inter rationem principiandi ad intra, & rationem principiandi ad extra talis conuenientia analoga foret, non vniuoca; ratio enim, quæ ex vi ſua per prius, & principalius dicitur de vno extremo, quam de alio vniuoca eſſe non poteſt. Dixi ſi ponenda eſſet aliqua conuenientia, &c. quia ratio principiandi ad intra, & ratio principiandi ad extra ſecundum illud, quod dicunt actiuè, & ex parte Dei, non diſtinguuntur realiter, ſed habent inter ſe realem identitatem: conuenientia autem ſiue vniuoca, ſiue analoga propriè non datur, niſi inter realiter diſtincta, quia vt ait D. Thomas *prima parte, quæſt. 30. art. 4. ad 3. genus, & ſpecies, & quodlibet vniuerſale*, (quod eſt idem ac dicere quælibet ratio communis ſiue vniuoca, ſiue analoga) *prædicatur de pluribus ſecundum eſſe differentibus*. Neque dicas, de ratione principij ad extra eſt relatio rationis ad creaturas productas, de ratione principij ad intra eſt relatio realis ad perſonas procedentes: Sed relatio rationis, & relatio realis diſtinguuntur ab inuicem realiter, ergo ſaltem ratione talium relationum principium ad intra, & principium ad extra habere poſſunt conuenientiam non quidem vniuocam; quia reali, & rationis nullus aſſignari poteſt conceptus vniuocus, ergo analogum. Ita pro analogia inter rationem principiandi ad intra, & rationem principiandi ad extra arguit ex Scoto, & Henrico, Vaſquez *prima parte, diſputat. 139. cap. 4. num. 14.* Contra tamen primo hoc argumentum analogiam ipſam, quam intendit probare improbat, quia relatio realis, & relatio rationis neque etiam analogicè conueniunt, ſed ſolùm æquiuocè. Contra ſecundò reſpectu principij ad intra relatio ad perſonas procedentes eſt pura conditio, vt explicatum eſt *lib. ſuperiore cap. 3. §. 6.* reſpectu principij ad intra relatio ad creaturas eſt quid conſequens; malè igitur aſſumuntur iſtæ relationes ad arguendam conuenientiam inter ipſas rationes principij. Contra tertiò falſum eſt in diuinis relationem principij ad creaturas eſſe relationem rationis: eſt enim huiuſmodi relatio reale complexum Dei producentis, & creaturarum productarum; & quamvis talis relatio ſecundum illud, quod dicit ex parte termini producti, diſtinguatur realiter à relatione principij ad intra, non ſic tamen realiter diſtinguitur ſecundùm illud, quod dicit ex parte principij producentis. Vnde ad ſummum tandem concluditur analogia inter relationem principij ad intra, & relationem principij ad extra conſiderando hanc relationem ſolùm terminatiuè quomodo dicit creaturas productas.

In diuinis ratio principij ad intra, & ratio principij ad extra nec vniuocè, nec analogicè conueniunt.

In Deo relatio principij ad creaturas non eſt relatio rationis.

§. III.

Vtrùm eo modo, quo in diuinis ad intra ponitur ratio principij, poni etiam poſſit ratio cauſæ initij, Auctoris?

18. Assertum Primum. Poni non poteſt in diuinis ad intra ratio cauſæ ſecundùm illam ſignificationem, quam de facto nomen cauſæ habent inter Latinos. Ita communiſſimè noſtri temporis Theologi cum D. Thoma *prima parte, quæſt. 33. artic. 1. ad primum, & in 1. diſtinction. 29. quæſt. 1. art. 1. in C. de pot. quæſtion. 10. artic. 1. ad 8.*

Cauſa ſecũdum Latinos non poteſt admitti in diuinis ad intra.

Probatur: Ratio cauſæ ſecundum illam ſignificationem, quam de facto nomen cauſæ habet inter Latinos (loquendo de cauſa efficiente, cauſa enim originans, & correſpondens principio originis, de qua ſola in præſenti quæritur; an detur in diuinis ad intra non poteſt eſſe cauſa, niſi efficiens) importat habitudinem ad cauſatum diuerſum in eſſentia, & tanquam ad effectum, ſed hæc habitudo poni non poteſt in diuinis ad intra, ergo poni non poteſt in diuinis ad intra ratio cauſæ ſecundum illã ſignificationem, &c. Maior quoad primam partem probatur ex eo, quod cauſa importat prioritatem, adeóque etiam diuerſitatem naturæ ſeu eſſentiæ reſpectu cauſati: Item quia cauſa definiri ſolet influens eſſe in aliud, ſeu ad quam ſequitur aliud, ly *aliud* autem importat aliquid diuerſum in eſſentia, vt tradetur infra *lib. 3. cap. 5. §. 3.* quoad ſecundam partem facilè conſtat ex eo quod efficiens, & effectum correlatiua ſunt, æquè ac cauſa, & cauſatum, principium, & principiatum. Minor quoad habitudinem ad aliquid diuerſum in eſſentia euincitur ex conſubſtantialitate diuinarum perſonarum: quoad habitudinem ad effectum habetur ex eo, quod dicere non poſſumus Filium, & Spiritum

Cauſæ ſignificatio ſecundum Latinos importat imperfectionẽ in cauſato.

tum ſanctum factos, ſeu effectos: eſt enim *filius ex* Athanaſio *in Symbolo, non factus, nec creatus, ſed genitus: Spiritus ſanctus non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.*

Minus latè patet, quam ſignificatio principij.

Confirmatur, quanto nomen aliquod communius eſt, & vniuerſalius, tantò conuenientius ponitur in diuinis, quia melius cohæret cum maxima diſtantia Dei à creaturis, & faciliùs depuratur ab imperfectionibus creaturarum, ſed nomen principij communius eſt, & vniuerſalius, quàm nomen cauſæ: vnde priuatio principium eſt, non cauſa rerum naturalium, punctum principium eſt, non cauſa lineæ, ergo conuenientiùs ponitur in diuinis nomen principij, quàm nomen cauſæ. Nec ex eo, quod illud ponatur, ſequitur quod etiam iſtud poni poſſit, imò omninò excludendum eſt, quia illud ſpeciale, & proprium, ratione cuius nomen cauſæ eſt minùs commune & minus vniuerſale, quàm nomen principij importat diuerſitatem eſſentiæ, poſterioritatem naturæ; dependentiam, rationem effecti, & ſimiles imperfectiones in cauſam.

19.
Secus res ſe habet ſecundùm Græcos.

Dixi ratio cauſæ ſecundùm illam ſignificationem, quam, &c. Enimverò ratio cauſæ apud Græcos latiorem habet ſignificationem, importat ſcilicet id omne, a quo aliquid procedit: & in hac ſignificatione nomen cauſæ æquè commune, & æquè vniuerſale eſt, ac nomen principij: ſecundùm hanc ſignificationem videtur locutus Ariſtot. dum 5. *Metaph.* pro eodem ſumit Principium, & cauſam. Secundùm eandem loquuntur Patres Græci, dum in diuinis ad intra nomen cauſæ ſine vlla offenſione vſurpant. More Græcorum loquuntur etiam nonnulli Patres Latini, præſertim ex antiquioribus, & Concilium Florentinum partim Græcorum, partim Latinorum mori ſe accommodans, aliquando cauſæ, aliquando principij nomine in diuinis ad intra vtitur. Abſtinendum tamen iam eſt inter Latinos à more Græcorum, & Latino nomine cauſæ ſecundùm Latinam, non ſecundùm Græcam ſignificationem vtendum eſt, & ab ipſo abſtinendum in diuinis ad intra: eadem ratione abſtinendum à nomine cauſati, quamvis eodem pariter vſi fuerint Patres Græci, quos pro vtriuſque nominis, cauſæ ſcilicet, & cauſati, vſu longâ ſerie refert Vaſquez *prima parte, diſput.* 139. *numero* 19.

20.
Initium ſimpliciter non poteſt admitti in diuinis ad intra.
Importat principium durationis.

Assertvm II. Poni non poteſt in diuinis ad intra ratio initij ſecundùm communem, & vulgatam talis nominis ſignificationem. Ita Theologi communiter *cum Magiſtro in* 1. *diſt* 29.

Probatur, Initium ſecundùm communem, & vulgatam nominis ſignificationem minùs latè patet, quàm principium, & importat ſolùm principium durationis, ſed in diuinis ad intra non poteſt poni principium durationis, & hæreticum eſt admittere, quod Filius, & Spiritus ſanctus habeant principium durationis, ergo. Confirmatur ex verbis D. Hilarij 4. *de Trinitate: Nouit Eccleſia vnum innaſcibilem Deum: Nouit vnigenitum Dei filium: Confitetur Patrem ab origine liberum: Confitetur & filij originem ab initio, non ipſum ab initio, ſed ab initiabili.* Ly *& filij originem ab initio* idem ſonat ac *& filij originem ab æterno*, iuxta phraſim Scripturæ ponentis ab initio pro ab æterno, vt Micheæ 5. *Et egreſſus eius ab initio à diebus æternis.* Eccl. 24. *Ab initio, & ante ſæcula creata ſum.* Ly *non ipſum ab initio* oſtendit principium, à quo filius producitur non poſſe reſpectu ipſius initium dici. Ly *ſed ab initiabili*, ſumitur pro initiatiuo, & Patrem denotat, qui initiatiuus dicitur quidem per habitudinem ad intra, ſed per habitudinem ad extra, quatenùs ab ipſo res omnes creatæ habent ſuæ durationis initium. Hilarium quoad excluſionem initij à diuinis perſonis ad intra ſequitur Concilium Toletanum XI. *in confeſſione fidei*, dum aſſerit *filium natum ſine initio ante ſæcula*, idem tradit Concilium Vormatienſe pariter *in confeſſione fidei.* Vnde etiam ex Conciliorum auctoritate habetur non eſſe dum initium in diuinis ad intra ſaltem ſecundùm communem, & vulgatam nominis ſignificationem: Secundùm communem, inquam, &c. nam ſi talis ſignificatio aliquo ſuperaddito limitetur ad principium rei, non durationis, rectè docet D. Bonauentura *in* 1. *diſt.* 29. *art.* 1. *quæſt.* 1. *ad* 2. admitti poſſe ad intra nomen initij. Et certè, ſicuti principium, quando ex modo loquendi refertur ad durationem, arcendum eſt à diuinis. Vnde ex hoc *capite Magiſter loco cit.* vult non eſſe concedendum quod filius habeat principium; ita è contra initium, quando ex aliquo addito infertur ad principium rei, erit in diuinis ad intra permittendum.

In diuinis datur initiabile ſumptũ pro initiatiuo.

Assertvm III. Rectè ponitur in diuinis ad intra ratio Auctoris; & æquè, ac ratio principij, conuenit ſimpliciter loquendo non ſolùm primæ, verùm etiam ſecundæ perſonæ. Ita Theologi ſatis communiter cum Sanctis Patribus in probatione mox referendis. 21.

Ratio Auctoris datur in diuinis ad intra, & cõuenit primę, & ſecundæ perſonæ.

Probatur ex D. Hilario *libro* 2. *de Trinitate*, dicente: *A Patre & filio Auctoribus confitendum eſſe Spiritum ſanctum.* Ex D. Athanaſio *in Epiſtola ad Serapionem* dicente: *Apoſtolus, quæ in eo operatur Spiritus, & efficit, filio Auctori eius attribuit; ſicut & filius, quæ ipſe facit opera, ſuo Authori Deo Patri attribuit.* Ratio eſt; quia, vt tradit D. Thomas *opuſc.* 1. *cap.* 32. *Sub titulo quod filius eſt Auctor Spiritus ſancti, auctoritas in diuinis perſonis vnius ad alteram non eſt, niſi ſecundùm quod æternaliter vna eſt ab altera: & prima parte, quæſt.* 33. *art.* 4. *ad* 1. *Auctoritas nihil aliud ſignificat in diuinis, quam principium originis.* Sed verè in diuinis ad intra datur vnam perſonam eſſe ab altera, datur principium originis; & eſſe id, à quo eſt alia perſona, eſſe principium originis non ſolùm conuenit primæ, verùm etiam ſecundæ perſonæ, ergo rectè ponitur in diuinis ad intra, &c. Aliquam hic excitant difficultatem verba eiuſdem Sancti Doctoris *in* 1 *diſt.* 29. *quæſt.* 1 *art.* 1. *in C.* dicentis: *Nomen auctoris addit ſupra rationem principij hoc, quod*

eſt

eſt non eſſe ab aliquo, & ideò ſolus Pater auctor dicitur, quamvis etiam filius principium dicatur notionaliter. Nihilominùs, ne Sanctus Doctor Sanctis Hilario, & Athanaſio imò ſibi ipſi locis præcitatis contrarius ſit, debet hæc poſtrema verba intelligi de ratione auctoris non ſimpliciter, quomodo procedit noſtrum aſſertum, ſed cum aliquo addito accepti, eo

In aliquo tamen ſenſu côuenit ſpecialiùs primæ.

ferè modo, quo *ſuperiori §.* explicatur, rationem principij cum aliquo addito ſoli primæ perſonæ conuenire, & hac de cauſa idem Sanctus Doctor 1. *part. q. 33. art. 1. ad* 2. aliquid ſpecialis auctoritas Patri tribuit. Hac pariter de cauſâ Pater frequentiùs vocatur auctor filij, quam filius auctor Spiritus ſancti. Sic Auguſtinus *lib. 3. contra* Maximinum *cap. 4.* & Hilarius 4. *de Trinitate circa initium*, exprimunt Patrem eſſe auctorem filij, & ſilent filium eſſe auctorem Spiritus Sancti. Cæterùm ſimpliciter, & abſolutè nomen auctoris ſemper importare principium primum, ſeu principium abſque principio non niſi gratis, & voluntariè dici poteſt.

---

§. IV.

Quomodo primæ perſonæ diuinæ conueniat ratio ingeniti?

22. Assertvm: Ratio ingeniti in aliquo ſenſu eſſentialis eſt, conueniens tribus diuinis perſonis: in aliquo ſenſu eſt notionalis conueniens primæ & tertiæ perſonæ. in ſenſu tamen nullatenùs ſuſpecto, & noſtris temporibus maximè vſitato perſonalis eſt, conueniens ſoli primæ perſonæ, & dici etiam ſolet ratio innaſcibilis: imò voce rei ſignificatæ accommodatiore, quamvis non quoad vſum frequentiore, ratio improceſſibilis. Ita Theologi communiter cum Sanctis Patribus in probatione mox referendis.

Ratio ingeniti in aliquo ſenſu eſt eſſentialis conueniens tribus diuinis perſonis.

Probatur prima pars: Ratio ingeniti aliquando ſumitur prout negat eſſe factum, ſeu creatum, ſed in hoc ſenſu ratio ingeniti eſſentialis eſt conueniens tribus diuinis perſonis, ergo ratio ingeniti in aliquo ſenſu, &c. Minor patet, maior probatur. Ex Damaſceno 1. *fidei cap. 9.* dicente: *Noſſe autem oportet ingenitum homoninum eſſe, & nunc non factum ſignificare, nunc verò non genitum, &c.* Ex Athanaſio in decretis Synodi Nicenæ contra hæreſim Arrianam circa medium, vbi ait, *Eodem modo, qui Deum ingenitum nominat, ex operibus ſuis ei nomen accommodat, indicans eum ſolùm omnium non eſſe factum, ſed eorum quæ facta ſunt auctorem eſſe.* Diſſimulanda hic non eſt captioſa, & praua verſutia Arrianorum, cum enim, vt teſtatur Athanaſius *tom. 4. in diſp. contra Arium Laodiceæ habita circa initium*, occaſione hæreſis Sabellianæ, cuius nos *lib. ſuperiori cap.* 1. §. 1. mentionem fecimus, aſſeuerantis Patrem paſſum, & natum de Virgine æquè, ac Verbum Eccleſia Patri appropriaſſet nomen ingeniti, non iuxta ſignificationem mox traditam, ſed iuxta ſignificationem tradendam in probatione tertiæ

Arriani abu-

partis, Arriani vſurpantes nomen ingeniti

runtur ratione ingeniti, ipſam ſecundum ſignificationem, ſecundùm quam eſſentialis eſt, Patri appropriantes.

iuxta mox traditam ſignificationem, & ipſum in diuerſa ſignificatione ab ea, ſecundum quam ab Eccleſia tribuitur, malitioſè Patri tribuentes inferebant ſolùm Patrem eſſe increatum, & non factum; filium verò, ſicuti genitus eſt, non ingenitus, ita creatum eſſe, & factum; non increatum, & non factum. Propter hunc hæreticorum abuſum euaſit nonnullis Sanctis Patribus ſuſpectum, & malè ſonans in diuinis nomen ingeniti, non quod vox ipſa in ſenſu idoneo vſurpata diſpliceret, ſed quod eius varia ſignificatio præberet Arrianæ calliditati materiam Sophiſmatum ad Catholicorum vexationem.

23. Probatur ſecunda pars: Ratio ingeniti aliquando ſumitur prout negat eſſe propriâ, & rigoroſâ generatione productum, ſed in hoc ſenſu ratio ingeniti notionalis eſt conueniens primæ & ſecundæ perſonæ, ergo ratio ingeniti in aliquo ſenſu, &c. Minor ſupponitur *ex lib. ſuperiori, cap.* 4. in quo latè probatum eſt ſolam ſecundæ perſonæ proceſſionem eſſe generationem, adeòque non ſolùm primæ, verum etiam tertiæ perſonæ conuenire negationem paſſiuæ generationis. Maior probatur, tum quia etiam in creatis ingenitum, ſeu ingenerabile dicitur quidquid propriâ generatione non producitur, vt Angelus, cœlum, &c. tum quia Auguſtinus 5. *de Trinitate, cap.* 7. docet ingenitum idem eſſe, ac non genitum, & conſequenter ac habens negationem generationis. Verba Auguſtini ſunt: *Quod ergo dicitur ingenitus, hoc oſtenditur, quod non ſit filius: Sed genitus & ingenitus commodè dicuntur, filius autem Latinè dicitur, ſed infilius, vt dicatur non admittit loquendi conſuetudo. Nihil tamen intellectui demitur, ſi dicatur non filius; quemadmodum etiam, ſi dicatur non genitus pro eo, quod dicitur ingenitus nihil aliud dicitur.* Solet in huius rei confirmationem afferri ex Magiſtro *in* 1. *diſt.* 13. Ex D. Thoma 1. *part. quæſt.* 33. *art. 4. ad* 2. auctoritas D. Hieronymi *in Regulis definitionum contra hæreticos*, & ab alijs pluribus auctoritas D. Gregorij Nazianzeni *Oratione in ſancta lumina*, appellantium Spiritum ſanctum ingenitum ex eo, quod habeat negationem generationis. Verùm Vaſquez 1. *part. diſp.* 140. *cap. 2. num.* 8. monet nec apud Hieronymum, nec apud Nazianzenum ſe id reperire potuiſſe, ego certè quamvis datâ operâ apud vtrumque id quæſierim, laborem inaniter inſumpſi: fatendum igitur ingenitum prout præcisè importat negationem rigoroſæ generationis, & Spiritui ſancto conuenit, valdè verò in diuinis vſurpari, quia licèt talis ſignificatio in re ſit ſatis propria, imò attento ſono vocabuli, aliarum omnium propriiſſima, tamen cum in odium hæreſis Sabellianæ, talem rationem Eccleſia appropriauerit primæ perſonæ, ſuſpectum eſt eandem abſolutè vſurpatam alteri perſonæ tribuere & in alia ſignificatione ab ea ſecundùm quam primæ perſonæ propria eſt, ad intra adhibere.

Ratio ingeniti in aliquo ſenſu eſt notionalis conueniens primæ & tertiæ perſonæ.

Antequam pro tertiæ partis probatione referam legitimum ſenſum, ſecundùm quem ratio ingeniti ad intra vſurpanda, & primæ perſonæ ſpecialiter tribuenda eſt, placet obiter 24.

DDdd breui

breuitérque recenſere duplicem aliā omninò illegitimam, & damnatam, nedum ſuſpectam eiuſdem nominis vſurpationem. Prima eſt ſecundùm Ethnicos, dicente Athanaſio *oratione 2. contra Arrianos poſt medium. Ego ab Ethnicis didici ingenitum id dici, quod nondum factum eſt, fieri tamen poteſt.* Secunda eſt ſecundùm Eunomium, de quo D. Baſilius *lib. 1. aduersùs Eunomij Apologeticon poſt medium*, ita loquitur: *Ingenitus verò cum ſit, inquit, nunquam generationem ſuſcipiet, cui addit, vt cum genito naturam ſuam communicet: quod dicit nunquam ſuſcipiet generationem, duplicem habet ſenſum, alterum, quod eius natura nunquam accommodabitur paſſiua generatio, cum impoſſibile ſit ingenitam naturam generari: alterum, quod generare nunquam patietur, ſecundum quem ſenſum hac voce vſus eſt:* Huc reſpexit etiam Gregorius Nazianzenus, dum *Oratione in ſancta lumina poſt medium* dixit: *Neque enim Pater eò ingenitus eſſe deſtitit, quia genuit:* iuxta has duas vſurpationes ratio ingeniti à diuinis omninò excluditur, ſpecialiter verò incongruit primæ perſonæ, cui vſitatior ingeniti ſignificatio maximè congruit, vt ex ſequenti probatione innoteſcit. Ideò

Ratio ingeniti in aliquo ſenſu nulli penitùs diuinæ perſonæ cōuenit.

25. Probatur tertia pars: Ratio ingeniti, dum dicitur in diuinis ab intra, in ſenſu nullatenùs ſuſpecto, & noſtris temporibus maximè vſitato; ſumitur prout negat quamcumque realem proceſſionem ab alio, ſed in hoc ſenſu ratio ingeniti perſonalis eſt conueniens ſoli perſonæ, ergo ratio ingeniti in ſenſu nullatenùs ſuſpecto, &c. Minor patet, quia vel comparatur prima perſona ad alias duas perſonas, &c. cum hæ verè realiter à Patre procedant, Pater verò non procedat ab alio, pluſquam certum eſt ſpecialiter conuenire Patri in comparatione ad alias perſonas negationem realis proceſſionis ab alio: vel comparatur prima perſona ad eſſentiam, & prædicata eſſentialia, & hac ratione, cum eſſentia, aliaque prædicata eſſentialia ſint in Filio, & Spiritu ſancto à Patre per proceſſionem, vt communicatio eſt, quamvis non, vt productio eſt; ſatis conſtat ſpecialiter conuenire Patri etiam in comparatione ad eſſentiam, aliaque prædicata eſſentialia negationem cuiuſcumque realis proceſſionis ab alio, ſumendo proceſſionem non ſolùm, vt productio, verum etiam vt communicatio eſt; & in hoc ſenſu D. Thomas 1. *parte, quaſt. 34. art. 4. ad 2. de diuina eſſentia* expreſsè ait: *Dici poſſe, quod eſt in Filio, vel in Spiritu ſancto ab alio, ſcilicet à Patre.* Probatur maior ex Iuſtino Martyre *in expoſitione fidei*, dicente: *Si modum, quo Pater conſiſtit, quæras, cum eum à nullo alio ortum videas, ingenitum appellabis*, vbi ratio ingeniti ſumitur pro eo, quod habet negationem ortus, ſeu proceſſionis ab alio. Ex Athanaſio *Epiſt. ad Serapionem* dicente: *Non eſt ingenitus Spiritus ſanctus, quia imprincipiatum, & ingenitum ſoli Deo Patri Catholica Eccleſia congregata apud Nicæam rectè, & fideliter attribuit.* Vbi ratio ingeniti ſumitur pro imprincipiato, quod eſt habere negationem principiationis, ſeu proceſſionis ab alio. Ex Niceta *in ſupracitata oratione Gregorij Nazianzeni. Nec enim ingenitus, & genitus ex eorum numero ſunt, quæ medio carent, vt alterum eorum Spiritui neceſſariò tribuendum ſit*, vbi dum inter ingenitum, & genitum medium aſtruitur, indicatur plus per ingenitum negari, quàm per genitum affirmatur, negari ſcilicet per ingenitum omnem proceſſionem. Ex Auguſtino *lib. 15. de Trinitate, cap. 26. Cum Spiritum Sanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitum, ne in hoc vocabulo vel duos Patres in illa Trinitate, vel duos, qui non ſint de alio, quiſpiam ſuſpicetur: Pater enim ſolus non eſt de alio, ideò ſolus appellatur ingenitus, non quidem in ſcripturis, ſed in conſuetudine diſputantium & de re tantâ ſermonem, qualem voluerint, proferentium*; vbi nihil clarius pro eo, quod intendimus dici poteſt. Hiſce auctoritatibus accedit communis conſenſus Eccleſiæ canentis in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis *Te Patrem ingenitum, te filium vnigenitum, &c.*

Ratio ingeniti in ſenſu nullatenùs ſuſpecto & maximè vſitato eſt perſonalis conueniens ſoli primæ perſonæ.

Eſſentia diuina in quo ſenſu ſit ab alio.

Ex his habes ſignificationem, ſecundùm quam ratio ingeniti eſt propria primæ perſonæ diuinæ, ipſi conuenire ex conſuetudine diſputantium, ex auctoritate Sanctorum Patrum, nec non Eccleſiæ in odium Sabellianæ, ac Arrianæ hæreſis, determinatione potius, quàm ex propria conditione, ſeu naturâ vocabuli. Non deeſt tamen etiam à ratione ſpecialis congruentia, ob quam ingenitum in diuinis omnem proceſſionem neget. Enimverò vt tradit Eſtius *in 1. diſt. 28. §. 1.* quoniam in viuentibus creatis nulla eſt naturalis vnius ab alio proceſſio, niſi natiuitas, ſeu generatio, fit quod negatâ natiuitate, ſeu generatione, tollatur omnis naturalis proceſſio inter viuentia: hinc ad diuina transferentes vocabula ab humanis rebus, tanquam à notioribus accepta, ingenitum ſeu innaſcibile dicimus; quod non procedit ab alio, non ſolùm generatione, ſeu natiuitate, ſed nec vllâ aliâ viâ, & Synonyma facimus, ingenitum, innaſcibile, improceſſibile, ſumendo improceſſibile, prout negat omnem proceſſionem, non prout negat ſolam proceſſionem ſpecialiter dictam appropriatā Spiritui ſancto, qua ratione improceſſibile idem eſt, ac inſpirabile, & ſecundæ etiam perſonæ, non ſoli primæ conuenit. 26.

Specialis ratio vſurpādi ingenitum ad ſignificādam negationem omnis proceſſionis.

Improceſſibile dupliciter ſumi poteſt.

§. V.

Vtrùm ratio ingeniti, propria primæ perſonæ diuinæ importet puram negationem, an etiam aliquid poſitiuum, & quid?

ASSERTVM I. Ratio ingeniti propria primæ perſonæ diuinæ exprimit de formali puram negationem: Fundamentaliter tamen importat aliquid poſitiuum, Ita Theologi communiter cum D. Thoma *in 1. diſt. 28. q. 1. art. 1. ad 1.* Scoto *diſt. & quæſt. eâdem §. ideo videtur dicendum.* 27.

Probatur

28\. *Ratio ingeniti propria primæ perſonæ exprimit de formali puram negationem.*

Probatur prima pars: Ratio ingeniti propria primæ perſonæ diuinæ formaliter importat negationem cuiuſcumque realis proceſſionia ab alio, ergo exprimit de formali puram negationem. Antecedens *ſuperiori §.* probatum eſt, & in præſenti ſpecialiter confirmatur ex Auguſtino 5. *de Trinitate, cap.* 6. vbi habet *Cum ingenitus dicitur Pater, non quid ſit, ſed quod non ſit, dicitur.* Et quidem quod ratio ingeniti propria primæ perſonæ importet puram negationem, provt negatio contradiſtinguitur ab omni ratione poſitiua, ſatis ex terminis manifeſtum eſt; ſolum poteſt aliqualiter dubitari vtrum importet negationem etiam, provt negatio contradiſtinguitur à priuatione: Ratio dubitandi eſt, quia vt tradunt Scotus *queſt. citat. §. quantum ad primum*, D. Thomas *artic. pariter cit. ad* 2. *& prima parte, queſt.* 33. *art.* 4. *ad* 2. Priuatio dicitur non ſolum quando aliquid non habet, quod ipſum natum eſt habere, verum etiam quando aliqoid non habet, quod natum eſt haberi ab aliquo ſui generis, quomodo talpa dicitur cæca; & habens priuationem viſionis, quia aliquod ſui generis, ideſt aliquod animal eſt aptum natum habere viſionem: at etiam aliquod ſuppoſitum eiuſdem naturæ, & quodammodo eiuſdem generis cum Patre ſuppoſitum ſcilicet Filij, eſt aptum natum habere generationem; ergo ratio ingeniti, ſeu non habere paſſiuam generationem in Patre priuatio dicenda eſt, nihilominus hinc rationi dubitandi facilè occurritur, quia non habere id, quod aptum eſt haberi ab aliquo ſui generis eſt priuatio ſolum impropriè, & ſecundum rationem communiſſimam, ſecundùm quam priuatio cum negatione conuenit, & ſolùm ſecernitur ab eo, quod eſt purum nihil. Propriè igitur loquendo ratio ingeniti in prima perſona diuina vtpotè importans carentiam proceſſionis, cuius prima perſona ſecundum propriam rationem eſt incapax, dicenda eſt exprimere de formali puram negationem etiam, provt negatio à priuatione contradiſtinguitur.

Etiam provt negatio à priuatione cõtradiſtinguitur.

Ratio ingeniti propria primæ perſonę importat fundamentaliter aliquod poſitiuum.

29\. Probatur ſecunda pars: Ratio ingeniti propria primæ perſonæ diuinæ non eſt purum nihil, ſeu purum non ens, & conuenit primæ perſonæ ab intrinſeco, & tanquam determinatum, ac ſpeciale prædicatum ipſius, ſed quod tale eſt non poteſt non importare ſaltem fundamentaliter aliquod poſitiuum, ergo ratio ingeniti propria primæ perſonæ diuinæ fundamentaliter importat aliquid poſitiuum. Maior patet: Minor probatur: negatio, quæ fundamentaliter, ſeu de connotato aliquod poſitiuum importat manet præcisè in lineâ non entis; ab hac enim ſola ratio entis extrahit, ergo talis negatio eſt purum non ens, ſeu purum nihil. Rurſus negatio ex ſe nulli enti poſitiuo intrinſeca eſt, nec conuenit vni enti poſitiuo potiùs, quàm alteri, quin potius cuilibet diſconuenit, ergo ſi negatio importata per rationem ingeniti non eſt purum nihil, & conuenit primæ perſonæ ab intrinſeco, id non habet ex ſe, & ex præciſâ lineâ negationis; ſed ex eo, quod dicat fundamentaliter aliquid poſitiuum. Neque dicas proprium eſſe priuationis habere pro fundamento aliquid poſitiuum. Contra enim commune hoc eſt priuationi, & negationi, quatenus à puro nihilo vtraque contradiſtinguitur; nec priuatio à negatione ſecernitur præcisè ex eo, quod illa, non iſta habeat poſitiuum fundamentum, ſed ex eo, quod illa habeat poſitiuum fundamentum, in ſubiecto capaci eius, quo priuat; iſta habeat poſitiuum fundamentum in ſubiecto incapaci eius, quod negat.

Diuerſitas priuationis à negatione.

30\. Asssrtvm II. Poſitiuum, quod fundamentaliter importat ratio ingeniti propria primæ perſonæ diuinæ eſt relatio paternitatis. Ita Io. à S. Thoma 1. *parte, queſt.* 33. *diſp.* 13. *art.* 1. *num.* 10. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 14. *cap.* 2. *num.* 8. Albertinus *tom.* 2. *in prædicam. relationis corol.* 13. *dub.* 2. aliique plures contra Præpoſitiuum, qui refertur collocaſſe rationem ingeniti in relatione oppoſita relationi geniti. Item contra Vaſquez 1. *parte, diſp.* 137. *cap.* 5. *num.* 18. *& diſp.* 140. *cap.* 3. ponentem pro fundamento ingeniti rationem primi principij, quam ait nec paternitate, nec ſpiratione ſufficienter exprimi, ſed addere paternitati ſub proprio conceptu conſideratæ relationem rationis. Tandem contra Alarcon *tract.* 5. *diſp.* 7. *c.* 2. *&* 3. Auerſam 1. *parte, q.* 33. *ſect.* 4. aſſignantes pro poſitiuo importato à ratione ingeniti paternitatem, & ſpirationem actiuam indiuiſibiliter acceptas, & Filium, ac Spiritum Sanctum indiuiſibiliter reſpicientes.

31\. *Ratio ingeniti non importat fundamentaliter quintam relationem ſuppoſitam relationi geniti.*

Probatur primò: Negatiuè impugnando aliorum ſententias & quidẽ ſententiã Præpoſitiui, dum quintã relationem realem inducit, remanet ſatis, ſuperque impugnata *ex ſuprapoſitis c.* 7. *§.* 1. pro quaternario relationum diuinarũ numero iuxta communem Scholaſticorũ mentẽ, propterea etiam, vt notat Io. à S. Thoma *loco cit. n.* 5. dictum Præpoſitiui omnium iudicio reiicitur, imo cenſuratur ad minus, vt temerarium: ſolum igitur operæpretium eſt ſpecialiter impugnare alias duas mox relatas ſententias: & quidem

32\. *Nec rationẽ primi principii ſuperaddentem Paternitati relationem rationis.*

Sententia ponens pro fundamento rationis ingeniti rationem primi principij, vt ſuperaddentem paternitati relationem rationis impugnatur primò, quia fundamentum rationis ingeniti debet eſſe aliquid ab intrinſeco conueniens primæ perſonæ, quia debet eſſe aliquid, ratione cuius ab intrinſeco primæ perſonæ conueniat negatio per rationem ingeniti formaliter importata: Item debet eſſe aliquid dicens dignitatem, quia de conceptu ingeniti, vtpotè notionis, eſt dignitas, iuxta aſſerenda *lib. ſeq. cap.* 1. *§.* 1. Cum autem nequeat ratio ingeniti dignitatem dicere ſecundùm rationem importatam formaliter, quæ negatio eſt, debet dignitatem dicere ſecundùm rationem importatam fundamentaliter, ſed relatio rationis non poteſt eſſe aliquid ab intrinſeco conueniens primæ perſonæ, alioqui hæc non eſſet realis ſecundùm omnia ſibi intrinſeca; nec poteſt dicere dignitatem, alioqui aliqua dignitas diuina penderet ab operatione intellectus creati, ergo. Secundò quia ratio primi principij in diuinis, vt eſt propria primæ perſonæ,

debet eſſe ratio principij realis, principium enim, quatenùs ad intra perſonaliter dicitur, eſt reale importans realem productionem: at ratio principij realis nequit haberi per relationem rationis, adeóque, ſi aliquid paternitati ſuperaddit, nequit ſuperaddere relationem rationis, ergo. Tertiò quia ratio primi principij duo dicit, & eſſe principium, & eſſe primum; quatenùs dicit eſſe principium non eſt fundamentum rationis ingeniti, alioqui etiam in filio, in quo reperitur ratio principij, reperiretur fundamentum rationis ingeniti; quatenùs dicit eſſe primum, non eſt aliquid poſitiuum diſtinctum à paternitate, nam vel primum ſumitur in ordine ad prius, & ſic dicit ſolam negationem prioris: vel ſumitur in ordine ad ſecundum, & ſic in Patre ratio primi non eſt, niſi paternitas, per quam refertur, & ordinatur ad filium, qui eſt ſecunda perſona.

33.
Nec paternitatem, & actiuam ſpirationē per modū vnius indiuiſibiliter acceptas.

Sententia ponens pro fundamento rationis ingeniti paternitatem, & ſpirationem per modum vnius indiuiſibiliter acceptas, impugnatur, quia paternitas, & ſpiratio per modum vnius indiuiſibiliter acceptæ, vel important aliquod tertium ex paternitate & ſpiratione coaleſcens; vel important puram ſimultatem paternitatis, & ſpirationis: Neutro modo paternitas, & ſpiratio ſimul acceptæ poſſunt eſſe fundamentum rationis ingeniti. Non primo modo, quia huiuſmodi tertium deberet eſſe noua relatio ex qua ſimul cum quatuor rationibus originis communiter admiſſis conſorgerent quinque originis relationes: imò quia à pari deberet etiam in ſecunda perſona conſurgere noua relatio ex filiatione, & ſpiratione, ad ſenarium numerum relationes originis peruenirent. Non ſecundo modo, quia prima perſona, etiam ſi per impoſſibile non haberet ſpirationem actiuam, adhuc ratione paternitatis præciſè eſſet incapax ſpirationis paſſiuæ, quia ratione paternitatis præciſè haberet cum paſſiua ſpiratione oppoſitionem mediatam, & remotam, ergo ratione paternitatis præciſè haberet fundamentum negationis procedendi ab alio, & actiua ſpiratio materialiter omninò, & impertinenter ſe haberet in ordine ad fundandam talem negationem. Confirmatur: Ratio ingeniti importat negationem cuiuſcumque non ſolùm productionis, verùm etiam communicationis ab alio, & ex hoc capite diuina eſſentia nullatenùs fundat rationem ingeniti, quia eſt ab alio communicabilis: at etiam ſpiratio actiua eſt ſecundùm ſe ab alio communicabilis, & de facto ſecundæ perſonæ ab alio communicata, ergo nullatenùs poteſt eſſe fundamentum rationis ingeniti, in qua debet relucere negatio cuiuſcumque communicationis ab alio.

34.
Sed ſolā relationem paternitatis.

Probatur ſecundò poſitio: Paternitas in diuinis habet ex intrinſeco ſuo conceptu, quod ſit ante omnem originem, ergo habet ex intrinſeco ſuo conceptu, quod fundet negationem cuiuſcumque originis ab alio, adeóque eſt poſitiuum, quod fundamentaliter importat ratio ingeniti, &c. Conſequentia patet, quia cum non poſſit quidquam procedere per originem, quam nullatenùs habeat ante ſe, imò quam antecedat, eſſe ante omnem, nullamque originem ante ſe habere, eſt per nullam originem procedere, eſt fundare negationem cuiuſcumque originis, cuiuſcumque proceſſionis ab alio. Antecedens probatur: Paternitas in diuinis habet ex intrinſeco ſuo conceptu, quod ſit origo actiua, imò radix originis actiuæ per intellectum, vt colligitur *ex cap. ſuperiori*, §. 7. ſed origo actiua, & à fortiori radix originis actiuæ per intellectum, eſt ante omnem aliam originem; eſt enim ante omnem aliam originem per intellectum, quia non eſt dabilis alia origo per intellectum, niſi paſſiua, quam vtique origo actiua antecedit: eſt etiam ante omnem aliam originem per voluntatem, quia ex genere ſuo operatio intellectus antecedit operationem voluntatis, ergo eſt ante omnem aliam originem ſimpliciter, quia in diuinis non datur origo, niſi per intellectum, & voluntatem.

Ex hac probatione habes paternitatem, quam aſſerimus eſſe fundamentum rationis ingeniti, tranſcendentaliter, non prædicamentaliter ſumi: ſolùm enim paternitas tranſcendentaliter ſumpta originem antecedit: & ſicuti hæc ſola primam perſonam in ratione primæ perſonæ conſtituit; ita hæc ſola primam perſonam conſtituit in ratione perſonæ ingenitæ, cum è contra paternitas prædicamentaliter ſumpta, vtpotè quæ habet originem pro ratione fundandi, originem ſubſequatur: & ſicuti ſupponit, non conſtituit primam perſonam generantem; ita ſupponat, non conſtituat, nec fundet in ipſa rationem ingeniti, pro quo diligenter recolenda ſunt ſupra poſita §. 7. *præcit.* interim de paternitate prædicamentaliter, non tranſcendentaliter ſumptâ intelligenda ſunt verba Auguſtini 5. *de Trinitate*, *cap.* 6. dicentis: *Nec ideò quiſquam Pater, quia ingenitus, nec ideò ingenitus, quia Pater*; ſi hæc vocabula de ratione ingeniti, & Patris in diuinis procedunt, fortè enim Auguſtinus vniuerſaliùs loquitur de ratione Patris, & ingeniti; prout reperiri poſſunt etiam in creatis, vbi cum is, qui Pater eſt, ſit etiam genitus, vtique non valet de ipſo dicere, ideò ingenitus, quia Pater. Cæterùm loquendo in diuinis, & de ratione Patris tranſcendentaliter acceptâ veriſſima eſt illa cauſalis; ideò ingenitus, quia Pater.

35.
Sumptā trāſcendentaliter, nō prædicamentaliter.

Ideò ingenitus, quia Pater verificatur de paternitate tranſcendentali, non de prædicamentali.

36.

Dices, ſi in diuinis eſſet ſimpliciter vera huiuſmodi cauſalis, eſſet admittenda factâ quacumque ſuppoſitione, quod tamen ſuſtineri non poteſt. Nam factâ ſuppoſitione, quod daretur in diuinis vnica perſona, talis perſona eſſet ingenita, & non eſſet Pater: Item factâ ſuppoſitione, quod filius in diuinis generaret, filius eſſet Pater, & non eſſet ingenitus, adeóque in huiuſmodi ſuppoſitionibus non ſubſiſteret illa cauſalis, ideò ingenitus, quia Pater. Sed contra dico cauſalem illam eſſe ſimpliciter veram, dummodo non varietur, nec deſtruatur ſignificatio, quam de facto habent ipſius termini, ſicuti tamen variaretur in duplici allata ſuppoſitione.

Verificatur tantùm in quacumque ſuppoſitione non deſtruente ſignificationē illorum terminorū, ingenitus Pater.

Nam

Nam in prima ſuppoſitione ratio ingeniti eſſet fundamentaliter abſoluta, quia poſitâ vnicâ perſonâ in diuinis nulla daretur relatio ad intra; de facto vero ratio ingeniti neceſſe eſt, quod importet fundamentaliter aliquid relatiuum, quia neceſſe eſt, quod fundetur in aliquo non communi; ſolæ autem relationes in diuinis ſunt non communes. In ſecundâ ſuppoſitione Paternitas non eſſet proprietas perſonalis, nec conſtitutiua perſonæ, quia eſſet duabus perſonis communis, & ſe haberet, ſicut ſe habet nunc ſpiratio actiua. De facto verò ratio paternitatis ſignificat proprietatem perſonalem vnius primæ perſonæ conſtitutiuam.

37. Probatur tertiò: Ratio ingeniti in diuinis debet importare fundamentaliter relationem, ſed non poteſt importare aliam relationem, quam paternitatem, ergo importat fundamentaliter Paternitatem. Maior probatur tum ex eo, quod ratio ingeniti debet importare fundamentaliter aliquid proprium primæ perſonæ, tum quia ſecus faueret Arianis; qui ex nomine ingeniti ita contra Catholicos arguebant. Patet eſt ingenitus, atque hoc ſignificat eius ſubſtantiam; filius autem non eſt ingenitus, ergo filius non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre. Minor etiam probatur: Quælibet alia relatio à paternitate, vel eſt relatio rationis, vel eſt ab alio ſaltem per communicationem, ergo: Neque dicas etiam paternitas eſt aliquo modo ab alio, ſcilicet ab eſſentia eo modo, quo ſunt ab eadem eſſentia attributa. Contra enim paternitas eſt ab alio, ſcilicet ab eſſentiâ ſolum emanatione virtuali: ratio autem ingeniti ex ſupradictis negat eſſe ab alio proceſſione reali, ideſt vel reali productione, vel reali communicatione, ideo eſſe ab alio, quod paternitati conuenit, non impedit, ne ſit fundamentum negationis, quam formaliter importat ratio ingeniti, vt eſt propria primæ perſonæ diuinæ.

Ratio ingeniti non negat eſſe ab alio virtualiter.

38. Ex his habes nomen ingeniti in diuinis ſecundùm illud potiſſimum, quod fundamentaliter importat, relatiuum eſſe, non abſolutum. Vtrum verò relatiuum etiam, non abſolutum dicendum ſit ſecundum illud negatiuum, quod importat formaliter. Reſpondetur in rigore nec abſolutum, nec relatiuum dicendum eſſe, quia abſolutum, & relatiuum ſunt prædicata entis poſitiuè, eo modo tamẽ, quo talia prædicata poſſũt negationibus tribui, negatiuũ formaliter importatum à ratione ingeniti relatiuum potiùs, quàm abſolutum dicendum eſt, quia vt inductione oſtendit Auguſtinus *lib. 5. de Trinitate, cap. 7.* negationes reduci ſolent ad prædicamenta affirmationum oppoſitarum, & talium prædicamentorum denominationem ſortiuntur: Affirmatio autem oppoſita negationi formaliter importatæ per rationem ingeniti eſt paſſiua proceſſio, quæ licet vt eſt communicatio ab alio, ſit etiam aliquod abſolutum, tamen vt eſt ab alio productio, eſt quid relatiuum, ſeu eſt relatio; & quia paſſiua proceſſio abſolutè vſurpata ſolet potius ſumi pro productione, quam pro communicatione ab alia; negatio importata per rationem ingeniti debet potius denominari relatiua, quam abſoluta, licèt, prout negat eſſe ab alio per communicationem, dici etiam poſſit abſoluta.

Nomen ingeniti eſt fũdamentaliter relatiuum.

Imo etiam formaliter eo modo, quo tribui poteſt negationi denominatio relatiui.

Reliqua, quæ circa rationem ingeniti poſſent deſiderari, opportunius expedientur *lib. ſequenti, cap. 1. §. 2.* dum inter diuinas notiones ratio ingeniti, ſeu innaſcibilitas recenſebitur.

CAPVT III.

De ſecunda Perſona diuina.

EX tribus nominibus, quæ ſecundæ perſonæ diuinæ ſolent attribui, ab eo, quod faciliori, breuiorique conſideratione contentum eſt, in illud, quod difficiliorem, ampliorem que indaginem poſtulat deſinemus. Primo ſcilicet loco proponemus nomen filij: Poſtremo loco nomen verbi: Secundo, & medio nomen imaginis, quod nec eſt tantæ facilitatis, quantæ nomen filij; nec tantæ difficultatis, quantæ nomen verbi. Alio etiam titulo nomen imaginis inter nomina filij, & verbi medium ſibi vindicat locum, nimirum ex eo, quod partim de filij, partim de verbi ſignificato participat: quatenus enim pro imagine naturali ſupponit, Filium, quatenus ſupponit pro imagine intentionali verbum ſignificat. 1.

Secundæ Perſonæ nomina ſunt Filius, Imago, Verbum.

§. I.

Quomodo ſecundæ perſonæ diuinæ conueniat nomen Filij?

ASSERTVM: Secundæ perſonæ diuinæ propriè conuenit nomen Filij, ſiuè ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à tranſlatitio, & Metaphorico; ſiue vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Eſt aſſertum conſequens ad ſupradicta tum de perſona Patris *c. præcedente, §. 1.* tum de diuerſitate vnius diuinæ proceſſionis ab altera *lib. præcedente, cap. 4.* Ideo facilè contra Hæreticos *eodem cap. 4. §. 1.* indicatos. 2.

Secundæ perſonæ diuinæ propriè conuenit nomen Filij.

Probatur: Eo modo, quo alicui perſonæ conuenit alium tanquam patrem reſpicere, & ab alio per veram generationem produci, eidem conuenit nomen filij, ſed illud vtrumque ſecundæ perſonæ diuinæ propriè conuenit, ſiue ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à tranſlatitio, ſiue, &c. ergo eidem ſecundæ perſonæ diuinæ propriè conuenit nomen filij, ſiue ly *propriè* ſumatur, &c. Maior patet, quia ratio filij eſt correlatiua ad rationem Patris, & conſequens ad rationem geniti, ſeu per veram generationem

Prout ly propriè contradiſtinguitur tum à tranſlatitio, tum ab eſſentiali.

 nem

nem producti, quoties illud, quod producitur Perſona eſt. Minor ſuppunitur ex locis præcitaris: Coofirmatur omnibus illis Scripturæ locis, quibus ſecunda perſona diuiua ſub nomine filij, geniti, aut vnigeniti exprimitur. Neque dici poteſt huiuſmodi nomen ipſi tribui tanquam commune, & eſſentiale, nam (præterquod nullibi Scriptura idem nomen tribuit primæ, aut tertiæ perſonæ) ex eo, quod iuxta ſupradicta prima perſona ſit ingenita, tertia non ſit genita, ſatis conſtat neutri commune eſſe nomen filij, geniti, vnigeniti. Multo minus dici poteſt idem nomen ſecundæ perſonæ tribui in ſenſu tranſlatitio, & metaphorico, nam (præterquod contra ſupradicta etiam in ſenſu ſolum tranſlatitio, & Metaphotico tribui poſſet primæ perſonæ nomen Patris) nimia peruerſitas eſt Sacra verba præſertim frequentiùs pluribus in locis repetita ad ſenſum tranſlatitium, & improprium, ſine neceſſitate deprimere. Nec refert, quod fatendum ſit nomen filij aliquando impropriè in Sacra Sctiptura vſurpari. Enimverò impropriè vſurpatur nomen filij, quando applicatur creatoris in ordine ad Deum, nunquam quando applicatur ſecundæ perſonæ diuinæ in ordine ad primam.

Nomen filii in Scriptura vſurpatur impropriè quando applicatur creaturis.

4. Ex his habes rationem Pattis, & rationem filij, ſiue propriè, ſiue impropriè ſumantur ſemper ſibi ſeruatâ proportione correſpondere: & ſicuti primæ perſonæ diuinæ reſpectu ſecundæ conuenit propria paternitas, Deo verò reſpectu creaturarum ſolùm paternitas impropria; ita ſecundæ perſonæ diuinæ reſpectu primæ conuenit propria filiatio, creaturis verò reſpectu Dei ſola filiatio impropria. Quæ quidem impropria creaturarum filiatio magis, vel minus ad propriam filiationem accedit prout creaturæ magis, vel minus aſſimilantur Deo. Vnde Eſtius *in* 1. *diſt.* 16. § 4. in creaturis reſpectu Dei iuxta varios modos participãdi diuinam ſimilitudinem ponit varios gradus filiationis, quos initio facto à filiatione infima, & imperfectiore colligit ex Scriptura appellante varias ob cauſas homines, & Angelos filios Dei, ſicque enumerat. Primo tribuitur filiatio creaturis etiam irrationalibus ob participationem diuini eſſe habitam per creationem, iuxta illud Iob. 38. *Quis eſt pluuia Pater, vel quis genuit ſtillas roris.* Secundò tribuitur filiatio creaturis rationalibus etiam in gratia non exiſtentibus, propter ſpecialem Dei imaginem ratione gradus intellectualis ipſis impreſſam, iuxta illud Iſa. 1. *Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.* Tertio tribuitur filiatio fidelibus propter ſpecialem cultum, quem Deo exhibent tanquam Patri, vnde inte ſolent fideles in Oratione Dominica dicere: *Pater noſter, qui es in Cælis.* Quartò tribuitur filiatio iuſtis propter ſimilitudinem, quam cum Deo habent in mentis rectitudine: item propter ſpecialem participationem diuinæ naturæ per gratiam iuxta illud Io. 3. *Charitatem dedit nobis Pater vt Filij Dei nominemur, & ſimus.* Quintò tribuitur filiatio prædeſtinatis propter ſpecialem ipſorum conformitatem cum Filio Dei tanquam cum capite prædeſtinatorum iuxta illud Io. 13. *Vt Filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.* Sextò tribuitur Filiatio Beatis propter ſpecialem ſimilitudinem, quam cum Deo habent ratione viſionis, iuxta illud Sapientiæ 5. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei*, & Luc. 20. *Filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis.*

In hac impropria ſignificatione nomen filii habet latitudinem, & gradus.

Habes inſuper triplicem quodammodo ſeriem paternitatis, & filiationis aſſignare poſſe; alteram diuinarum perſonarum inter ſe; alteram creaturarum inter ſe; alteram inter diuinas perſonas, & creaturas. Prima, & ſecunda retinent propriam rationem paternitatis, & filiationis, licet prima ſit longe perfectior, & ſuperior, ſecunda imperfectior, inferior, & à prima dependens; vnde etiam non datur inter vtramque vniuocatio, ſed ſola analogia, proportionis tamen, non attributionis; quia quando ratiò analoga intrinſecè, & ſecundùm propriam rationem ſuis analogatis conuenit, proportionis analogia conſurgit. Tertia paternitatis, ac filiationis ſeries omnino impropria eſt, & metaphorica, vnde etiam analogia, quæ inter ipſam, & duas alias paternitatis, filiationiſque ſeries reperitur eſt ſolius attributionis: filiatio igitur dicitur per prius in diuinis ad intra, deinde de vna creatura In ordine ad alteram; poſtremo de creaturis in ordine ad Deum: ſicuti pariter dicitur per priùs in diuinis ad intra; deinde de vna creatura in ordine ad alteram, poſtremo de Deo in ordine ad creaturas paternitas. 5.

5. Triplex paternitatis, & filiationis ſeries poteſt aſſignari.

§. II.

Præmittuntur, quæ neceſſaria ſunt ad explicandam rationem imaginis, in ſecunda perſona diuina?

ASSERTVM I. Imago eſt aliquid ex alio procedens ſimile, eſt in ſpecie, vel ſaltem in ſigno ſpeciei. Hæc definitio traditur à D. Thoma *prima parte, quaſt.* 35. *art.* 1. *in C.* colligitur ex Auguſtino *lib.* 83. *quaſtionum quaſtion.* 74. *lib.* 5. *quaſtionum*, in Deuteronomio *cap.* 4. libro imperfecto geneſis *ad litteram cap.* 16. & recipitur à Theologis communiter, addunt quidem nonnulli cum Vaſquio *prima parte, diſputation.* 145. *cap.* 3. nonnullas particulas, nimirum quid ſit aliquid expreſſum ad repræſentandum: Verùm hæ particulæ maioris claritatis gratiâ addi poſſunt, at non ſunt ſimpliciter neceſſariæ, cum ipſarum ſignificatio contineatur in aliis particulis definitionis formaliter intellectis, ſicuti regulariter formaliter intelligenda ſunt verba quæcumque in definitionibus poſita. 6.

6. Imago quid ſit.

Probatur, & explicatur: Dicitur *aliquid ex*

ex alio procedens, quibus particulis exprimitur genus proximum imaginis, & prima cōditio ad imaginem requiſita, defectu cuius vnum ouum quamvis alteri ouo maximè ſimile alterius oui imago non eſt. Dicitur: *Simile ei*, ſubintellige formaliter, & ex vi proceſſionis, quibus particulis non ſolùm importatur ſimilitudo ad rationem imaginis requiſita, verùm etiam indicatur non ſufficere quamcumque ſimilitudinem, ſed debere eſſe ex vi proceſſionis formaliter deriuatam; eo ipſo enim, quod ſimilitudo deriuatur formaliter ex vi proceſſionis, induit ſpecialem habitudinem ad repræſentandum id, à quo procedit. Dicitur *in ſpecie, vel ſaltem in ſigno ſpeciei*, vbi per ſignum ſpeciei intelligit *Sanctus Doctor* figuram in rebus corporeis; & ex talibus particulia conſtat, cur ſi depingatur color alicuius rei in pariete, non dicatur eſſe imago, niſi etiam depingatur figura. Sic explicata imaginis definitio facilè apparet, quod bona ſit, non ſolùm propter auctoritatem D.D. Thomæ, & Auguſtini, ex quibus deſumpta eſt, verum etiam, quia conuenit omni contento ſub definito, vt patebit ex ſequenti aſſerto, & nulli alij à definito aptari poteſt.

7. Dices: aptari poſſe allatam definitionem cuilibet igni producto reſpectu alterius ignis, à quo producitur, & multo magis cuilibet plantæ reſpectu alterius plantæ, ex cuius ſemine propagatur: nam ignis productus procedit ſimilis in ſpecie igni producenti, & planta non ſolùm in ſpecie, verùm etiam in ſigno ſpeciei, procedit ſimilis plantæ, ex
8. cuius ſemine propagatur. Sed contra permitto allatam definitionem etiam igni, plantæ, aliiſque rebus non cognoſcitiuis reſpectu ſui principij aptari poſſe quoad rem ſi minùs quoad modum loquendi, & probandum eſſet, non ſupponendum aduerſariis nec ignem productum, nec plantam ex ſemine propagatam eſſe imaginem: Quod ſi in communi modo loquendi rebus non cognoſcitiuis imago non tribuitur eſt, quia nomen imaginis ſolet vſurpari potiùs ſecundùm etymologiam, & ſecundùm id, à quo eſt deſumptum, quam ſecundùm propriam ſignificationem, & ſecundùm id, ad quod ſignificandum eſt impoſitum: Porrò, quod ſecundùm etymologiam nominis Imago conueniat ſolis rebus cognoſcitiuis, deducitur ex ipſo vocis ſono: dicitur enim imago, quaſi imitago: vnde ait *Ariſtoteles 6. Top. cap. 2.* Imago eſt id, cuius generatio per imitationem eſt. Imitago autem, importat operationem cognitionis reſpicientis exemplar, & dirigentis potentiam executiuam ad producendum effectum repræſentatiuum exemplaris, quod à cognitione reſpicitur. Alij deriuant ex imaginatione nomen imaginis, & hoc etiam ex capite habetur fundamentum ſpecialiùs tribuendi nomen imaginis ei, quod producitur à principio cognoſcitiuo. Tandem plurimum conferre ad rationem imaginis cognitionem ſe tenentem ex parte principij confirmat experientia, qua proles ſæpiſſimè generatur, ſi minùs in ſpecie, ſaltem in ſigno ſpeciei, & accidentibus extrinſecis magis ſimilis obiectis, ad quæ generans in actu generationis cogitat, quàm ipſimet principio generanti, adeò vt propterea in Brutis, quæ in actu generationis minùs diuertunt à cogitatione formæ propriæ, minùs frequenter proles euadat diſſimilis ſuo principio generanti, frequentiùs verò in hominibus, in quibus propter virtutem cognoſcitiuam vniuerſaliorem, & ſubordinatam libero arbitrio, cogitatio faciliùs ad extranea obiecta diuertitur, vt fuſiùs proſequitur Lugus 1. *parte lib. 2. diſp. 16. cap. 1. n. 7.*

Imago cur ſoleat ſpecialiter tribui rebus cognoſcitiuis.

Imago dicitur quaſi Imitago.

Cur in hominibus frequentius, quàm in Brutis proles euadat diſſimilis principio generanti.

Assertvm II. Imago rectè diuiditur in naturalem, intentionalem, artificialem. 9.

Imago quotuplex ſit.

Probatur, & explicatur: Imago naturalis eſt ſimilitudo phyſicè producta à principio naturali id, à quo producta eſt naturaliter repræſentans. Imago intentionalis eſt ſimilitudo intentionaliter producta ab obiecto, & potentia cognoſcitiua, obiectum à quo producta eſt potentiæ cognoſcitiuæ intentionaliter repræſentans. Imago artificialis eſt ſimilitudo elaborata ab artifice repræſentans exemplar, ad cuius imitationem eſt producta. Imago naturalis ſolet dici Filius: Imago intentionalis Verbum mentis, ſeu ſpecies expreſſa: imago artificialis retinet commune nomen imaginis: Imago naturalis procedit ſimilis in ſpecie, & quando perfecta eſt, & à principio materiali, etiam in ſigno ſpeciei. Imago intentionalis, aliquando procedit ſimilis in ſpecie, aliquando in ſigno ſpeciei, aliquando in vtroque repræſentatiuè tamen, & intentionaliter, non phyſicè, & entitatiuè. Imago artificialis procedit ſimilis ſolùm in ſigno ſpeciei, vnde etiam imago artificialis datur tantùm reſpectu rerum corporearum, & materialium, in quibus ſolis reperitur ſignum ſpeciei, ſeu figura. Imago naturalis ab eo, cuius eſt imago, phyſicè, & immediatè producitur. Imago intentionalis intentionaliter, & vt plurimum, præſertim in creatis mediatè, id eſt mediante ſpecie impreſſa producitur ab obiecto, cuius eſt imago. Imago artificialis in genere cauſæ idealis; quæ ad efficientem reductiuè pertinet, producitur ab exemplari, cuius eſt imago.

Ex his habetur primò: cuilibet membro 10.
huius diuiſionis conuenire ſuprà poſitam definitionem imaginis: Quodlibet enim ex membris huius diuiſionis procedit ab eo, cuius dicitur imago, licèt non quodlibet procedat eodem modo, & in eodem prorſus genere cauſæ. Quodlibet item eſt ſimile, & repræſentatiuum eius, cuius dicitur imago, licèt non quodlibet habeat ſimilitudinem, & repræſentationem eiuſdem rationis.

Habetur ſecundò: Imaginem naturalem 11.
eſſe omnium perfectiſſimam, quia eſt præ cæteris ſimillima ſuo principio, & ſuo exemplari, à quo etiam perfectiori modo producitur. Imaginem artificialem eſſe omnium imperfectiſſimam, quia eſt ſimilis ſolùm in ſigno ſpeciei, & pertinet ſolùm ad res corporeas, externamque materiam. Imago

Imago naturalis eſt perfectiſſima, Artificialis imperfectiſſima, intentionalis media.

go

go intentionalis medium ſibi vindicat, eſt minux perfecta, quàm imago naturalis, quia ſimilitudo intentionalis eſt minor ſimilitudine naturali: Item quia ex genere ſuo non petit immediatè produci à ſuo exemplari: eſt magis perfecta, quàm imago artificialis, quia eſt ſimilis, & repræſentatiua ſui exemplaris non ſolùm in ſigno ſpeciei, vt imago artificialis; verum etiam in ſpecie: item quia ſe extendit ad exemplaria quæcumque perfectiſſima, nec eſt aſſignata ſolis exemplaribus materialibus, & imperfectis, vt imago artificialis.

---

§. III.

Quomodo, & quæ ratio imaginis conueniat ſecundæ perſonæ diuinæ?

12. Secundæ perſonæ diuinæ nullatenus conuenit ratio imaginis artificialis.

ASSERTVM I. Secundæ perſonæ diuinæ nullatenus conuenit ratio imaginis artificialis.

Probatur: Imago artificialis importat ſimilitudinem cum exemplari ſolùm in ſigno ſpeciei, nec reperitur niſi inter res, quæ habent externam ſenſibilemque materiam: Sed ſecundæ perſonæ diuinæ nullatenus conuenit aut externa, ſenſibiliſque materia; aut ſimilitudo, in ſigno ſpeciei, ergo. Maior traditur *in ſuperiori* §. Minor facilè cóſtat ex eo, quod nec ſecúda, nec vlla alia perſona diuina aut ex materia ſenſibili componitur, aut figuram ſenſibilem habet, vt requiritur ad ſimilitudinem in ſigno ſpeciei: & quamvis Heb. 1. Filius diuinus vocetur *figura ſubſtantiæ Patris*, ly tamen *figura* non ſumitur pro figura ſenſibili, alioqui malè diceretur figura ſubſtantiæ, cum ſubſtantia ſenſibilis non ſit; ſumitur igitur ly *figura* latius pro figura ſpirituali, & inſenſibili, idemque ſonat quod imago naturalis, non quod imago artificialis. Confirmatur ex aliis imperfectionibus, quas importat imago artificialis. Prima eſſe patet, quod conſurgat per artificium ſibi ſuperadditum, & per aliquid ab ipſa ſeparabile. Secunda quod ſit imperfectior exemplari. Tertia quod procedat ab agente per artem libere operante, ſaltem regulariter loquendo; ſed hæ, & ſimiles conditiones nequeunt conuenire ſecundæ, imo nec vlli alij Perſonæ diuinæ, ſiue comparentur perſonæ diuinæ ad creaturas, ſiue comparetur vna perſona diuina ad aliam, ergo ratio imaginis artificialis nullatenus conuenit ſecundæ, imo nec vlli alij perſonæ diuinæ.

13. Conuenit vero ipſi propriè ratio imaginis naturalis.

ASSERTVM II. Secundæ perſonæ diuinæ conuenit ratio imaginis naturalis propriè, ſiue ly *propriè* ſumatur, vt contradiſtinguitur à Metaphorico, & tranſlatitio, ſiue vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma 1. *parte, quæſtion.* 35. *articul.* 2. & *in primo, diſtinction.* 28. *quæſtion.* 2. *articul.* 2. contra Durandum *infra citandum.*

Probatur primò ex Scriptura Sap. 7. Sapientia Dei vocatur *Imago bonitatis illius.* 2. Cor. 4. Chriſtus vocatur *Imago Dei*, Coloſ. 1. idem Chriſtus vocatur *Imago Dei inuiſibilis.* Quibus in locis imago nec ſumitur impropriè, quia nulla eſt neceſſitas detorquendi tales Scripturæ textus ad ſenſum improprium: nec ſumitur eſſentialiter, tanquam nomen commune alicui alij diuinæ perſonæ; cum nullibi in Scriptura tribuatur nomen imaginis aut alicui alij diuinæ perſonæ, aut toti Trinitati. Afferunt hic nonnulli verba illa Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Imago autem dicitur, ad quam homo fit, eſt ipſa Trinitas, non ſolum ſecunda perſona. Verùm ſenſus illorum verborum non eſt, quod Trinitas ſit imago, ad quam homo fiat, ſed quod ſit exemplar ad cuius imaginem, &c. ly igitur *ad imaginem* importat rationem imaginis ex parte hominis, non ex parte Trinitatis. Et hic aduerte hominem non dici ſimpliciter imaginem, ſed factum ad imaginem, ideſt quaſi imaginem, quia eſt imago imperfecta, & minus propria; ſicuti iuxta *ſupradicta* §. 1. eſt reſpectu Dei, ſeu Trinitatis imperfectè, & minus propriè filius. Confirmatur ex Sanctis Patribus *Auguſtino, Ambroſio, Hilario*, qui abſolutè pronuntiant ſolam ſecundam perſonam in diuinis eſſe imaginem, vt refert Eſtius *in primo diſt.* 27. §. 8.

Cur homo dicatur ad imaginem, non imago Trinitatis.

Probatur ſecundo: Imago naturalis idem eſt, quod filius; ſed ſecundæ perſonæ diuinæ ex *ſuperiori* §. 1. conuenit ratio filij propriè, ſiue ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à Metaphorico, &c. ergo eidem ſecundæ perſonæ conuenit propriè ratio imaginis naturalis, ſiue ly *propriè* ſumatur, &c. Confirmatur ex ſuprà aſſertâ imaginis definitione, quæ formaliter intellecta, & prout importat ſimilitudinem ex vi proceſſionis non ſolùm conuenit ſecundæ perſonæ in ſenſu rigoroſo, verum etiam conuenit ad intra illi ſoli, ergo ratio imaginis conuenit ſecundæ perſonæ propriè, non ſolum prout ly *propriè* contradiſtinguitur à Metaphorico, & tranſlatitio, verum etiam prout contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali: antecedens patet conſideranti ex vna parte ſupra aſſertæ definitionis verba, & ex alia parte recolenti diuerſitatem traditam *lib. ſuperiori, capite quarto*, §. 9. inter proceſſionem ſecundæ, & tertiæ perſonæ, quod illa, non iſta importet ſimilitudinem formaliter, & ex vi proceſſionis. 14.

Aliqua hic oritur difficultas ex auctoritate Patrum Græcorum, quorum plures, vt refert Eſtius *in primo diſtinction.* 27. §. 9. nomen imaginis etiam tertiæ perſonæ, ſeu Spiritui Sancto tribuunt, & fauere videntur his Græcis Patribus duo loca Scripturæ, nimirum Rom. 8. *Quos præſcinit; & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui*, 1. Corinth. 15. *Primus homo* (ſcilicet Adam *de* 15.

terra

terra terrenus, ſecundus homo, (ſcilicet Chriſtus Dominus) *de Cœlo Cœleſtis, &c. Igitur ſicuti portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem Cœleſtis*. Quibus in locis per imaginem Filij Dei, & Chriſti Domini non videtur poſſe aliud intelligi, quam Spiritus Sanctus. Nihilominus quoad Patres Græcos dico ipſos fuiſſe minùs accuratè locutos de ratione imaginis in diuinis ad intra, & nomen imaginis latiùs vſurpaſſe ad ſignificandum illud omne, quod procedit ſimile, etiamſi non procedat tale formaliter, & ex vi propriæ proceſſionis, vt requiritur ad rationem propriæ imaginis: & vocarunt hi Patres Spiritum ſanctum imaginem aliarum duarum perſonarum, & ſpecialiter filij, tum vt exprimerent ipſiùs omnimodam ſimilitudinem, & conſubſtantialitatem cum aliis duabus perſonis, tum ſpecialiter vt indicarent eiuſdem proceſſionem non ſolùm à Patre, verùm etiam à filio contra errorem negantium Spiritui ſancto, aut conſubſtantialitatem, aut proceſſionem à filio. Loca Scripturæ Græcis Patribus non fauent, nam in primo textu tranſitiuâ quadam locutione fit ſenſus prædeſtinatos ita conformari filio Dei, vt fiant veluti imago ipſius: In ſecundo textu hortatur Apoſtolus Corinthios ad taliter vitam inſtituendam, vt imitentur vitam hominis cœleſtis, ſicque aliqualiter exprimant hominis cœleſtis, ſeu Chriſti Domini imaginem.

Sancti Patres Græci nomẽ imaginis latiùs vſurpãt.

16. Secũdæ perſonæ diuinæ cõuenit propriè ratio imaginis intentionalis.

16. Assertvm III. Secundæ perſonæ diuinæ conuenit propriè ratio imaginis intentionalis, ſiue ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à Metaphorico, ſiue vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Hoc aſſertum eſt æquè commune, & æquè certum, ac commune, vt certum ſit ſecundæ perſonæ diuinæ conuenire propriè rationem Verbi, de quo infrà, interim facilè

Probatur. Imago intentionalis idem eſt, quod verbum, ſed ſecundæ perſonæ diuinæ conuenit propriè ratio Verbi, ſiue ly *propriè* ſumatur vt contradiſtinguitur à Metaphorico, &c. ergo ſecundæ perſonæ diuinæ conuenit propriè ratio imaginis intentionalis, ſiue ly *propriè* ſumatur, &c. minor probabitur *infra §. 6.*

17. Ex his habes in imagine maximè attendendam eſſe ſimilitudinem, & imaginem eò eſſe perfectiorem, quò ſimilior eſt ſuo exemplari. Vnde ſecunda perſona diuina in ratione imaginis naturalis eſt perfectior omni aliâ imagine naturali, & in ratione imaginis intentionalis omni aliâ imagine intentionali, quia in eſſendo eſt ſimilior Patri, quàm quilibet alius filius; in repræſentando eſt ſimilior obiecto, quàm quodlibet aliud verbum. Nec audiendus eſt Durandus *in 1. diſt. 28. quæſt. 3.* negans in diuinis propriam rationem imaginis, eò quod naturæ identitas impediat propriam rationem ſimilitudinis; addens inſuper eo modo, quo in diuinis reperitur imago, conuenire Spiritui ſancto æquè, ac filio; licèt per quandam appropriationem attribuatur filio propter ſimilitudinem, quam præſefert nomen filij potius, quàm nomen Spiritus

Durandus malè ſentit de ratione imaginis in diuinis.

ſancti. Verùm quoad primam partem manet impugnatus Durandus *ex lib ſuperiori cap. 4. §. 1.* vbi explicatum eſt cum naturæ identitate optimè cohærere propriam rationem ſimilitudinis ad veram generationem, & conſequenter etiam ad veram imaginem ſufficientis: quoad ſecundam partem manet impugnatus Durandus ex ſecundo aſſerto mox præmiſſo, & ex falſitate fundamenti, cui innititur, exiſtimans tertiam perſonam procedere immediatè à natura diuina eodem prorsùs modo, quo ſecunda pro cuius fundamenti euerſione plura ex profeſſo diximus *lib. ſuperiori cap. 3. §. 1.*

Ex dictis inſuper habes diuerſitatem imaginis à veſtigio, quod imago importat ſimilitudinem totalem, & perfectam; cum veſtigium importet ſimilitudinem, aut ſolùm partialem, quomodo veſtigium hominis dicitur, quod ſolùm repræſentat partem, ſcilicet pedem hominis, aut aliunde imperfectam, quomodo quidquid ſolam cauſalitatem, non formam cauſæ repræſentat, dicitur cauſæ veſtigiũ: hac ratione vt exemplificat D. Thomas *1. par. q. 93. art. 6. in C.* Cinis dicitur veſtigium ignis, & deſolatio terræ veſtigium exercitus; eadem ratione creaturæ irrationales dicuntur veſtigium Dei, ſeu Trinitatis, creaturæ verò rationales dici aliqualiter poſſunt Dei, & Trinitatis imago, vt explicat idem Sanctus Doctor tum *loco mox citato*, tum antecedenter *quæſt. 45. art. 7. in C.* 18.

18. Diſcrimen imaginis à veſtigio.

---

§. IV.

Vtrùm ſecunda perſona diuina ſit imago ſolius primæ perſonæ, & vtrùm ſit imago ratione eſſentiæ, an ratione perſonalitatis?

Assertvm I. Secunda perſona diuina eſt imago naturalis ſolius primæ perſonæ. 19.
Dixi naturalis, quia ſolùm quoad ſecundam perſonam, vt imago naturalis eſt, intendimus propoſitum titulum expedire, quoad eandem enim, vt imago intentionalis eſt, non poſſumus commodè explicare cuius obiecti, & ratione cuius prædicati ſit imago, niſi priùs tradiderimus maiorem aliquam notitiam verbi diuini, & ſpecialiter, niſi priùs definiuerimus ex quarum rerum cognitione verbum diuinum procedat. Sic explicatum aſſertum

19. Secũda perſona eſt imago naturalis ſolius primæ perſonæ.

Probatur. Secunda perſona diuina eſt filius ſolius primæ perſonæ, ergo eſt imago naturalis ſolius primæ perſonæ. Antecedens ſupponitur ex eo, quod ſola prima perſona in diuinis eſt Pater. Conſequentia patet, quia imago naturalis idem eſt quod filius. Confirmatur: Secunda perſona nec ſui ipſius, nec tertiæ perſonæ poteſt eſſe imago naturalis, ergo eſt imago naturalis ſolius primæ perſonæ. Antecedens probatur: Duo potiſſima imaginis prædicata ſunt proceſſio, & ſimilitudo; ſed ſecunda perſona nec eſt ſibi ipſi

ſimilis, nec eſt à ſe ipſa procedens: tertiæ perſonæ eſt quidem ſimilis, at à tertia perſona non procedit reali, & phyſica proceſſione, vt requiritur ad naturalem imaginem, ergo nec ſui ipſius, nec tertiæ perſonæ poteſt eſſe imago naturalis. Imò quando inter ſecundam, & tertiam perſonam admittenda eſſet aliqua ratio naturalis imaginis, potius tertia eſſet imago ſecundæ, quam ſecunda tertiæ, cum tertia à ſecunda procedat, non ſecunda à tertia. Nec tolerandus eſſet, qui diceret filium eſſe naturalem imaginem Spiritus Sancti, ſicuti *ex ſuperiori* §. tolerantur Patres Græci vocantes in aliquo ſenſu minus rigoroſo Spiritum Sanctum imaginem filij.

Tolerabilius eſt vocare Spiritum Sanctum imaginem filij, quam vocare filiū imaginem Spiritus Sancti.

20. Secūda perſona diuina eſt imago primæ ratione eſſentiæ, & perſonalitatis ſimul.

Assertvm II. Secunda perſona diuina eſt imago naturalis primæ perſonæ ratione eſſentiæ, & perſonalitatis ſimul, principaliùs tamen ratione eſſentiæ. Ita Lugus 1. *parte, lib.2. diſp. 16. cap. 2. num.* 3. Arriaga *diſp.* 52. *ſect.* 3. *num.* 18. quamvis Lugus expreſſius tradat ſolùm ſecundam partem, Arriaga verò ſolùm primam.

Probatur prima pars: Imago naturalis, vt potè aliquid ab alio procedens ei ſimile in natura importat eſſentialiter ſimilitudinem naturæ cum alio, & proceſſionem ab ipſo, ergo ratione illius ſecunda perſona diuina eſt imago naturalis primæ, ratione cuius habet ſimilitudinem naturæ cum prima, & proceſſionem ab ipſa, ſed hæc duo habet ratione eſſentiæ, & perſonalitatis ſimul; ratione eſſentiæ ſcilicet habet ſimilitudinem; ratione perſonalitatis habet proceſſionem, ergo ſecunda perſona diuina eſt, &c.

21. Principalius tamen ratione eſſentiæ.

Probatur ſecunda pars: Tùm quia illud, quod principalius conſideratur in imagine naturali, eſt ſimilitudo in natura, ſecunda autem perſona diuina habet ſimilitudinem in natura cum prima ratione eſſentiæ; tum quia in aliquo ſenſu verificatur, quod etiam ratione eſſentiæ ſecunda perſona procedat à prima, nam proceſſio terminatur non ſolùm ad eſſe productum, verum etiam ad eſſe communicatum: Secunda autem perſona habet ratione eſſentiæ eſſe communicatum, quamvis non habeat ratione eſſentiæ eſſe productum, ſicque in aliquo ſenſu non ſolùm principalius, verum etiam totaliter ſecunda perſona poteſt dici imago primæ ratione eſſentiæ, quia tamen proceſſio abſolutè prolata pro productione potiùs, quam pro communicatione ſupponit, non eſt abſolutè dicendum ſecundam perſonam eſſe imaginem primæ ratione ſolius eſſentiæ, ne ſtatim quis exiſtimet ſecundam perſonam ratione eſſentiæ à prima produci: Confirmatur eadem ſecunda pars ex Cyrillo *Epiſt.* 10. approbata in Concilio Epheſino, vbi de ſecunda perſona ad primam, ſeu ad patrem comparata dicitur: *Propter eandem, quam cum illo habet eſſentiam, & imago, & character, & ſplendor eſt gloria eius*, quibus verbis, dum eſſentia, non perſonalitas exprimitur, neceſſe eſt eſſentiam eſſe ſi non totalem ſaltem principaliorem rationem imaginis.

§. V.

Præmittuntur, quæ neceſſaria ſunt ad explicandam rationem verbi in ſecunda perſona diuina?

22. Verbū multiplex eſt.

Assertvm I. Ex multiplici ratione verbi ſola ratio verbi mentalis facit ad rem in præſenti.

Probatur, & explicatur. D. Thomas *opuſc.* 59. *c.* 8. refert ex Auguſtino quadruplex verbum, nimirum verbum cordis, quod mente concipitur; verbum oris, quod aure percipitur; verbum nutus, quod oculo cognoſcitur; verbum ſcriptum, quod in charta legitur. Primum eſt verbum hominis ad ſe ipſum, ſecundum, & tertium eſt vnius hominis ad alterum præſentem, quartum eſt vnius hominis ad alterum abſentem loco, vel vtroque. Et quamvis quia nutus, & ſcriptura ponuntur ad ſupplendas voces, tùm verbum nutus, tū verbū ſcriptum reduci poſſint ad verbum vocis, ſeu oris: adhuc tamen idē S. Doctor 1. *p. q.* 33. *art.* 1. *in C.* aliter aſſignat quadruplex verbum, triplex quidem propriè, quartum verò impropriè, ſiue figuratiuè. Primum eſt verbum vocale, ſcilicet vox alicuius rei ſignificatiua, ſiue deinde ſit vox formaliter, nimirum ſonus animalis ore prolatus, ſiue ſit vox æquiualenter, nimirum nutus, aut ſcriptum ſupplens ſonum ore articulatum. Secundum eſt verbum imaginabile ſcilicet idolum quoddam in imaginatione exiſtens, ab imaginatione productum aliquid imaginationi repræſentans. Tertium eſt verbum mentale in ſequenti aſſerto definiendum. Quartum eſt verbum improprium, ſcilicet res à verbo proprio repræſentata, & ſignificata, in quo ſenſu quandoque vſurpatur verbi nomen in Scriptura, vt Exod. 15. *Cras faciet Dominus verbum iſtud*, id ſcilicet, quod iſto verbo ſignificatur, 1. Reg. 3. *Ecce ego facio verbum*, Luc. 1. *Nō erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* In eodem ſenſu, vt notat D. Thomas *art.* 1. *præcit.* conſueuimus dicere, hoc eſt verbum, quod dixi tibi; vel quod mandauit Rex, demōſtrato aliquo facto, quod verbo ſignificatum eſt, vel ſimpliciter enuntiantis, vel etiam imperātis.

Verbi nomē in Scriptura aliquando impropriè vſurpatur.

23. Quomodo procedendū ſit à verbo creato ad diuinum.

Ex hac multiplici verbi ratione ſolum verbum mentale facere ad rem in præſenti probatur primò ex Auguſtino *lib.* 15. *de Trinitat. c.* 11. vbi ait *Quicumque cupit ad qualemcumque ſimilitudinem Dei verbi, quamvis per multa diſſimilem, peruenire, non intueatur verbum noſtrum, quod ſonat in auribus, nec quando voce profertur, nec quando ſilentio cogitatur, &c. ſed tranſeunda ſunt hæc, vt ad illud perueniatur hominis verbum, per cuius qualemcumque ſimilitudinem, ſicut in ænigmate videatur vteumque Dei verbum, &c. Perueniendū eſt ergo ad illud verbum hominis, ad verbum rationalis animantis, ad verbum non de Deo natæ, ſed a Deo factæ imaginis Dei, quod neque prolatiuū eſt in ſono, neque cogitatiuū in ſimilitudine ſoni, ſed quod omnia, quibus ſignificatur, ſigna præcedit,*

Verbū mentale eſt perfectius omni alio verbo, & ipſum ſolùm reperitur in diuinis ad intra.

præcedit, & gignitur de ſcientia, quæ manet in animo, &c. Probatur ſecundo ex eo, quod nec vocale, nec imaginabile verbum dari poteſt in diuinis ad intra, cum vtrumque ſit verbum materiale, & Deus purè ſpiritualis ſit, nec habeat aut organa corporis, quibus vocem articulet, aut ſenſum internum, cuius actu imaginabile verbum producat. Probatur tertiò ex eo, quod verbum mentale eſt magis propriè, & magis perfectè verbum, cum ex naturâ ſuâ, & ſpiritualiter repræſentet; verbum autem vocale repræſentat ex voluntariâ hominum impoſitione, & verbum imaginabile repræſentat materialiter. Nec refert, quod nomen verbi

24\. ſit primariò impoſitum ad ſignificandas voces. Non refert, inquam, quia ex inde ſolum infertur quoad nominis impoſitionem verbum primariò dici de vocali: at cum hoc ſtat quoad nominis ſignificationem primariò dici de mentali, & in iſto ſimpliciter loquendo magis propriè, magiſque perfectè rationem verbi reperiri, vt confirmari poteſt ex Auguſtino *lib. 15. de Trinitate, capit.* 10. dicente: *Verbum, quod foris ſonat ſignum eſt verbi, quod latet, cui magis verbi competit nomen.* Portò ſicuti in modo repræſentandi, & ſignificandi verbum imaginabile accedit ad verbum mentis magis quam accedat verbum vocale; ita ſi verbum imaginabile ad verbum vocale comparetur, illud iſto magis propriè, & magis perfectè verbum eſt, in quo diſplicent Scotus *in 1. diſt. 27. quæſt. 3. ad 1.* Caietanus *in 1. quæſtion. 34. art.* 1. Henricus de Burghis in paradoxis ad Henricum Gandau. *Paradoxo de verbo,* docentes in imaginatione reperiri verbum impropriè ſolùm, & cauſaliter, quod malè conſonat tum rationi mox allatæ, tum auctoritati *Diui Thomæ* qui, vt ſuprà relatum eſt, diuidens verbum propriè ſumptum pro ſecundo diuiſionis membro ponit verbum imaginabile, tum auctoritati D. Auguſtini *lib. 8. de Trinitate, cap. 6.* vbi verbum imaginabile præfert verbo vocali, ait enim: *Carthaginem cum eloqui volo, apud me ipſum quæro, vt eloquar, & apud me ipſum inuenio phantaſiam Carthaginis, &c. Ipſa enim phantaſia eius in memoria mea verbum eius, non ſonus iſte triſſyllabus, cum Carthago nominatur, &c.*

25\. Brutum nullatenus poteſt propriè loqui cum alio.

Nec refert, quod obijcit Henricus de Burghis præcitatus: Si datur in phantaſia proprium verbum ſequi, quod habere propria verba, propriéque loqui conueniat etiam Brutis, vtpotè quæ etiam ipſa phantaſiam habent; non refert, inquam, quia vel ſequela procedit de locutione, quam cum aliis, vel quam cum ſe ipſo brutum exercet: Si procedit de locutione primi generis, ſequela negatur, quia verbum phantaſiæ eſt verbum internum non valens inſeruire ad loquendum cum aliis exterius, nec poteſt brutum alia verba formare, quibus exterius loquatur, nam aut nullatenus voces articulat, aut (ſicut contingit in Pſitaco humanam locutionem imitetur) articulat ipſas purè materialiter, non modo ſignificatiuo, cum non innoteſcat Brutis ſignificatio vocum articularum, & iſtæ ſint ab hominibus inſtitutæ ad ſignificandos conceptus proprios, non ad ſignificandos conceptus phantaſiæ Brutorū, aut res per tales conceptus ſignificatas: Non negauerim quidem aliqua Bruta edere ſonos & formare ſigna aliqua externa ad repræſentandā imaginem aliquā in phantaſia exiſtentem, at cum tales ſoni, taliaque ſigna, non ſint communi auctoritate inſtituta ad illam repręſentationem, nonniſi locutioni valde impropriæ poſſunt deſeruire. Si procedit de locutione 26.

Poteſt tamē verbo imaginabili propriè loqui cum ſe ipſo.

ſecundi generis ſequela admittitur, nec apparet quid prohibeat dicere Bruta de rebus per phantaſiam apprehenſis ſibi ipſis loqui: Certè, qui Brutis concedunt diſcurſum aliquem imperfectum, & inchoatum, nequeunt ipſis hanc internam locutionem non concedere: Neque ex eo, quod diſcurſus in illis ſit impropriè, & æquiuocè diſcurſus, ſequitur, quod ſit pariter in iiſdem impropria ſolum, & æquiuuca locutio: plura enim requiruntur ad proprium diſcurſum quam ad propriam locutionem, & nos etiam per phantaſiam impropriè diſcurrimus, per eandem tamen propriè nobis ipſis loquimur vt ſupra probatum eſt, tum ratione tum auctoritate S.S. Thomæ, & Auguſtini, quibus addi poteſt Anſelmus *in Monologio c. 9.* vbi expreſſam mentionem habet de locutione phantaſiæ triplicem loquendi modum, & tria verborum genera aſſignans ſic: *Frequenti namque vſu cognoſcitur, quia rem vnam tripliciter loqui poſſumus: aut enim res loquimur ſignis ſenſibilibus, ideſt quæ ſenſibus corporeis ſentiri poſſunt ſenſibiliter vtendo; aut eadem ſigna, quæ foris ſenſibilia ſunt, intra nos ſenſibiliter cogitando, aut nec ſenſibiliter his ſignis vtendo, ſed res ipſas, vel corporea imaginatione, vel rationis intellectu intus in noſtra mente dicendo, &c. Hæ vero tres loquendi varietates ſingulæ verbis ſui generis conſtant.*

Triplex locutionis genus.

Assertum II. Verbum mentale eſt imago rei intellectæ ab intellectu vitaliter elicita, & ab obiecto exemplata. Subintellige verbum eſſe imaginem non omnis obiecti, cuius eſt verbum, ſed ſolum eius à quo exemplatur, ſeu à quo tanquam à principio intentionaliter influente producitur, iuxta infra dicenda §. 13. 27.

Vērbū mentale quid.

Probatur, & explicatur. Dicitur *Imago* loco generis, *& ex ſuperiori* §. 2. ſatis conſtat imaginem latiùs patere, quàm verbum, & habere poſſe reſpectu verbi rationem generis; libenter autem pro genere, ſeu quaſi genere imaginem appoſui, potiùs quam ſimilitudinem, aut qualitatem repræſentatiuam, ne apponendo qualitatem definirem ſolum verbum creatum, & apponendo ſimilitudinem apponerem genus, ſeu quaſi genus minus proximum, rationem ſcilicet communem non ſolùm verbo increato, & creato; verum etiam verbo increato, & aliis diuinis perſonis, qualis eſt ratio ſimilitudinis, non ratio imaginis; per hanc propterea amplior via aperitur ad explicandum quomodo ratio verbi in diuinis ſit propria

ſolius ſecundæ perſonæ. Dicitur *rei intellectæ*, ad differentiam ſpeciei impreſſæ, quæ licet etiam ipſa dici poſſit Imago obiecti, eſt tamen imago obiecti in eſſe intelligibili, non in eſſe intellecto, ſeu eſt imago rei intelligibilis, non rei intellectæ. Dicitur *ab intellectu vitaliter elicita*, tom ad maiorem differentiam ſpeciei impreſſæ, quæ poteſt eſſe infuſa, nec eſt vitaliter producta; tom etiam ad differentiam imaginis artificialis, quæ licèt & ipſa producatur dependenter ab intellectu, non producitur tamen vitaliter, neque tanquam proles viua, & fœtus vitalis intellectus, cuiuſmodi eſt Verbum mentis, ſeu imago intentionalis. Dicitur *& ab obiecto exemplata*, quia verbum, vtpotè obiecti imago debet aliquo modo ab obiecto produci, nec poteſt ab ipſo produci in alio genere cauſæ meliùs, quàm in genere cauſæ exemplatis, ſiue deinde ab ipſo producatur immediatè, vt contingit in diuinis ad intra, ſiue producatur mediante ſpecie impreſſa, quemadmodum euenit vel ſemper, vel ſaltem frequenter in creatis. In aſſerta definitione datâ operâ diſſimulaui exprimere, vtrùm Verbum ſit imago ab intellectu elicita tanquam terminus cognitus, & in quo; an tanquam terminus incognitus, & quo; quia hoc multum in controuerſia eſt, & parum refert ad præſens inſtitutum. Quid tamen in re ſentiam colligi poteſt *ex tract. ſuperiori, lib.2. cap.2. §.5.* & ex inde etiam recolendum eſt verbum non eſſe de conceptu cuiuſcumque intellectioois, nec eſſe ipſam intellectionem.

Verbum mētis eſt proles viua, & fœtus vitalis.

28. Ex his habes tria potiſſimum requiri ad Verbum mentale. Primum eſt, quod ſit repræſentatiuum (ſubintellige intentionaliter) ſui obiecti, non quomodocumque, ſed in eſſe intellecto; vndè certum eſt non dari Verbum, quin detur obiectum in actu ſecundo intellectum, licèt in controuerſia ſit, vtrùm è contra non detur obiectum in actu ſecundo intellectum, quin detur Verbum, & quoad hoc tradita à nobis álibi fuerit pars negatiua. Secundom eſt, qood ab intellectu vitaliter eliciator, ſeu exprimatur, & conſequenter permaneat in intelligente à quo elicitur, quia quidquid vitaliter producitur ab aliquo principio, tali principio immanens eſt. Tertium quod ab obiecto procedat, quia eſt de communi ratione imaginis procedere ab eo, cuius eſt imago, Verbum autem mentale obiecti intellecti imago eſt: & in hoc puncto, in definiendo ſcilicet ex quonam obiecto Verbum diuinum formaliter procedat, verſatur potiſſima præſentis materiæ difficultas, cuius examen aggredimur ſtatim, ac aſſertum fuerit, rationem verbi mentalis in diuinis propriè reperiri. Ideò ſit

Verbum mentale tria potiſſimum requirit.

§. VI.

Quomodo ratio Verbi mentalis conueniat ſecundæ perſonæ diuinæ?

29. ASSERTVM: Ratio Verbi mentalis conuenit ſecundæ perſonæ diuinæ propriè, ſiue ly *propriè* ſumatur, vt contradiſtinguitur à metaphorico, & tranſlatitio, ſiue vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Ita communiſſimè Theologi cum D. Thoma *1. part. quæſt. 34. art. 2.* & eſt aſſertum indubitatum, ac de Fide ſaltem loquendo quoad ly *propriè* ſumptum, vt contradiſtinguitur à metaphorico, & tranſlatitio: neque in hoc habemus aduerſarios, niſi hæreticos Alogianos, & Arianos, quorum iſti ponendo ſecundam perſonam, ſeu filium eſſe creaturam, cogebantur negare eſſe Verbum diuinum, cum ſit de ratione creaturæ eſſe extra Deum, de ratione Verbi eſſe intra intelligentem, de ratione Verbi diuini eſſe intra Deum: illi Verbum expreſsè reiicientes dicti ſunt Alogiani, ſeu, vt ita dicam, Auerbiani; id eſt ſine Verbo: fauet Alogianis Eraſmus, cuius errorem retulimus *initio huius tractatus lib.1. cap.1. §.1.* Dixi aſſertum eſſe de Fide ſaltem loquendo quoad ly *propriè*, prout contradiſtinguitur à metaphorico, nam quoad ly *propriè* prout contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali non eſt ſimpliciter de Fide Verbum dici propriè de ſecunda perſona, & licèt opinio Durandi *in 1. diſt.27. quæſt. 3.* exiſtimantis Verbum in diuinis dici eſſentialiter, & ſolùm per quandam accommodationem appropriari ſecundæ perſonæ, à pluribus grauiter cenſuretur; non ſolet tamen damnari vt hæretica, cum præſertim etiam D. Thomas *eadem diſtinctione, quæſt.2. art.2. ad 1.* admiſerit Verbum in diuinis quandoque eſſentialiter dici, neque dum *hoc loco ex 1. part. præcitato*, retractat, indicat ſe retractare hæreſim, & errorem in Fide. Accedit quod ex *ſupradictis, lib.1. cap. 3. §.1.* non damnatur, vt ſimpliciter contra Fidem doctrina Durandi in eo, quod neget ſecundam perſonam procedere immediatè per intellectum, & tamen ad hanc doctrinam conſequitur opinio, qua in præſenti tradit Verbum in diuinis dici eſſentialiter, non perſonaliter. Aſſertum ſic explicatum

Secundæ perſonæ diuinæ conuenit propriè ratio Verbi mentalis.

Non eſt ſimpliciter hæreticum aſſerere quod Verbum in diuinis dicatur eſſentialiter.

30. Probatur primò ex Scriptura, ſpecialiter ex Ioan. Apoſtolo, tum *in Euangelio cap.1. In principio erat Verbum*, &c. *Et Verbum caro factum eſt*: tum *epiſt.1. cap.1. Quod fuit ab initio quod audiuimus, quod vidimus de verbo vitæ, hoc annuntiamus vobis*, & *c.5. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus*, tum Apocal.19. *Et vocatur nomen eius Verbum Dei.* Nec deſunt pro hac veritate Scripturæ teſtimonia etiam in veteri teſtamento, vt Sap.9. *Qui feciſti omnia verbo tuo.* Pſal.44. *Eructauit cor meum Verbum bonum.* At hæc poſteriora, aliaque huiuſmodi

Sacra

Sacra Oracula non adeò ineluctabiliter hæreticarum mentium proteruiam, ac pertinaciam infringunt, ſicut priora *ex Io.* deſumpta, contra quæ non aliud effugium valuerunt Alogiani comminiſci, quam errorem errori addendo reiicere tanquam Scripturas apocryphas Ioannis Euangelium, ac Apocalipſim, & fortè etiam Epiſtolas.

Alogianorũ effugium.

31. Probatur ſecundò: Aſſertum in particulari quoad primam partem, ſcilicèt quoad ly *propriè*, vt contradiſtinctum à tranſlatitio, & metaphorico: Verbum mentale propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à tranſlatitio, & metaphorico, eſt imago rei intellectæ ab intellectu vitaliter elicita, & ab obiecto exemplata, ſed hoc totum conuenit ſecundæ perſonæ diuinæ: ergo ſecundæ perſonæ diuinæ conuenit ratio verbi mentalis propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur, &c. Maior eſt ſecundum aſſertum §. *ſuperioris*. Minor quatenùs continet, quod ſecunda perſona diuina ab intellectu vitaliter eliciatur, ſeu producatur, probatur *ex dictis lib. ſuperiori cap.* 3. §. 1. *& cap.*4. §. 9. quatenùs continet quod ſecunda perſona diuina ſit imago intentionaliter repræſentatiua obiecti, & ab obiecto exemplata probatur ex inſtà dicendis de obiectis, ex quorum cognitione procedit, & quorum eſt formaliter repræſentatiua ſecunda perſona diuina. Neque ex eo, quod ſecunda perſona diuina non ſit verbum omninò ſimile verbo noſtræ mentis, non ſit ſcilicet aliquid accidentale, defectibile, & in eſſendo imperfectius obiecto, argui poteſt, quod ſit verbum minùs propriè; quin è contra argui debet, quod ſit verbum magis propriè, quia aliquid eo eſt magis propriè tale, quo eſt in ſua ratione formali magis deputatum ab imperfectionibus: Neque vt ait D. Athanaſius *Serm.* 3. *contra Arrianos circa medium: Quærendum eſt cur non tale ſit Dei verbum, quale noſtrum eſt, cum Deus nequaquam talis ſit quales nos ſumus.*

Verbum in Deo eſt magis propriè verbũ, quam in nobis.

32. Probatur tertiò aſſertum in particulari quoad ſecundam partem, ſcilicet quoad ly *propriè* vt contradiſtinctum à communi, & eſſentiali, probatur inquam auctoritatibus Sanctorum Patrum ex Augoſtino *pluribus in locis de Trinitate, lib.*6. *cap.*2. *Verbum quidem ſolus filius accipitur, lib.* 7. *cap.* 2. *Eo quippè filius, quo verbum; & eo verbum, quo filius, lib.* 15. *cap.* 17. *Dei Verbum, ideſt Vnigenitus Dei filius.* Ex Cyrillo *lib.*7. *Theſauri, cap.* 1. *Verbum enim ipſe* (ideſt Ioannes Euangelij *cap.* 1.) *filium hic appellat, vt hoc nomen, quaſi proprium, & ipſius filij maximè ſpecificatiuum, elegiſſe videtur.* Ex Anſelmo *in Monologio, cap.*6. *Hoc eſt mirabile in Trinitate, quod cum ſint tres perſonæ, quarum qualibet ſe ipſam dicit, & alias, eſt tamen vnum ſolùm verbum, ſcilicet ſolius Patris.* Quæ, & ſimiles auctoritates cum ſecundæ perſonæ ſoli, & ad excluſionem aliarum perſonarum, tribuant rationem Verbi, vtique euincunt rationem verbi conuenire ſecundæ perſonæ propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali.

Dices aliquos etiam Sanctos Patres tribuere rationem Verbi Spiritui ſancto, ſic Baſilius *lib.*5. *contra Eunomium, appellas Spiritum ſanctum verbum filij*, idque confirmat ex illo Hebr. 1. *Portanſque omnia verbo virtutis ſuæ*, nec non ex Epheſ. vlt. *Sumentes gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei.* Dionyſius etiam *cap.* 1. *&* 7. *de diu. nom.* item Hieronymus *in cap.* 1. *ad Epheſ.* vſurpant nomen Verbi tanquam nomen eſſentiale, ergo. Sed contra rectè aduertit D. Thomas *quæſt.*4. *de veritate, art.*3. *in C.* antiquos præſertim Græcos, ſicuti *ex ſupradictis* §. 3. latiùs vſurparunt nomen imaginis, ita etiam latiùs vſurpaſſe, & minùs propriè nomen Verbi pro omni eo, quod in diuinis procedit, vnde indifferenter Spiritum ſanctum, & filium verbum, & imaginem appellarunt: at iam laudabilior, quia Sacræ Scripturæ, & rationi conformior, vſus obtinuit, vt nomina imaginis, & Verbi (quemadmodum quoad nomen imaginis conſtat *ex ſuperiori*, §. 2. *&* 3. quoad nomen Verbi *ex præſenti, & præcedente* §.) habeant ſtrictiorem, magiſque propriam ſignificationem, ſecundùm quam ſoli ſecundæ perſonæ poſſunt attribui. Dico igitur Baſilium, Dionyſium, Hieronymum locis citatis vſurpaſſe impropriè nomen Verbi, prout iuxta D. Thomam *mox relatum* omne, quod in diuinis ab alio procedit, poteſt dici Verbum, *cum tamen*, vt ibidem nonnullis interpoſitis ſubditur, *quod ab intellectu non procedit, non poſſit verbum dici, niſi Metaphoricè, in quantum ſcilicet eſt aliquo modo manifeſtant.* Dico inſuper ſpecialiter quoad D. Baſilium, ipſum nuncupare Spiritum ſanctum Verbum filij effectiuè, in quantum, vt habet D. Thomas *opuſc.* 1. *cap.* 12. *Sancti ab eo inſpirati de filio ſunt locuti, ſecundùm quod dicitur* Io. 16. *Quæcumque audiet loquetur, & quod hic ſit intellectus* Baſilij *patet ex eo, quod ſubdit. Ex quo eloquium filij per Apoſtolum, gladium Spiritus, dicit ſumite, quod eſt verbum Dei. Ipſum enim Verbum fidei à ſanctis probatum gladius Spiritus manifeſtè dicitur.* Et hinc etiam patet quomodo intelligendum ſit illud *Epheſ. vlt.* Ad illud aliud *Hebr.* 1. dico verbum ibi ſignificare nutum, & imperium, ſicuti dicere, quod eſt verbum producere, aliquando ſignificat imperare, iuxta illud Pſalm. 32. *Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt*, ly igitur *portans omnia verbo virtutis ſuæ*, idem eſt, ac ſuſtinens, & conſeruans omnia imperio ſuæ voluntatis.

33.

Antiqui præſertim Græci nomen Verbi latius vſurpant.

Verbum aliquando ſignificat nutum, & imperium.

34. Probatur quartò aſſertum quoad eandem ſecundam partem ratione. Procedere ab alio per intellectum conuenit ſecundæ perſonæ propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, ergo ratio Verbi mentalis conuenit ſecundæ perſonæ diuinæ propriè, prout ly *propriè*, &c. Antecedens ſupponitur *ex lib. ſuperiori cap.* 3. §. 2. *& cap.* 4. §. 9. Conſequentia probatur. De ratione Verbi mentalis eſt, quod ſit aliquid ab

ab alio per intellectum procedens, ergo eo modo, quo ſecundæ perſonæ diuinæ conuenit propriè ab alio per intellectum procedere, eidem conuenit propriè ratio verbi mentalis.

35. Verbo mentali non ſufficit procedere per intellectũ ſola ratione.

Dices, in qualibet diuina perſona reperitur aliquid ab alio per intellectum procedens, quia in qualibet diuina perſona reperitur intellectio, quæ eſt aliquid ab alio per intellectum procedens. Sed contra intellectio in diuinis procedit quidem per intellectum, at procedit virtualiter tantùm, & ratione; non realiter, ſicuti requiritur ad propriam rationem Verbi, vtpotè quod ex genere ſuo eſt imago, inductione autem conſtat omnem imaginem propriè dictam ab alio realiter procedere, & licèt D. Thomas *in 1. diſt. 27. quæſt. 2. art. 2. ad 1.* docuerit Verbum poſſe ab alio procedere, tum realiter, tum ratione, & addiderit conſequenter verbum in diuinis quatenùs eſt aliquid per intellectum realiter procedens, dici perſonaliter; quatenùs verò eſt aliquid procedens ratione, dici eſſentialiter. Nihilominùs id Sanctus Doctor *loco ex prima parte præcitato* retractauit, nec poteſt ſine cenſura nomen Verbi propriè accepti tribui ei, quod ſolùm virtualiter, & per rationem ab intellectu procedit. Quamuis igitur intellectio per intellectum procedat verbum non eſt, quia non procedit realiter, & quamuis eſſentialis ſit, & communis tribus perſonis diuina intellectio; non ſic eſſentiale eſt, & tribus perſonis commune diuinum verbum.

36. Verbum multiplicem habet ſignificationem impropriã, ſecundùm quam eſt in diuinis eſſentiale.

Ex dictis habes primò verbum mentale in ſignificatione impropria multipliciter ſumi. Primò ſcilicet pro eo, quod verbo propriè ſumpto repræſentatur. Secundò pro nutu, & imperio. Tertiò pro omni eo, quod ab alio procedit, & aliud manifeſtat. Quartò pro omni eo, quod procedit ab alio per intellectum, ſiue procedat realiter, ſiue procedat virtualiter ſolùm, & ratione. Omnibus his modis verbum mentale in diuinis eſſentiale eſt, non perſonale, & ſolùm perſonale eſt verbum propriè acceptum juxta definitionem poſitam *in §. ſuperiori.*

37. Dicere, & dici propriè accepta ſunt perſonalia in diuinis.

Habes ſecundò quod aſſertum eſt de Verbo propriè accepto ſentiendum pariter eſſe de dicere, & dici propriè acceptis. Verbum enim ad dicere,& dici ſe habet eo modo quo filius ad generare, & generari, ſicuti igitur perſonæ correlatiuæ ad filium conuenit perſonaliter generare, & ipſi filio conuenit perſonaliter generari; ita perſonæ correlatiuæ ad verbum conuenit perſonaliter dicere, & ipſi verbo conuenit perſonaliter dici, & omnia hæc nomina generare, dicere, generari, dici, filius, verbum perſonalia ſunt. Nec obſtant verba D. Anſelmi relata *in ſuperiori 3. probatione ex cap. 6. Monologij*, ibi enim D. Anſelmus accipit dicere impropriè pro intelligere. Nec item obſtat, quod in aliquo ſenſu cuilibet diuinæ perſonæ, imò cuilibet contento in diuina ſcientia conuenit dici. Enimverò dici ſumitur dupliciter, ſcilicet vel pro eo, quod dictione producitur, vel pro eo, quod dictione ſignificatur: primo modo dici eſt quid proprium, ac perſonale Verbi, ſecundo modo eſt quid eſſentiale conueniens cuilibet diuinæ perſonæ, imò cuilibet contento in diuina ſcientia. Pro quorum pleniori notitia conſulatur D. Thomas *prima parte, quæſt. 34. articul. 1. ad 3.* & recolatur quod poſitum eſt *in libro ſuperiore, capite 3. §. 5.*

§. VII.

Vtrùm ſecunda perſona diuina, ſicut rectè dicitur verbum, ita poſſit rectè dici ſermo?

ASSERTUM: Secunda perſona diuina poteſt quidem in aliquo legitimo ſenſu rectè dici ſermo: melius tamen & conuenientiùs dicitur verbum, quàm ſermo. Colligitur hoc aſſertum ex Sanctis Patribus in probatione, mox referendis contra Eraſmum qui *in annot. ad cap. 1.* Ioannis contendit loco *Verbi* potius latinè vertendum fuiſſe *Sermonem*, & ſecundam perſonam diuinam meliùs vocari Patris ſermonem, quàm Patris verbum, quo modo viam ſternit ad dicendum filium in diuinis non eſſe verbum mentale Patris, ſed verbum dici per ſimilitudinem eum verbo vocali, quod certè conuenientiſſimè dicitur ſermo. Hic Eraſmi error placuit Caluino, Bezæ, aliiſque Nouatoribus, fauet plurimùm Alogianis, & Arrianis. 38.

Eraſmi error.

Probatur prima pars, quia Ioan. 1. & alia Scripturæ loca in quibus ſecundæ perſonæ diuinæ tribuitur Græca dictio *Logos*, ly *Logos* rectè verti tum Verbum, tum ſermonem tradunt Cyprianus *lib. 2. contra Iudæos, cap. 3. & 5.* Hilarius *lib. 2. & 12. de Trinitate.* Ambroſius *lib. de Fide contra Arianos, cap. 2.* Hieronymus *ſuper cap. 1. ad Epheſ.* Auguſtinus *tract.* 108. in Ioannem: ergo in aliquo legitimo ſenſu ſecunda perſona diuina rectè dicitur ſermo; modus enim loquendi à pluribus Sanctis Patribus vſurpatus, non poteſt ſine temeritate cenſeri omninò illegitimus. Confirmatur ex eo quod ſermo rectè ſumi poteſt tanquam vox ſinonyma cum Verbo, & ſicuti Verbum propriè dicitur etiam de vocali, licèt principaliùs, & propriùs de mentali dicatur; ita ſermo propriè dicitur etiam de mentali, licèt principaliùs, & propriùs de vocali dicatur. 39.

Secũda perſona diuina poteſt in aliquo legitimo ſenſu dici ſermo.

Probatur ſecunda pars tum ex eo, quod hæretici contra Catholicos magis abutuntur nomine ſermonis, quàm nomine Verbi: vt igitur minor erroris [illegible]a hæreticis tribuatur, & in ipſo etiam modo loquendi ab iiſdem magis recedatur, meliùs & conuenientiùs ſecunda perſona dicitur Verbum, quam ſermo; tum ex eo, quod ferè ſemper ſermo vſurpatur ad ſignificandam orationem ex pluribus dictionibus conflatam, non vnam ſimplicem dictionem, nec vnicum 40.

Sed nõ adeò conueniẽter ſicuti Verbum.

Verbum

Verbom : Secuoda autem perſona diuina Verbum voicum, ac ſimpliciſſimum eſt; ideò ne vlla ingeratur ſuſpicio compoſitionis, ne vllum, vel apparens inferatur detrimentum ſimplicitati ipſius, meliùs dicitur Verbum, quàm ſermo. Nec poſſum hic non excipere cum plauſu aliquos Theologos docentes nomen ſermonis potiùs tribuendum eſſe Verbo diuino Incarnato, quod eſt perſona compoſita, quàm Verbo diuino ſecundùm ſe, quod eſt perſona ſimpliciſſima, & conſequenter de Verbo Incarnato intelligentes illud Heb. 4. *Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax:* at non propterea ſimpliciter damno intelligentes hunc eundem textum de Verbo diuino ſecundùm ſe, nam præter quod ſermo vſurpari etiam poteſt ad ſignificandum Verbum ſimplex, quid prohibet dicere Verbum diuinum appellari ſermonem; non quia componatur, vt ſermo, ſed quia modo ſimplici contineat quidquid prolixo ſermone, & pluribus verbis compoſita oratione exprimi poteſt, quod nihil aliod eſt, quàm Verbum diuinum eſſe ſermonem præciſis imperfectionibus ſermonis creati.

Sermo meliùs dicitur de Verbo diuino Incarnato, quàm de Verbo diuino ſecundum ſe.

---

§. VIII.

Præmittuntur, quæ neceſſaria ſunt ad definiendum, ex quorum obiectorum cognitione procedat ſecunda perſona diuina quatenùs Verbum eſt?

41. ASSERTVM I. Dupliciter dici poteſt Verbum diuinum procedere ex alicuius obiecti cognitione, nimirum, vel formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi; vel materialiter, concomitanter, & non per ſe perſeitate quarti modi. In doctrina huius aſſerti ſic vniuerſaliter, & indeterminatè poſiti conueniunt Theologi communiter.

Cognitio alicuius obiecti vel formaliter, vel materialiter ſe habet ad Verbi productionem.

Probatur, & explicatur: Tunc cognitio alicuius obiecti, ipſiuſque obiectum ſe habet formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi in ordine ad productionem Verbi, quando talis cognitio, ipſiuſque obiectum non quomodocumque per ſe connectitur, & identificatur cum Verbi productione, ſed ingreditur formalem rationem talis productionis, & reſpicit Verbum, tanquam terminum formaliter, & reduplicatiuè à ſe productum: perſeitas enim quarti modi eſt illa, qua cauſa dicitur de effecto, producens de producto ſub formali ratione productionis, vt ſuprà etiam tetigimus *lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. Tunc cognitio alicuius obiecti, ipſiuſque obiectum dicitur ſe habere materialiter, concomitanter, & non per ſe perſeitate quarti modi in ordine ad productionem Verbi, quando non titulo productionis, ſed aliquo alio titulo, puta titulo infinitatis coniungitur cum Verbi productione. Exemplo res fit clarior. In homine, v.g. comparato ad diſcurſum conſiderari poteſt tum rationalitas, tum animalitas; & quamvis vtraque hæc ratio homini per ſe eſſentialiter conueniat, in ordine tamen ad diſcurſum formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi conuenit ſola rationalitas, quia huic ſoli conuenit ratio formalis producendi diſcurſum; & quamvis homo materialiter, identificè, concomitanter dici poſſit animalitate diſcurrere; formaliter tamen, & per ſe perſeitate quarti modi diſcurrit ſolà rationalitate. Eodem ferè modo in cognitione diuinâ comparatâ ad productionem Verbi conſiderari poſſunt, ſeu relucent, eſſentia, attributa, perſonæ, poſſibilia, futura, vnico verbo, omnia cognoſcibilia: ex his iam definiendum eſt quænam obiecta reluceant tanquam requiſita per ſe, perſeitate quarti modi ad Verbi productionem; adeò vt ipſis ſeu ipſorum cognitioni conueniat formalis ratio producendi Verbum; quænam verò reluceant tanquam identicè ſolùm, ac materialiter ſe habentia ad Verbi productionem. Et ecce vniuerſaliter, ac indeterminatè explicatum, Quomodo dupliciter poſſit Verbum diuinum procedere ex alicuius obiecti cognitione, nimirum, vel formaliter, &c.

Exemplum rem reddit clariorem.

ASSERTVM II. Verbum diuinum ſumi poteſt, vel adæquatè, & vt omninò tale, quale de facto eſt, vel formaliſſimè, & ſecundùm puram, ac præciſiſſimam rationem Verbi. Doctrina huius aſſerti innuitur à Lugo 1. *part. lib.* 2. *diſp.* 15. *cap.* 3. à de Quiros *tract.* 7. *diſp.* 37. *ſect.* 3. & 4. Conformis eſt iis, quæ *cap. ſequenti*, §. 8. & 10. dicentur de Spiritu Sancto, quod ſumi poſſit tum vt Spiritus Sanctus præciſè eſt, tum vt talis eſt in indiuiduo: Item iis, quæ ſparſim dicta ſunt de pluribus diuinis prædicatis, quod vel adæquatè, vel ſecundùm ſolam formaliſſimam rationem ſumi poſſint, quod quidem magis ex profeſſo, magiſque frequenter dictum eſt de prædicato diuino omnium potiſſimo, de ipſa eſſentia Dei. 42.

43. Probatur, & explicatur: Verbum diuinum ſecundùm puram, & præciſiſſimam rationem Verbi, nihil aliud importat, quàm quod ſit perſona diuina procedens per intellectum, tanquam imago intentionalis rei intellectæ. Sed conſiderare Verbum diuinum ſecundùm hanc puram, & præciſiſſimam rationem, non eſt conſiderare ipſum adæquatè vt omninò tale, quale de facto eſt: ergo. Verbum diuinum conſiderari poteſt dupliciter, vel adæquatè, &c. Maior patet, Minor probatur: Conſiderare Verbum diuinum ſecundùm hanc puram, & præciſiſſimam rationem, eſt conſiderare ipſam prout præciſè dicit eſſentiam, & rationem repræſentatiuam eſſentiæ; conſiderare ipſam adæquatè, & vt omninò tale, quale de facto eſt, eſt conſiderare ipſum, prout dicit rationem repræſentatiuam omnium, quæ ſunt in Deo neceſſariò: ergo conſiderare Verbum diuinum ſecundùm puram, & præciſiſſimam rationem, non eſt conſiderare ipſum adæquatè, &c. Antecedens quoad ſecundam partem probatur *in ſequentibus* §§. quoad primam probatur; per hoc præciſè, quod conſideretur eſſentia, & ratio repræſentatiua eſſen-

Verbum diuinum ſumi poteſt, vel adæquatè, vel formaliſſimè.

tiæ

tiæ habetur eſſentia, & proprietas perſonalis per intellectionem producta:ergo habetur perſona diuina procedens per intellectum,ſeu Verbum diuinum ſecundùm puram, & præciſiſſimam rationem; nihil enim aliud eſt perſona diuina, quàm conſtitutum ex eſſentia, & proprietate perſonali, nec vt perſona diuina ſit perſona Verbi, aliquid ampliùs requiritur, quàm quod proprietas perſonalis ipſius per intellectionem producatur.

44. Dices: Verbum diuinum non ſolùm vt tale, quale de facto eſt, verum etiam ſub quacumque formaliſſimâ, ac præciſiſſimâ ratione debet eſſe comprehenſiuum, & ab intellectione comprehenſiua procedens; ſed ad Verbum comprehenſiuum nec ſufficit ratio ſolius eſſentiæ, nec item ſufficit ex ſolius eſſentiæ intellectione procedere: ergo. Maior probatur: Verbum diuinum etiam ſub quacumque formaliſſimâ, ac præciſiſſimâ ratione debet eſſe in linea Verbi perfectiſſimum, & omninò infinitum, tale autem non eſt, niſi comprehenſiuum. Sed contra cognitio alicuius obiecti comprehenſiua poteſt ſumi dupliciter, vel in ordine ad tale obiectum adæquatè acceptum ſecundùm omnia prædicata, quæ ſibi identificat, vel in ordine ad ipſum inadæquatè ſecundùm aliquod determinatum, & ſpeciale prædicatum. Nec exiſtimandum eſt cognitionem comprehenſiuam in indiuiſibili conſiſtere, adeò vt eo ipſo, quod obiectum adæquatè acceptum non exhauriat, nullo modo comprehenſiua ſit, ſed ſentiendum in ordine ad diuerſas obiecti formalitates diſtingui diuerſas cognitiones comprehenſiuas, quarum ſingulæ licèt non ſint adæquatæ toti obiecto, ſint tamen adæquatæ alicui determinatæ formalitati, & ſortiantur verào rationem comprehenſionis reſpectu talis determinatæ formalitatis, licèt non reſpectu totius obiecti. Hinc ad inſtantiam dico Verbum diuinum non ſolùm vt tale, quale de facto eſt, verum etiam ſub quacumque formaliſſima, ac præciſiſſima ratione, debere eſſe comprehenſiuum, diuerſimodè tamen; nimirum vt tale, quale de facto eſt, debere eſſe comprehenſiuum Dei adæquatè, & ſecundùm omnia prædicata, quæ Deus ſibi neceſſariò identificat: vt formaliſſimè, & præciſiſſimè acceptum debere eſſe comprehenſiuum Dei ſolùm ſub formaliſſimo, & præciſiſſimo conceptu Deitatis à nobis alibi conſtituto in ratione eſſendi à ſe ſimpliciter; qua ratione eſſendi ſimpliciter à ſe comprehenſa ſufficienter habetur Verbum diuinum perfectiſſimum, & omninò infinitum in linea Verbi formaliſſimè,& præciſiſſimè accepti,habeturque in eâdē linea Verbum comprehenſiuum, & ab intellectione comprehenſiua procedens. Sufficienter item habetur ratio perſonæ diuinæ, quia eo ipſo, quod procedit ex cognitione eſſentiæ recipit ex vi proceſſionis eſſentiam contrahendo ipſam per rationem propriam, & perſonalem, adeoque ex eſſentia, & proprietate perſonali conſtituitur, in quo conſtituto ſufficienter habetur ratio perſonæ diuinæ. Et ex hoc capite obiter deducitur non fore

Cognitio comprehenſiua non conſiſtit in indiuiſibili.

45. Verbum diuinum tum adæquatè, tum formaliſſimè acceptum comprehenſiuū eſt, diuerſimodè tamen.

perſonam diuinam Verbum, quod poteſt concipi in diuinis procedere ex comprehenſiua præciſiſſima ac formaliſſima attributorum, aut perſonarum, non eſſentiæ; huiuſmodi enim Verbum in ratione Verbi diuinam eſſentiam non contineret, conſequenter in ratione Verbi diuina perſona non eſſet.

Verbum in diuinis procedens ex cognitione attributorum præciſè nō eſſet perſona diuina.

46. Ex his habes Verbum diuinum ſub aliqua conſideratione procedere ex cognitione cuiuſcumque cognoſcibilis; ſub aliqua alia ex cognitione ſolius eſſentiæ. Procedit ſcilicet ex cognitione cuiuſcumque cognoſcibilis, quando Verbum diuinum ſumitur adæquatè, quale de facto eſt, & comparatur ad illud omne, ex cuius cognitione etiam materialiter ſolùm, ac concomitanter procedit: in hoc ſenſu D. Auguſtinus *lib. 15. de Trinitate, cap. 13. & 14.* docet Verbum diuinum eſſe de omnibus, quæ ſunt in ſcientia Dei, & D. Thomas 1. *parte quæſtione* 34. *articulo* 1. *ad* 3. ait: *Pater intelligendo ſe, & Filium, & Spiritum Sanctum, & omnia alia, quæ eius ſcientia continentur, concipit Verbum.* Procedit ex cognitione ſolius eſſentiæ, quando Verbum diuinum comparatur ſolùm ad obiectum, ex cuius cognitione formaliter, ac per ſe perſeitate quarti modi procedit, & ſumitur ſolùm ſub ratione formaliſſimâ, ac præciſiſſimâ Verbi; non vt tale, quale de facto eſt. Supereſt tertia conſideratio ſecundùm quam Verbum diuinum nec ſumitur adeò latè, vt in prima; nec adeò ſtrictè, vt in ſecunda conſideratione, ſed ſumitur vt tale, quale de facto eſt, & comparatur ad obiectum, ex cuius cognitione formaliter procedit, & hæc conſideratio maximè facit ad rem in præſenti; ſecundùm hanc conſiderationem maximè controuertitur, vtrùm Verbum diuinum procedat ex cognitione ſolius eſſentiæ, An etiam attributorum, & perſonarum. An etiam poſſibilium, An etiam futurorum. Ideò ſit

Verbum diuinum in aliquo ſenſu procedit ex cognitione cuiuſcumque cognoſcibilis.

In aliquo ſenſu ex cognitione ſolius eſſentiæ.

---

§. IX.

Vtrùm Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedat formaliter ex cognitione attributorum, & perſonarum?

47. ASSERTVM I. Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione attributorum. Dixi vt tale, quale de facto eſt. Dixi item formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi propter doctrinam allatam *in ſuperiori* §. In hoc aſſerto conueniunt omnes Theologi communiſſimè: & licèt Albertinus *tom. 2. in prædicamento relationis, coroll.* 14. *dub.* 1. *numero* 2. Lugus 1. *parte lib.* 2. *diſputatione* 15. *cap.* 2. alijque nonnulli velint contrariam eſſe Scoti mentem, nihilominùs, cum in hoc puncto non

Vt tale quale de facto eſt procedit formaliter ex cognitione attributorum.

non ſit nobis contraria Schola Scotiſtica, neque etiam eſt cenſenda contraria Scoti mens, & valdè veriſimile eſt nomine eſſentiæ à Scoto etiam comprehendi attributa, quæ licèt ab eſſentia formaliter differant, ad eſſentiæ tamen perfectionem etiam ex Scoti mente pertinent, vt notat Vaſquez 1. *part. diſp.* 142. *cap.* 2. *n.* 4.

Probatur: Nulla eſt ratio excludendi attributa ab obiecto cognitionis, ex qua Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi: ergo Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, &c. Conſequentia patet, antecedens probatur: Attributa diuina ſunt prædicata maximè neceſſaria, maximè pertinent ad intrinſecam, & intenſiuam perfectionem eſſentiæ, maximè conducunt ad totalem, & omnimodam ipſius comprehenſionem, præſupponuntur ad Verbi productionem, ingrediuntur ex *tract. ſuperiori, lib.* 3. *cap.* 2. rationem obiecti primarij (ex quo ſolùm capite poterat eſſe in præſenti aliqua ratio dubitandi de attributorum excluſione) reſpectu diuinæ intellectionis: ergo nulla eſt ratio excludendi attributa, &c.

48\. Item ex cognitione omnium diuinarũ perſonarum.

Assertum II. Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione omnium diuinarum perſonarum, etiam ſcilicet ſui ipſius, & Spiritus Sancti. Ita D. Thomas 1. *parte quæſt.* 34. *art.* 1. *ad* 3. & ibidem Caietanus, Bannes; Naxarius, Syluius *eâdem quæſtione, articulo* 3. Ioan. à S. Thoma *diſputatione* 15. *articul.* 2. Salmant. *tom.* 2. *tract.* 6. *diſputat.* 12. Valentia 1. *parte diſputatione* 2. *quæſtione* 8. *punct.* 2. Arriaga *diſput.* 52. *ſect.* 2. *ſubſect.* 1. de Quiros *tract.* 7. *diſput.* 37. *ſect.* 4. & 5. Marchinus *de Trinitate, diſputat.* 37. &c. Contra omnes ferè Scotiſtas qui valdè rationabiliter coniectant ſe cum Scoto ſentire, licet enim Scotus perſonas expreſsè non excluſerit ab obiecto cognitionis, ex qua formaliter Verbum procedit; tamen quia tum *quodlib.* 14. §. *hic intelligendum*, tum *in* 2. *diſt.* 1. *quæſt.* 1. §. *quantum ad primum*, tradit Verbum procedere ex ſola cognitione obiecti primarij, & *in* 1. *diſt.* 1. *quæſt.* 2. §. *modus ponendi eſt iſte*; & *diſt.* 27. *quæſt.* 3. ſentit perſonas pertinere ad obiectum ſecũdarium; efficax coniectura eſt iuxta Scoti mentem debere perſonas excludi; quidquid ex Scotiſtis contra ſentiat Smiſing. *diſput.* 3. *num.* 273. exiſtimans ſe à Doctore ſubtili non recedere in noſtro aſſerto ſuſtinendo, item Herinex *tract.* 2. *diſputatione* 2. *quæſtione* 7. *num.* 66. vbi poſtquam aduertit eum. Smiſing Scotum *locis illis*, quibus excludit obiectum ſecundarium intelligi poſſe de obiecto ſecundario extraneo, ſcilicet de creaturis, addit ferè arbitrarium eſſe in via Scoti eligere hic, quod magis placet. Quoad perſonam Spiritus Sancti eſt aſſertum ſpecialiter contra Vaſquez 1. *parte diſputatione* 142. *cap.* 3. & 4. docentem Verbum diuinum procedere quidem formaliter ex cognitione Patris, & Filij, at non ex cognitione Spiritus Sancti.

Scoti mens in hoc puncto non eſt omninò expreſſa.

Probatur: Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione adæquatè comprehenſiua Dei, ergo procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione omnium diuinarum perſonarum; conſequentia patet, quia licèt cognitio comprehenſiua Dei inadæquatè, & ſub purâ ratione formaliſſimâ deitatis, poſſit non attingere perſonas, non ſic tamen poteſt perſonas non attingere cognitio Dei adæquatè comprehenſiua; quis enim dicet Deum adæquatè comprehendi abſque eo, quod cognoſcatur vnus, & trinus, abſque eo, quod cognoſcantur in vna eſſentia tres perſonæ. Antecedens probatur: Verbum diuinum, vt tale, quale de facto eſt, eſt adæquatè comprehenſiuum, eſt ſcilicet perfectiſſimum, & infinitum in omni ratione, & linea Verbi; non in aliqua ratione, & linea determinata, puta Verbi formaliſſimè ſolùm, & præciſiſſimè accepti; ergo procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione adæquatè comprehenſiua, perfectiſſima ſcilicet, & infinita in omni linea cognitionis. 49

50\. Confirmatur: Verbo diuino, vt tali, quale de facto eſt, nequit excogitari verbum perfectius, ergo verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter ex cognitione omnium diuinarum perſonarum: Antecedens patet, quia ſecùs verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, non eſſet in linea Verbi ſimpliciter infinitum, nec poſſet negari excogitabilem eſſe Deum perfectiorem eo qui de facto eſt, ſi excogitabile eſſet diuinum verbum perfectius eo, quod de facto eſt. Conſequentia probatur, ſi diuinum verbum, vt tale, quale de facto eſt, non procederet ex cognitione omnium diuinarum perſonarum; ſed ſolùm ex cognitione eſſentiæ, eſſet excogitabile verbum procedens ex cognitione eſſentiæ ſimul, & omnium diuinarum perſonarum; at tale verbum eſſet perfectius eo, quod procederet ex cognitione ſolius eſſentiæ, non omnium perſonarum, ergo eſſet excogitabile verbum diuinum perfectius eo, quod de facto eſt, adeóque verbum, quod de facto eſt, eſſet non perfectiſſimum, non ſimpliciter infinitum.

Verbo diuino vt tali, quale de facto eſt, nequit excogitari Verbum perfectius.

51\. Dices: hæc argumenta ſupponere id, quod maximè indiget probatione, ſupponere ſcilicet dabile eſſe, & excogitabile Verbum adæquatè comprehenſiuum, & per ſe perſeitate quarti modi procedens ex cognitione omnium diuinarum perſonarum: quo admiſſo vtique rectè infertur tale eſſe Verbum, quod de facto datur: at ſummæ difficultatis eſt in explicando, quomodo excogitabile ſit ſine contradictione, & repugnantia Verbum taliter procedens, & hæc difficultas vires ſuas maximè exerit in Spiritu Sancto, ex quo contra aſſertum, eiuſque probationem, ſic formari poteſt duplex grauiſſima ratio dubitandi. Prima ſit, obiectum, ex cuius cognitione Verbum procedit per ſe perſeitate quarti modi, debet eſſe principium intentionale ipſius Verbi, at Spiritus Sanctus nequit

Duplex grauiſſima ratio dubitandi.

eſſe principium intentionale Verbi, tum qoia
nequit ad Verbum præſupponi, vt in ſecun-
da ratione dubitandi mox ſubiicietur, tum
quia Verbũ ſic à Spiritu Sancto intentionali-
ter procederet, cum ſit Spiritui Sancto ſimi-
le, eſſet Spiritus Sancti intentionalis imago:
ergo Spiritus Sanctus nequit eſſe obiectum,
ex cuius cognitione Verbum procedat per ſe
perſeitate quarti modi. Secunda ſit. Cogni-
tio Spiritus Sancti, ex qua ponitur Verbum
formaliter procedere, vel eſt intuitiua, vel
abſtractiua. Non eſt intuitius, quia pro eo
ſigno, quo Pater producit Verbum, Spiri-
tus Sanctus nondum eſt exiſtens, alioqui Spi-
ritus Sanctos non procederet à Verbo, nec
ſupponeret exiſtentiam Verbi: at cognitio
intuitiua debet eſſe obiecti exiſtentis: ergo.
Non eſt abſtractiua, quia Verbum non pro-
cederet ex cognitione perfectiſſima Spiritus
Sancti, ſi procederet ex cognitione ipſius ab-
ſtractiua, non intuitiua: ergo ex nulla cogni-
tione Spiritus Sancti poteſt Verbum forma-
liter procedere. Sed contra omnimoda infi-
52. nitas Verbi diuini ſufficienter euincit ipſum
debere eſſe adæquatè comprehenſiuum, niſi
aliunde aſſignetur Verbi adæquatè compre-
henſiui repugnantia, quæ quidem ex duabus
allatis rationibus dubitandi non ſufficienter
aſſignatur, vt quoad primam rationem du-
bitandi ex §. 15. quoad ſecundam ex *ſequenti*
§. conſtabit. Interim vt circa perſonam Spiri-
tus Sancti, circa quam ſpeciales vrgent ra-
tiones dubitandi, ſpeciales aſſerti probatio-
nes non deſint,

Probatur aſſertum ſpecialiter oſtendeo-
53. do contra Vaſquium verbum diuinom eo
modo, quo procedit ex cognitione Patris,
& Filij, etiam procedere ex cognitione Spi-
ritus ſancti. Verbum diuinum eo modo, quo
procedit ex cognitione Patris, & Filij, pro-
cedit ex cognitiooe ſpiratoris; ſed eo mo-
do, quo procedit ex cognitione ſpiratoris,
procedit ex cognitione Spiritus Sancti, er-
go verbum diuinum eo modo, quo proce-
dit ex cognitione Patris, & Filij, procedit
ex cognitione Spiritus ſancti, adeóque Vaſ-
quius concedens verbum procedere forma-
liter ex cognitione Patris, & Filij, malè ne-
gat procedere formaliter ex cognitione Spi-
ritus ſancti. Minor probatur. Cognitio
ſpiratoris eſt ſimul eſſentialiter cognitio
Spiritus ſancti, ſeu termini ſpirati, quia re-
latiua ſaltem formaliter accepta ſunt ſimul
cognitione, ergo verbum diuinum eo modo,
quo procedit ex cognitione ſpiratoris, &c.
Maior etiam probatur, verbum diuinum
ſi procedit ex cognitione Patris, & Filij,
vtique procedit ex cognitione vtriuſque
comprehenſiua, ſed cognitio comprehenſiua
Patris, & Filij non poteſt non eſſe cognitio
ſpiratoris, cum perſonis Patris, & Filij, ſit
maximè identificata, maximéque intrinſeca
ratio ſpiratoris, ergo. Confirmatur: Verbum
54. diuinum procedit formaliter vt expreſſiuum
Patris in ſpiratione actiua, ergo procedit for-
maliter ex cognitione ſpirationis actiuæ, &
conſequenter ex cognitione Spiritus Sancti,
ſine quo nequit cognoſci ſpiratio actiua.
Conſequentia patet, quia Verbum non ex-
primit formaliter, niſi id, ex cuius cognitio-
ne formaliter procedit. Antecedens proba-
tur: Verbum diuinum procedit formaliter, vt
ſimile Patri io ſpiratione actiua; habet enim
ex vi proceſſionis formaliter, & in quarto
modo per ſe ſpirationem actiuam à Patre
æquè, ac eſſentiam, & attributa; ſed quod
procedit ab alio, eſt formaliter expreſſiuum
eius, in quo formaliter procedit & ſimile;
expreſſio enim, & imago nihil aliud requi-
rit, quàm proceſſiooem, & ſimilitudinem:
ergo, &c.

Dices ex Vaſquio *præcitata diſputat.* 142.
cap. 4. *num.* 20. quamvis cognitio Patris, & 55.
Filij, ex qua Verbum procedit, complecta-
tur ſub ſe perſonam Spiritus Saocti, com-
plectitur tamen ipſam vt requiſitam in pri-
mo, non vt requiſitam in quarto modo per
ſe ad Verbi productionem, alioqui poſitis
aliis omnibus, & non poſita perſona Spiri-
tus Sancti, non poneretur per locum intrin-
ſecum productio Verbi, & noo ſolùm Spiri-
tus Sanctus titulo productionis, & originis
requireret Verbum, verùm etiam Verbum ti-
tulo productionis, & originis requireret Spi-
ritom Sanctum cum hoc ſolùm diſcrimine,
quod Spiritus Sanctus requireret Verbum
titulo productionis, & originis phyſicæ,
Verbum requireret Spiritum Sanctum titulo
productionis, & originis intentionalis. Sed
contra; ſicuti Verbum diuinum non per ſe
identicè, & concomitanter; ſed per ſe for-
maliter, & in quarto modo procedit, vt com-
prehenſiuum, & ex cognitione comprehen-
ſiua Patris, & Filij; ita per ſe formaliter, &
in quarto modo procedit ex cognitione Spi-
ritus Sancti, ſine qua ſicuti nequeunt Pater,
& Filius cognoſci ſub ratione ſpiratoris, ita
nequeunt Pater, & Filius comprehendi. Ad
illud, quod additur, libenter fateor poſitis 56. Aliud eſt cognitionē Spiritus Sancti, aliud eſt perſonam Spiritus per ſe in quarto modo requiri ad productionem Verbi.
aliis omnibus, & noo poſitâ perſonâ Spiri-
tus Sancti, vel potius non poſita cognitio-
ne perſonæ Spiritus Sancti, non poni per
locum intrinſecum productionem Verbi, lo-
quendo de Verbo tali, quale de facto eſt:
item ad Verbum tale, quale de facto eſt, re-
quiri titulo productionis, & originis inten-
tionalis cognitionem Spiritus Sancti; per-
ſona verò ipſa Spiritus Sancti, vtrum titu-
lo productionis, & originis, & tanquam in-
tentionale principium Verbi, ad idem Ver-
bum requiratur, pendet ex infra dicendis
§. 13. ex quo conſtabit, quamvis procedat
Verbum intentionaliter ex cognitione Spiri-
tus Sancti, non poſſe in rigore dici, quod
procedat intentionaliter à Spiritu Sancto, &
conſequenter non eodem modo, quo Spiri-
tus Sanctus requirit Verbum titulo produ-
ctionis phyſicæ, Verbum requirere Spiritum
Saoctum titulo productionis intentionalis.

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Vtrùm Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedat ex cognitione perſonarum intuitiuá, An abſtractiuá?

59. ASSERTVM: Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit ex cognitione intuitiua perſonarum, etiam Spiritus Sancti. Ita Arriaga 1. *parte diſput.* 52. *ſect.* 4. *ſubſect.* 1. *num.* 27. De Quiros *tract.* 7. *diſp.* 3. *ſect.* 2. *num.* 9. Ioan. à S. Thoma *diſp.* 15. *art.* 2. *num.* 10. &c. contra Auerſam *q.* 34. *ſect.* 3. §. *Dico quintò*, Marchinum *diſput.* 37. *propoſ.* 4. & à fortiori contra Auctores relatos in *ſuperiori* §. pro ſententia ſimpliciter negante Verbum formaliter procedere ex cognitione Spiritus Sancti.

Cognitio Spiritus Sancti, ex qua Verbum diuinum procedit, eſt intuitiua.

Probatur primò: Cognitio Spiritus Sancti pro eo ſigno, pro quo Verbum procedit, attingit exiſtentiam Spiritus Sancti, quantum neceſſe eſt ad rationem cognitionis intuitiuæ; multò magis verò attingit quantum neceſſe eſt ad rationem cognitionis intuitiuæ, exiſtentiam Patris, & Filij, de quibus minor eſt difficultas: ergo Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit ex cognitione intuitiuâ perſonarum, & Spiritus Sancti. Antecedens probatur: Cognitio Spiritus Sancti pro eo ſigno, &c. attingit exiſtentiam Spiritus Sancti, vt præſentem pro eodem ſigno, in quo; imo vt præſentem ſimpliciter, quia vt aliquid ſit alteri ſimpliciter præſens, & coëxiſtens, ſatis eſt, quod vnum non ſit prius altero prioritate in quo; nec obſtat, quod vnum ſit prius altero prioritate à quo; ſed hoc eſt attingere exiſtentiam Spiritus Sancti, quantum neceſſe eſt ad rationem cognitionis intuitiuæ, cui vel ſufficit attingere exiſtentiam obiecti etiam præſcindendo à præſentia, vel loquendo de cognitione intuitiuâ magis rigorosè, tali ſufficit attingere præſentiam ſibi ſimultaneam, nec neceſſe eſt ſupponere præſentiam antecedentem. Confirmatur: Actio eſt prior ſuo termino prioritate à quo, & tamen, quia non eſt prior eodem prioritate in quo attingit ipſum vt præſentem; neque enim actio tendit in futurum, & ſicuti non datur actio indiſtans diſtantia loci, ita multò minùs dari poteſt actio indiſtans diſtantiâ temporis: ergo cognitio ex qua Verbum procedit, licèt ſit prior Spiritu Sancto prioritate à quo, tamen quia non eſt prior eodem prioritate in quo, attingit ipſum vt præſentem, adeoque eſt intuitiua. Cognitionem, qua Verbum procedit non eſſe priorem Spiritu Sancto prioritate in quo probatione non indiget, cum in confeſſo ſit apud omnes admitti non poſſe in diuinis ad intra prioritatem vllam maiorem prioritate à quo.

Cognitio intuitiua non debet neceſſariò ſupponere, ſed ſatis eſt, quod ſimul habeat in eodem ſigno exiſtentiam ſui obiecti.

58. Dices: Si ad cognitionem intuitiuam ſufficit, quod exiſtentia obiecti, & cognitio ſint ſimul pro eodem ſigno in quo; nec requiritur exiſtentiam obiecti ad cognitionem præſupponi, ſequitur ſcientiam diuinam, quæ eſt cauſa rerum, eſſe reſpectu talium rerum intuitiuam, non abſtractiuam; eſſe viſionem, non ſimplicem intelligentiam, at hoc eſt contra doctrinam aſſertam *in tract. ſuperiore, lib.* 3. *cap.* 5. §. 1. ergo ſequela maioris facilè probatur: Scientia diuina, quæ eſt cauſa rerum non eſt prior futuritione ipſarum, niſi prioritate à quo, & pro eodem ſigno, in quo relucent diuino intellectui, tum omnes creaturæ poſſibiles, tum creaturæ ab æterno futuræ, & in propriis temporum differentiis exiſtentes. Neque enim in tranſlatione rerum à ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum futuritionis conſumitur mora aliqua ſigni in quo. Sed contra: Quod ſcientia diuina, quæ eſt cauſa rerum, reſpectu talium rerum intuitiua non ſit, prouenit ex eo, quod cognitio intuitiua debet habere connexionem eſſentialem, & neceſſariam cum exiſtentiâ ſui obiecti, quam connexionem nequit habere cum rebus ad extra futuris ſcientia, quæ eſt cauſa rerum, & quæ res antecedit, alioqui ex vi talis ſcientiæ exiſtentia futurorum redderetur neceſſaria ſimpliciter, & neceſſitate antecedente. Quod igitur exiſtentia futurorum debeat præſupponi ad ſcientiam eorundem intuitiuam, non prouenit præcisè ex natura cognitionis intuitiuæ, ſed ex eo, quod exiſtentia futurorum ſit exiſtentia libera, cum qua ſaluâ libertate, & contingentiâ nequit connecti ſcientia diuina intuitiua antecedens; at in noſtro caſu exiſtentia Spiritus Sancti eſt exiſtentia omninò neceſſaria, cui nihil obſtat connecti cum ſcientia aliqua antecedente habente cum ipſa neceſſariam connexionem. Neque dicas: 59.

Scientia diuina, quæ eſt cauſa rerum, cur intuitiua non ſit, et áſi ſimul habeat pro eodem ſigno in quo exiſtentiam ſui obiecti.

Non minùs habet eſſentialem connexionem cum exiſtentia ſui obiecti diuinum decretum, quàm diuina ſcientia, nec minùs illud eſt infruſtrabile, quàm iſta ſit infallibilis; ſed decretum, quamvis in noſtris principiis exiſtentiam futurorum antecedens, & prædeterminans, non impedit talis exiſtentiæ contingentiam, & libertatem: ergo neque ſcientia intuitiua Dei, quamvis eandem exiſtentiam antecederet, ipſius contingentiam, & libertatem impediret. Contra enim decretum, quamvis antecedens libertatem non impedit, quia æquiualet determinationi voluntatis creatæ, eandemque determinationem eminenter continet, vt *tract. ſuperiori, lib.* 4. *cap.* 6. §. 3. latè explicabatur, at hæc non conueniunt diuinæ ſcientiæ, iſta propterea nequit exiſtentiam contingentem antecedere ſine contingentiæ detrimento. 60.

Probatur ſecundò: Verbum diuinum procedit ex cognitione Spiritus Sancti perfectiſſima: ergo procedit ex cognitione Spiritus Sancti intuitiuâ. Antecedens patet, quia Verbum diuinum præſertim vt tale, quale de facto eſt, eſt perfectiſſimum: conſequentia probatur. Cognitio abſtractiua, quamvis non ſit poſitiuè imperfecta, eſt tamẽ ex genere ſuo minùs perfecta, quàm intuitiua, quia vel eſt per 61.

Cognitio abſtractiua, licèt non ſit poſitiuè imperfecta, eſt ex genere ſuo minùs perfecta, quàm intuitiua.

ſpeciẽ alienam, & cognitionem ex hoc capite abſtractiuam, certũ eſt dari non poſſe in Deo: vel eſt inadæquata obiecto, & cognitio ex hoc capite abſtractiua, quamvis poſſit in aliquo ſenſu Deo concedi, non poteſt tamen concedi in ordine ad verbum adæquatè ſumptum, de quo in præſenti: vel eſt de obiecto minus perfecto, ideſt carente perfectione exiſtentiæ, & ex hoc capite cognitio Spiritus Sancti non poteſt eſſe abſtractiua, quia Spiritus Sanctus non poteſt carere exiſtentia, & quamvis iuxta ſupradicta *cap.* 1. §. 7. habeat tum actum primum, tum actum ſecundum exiſtentiæ, nunquam tamen habet, aut habere poteſt actum primum ſine ſecundo.

62. Dices: Ex eo, quod Spiritus Sanctus nunquam careat actuali exiſtentiâ, nec vnquam habeat actum primum ſine actu ſecundo, ſolum infertur, quod non poſſit cognoſci ſine exiſtentia poſitiuè, at non infertur, quod non poſſit cognoſci ſine exiſtentia præciſiuè. Cognoſci autem ſine exiſtentia præciſiuè ſufficit ad cognitionem abſtractiuam; quæ ex conceptu ſuo non negat, quamvis non attingat exiſtentiam. Semel deinde admiſſo, quod Spiritus Sanctus poſſit abſtractiuè cognoſci, videtur maximè conſequens, quod debeat ita cognoſci ea cognitione, quæ non præſupponit, quin potius antecedit Spiritus Sancti exiſtentiam, qualis eſt cognitio, qua verbum procedit. Sed contra: Inſtantia probat Spiritum Sanctum cognitione inadæquatâ poſſe abſtractiuè cognoſci, cognitio enim obiecti exiſtentis eo ipſo, quod exiſtentiam non attingit, quamvis exiſtentiam non neget, eſt ſuo obiecto inadæquata: probat item hanc cognitionem inadæquatam poſſe optimè eſſe eam, quæ Spiritus Sancti exiſtentiam præcedat potiùs, quàm præſupponat, at non probat deinde ex cognitione inadæquata poſſe procedere verbum tale, quale de facto eſt, nimirum verbum adæquatum, & in linea verbi omnimodo perfectiſſimum. Quouſque autem hoc non probatur nihil Aduerſarij contra nos obtinent.

Spiritus Sãctus non poteſt cognoſci abſtractiuè, niſi cognitione inadæquata.

63. Ex his habes verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedere ex cognitione intuitiuâ eorum omnium, quæ ſunt in Deo formaliter; quidquid enim eſt in Deo formaliter reducitur ad vnum ex his tribus capitibus, ſcilicet aut ad eſſentiam, aut ad attributa, aut ad perſonas. Supereſt examinandum vtrum verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedat etiam ex cognitione eorum, quæ ſunt in Deo eminenter, nimirum ex cognitione creaturarum, non quidem conſiderando creaturas ſecundum purum eſſe eminentiale, quod habent in Deo, ſecundùm quod ſunt ipſa eſſentia Dei, idemque eſt ſub hac conſideratione verbum procedere ex cognitione eorum, quæ ſunt in Deo eminenter, ac procedere ex cognitione eſſentiæ Dei; ſed conſiderando ipſas ſecundum propria prædicata formalia, vel in puro ſtatu poſſibilitatis perſiſtentia, vel ad ſtatum futuritionis tranſlata. Pro quo ſit

Verbum, vt tale, quale de facto eſt procedit ex cognitione intuitiua omnium, quæ ſunt in Deo formaliter.

---

§. II.

Vtrùm verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt procedat formaliter, ex cognitione poſſibilium?

Assertvm: Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione poſſibilium. Ita D. Thomas 1. *parte, quæſt.* 34. *art.* 3. *in C. quæſtion.* 4. *de veritate, art.* 4 *quodlib.* 4. *art* 6. D. Thomam ſequuntur Thomiſtæ communiter, & extra Scholam Thomiſticam, Suarez *de Trinitate*, *lib.* 9. *cap.* 6. *&* 7. Molina *prima parte*, *quæſt.* 34. *art.* 3. *diſp. vnica*, Lugus *lib.* 2. *diſputat.* 15. *cap.* 3. Aueſa *quæſt.* 34. *ſect.* 4. & à fortiori Auctores infra citandi pro ſententia aſſerente verbum diuinum procedere formaliter etiam ex cognitione futurorum contra Scotum *in* 2. *diſt.* 1. *quæſt.* 1. *§. quantum ad primum*, *& §. quantum ad hoc igitur*, *& quodlib.* 14. *§. hic intelligendum eſt*. Cum Scoto habemus aduerſarios *Scotiſtas* communiter, & extra Scholam Scotiſticam Vaſquium *prima parte*, *diſtinction.* 143. *cap.* 3. Arrubal. *diſputation.* 125. *capit.* 5. Albertiuum *tom.* 2. *in prædicamento relationis coroll.* 14. *dub.* 3. Marchinum *de Trinitate*, *diſput.* 38. *propoſ. vnicâ*, *&c.* 64.

Probatur primo ex D. Thoma *prima parte*, *quæſtion.* 34. *artic.* 3. *in C. Quia de vno actu, & ſe, & omnia intelligit, vnicum verbum eius eſt expreſſiuum non ſolùm Patris; ſed etiam creaturarum*, quæſtion. 4. de veritate, artic. 1. in C. *Filius ex hoc ipſo, quod eſt verbum perfectè exprimens Patrem, exprimit omnem creaturam, & hic ordo oſtenditur in verbis* Anſelmi, *qui dicit, quod Pater dicendo ſe dicit omnem creaturam*, quodlib. 4. articul. 6. in C. *Sicut Deus eâdem ſcientiâ ſcit ſe, & omnia alia, ita etiam eodem verbo exprimit ſeipſum, & omnia alia, nec eſſet eius verbum perfectum*, v Auguſtinus *libro* 15. *de Trinitate*, *dicit*, *ſi aliquid minus eſſet in eius verbo, quam in eius ſcientia*. Quibus ex textibus non ſolum D. Thomam, verum etiam D. Anſelmum, & D. Auguſtinum, pro noſtro aſſerto ſtare colligitur. 65.

Verbum tale, quale de facto eſt, procedere formaliter ex cognitione poſſibiliũ probatur auctoritate D. Thomæ.

Dices hiſce auctoritatibus ſolum probari, quod verbum procedat identicè, & concomitanter ex cognitione creatorarum, tum quia in allatis textibus ſermo habetur de creaturis indifferenter præſcindendo à poſſibilibus, & futuris. Sicuti igitur iuxta mox aſſerenda verbum ſolum identicè, & concomitanter procedit ex cognitione futurorum, ita hoc ſolùm modo debet procedere ex cognitione poſſibilium: tum 66.

quia

quia ipſemet Sanctus Doctor id alibi exprimit, *quaſt. enim 4. de veritate, art. 5. in C.* ait: *Pater principaliter dicit ſe generando verbum ſuum, & ex conſequenti dicit creaturas. Ideò principaliter, & quaſi per ſe verbum refertur ad Patrem, ſed ex conſequenti, & quaſi per accidens, refertur ad creaturas; accidit enim verbo, vt per ipſum creatura dicatur.* Non multum diſſimiliter loquitur *prima parte, quaſt. 37. art. 2. ad 3.* Vnde Marchinus *loco citato* putat ſuam opinionem noſtro aſſerto oppoſitam eſſe expreſſam ſententiam D. Thomæ, ſicuti etiam Vaſquez *loco citato*, vult pro eadem ſtare D. Anſelmum, idque ex pluribus D. Anſelmi teſtimoniis conatur euincere. Sed contra, ad primum dico nec in allatis textibus haberi ſermonem omninò indifferentem præſcindendo,&c. nec, quando ſermo indifferenter haberetur, nobis obeſſet. Ratio primi eſt, quia creaturæ nomen abſolutè vſurpatum potius ſtat pro creatura poſſibili, quàm pro creatura futura; quia omnis creatura eſt poſſibilis, non omnis creatura eſt futura; ratio ſecundi eſt, quia ſermo ex terminis indifferens debet ad eam partem determinari, in qua melius verificatur. Ad ſecundum dico S. Doctorem ſolùm intendere, quod creaturæ poſſibiles ſint obiectum ſecundarium, & minùs principale, quàm Pater reſpectu cognitionis, ex qua formaliter verbum procedit. Nec aliquid ampliùs intendit Anſelmus à Vaſquio relatus.

67. Probatur itẽ ratione.

Probatur ſecundò ratione: Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi, ex cognitione adæquatè comprehenſiua Dei iuxta *ſupradicta* §. 9. ſed cognitio adæquatè comprehenſiua Dei formaliter, & quatenùs cõprehenſiua eſt, debet eſſe cognitio poſſibilium, ergo verbum vt tale, quale de facto eſt, &c. Minor probatur. Cognitio adæquatè comprehenſiua Dei formaliter, & quatenùs comprehenſiua debet perfectè cognoſcere diuinam omnipotentiam, & diuinas ideas, cum hæc ſint prædicata exiſtentia in Deo formaliter, & Deo maximè intrinſeca, ſed nequeunt perfectè cognoſci diuina omnipotentia, diuinæque ideæ, niſi ſimul cognoſcantur poſſibilia propter tranſcendentalem reſpectum, eſſentialemque connexionem omnipotentiæ, & idearum ad ipſa, ergo.

68. Afferuntur Aduerſariorum reſpõſiones.

Mirum eſt, quàm varias huic efficaciſſimo æquè, ac communiſſimo argumento reſponſiones afferant Aduerſarij: Reſpondent primò ad cognitionem Dei adæquatè comprehenſiuam ſufficere, quod cognoſcantur poſſibilia ſecundùm purum eſſe eminentiale, quod habent in Deo, ſecundùm 69. quod ſunt ipſa creatrix eſſentia Dei. Reſpondent ſecundò ad cognitionem adæquatè comprehenſiuam, ex qua verbum procedit, ſufficere quod attingat omne cognoſcibile pro eo ſigno, pro quo verbum procedit; pro tali ſigno autem poſſibilia non eſſe cognoſcibilia, ſeu non poſſe terminare diuinam cognitionem, quia quicumque reſpectus ad extra eſt poſterior quocumque reſpectu ad intra; adeóque quæcumque cognitio reſpiciens poſſibilia eſt poſterior cognitione reſpiciente verbum. Accedit quod cognitio obiecti extrinſeci eſt inſtar operationis ad extra, & quæcumque operatio ad extra eſt poſterior operatione ad intra, qualis eſt productio Verbi. Reſpondent tertiò 70. cognitionem Dei adæquatè comprehenſiuam debere eſſe cognitionem poſſibilium in actu primo, quatenùs ex eo, quod ſit comprehenſiua Dei habet poſſe cognoſcere poſſibilia, at non eſſe cognitionem poſſibilium in actu ſecundo, quatenùs idem actus formaliter attingat Deum, & poſſibilia: Cum enim poſſibilia ſint quid poſterius prædicatis formalibus Dei, nequeunt ſimul æquè primò eodem formaliter actu cognoſci. Re- 71. ſpondent quartò diuinam omnipotentiam, diuinas ideas, aliaque diuina prædicata, debere per cognitionem Dei comprehenſiuam cognoſci, vt ſunt entitates abſolutæ, non vt ſunt entitates ad extra relatiuæ, qua ratione connectuntur cum poſſibilibus; rationem aſſignant ſitam in eo, quod eſſe entitates abſolutas conuenit ipſis, vt ſunt in ſe, eſſe entitates ad extra relatiuas conuenit ipſis ſolùm vt à nobis concipiuntur. Reſpondent quintò ſufficere ad verbum, 72. quod procedat ex cognitione comprehenſiua obiecti perfectiſſimi, & ſimpliciter infiniti, ad hanc autem comprehenſionem non requiritur cognitio poſſibilium, præſertim loquendo conformiter ad doctrinam poſitam *in tract. ſuperiori lib. 1. c. 5. §. 6.* vbi aſſerebatur Deum, & creaturas ſimul nullatenùs eſſe quid perfectius, quàm ſit Deus ſolus. Accedit, quod non debet eſſe magis comprehenſiua cognitio, ex qua verbum procedit, quàm cognitio, qua Deus eſt beatus, ſed cognitio poſſibilium non ſe habet formaliter, & in quarto modo per ſe ad Dei beatitudinem, ergo neque ſe habet formaliter, & in quarto modo per ſe ad Verbi productionem.

73. Impugnãtur Aduerſariorum reſponſiones.

Impugnatur prima reſponſio, quia ſicut diuina omnipotentia, diuinæque ideæ reſpiciunt poſſibilia etiam ſecundùm proprium eſſe nominale, ſecundùm quod ſunt extra Deum, imò magis propriè reſpiciunt ſecundùm hoc eſſe, ſecundùm quod poſſibilia ab omnipotentia, & ideis realiter diſtinguuntur, quàm ſecundùm eſſe eminentiale, ſecundùm quod eadem poſſibilia cum omnipotentia, & ideis realiter identificantur; ita conſequens eſt, quod cognitio Dei adæquatè comprehenſiua debeat attingere poſſibilia etiam ſecundùm eſſe formale & nominale, quod habent in ſe ipſis extra Deum. Impugnatur ſecunda reſponſio, quia plura falſa continet. Falſum eſt primò poſſibilia pro eo ſigno, pro quo verbum procedit, cognoſcibilia non eſſe; quando enim etiam eſſent poſteriora Verbo, eſſent poſteriora ſolùm poſterioritate à quo: obiectum autem poſterius poſterioritate à quo optimè eſt cognoſcibile per eam cognitionem, quam priorem prioritate à quo præſup-

ponit. Nam cognitioni abſtractiuæ ſufficit ſimultas ſigni in quo cum ſui obiecti eſſētia, ſicuti ex *ſuperiori* §. cognitioni intuitiuæ ſufficit ſimultas ſigni in quo cum ſui obiecti exiſtentia. Falſum eſt ſecundò quemcumque reſpectum ad extra eſſe poſteriorem quocumque reſpectu ad intra: pro quo recolatur quod *ſupra capit.* 2. §. 2. *aſſerto tertio*, dictum eſt in diuinis per prius dici virtutem productiuam creaturarum, quam virtutem productiuam perſonarum. Falſum eſt tertiò cognitionem obiecti extrinſeci eſſe ad inſtar operationis ad extra; operatio enim ad extra dicitur, quia aliquid ad extra ponit, non præciſè, quia aliquid ad extra attingit. Impugnatur tertia reſponſio, quia

In Deo cognitio obiecti extrinſeci non eſt ad inſtar operationis ad extra.

75. quod communiter dicitur, relatiua (qualia ſunt diuina omnipotentia, & poſſibilia; diuinæ ideæ, & poſſibilia) ſunt ſimul cognitione, procedit de cognitione in actu ſecundo, præſertim reſpectu diuini intellectus, reſpectu cuius omnis actus primus eſt ſimultaneus ſuo actui ſecundo, adróque ſi cognitio comprehenſiua Dei eſt ſimultanea actui primo cognitionis poſſibilium, non poteſt non eſſe ſimultanea actui ſecundo cognitionis eorundem. Nec ad probandum oppoſitum rectè adducitur poſſibilia eſſe poſteriora prædicatis formalibus Dei; cum hoc iam ſit impugnatum in impugnatione ſuperio-

76. ris reſponſionis; Impugnatur quarta reſponſio, quia malè ſupponit diuinam omnipotentiam, diuinaſque ideas, vt ſunt in ſe, eſſe entitates abſolutas; & ſolum, vt à nobis concipiuntur, eſſe entitates ad extra relatiuas; ſæpiùs enim dictum eſt dari in Deo relationes reales etiam ad extra. Impugnatur quinta reſponſio, quia cognitio comprehenſiua obiecti perfectiſſimi, & ſimpliciter infiniti, habentis cum obiecto finito eſſentialem connexionem, & tranſcendentalem relationem, debet neceſſario tale obiectum finitum ſimul attingere titulo connexionis, & relationis; ſi minus titulo perfectionis: Impertinens propterea eſt in præſenti, quod Deus, & creaturæ ſint, vel non ſint aliquid perfectius: & ſicuti propter identitatem diuinæ eſſentiæ cum relationibus originis nequit adæquatè comprehendi diuina eſſentia non cognitis relationibus originis, etiam in ſententia aſſerente relationes originis nullam addere perfectionem eſſentiæ, & relationes originis ſimul cum eſſentia non eſſe quid perfectius ſolà eſſentiâ; ita propter eſſentialem connexionem Dei cum creaturis poſſibilibus nequit adæquatè comprehendi Deus non cognitis poſſibilibus, etiamſi poſſibilia, & Deus non ſint quid perfectius Deo ſolo. Deinde poſſibilia, & Deum non eſſe quid perfectius Deo ſolo, verum eſt loquendo formaliter, ſecus loquendo conſecutiuè; nam impoſſibilitatis poſſibilibus non quidem formaliter, bene tamen conſecutiuè eſſet in Deo minor perfectio, quia conſecutiuè deficeret in Deo perfectio omnipotentiæ, perfectio idearum, imo deficeret Deus ipſe, & nulla, nedum minor perfectio in Deo permaneret.

Deus ſine creaturis eſſet quid minus perfectū conſecutiuè non formaliter.

Impugnatur tandem quod additur de cognitione, qua Deus eſt Beatus, hæc enim quamvis identicè non debeat eſſe minus comprehenſiua, quam ea, ex qua verbum procedit; formaliter tamen, & in quarto modo per ſe eſt minus comprehenſiua, imo comprehenſiua non eſt; quia Deus beatur cognitione, vt intuitiua ſummi boni, non vt comprehenſiuâ: Verbum verò vt tale, quale de facto eſt, procedit ex cognitione, vt comprehenſiuâ. Cum igitur cognitio, vt comprehenſiua Dei feratur formaliter in poſſibilia, non ſic cognitio vt intuitiua ſummi boni, mirum non eſt cognitionem poſſibilem ſe habere formaliter, & in quarto modo per ſe ad verbi proceſſionem; non ſic verò, ſed identicè ſolùm, & in primo modo per ſe ad Dei beatitudinem. 77.

Cur cognitio poſſibilium ſe habeat formaliter ad verbi proceſſionem, non ad Dei beatitudinem.

78.

Probatur tertiò deſtruendo potiſſimum fundamentum ſententiæ oppoſitæ, quod ſic proponitur à Marchino *loco citato*, illud, ex cuius cognitione per ſe producitur verbum, debet habere tantam neceſſitatem eſſendi, quantam habet ipſum verbum; ſed poſſibilia non habent tantam neceſſitatem eſſendi, quantam habet ipſum verbum, ergo verbum per ſe non producitur ex poſſibilium cognitione. Maior probatur, quia productio debet habere tantam neceſſitatem, quantam id quod producitur, nec poteſt productum eſſe magis neceſſarium ſuâ productione. Minor etiam probatur, quia poſſibilia habent neceſſitatem dependentem à Deo, & per participationem, verbum habet neceſſitatem à ſe, & per eſſentiam. Huic fundamento, & argumento deſtructionem, & ſolutionem ſuppeditat doctrina tradita *tractat. ſuperiori lib.* 4. *cap.* 3. §. 2. ſecundùm quam neceſſitas vt oppoſita contingentiæ (de qua neceſſitate maximè verificatur productum non poſſe eſſe magis neceſſarium ſua productione) tanta eſt in rebus poſſibilibus, quanta in Verbo, licèt ſub aliqua alia ratione ad rem præſentem impertinente ſit maior in Verbo, quam in rebus poſſibilibus.

Neceſſitas vt oppoſita contingentiæ tanta eſt in rebus poſſibilibus, quanta in verbo.

Ex dictis habes rationem obiecti ſecundarij, ſicuti nihil obeſt poſſibilibus quin formaliter, & per ſe terminent cognitionem adæquatè comprehenſiuam, ita iiſdem nihil obeſſe, quin formaliter, & per ſe terminent cognitionem productiuam verbi vt talis, quale de facto eſt; hæc enim cognitio, ſicuti eſt productiua verbi adæquatè comprehenſiui, ita eſt in ſe ipſa formaliter Dei adæquatè comprehenſiua. Poſſibilia igitur dicuntur obiecta ſecundaria, non quia ſecundario, & quaſi per accidens terminent cognitionem, qua Deus comprehenditur, aut verbum producitur, ſed quia ad talem cognitionem ſe habent vt obiectum purè terminatiuum; non vt motiuum, & ſpecificatiuum, cui ſoli tribuitur denominatio obiecti primarij. 79.

Quomodo poſſibilia quamvis ſint obiecta ſecundaria non ſe habeant ſecundario ad verbi productionem.

§. XII

§. XII.

Vtrùm verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedat formaliter ex cognitione futurorum?

Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, nō procedit formaliter ex cognitione futurorū.

80. Assertvm: Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, nón procedit formaliter, & per ſe perſeitate quarti modi ex cognitione futurorum. Ita Scotiſtæ, Thomiſtæ, & maior pars recentiorum locis citatis in aſſertis ſuperioribus contra Valentiam *prima parte, diſputatione* 2. *quæſtione* 8. *punct*. 2. §. *Reſpondeo igitur*. Arriagam *diſputatione* 52. *ſect*. 4. *ſubſec*. 3. De Quiros *tractat*. 7. *diſputatione* 38. *ſection*. 3. Ruiz *diſputatione* 63. *ſect*. 4. Zunigam *quæſtione* 34. *diſputatione* 9. *dub*. 7. alioſque nonnullos. Pro maiore intelligentia, & faciliore probatione aſſerti

81. Aduerte nomine cognitionis futurorum non intelligi in præſenti ſcientiam ſimplicis intelligentiæ futurorum cauſatiuam, ſed ſcientiam viſionis futurorum intuitiuam, quæ etiam ſolet ſimpliciter nuncupari ſcientia libera. Differt autem ſcientia libera à neceſſaria in diuinis eo proportionaliter modo, quo differt velle liberum à velle neceſſario, differt ſcilicet, vt *tractat. ſuperiore lib*. 4. *cap*. 1. §. 8. aſſerebatur, terminatiuè ſolùm, & in attingendo, non entitatiuè, & in eſsendo, & ſicuti velle liberum non eſt noua entitas, ſeu noua perfectio virtualiter diſtincta, & virtualiter ſuperaddita velle neceſsario, ſed eſt eadem prorsùs entitas actus neceſsarij attingentis, & ſe extendentis ad obiectum contingens; ita proportionaliter ſcire liberum non eſt noua entitas, &c. Hinc fit diuerſimodè diſtingui in Deo ſcientiam poſſibilium à ſcientia diuinorum attributorum, v. g. ac diſtinguatur ſcientia futurorum à ſcientia poſſibilium, nam ſcientia poſſibilium eſt diſtincta virtualiter entitas, & perfectio ab entitate, & perfectione ſcientiæ attributorum. Scientia verò futurorum eſt diſtincta à ſcientia poſſibilium ſolùm ſecundùm terminationem, & attingentiam obiecti, non ſecundùm entitatem, & perfectionem intrinſecam actus, licet ſecundùm noſtrum modum intelligendi, & explicandi diuina ad inſtar humanorum, diſcurramus de ſcientia libera diuina, tanquam de actu virtualiter diſtincto à ſcientia neceſsaria etiam entitatiuè, & in eſsendo. His animaduerſis aſsertum

Scire liberū, & ſcire neceſſarium quomodo differant in diuinis.

82. Probatur primò: Quod eſt ſimpliciter, & abſolutè neceſsarium, non poteſt formaliter, & per ſe procedere ex aliquo ſimpliciter libero, & neceſsario ad ſummum neceſſitate ſuppoſitionis, ſed Verbum diuinum adæquatè ſumptum vt tale, quale de facto eſt, eſt ſimpliciter, & abſolutè neceſſarium; cognitio ſeu ſcientia futurorum eſt libera ſimpliciter, & neceſsaria ad ſummum neceſſitate ſuppoſitionis, ergo Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, non procedit, imò nec poteſt procedere, &c. Maior probatur tum in vniuerſum, quia non poteſt eſse maior neceſſitas in eo, quod producitur, quàm in eo, ex quo producitur formaliter, & per ſe; hæc enim duo neceſſe eſt eſſe eſſentialiter connexa, ex duobus autem eſſentialiter connexis nequit vnum eſſe magis neceſſarium alio, tum ſpecialiter in diuinis, vbi quod neceſſarium eſt, eſt prius libero: Nequit igitur quod neceſſarium eſt formaliter, & per ſe procedere ex libero. Hanc probationem ex Verbi diuini neceſſitate, & futurorum contingentia deſumptam, adeò efficacem cenſuit Vaſquez *prima parte, diſputatione* 13. *capite* 1. *numero* 1. vt dicere non dubitauerit: Nullus erit tam hebes ingenio, qui non videat creaturas futuras hoc modo ad generationem filij ſpectare non poſſe. Nihilominùs hoc argumento aliqui recentiores non terrentur, ipſique adhibent reſponſionem primo quidem aſpectu facilem, ſed ſi attentiùs conſideretur, difficilem, & vel reddentem ferè inexplicabilem proceſſionem Verbi, ſicuti ferè inexplicabilis eſt conditio actuum liberorum Dei; vel aliis grauiſſimi ponderis difficultatibus ſubiacentem.

Neceſſaria in diuinis ſunt priora liberis.

Reſpondent igitur primò nonnulli, inter quos Arriaga *diſputatione præcitata, numero* 34. Verbum diuinum eſſe quidem neceſſarium, quatenùs eſt verbum neceſſariorum, ſeu quatenùs exprimit neceſſaria; quatenùs verò eſt verbum futurorum futura exprimens eſſe liberum, & contingens non minus, & eodem modo, quo ipſa ſcientia libera: ideò ſub hac ratione optimè ex ſcientia libera formaliter, & per ſe procedere. Hac reſponſione non ſoluitur, ſed deglutitur difficultas, dum admittitur verbum diuinum liberum, & contingens, proceſſio ad intra libera, & contingens. Nec eſt eadem ratio de ſcientia; nam (præter quam quod ſcientia futurorum eſt quidem ſcientia libera, & ſcientia contingentium, at non eſt ſcientia contingens, cum non habeat indifferentiam ad eſſe, & non eſſe) ad ponendam in Deo ſcientiam liberam tum certitudine fidei, tum euidentia rationis naturalis cogimur, ideò excuſabiles ſumus, dum talem ſcientiam aſſerimus, hic ipſam explicare vix poſſimus: at ad ponendum verbum liberum nec fides, nec ratio cogit, ideò aſſerere verbum liberum, & difficultatem ſcientiæ liberæ ad verbum transferre, eſt voluntariè, & conſequenter inexcuſabiliter reddere ferè inexplicabilem diuini Verbi proceſſionem: Deinde huius reſponſionis falſitas directè conſtabit ex ſecunda aſſerti probatione mox ſubiicienda. 83.

Admittere verbum diuinum liberum, & contingens eſt deglutire, nō ſoluere difficultatem.

Reſpondens

84. Reſpondent ſecundo nonnulli alij, quorum Anteſignanus eſt De Quiros *diſt. præcis. ſect.* 7. ſupponendo poſſe aliquid totaliter, & completè exiſtens reproduci, & recipere eſſe à nouo concurſu vltra totalem, etiamſi hic nouus concurſus ſupponat antecedentem concurſum totalem, & ex vi huius antecedenter exiſtens id, quod reproducitur. Exemplificant hoc in Chriſto Domino, qui in ſententia valde probabili, & à nobis etiam indicata *ſuperiore libro capit.* 3. §. 7. totaliter, & completè in propria ſpecie exiſtens ſub ſpeciebus Euchariſticis reproducitur nouo concurſu non ſolum ſupponente eundem Chriſtum antecedenter exiſtentem, verum etiam dependenter ab ipſo Chriſto tanquam à cauſa aut phyſica, aut ſaltem morali. Hanc doctrinam transferunt ad præſens inſtitutum dicendo procedere quidem verbum, ſeu produci ſimpliciter, & completè ex ſcientia neceſſaria; produci tamen etiam ex ſcientia libera tanquam ex ſecunda productione, quomodo ſuſtinetur ex vna parte, quod verbum formaliter procedat ex ſcientia futurorum, & ex alia, quod ſit totum neceſſarium, & totum ſimul procedat proceſſione neceſſaria. Item quod neceſſaria ſint priora liberis, & ſimul libera ſint priora neceſſariis quoad diuerſas productiones, quoad primam ſcilicet productionem neceſſaria ſint priora, quoad ſecundam ſint priora libera. Tandem quod verbum ſit formaliter ex cognitione futurorum, & tamen fuiſſet, etiam ſi futura non fuiſſent, quia quod terminat primam, & ſecundam productionem fuiſſet etiam ſi ſecunda productio, qualis eſt illa, qua verbum ex futurorum cognitione procedit, non fuiſſet.

85\. Reproductio in diuinis ad intra malè ſonat.

In hac reſponſione non diſplicet doctrina, quæ ſupponitur: diſplicet tamen ipſius vſus in ſubiecta materia, & modus, quo ad preſens inſtitutum doctrina illa transfertur. Primò quia nomen reproductionis malè ſonat in diuinis ad intra, nam non videtur intelligibilis reproductio, quin habeatur productio, vel in diuerſo tempore, vel in diuerſo loco; in diuinis autem ad intra æternitas, & immenſitas repugnant cum poſſe produci, vel in diuerſo tempore, vel in diuerſo loco. Secundò quia admittere verbum diuinum ſecunda productione, ſeu reproductione procedens ex ſcientia libera futurorum, non eſt negare contingentiam, & libertatem in verbo, ſed eſt addere reproductionem; eſt igitur potius augere, quam ſoluere difficultatem. Tertiò quia poſito, vt ponit hæc reſponſio, quod verbum diuinum totaliter, & completè producatur ex ſcientia neceſſaria, nulla eſt neceſſitas aſſerendi ſecundam productionem ipſius ex ſcientia libera. Nam neque eſt neceſſaria talis ſecunda productio, vt verbum exiſtat, quia iam ſupponitur per primam productionem totaliter, & completè exiſtens. Neque vt verbum ſit expreſſiuum futurorum, quia non eſt neceſſe ponere verbum expreſſiuum futurorum formaliter, & ex vi productionis. Neque vt in ſcientia libera reluceat fœcunditas, quia ſicuti ſcientia libera non addit entitatem, & perfectionem intrinſecam ſcientiæ neceſſariæ; ità nec eſt neceſſe, quod addat ſcientiæ neceſſariæ fœcunditatem, vt in ſequenti probatione magis vrgeo.

Nulla eſt neceſſitas ponēdi productionem ſecundam verbi ex ſcientia libera futurorum.

Probatur ſecundò: Verbum diuinum non poteſt formaliter, & per ſe procedere, niſi ex cognitione fœcunda, ſed cognitio futurorum, ſeu ſcientia liberi in diuinis formaliter, & ſecundùm illud, quod addit ſcientiæ neceſſariæ, fœcunda non eſt, ergo verbum diuinum non procedit formaliter, &c. Maior patet, quia verbum nihil eſt aliud, quam fœtus cognitionis fœcundæ, & quando poſſet verbum etiam à cognitione non fœcunda produci, nulla eſſet ratio diſtinguendi cognitionem fœcundam à cognitione non fœcunda, & malè communiter diceretur Filium, & Spiritum Sanctum in diuinis non producere Verbum, quia habent cognitionem non fœcundam. Minor probatur: fœcunditas diuina ad intra debet eſſe perfectio Deo intrinſeca, nec poteſt eſſe pura terminatio extrinſeca, cum nihil aliud ſit talis fœcunditas, quam virtus productiua, ſiue principium quo diuinarum perſonarum; quis autem dicat talem virtutem poſſe eſſe terminationem extrinſecam? Sed ſcientia libera formaliter, & ſecundum illud, quod addit ſcientiæ neceſſariæ, eſt pura terminatio extrinſeca, non noua perfectio Deo intrinſeca, vt enim ſuo loco tradebatur, nulla perfectio libera in eſſendo, & indifferens ad eſſe, & non eſſe eſt intrinſeca Deo, ergo. Hinc De Quiros *diſput.* 38. *præcis.* Licet abſolutè doceat verbum procedere formaliter ex cognitione futurorum, præmittit tamen *numero* 2. quæſtionem intelligendam poſita libertate Deo intrinſeca ſecundùm illud, quod liberum addit neceſſario. 86.

Scientia libera in diuinis ſecundum ſe ipſā formaliter non eſt fœcunda.

Dices: Imò ex eo, quod ſcientia libera in Deo non ſit noua perfectio, intrinſeca, ſed ſit entitatiuè, & in eſſendo ipſiſſima ſcientia neceſſaria, euidentius eſt verbum procedere formaliter, & per ſe ex ſcientia libera futurorum. Enimverò iuxta hanc doctrinam ſcientia neceſſaria poſſibilium, & ſcientia libera futurorum nullatenus diſtinguitur ſecundùm illud, quod dicunt intrinſecum Deo, ergo neque diſtinguuntur procedere ex ſcientia poſſibilium, & procedere ex ſcientia futurorum, ergo cum ſupra aſſertum ſit verbum procedere per ſe, & formaliter ex ſcientia poſſibilium, conſequens eſt procedere per ſe, & formaliter etiam ex ſcientia futurorum. 87.

Sed contra: Non ſit quæſtio vtrum verbum procedat ex ſcientia libera, ſub ea ratione, ſub qua hæc nullatenus diſtinguitur à neceſſaria, & ſub qua quæſtio *huius* §. nullatenus quoad rem eſſet diuerſa à quæſtione §. *præcedentis*, bene tamen vtrum procedat ex ſcientia libera ſecundùm illud, ſecundum quod ſcientia libera formaliter differt à neceſſaria, & vi cuius ponatur in verbo aliquod prædicatum intrinſecum, quod in ipſo non poneretur præ- 88.

ciſè

tisè ex vi ſcientiæ neceſſatiæ; comparatur enim in præſenti ſcientia libera ad neceſſariam, ſeu ſcientia futurotum ad ſcientiam poſſibilium eodem ferè modo, quo ſcientia poſſibilium ad ſcientiã attributorum, ſcientia attributorum ad ſcientiam eſſentiæ, ſcientia eſſentiæ ad ſcientiã perſonatum; ſicuti igitur quælibet ex his ſcientiis ita ſe habet, vt ex vi ipſius, quatenùs contradiſtinctæ à reliquis ſpecialis perfectio intrinſeca Verbo accedat, ita etiam, vt dici poſſet procedere ex ſcientia futurorum, deberet ex vi iſtius, quatenùs contradiſtinctæ à reliquis, & præcipuè à ſcientia poſſibilium ſpecialis perfectio intrinſeca Verbo accedere, quod verificari non poteſt, niſi ipſa in ſe importet ſpecialem perfectionem intrinſecam formaliter diſtinctam à perfectione importatã per ſcientiam poſſibilium. Ecce quomodo ex eo, quod ſcientia libera non ſit noua perfectio Deo intrinſeca diſtincta à perfectione ſcientiæ neceſſariæ, rectè probatur verbum non procedere formaliter, & per ſe ex ſcientia libera.

89. **Quomodo verbum ſit expreſſiuum futurorum.**

Ex his habes quomodo verbum non ſit formaliter ex vi productionis expreſſiuum futurorum, tale ſcilicet non eſt, quia non communicatur ipſi ex vi productionis aliqua perfectio ſpecialiter ordinata ad futurorum expreſſionem: eſt tamen expreſſiuum futurorum identificè, & concomitanter, quia expreſſio poſſibilium eſt indifferens ad repræſentanda ipſa in quocumque ſtatu, & per hoc præcisè, quod hæc potius, quàm illa tranſeant ad ſtatum futuritionis, eſt expreſſio horum potius, quàm illorum futurorum, ſicuti ſimplex intelligentia fit viſio, ſcientia poſſibilium fit ſcientia futurorum per hoc præcisè, quod aliqua poſſibilia euadant futura. Diligenter igitur aduertendum eſt non negari à nobis in quocumque ſenſu, quod verbum procedat formaliter ex ſcientia futurorum, quod Verbo conueniat formaliter ex vi proceſſionis expreſſio futurorum, ſed ſolùm in eo ſenſu, in quo agitatur præſens quæſtio, in quo ſcilicet ſcientia futurorum, & expreſſio futurorum ſumitur ſecundùm illud formaliter, ſecundùm quod diſtinguitur à ſcientia, & expreſſione poſſibilium, ſeu à ſcientia, & expreſſione neceſſaria.

90. **Infinitas ſcientiæ liberæ Dei nõ infert fœcũditatem diuerſam à fœcunditate ſcientiæ neceſſariæ.**

Habes inſuper ex infinitate ſcientiæ liberæ non rectè probari, quamvis huic probationi plurimùm fidat Arriaga *diſp. 52. præcit. num. 33.* ipſius fœcunditatem in ordine ad Verbi productionem. Enimverò dato quod ex ſcientiæ infinitate arguatur fœcunditas, non poteſt tamen argui ex infinitate fœcunditas ſub diuerſa ratione ab ea, ſub qua ſcientiæ conuenit infinitas. Cum igitur ex ſupradictis ſcientiæ liberæ non cõueniat perfectio, & infinitas Deo intrinſeca diuerſa à perfectione, & infinitate ſcientiæ neceſſariæ, non poteſt argui ex ſcientiæ liberæ infinitate fœcunditas diuerſa à fœcunditate ſcientiæ neceſſariæ; & ſicuti ſcientia libera non addit ſcientiæ neceſſariæ nouam infinitatem Deo intrinſecam, ita nec debet addere nouam fœcunditatem.

Mitto hîc plura alia argumenta, quæ ad aſſertæ veritatis probationem vrgeri poſſent, quibus ipſimet Aduerſarij fatentur ſe grauiter premi; ideò occupantur magis in tuenda propria ſententia ab argumentis oppoſitis, quàm in eadem poſitiue probanda, aut in noſtra ſententia impugnanda, & quiſquis attentè perpenderit tum obiectiones, quas ſibi ipſis Arriaga, & De Quiros *locu præcit.* opponunt, tum reſponſiones, quas talibus obiectionibus adhibent, facilè coniiciet præponderare obiectiones reſponſionibus, & ex ipſiſmet aduerſariis erui poſſe fundamẽta firmiora pro noſtra, quam pro ipſorũ ſententia. 91.

Pro huiuſce §. complemento dubitari poteſt, verùm hucvſque dicta procedãt de ſcientia quorumcumque futurorum etiam conditionatorum, præſertim loquendo in ſententia aſtruente pro futuris conditionatis contingentibus ſpecialem ſcientiam mediam inter ſimplicem intelligentiam, ac viſionem, & tum à ſimplici intelligentia, tum à viſione aliqualiter diſtinctam. Reſpondetur verbum diuinum procedere quidem per ſe, & formaliter ex ſcientia futurorum conditionatorum neceſſariorum, at non ex ſcientia futurorum conditionatorum contingentium, etiamſi pro iſtis ſpecialiter aſtrueretur ſcientia media aliqualiter diſtincta à ſimplici intelligentia, & viſione. 92. Prima pars reſponſionis probatur ex eo, quod ſcientia futuri conditionati neceſſarij, in quo ſcilicet conditio habet neceſſariam connexionem cum re, quæ ipſi ſubſternitur, vt ſi erit homo, erit rationalis; eſt ſcientia obiecti omninò neceſſarij, adeóque eſt ſcientia omninò neceſſaria, & pars ſimplicis intelligentiæ, ergo eodem modo, quo *ſuperiori* §. aſſertum eſt verbum procedere ex ſcientia poſſibilium, aſſerendum eſt in præſenti procedere ex ſcientia cõditionatorum neceſſariorũ.

93. **Verbũ procedit formaliter ex ſcĩa conditionatorum neceſſariorum.**

94. Secunda pars eſt non ſolùm contra eos, contra quos poſitum eſt ſuperius aſſertum, verùm etiam contra alios nonnullos, inter quos Molinam recenſet De Quiros *prima parte, tract. 7. diſput. 38. ſect. 2. num. 5.* probatur tamen facilè ex ſupradictis: Verbum non procedit formaliter ex ſcientia futurorum abſolutorum, quia talis ſcientia eſt libera, ſed etiam eſt libera ſcientia conditionatorum contingentium, ergo neque procedit ex ſcientia conditionatorum contingentium. De Quiros *ſect. mox citata, numero* 8. reſpondet ſcientiam conditionatorum contingentium, ſeu ſcientiam mediam eſſe quidem liberam libertate contingentiæ, quatenùs eſt de obiecto contingenti, at non eſſe liberam libertate electionis, quatenùs ſit de obiecto ſupponente liberam determinationem Dei eligentis, qua ratione eſt libera ſcientia futurorum abſolutorum, ideò illam ſcientiam eſse iſtã priorem, & facilius ſuſtineri poſse verbum ex illâ, quàm ex iſtâ procedens. Contra tamen: eſset alicuius momenti reſponſio, ſi negaretur verbum procedere ex ſcientia futurorum abſolutorum præcisè, quia futura ſupponunt liberam electionem Dei, quæ libera ele-

At non ex ſcientia cõditionatorũ contingentium.

ctio cum debeat eſse indiuiſibiliter à to-
ta Trinitate ſit poſterior Verbo, quod qui-
dem contra ſcientiam contingentium con-
ditionatorum ſolâ libertate contingentiæ li-
beram non militaret: At non hac de cauſa
negatur verbum procedere ex cognitione
futurorum abſolutorum, ſed ex eo, quod
iſtorum ſcientia ſit de obiecto contingenti,
& non ſuperaddat ſcientiæ neceſſariæ perfe-
ctionem aliquam Deo intrinſecam, quæ duo
optimè militant contra ſcientiam conditio-
natorum contingentium, ideò, &c.

---

§. XIII.

*Vtrùm verbum diuinum ſit imago in-
tentionalis eorum omnium, ex
quorum cognitione formaliter pro-
cedit?*

95. ASSERTVM: Verbum diuinum non
eſt imago intentionalis eorum om-
nium, ex quorum cognitione formaliter
procedit, ſed eſt propriè imago intentionalis
ſolius primæ perſonæ, ſeu ſolius Patris. Ita
Io. à S. Thoma 1. *parte, quæſt.* 33. *diſput.* 15.
art. 5. *num.* 26. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 16. *cap.* 4. *nu-
mero* 2. Arriaga *diſp.* 52. *ſect.* 3. *num.* 16. *&* 19.
Auerſa *quæſt.* 35. alijque Theologi commu-
niter.

Verbum eſt imago ſolùm obiecti, ex quo procedit tanquā ex obiecto motiuo.

Probatur prima pars: Verbum diuinum
eſt imago intentionalis ſolùm illius obiecti,
ex cuius tanquam ex obiecti motiui cogni-
tione procedit, ſed non ea omnia, ex quo-
rum cognitione verbum diuinum formaliter
procedit, ſe habent tanquam obiecta motiua
reſpectu ipſius, ergo verbum diuinum non
eſt imago intentionalis eorum omnium, &c.
Maior probatur, verbum diuinum eſt imago
intentionalis ſolùm illius obiecti ex quo pro-
cedit tanquam ex principio intentionaliter,
& obiectiuè influente; eſt enim de conceptu
generico imaginis produci, & de conceptu
imaginis intentionalis produci intentionali-
ter à ſuo exemplari iuxta *ſupradicta* §. 2. ſed
eſſe principium intentionaliter, & obiectiuè
influens conuenit ſoli obiecto motiuo, non
obiecto purè terminatiuo, ergo. Minor etiam
primi argumenti probatur, & quidem quoad
poſſibilia ſatis per ſe conſtat ipſa non poſſe
eſſe obiectum influens in diuinam cognitio-
nem; nam, præter quod aliquid ad extra ne-
quit eſſe principium influēs in diuinos actus,
poſſibilia habent eſſe ſolùm nominale, non
exiſtentiale; ad influendum autem etiam ſo-
lùm obiectiuè, & intentionaliter requiritur
eſſe exiſtentiale: quoad attributa, & perſo-
nas eſt aliqua maior difficultas præſertim lo-
quendo cohærenter ad doctrinam poſitam *in
ſuperiori tract. lib.* 5. *cap.* 2. §. 2. vbi dictum eſt
obiectum primarium, & motiuum diuini in-
tellectus eſſe omnia prædicata exiſtentia in
Deo formaliter, nimirum eſſentiam, per-
ſonas, & attributa. Nihilominùs aduerte
nos ibi ita conceſſiſſe perſonis, & attri-
butis, rationem obiecti motiui, vt ſimul
diuinæ eſſentiæ conceſſerimus rationem ob-
iecti motiui non ſolùm reſpectu ſui ipſius,
verùm etiam reſpectu tum perſonarum,
tum attributorum. Hinc fit diuinum intel-
lectum attingere poſſe diuinas perſonas
exercente rationem obiecti motiui ſolâ di-
uinâ eſſentiâ, eandemque rationem non
exercentibus perſonis. Hoc poſito ſentio non 96.
ſolùm poſſibilia, ſed neque perſonas Verbi,
& Spiritus ſancti ſe habere tanquam obiecta
motiua reſpecto cognitionis, ex qua verbum
procedit. Ratio eſt, quia obiectum motiuum
nequit eſſe poſterius poſterioritate à quo eâ
cognitione, reſpectu cuius eſt obiectum
motiuum, ſed perſona Verbi, & multo ma-
gis perſona Spiritus ſancti, eſt poſterior po-
ſterioritate à quo eâ cognitione, ex qua
verbum formaliter procedit, ergo perſona
Verbi, & Spiritus ſancti nequit eſſe obie-
ctum motiuum reſpectu talis cognitionis.
Minor patet, quia quidquid eſt ab aliquo
eſt poſterius poſterioritate à quo reſpectu
illius, ſed verbum eſt à cognitione, à qua
procedit; Spiritus ſanctus eſt à Verbo: er-
go perſona Verbi, & multo magis perſona
Spiritus ſancti, quæ eſt poſterior verbo, eſt
poſterior poſterioritate à quo ea cognitio-
ne, ex qua verbum formaliter procedit.
Maior probatur, obiectum motiuum eſt
prius prioritate à quo eâ cognitione, reſpe-
ctu cuius eſt obiectum motiuum; eſſe enim
principium talis cognitionis dicit eſſe id, à
quo eſt talis cognitio, ergo nequit eſſe ea-
dem cognitione poſterius poſterioritate à
quo; repugnat enim mutua prioritas non
ſolùm in quo, verum etiam à quo; repugnat
non ſolùm quod duo ſint ſibi inuicem cauſæ,
verùm etiam quod duo ſint ſibi inuicem
principia.

Perſona Verbi, & Spiritus ſancti nō ſunt obiectū motiuū cognitionis ex quo verbum procedit.

Repugnat mutua prioritas à quo.

Dices: Vt verbum ſit imago alicuius ob- 97.
iecti non eſt neceſſe, quod producatur im-
mediatè à tali obiecto, ſed ſufficit quod pro-
ducatur à ſpecie propria talis obiecti, at di-
uina eſſentia eſt eminentiſſimo modo ſpecies
propria tum creaturarum poſſibilium, tum
perſonarum Verbi, & Spiritus ſancti, alio-
qui nec repræſentaret quidditatiuè creaturas
poſſibiles, nec intuitiuè perſonas Verbi, &
Spiritus ſancti; ergo vt verbum diuinum ſit
imago tum poſſibilium, tum perſonarum
ſufficit, quod procedat ex cognitione diuinæ
eſſentiæ exercentis munus ſpeciei, & obiecti
motiui etiam reſpectu poſſibilium, & perſo-
narum. Sed contra: Vt verbum ſit imago, 98.
ſufficit quod producatur à ſpecie obiecti,
quando talis ſpecies poteſt ab obiecto pro-
duci, & vel eſt actu ab obiecto producta, vel
ſpeciei ab obiecto productæ æquiualēs, quo-
modo in Angelis verbum procedens à ſpecie
infuſa eſt imago obiecti, per ſpeciem infu-
ſā repræſentati: at verò quando aliqua ſpecies
nullatenùs poteſt ab obiecto produci, ſicuti
nec poteſt produci à poſſibilibus, nec à per-
ſonis Verbi, & Spiritus ſancti pro eo
ſigno, pro quo verbum procedit, tum
verbum procedens ex ſpecie alicuius ob-

Verbū procedens ex ſpecie obiecti quandonam ſit talis obiecti imago.

iecti non eſt imago obiecti per talem ſpeciem repræſentari. Ratio eſt, quia verbum ex tali ſpecie procedens neque immediatè, neque mediatè, neque formaliter, neque æquiualenter producitur ab obiecto per ſpeciem repræſentato: producitur verò mediatè ab obiecto verbum procedens ex ſpecie ab ipſo obiecto producta, producitur ab obiecto æquiualenter verbum procedens ex ſpecie infusâ quidem, producibili tamen ab obiecto, & propterea æquiualente ſpeciei ab obiecto productæ.

99. Ex his habes perſonas Verbi, & Spiritus ſancti reſpectu cognitionis ad ſe ipſas terminatæ ſub aliqua ratione exercere munus obiecti motiui, ſub aliqua alia non. Exercent munus obiecti motiui ſub ea ratione, ſub qua talis cognitio ſumitur vt ſubſequens ipſas perſonas Verbi, & Spiritus ſancti, vt ab iiſdem non minùs, quàm à Patre elicita, vt eſſentialis, & communis, ac conueniens Verbo, & Spiritui ſancto æquè, ac Patri; & ſub hac ratione verificatur quod alibi dictum eſt, non ſolùm eſſentiam, verùm etiam perſonas eſſe obiectũ motiuum diuini intellectus. Non exercent munus obiecti motiui ſub ea ratione, ſub qua talis cognitio ſumitur vt antecedens ipſas perſonas Verbi, & Spiritus ſancti; vt notionalis, & propria Patris. Nec refert, quod cognitio notionalis, & eſſentialis in diuinis, vt *ſuperiore lib. cap.* 3. §. 5. ſint vnus prorſùs, & idem actus. Non refert inquam, quia ſicuti hoc non obſtante ſolùm vt notionalis, non vt eſſentialis habet verbum pro termino producto, ita eodem non obſtante ſolùm vt eſſentialis, non vt notionalis habere poterit perſonas Verbi, & Spiritus ſancti pro principio intentionaliter producente, ſeu pro obiecto motiuo

Perſonæ Verbi, & Spiritus ſancti ſub diuerſa ratione ſunt & nõ ſunt obiectum motiuum diuinæ cognitionis.

100. Probatur ſecunda pars: Quod ſcilicet verbum ſit imago intentionalis ſolius primæ perſonæ, ſeu ſolius Patris, pro quo aduerto ſumi hic Patrem adæquatè prout ſcilicet includit eſſentiam, attributa, & paternitatem, vnde ly *ſolius* ponitur præcisè ad excludẽdas creaturas poſſibiles, & perſonas Verbi, ac Spiritus Sancti, quas, & creaturas verè excludendas eſſe iam probatum eſt, ſicque in præſenti ad probandum verbum eſſe imaginem intentionalem ſolius Patris ſufficit probare ipſum verè eſſe imaginem intentionalem Patris, quod ſtatim præſto. Verbum diuinum eſt intentionaliter repræſentatiuum Patris ex vi proceſſionis intentionalis ab ipſo, ergo verbum diuinum verè eſt intentionalis imago Patris. Conſequentia patet *ex ſupradictis* §. 2. antecedens quoad primam partem euincitur ex eo, quod iam probatum eſt verbum procedere formaliter ex cognitione Patris; quoad ſecundam ſic probatur eſſe ex vi proceſſionis intentionalis ab aliquo obiecto eſt procedere ex cognitione ipſius tanquam principij intentionaliter influentis, & obiecti motiui, ſed verbum diuinum ita procedit ex cognitione Patris, ergo eſt ex vi proceſſionis intentionalis a Patre. Minor probatur: Pater non ſolùm ſecundùm eſſentiam, verùm etiam ſecundum paternitatem, & attributa eſt obiectum motiuum diuinæ cognitionis iuxta *doctrinam præcitatam, ex tractat. ſuperiore*, & cùm non habeat poſterioritatem à quo reſpectu cognitionis vt notionalis, ex qua formaliter verbum procedit, ſicuti talem poſterioritatem habent filius, & Spiritus ſanctus, nihil impedit, quin munus obiecti motiui exerceat etiam reſpectu cognitionis vt notionalis, ex qua verbum procedit: Nec eadem ratio quoad hoc obſtat in Patre, quæ in filio, & Spiritu ſancto, ergo verbum diuinum verè procedit ex cognitione Patris, tanquam principij intentionaliter influentis, & obiecti motiui.

Verbum diuinum eſt imago intentionalis ſolius Patris.

Pater eſt obiectum motiuũ cognitionis notionalis, ex qua procedit verbum.

101. Aduerte hìc, quod etiamſi diceretur, vt multi dicunt ſolam diuinam eſſentiam eſſe obiectum motiuum diuinæ cognitionis, non propterea verbum eſſet imago intentionalis ſolius eſſentiæ, ſed adhuc poſſet, & deberet dici imago intentionalis Patris. Ratio eſt, quia paternitas, quamvis non eſſet principium obiectiuè influens in cognitionem, ex qua formaliter verbum procedit, eſſet tamen conditio ex parte talis principij requiſita, ſine qua, ſicuti nec eſſentia, nec cognitio haberet vllam realem diſtinctionem à verbo, ita nec verbum poſſet aut realiter produci à cognitione, aut realiter repræſentare eſſentiam. Poteſt hoc à ſubiecta materia non multum recedendo exemplificari in prærogatiua imaginis naturalis. Dicitur enim ſecunda perſona imago naturalis Patris, non eſſentiæ, quia licèt eſſentia, non paternitas, exerceat munus principij naturaliter productiui, ex parte tamen talis principij omninò requiritur paternitas tanquam conditio, ſine qua ſicuti non habetur in tali principio realis diſtinctio, ita non haberetur in tali principio realis productio, nec termino producto conueniret prærogatiua realis imaginis.

Etiamſi tamẽ obiectũ motiuum non eſſet, adhuc verbum eſſet ipſius imago.

102. Ex his habes primò imaginem naturalem, & imaginem intentionalem in diuinis ſeruare maximam proportionem, maximamque coniunctionem; non ſolùm enim vtraque conuenit ſoli ſecundæ perſonæ, ſed etiam vtraque eidem conuenit reſpectu ſolius primæ perſonæ, & ſiue de imagine naturali, ſiue de intentionali ſermo ſit, ſimpliciter verificatur: Sola ſecunda perſona eſt imago & ſolius primæ perſonæ eſt imago.

Sola ſecunda perſona eſt imago, & ſolius primæ eſt imago.

Habes ſecundò Sanctum Doctorem *qu.* 4. *de veritate, art.* 5 *ad* 2. rectè tradere quod verbum diuinum dici poſſit verbum creaturæ, at non verbum à creatura: Eſt ſcilicet verbum creaturæ, quatenùs eſt creaturarum expreſſiuum, ipſaſque habet pro obiecto terminatiuo, non eſt verbum à creatura, quia à creaturis non producitur, nec ipſas habet pro obiecto motiuo, ſeu principio obiectiuo. Eadem de cauſa dici poteſt verbum ſui ipſius, & Spiritus ſancti; at non à ſe ipſo, aut à Spiritu Sancto. Ex quo etiam patet obiter; cur verbum, quamvis ex ſui ipſius, & Spiritus ſancti cognitione formaliter procedat, nõ habeat tamen pro principio neque etiam obiectiuo & intentionali aut ſe ipſum, aut Spiritum Sanctum, ſed ſicuti ſub ratione imaginis naturalis habet ſolùm Patrem pro principio generatiuo, ita ſub ratione imaginis intentionalis

Verbum diuinum eſt creaturæ, ſui ipſius, & Spiritus ſancti, non à creatura, ſe ipſo, & Spiritu ſancto.

tionalis eundem ſolùm habet pro principio tum elicitiuo, tum obiectiuo.

---

§. XIV.

Expediuntur alia nonnulla, quæ vlterius dubitari poſſunt circa ſecundam perſonam diuinam, vt Verbum eſt.

103. ASSERTVM: Reliqua, quæ vlteriùs dubitari poſſunt circa ſecundam perſonam diuinam, vt Verbum eſt, ſunt lenis momenti, & facilis ſolutionis, præſertim attendendo ad hucvſque dicta *in §§. ſuperioribus.*

Probatur diſcurrendo breuiter per ea ferè omnia, quæ poſſunt circa ſecundam perſonam, vt verbum, vlterius dubitari.

104. Dubitatur primò, vtrùm verbum diuinum ſit imago intentionalis Patris ratione eſſentiæ, an ratione proprietatis perſonalis. Reſpondetur eſſe imaginem intentionalem ratione vtriuſque, principaliùs tamen ratione eſſentiæ. Hæc reſponſio conſequitur *ad ſecundum aſſertum ſuprà poſitum* §. 4. Ratio eſt, quia ſicuti imago naturalis importat ſimilitudinem naturalem, & in eſſendo; ita imago intentionalis importat ſimilitudinem intentionalem, & in repræſentendo. Sicuti item illa dicit proceſſionem naturalem, ita iſta dicit proceſſionem intentionalem ab eo, cuius eſt imago. Secundæ autem perſonæ reſpectu primæ ſimilitudo tum phyſica, tum intentionalis conuenit ratione proprietatis eſſentiæ, proceſſio item tum phyſica, tum intentionalis ratione proprietatis perſonalis, ergo ſecunda perſona ſicuti eſt imago naturalis Patris, tum ratione eſſentiæ tum ratione proprietatis perſonalis; ita ratione vtriuſque eſt eiuſdem Patris imago intentionalis. Rurſùs ſicuti eſt imago naturalis principalius ratione eſſentiæ, quàm ratione proprietatis perſonalis, quia quod principalius conſideratur in imagine naturali eſt ſimilitudo in natura, ita propter eandem proportionaliter rationem eſt imago intentionalis principaliùs ratione eſſentiæ, quàm ratione proprietatis perſonalis.

Verbum diuinum eſt imago intẽtionalis Patris, tum ratione eſſentiæ, tum ratione proprietatis perſonalis.

105. Dubitatur ſecùndò: Vtrùm Verbum ſit intentionaliter expreſſiuum, ſeu repræſentatiuum ſui ipſius, Spiritus Sancti, & creaturarum poſſibilium ratione eſſentiæ, an ratione proprietatis perſonalis. Reſpondetur, Verbum diuinum eſſe intentionaliter expreſſiuum, &c. ratione ſolius eſſentiæ, vt affectæ tamen proprietate perſonali, tanquam conditione. Probatur, & explicatur: In Verbo diuino eſſe intentionaliter expreſſiuum ſui ipſius, ſpiritus Sancti, & poſſibilium non importat proceſſionem à ſeipſo, Spiritu Sancto, & poſſibilibus, *vt ſuperiori* §. traditum eſt: ergo non conuenit Verbo ratione proprietatis perſonalis, quæ ſola eſt terminus proceſſionis, & ratione cuius conuenit Verbo diuino prærogatiua Imaginis importantis in ſuo conceptu proceſſionem: Supereſt igitur, quod eſſe intentionaliter expreſſiuum ſui ipſius, Spiritus Sancti, & poſſibilium conueniat Verbo diuino ratione ſolius eſſentiæ, quæ quidem cum ſit in eſſe tum intelligibili, tum intellecto ſpecies vniuerſaliſſima, & eminentiſſima, vtique poteſt tribuere Verbo intentionalem repræſentationem cuiuſcumque obiecti. Quia tamen ea, quæ ad intra conueniunt ratione ſolius eſſentiæ ſecundùm ſe, omnibus perſonis ſunt communia. Repræſentatio autem, de qua in præſenti, eſt propria Verbi, debet huiuſmodi repræſentatio deriuari non ab eſſentia diuina ſecundum ſe, ſed ab ipſa vt affectâ ſpeciali proprietate Verbi, ſcilicet ab ipsâ vt communicatâ viâ intellectiuâ, & exiſtente in perſona, quæ ex proprio modo procedendi, & ex ſua ſpeciali perſonalitate poſtulat intẽtionaliter repræſentare res omnes.

Eſt intentionaliter expreſſiuum ſui, Spiritus ſancti, & poſſibilium, ratione ſolius eſſentiæ.

Dubitatur tertiò an, & in ordine ad quodnam obiectum detur in Verbo diuino realis reſpectus repræſentantis ad repræſentatum. Reſpondetur dari in Verbo diuino huiuſmodi realem reſpectum in ordine ad Patrem, item in ordine ad creaturas poſſibiles, non verò in ordine aut ad ſeipſam, aut ad Spiritum ſanctum. Probatur prima pars reſponſionis, quia inter verbum diuinum, & Patrem; inter verbum diuinum, & creaturas poſſibiles, dantur omnia requiſita pro reali reſpectu repræſentantis ad repræſentatum. Datur enim realis diſtinctio extremorum, quia verbum diuinum tum à Patre, tum à creaturis poſſibilibus realiter diſtinguitur. Datur realis ratio fundandi, quæ quidem reſpectu Patris eſt proceſſio intentionalis ab ipſo tanquam ab obiecto motiuo, & intentionaliter influxiuo: reſpectu poſſibilium ipſa diuina eſſentia, quæ vt affecta ſpeciali perſonalitate verbi, ſeu vt communicata viâ intellectiuâ fundat in Verbo ſpecialem repræſentationem, & expreſſionem poſſibilium, ergo inter verbum diuinum, & Patrem; inter verbum diuinum, & creaturas poſſibiles, datur realis reſpectus repræſentantis ad repræſentatum. 106.

Verbum diuinum habet realem reſpectum repræſentantis in ordine ad Patrem, & in ordine ad poſſibilia.

Neque contra realem reſpectum Verbi ad Patrem in ratione repræſentantis dicas hoc modo multiplicari in diuinis relationes reales ad intra ſuper quaternarium numerum ſtabilitum *ſuperiore lib. cap. 7. §. 3.* Impugnabetis enim quia ſicuti eſſe verbum, & eſſe filium ſunt vna, & eadem prorsùs perſona, nec differunt niſi penes conceptum magis, vel minùs explicitum, quatenùs ſub nomine Verbi importatur magis explicitè habitudo ad primam perſonam, vt principium obiectiuum; ſub nomine filij magis explicitè importatur habitudo ad eandem, vt principium generatiuum, ita relatio, qua conſtituitur verbum, quæ eſt repræſentatiui ad repræſentabile, & relatio, qua conſtituitur filius, quæ eſt generabilis ad generatiuum ſunt vna, & eadem prorsùs relatio ſolùm diuerſimodè explicata, ſicque reſpectus realis Verbi ad Patrem in ratione repræſentantis non auget quaternarium numerum relationum ſuprà ſtabilitum. 107.

Relatio repræſentatiui in verbo nõ auget quaternarium numerum relationum realium.

Neque item contra realem reſpectum Verbi ad creaturas poſſibiles dicas nullam 108.

lam relationem ad extra eſſe realem in Deo, Impugnaberis enim, quia relationem ad extra in Deo non eſſe realem verificatur ad ſummum de relatione, qua Deus ad extra reſpicit creaturas exiſtentes, & hoc neque in omnium ſententia, ſed ſolum in ſententia aſſerente relationem eſſe entitatem ſuperadditam, & superuenientem poſito termino, quomodo ex relatione reali Dei ad creaturas exiſtentes ſequeretur aliquid in tempore Deo ſuperuenire. Cæterùm in ordine ad creaturas poſſibiles ab æterno, & inuariabiliter in ſtatu poſſibilitatis conſtitutas, nihil cogit negare in Deo relationem realem, imo hanc euincit habitudo omnipotentiæ, & omniſcientiæ Dei ad poſſibilia. Probatur ſecunda pars reſponſionis, & quidem, quod non detur in verbo realis reſpectus, ſeu realis relatio ad ſe ipſum ferè conſtat ex terminis, cum apud omnes in confeſſo ſit nihil realiter ad ſe ipſum referri, nec dari realem relationem, niſi inter extrema realiter diſtincta. Quòd neque detur in verbo realis reſpectus repræſentantis in ordine ad Spiritum Sanctum probatur, quia ex mox dicendis ad dubium ſuperius verbum habet repræſentare Spiritum Sanctum ratione eſſentiæ, adeóque ratio fundandi in verbo ad Spiritum Sanctum relationem repræſentantis non poteſt eſſe, niſi eſſentia: at eſſentia non poteſt eſſe ratio fundandi relationem aliquam realem inter verbum, & Spiritum Sanctum, ergo in verbo ad Spiritum Sanctum non datur realis relatio repræſentantis. Minor probatur: Eſſentia eſt prorsùs eadem numero in verbo, & Spiritu Sancto, at ratio fundandi reales relationes oppoſitas, cuiuſmodi ſunt relatio repræſentantis, & relatio repræſentati, nequit eſſe eadem numero in vtroque extremo, quemadmodum ex profeſſo probatum eſt *lib. ſuperiore, cap.7.*

109\. Repræſentat verbum realiter etiam ſe, & Spiritum Sanctū.

§. 3. ergo. Neque dicas hinc ſequi quod verbum neque ſe ipſum, neque Spiritum Sanctum realiter repræſentet: Impugnaberis enim, quia aliud eſt repræſentationem eſſe realem, aliud eſt repræſentationem eſſe realem relationem. Et ſicuti ex *loco mox citato*, datur inter diuinas perſonas realis æqualitas, realis ſimilitudo, non vero realis relatio ſimilitudinis; ita dari poteſt realis repræſentatio abſque reali relatione repræſentationis, & verbum repræſentat realiter tum ſe ipſum, tum Spiritum Sanctum, licèt nec habeat realem reſpectum repræſentantis ad ſe ipſum, nec ad Spiritum Sanctum.

110\. Verbum diuinum habet realem reſpectum ad dicentē.

Dubitatur quartò: Vtrùm præter reſpectum, ſeu relationem ad obiectum detur in verbo diuino aliquis alius reſpectus realis. Reſpondetur affirmatiuè, datur ſcilicet reſpectus realis ad dicentem. Probatur, & explicatur: Verbum mentale ex dictis §. 5. duo habet ex genere ſuo: & quod ſit repræſentatio obiecti, & quod ſit repræſentatio vitalis: quatenus eſt repræſentatiu obiecti reſpicit obiectum, & habet ad ipſum relationem repræſentantis ad repræſentatum: quatenus eſt repræſentatio vitalis debet produci à principio intelligente, ac viuente, adeóque debet habere relationem ad tale principium: & quia intellectio productiua verbi ſpeciali nomine appellatur dictio, & principium, intelligendo producens, verbum appellatur dicens, relatio verbi ad perſonam, à qua vitaliter producitur, ſolet appellari relatio ad dicentem, & in verbo diuino talis relatio eſt ad ſolam primam perſonam; ſatis enim, ſuperque conſtat intellectionem diuinam eſſe fœcundam ſolùm in prima perſona, ſolam primam perſonam intelligendo verbum producere. Ecce explicatum non ſolùm, quod detur in verbo diuino reſpectus, & quidem realis (cum fundetur in reali productione, & verſetur inter extrema realiter diſtincta) ad dicentem, verùm etiam ad quemnam terminum ſit talis reſpectus, eſt ſcilicet ad ſolam primam perſonam. Ex quo habes in ſecunda perſona ad primam dari triplicem realem relationem, vel potius vnam realem relationem ſub triplici denominatione. Eadem quippè relatio ſecundæ perſonæ, quatenus eſt ad primam perſonam, vt generantem, denominatur relatio filij ad patrem; quatenus eſt ad primam perſonam, vt ad obiectum, denominatur relatio repræſentantis ad repræſentatum; quatenus eſt ad eandem, vt intelligentem intellectione fœcunda, & notionali, denominatur relatio termini dictione producti, ſeu dicti ad dicentem.

In ſecunda perſona ad primam datur triplex realis relatio, vel potius vna relatio ſub triplici denominatione.

Dubitatur quinto: Quidnam principalius verbum importet, abſolutumne, an reſpectiuum: eſſentiam, an relationem. Reſpondetur certum eſſe, quod verbum diuinum vtrumque eſſentialiter importat: Verbum enim diuinum eſt diuina perſona, & cuilibet diuinæ perſonæ commune eſt ex natura, & relatione conſtitui. Quoad id deinde, quod importat principalius non videtur poſſe determinatè aſſignari, ſed ſentiendum eſt ſub diuerſa ratione aliquando eſſentiam, aliquando relationem principalius importare: Si nimirum conſideretur verbum, quatenus eſt expreſſiuum, & repræſentatiuum obiecti importat principalius eſſentiam, quia intentionalis expreſſio, & repræſentatio ipſi conuenit principalius ratione eſſentiæ. Si conſideretur verbum, quatenus eſt terminus dictione, ſeu notionali intellectione productus, principalius importat relationem, quia in diuinis ad intra nihil producitur realiter, niſi relatio, & de verbo ſub hac conſideratione ait D. Thomas *prima parte, quæſt. 34. artic. 3. ad 4. Nomen verbi principaliter impoſitum eſſe ad ſignificandam relationem ad dicentem*, ſicuti è contra de verbo ſub priore conſideratione ait *quæſt. 4. de veritate, art. 5. in C. Hoc nomen verbum imponitur ad ſignificandum aliquod abſolutum cum aliquo reſpectu adiuncto*, ſicque vtraque auctoritas nobis fauet, nec cum Caietano cogimur dicere Sanctum Doctorem mutaſſe ſententiam, & *prima parte*, retractaſſe, quod dixerat *quæſtion. 4. de veritate.* 111.

Verbum diuinum ſub aliqua ratione abſolutū ſub alia reſpectiuum principalius importat.

Dubitatur ſexto: Cuinam verbum diuinum repræſentet id, ad quod repræſentan- 112.

dum à patre profertur, ſeu cuinam pater loquatur producendo, & dicendo verbum. Reſpondetur cum Logo *prima parte, libro 2. diſp. 16. cap. 4. num. 4.* aliiſque nonnullis contra Vaſquium *diſputat. 144. cap. 2. num. 8.* Verbum ex vi ſuæ proceſſionis repræſentare ſibi ipſi formaliter ea, quorum eſt repræſentatiuum; & Patrem producendo verbum non ſibi, ſed ipſi verbo loqui. Probatur, quia ex vna parte pater producit verbum ex fœcunditate naturæ, non ex indigentia intellectionis, produceretur autem ex indigentia intellectionis, ſi patri repræſentaret ea, quæ pater intelligit: ex alia parte verbum diuinum ex vi ſuæ proceſſionis procedit, vt intelligens, ergo procedit vt ſibi repræſentans ea, quæ intelligit. Et ſicuti verbum producitur vt ſit in ſe Perſona intelligens, non vt faciat intelligentem patrem; ita producitur, vt ſibi repræſentet intelligibilia, non vt repræſentet illa Patri. In quo obiter animaduerte diſcrimen verbi creati ab increato: Illud enim, ſicuti producitur ex indigentia intelligentis; ita ipſi intelligenti repræſentat, nec eſt in ſe aliquid intelligens: iſtud ſicuti producitur non ex indigentia intelligentis, ſed vt ſit in ſe perſona intelligens, ita repræſentat ex vi ſuæ proceſſionis ſibi, non elicienti ipſum.

Pater proferendo verbũ loquitur ipſi verbo.

113. Dices primo: Verbum diuinum appellatur verbum Patris, ergo Patri repræſentat, & pater dicendo verbum ſibi ipſi loquitur. Sed contra: Verbum diuinum dicitur verbum patris, non quia patri repræſentet, ſed quia à patre profertur, ſeu elicitur. Vnde cum dicitur verbum alicuius, eſt ambigua locutio; ly enim *alicuius* vel ſupponit pro eo, à quo verbum profertur, vel pro eo, quod verbum repræſentat, vel pro eo, cui repræſentat. Primo modo verbum diuinum eſt verbum ſolius patris: Secundo modo eſt verbum omnium perſonarum, & creaturarum poſſibilium. Tertio modo eſt verbum ſui ipſius. Neque vrgeas; repræſentatio de qua in præſenti, debet eſſe repræſentatio notionalis ipſius verbi propria, at repræſentatio, quo verbum ſibi repræſentat non eſt ipſius verbi propria, ergo repręſentatio de qua in præſenti debet eſſe repræſentatio, qua verbum repræſentet patri. Minor probatur: Repręſentare ſibi ipſi omne intelligibile conuenit cuilibet diuinæ perſonæ ratione eſſentiæ, ergo. Contra enim: Repræſentare ſibi quomodocumque omne intelligibile, vtique conuenit cuilibet diuinæ perſonæ ratione eſſentiæ: at vero repræſentare ſibi ex vi propriæ proceſſionis formaliter, & ex ſpeciali modo habendi eſſentiam viâ intellectiuâ, & repræſentatiuâ eſt notionale, & proprium verbi, & ſecundum hanc repræſentationem pater producendo verbum ipſi verbo loquitur.

Verbum alicuius tripliciter dicitur.

114. Dices ſecundò ex D. Thoma *prima parte, quæſt. 34. art. 1. ad 3. dicere importat principaliter habitudinem ad verbum conceptum; nihil enim eſt aliud dicere, quam proferre verbum, ſed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam, quæ in verbo prolato manifeſtatur intelligenti*, ergo Pater ſibi ipſi intelligenti loquitur. Sed contra: Dum ex D. Thoma dicere mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam, quæ in verbo prolato manifeſtatur intelligenti, vel ſumitur dicere, & proferre verbum prout abſtrahit à diuinis, & creatis: in creatis autem veriſſimum eſt verbum mentale manifeſtare intelligenti rem intellectam, & per verbum mentale ſibi ipſi intelligentem loqui; vel ſi ſumitur dicere, & proferre verbum prout exercetur in diuinis, nomine intelligentis ſignificatur perſona verbi producta per dicere, quæ etiam ipſa eſt intelligens, non verò perſona patris intelligens producendo dictionem.

Dubitatur ſeptimò: Vtrum pater non ſolum dicat verbo quatenus ipſi verbo loquitur, verum etiam dicat verbo, quatenus à verbo dicens denominetur. Huic dubio opportunior reſpondendi locus occurret *c. ſequenti, §. 13.* 115.

CAPVT IV.

De tertiâ Perſonâ diuina.

LICET Sabellianæ hæreſis blaſphemia ſit Deum trinominum, non Trinum facere, omni tamen vacat erroris ſuſpicione trinominas facere ſingulas diuinas perſonas: non quod trium nominum appellatione ſufficienter exprimantur, ſed quod tribus potiſſimum nominibus tanquam aut notioribus, aut aptioribus ſoleant deſignari. Et quidem primæ, & ſecundæ perſonæ tria nomina; reſpectu ſcilicet primæ nomina Patris, principij, ingeniti; reſpectu ſecundæ nomina filij, imaginis, verbi iam perpendimus. Superſunt perpendenda tria nomina tertiæ perſonæ, nimirum nomina Spiritus Sancti, doni, Amoris. Pro quorum communi, ac vniuerſali notitiâ, multóque magis pro aliquali apparatu ad faciliorem intelligentiam eorum, quæ circa tertiæ perſonæ proceſſionem, & principium poſt delibatam trium nominum conuenientiam ſubiicientur, operæpretium eſt nonnulla præmittere. Ideo 1.

Qualibet diuina perſona eſt trinomina.

Præmitto primò: maiorem eſſe penuriam propriorum vocabulorum reſpectu tertiæ, quam reſpectu aliarum diuinarum perſonarum. Ex hac penuria factum eſt primo, vt Theologi reſpectu tertiæ perſonæ magis, quam reſpectu aliarum ad nomina communia confugerint: Solent enim in qualibet materia communia appropriari in defectum propriorum. Ideò vt ex tribus primis paragraphis conſtabit, ſumendo proprium, vt contradiſtinguitur à communi, minus propriè tertiæ perſonæ conueniunt nomina Spiritus Sancti, Amoris, Doni, quam conueniant ſecundæ nomina filij, imaginis, verbi; aut 2.

Maior eſt penuria propriorum vocabulorũ reſpectu tertiæ perſonæ, quam reſpectu aliarum.

aut primæ nomina patris, & ingeniti. Factum eſt ſecundò, vt plura circumferantur nomioa tertiæ perſonæ, quam aliarum; quod enim magis occultum eſt proprioque nomine minus deſignabile, ſolet maiori verborum circumlocutione proponi, & iuxta varias perfectiones, ac proprietates variis nominibus indicari, vt per plures inadæquatos conceptus pluribus nominibus reſpondentes aliqualiter compenſetur detrimentum ex proprii nominis defectu deriuatum.

3. Præmitto ſecundò: Inter plura, licet appropriata magis, quam propria, quæ (vltra tria iam numerata) circumferuntur, tertiæ perſonæ nomina celeberrima eſſe illa, quibus in hymno Pentecoſtes dicitur *fons viuus, Spiritalis vnctio, digitus paternæ dexteræ*: & quamvis circa hoc poſtremum ſit ſpecialis ratio dubitandi ſita in eo, quod digitus, cum potentiam denotet potiùs, quàm bonitatem, videtur debere tribui primæ perſonæ, cui appropriatur potentia, potiùs quàm tertiæ, cui appropriatur bonitas. Nihilominus ipſum tertiæ perſonæ, ſeu ſpiritui Sancto optimè congruere oſtenditur ex eo, quod, ſicuti manus operatur per digitos; ita Deus operatur dona ſupernaturalia per virtutem Spiritus Sancti. Adeſt etiam maior congruentia tribuendi Spiritui Sancto nomen digiti, ſi ſermo ſit de digito annulari, adeò vt pollex eo, quod vi valde polleat, referat patrem, cui appropriatur potentia; Index eo, quod indicet, & quodammodo doceat, referat filium, cui appropriatur Sapientia; Annularis eo, quod ſit ſpeciale Symbolum Amoris referat Spiritum Sanctum, cui tribuitur Amor. Huius rei ampiam magis, & eruditam explicationem ſuppeditat Marchinus *de Trinitate, diſput.* 46. *ad finem.*

Spiritus Sanctus cur dicatur digitus paternæ dexteræ.

4. Præmitto tertiò: Penutiam propriorum vocabulorum, qua in tertia perſona diuina laboramus, oriri ex modo procedendi per voluntatem, cuius proceſſio, vt aduertit etiam S. Doctor *prima parte, quæſtion.* 37. *art.* 1. *in C.* eſt nobis minus nota, quam proceſſio intellectus, vnde ad ſignificanda ſingula, quæ in iſta proceſſione conſiderantur, propria, & diſtincta vocabula ſuppetunt, ſecus vero ad ſignificanda ea, quæ conſiderantur in proceſſione voluntatis. Sic proceſſio intellectus, ſi conſideretur, vt eſt habitudo intelligentis ad obiectum intellectum, appellatur ſimpliciter intellectio: Si vt eſt habitudo intelligentis ad terminum intellectione productum, appellatur dictio: Si vt eſt habitudo termini intellectione producti ad intelligentem, appellatur verbum. At in proceſſione per voluntatem, quamvis reperiatur proportionaliter hæc triplex habitudo, tamen non triplici, ſed vno, eodemque nomine Amoris, ſeu dilectionis exprimitur.

Vnde oriatur penuria vocabulorū in proceſſione tertiæ perſonæ diuinæ.

5. Præmitto quartò recolendam eſſe ex *lib. ſuperiore, cap.* 4. §. 8. quod ſicuti, quia intellectus operatur viâ aſſimilatiuâ, terminus productus per operationem intellectus dicitur ſimilitudo expreſſa, ſeu quoad idem eſt verbum; ita quia voluntas operatur viâ impulſiuâ, terminus productus per operationem voluntatis, rectè dicetur impulſus. Hinc ſi quis velit pro proceſſione voluntatis aſſignare tria diſtincta nomina correſpondentia iis, quæ vſurpari ſulent in proceſſione intellectus, appellare poterit habitudinem amantis ad obiectum amatum, Amationem; & hæc correſpondebit intellectioni: habitudinem amantis ad terminum amatione productum, Amorem; & hic correſpondebit dictioni: habitudinem termini amatione producti ad amantem, impulſum; & hic correſpondebit verbo. Ex his de amore præmiſſis placet arripere occaſionem inchoandi examen trium præcipuorum nominum tertiæ diuinæ perſonæ conuenientium à nomine Amoris. Ideo ſit

---

§. I.

Quomodo tertiæ perſonæ diuinæ conueniat nomen Amoris?

ASSERTVM I. Tertiæ Perſonæ diuinæ conuenit propriè nomen amoris, prout ly *proprie* contradiſtinguitur à Metaphorico, & tranſlatitio. Eſt veritas fidei, ſicuti de fide eſt ſecundæ perſonæ diuinæ conuenire propriè nomen verbi, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à Metaphorico. 6.

Tertiæ perſonæ diuinæ propriè cōuenit nomē Amoris.

Probatur: Licet ſcriptura, vt notat Auguſtinus *lib.* 15. *de Trinitate, cap.* 17. expreſsè non tribuat tertiæ perſonæ diuinæ nomen Amoris, tribuitur tamen ipſi huiuſmodi nomen non ſolum ex communi Theologorum, & Sanctorum Patrum auctoritate; verum etiam ex communi ſenſu, & vſu Eccleſiæ; dicere autem communem modum, quo in rebus fidei Eccleſia loquitur, eſſe improprium, & Metaphoricum eſt plurimum detrahere ipſis fidei Myſteriis, & fidei veritati aliqualiter contraire, ergo. Confirmatur: Nomina perſonalia in diuinis propria ſunt, non metaphorica, vt patet inducenti per nomina perſonalia primæ, & ſecundæ perſonæ, ſed nomen Amoris conuenit tertiæ perſonæ, vt nomen perſonale ex mox dicendis in ſequenti aſſerto, ergo conuenit ipſi propriè non metaphoricè.

ASSERTVM II. Nomen amoris in diuinis in aliquo ſenſu eſt perſonale, & ſecundum quod perſonale eſt, conuenit propriè tertiæ perſonæ, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 37. *art.* 1. *in C.* D. Bonauentura *in primo, diſt.* 10. *art.* 2. *quæſt.* 1. aliique Theologi communiſſimè contra Durandum concedentem tertiæ perſonæ ſolum per accommodationem nomen Amoris, & facientem tale nomen ſimpliciter eſſentiale ex eodem capite, ex quo, vt *ſuo loco* relatum eſt, facit eſſentiale, & ſolùm per accommodationem ſecundæ perſonæ conueniens nomen verbi. 7.

Et in aliquo ſenſu etiam vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali.

Probatur,

Probatur, & explicatur: Nomen Amoris ſecundum propriam ſignificationem tripliciter vſurpatur, ſeu tria ſignificat; nimirum primo habitudinem amantis ad obiectum amatum, & in hoc ſenſu eſt nomen eſſentiale conueniens tribus perſonis diuinis, ſeu Deo ſecundum ſe, iuxta illud 1. Ioan. 4. *Deus charitas eſt.* Secundò habitudinem amantis ad terminum amatione productum, & in hoc ſenſu eſt nomen notionale, conueniens primæ, & ſecundæ perſonæ. Tertio habitudinem termini amatione producti ad amantem, & in hoc ſenſu proprio vocabulo dici poteſt impulſus, eſtque nomen perſonale conueniens tertiæ perſonæ eodem modo, quo conuenit ſecundæ perſonæ nomen verbi, de quo *ſuperiori cap.* §. 6. probatum eſt ſecundæ perſonæ conuenire propriè, etiam vt diſtinguitur à communi, & eſſentiali. Ratio paritatis eſt, quia ſicuti ſe habet verbum ad intellectum: ita ſe habet amor ſumptus pro impulſu producto ad voluntatem: & ſicuti ſecunda perſona diuina procedit per intellectum; ita tertia per voluntatem, ergo ſicuti ſecundæ perſonæ diuinæ, quia procedit per intellectum, proprium eſt, vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, nomen verbi; ita tertiæ, quia procedit per voluntatem, debet eodem modo eſſe proprium nomen Amoris ſumpti

8\. Nomé amoris eſſe proprium tertiæ perſonæ ex Scriptura manifeſte non conuincitur.

pro impulſu producto. Hac ratione efficaciùs, quam ex Scripturæ auctoritate aſſerta veritas conuincitur, & licet nonnulli de tertia Trinitatis Perſona, ſeu de Spiritu Sancto intelligant verba illa 1. Io. 4. *Charitas ex Deo eſt*; magis tamen congruenter, & magis conformiter ad textum intelliguntur de Charitate creata, vt notat Eſtius *in* 1. *diſt.* 10. §. 4. Non tamen è contra audiendi ſunt nonnulli ſuſpicantes ex Scriptura potiùs argui quod nomen Amoris, ſeu Charitatis ſit proprium patris propter verba illa Col. 1. *Tranſtulit nos in regnum filij dilectionis ſuæ*: audiendi, inquam, non ſunt, quia ſecundum phraſim Hebraïcam filius dilectionis idem eſt, ac Filius dilectus, ſicuti filius perditionis, filius perditus, aut perditioni deſtinatus. Maiorem aliquam difficultatem præferunt verba, quibus vtitur Eccleſia in Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis canens: *Charitas Pater eſt, gratia Filius, communicatio Spiritus Sanctus*, quod, vt aduertit Eſtius §. *precitato*, ſumptum videtur ex 2. Cor. 13. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Charitas Dei, & communicatio Sancti*

Charitas quomodo ab Eccleſia tribuatur patri.

Spiritus. Nihilominus Apoſtolus loquitur de Charitate creatâ, quam à Deo precatur Corinthiis. Eccleſia loquitur per accommodationem, & ſpecialis ratio accommodandi Charitatem Patri potius habetur ex illo Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum, &c.* quàm ex allatis verbis ad Corinthios.

9\. Amor, dilectio, Charitas in creatis differunt, nó in diuinis.

Porrò quod dictum eſt Amorem in diuinis eſſentialiter, notionaliter, & perſonaliter ſumi, procedit etiam de nominibus charitatis, & dilectionis. Quamvis enim Amor, dilectio, Charitas, in creatis aliquod diſcrimen ſortiantur, quia dilectio ſuperaddit amori electionem rei amatæ ex pluribus, vt videtur indicari Cantic. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.* Charitas ſuperaddit maiorem æſtimationem, ſeu appretiationem; ſolet enim haberi chariſſimum, quod plurimum æſtimatur. Neſcit tamen hæc diſcrimina diuinus Amor, qui modo ſimpliciſſimo, & excellentiſſimo continet quidquid perfectionis in Amore, dilectione, & charitate creatis excogitari poteſt.

Circa tertiam perſonam diuinam vt amor eſt, ſolent nonnulla dubitari, quibus ex profeſſo infra ſatisfiet: pro nunc ſufficiat attigiſſe, quod titulus exigebat, explicaſſe ſcilicet modum, quo tertiæ perſonæ conuenit nomen amoris.

---

§. II.

Quomodo tertiæ Perſonæ diuinæ conueniat nomen Doni?

ASSERTVM I. Tertiæ perſonæ diuinæ conuenit propriè nomen doni, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à Metaphorico, & tranſlatitio. Eſt veritas fidei eodem, imo potiori iure, quàm veritas fidei ſit conuenire propriè, vt contradiſtinguitur à Metaphorico, eidem tertiæ perſonæ nomen Amoris.

10\. Tertiæ perſonæ diuinæ conuenit nomen doni propriè, prout contradiſtinguitur à Metaphorico.

Probatur primò ex eo, quod Scriptura expreſſius tribuit tertiæ perſonæ nomen doni, quam nomen Amoris, communis item Eccleſiæ ſenſus, communiſque Sanctorum Patrum auctoritas æquè vtitur in ordine ad tertiam perſonam nomine doni, ac vtatur nomine Amoris, ergo propriè prout contradiſtinguitur à Metaphorico, conuenit tertiæ perſonæ nomen doni, eodem, imo potiori iure, quàm conueniat nomen Amoris. Antecedens conſtabit ex auctoritatibus in huiuſce §. progreſſu afferendis: Conſequentia procedit à pari, & ex eo, quod nulla eſt maior neceſſitas detorquendi ad ſenſum improprium nomen doni, quam nomen Amoris.

Probatur ſecundò: Tertiæ perſonæ diuinæ conuenit nomen doni ſecundum quod communiter cum Ariſtotele definitur, ergo ipſi conuenit nomen doni propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à Metaphorico: Conſequentia patet, quia definitio legitima debet explicare eſſentiam rei propriè, non Metaphoricè acceptæ. Antecedens probatur: Donum ex Ariſtotele 4. *Top. cap.* 4. eſt datio irreddibilis, id eſt, vt exponit D. Thomas *prima parte, quaſtion.* 38. *art.* 2. *in C.* non facta intentione retributionis, ſed gratioſè omninò, & liberaliter: at in hoc ſenſu verè conuenit tertiæ perſonæ diuinæ, quod ſit datio indabilis, ergo. Minor probatur. *Deus bonorum noſtrorum non eget*, ex Pſalm. 15. *& nihil de manu noſtra*

11\.

Doni definitio.

accepit

accepit, *ex Iob.* 25. Ergo datio ipſius eſt irreddibilis.

12. Dices iuxta hanc probationem: Ratio doni conuenit tertiæ perſonæ diuinæ in ordine ad creaturas, at hoc eſſe non poteſt, primò quia donum transfertur in poteſtatem eius cui donatur, & ei aliqualiter ſubiicitur: Quis autem admittat Spiritum transferri in poteſtatem creaturæ, & creaturæ ſubiici. Secundo quia donum non conueniret tertiæ perſonæ realiter, & ab æterno; importaret enim reſpectum ad creaturas exiſtentes, qui reſpectus ex eo quod ſit ad creaturas, nequit eſſe realis, cum nulla relatio Dei ad extra realis ſit: Ex eo, quod ſit ad creaturas exiſtentes, nequit eſſe ab æterno, cum nullus reſpectus eſſe poſſit ſine termino, & nulla creatura exiſtens ſit ab æterno.

13. Sed contra: Libenter admitto nomen doni conuenire tertiæ perſonæ diuinæ in ordine ad creaturas, & ad extra; neque enim datio liberalis, & gratioſa exerceri poteſt ad intra, vbi quidquid vel à ſe, vel ab alio habetur, habetur neceſſario, naturali, & eſſentiali iure. Ad primam probationem in oppoſitum dico transferri donum in poteſtatem eius, cui donatur, quoad vſum, vel fruitionem, quatenùs is, cui donatur, poteſt dono vti, vel frui; non quoad ſubiectionem, quatenùs is, cui donatur, debeat ſemper acquirere ſuper donum altum quoddam, & ſupremum dominium: in primo ſenſu nullatenùs repugnat Spiritum ſanctum transferri in poteſtatem creaturæ, cum præſertim quoad fruitionem transferantur de facto in poteſtatem beatorum diuina eſſentia, & omnes diuinæ perſonæ, nedum Spiritus ſanctus ſeu tertia perſona. Ad ſecundam probationem etiamſi permitteretur reſpectum ad creaturas exiſtentes nec realiter, nec ab æterno in Deo reperiri, adhuc cum Eſtio *in* 1. *diſt.* 18. §. 1. dici poſſet rationem doni in tertia perſona importare reſpectum ad creatoras ſolùm ſecundariò, & minùs principaliter; primariò verò & principaliter importare proceſſionem ex Patre, & Filio; quæ ſicuti realiter, & ab æterno tertiæ perſonæ conuenit; ita facit, quod realiter etiam, & ab æterno tertiæ perſonæ conueniat ratio doni. Nihilominùs permittendum non eſt reſpectum ad creaturas in ratione doni importatum non conuenire realiter, & ab æterno tertiæ perſonæ. Enimverò ex eo, quod talis reſpectus ſit ad creaturas, malè infertur non eſſe realem, cum ſemel, & iterùm reiecta ſit propoſitio illa, nulla relatio Dei ad extra eſt realis: ex eo quod talis reſpectus ſit ad creaturas exiſtentes, malè infertur non eſſe ab æterno, cum & decreta Dei libera, & ſcientia viſionis ſint ab æterno, quamvis dicant reſpectum ad creaturas exiſtentes. Deinde falſum eſt reſpectum, quem importat ratio doni conueniens tertiæ perſonæ diuinæ, debere eſſe ad creaturas exiſtentes; ſufficit enim, quod ſit ad creaturas poſſibiles. Pro quo

Donũ quo modo debeat transferri in poteſtatẽ eius, cui datur.

14. Aduerte ly *datio* in definitione doni debere ſumi pro datione aptitudinali, & in actu primo; non pro datione exercita, & in actu ſecundo, tum quia verba in definitionibus regulariter ſupponunt pro actu primo, qui eſſentialis eſt, non pro actu ſecundo, qui ſolet eſſe accidentalis; tum quia ſi ly *datio* ſumeretur pro datione exercita, & in actu ſecundo, non diſtingueretur donum à donato, contra D. Auguſtinum *lib.* 5. *de Trinitate*, *cap.* 15. dicentem: *Aliter intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum; nam donum poteſt eſſe & antequam detur, donatum autem niſi datum fuerit, nullo modo dici poteſt.* Quamvis igitur actu dari conueniat tertiæ perſonæ ſolùm in ordine ad creaturas exiſtentes, tamen dari poſſe ipſi conuenit etiam in ordine ad creaturas poſſibiles, & quia ad rationem doni ſufficit dari poſſe, ad rationem doni in tertia perſona diuina ſufficit reſpectus ad creaturas poſſibiles, quem reſpectum etiam adæquatè ſumptum potuiſſe eſſe ab æterno extra controuerſiã eſt. Iure propterea Auguſtinus verbis illis relatis præmittit de tertia perſona; *Quia ſic procedebat, vt eſſet donabile, iam donum erat, & antequam eſſet, cui daretur.* Cum Auguſtino ſentit D. Thomas *prima parte*, *quæſt.* 38. *art.* 1. *ad* 4. *Donum enim non dicitur ex eo, quod actu datur, ſed in quantum habet aptitudinem, vt poſſit dari. Vnde ab æterno diuina perſona dicitur donum, licet ex tempore detur.* Nec aut Angelico Doctori, aut ſibi ipſi aduerſatur Auguſtinus, dum *lib.* 15. *de Trinitate*, *cap.* 19. ait: *Spiritum ſanctum eſſe donum Dei in quantum datur, &c.* Non aduerſatur inquam, quia ly *in quantum datur*, permiſſiuè ſumitur, non excluſiuè, ſenſus ſcilicet eſt Spiritum ſanctum etiam, quando datur, eſſe donum Dei; non verò eſſe donum Dei tunc ſolùm, quando datur.

Donũ quomodo differat à donato.

Ratio doni conuenit Spiritui Sancto etiam in ordine ad creaturas poſſibiles.

15. Assertvm II. Nomen doni in diuinis in aliquo ſenſu eſt perſonale, & ſecundùm quod perſonale eſt, conuenit propriè tertiæ perſonæ, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Ita Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte*, *quæſt.* 38. *art.* 2. *in C.* contra Durandum idem conſequenter ſentientem de dono, quod de Amore.

Tertiæ perſonæ diuinæ cõuenit nomen doni propriè etiã vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali.

Probatur, & explicatur: Donum vtpotè datio irreddibilis facta, vel factibilis à donante donatario debet aliquo modo eſſe donantis, & aliquo modo poteſt fieri donatarij. Tripliciter autem donum poteſt eſſe donantis, nimirum identitate, origine, & poſſeſſione: Identitate, vt eſſentia diuina eſt cuiuſlibet perſonæ, & quælibet perſona ſui ipſius dicente Auguſtino *tractat.* 29. *in Io.* *Quid tam tuum, quàm ſuum:* Origine, vt filius eſt Patris, Spiritus ſanctus Patris, & Filij: Poſſeſſione, vt quæcumque res creata eſt Dei. Tripliciter item donum poteſt fieri donatarij: Identitate, poſſeſſione, fruitione, vel vſu. Identitate, vt cum Deus donat nobis noſtrum eſſe per creationem, & conſeruationem. Poſſeſſione, vt homini à Deo, vel vni homini ab alio donantur

Tripliciter donum poteſt eſſe tum donantis, tũ donatarij.

tes cteatæ præſertim extetnæ, & cotporeæ. Fruitione, vt donatur homini Deus ipſe, tanquàm eius vltimus finis; fruitio enim eſt actus voluntatis circa finem: Vſu, vt donantur homini omnia media, præſertim ſupernaturalia conducentia ad Deum, vt finem; vſus enim eſt actus voluntatis circa media. Iuxta præaſſignatos diuerſos modos, quibus donum poteſt eſſe donantis, nomen doni in diuinis diuerſos habet ſenſus, ſeu diuerſas ſignificationes; ſigoificat ſcilicet aliquid eſſentiale, aliquid notionale, aliquid perſonale. Significat aliquid eſſentiale, quatenùs donum eſt donantis per identitatem; hac ratione ipſa diuinitas eſt donum Dei, & quælibet diuina perſona eſt dooum ſui ipſius, quatenùs tum Deus diuinitatem, tum quælibet diuina perſona ſe ipſam communicat creaturis per gratiam ad vſum, per gloriam ad fruitionem.[1] Ex

16. Donum in diuinis eſt nomen eſſentiale, notionale, & perſonale.

quo intelligi poteſt illud Auguſtini 15. *de Trinitate, capite 19. Spiritus ſanctus ita datur ſicut Dei donum, vt etiam ſeipſum det, ſicut Deus.* Significat aliquid notionale, quatenùs donum eſt donantis per originem. Hac ratione eſſe donum conuenit Filio, & Spiritui ſancto: Filio quidem reſpectu Patris, Spiritui ſancto reſpectu Patris, & Filij: Pater ſicuti aliunde non habet originem, & nullius perſonæ eſt per originem; ita nullius perſonæ poteſt eſſe hoc modo donum. Significat aliquid perſonale, quatenùs donum eſt donantis non per originem quomodocumque, ſed ita, vt ex vi ipſa originis, & ex proprio modo procedendi petat donari. Hac ratione donum conuenit perſonaliter tertiæ perſonæ, vtpotè quæ ex vi ipſa originis, & ex proprio modo procedendi eſt Amor, qui eſt radix, & prima ratio cuiuſcumque gratuitæ donationis; & ſicuti Amor quatenùs eſt terminus proceſſionis dicitur de tertia perſona propriè, provt ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali *ex ſuperiori aſſerto* 2. ita propriè, pruvt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, debet de eadem dici donum, quatenùs formaliter conſequens ad Amorem.

17. Probatur inſuper aſſertum auctoritate Scripturæ, & Patrum: Scriptura, & Patres ferè ſemper tribuunt nomen doni ſoli tertiæ perſonæ, ergo quia tale nomen in aliquo ſenſu perſonale eſt, & conueniens tertiæ perſonæ propriè, provt ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Probatur antecedens primò *ex Scri-*

Ratio doni perſonalis probatur ex Scriptura, & Patribus.

ptura Act. 2. Accipietis donum Spiritus ſancti, id eſt donum, quod eſt Spiritus ſanctus; ſicut enim corpus carnis *Coloſſ. 2.* nihil eſt aliud, quàm caro; ita donum Spiritus ſancti, nihil eſt aliod, quàm Spiritus ſanctus. Act. 8. *Exiſtimaſti donum Dei*, (ideſt Spiritum ſanctum vt colligitur ex contextu) *pecuniâ poſſideri.* Io. 4. *Si ſciret donum Dei, &c. & dediſſet tibi aquam viuam.* Io. 7. *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu ſancto, quem accepturi erant credentes in eum.* Vbi in primo textu *aqua viua* vocatur donum Dei, in ſecundo eadem *aqua viua* dicitur eſſe Spiritus ſanctus: Conſequens eſt igitur Spiritum ſanctum eſſe donum Dei. Epheſ. 4. *Aſcendens in altum, &c. dedit dona hominibus:* Notiſſimum autem eſt Chriſtum aſcendentem in Cœlum dediſſe hominibus Spiritum ſanctum. Nec moueat, quod habetur *dona*, non *donum*; huius enim rationem egregiè aſſignat Auguſtinus *lib. 15. de Trinitate, cap. 19.* vbi etiam Scripturæ textus à nobis adductos pro præſenti inſtituto luculenter exponit. Probatur idem antecedens ſecundò ex Sanctis Patribus, maximè verò ex Auguſtino tum toto *capite 19. præcitato*, tum *antecedenter libro 4. capite 2.* vbi habetur: *Sicut natum eſſe eſt filio à Patre eſſe; ita mitti, &c. & ſicut Spiritui ſancto donum Dei eſſe eſt à Patre procedere, &c.* Item *libro 5. capite 15.* vbi habetur: *Quemadmodum filius non hoc tantum habet naſcendo, vt filius ſit, ſed omninò, vt ſit; ſic etiam Spiritus ſanctus, eo quod datur habet non tantum vt donum ſit, ſed omninò, vt ſit.* Quæ verba licèt Auguſtinus afferat per modum inquirentis, quia tamen quæſitum affirmatiuè ſoluit, placuit per modum affirmantis, & aſſerentis referre. Cum D. Auguſtino ſentiunt D. Thomas *loco præcitat. ex prima parte*, D. Bonauentura *in 1. diſt. 18. art. 1.* alijque Sancti Patres, imò omnes fideles Spiritum Sanctum cum Eccleſia in hymno Pentecoſtes nuncupantes, *Altiſſimi Donum Dei.*

18. Tertia perſona eſt donum eo modo, quo ſecunda eſt filius.

Ex his habes primò præſertim loquendo iuxta mentem Auguſtini, eodem proportionaliter modo conuenire tertiæ perſonæ eſſe donum, quo conuenit ſecundæ eſſe filium: Neque hinc ſimpliciter ſequitur, quod ſicut filius nullo modo eſſentialiter, aut notionaliter dicitur, ita etiam nullo modo poſſit aut eſſentialiter, aut notionaliter dici donum, ſed ſolùm hoc ſequitur ſeruatâ proportione, & ſumendo nomen doni in eo ſenſu in quo eſt perſonale; in quo ſcilicet ſignificat non quomodocumque donabile, ſed donabile ex vi proceſſionis, ſeo procedens vt donabile, quæ eſt formaliſſima, propriiſſima, rigoroſiſſima ratio doni. Et licèt de filio dicatur quod ſit datus iuxta illud Iſai. 9. *Filius datus eſt nobis*, non tamen dici poteſt, quod ſit datus ex vi proceſſionis, ſeu quod procedat, vt datus, nam ſicuti Auguſtinus *lib. 15. de Trinitate, capite 15.* de Spiritu ſancto ait: *Exit non quomodo natus, ſed quomodo datus:* Ita è contra, filius exit non quomodo datus, ſed quomodo natus.

Habes ſecundò verba illa Ioan. 10. *Pater meus, quod mihi dedit, maius omnibus eſt,* 19.
intellecta (vt intelliguntur à Conc. Lateranenſi *capite damnamus, de ſumma Trinitate,*) de perſona diuina filij, cui per æternam generationem data ſit diuina eſſentia, reddere ſenſum minùs proprium, quia communicatio diuinæ eſſentiæ ad intra, vtpotè neceſſaria, non liberalis, minùs propriè appellatur datio, loqoeodo de datione rigo-
roſa

Eſſentia diuina ad intra non eſt propriè donum.

Digitized by Google

roſa poſita in doni definitione: Migis proprium ſenſum reddunt, ſi intelligantur de perſona humana Chriſti, cui per temporalem generatiooem, & voionem hypoſtaticam data ſit natura diuina, & perſonalitas Verbi. Hæc tamen datio non eſt adhuc adeò propria, & rigoroſa, ſicuti eſt datio, & ratio doni conueniens perſonaliter tertiæ perſonæ.

20. Habes tertiò Spiritum ſanctum ſeu tertiam perſonam in ratione doni perſonalis dicere duplicem reſpectum, alterum ad Patrem, & filium tanquam ad donantem; alterum ad creaturam, tanquam ad donatarium, & quidem ad ſolam creaturam rationalem, quia ſoli creaturæ rationali poteſt propriè aliquid donari, tum quia ea res, cui aliquid donatur, debet habere poteſtatem vtendi, vel fruendi dono accepto; ſoli autem creaturæ rationali conuenit poſſe vti, & frui, cum vterque ſit actus voluntatis; tum quia de eſſentia doni eſt datio liberalis ſine intentione retributionis, adeóque non poteſt fieri niſi creaturæ, à qua poſſit expectari retributio: hæc autem à ſola creatura rationali expectari poteſt.

Soli creaturæ rationali poteſt aliquid donari.

Ex eo quod Spiritus ſanctus in ratione doni dicat reſpectum non ſolùm ad Patrem, & Filium, à quibus donatur, ſed etiam ad nos, quibus dunatur, rectè infert D. Auguſtinus *capite 15. præcitat.* ipſum poſſe dici non ſolùm Patris, & Filij, verùm etiam noſtrum, ad differentiam filij, qui quia ſolùm ad Patrem refertur, ſolùm filius Patris eſt, non noſter. Huius rei rationem affert D. Bonauentura *in 1. diſt. 18. artic. 1. quæſt. 6. in fine*, docens regulam eſſe, quod de his dicitur *noſter*, quæ dicunt reſpectum ad nos ſecundùm habitudinem cauſalitatis, vel correlationis. Sic Deus dicitur noſter Dominus, noſter finis, noſter Creator, noſter Saluator, &c. ſic etiam Spiritus ſanctus dicitur noſter, ſeu noſtrum donum.

Cur filius diuinus non poſſit dici noſter, poſſit verò dici noſter Spiritus ſanctus.

21. Habes quartò quid reſpondendum ſit quærenti, vtrùm eſſe donum perſunaliter conueniat tertiæ perſonæ diuinæ ratinne eſſentiæ; an ratione proprietatis perſonalis. Reſpondendum ſcilicet eſt, donum perſonale ſecundùm aliquam rationem conuenire ratione eſſentiæ, ſecundùm aliquam aliam ratione proprietatis, ſeu relationis perſonalis; adæquatè verò, & ſecundùm omnem rationem acceptum, ratione vtriuſque. Colligitur hæc reſponſio ex eo, quod ſupradictum eſt donum tria importare; rem, quæ gratioſè datur; reſpectum ad eum, qui dat; & reſpectum ad eum, cui datur. Quatenùs importat rem, quæ datur, donum conuenit tertiæ perſonæ principaliter ratione eſſentiæ, quia tertia perſona datur vt Amor: eſt autem amor principaliùs ratione eſſentiæ, ſicuti ſecunda perſona ex ſupradictis eſt principaliùs ratione eſſentiæ, tum imago naturalis, tum imago intentionalis, ſeu tum filius, tum verbum. Quatenùs importat reſpectum ad eum, qui dat, conuenit tertiæ perſonæ ratione proprietatis, ſeu relationis perſonalis, quia talis reſpectus in tertia perſona, eſt reſpectus originis; reſpectus autem originis eſt perſonalis relatio, ſeu perſonalis proprietas. Quatenùs importat reſpectum ad eum, cui datur conuenit tertiæ perſonæ ratione eſſentiæ, ſicuti ratione eſſentiæ conuenit ſecundæ perſonæ reſpectus repræſentationis ad creaturas repræſentatas, & relatio perſonalis ſe habet vtrobique ſolùm vt conditio, pro quo recolantur ſupradicta §. 4. *aſſert.* 2. & §. 14. *dub.* 2.

Eſſe donum vtrum ratione eſſentiæ, an ratione proprietatis perſonalis conueniat tertiæ perſonæ.

§. III.

Quomodo tertiæ perſonæ diuinæ conueniat nomen Spiritus ſancti?

22. ASSERTVM I. Tertiæ perſonæ diuinæ conuenit propriè nomen Spiritus ſancti, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à Metaphorico, & tranſlatitio. Eſt veritas fidei,

Tertiæ perſonæ diuinæ cõuenit nomen Spiritus ſancti propriè, prout contradiſtinguitur à metaphorico.

Probatur primò *ex Scriptura* Io. 5. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus.* Matth. vlt. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Quibus in locis notiſſimum eſt nomine Spiritus ſancti tertiam perſonam ſignificari, & ſicuti aliæ duæ perſonæ nomine proprio, non tranſlatitio recenſentur; ita conſequens eſt etiam nomen Spiritus ſancti, quo recenſetur tertia perſona, eſſe reſpectu ipſius proprium, non tranſlatitium, cum præſertim nulla ſit neceſſitas ad tranſlatitiam talis nominis vſurpationem confugiendi. Accedit, quod cum in aliis pluribus Scripturæ locis, quæ facilè poſſunt eſſe cuique obuia in D. Pauli Epiſtolis, tertia perſona Spiritus ſancti nomine nuncupetur, concedeodum eſſet Scripturam frequenter vti locutione impropria: eâdem locutionis improprietate laborarent Symbola, in quibus eadem tertia perſona Spiritus ſancti nomine exprimitur, Item Concilia, & Patres, quod nequit ſine irreligioſitatis notâ concedi.

23. Probatur ſecundò ratione: Nomen Spiritus ſancti eſt nomen complexum, duo nomina ſcilicet nomen Spiritus, & nomen Sancti includens: Sed tertiæ perſonæ diuinæ conuenit propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à metaphorico, tum nomen Spiritus, tum nomen ſancti; verè enim tertia perſona diuina, & eſt propriè, non Metaphoricè Spiritus; & eſt propriè, non Metaphoricè, quid Sanctum, ergo eidem tertiæ perſonæ conuenit propriè, prout ly *propriè* contradiſtinguitur à Metaphorico nomen complexum Spiritus ſancti. Minor probatur: & quidem, quod tertia perſona diuina ſit propriè non Metaphoricè ſancta, ſeu quid Sanctum, euincitur ex *Iſaia* 6. vbi Seraphim ter clamant *Sanctus*, vt quamlibet ex tribus diuinis perſonis ſanctam eſſe declarent, nec poteſt de propria cuiuſlibet diuinæ perſonæ ſanctitate ambigere, niſi ignorãs penitus aut cuiuſlibet diuinæ perſonæ perfectionem, aut propriam

Nomen Spiritus ſancti eſt nomen complexũ.

ſanctitatis ſignificationem. Quod eadem tertia perſona diuina ſit propriè, non metaphoricè Spiritus, probatur eruendo ex primæua inſtitutione huius nominis Spiritus, propriam eiuſdem ſignificationem. Pro quo

Spiritus ex primæua nominis impoſitione quid ſignificet.

24. Aduerte ex D. Thoma 1. *parte, quæſt.* 36. *art.* 1. *in C.* nomen Spiritus in rebus corporeis impulſionem quandam, & motionem ſignificare, ſeu vt loquitur Molina *in commentario eiuſdem articuli*, halitum tenuem & agilem, qualis eſt ille, qui aut pro ventorum materia inſeruit, aëremque concitat; aut ex feruore ſanguinis, igneaque cordis complexione exhalat, quem medici vitalem, ac ſenſitiuum ſpiritum appellant eo, quod inſeruiat operationibus vitalibus partis ſenſitiuæ. Porrò quia tenuis huiuſmodi halitus oculorum aciem ſubterfugit, ac ferè inſenſibilis eſt, & ratio inſenſibilis maximè conuenit ſubſtantiis ſpiritualibus, ſeu immaterialibus, ſecundùm propriam acceptionem vſurpatur vt plurimùm nomen Spiritus ad ſignificandam ſpiritualem, immaterialemve ſubſtantiam. Cum igitur certo certius ſit diuinam perſonam eſſe propriè, non metaphoricè ſpiritualem, immaterialemve ſubſtantiam, non datur locus ambigendi, quin ſit propriè, non Metaphoricè Spiritus. Imò quia tertia perſona diuina non ſolùm eſt ſpiritualis ſubſtantia, verum etiam eſt quid productum per impulſionem; operatio enim voluntatis, per quam tertia perſona procedit, eſt quædam impulſio, fit quod ſecundùm omnem maiorem rigorem, proprietatémque ſignificationis nomen Spiritus tertiæ perſonæ conueniat.

25. Assertvm II. Sumendo *propriè*, provt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, nomen Spiritus ſancti ſecundùm communiorem, & vſitatiorem ſignificationem acceptum non conuenit tertiæ perſonæ diuinæ propriè, ſed appropriatè, congruentiſſimâ tamen, & accommodatiſſimâ appropriatione. Ita Theologi communiſſimè cum D. Thoma 1. *parte, quæſt.* 36 *art.* 1. *in C.* limitatio illa *ſecundùm communiorem, & vſitatiorem ſignificationem acceptum*, eſt contra Durandum volentem nomen Spiritus ſancti ſub quacumque ſignificatione appropriatè ſolùm, & accommodatiſſimè tertiæ perſonæ tribui. Clarioris probationis gratia aſſertum in tres partes diuiditur. In prima probabitur nomen Spiritus ſancti ſecundùm communiorem, &c. conuenire tertiæ perſonæ non propriè; ſed appropriatè: In ſecunda talem appropriationem eſſe accommodatiſſimam: In tertia neceſſariam eſſe limitationem illam, ſecundùm communiorem, & vſitatiorem ſignificationem.

Nomen Spiritus ſancti, in quo ſenſu ſit appropriatum, nõ proprium tertiæ perſonæ.

26. Probatur prima pars: Nomen Spiritus ſancti ſecundùm communiorem, & vſitatiorem ſignificationem acceptum, importat ſubſtantiam ſpiritualem ſanctam, ſed eſſe ſubſtantiam ſpiritualem ſanctam commune eſt tribus diuinis perſonis, ergo nomen Spiritus ſancti ſecundùm communiorem, &c. non conuenit tertiæ perſonæ propriè, provt ly *propriè* contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali: Cum igitur ex alia parte ſoleat ſpecialiter tertiæ perſonæ attribui, conſequens eſt, quod ipſi conueniat appropriatè. Maior patet ex prænotatis: Minor probatur tum ex eo, quod prædicata ſpiritualitatis & ſanctitatis ſunt in diuinis tranſcendentia, eòdum tribus diuinis perſonis conuenientia; tum ex Scriptura, in qua nomen Spiritus eſſe eſſentiale, & commune exprimitur verbis illis Io. 4. *Spiritus eſt Deus:* Nomen Sancti eſſe eſſentiale, & tribus perſonis commune colligitur ex ly *Sanctus* ter repetito, *Iſa.* 6. item ex eo, quod tribuitur primæ perſonæ Io. 17. *Ego ad te venio Pater Sancte.* Tribuitur ſecundæ, Luc. 1. *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.*

Solemniores congruentiæ talis appropriationis.

27. Probatur ſecunda pars, afferendo nonnullas, eaſque ſolemniores congruentias talis appropriationis. Prima ſit, vt nomine aliis duabus perſonis communis ſignificetur tertiam perſonam eſſe quodammodo communem aliis duabus, id eſt ab aliis duabus procedere tanquam communem ipſarum nexum, iuxta Auguſtinum *lib.* 15. *de Trinitate, cap.* 19. dicentem: *Et Pater eſt Spiritus, & Filius eſt Spiritus, & Pater eſt Sanctus, & filius eſt Sanctus: & tamen iſte non fruſtra propriè dicitur Spiritus Sanctus. Quia enim eſt communis ambobus, id vocatur ipſe propriè, quod ambo communiter.* Secunda ſit, vt ſignificetur tertiam perſonam eſſe Amorem aliarum duarum. Amor enim vita quædam eſt iuxta Hugonem *in Soliloquio de Arra Sponſæ*, dicentem: *Scio anima mea, quia vita tua eſt dilectio*; & Spiritus quandoque vitam ſignificat, iuxta illud Gen. 7. *Vniuerſa aues, omneſque volucres, &c. ex omni carne in qua erat Spiritus vitæ.* Additur verò Sanctus ad differentiam Amoris profani, ad indicandum ſcilicet diuinas perſonas ſe puriſſimè, & candidiſſimè, æquè ac feruentiſſimè, & vehementiſſimè diligere.

Nomen Spiritus ſancti in quo ſenſu ſit propriũ, non appropriatum tertiæ perſonæ.

28. Probatur tertia pars: Nomen Spiritus ſecundùm primæuam ſui impoſitionem, licèt non ſecundùm communiorem, vſitatiorémque acceptionem, ſignificat impetum, & impulſum; ſed hoc modo conuenit tertiæ perſonæ propriè, provt propriè contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, ergo nomen Spiritus Sancti conuenire tertiæ perſonæ appropriatè, non propriè, verificatur ſolùm de tali nomine accepto ſecundùm communiorem, vſitatiorémque ſignificationem, & conſequenter neceſſaria eſt limitatio illa, &c. Maior habetur ex præanimaduerſis. Minor probatur: In ſpiritualibus habere rationem impulſus, & procedere viâ impulſiua eſt prærogatiua Amoris, conueniens ei ſoli, quod procedit per voluntatem, ſed eſſe Amorem, & per voluntatem procedere conuenit tertiæ perſonæ propriè, provt ly *propriè* contradiſtinguitur à communi & eſſentiali, ergo nomen Spiritus ſecundùm primæuã ſui impoſitionẽ conuenit tertiæ perſonæ propriè, vt cõtradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, ergo nomen Spiritus

ſecundùm,

ſecundùm primæuam ſui impoſitionem conuenit tertiæ perſonæ propriè, vt contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali. Maior probata eſt *lib. ſuperiore, capit.* 4. §. 8. & confirmatur ea eo, quod, vt ex D. Bonauentura refert Herinca *tract.* 5. *diſputat.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 19. homines in vno malo concordes dicuntur conſpiratores; quia idem malum appetunt, & ad idem malum vnius omnium colligatus eſt affectus. Iuxta hanc acceptionem nomen Spiritus rectè dicitur in diuinis etymologiam ducere à ſpiratione, quæ nihil aliud ſonat, quam impulſionem quandam affectus, ſeu voluntatis. Iuxta eandem acceptionem nominis Spiritus loquitur Auguſtinus 11. *de Ciuitate, cap.* 10. dicens: *Spiritus Patris, & Filij, Spiritus Sanctus propria quadam notione huius nominis in Sacris litteris nuncupatur. Item* 5. *de Trinitate, cap.* 11. vbi ait: *Ille Spiritus Sanctus, qui non Trinitas, ſed in Trinitate intelligitur in eo, quod propriè dicitur Spiritus Sanctus, relatiuè dicitur, cum & ad Patrem, & ad Filium refertur.* Quod clarius expreſſit Ioannes Theologus in Concilio Florentino *ſeſſ.* 21. *circa medium*, vbi notauit Spiritum, vt Spiritum referri ad ſpirantem, ſeu ſpiratorem. Porrò prærogatiua Amoris eſt etiam aliqualis ratio, cur ſpecialius tribuatur tertiæ Perſonæ Sanctitas, & iſta dicatur Spiritus Sanctus, non præciſè Spiritus: Secunda autem perſona ſoleat dici præciſè verbum, non Verbum Sanctum: Enimverò tertia perſona ea diuinitatis amore; ſecunda ex diuinitatis cognitione procedit; ſanctitas verò ex genere ſuo principalius cōſiſtit in amore, quam in cognitione diuinitatis.

19. Nomina Amoris, & doni ſunt magis perſonalia, quā nomen Spiritus ſancti.

Ex hucvſque dictis habes nomina amoris, & doni, eſſe in maiori rigore perſonalia reſpectu tertiæ perſonæ, quam nomen Spiritus Sancti, quia illa ſunt perſonalia ſimpliciter, & abſolutè propria, non appropriata: Iſtud eſt perſonale ſolum ſecundùm primævam impoſitionem, non ſecundùm vſitatiorem acceptionem; eſt perſonale ſimul, & eſſentiale, proprium ſimul, & appropriatum ſecundùm diuerſam, vtramque tamen legitimam, neutram tranſlatitiam ſignificationem. Hoc non obſtante nomen Spiritus Sancti in vſu frequentius eſt, quàm nomen aut amoris, aut doni, & omnes difficultates, quæ de tertia perſona agitantur, ſolent de ipſa ſub Spiritus Sancti nomine proponi. Inter has difficultates primum ſibi vindicat locum controuerſia de proceſſione Spiritus Sancti à filio valdè celebris ob pertinacem Græcorum cum Latinis diſcordiam, quæ tandem Græcos in apertum Schiſma diſtraxit, & à Catholica Latinorum Eccleſia diuiſit. Græci erroris, ac Schiſmatis originem, ſeriemque deſcribunt Bellarminus *controu.* 2. *libr.* 2. *de Chriſto, cap.* 2. Vaſquius *prima parte, diſp.* 146. *c.* 1. Marchinus *de Trinitate, diſp.* 42. apud quos videre eſt, quinam fuerit talis erroris primus Auctor, quomodo Græci, quamvis agnitâ, & ab ipſiſmet approbata in pluribus Conciliis veritate, ſæpius fuerint Latinæ Eccleſiæ reconciliati; ſemper tamen relapſi errorem ſuum recantauerint: quandonam in apertum Schiſma eruperint palam denegantes Romano Pontifici obedientiam, quaſnam ſuæ perfidiæ pœnas dederint, paulò poſt huiuſmodi Schiſma captâ per Turcam Conſtantinopoli, amiſſo Imperio, deperditis doctrinæ ſplendore, miraculorum priuilegio, &c. Quæ, & ſimilia tanquam à Scholaſtici Theologi inſtituto aliqualiter extranea, libenter omitto, & aggredior more Scholaſtico comprobare dogma fidei de proceſſione Spiritus Sancti à Patre, & Filio. Ideo ſit

Græci Schiſmatis origo, & ſeries.

---

§. IV.

Vtrùm Spiritus Sanctus procedat à Patre, & à Filio?

ASSERTVM I. Spiritus Sanctus procedit à Patre. Eſt dogma fidei, in quo conſentiunt Græci, & Latini; omneſque admittentes tres diuinas perſonas in vnitate eſſentiæ contra antiquiores Arij Sectatores, non ſolum errantes in eo, quod aſſeruerint Filium, & Spiritum Sanctum eſſe quid factum; verum etiam in eo, quod ſenſerint Spiritum Sanctum eſſe factum immediatè, & proximè à ſolo Filio, à Patre verò nonniſi quatenus ab ipſo eſt filius. Ex his ſectariis nonnulli, vt refert D. Baſilius *lib.* 2. contra Eunomium, addiderunt Patrem creaſſe filium tanquam Deum quendam paruum: at filium non potuiſſe creare alium Deum, ſed creaſſe Spiritum Sanctum, qui nullo modo eſſet Deus. 30.

Error contra proceſſionē Spiritus ſancti à Patre.

Probatur Scriptura Io. 15. *Qui à Patre procedit.* Hic textus adeò in terminis exprimit aſſertam veritatem, vt ſuperfluat aliud addere, cum præſertim ea admittentibus Spiritus Sancti diuinitatem non habeamus Aduerſarios, contra quos expediat argumenta congerere. Accedit, quod ferè omnes tum auctoritates, tum rationes mox adducendæ ad probandam proceſſionem Spiritus Sancti à Filio, continent aut æquè, aut magis expreſsè proceſſionem Spiritus Sancti à Patre.

ASSERTVM II. Spiritus Sanctus procedit à filio. Eſt dogma fidei contra Græcos Schiſmaticos, contra quos antiqui Theologi Latini vehementer laborarunt; Antiquorum veſtigia, viamque antiquorum laboribus complanatam premunt omnes Recentiores Theologi cum D. Thoma *prima parte, quæſtion.* 36. *art.* 2. *in* 1. *diſt.* 11. *art.* 1. *opuſculo primo contra errores Græcorum, capit.* 32. *&* alibi. 31.

Probatur primò ex Scriptura in qua, vt aduertit D. Thomas *art. ex prima parte, præcitato ad primum*, aliquod inuenitur vel per verba, vel per ſenſum, & licet per verba in Sacra Scriptura non inueniatur proceſſio Spiritus Sancti à filio, inuenitur tamen quantum ad ſenſum præcipuè Io. 16.

In Scriptura dupliciter aliquid inuenitur.

vbi Filius de Spiritu ſancto ita loquitur: *Mittam eum ad vos, &c. cum autem venerit Spiritus veritatis, &c. de meo accipiet.* Qui textus continet quoad ſenſum proceſſionem Spiritus ſancti à Filio. Primò in ly *mittam eum*; vt enim *ſequenti lib. cap.* 2. §. 5. traderur, perſona diuina non mittitur, niſi ab ea, à qua procedit. Si igitur Spiritus ſanctus à Filio mittitur, conſequens eſt, quod à Filio procedat. Secundò in ly *Spiritus veritatis*, quod eſt idem, ac dicere Spiritus filij quod in terminis habetur. Ad Galat. 4. *Miſit Deus Spiritum Filij ſui.* Rom. 8. *Si quis Spiritum Chriſti non habet.* At in diuinis vna perſona, vt diſtincta ab alia, non eſt alterius niſi per orignem, ergo inter Spiritum ſanctum, & filium datur origo, non qua filius procedat à Spiritu ſancto, quod nec Græci poſſunt, aut audent dicere, ergo qua Spiritus ſanctus procedit à filio. Tertiò in ly *de meo accipiet.* Eſt autem ſcientia vt patet ex contextu id, quod Spiritus ſanctus dicitur accipere: at ſcientia, & eſſentia in diuinis idem ſunt, ergo Spiritus ſanctus accipit à filio eſſentiam, & conſequenter à filio procedit; non enim aliter, quàm per proceſſionem poteſt vna

Vnde ortum illud commune: Pater omnia dedit filio præter eſſe Patrem.

perſona ab alia eſſentiam accipere. Quartò in ly *quæcumque habet Pater mea ſunt*, quod reperitur Io. 17. *Omnia tua mea ſunt*, ſubintellige exceptà paternitate, vt explicat Florentinum, & tradit Auguſtinus 5. *de Trinitate*, *cap.* 14. dicens: *Eſt filius hoc omninò, quod Pater, non tamen Pater, quia iſte filius, iſte Pater.* Vnde ortum eſt illud axioma Theologicum, *Pater omnia dedit filio, præter eſſe Patrem.* At Pater habet virtutem ſpiratiuam, actiuamque ſpirationem, ratione cuius ab ipſo eſt Spiritus ſanctus, & virtus ſpiratiua, actiuáque ſpiratio non eſt formaliter paternitas, ergo etiam filius habet virtutem, &c. ratione cuius ab ipſo pariter eſt Spiritus ſanctus.

32. Aſſerunt Aduerſarij ſingulis hiſce Scripturæ Sacræ clauſulis aliquam reſponſionem. Ly *mittam eum* dicunt intelligendum eſſe de miſſione per temporalem largitionem donorum gratiæ, non de miſſione per proceſſionem æternam, de qua inquiunt, malè

Græcorum Schiſmaticorum effugia.

poneretur ly *mittam* in futuro. Ly *Spiritum veritatis*, & *Spiritum filij*, vel ſufficienter verificari per hoc, quod ſit ſimilis, eiuſdemque naturæ cum filio, vel referri ad filium Incarnatum, in quo Spiritus ſanctus plenariè inhabitat. Ly *de meo accipiet* idem ſignificare, ac de meo theſauro, qui eſt Pater. Ly *quæcumque habet Pater mea ſunt*, ſupponere pro omnibus abſolutis, non extendi ad relatiua, cuiuſmodi eſt actiua Spiratio. Nullum tamen ex his effugiis ſubſiſtit. Non ſubſiſtit primum quia ex infra *ſuo loco* dicendis, Miſſio diuinæ perſonæ neceſſario importat ex parte termini à quo proceſſionem æternam, nec obſtat ly *mittam* in futuro; explicat enim relationem ad terminum, ad quem fit, non ad perſo-

Ipſorumque impugnationes.

nam, à qua fit miſſio. Accedit quod, cum æternitas omnia tempora æquè primò contineat, poteſt quod æternum eſt per quamlibet temporum differentiam indifferenter explicari, & hoc ſecundo modo explicari ſolet, cur ponatur in futuro ly *de meo accipiet*, quem locum exponens Auguſtinus ait, *erit, fuit, eſt. Erit quia nunquam deerit, fuit, quia nunquam defuit, eſt quia ſemper eſt.* Non ſubſiſtit ſecundùm effugium, quia non ſaluat Spiritum ſanctum eſſe Spiritum filij propriè, & eo modo, quo eſt Spiritus Patris, ſicuti tamen ſuſtinendum eſſe probat ex ipſiſmet doctoribus Græcorum D. Thomas *opuſc.* 1. *cap.* 32. Non ſubſiſtit tertium effugium, quia Pater non eſt Theſaurus filij ratione paternitatis, opponitur filio, ſed ratione eſſentiæ, quam habet communem cum filio, adeóque Spiritum ſanctum accipere de hoc Theſauro eſt accipere de re communi Patri, & Filio, eſt procedere à Patre, & Filio. Non ſubſiſtit quartum effugium, quia relatio diſparata, cuiuſmodi eſt ſpiratio actiua reſpectu Filij ſe habet in diuinis ad modum formæ abſolutæ, & illud, quod obſtat vnitati ad intra non eſt præciſè relatio, ſed relationis oppoſitio ſeu relatio oppoſita, vt magis patebit ex infrà *dicendis* § 10.

Probatur ſecundò ex Conciliis tum apud Græcos, tum apud Latinos celebratis. Ex Conciliis celebratis apud Græcos quinque refert Bellarminus *controu.* 2. *lib.* 2. *de Chriſto*, *cap.* 23. *num.* 30. Nimirum Concilium Epheſinum, quartam, quintam, ſextam, ſeptimam Synodum generalem, in quibus omnibus approbata eſt Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium, quæ habetur *in Concilio Epheſino tom.* 1. *cap.* 14. & hæc verba continet: *Spiritus appellatus eſt veritatis, & veritas Chriſtus eſt; vnde & ab iſto ſimiliter, ſicuti ex Patre procedit.* Ex Conciliis celebratis apud Latinos recenſentur pro proceſſione Spiritus ſancti à Filio plura Concilia Toletana præcedentia Schiſma Græcorum, nimirum Toletanum primum, tertium, quartum, octauum, & vndecimum; recenſentur etiam plura alia Concilia Græcorum Schiſma ſubſequentia, nimirum Barenſe ſub Vrbano II. Lateranenſe ſub Innocentio III. Lugdunenſe ſub Gregorio X. Florentinum ſub Eugenio IV. ad quæ omnia Concilia vocati Græci conuenerunt, & retractato Schiſmate conſenſerunt Latinis, quamvis deinde ſemper illi Græca fide à conſenſu Latinis præſtito, & concordia cum Latinis inita defecerint, & ad ſchiſma, errorémque ſuum redierint. Tandem eadem veritas expreſſa eſt apud Latinos in Concilio Tridentino in decreto de Symbolo fidei apud omnes iam ſolis Græcis pertinaciter, infeliciterque reluctantibus acceptato.

33. Cõcilia definiētia proceſſionem Spiritus ſancti à filio.

Concordi tot Conciliorum auctoritati opponunt Græci Symbolum editum in Concilio Nicæno abſque vlla mentione proceſſionis Spiritus ſancti à Filio, & huic negatiuæ auctoritati, quæ ex genere ſuo parum efficax eſt, arbitrantur vim maximam addi ex Concilio Epheſino, in quo ſub anathemate prohibetur, ne mutatio vlla, aut additio

34. Effugiũ Græcorum ex Cõcilio Nicæno deſũptum.

Digitized by Google

Talis effugij triplex impugnatio.

additio fiat Symbolo Nicæno. Verùm hæc oppoſitio impugnatur primò, quia Symbulum editum in Concilio Nicæno præcisè habet *& in Spiritum ſanctum*, nimirùm credimus, nec mentio fit proceſſionis Spiritus ſancti à Patre. Sicuti igitur Concilium Epheſinum non abrogauit ly *a Patre procedentem*, quod fuerat additum à Concilio Conſtantinopolitano, ita non impediuit, quin poſſet aliquod aliud Concilium rectè addere *filioque*, cum præcipuè ſicuti Macedoniani, & antiquiores Arij ſectatores ponentes Spiritum ſanctum procedere à ſolo filio, non à Patre, dederunt occaſionem addendi ly *à Patre procedentem*: Ita Neſtoriani, & Græci Schiſmatici ponentes Spiritum ſanctum procedere à ſolo Patre, non à filio, dederint occaſionem addendi ly *filioque*. Secundò quia Concilium Epheſinum prohibet ſolùm fieri Symbolo Nicæno mutationem vllam, aut additionem quoad ſenſum, ſecùs quoad verba eundem ſenſum explicantia. Ly autem *filioque* nihil addit quoad ſenſum, ſed ſolùm magis explicat ſenſum illius particulæ *à Patre* propter teſtimonium Chriſti Domini ſuprà relatum, *Quæcumque habet Pater, mea ſunt*. Rectè propterea notat Eſtius *in 1. diſt. 11. §. 4.* verbo quidem factam eſſe additionem, re ipsâ verò ſolùm explicationem. Tertiò quia cum non poſſit quis obligare ſuperiorem, aut æqualem, prohibitio Epheſini Concilij nullam poteſt habere vim reſpectu Summi Pontificis, & Conciliorũ generalium, quorum auctoritate poſitum eſt in Symbolo Nicæno ly *filioque*. Solet hic inquiri quonam tempore, in quonam Concilio, cuiuſnam Pontificis auctoritate additum fuerit Nicæno Symbolo ly *fi-*
35. *lioque*. Verùm huic quæſito adhiberi non poteſt determinata reſponſio, nec huius rei extat certa memoria, vt videre eſt apud Bellarminum *lib. 2. de Chriſto, cap. 21.* Vaſquium *prima parte, diſputat. 146. cap. 4.* Marchinum *de Trinitate, diſput. 42. in fine*, ex quibus aliiſque ſicuti conſtat nihil in hac re poſſe certò definiri, ita colligitur veriſimilius eſſe talem additionem fuiſſe primo factam in Concilio Toletano VIII. Symbolum deinde cum tali additione cœpiſſe inter Miſſarum ſolemnia decantari auctoritate Leonis III. aut ſucceſſoris ipſius. Conſulatur præ aliis Marchinus *loco præcitato*.

36. Probatur tertiò ex Sanctis Patribus tum Latinis, tum Græcis, ex vtriſque pauca, meridianâ tamen luce clariora teſtimonia, refero ex Patribus Latinis, D. Hilarius *lib. 2. de Trinitate*, ait: *A Patre, & filio auctoribus confitendum eſſe Spiritum ſanctum*. D. Auguſtinus *tractat. 99.* in Io. ait: *Cur non credamus, quod etiam de filio procedat Spiritus ſanctus, cum filij quoque ipſe ſit Spiritus*. D. Fulgentius *lib. de fide ad Petrum, cap. 2.* ait: *Proprium eſt Spiritus ſancti, quod ſolus de Patre, filioque procedit*. Ex Patribus Græcis, D. Athanaſius in Symbolo ait: *Spiritus ſanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens*. D. Baſilius *lib. 3. contra Eunomium circa principium* ait: *Cur neceſſe eſt ſi dignitate, & ordine tertius eſt Spiritus, naturâ quoque ipſa tertium eſſe? Dignitate namque ipſum ſecundum à filio cum ab ipſo eſſe habeat, & omninò ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit*. D. Io. Chryſoſtomus *tom. 5. hom. 1. de Symbolo*, ait: *Iſte eſt Spiritus de Patre, & Filio procedens, qui diuidit propria dona ſingulis, prout vult*. Aliæ plures auctoritates, tum aliorum, tum eorundem, quos recenſuimus, Patrum (prætermiſſis iis, qui inter Latinos poſt Græcorum Schiſma floruerunt, quique propterea non adeò inexcuſabiliter poſſunt à Græcis reiici) legi poſſunt apud Bellarminum *lib. 2. de Chriſto, cap. 24. & 25.* quod *caput 25.* ita concludit: Habemus igitur quindecim teſtes Latinos, & quindecim Græcos, qui ante diſſidium exortum apertiſſimè docuerunt Spiritum ſanctum à Patre, & Filio produci, ac ſpirari, vt iam intolerabilis plenariè Græcorum obſtinatio videri debeat.

Patres tum Græci, tum Latini tradunt proceſſionem Spiritus ſancti a Filio.

His Sanctorum Patrum teſtimoniis, & numero, & pondere longè minora ſunt, quæ pro ſe afferunt Græci. Afferunt primò Patres congregatos in Concilio Conſtantinopolitano, qui in Symbolo explicantes proceſſionem Spiritus ſancti, ſolùm poſuerunt *procedentem à Patre*. Afferunt ſecundò Patres congregatos in Concilio Epheſino, qui nullatenùs contradixerunt Symbolo Neſtoriano, & libro Theodoreti contra Anathematiſmos Cyrilli in tali Concilio lectis, & expreſsè continentibus Spiritum ſanctum à Filio non procedere. Afferunt tertiò D. Dionyſium *cap. 2. de diu. nom.* qui appellat ſolùm *Patrem fontem ſuperſubſtantialem deitatis*. Quartò D. Baſilium *Epiſtol. 43.* dicentem: *Nullam ſecundùm propriam notionem communionem habet filius cum Patre*. Quintò D. Gregorium Nazianzenum *in oratione ad Epiſcopos Ægipti*, dicentem: *Omnia, quæ habet Pater habet etiam filius exceptâ cauſalitate*. Sextò D. Ioannem Damaſcenum *1. fidei cap. 11.* dicentem: *Spiritum ſanctum ex Patre, & Spiritum Patris nominamus*. Septimò Theophilactum *in illud Io. 3. Qui deſurſum eſt, ſuper omnes eſt*, dicentem: *Latini malè hæc exponentes, & minùs rectè intelligentes, dicunt quod Spiritus etiam ex filio procedat*. Nulla ex his auctoritatibus ſufficit ad Græcorum intentum. 37.

Non ſufficit prima, quia Patres Conſtantinopolitani Concilij ſolùm poſuerunt *procedentem à Patre*, quia ſolùm intendebant explicare proceſſionem Spiritus ſancti contra Macedonium ponentem ipſam eſſe à ſolo filio; non quia intenderent excludere proceſſionem eiuſdem à filio, ad quam excludendam debuiſſent dicere procedentem à ſolo Patre, vt ipſos dixiſſe falſiſſimè ſcripſit Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus relatus à Valentia *prima parte, diſputat. 2. quæſt. 10. punct. 2. in reſponſione ad 3. obiectionem*. 38.

Explicantur Patres Græci, qui cõtra proceſſionẽ Spiritus ſancti à filio afferri poſſũt.

Non ſufficit ſecunda quia Patres Concilij Epheſini ſufficienter contradixerunt Symbolo Neſtoriano, & libro 39.

Theodoreti,

Theodoreti, dum Epiſtolam Cyrilli inter
alia continentcio proceſſionem Spiritus ſan-
cti à filio ſummo conſenſu approbarunt,
damnantes oppoſitam Neſtorij, & Theo-
40. doreti doctrinam. Non ſufficit tertia, quia D.
Dionyſius appellat ſolùm Patrē fōtem ſuper-
ſubſtantialem deitatis ad indicandum io ſolo
Patre reperiri rationem principij fontalis,
& omniuò primi modo ſupra explicato
41. *cap.2.* §. 2. Non ſufficit quarta, qoia pro-
pria filij notio eſt ſola filiatio, ſecuodùm
quam vtique nullam habet communionem
filius cum Patte, at cum hoc deindè optimè
ſtat filium habere cum Patre communionem
42. ſecundùm ſpirationem actiuam. Non ſuf-
ficit quinta, quia D. Nazianaenus loquitur,
vel de cauſalitate principij omninò primi,
vel de cauſalitate, qoa Pater producit fi-
lium, non de ea, qua producitur Spiritus
ſanctus, ideò hæc non debet excipi à regulâ
illâ communi *omnia quæ habet Pater, habet*
43. *etiam filius.* Non ſufficit ſexta, qnia vel, vt
loquitor D. Thomas *quæſt.* 10. *de potentia,*
*art.*4. *ad* 24. in hoc non eſt ſtandum ſenten-
tiæ Damaſceui, qoem idem S. Doctor
prima parte, quæſt. 36. *art.* 2. *ad* 3. recenſet
inter ſectatores Theodorici Neſtoriani; vel
vt notat Eſtios *in* 1. *diſt.*11. §.4. *ad* 8. in ly
ex filio Spiritum ſanctum non dicimus, non
tam rem ipſam negat Damaſcenus quam
modom loquendi ſubterfugit propter hære-
44. ſim Macedonij, & Eunomij. Non ſufficit
ſeptima quia Throphilactos ſcripſit vigente
iam diſſidio inter Græcos, & Latinos,
propterea ipſius auctoritas à Latinis in hoc
non recipitur: & quamvis ipſe fuerit exen-
ſabilis, eo quod nondum erat ipſius tempore
damnata Græcorum opinio, non eſſet excu-
ſabilis, qui vellet ipſius auctoritatem eſſe
alicuius ponderis poſt damnatam Græco-
rum opinionem.

45. Explicatur item Scriptura vbi videtur eſſe tali proceſſioni contraria.

Ex dictis facilè conſtat, quomodo nobis
non obſit Scriptura Io. 15. dum in proceſ-
ſione Spiritus ſancti Patrem ſolùm nomi-
nat. Enimverò licet Patrem ſolùm nominet
verbis, ſenſu tamen nominat etiam filiom
in ly *quem ego mittam vobis Spiritum verita-*
tis, vt explicarum eſt io ſuperiori prima
probatione: Deinde cum Pater nominatur
nullâ additâ particulâ excluſiuâ, nulla eſt
ratio arguendi à nominatione Patris ad ex-
cluſionem filij, cum præcipuè ſit modus
loquendi non inuſitatus in Scriptura nomi-
nare ſolùm Patrem in iis, quæ filio, imò
& Spiritui ſancto communia ſunt; vt Mat-
thæi 16. *Caro, & ſanguis non reuelauit tibi,*
ſed Pater meus, Io. 14. *Pater in me manens*
ipſe facit opera. Imò in iis, quæ cæteris
perſonis communia ſunt, nominat quando-
que Scriptura Patrem cum particula exclu-
ſiua, Matth. 11. *Nemo nouit filium niſi Pa-*
ter: Ex quo Anſelmus *lib. de proceſſione Spi-*
ritus ſancti, infert, quod etiamſi in Scriptura
diceretur de Spiritu ſancto, qui à ſolo Patre
procedit, vel quem nemo producit niſi ſo-
lus Pater adhuc non excluderetur filius,
nec euinceretur contra nos Græcorum in-
tentum.

Probatur quartò rationibus Theologicis, 46.
quarum prima ſit: Filius habet, & recipit
à Patre voluntatem fœcundam, ergo Spiri-
tus ſanctus à filio procedit, conſequentia
patet, quia Spiritus ſanctus nihil aliud eſt,
qoàm fœtus voluntatis diuinæ fœcundæ,
nec voluntas diuina poteſt intelligi fœcun-
da niſi in ordine ad Spiritum ſanctum, tan-
quam ad terminum ſuæ fœcunditatis. An-
tecedens probatur: filius recipit à Patre vo-
luntatem talem, qualem habet ipſe Pa-
ter pro eo ſigno, pro quo filium produ-
cit; alioqui Pater pro eo ſigno haberet ali-
quid aliud vltra Paternitatem, quod oon
commonicaret filio, ſed Pater pro eo ſigno,
pro quo producit filium habet voluntatem
fœcundam: cum enim operatio intellectus
ſit prior operatione voluntatis, prius etiam
ſit effœtus intellectus per ſuam operatio-
nem, & per productionem ſui termini, qui
eſt filius, quam fiat effœta voluntas, & con-
ſequenter pro eo ſigno, pro quo filius pro-
docitur, & intellectus ſit effœtus, adhuc
voluntas eſt fœcunda, & non effœta. Se-
cunda ſit: Inter filium, & Spiritom ſanctum
datur ordo originis, ergo Spiritus ſanctus
procedit à filio: Conſequentia patet quia
ordo originis nihil aliud eſt, quàm ordo
proceſſioois vnius ab alio, nec vlli vnquam
venit in mentem, qood filius procedat à
Spiritu ſancto: Nequit igitur poni ordo ori-
ginis inter filium, & Spiritum ſanctum,
niſi Spiritus ſanctus procedat à filio. An-
tecedens probatur: Inter filium, & Spiri-
tum ſanctum datur aliquis ordo, tum quia
ab eodem principio non proceduot plura
plus, quàm materialiter diſtincta ſine aliquo
ordine, vt conſtare poteſt indocenti, tum
quia in enumeratione perſonarum ſemper
filius ſecuodo, Spiritus ſanctus tertio luco
recenſetur; at inter diuinas perſonas ne-
quit dari alios ordo, quàm originis, vt
enim ſupra *in limine ſecundi capitis*, poſi-
tum eſt, nec durationis, nec perfectionis or-
do in diuinis dari poteſt, ergo. Tertia: Spi-
ritus ſanctus diſtinguitur realiter à filio, ſed
non diſtingueretur à filio, ſi à filio non pro-
cederet, ergo Spiritus ſanctus à filio proce-
dit. Maior negari non poteſt ſine euerſio-
ne Myſterij Trinitatis. Minor aſſerenda, &
probanda eſt infrà §. 10.

Filio communicatur à Patre voluntas fœcunda.

Datur in diuinis perſonis ordo, nec alius, quam originis.

Hæ rationes ſi ab iotellectu ſub puro 47.
naturæ lumine conſpiciantur, obſcuræ ſunt,
parùm efficaces, & ſolùm congruentes. Ne-
que enim myſterium aliquod fidei, præſer-
tim verò myſterium omnium maximum,
quale eſt Myſterium Trinitatis, poteſt natu-
ræ lumine clarè innoteſcere, & ſufficienter
probari. At ſi ab intellectu lumine fidei ro-
borato perpendantur, apparent efficaces &
ex principiis fidei contra Græcos rectè de-
ductæ. Quo autem efficaciores ſunt ratio-
nes, quibus nos Græcos impetimus, eo im-
becilliores ſunt illæ, quibus Græci nos im-
petunt. Imponunt ipſi noſtræ doctrinæ
plura abſurda, nimirùm, quod ſemel admiſ-
ſâ proceſſione Spiritus ſancti à filio, ſimul,
& à Patre neceſſe ſit primò admittere in

Indicantur aliquæ rationes Græcorum contra proceſſionem Spiritus ſancti à filio.

diuinis

diuinis duo principia Spiritos ſancti. Neceſſe ſit ſecundò negare in Patre ſufficientem, & immediatam virtutem productioam Spiritus ſancti. Neceſſe ſit tertiò ponere virtutem ſpiratiuam quæ per prius, & principalius conueniat vni perſonæ, quàm alteri, Patri ſcilicet, quàm filio. Neceſſe ſit quartò quærere reſpectu filij aliquam aliam rationem conſtitutiuam, & diſtinctiuam diuerſam à filiatione. Quæ & ſimilia quomodo, vel non ſint abſurda, vel ex proceſſione Spiritus ſancti à filio non benè inferantur *in ſequentibus* §§. examinandum ſubiicio; vt ſicuti hucvſque oſtenſum eſt pro Catholico Latinorum dogmate, maximo exceſſu præponderare contra Græcorum Schiſma auctoritates Scripturæ, Conciliorum, & Patrum; ita mox manifeſtum euadat non minore exceſſu præponderare pariter pro Latinis contra Græcos Theologicarum rationum momenta, imò etiam naturalium congruentiarum adminicula. Ideò ſit

§. V.

Vtrùm Spiritus ſanctus procedat à Patre, & Filio tanquam ab vnico principio, & vnico ſpiratore?

48\. *Pater, & filius ſunt vnũ principium Spiritus ſancti.*

ASSERTVM I. Pater, & Filius ſunt vnicum principium Spiritus ſancti; ſeu Spiritus ſanctus procedit à Patre, & filio tanquam ab vnico principio. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte, quaeſt.* 36. *artic.* 4. *in C.* contra Gregorium *in* 1. *diſt.* 12. *quaeſt.* 1. & Durandum *diſt.* 29. *quaeſt.* 2. & 3. volentes Patrem, & filium in rigore eſſe duo principia quod Spiritus ſancti, licet ratione vnius termini producti, & vnius virtutis ſpiratiuæ ſe habeant ad inſtar vnius principij, & ſæpè dicantur vnum principium. Nihilominùs hæc locutio tolerari non poteſt, & non ſolùm cenſetur communiter temeraria, verùm etiam à Io. à S. Thoma *prima parte, diſput.* 15. *art.* 4. *num.* 19. notatur vt obnoxia multo grauiori cenſuræ, à Molina *quaeſt.* 36. *articul.* 4. *diſputat.* 2. vt parùm tuta in fide.

Oppoſitum eſt obnoxiũ grauì cenſuræ.

49\. Probatur primò ex Conciliis Lugdonenſi ſub Gregorio X. Florentino ſub Eugenio IV. Definitio Concilij Ludugnenſis habetur *in capite fideli de ſumma Trinitate in ſexto*, his verbis: *Fideli ac deuota proceſſione fatemur, quod Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre, & Filio non tanquam ex duobus, ſed tanquam ex vno principio, non duabus ſpirationibus, ſed vnicâ ſpiratione procedit.* Definitio Concilij Florentini habetur *in litteris vnionis*, his verbis: *Definimus, quod Spiritus ſanctus à Patre, & filio æternaliter eſt, &c. & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit.*

50\. Neque ly *tanquam* minuit propriam rationem vnius principij, quia non diminutiuè ponitur, ſed abſolutè, & explicatiuè eo modo, quo ſæpè etiam vſurpatur in Sacra Scriptura, vt Act. 2. *Tanquam aduenientis Spiritus vehementis*: Heb. 2. *Moyſes fidelis erat in tota domo tanquam famulus.* 2. Cor. 3. *Transformamur à charitate in charitatem tanquam à Domini Spiritu.* Ratio intelligendi particulam illam *tanquam* vt abſolutè, non diminutiuè in Conciliis vſurpatam, habetur ex eo, quod Concilia illa intendebant reſpondere Græcis grauantibus Latinos, quod ponerent duo principia Spiritus ſancti: Minus congruè autem reſpondiſſent ponendo vnum principium ſolùm diminutiuè, impropriè, & ſecundùm quid; propriè verò, & ſimpliciter duo principia. Qua in re omnis ſuſpicio remouetur ex eo, quod vt refert Herincx *tractat.* 2. *diſputatione* 2. *quaeſtione* 10. *numero* 83. Latini deputati in eodem Concilio Florentino *ſeſſ.* 25. *in conf. fidei* ſine tali particula loquuntur ſic: *Quoniam Græci ſuſpicantur nos duo principia profiteri, idcircò hanc habentes ſententiam, vel talia profitentes anathemate notamus*; & in ipſis *litteris vnionis* definitioni ſupra allatæ præmittitur: *Latinos affirmaſſe non ſe hac mente dicere, Spiritum ſanctum ex filioque procedere, quod duo ponant eſſe principia, ſeu duas ſpirationes, ſed vnum tantum aſſerunt eſſe principium, vnicamque ſpirationem Spiritus ſancti prout hactenùs aſſeruerunt.* Quæ verba adeò clarè continent aſſertam veritatem, vt inexcuſabilis prorsùs ſit, qui poſt Concilium Florentinum adhæreret oppoſito, & inexcuſabilior Durando ipſo, qui ſcripſit ante Concilium Florentinum, licet poſt Lugdunenſe, vt notat Io. à S. Thoma *loco præcit.*

Particula tãquam non ſẽper vſurpatur diminutiuè.

51\. Probatur ſecundò auctoritate, & paritate D. Auguſtini 5. *de Trinitate, capite* 14. *Fatendum eſt Patrem, & filium principium eſſe Spiritus ſancti, non duo principia, ſed ſicut Pater, & filius vnus Deus, & relatiuè ad creaturam vnus creator, & vnus Dominus; ſic relatiuè ad Spiritum ſanctum vnum principium.* Ratio huius paritatis, & ſimul aſſertæ veritatis eſt, quia nomina ſubſtantiua non multiplicantur, niſi multiplicatâ formâ, quam ſignificant. At hoc nomen principium Spiritus ſancti eſt nomen ſubſtantiuum, non minùs, quàm illa Deus, Creator, Dominus, ergo cum in Patre, & filio non multiplicetur virtus principiatiua, nec relatio principiantis reſpectu Spiritus ſancti, non poteſt reſpectu eiuſdem multiplicari principium, ſicuti quia in diuinis perſonis non multiplicatur deitas; nec virtus creatiua, aut dominatiua reſpectu creaturarum, non multiplicatur in diuinis perſonis Deus; nec Creator, aut Dominus reſpectu creaturarum. Confirmatur: Non multiplicantur in diuinis, niſi ea, quæ opponuntur iuxta illud tritum, In diuinis omnia ſunt, vbi non obuiat relationis oppoſitio, at eſſe principium Spiritus ſancti in Patre, & eſſe principium

Subſtantiua non multiplicãtur, niſi multiplicetur forma.

Spiritus ſancti in Filio, non opponuntur, ergo in Patre, & filio eſſe principium Spiritus ſancti non multiplicatur, & per conſequens Pater, & filius ſunt vnum, non duo principia Spiritus ſancti. Minor probatur: Pater, & filius non opponuntur, niſi ſecundùm paternitatem, & filiationem; at eſſe principium Spiritus ſancti nec importat formaliter paternitatem, nec filiationem, nec vtramque ex infrà dicendis, ergo Pater, & filius ſecundùm quod ſunt principium Spiritus ſancti, non opponuntur, & conſequenter eſſe principium Spiritus ſancti in Patre, &c.

52\.

Pater, & filius ſũt vnus ſpirator Spiritus ſancti.

Assertvm II. Pater, & filius ſunt vnicus ſpirator Spiritus ſancti. Ita Theologi communiter cum D. Thoma *prima parte, quæſtione 36. articul. 4. ad 7.* vbi tacite retractat oppoſitum, quod docuerat *in 1. diſtinct. 11. articul. 4. & diſtinct. 12. articul. 3.* Hoc aſſertum non habet tantam certitudinem, quantam ſuperius, tum quia Concilia Lugdunenſe, & Florentinum definientia Patrem, & filium eſſe vnum principium Spiritus ſancti, omninò ſub ſilentio prætererunt nomen ſpiratoris; tum quia huius aſſerti veritas pendet ex ſignificatione grammaticali illius nominis ſpirator, de quo, qui diceret adiectiuè ſignificare, & eſſe ſynonimum cum hoc nomine ſpirans, poſſet conſequenter rectè dicere Patrem, & filium eſſe duos ſpiratores, ſicuti rectè dicitur ipſos eſſe duos ſpirantes. Quia tamen ſpirator melius ſumitur ſubſtantiuè, melius, tutiuſque eſt dicere Patrem, & filium eſſe vnicum, ſeu vnum ſpiratorem. Sicque explicatum aſſertum

Sunt tamen duo ſpirantes.

Probatur: Pater, & filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti, quia ly *principium* eſt nomen ſubſtantiuum, quod non multiplicatur, niſi ad multiplicationem formæ, quam ſignificat, quodque in diuinis reſpectu Spiritus ſancti ſignificat formam vnicam, & non multiplicatam: at etiam ſpirator eſt nomen ſubſtantiuum, & ſignificat eandem formam, quam ſignificat principium Spiritus ſancti, ergo Pater, & filius ſunt vnus ſpirator.

53\. Dices: D. Hilarius 2. *de Trinitate*, ait à Patre, & filio auctoribus confitendum eſſe Spiritum ſanctum, ergo Pater, & filius ſunt duo Auctores Spiritus ſancti, ergo etiam poſſunt dici duo ſpiratores. Neque enim videtur eſſe magis ſubſtantiuum nomen ſpiratoris, quàm nomen Auctoris. Sed contra, vt loquitur D. Thomas *loco ex prima parte præcitat.* ponit Hilarius ſubſtantiuum pro adiectiuo, nomen ſcilicet Auctoris Spiritus ſancti vſurpat, prout ſignificat idem, ac ſpirans, non prout ſignificat idem, ac ſpirator. Tolerabilius autem, ac minùs periculoſum eſt vſurpare adiectiuè nomen Auctoris, quàm nomen Spiratoris, tum quia ad exprimendum adiectiuè id, quod ſignificat ſpirator, habetur in eadem linea proprium nomen, ſcilicet ſpirans: Non ſic ad exprimendum adiectiuè id, quod ſignificat Auctor, habetur in eadem linea, &c. tum quia ex terminis videtur magis accedere ad duo principia Spiritus ſancti dualitas ſpiratoris conſequens ad ſpiratorem adiectiuè vſurpatum, quàm dualitas auctoris conſequens ad adiectiuè vſurpatum Auctorem.

Auctor Spiritus ſancti, & ſpirator in quo differant.

Dubitatur hic primò, vtrùm quamvis 54.
Pater, & filius non poſſint dici duo principia reſpectu Spiritus ſancti, poſſit tamen Pater dici duo principia reſpectu filij, & Spiritus ſancti. Ratio dubitandi eſt, quia Pater, & filius nequeunt dici duo principia reſpectu Spiritus ſancti, eo quod reſpectu Spiritus ſancti eſt in vtroque eadem virtus principiatiua, eademque relatio principiationis: at è contra in Patre reſpectu filij, & Spiritus ſancti dantur duæ virtutes principiatiuæ, nimirùm virtus generatiua, & virtus ſpiratiua: dantur item duæ relationes principiationis, nimirùm paternitas, & ſpiratio actiua, ergo de Patre reſpectu filij, & Spiritus ſancti dici poteſt quod ſit duo principia, non quidem realiter, benè tamen virtualiter diſtincta, ſicut inter ſe virtualiter ſolùm, non realiter diſtinguuntur tum virtus generatiua, & virtus ſpiratiua,
tum paternitas, & ſpiratio actiua. Re- 55.
ſpondetur nihilominùs dici non poſſe, quod Pater ſit duo principia, non ſolùm abſolutè, qui modus loquendi denotaret diſtinctionem realem principiorum, ſed neque cum addito virtualiter, aut ſecundùm rationem. Ita cum Sancto Doctore *prima parte, quæſt. 36. art. 4. ad* 2. Io. à S. Thoma *eadem quæſt. diſput. 15. num.* 2. Lugus *lib. 2. diſput. 17. cap. 5. num.* 8. Herincx *tract. 2. diſp. 2. quæſt. 10. num.* 83. alijque magis communiter contra Vaſquium *prima parte, diſputat.* 115. *cap. 5. numero* 19. Probatur reſponſio, & ſimul ſoluitur ratio dubitandi, quia ad multiplicanda nomina ſubſtantiua requiritur quidem multiplicatio formæ: at iſta ſe ſolâ non ſufficit, niſi habeat comitem multiplicationem ſuppoſitorum. Cum igitur in Patre, quamvis dentur diſtinctæ virtutes productiuæ, non tamen dentur duo diſtincta ſuppoſita, neque etiam virtualiter, conſequens eſt, quod Pater non ſit duo principia, neque etiam virtualiter loquendo de principiis quod; nam ſi ſermo eſſet de principiis quo proximis, & immediatis, vtique concedi debent in Patre reſpectu filij, & Spiritus ſancti duo principia quo virtualiter diſtincta. Confirmatur reſponſio ex communi modo loquendi, quo habens plures artes non dicitur plures artifices, nec habens plures ſcientias (eſt exemplum Scoti *in 1. diſtinct. 12. quæſtion. 1. in fine*,) dicitur plures ſcientes, ſignum eſt igitur quod multiplicatio producentium, ſeu principiorum requirit ſaltem vt conditionem multiplicationem ſuppoſitorum, ergo in Patre, in quo reſpectu Filij, & Spiritus ſancti non multiplicatur ratio ſuppoſiti, neque multiplicatur ratio principij.

Pater nõ poteſt dici duo principia nec virtualiter, reſpectu Filij, & Spiritus ſancti.

Requiritur ſed nõ ſufficit ad multiplicationem cuiuſcũque nominis ſubſtantiui multiplicatio formæ.

Dubitatur

56\. Dubitatur, ſecundò vtrùm ſaltem Pater, quatenùs eſt principium filij, & filius quatenùs eſt principium Spiritus ſancti, ſint duo principia? Ratio dubitandi eſt, quia reperitur non ſolùm dualitas virtualis formæ ſignificatæ per ly *principium*, ſed etiam dualitas realis ſuppoſitorum, vnde ex hoc capite videntur dici poſſe duo principia, etiam abſolutè, & ſine addito. Reſpondetur nihilominùs Patrem, quatenùs eſt principium filij, & filium, quatenùs, &c. poſſe quidem dici duo principia, ſed cum addito ſolùm, & virtualiter. Ita Molina *prima parte, quæſt.* 36. *articul.* 4. *diſputat.* 6. Arriaga *diſputat.* 53. *ſect.* 1. *numero* 6. Ratio eſt, quia illud, quod principalius requiritur ad multiplicationem principij, eſt forma, ſeu virtus principiatiua per tale principium importata, nec poteſt principium magis multiplicari, quàm multiplicetur talis forma, ergo cum virtus generatiua, qua Pater eſt principium filij, & virtus ſpiratiua, qua filius eſt principium Spiritus ſancti ſint ſolùm virtualiter diſtinctæ, ſint res ſolùm virtualiter duæ, conſequens eſt, quod principia tales virtutes continentia ſint pariter duo ſolùm virtualiter, & cum addito. Nec prodeſt realis diſtinctio ſuppoſitorum, quia hæc requiritur quidem, at per ſe ipſam non ſufficit, ad realem diſtinctionem principiorum: & ſicuti vbi virtus eſt omninò vna, principium etiam cum reali multiplicatione ſuppoſitorum eſt omninò vnum; ita vbi virtus eſt realiter actualiter vna, ſolùm virtualiter duplex erit principium, non obſtante reali actuali multiplicatione ſuppoſitorum.

Pater, & filius reſpectu Spiritus ſancti ſunt duo principia virtualiter, non realiter, & abſolutè.

57\. Dubitatur tertiò, cur relatio Patris ad filium, & relatio ſpiratoris ad Spiritum ſanctum dicantur ſimpliciter duæ relationes, quamvis inter ſe ſolùm virtualiter diſtinguantur: Principium verò filij, & principium Spiritus ſancti non poſſint dici ſimpliciter duo principia eo, quod diſtinguantur ſolùm virtualiter rationes principiandi. Reſpondetur rationem eſſe, quia ad multiplicandas realiter relationes ſufficit realis multiplicatio terminorum, ad multiplicanda verò realiter principia, quæ ſignificant per modum rerum abſolutarum, requiritur realis multiplicatio rerum, & entium in ſe ipſis, pro quo recolantur, quæ dicebamus *libro ſuperiore, capite* 7. §. 2. explicantes, cur quatuor relationes reales in diuinis non poſſint ſimpliciter, & abſolutè dici quatuor res.

58\. Ex his habes ſimpliciter, & abſolutè vnicum eſſe principium in diuinis, quomodocumque conſideretur, ſiuè ſcilicet conſideretur in Patre, & Filio in ordine ad Spiritum ſanctum; ſiue conſideretur in Patre in ordine ad filium, & Spiritum ſanctum; ſiue conſideretur in Patre in ordine ad filium, in filio in ordine ad Spiritum ſanctum; addi etiam poteſt, ſiue conſideretur in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto in ordine ad creaturas. Virtus enim principiatiua, quæ omnibus hiſce conſiderationibus ſubeſt, ſimpliciter, & abſolutè vnica eſt, actualem diſtinctionem, realemque multiplicationem excludens: & non ſolùm non diſtinguitur realiter actualiter virtus ſpiratiua Patris à virtute ſpiratiua filij; ſed nec aut virtus generatiua Patris à virtute ſpiratiua Patris: aut virtus generatiua Patris à virtute ſpiratiua filij: aut virtus generatiua Patris, & virtus ſpiratiua vtriuſque à virtute creatiua trium diuinarum perſonarum. Quæ omnia ex dictis ſufficienter innoteſcunt, & ſolâ conſideratione terminorum indigent, non vlteriori explicatione.

Principiũ in diuinis ſub quacumque conſideratione eſt realiter vnicum.

Stabilitâ vnitate principij in diuinis perſonis, maximè verò in Patre, & Filio reſpectu Spiritus ſancti: Circa iſtam, quæ propriè pertinet ad præſens inſtitutum ſupereſt diſcutiendum, quid formaliter ſignificetur nomine vnius principij, ſeu vnius ſpiratoris, dum dicitur Pater, & filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti, ſeu vnus Spirator. Ocham, & Gabriel *in* 1. *diſtinction.* 12. *quæſtione* 1. quos ſequuntur, Molina *prima parte, quæſtione* 36. *articulo* 4. *diſputatione* 2. Becanus *de Trinitate, capite* 6. Alijque nonnulli, docent ly *vnus ſpirator* ſignificare indiuiduum conſtitutum ex eſſentia, & ſpiratione actiua tanquam ſubſiſtentiâ communi Patri, & filio, eo proportionaliter modo, quo iuxta ſupradicta *cap.* 1. §. 9. Hoc concretum *Deus* ſupponit pro indiuiduo conſtituto ex eſſentia, & ſubſiſtentiâ communi tribus diuinis perſonis. Ioan. à S. Thoma *prima parte, diſputatione* 15. *articulo* 4. *numero* 23. & vt ipſe loquitur, Diſcipuli D. Thomæ communiter, nec non etiam Vaſquius *prima parte, diſputatione* 149. *capite* 4. Granadus *tractat.* 10. *diſputatione* 6. Alijque plures volunt ly *vnus ſpirator* ſignificare perſonas Patris, & Filij confusè, ideſt non ſecundùm rationes particulares, quibus Pater, & Filius opponuntur inter ſe, ſed ſecundùm quod ſunt vnum in vnitate proprietatis ſpiratiuæ. Alſiſiodorenſis *in ſumma libro* 1. *capite* 30. vult ſignificare perſonas Patris, & Filij collectiuè, adeò vt Pater & Filius ſint vnus ſpirator vnitate collectionis. Auerſa *prima parte, quæſtion.* 36. *ſect.* 5. *concl.* 3. vult ſignificare formaliter ſolam ſpirationem actiuam in concreto. In hac ſententiarum varietate, vt ſtatuatur quid ſit determinatè ſentiendum, 59.

Sententiarũ varietas de eo pro quo formaliter ſupponit hoc nomen ſpirator.

Aduerte ſpirationem actiuam in diuinis, ita eſſe veram, & propriam relationem, vt ſimul valde accedat ad conditionem attributi. Quod ſit vera, & propria relatio, probatum eſt ex profeſſo *libro ſuperiore, capite* 7. §. 1. Quod valde accedat ad conditionem attributi probatur ex eo, quod non eſt relatio conſtitutiua, ſicuti ſunt reliquæ relationes, ſed potius conſequens 60.

Spiratio actiua ita eſt relatio, vt participet etiam conditionem attributi.

ad modum attributi. Non eſt incommunicabilis, ſicuti reliquæ relationes, & licet non habeat tantam communicabilitatem, quantam attributa; habet tamen aliquam communicabilitatem, adeóque ad attributa aliqualiter accedit. Hinc conſurgit aliquod fundamentum diſcurrendi de ſpiratione actiua cum aliqua proportione ad attributa, circa quæ recolendum ex ſupradictis *cap. 1. §. vlt. dub. 7.* non importare in ſuo conceptu formali ſubſiſtentiam, & in concreto, ac ſubſtantiuè accepta ſubſiſtere quidem vt vnâ, eâdemque ſubſiſtentiâ eſſentiæ, non ſingula ſubſiſtentiis propriis; & cum dicitur omnipotens, ſapiens v. g. non ſignificari conſtitutum ex eſſentia, & omnipotentia tanquam ſubſiſtentiâ, ex eſſentiâ, & ſapientiâ tanquam ſubſiſtentiâ, ſed ſignificari omnipotentiam, & ſapientiam in concreto, & ſubſiſtentiâ eſſentiæ ſubſiſtentem. Et ecce initium aliquod aſſignandi, pro quo formaliter ſupponant concretum, & ſubſtantiuum illud *vnus ſpirator*, vt ex *ſequenti §.* poſt improbatos alios dicendi modos magis conſtabit. Ideò ſit

---

§. VI.

Pro quo formaliter ſupponat vnum principium, ſeu vnus ſpirator, à quo Spiritus ſanctus procedit?

61\. *Spirator nō ſupponit pro indiuiduo conſtituto ex eſſentia, & ſpiratione actiua tanquam ſubſiſtentia.*

ASSERTVM I. Principium Spiritus ſancti, ſeu vnus ſpirator, non ſupponit formaliter pro indiuiduo conſtituto ex eſſentia diuina, & ſpiratione actiua tanquam ſubſiſtentia communi perſonis Patris, & Filij. Ita Theologi communiter contra Ochamum, Gabrielem, Molinam, &c. relatos *circa finem §. præcedentis.*

Probatur primò ex D. Thoma *prima parte, quæſt. 36. artic. 4. in C. Hoc nomen principium Spiritus ſancti ſignificat proprietatem, tamen ſignificat eam per modum ſubſtantiui, ſicut hoc nomen Pater, & filius etiam in rebus creatis.* Ergo ſpiratio actiua ſe habet vt proprietas, non vt ſubſiſtentia; ſicuti paternitas, & filiatio ſe habent vt proprietates, non vt ſubſiſtentiæ in Patre, & filio creatis; ergo ſpirator non ſupponit formaliter pro conſtituto ex eſſentia, & ſpiratione tanquam ex ſubſiſtentia.

62\. Dices, Sanctum Doctorem ſolùm intendere, quod ſpiratio actiua non ſit ſubſiſtentia perſonalis, ſeu conſtitutiua perſonæ, cæterùm non negare, quod ſit ſubſiſtentia conſtitutiua indiuidui ſubſiſtentis communis Patri, & Filio, imò hoc eſſe maximè iuxta mentem ipſius S. Doctoris, qui *in 1. ad* Annibaldum *diſtinct. 29. quæſtione vnica, articul. 4. ad 2.* ita habet: *Sicut diuinitas in diuinis non eſt, niſi ſubſiſtens, & tamen vna deitas eſt Patris, & Filij, qui ſunt duo ſubſiſtentes ex alia ratione diſtincti, ſimiliter, & de communi ſpiratione poteſt intelligi.* Sed contra ly *ſimiliter*, &c. ſolùm ſignificat, quod ſicuti eſt ſubſiſtens diuinitas, ita etiam ſit ſubſiſtens communis ſpiratio eâdem ſubſiſtentiâ, qua eſt ſubſiſtens diuinitas; non verò quod communis ſpiratio conſtituat ſpeciale ſubſiſtens relatiuum, quod ſit hic ſpirator, ſicuti diuinitas conſtituit ſpeciale ſubſiſtens abſolutum, quod eſt hic Deus.

Spiratio actiua eſt ſubſiſtens ſubſiſtentiâ eſſentiæ.

63\. Probatur ſecundò indiuiduum conſtitutum ex eſſentia diuinâ, & ſpiratione actiuâ, tanquam ſubſiſtentiâ communi, &c. nec eſt indiuiduum naturæ, nec indiuiduum perſonæ, ergo non datur in diuinis huiuſmodi indiuiduum, & conſequenter ſpirator non ſupponit formaliter pro indiuiduo conſtituto, &c. Antecedens probatur: Non eſt indiuiduum naturæ, quia non eſſet indiuiduum relatiuum. Non eſt indiuiduum perſonæ, tum quia ſecùs ly *ſpirator* eſſet quarta perſona, tum quia eſſet indiuiduum incommunicabile, non commune duabus perſonis Patris, & Filij.

Spirator in diuinis neque eſt indiuiduum naturæ, neque perſonæ.

64\. Confirmatur: Subſiſtentia relatiua in diuinis, quæ conſtituat indiuiduum ſingulare ſubſiſtens, quod nec ſit ſuppoſitum, nec perſona, eſt contra communem vſum loquendi Eccleſiæ, Conciliorum, & Patrum, in quibus nunquam fit mentio ſubſiſtentiæ relatiuæ communicabilis, & cum ex ſupradictis *cap. 1. §. 9.* vix poſſit iuxta mentem Sanctorum Patrum ſuſtineri ſubſiſtentia communicabilis abſoluta, multò minus poterit iuxta eandem mentem ſuſtineri ſubſiſtentia communicabilis relatiua, cum præſertim neceſſitas militans pro ſubſiſtentiâ communicabili abſolutâ, pro ſubſiſtentia communicabili relatiua non militet; & rectè haberi poſſit hic ſpirator abſque ſpeciali ſubſiſtentiâ ſpirationis, quamvis haberi nequeat hic Deus abſque ſpeciali ſubſiſtentia deitatis.

65\. Probatur tertiò: Ex eſſentia diuina & ſpiratione actiua non poteſt quid vnum conſtitui, ergo ſpirator non ſupponit formaliter pro indiuiduo conſtituto, &c. Antecedens probatur: Ex eſſentia, & ſpiratione actiua nec poteſt conſtitui quid vnum immediatè, nec mediatè: Non immediatè, quia ſpiratio actiua non conuenit immediatè ipſi diuinæ eſſentiæ, ſed ſupponit duas perſonas conſtitutas, alioqui Pater ſpiraret ſe ſolo Spiritum ſanctum in eo priori originis, in quo generat filium, ſicuti in eo priori originis habet omnia alia prædicata immediatè conuenientia diuinæ eſſentiæ. Non mediatè, ideſt mediis perſonis Patris, & Filij, quia non poteſt quid vnum conſtitui ex ſpiratione actiua, & perſonis Patris, & Filij, ergo nec ex ſpiratione actiua, & eſſen-

Ex eſſentiâ diuinâ & actiuâ ſpiratione nō poteſt quid vnum conſtitui.

tia

tia mediis perſonis Patris, & Filij. Antecedens patet, tum quia confunderentur Perſonæ Patris, & Filij, ſi quid vnum conſtituerent, tum quia non apparet quomodo duæ perſonæ in ſe ipſis vltimo conſtitutæ, & ſibi incommunicabiles poſſint in vnum tertium tranſire. Conſequentia probatur: Conſtitutio, quæ fieri nequit cum medio, fieri etiam nequit cum eo, cui res conuenit vi talis medij, medio vt ita dicam impediente, ne id cuius ipſum eſt incapax per ipſum tranſeat ad extremum, ergo.

66. Dices, eodem modo probaretur ſpirationem paſſiuam non conuenire immediatè eſſentiæ, nec poſſe cum eſſentia conſtituere Perſonam Spiritus Sancti, nam etiam ſpiratio paſſiua æque, ac ſpiratio actiua ſupponit duas perſonas conſtitutas. Sed contra diſparitas eſt, quia ſpiratio paſſiua ſupponit perſonas patris, & filij tanquam aliquod requiſitum ex parte principij, non tanquam aliquod requiſitum ex parte diuinæ eſſentiæ, & ſicuti filiatio non conuenit diuinæ eſſentiæ mediante patre, licet patrem ſupponat, ita ſpiratio paſſiua eidem non conuenit mediante Patre, & filio, licet patrem, & filium ſupponat, quia ſupponit patrem, & filium non eo modo, quo eundem patrem, & filium ſupponit ſpiratio actiua; ſed eo modo quo patrem ſupponit filiatio.

67. Spirator nõ ſupponit pro perſonis Patris, & filij ſimul, ac collectiuè. ASSERTVM II. Principium Spiritus Sancti, ſeu vnus ſpirator, non ſupponit formaliter pro perſonis patris, & filij collectiuè acceptis. Ita Theologi communiter contra Altiſiodotenſem relatum in *ſuperiore* §.

Probatur tum quia ſecus ly *vnus* ſpirator non importaret vnitatem, niſi collectionis, & impropriam; & pater, & filius eſſent vnus ſpirator vnitate non maiore eâ, qua plures ciues ſunt vnus populus, pluresve milites vnus exercitus. Tum quia ly *ſpirator* rectè dicitur de patre, & filio ſeorſim, pater eſt ſpirator, filius eſt ſpirator: terminus autem pro pluribus collectiuè ſupponens non poteſt de ſingulis ſeorſim dici, Neque enim rectè dicitur: Hicciuis eſt populus, ille ciuis eſt populus, &c.

Spirator ſupponit pro conſtituto ex ſpiratione actiua, & ſubſiſtentia abſolutè. ASSERTVM III. Principium Spiritus Sancti, ſeu vnus ſpirator ſupponit formaliter pro ſpiratione actiuâ in concreto, ideſt pro conſtituto ex ſpiratione actiua, & ſubſiſtentia abſolutâ eſſentiæ; ſuppoſitis, & confuſè connotatis perſonis patris, & filij. Hoc aſſertum exiſtimo in re eſſe communem Thomiſtarum mentem, vt colligitur ex Ioan. à S. Thoma, *prima parte diſputat.* 15. *artic.* 4. *num.* 28. *in reſponſione ad primum antecedens, & num* 29. *in reſponſione ad primam confirmationem.* Item ex Auerſa *quaſt.* 36. *ſection.* 5. *in fine.* Contra auctores relatos in duobus ſuperioribus aſſertis, aliosque nonnullos.

68. Probatur, & explicatur, ex animaduerſis *in calce ſuperioris* §. ſubſiſtentia abſoluta diuinæ eſſentiæ non ſolum facit ſubſiſtere ipſam diuinam eſſentiam, ſed eſt in ratione ſubſiſtentiæ communis, ſeu communicabilis adeo illimitata, vt faciat ſubſiſtere quodcumque aliud diuinum prædicatum aliqualiter commune, & communicabile: Cum igitur ſpiratio actiua ſit aliqualiter communis, & communicabilis, ſubſiſtentia abſoluta diuinæ eſſentiæ etiam ſpirationem actiuam faciet ſubſiſtere, & ex ſpiratione actiuâ, ac ſubſiſtentiâ abſolutâ conſurget ſpirator in concreto, & conſtitutum ſpiratoris commune Patri, & filio, ergo principium Spiritus Sancti, ſeu vnus ſpirator ſupponit formaliter, &c.

Dices, hoc modo nos admittere quod ly *ſpirator* ſupponat pro ſpeciali indiuiduo, quod neque ſit hic Deus, neque vlla perſona diuina, adeóque contra nos recurrit argumentum à nobis ſuprapoſitum in ſecunda probatione primi aſſerti, quod tale indiuiduum, nec eſſet indiuiduum naturæ nec indiuiduum perſonæ. Sed contra: admittimus quidem ly *ſpirator* eſſe ſpeciale indiuiduum, at identicè ſolum non formaliter, & volumus quidem ſpirationem actiuam in concreto dicere ſubſiſtentiam: at nolumus hanc ſubſiſtentiam importari formaliter, ſed volumus eſſe ipſam ſubſiſtentiam eſſentiæ vt facientem ſubſiſtere ſpirationem: ideo dicimus hoc concretum *ſpirator* eo modo, quo eſt indiuiduum, identicè ſcilicet, eſſe indiuiduum naturæ, non perſonæ, quia ſubſiſtentia, per quam conſtituitur id quod, & hoc ſingulare, eſt ſubſiſtentia naturæ. 69. Spirator eſt potius indiuiduum naturæ, quam perſonæ.

Dices inſuper hanc doctrinam eſſe tum per ſe maximè difficilem, tum parum conformem doctrinæ poſitæ in tertia probatione ſuperioris primi aſſerti. Eſt per ſe maximè difficilis, quia difficillimum eſt quomodo ly *ſpirator* ſubſiſtat ſubſiſtentiâ communi omnibus perſonis, & tamen omnibus perſonis commune non ſit quomodo ſubſiſtat ſubſiſtentiâ abſolutâ, & tamen in ſe ſit quid relatiuum. Eſt parum conformis doctrinæ ſuperiori, quia ibi probatur non poſſe quid vnum conſtitui ex eſſentia, & ſpiratione actiua, eo quod ſpiratio actiua ſupponat perſonas, nec conueniat immediatè eſſentiæ: hic ponimus quid vnum conſtitui ex ſubſiſtentiâ abſolutâ eſſentiæ, & ſpiratione actiua: non apparet autem quomodo poſſit immediatè connecti cum ſpiratione actiua ſubſiſtentia eſſentiæ potiùs, quàm eſſentia ipſa. Sed contra: Ad primam partem inſtantiæ dico, ſubſiſtentiam communem non tribuere quidem, at nec excludere incommunicabilitatem, ideo ex eo, quod ly *ſpirator* ſubſiſtat ſubſiſtentia communi ſequitur quidem, quod ex vi ſubſiſtentiæ præciſè nullam habeat incommunicabilitatem, at non ſequitur quin poſſit aliunde aliquam incommunicabilitatem admittere, quin ſcilicet propter oppoſitionem cum ſpiratione paſſiua, poſſit ly *ſpirator* eſſe incommunicabile perſonæ conſtitutæ per ſpirationem paſſiuam, Ad illud, quod additur dico non debere videri difficile quod relatiuum ſubſiſtentiâ abſolutâ ſubſiſtat, ſicuti nemini videtur difficile, 70. 71. Relatiuum poteſt ſubſiſtere ſubſi-

ſtentia abſolutâ ſicuti abſolutum ſubſiſtentiâ abſoluta.

cile, quod eſſentia abſoluta ſubſiſtat ſubſiſtentia relatiua in qualibet diuina perſona, & cum in diuinis ſubſiſtere abſolutè nihil ſit aliud, quam ſubſiſtere communicabiliter, & ſubſiſtere relatiuè ſubſiſtere incommunicabiliter. Mirum non eſt ſpirationem actiuam, quamvis in ſe quid relatiuum ſit, ſubſiſtere ſubſiſtentiâ abſolutâ, cum, quamvis quid relatiuum, ſit communis, & communicabi-
72. lis duabus perſonis. Ad ſecundam partem inſtantiæ dico ſubſiſtentiam eſſentię, non eſſentiam poſſe immediatè connecti ad conſtituendum quid vnum cum ſpiratione actiua, quia ſpiratio actiua ſupponit quidem perſonas tanquam aliquod requiſitum ex parte diuinæ eſſentiæ, at non tanquam aliquod requiſitum ex parte abſolutæ ſubſiſtentiæ: Diuina enim eſſentia ſe habet vt principium actiuæ ſpirationis, nec poteſt exercere rationem principiandi niſi ſuppoſitis duabus perſonis. Subſiſtentia abſoluta habet præciſè facere ſpirationem actiuam eſſe id quod, ad quod formaliter non requiritur dualitas perſonarum, imo nulla prorſus intellectâ perſonâ, ſicuti intelligeretur Deitas ratione ſubſiſtentiæ abſolutæ eſſe id quod: ita ratione eiuſdem ſubſiſtentiæ intelligeretur eſſe id quod ſpiratio actiua.

Subſiſtentia eſſentiæ potius, quam eſſentia ipſa poteſt immediatè cōnecti actiuæ ſpirationi.

73. Supereſt explicandum ly *vnus ſpirator* ſupponere, & confusè connotare perſonas Patris, & filij. Et quidem quod has duas perſonas ſupponat, & connotet, probatur, quia ex vna parte ly *vnus ſpirator* nequit haberi ſine duabus perſonis, cum Spiritus Sanctus iuxta infra dicenda §. 8. omninò requirat duas perſonas ex parte principij, quod eſt idem, ac dicere ex parte ſpiratoris. Ex alia parte per huiuſmodi duas perſonas formaliter non conſtituitur, quia formalia conſtitutiua ſpiratoris ſunt ſpiratio actiua, & abſoluta ſubſiſtentia. Neceſſe eſt igitur, quod huiuſmodi duas perſonas ſupponat, & connotet. Quod ipſas connotet confusè, id eſt indiſtinctè, & indeterminatè, probatur ex eo, quod ly *vnus ſpirator* rectè dicitur tum de Patre ſeorſim, pater eſt ſpirator; tum de filio ſeorſim, filius eſt ſpirator; tum de Patre, & filio ſimul, pater, & filius ſunt ſpirator. Non poſſunt autem omnes iſtæ prædicationes verificari, ſi ly *vnus ſpirator* diſtinctè, & indeterminatè connotaret aut ſolum Patrem, aut ſolum filium, aut patrem, & filium ſimul.

Spirator cōnotat indiſtinctè, & indeterminatè duas perſonas.

74. Dices: Suppoſitio confuſa iuxta Logicos eſt illa, in qua terminus confusè ſupponens dicitur de extremis ſuis ſubdiſiunctò, non de aliquo ipſorum ſeorſim, aut de omnibus ſimul. Sic in hac propoſitione: Aliquis oculus eſt neceſſarius ad videndum, ly *aliquis oculus*, dicitur de oculo dextro, vel ſiniſtro, non autem de dextro ſeorſim, aut de ſiniſtro ſeorſim, aut de dextro, & ſiniſtro ſimul; dicitur ſcilicet vel dexter, vel ſiniſter oculus, eſt oculus neceſſarius ad videndum; non dexter oculus eſt oculus neceſſarius, &c. ergo ſimiliter ſi ly *ſpirator* confusè ſupponeret, ſeu confusè connotaret, deberet connotare ſubdiſiunctò Patrem, & filium, non verò tum quemlibet ſeorſim, tum vtrumque ſimul. Sed contra quidquid ſit de ſignificatione ſuppoſitionis confuſæ in rigore logico, à nobis in præſenti confusè ſupponere ſumitur pro ſupponere indiſtinctè, & indeterminatè. Neque operæpretium eſt in re tam leui magis immorari.

Si poſitio cōfuſa quid ſit ſecundum Logicos.

---

§. VII.

Vtrùm Spiritus ſanctus procedat à Patre, & Filio æquè immediatè, & æque principaliter?

75. ASSERTVM: Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio æquè immediatè, & æquè principaliter. Eſt aſſertum communiſſimum inter Theologos, conſequens ad doctinam poſitam *in duobus ſuperioribus* §§. Nec poni poteſt Spiritus Sanctus procedens principalius à Patre, aut immediatius à filio niſi fauendo aut Schiſmati Græcorum, aut errori Macedonij, Eunomij, aliorumque antiquorum ſectatorum Arij, vt ſupra retulimus § 4.

Spiritus ſanctus procedit à Patre, & filio ęquè immediatè, & æquè principaliter.

Probatur: Spiritus Sanctus procedit à Patre, & filio vnâ eâdemque virtute ſpiratiuâ, imo tanquam ab vno, eodemque ſpiratore ex ſupradictis, ergo procedit à Patre, & filio æque immediatè, & æque principaliter. Conſequentia probatur, tum quia id, in quo duo vnum, & idem ſunt, non poteſt immediatius, aut principalius vni, quam alteri conuenire, alioqui nulla eſſet ratio cur eſſentia, aliaque prædicata abſoluta conueniant æque immediatè, & æque principaliter omnibus diuinis perſonis, tum quia creaturæ ſunt æquè immediatè, & æque principaliter à tribus diuinis perſonis, quia ſunt ab ipſis vnâ, eâdemque virtute creatiuâ, & tanquam ab vno, eodemque creature, ergo etiam Spiritus Sanctus æque immediatè, & æque principaliter à duabus perſonis, quia eſt ab ipſis vnâ, eâdemque virtute ſpiratiua, &c. Confirmatur: Nec pater ſpirat
principalius filio, nec filius ſpirat immedia- 76.
tius Patre, ergo Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio æque immediatè, & æque principaliter. Antecedens probatur, quia neutrum illorum ſtare poteſt cum omnimoda æqualitate diuinarum perſonarum ab omnibus fidelibus admiſſam, & traditam ab Athanaſio *in Symbolo* illis verbis: *Nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus, ſed tota tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.* Neque aut huic perſonarum æqualitati, aut aſſertæ veritati contrarius eſt D. Baſilius *lib. 3. contra Eunomium circa principium*, vbi videtur docere Spiritum Sanctum prius ordine dignitatis procedere à Patre, quam à filio, dum ait: *Quemadmodum filius ordine quidem à Patre ſecundus eſt, quoniam ab illo eſt; & dignitate quoniam origo, atque cauſa eſſendi pater ipſi eſt: ita & Spiritus Sanctus dignitate, & ordine ſecundus*

In quo ſenſu detur ordo dignitatis inter diuinas perſonas.

à

à filio eſt. Contrarius, inquam, non eſt, quia vt reſpondet Eſtius *in 1. diſtinct.* 12. §. 1. in illis Baſilij verbis: dignitas non eſt aliud, quam auctoritas, ſeu ratio principij, & in hac auctoritate, ac ratione principij filius eſt ſecundus à patre, proceditque Spiritos Sanctus prius à patre, quam à filio ſolum, quatenus hoc ipſum, quod eſt eſſe principium Spiritus Sancti, filius naſcendo à patre accepit, vt explicat Auguſtinus *de Trinit. lib.* 15. *cap.* 17.

77. Dices, hoc ipſum, quod eſt filium accipere à patre ratione principij reſpectu Spiritus Sancti, & conſeqoenter virtutem ſpiratiuam ſufficere, vt Spiritus Sanctus dicatur procedere principalius à patre, & immediatius à filio. Enimverò in creatis quoties ad eundem effectum concurrunt duo principia, quorum vnum operetur per virtutem ab alio acceptam, quod dat virtutem dicitur concurrere principalius, quod accipit dicitur concurrere immediatius, ergo ſimiliter, dum in diuinis Spiritum Sanctum producunt duæ perſonæ, quarum vna operatur per virtutem ab slia acceptam, quæ dat virtutem, dicetor coocurrere principalius, &c. Sed contra præſto eſt diſparitas tum ex parte prioeipij, tum ex parte virtutis. Ex parte principij, quia duæ perſonæ in diuinis ſunt vnicum principium, ideo à duobus principiis producentibus creatis non rectè arguitur ad duas perſonas producentes diuinas. Ex parte virtutis, quia virtus data, & accepta, in creatis eſt numero diuerſa, diſtincta, & cum ordine; in diuinis eſt vna numero, ſimpliciſſimè eadem, abſque ordine, & diſtinctione.

78. Probator ſecundò: Spiritus Sanctus procedit à Patre, & filio tanquam terminus amoris perfectiſſimè mutui, ergo procedit à Patre, & filio æque principaliter, & æque immediatè. Antecedens conſtabit ex §. *ſequenti*. Conſequentia probatur; De ratione amoris perfectiſſimè mutui eſt, quod ſit in vtroque amante perfectiſſimè æqualis; at non eſſet in patre, & filio amor perfectiſſimè æqualis, ſi terminus per amorem procedens procederet aut principalius à patre, aut immediatius à filio, ergo Spiritus Sanctus ſi procedit à Patre, & filio tanquam terminus amoris perfectiſſimè mutui, neceſſe eſt, quod procedat à Patre, & filio æque principaliter, & æqoe immediatè.

Spiritus ſanctus procedit tanquam terminus amoris mutui.

79. Probatur tertiò aſſertum in particulari quoad ly *æque immediatè*: In ratione ſpiratoris filius non mediat inter Patrem, & Spiritum Sanctum, ergo Spiritus Sanctos non procedit immediatius à filio, quam à patre, ſed æquè immediatè ab vtroque. Conſequentia patet, quia Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio in ratione ſpiratoris, non poteſt igitur Spiritos Sanctus procedere immediatius à filio, quam à patre, niſi inter ipſum Spiritum Sanctum, & Patrem, Filius mediet in ratione ſpiratoris. Antecedens probatur: Non poteſt vnum tertium inter duo mediare, niſi ſob ea ratione, ſub qua ab vtroque diſtinguitur, ſed filius in ratione ſpiratoris à Patre non diſtinguitur, ergo in ratione ſpiratoris non poteſt mediare inter Patrem, & Spiritum Sanctum. Minor patet, quia pater, & filius ſunt vous, & idem ſpirator, adeóque ſunt vnum, & idem in ratione ſpiratoris. Maior probatur, tum ratione, quia medium ſub ea ratiooe, ſub qua eſt medium, non poteſt non diſtingui ab extremis; tum inductione, ignis enim bipalmaris v. g. non dicitur agere immediatius ſecundom palmum propinquiorem paſſo, qoia vterque palmus habet rationem vnius agentis. Ex pluribus trahentibus nauim, qui magis à naui diſtant, non dicuntur trahere mediantibus propinquioribus, nec iſti præ illis dicuntur immediatius trahere, quia omnes habent rationem vnius traheotis, ergo. Hinc habes obiter filium mediate inter Patrem, & Spiritum Sanctum ſolùm in ratione perſonæ, in qua tum à Spiritu Sancto, tum etiam à Patre diſtinguitur, at non in aliqua alia ratione, in qua à Patre non diſtinguatur, cuiuſmodi eſt non ſolum ratio ſpiratoris, verum etiam ratio Creatoris, ratio Domini, &c. Vnde etiam filius rectè quidem dicitur ſecunda perſona, at nequit dici ſecundus ſpirator, ſecundus Creator, ſecundus Dominus, &c.

Filius ſub qua ratione mediet inter patrem, & Spiritum Sanctum, ſub qua non.

Probatur quatto aſſertum in particulari quoad ly *æquè principaliter*, ſumendo tales particulas provt idem ſonant, ac æquè perfectè, & provt non principaliter idem eſt ac inſtrumentaliter, vel miniſterialiter. Si enim *principaliter* ſumatur pro priocipialiter, ſicut *ex ſupradictis cap.* 2. §. 2. ratio principij in aliquo legitimo ſenſu conuenit ſoli patri, ita in aliquo legitimo ſenſu (quamvis propter errorem Græcorum non niſi cum aliquo addito, magnâque cautelâ vſurpandus ſit talis modus loquendi) dici poteſt Spiritum Sanctum habere pro principio ſolom Patrem, à ſolo patre principaliter, ſeu principialiter procedere, & in hoc ſenſu Eſtius *in primo diſt.* 12. §. 5. intelligit nonnullos antiquos patres, apud qoos habetur Spiritum Sanctum procedere propriè, & principaliter à ſolo patre. Cæterum ſumendo particulas illas provt idem ſonant, ac æquè perfectè, &c. Probatur: Si Spiritus Sanctus procedit magis principaliter à Patre, quam à filio, non æquè principaliter ab vtroque, maximè, quia Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium, vt admittit Conciliom Florentinum *in litteris vnionis*, & tradiderunt nonnulli Sancti Patres, ſpecialiter Tertullianus *lib. contra Praxeam*, dicens: *Spiritum Sanctum à Patre per filium deduco*. Sed ex hoc capite non probatur Spiritom Sanctum procedere principalius à Patre, quam à filio; ly enim *per* non denotat procedere per filium tanquam per inſtrumentum, vel miniſtrum; ſed ſolum denotat procedere per virtutem, quam filius accepit à Patre, cum quo ſtat procedere à filio æque principaliter, ac à Patre propter omnimodam vnitatem virtutis datæ, & acceptæ. 80.

In quo ſenſu admitti poſſit Spiritum Sanctũ procedere principaliter à ſolo patre.

Accedit, quod abſolutè dici poteſt ly *per filium* idem ſignificare, ac à filio, vt Baſilius 81.

Spiritus ſan-

libro

[ſ]tus procedit à patre per filium.

libro de Spiritu Sancto cap.19. probat ex *Scriptura Geneſis 4. Poſſedi hominem per Deum, ideſt à Deo* Ioan. 10. *Omnia per ipſum facta ſunt.* Coloſ. 1. *Omnia per ipſum creata ſunt.* Nec quidqoam refert, quod Græci teſte Bellarione *in fine orationis dogmatica*, negantes Spiritum Sanctũ procedere à filio, vel ex filiu, àdmittaot ipſum procedere per filium. Non refert, inquam, quia ad proprium errorem tuendum abutuntur Græci illâ particulà, *per*, eique attribuunt incongruas expoſitlones, vt videre eſt apud Bellarminum *controuerſia 2. lib. 2. de Chriſto, cap.24*

82. Dices: Si ly *per filium* idem eſſet ac à *filio*, ſeu *ex filio*, ſicuti Spiritus Sanctus dicitur procedere à patre per filium, ita dici poſſet procedere à filio per patrem; at hoe eſt contra D. Thomam *prima parte, quaſtion. 36. art. 3. ad 4.* vbi ait, *dicitur, quod pater ſpirat per filium, non è conuerſo.* Sed contra ly *per*, quando ita applicatur duobus, vt vnum dicatur per aliud operari, ſignificat etiam ordinem, & rationem aliquam medij in eo, per quod aliud dicitur operari, & quia inter patrem, & filiuo datur ſolum ordo in quantum ad ſuppolita, & in ratione ſuppoſiti, ſeu perſonæ, ſolum filius mediat inter Patrem, & Spirituin Sanctum; non è contra mediat etiam Pater inter filium, & Spiritum Sanctum, bene docet *D. Thomas* Patrem ſpirare per filium, non è conuerſo etiam Filium ſpirare per patrem. Cæterùm ſi ly *per* abſolutè vſurpatetur, poſſet etiam Patri reſpectu Spiritus Sancti applicari, & rectè dicitur, Spiritus Sanctos procedit per patrem à filio propter rationem ex S. Doctore allatam. Nec audiendi ſunt Durandus *in primo, diſt. 12. quaſt. 3.* & Canarienſis *de Trinitate, quaſt. 36. art. 3.* cenſentes propoſitionem illam admitti poſſe in hoc ſenſu: Spiritus Sanctus procedit à filio per patrem, ideſt per virtutem acceptam à Patte, ſicuti conceditur prætorem opetari per Regem, ideſt per vittutem acceptam à Rege. Audiendi, inquam, non ſunt, quia virtus patris non mediat inter operationem Filij, & Spiritom Sanctum, ſicuti virtus Regis, vt potè, quæ facit, quod actio Prætoris conſequatur ſuum effectum, mediat ioter actionem prætoris, & effectum. Licèt igitur dici poſſit, Rex operatur per prætorem propter ordinem ſuppoſitorum, Prætor operatur per Regem propter ordioem virtutis, non ſic dici poteſt, filius operatur per patrem, ſed ſolum pater operatur per filium, quia in diuinis reperitur tantom ordo ſuppoſitorum, non ordo virtutis. Neque vrgeas: Virtus ſpiratina eſt prius origine in patte, quam in filio, ergo in diuinis datur etiam ordo virtutis. Contra enim vittus ſpiratiua (eadem eſt ratio de omnibus prædicatis abſolutis) eſt prius origine in Patre, quam in filio ratione ſui, falſum eſt, ratione ſuppoſiti, cum quo identificatur, quateous in patre identificatur cum ſuppoſito, quod eſt prius origine eo, cum quo identificatur in filio, verum eſt: at hoc eſt reſoluere totum ordinem in ſuppoſita, non in vittotem ipſam. Quod dixi virtutem ſpirarinam non eſſe prius origine in patte, quam in filio, probari poteſt, & explicari paritate diuinæ eſſentiæ, recolendo quæ dicebantur *tract. ſuperiore, libro primo, capite ſecundo, §. ſecundo circa finem.*

Nec è contra à filio per patrem.

Virtus ſpiratiua ratione ſui non eſt prius origine in patre, quã in filio.

83. Ex dictis habes vitandam prorſus eſſe comparatiuam locutionem inter modum ſpirandi Patris, & modum ſpirandi filij, & licet in aliquo legitimo ſenſu dici poſſit, pater principaliter ſpirat, propriè ſpirat, in nullo ſenſu concedendum eſt, quod aut pater ſpiret magis principaliter, & magis propriè, quam filius; aut filius ſpiret minus principaliter, minus propriè, quam Pater: & Molina *prima parte, quaſt. 36. artic. 3.* rectè monet, quod Sancti Patres, qui illud primum admiſerunt, nunquam hoc ſecundum conceſſerunt. Eadem comparatiua locutio vitanda eſt in ordine ad creandum, & quælibet diuina perſona principaliter propriè, immediatè creat, at nulla creat magis, aut minus principaliter; magis, aut minus propriè; magis, aut minus immediatè, quam altera.

Viranda eſt comparatiua locutio in diuinis in ordine ad ſpirandum, & creandũ.

84. Habes inſuper Patrem duplici quodammodo ratione, duplicive titulo producere Spiritum Sanctum: Nimirum tum per ſe ipſum, tum per filium, ſeu per virtutem ſpiratiuam, tum vt ſibi inexiſtentem, tum vt filio communicatam, & quamvis, quia hæc virtus vnica, & eadem eſt, ſit etiam vnica, & eadem Spiritus Sancti productio, noo minus, quam vnicum, & idem principium; nihilominns negari non poteſt aliqualis æquioalentia ad duas productiones, & appatet maximè hæc qualiſcumque æquiualeotia in hypotheſi impoſſibili, qua ſupponeretur Spiritum Saoctum à ſolo filio procedere; in tali enim hypotheſi, quamvis Spiritus Sanctus non procederet à patte per ſe ipſum, & Immediatè, non poteſt tamen non procedere ab ipſo per filium, & mediatè, quatenus pater producendo filium produceret mediatè quidquid producit filins, quia ſicuti quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati; ita quod eſt principium principij eſt priocipium cuiuſcumque procedentis à tali principio. Neque dicas iuxta hanc doctrinam à nobis concedi Spiritum Sanctum etiam de facto procedete à Patre mediatè, quod eſt omnino inconſequens ad hucvſque dicta. Contra enim: Conceditur quidem, quod Spiritus Sanctus procedat à Patre mediatè, & immediatè ſimul, ſeu proceſſione, quæ ſimul ac indiuiſibiliter mediata, & immediata ſit, quod nihil aliud eſt, quam dicere, quæ ſit ſimul indiuiſibiliter à patre, & filio tanquam à duabus perſonis habentibus inter ſe ordinem originis: At non conceditur, quod Spiritus Sanctus procedat à patre ſolum mediatè, quod vere eſſet ad hucvſque dicta prorſus inconſequens. Poteſt hoc exemplificari in productione creaturatum, ex quibus plures à Deo producuntur mediatè, & immediatè ſimol, oulla verò poteſt ab eodem produci ſolum mediatè.

Pater producit Spiritũ Sanctum dupliciter.

Quamvis non producat ipſum ſolum mediatè; producit tamen mediatè, & immediatè ſimul.

§. VIII.

§. VIII.

Virùm Spiritus Sanctus tum vt talis, qualis de facto eſt, tum vt præcisè procedens per voluntatem petat eſſe à duabus diſtinctis perſonis?

85.
Spiritus Sanctus vt talis, qualis de facto eſt, petit eſſe à duabus perſonis.

ASSERTVM I. Spiritus Sanctus vt talis, qoalis de facto eſt, neceſſariò petit eſſe à duabus perſonis diſtinctis. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 36. *art.* 4. *ad primum, in primo diſtinction.* 11. *artic.* 2. *in C. & art.* 4. *ad* 2. Caietanus, Bañes, Nazarius, Ripa, aliique Thomiſtæ: cum D. Thoma, ac Thomiſtis Vaſquez *prima parte, diſputation.* 150. *cap.* 2. Lugus *lib.* 2. *diſputat.* 17. *cap.* 6. *num.* 5. Arriaga *diſputat.* 50. *ſect.* 7. De Quitos *tract.* 7. *diſp.* 45. *ſect.* 3. Auerſa *quæſtion.* 36. *ſection.* 2. Herincx *tract.* 2. *diſputation.* 2. *quæſtion.* 11. *&c.* Contra errores ponentium Spiritum Sanctum procedere aut à ſolo patre cum Græcis Schiſmaticis, aut à ſolo filio cum Macedonianis. Item contra Durandum *in* 1. *diſtinction.* 11. *quæſt.* 3. docentem Spiritum Sanctum ſicoti appropriatè ſolum, & quoad modum loquendi, non proptiè, & quoad tem procedit per voluntatem, ita etiam ſolum appropriatè, & quoad modum loquendi petere ex parte principij duas perſonas, cæterùm proptiè quoad rem, ſicuti eſt immediatè à natura æque ac Verbum ita contentum eſſe ex parte principij vnâ perſunâ, æque ac Verbum. Referri inſuper contra nos ſoler Scotus *in* 1. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. Verùm licèt Scotus doceat Spiritum Sanctum non neceſſariò poſtulare duo ſuppoſita ſpirantia ſatis tamen non conſtat vtrum loquatur de Spirito Sancto vt tali, qualis de facto eſt, an ſolum de ipſo accepto formaliſſimè, vt præcisè eſt perſona procedens per voluntatem.

86.
Reſpectu Spiritus Sancti. & Verbi datur principium elicitiuum, tū obiectiuum.

Pro maiori aſſerti intelligentia aduerte in ordine ad Spiritum Sanctum vtpote procedentem per voluntatem, & amorem (ex quo capite habes obiter corruere fundamentum, cui innititur Durandus qui propterea non erit in præſenti ſpecialiter impugnandus) duplex principium diſtingui: alterum, quod eſt perſuna amans: alterum, quod eſt res amata: eo modo, quo in ordine ad Verbum procedens per intellectum, & intellectionem, diſtinguitur duplex principium: alterum influens elicitiuè, & vitaliter per modum cognoſcentis: alterum influens obiectiuè per modum rei cognitæ. Ratio à priori huius eſt, quia licet communiter dicatur: ex obiecto, & potentia gignitur notitia, tamen re ipſa gigni ex obiecto, & potentiâ commune eſt cuicumque actui vitali, & conſequenter cuicumque termino producto per actum vitalem, non proprium notitiæ, ſeu actus cognitionis, & termini per talem actum producti. Porro in præſenti dum aſſerimus Spiritum Sanctum neceſſariò petere eſſe à duabus diſtinctis perſunis, ſeu requirere duas perſonas ex parte principij, loquimur de principio elicitiuo concurrente per modom amantis; non de principio obiectiuo concurrente per modum rei amatæ: de hoc enim ſingillatim agetur *infrà, paragraph.* 14. Sic explicatum aſſertum

Probatur primò: Spiritus Sanctus vt talis, qualis de facto eſt, neceſſariò petit eſſe à ſpiratore, vt tali, qualis de facto eſt; ſed ſpirator vt talis, qualis de facto eſt, neceſſariò connotat duas perſonas, ergo Spiritus Sanctus vt talis, qualis de facto eſt, neceſſariò connotat doas perſonas, neceſſariò petit à duabus perſonis eſſe. Maior patet, quia eadem eſt proportio Spiritus Sancti ſimpliciter ad ſpiratorem ſimpliciter, & Spiritus Sancti, qui de facto eſt ad ſpiratorem, qui de facto, adeóque ſicuti Spiritus Sanctus ſimpliciter neceſſariò petit eſſe à ſpiratore, ita Spiritus Sanctus qui de facto eſt, &c. Minor probatur: Spirator vt talis, qualis de facto eſt, eſt qoid commune, ſeu communicabile, at nequit eſſe quid commune, niſi neceſſariò connotet ſaltem duas perſooas, ergo. Confirmatur: Spiritus Sanctus, vt talis qualis de facto eſt, procedit à duabus perſonis æqualiter, & æque principaliter ex ſupradictis, at ſi procederet tantum ab vna neceſſariò, & per ſe, ab alia verò quaſi per accidens, materialiter, & identicè procederet principalius, & magis ab vnâ, ab eâ ſcilicet, à qua procederet neceſſariò, & per ſe, quam ab altera, ergo Spiritus Sanctus, vt talis, qualis de facto eſt, procedit neceſſariò, & per ſe à duabus perſonis. 87.

88.
Spiritus Sanctus de facto procedit vt amor mutuus, ſeu, vt terminus mutui amoris.

Probatur ſecundò: Spiritus Sanctus, vt talis, qualis de facto eſt, eſt amor mutuus ſeu potius terminus amoris mutui, at terminus amoris mutui neceſſariò petit eſſe à duabus diſtinctis perſonis, nec aliter, quam à diſtinctis perſonis eſſe poteſt, ergo Spiritus Sanctus vt talis, qualis de facto eſt, &c. Maior traditur ab Auguſtino *libro ſexto, de Trinitate, capite quinto*, Anſelmo *in Monologio, capit.* 48. *&* 52. Bernardo *Sermone* 3. *Pentecoſtes* Hieronymo *in* Pſalm. 17. *circa initium*, Proſpero *in libro ſententiarum, ſententia* 371. aliiſque Sanctis Patribus communiter. Minor probatur, quia amor mutuus non poteſt exerceri niſi inter duas perſonas, præſertim in diuinis, vbi cum nulla detur realis diſtinctio, niſi inter duas perſonas amor, qui inter duas perſonas non exercetur nec ex parte actuum, nec ex parte potentiarum, nec aliunde ex parte principij ſortiri poterit realem diſtinctionem, vi cuius ſaluetur realis correſpondentia, & ratio mutui. Neque dicas, etiam ſi Spiritus Sanctus ex vnica perſona procederet, adhuc exerceretur amor mutuus inter

Perſonam producentem, ſi ipſum Spiritum Sanctum procedentem, ergo ex ratione amoris mutui non ſufficieniet infertur Spi-
89. ritum Sanctum poſtulare ex parte principij duas diſtinctas perſouas. Contra enim primò: Aliud eſt dicere amorem mutuum, aliud eſt dicere terminum amoris mutui: ex eo quod detur io diuinis amot mutuus, tranſeat, non ſufficienter inferri, Spiritum Sanctum poſtulare ex parte principij, &c. Sufficientiſſimè tamen id infertur ex eo, quod Spiritus Sanctus ſit amoris mutui terminus; nam illius amoris mutui, cuius Spiritus Sanctus eſt terminus, vtique non poteſt idem Spiritus Sanctus eſſe principium; neceſſe eſt igitur, quod amor taliter mutuus ſupponat alias duas perſonas præter Spiritum Sanctum, & quod huiuſmodi duæ perſonæ reſpiciant Spiritum Sanctum tanquam termioum, adeóque Spiritus San-

Aliud eſt in rigore Spiritum Sanctũ eſſe amorem mutuũ, aliud eſſe terminũ amoris mutui.

90. ctus ipſas ſupponat ex parte principij. Contra ſecundò: Amor ille cui exerceretur inter vnicam perſonam producentem, & Spiritum Sanctum procedentem, non eſſet perfectiſſimè mutuus, quia non eſſet eum mutua bonorum communicatione, nam perſona procedens nihil communicaret perſonæ producenti. Si vrgeas hoc modo neque de facto inter patrem, & filium daretur amor perfectiſſimè mutuus, quia filius nihil communicat patri, impugnaberis ex Ioan. à S. Thoma *prima parte, diſputation.* 15. *articulo quarto, numero* 10. docente filium communicare aliquid patri quoad exercitium ſpirandi, quia exhibet ei id, ſine quo ſpirare non poteſt, ſcilicet perſonam ſuam, vt ſpiran-
91. tem.

Hæc ſecunda aſſerti probatio efficaciſſima eſt, & longè efficacior prima probatione, in qua, eiuſque confirmatione ſiſtendo, non euincitur Spiritum Sanctum, vt talem, qualis de facto eſt, neceſſariò petere eſſe à duabus perſonis magis, quàm creaturæ, vt tales, quales de facto ſunt, neceſſariò petant eſſe à tribus perſonis, nam etiam creator vt talis, qualis de facto eſt, eſt quid commune, & communicabile creaturæ, item vt tales, quales de facto ſunt, producuntur à tribus perſoois æqualiter, & æquè principaliter. Et licet Lugus *capite citato, numero* 9. Herincx *quæſtion. citatâ, numero* 87. aliique nonnulli exiſtiment id ſufficere, vt Spiritos Sanctus de facto exiſtens dicatur neceſſariò, & per ſe exigere duas diſtinctas perſonas. Nihilominus, vt poſitum aſſertum in maiori rigore ſuſtineatur, & melius appareat neceſſaria per ſe perſeitate quarti modi dualitas perſonarum ad productionem Spiritus Sancti vt talis, qualis de facto eſt, non eſt recedendum ab hac ſecunda probatione, nec fidendum eſt primæ, niſi vt roboratæ ab hac ſecunda niſi ſcilicet vt ly *ſpirator* importat ſpiratorem mutuò amantem, & ly *procedere à duabus perſonis æqualiter* importat æquali-
9²₂ tatem amoris mutui.

Spiritus Sãctus magis per ſe requirit dualitatẽ, quàm creaturæ Trinitatem perſonarum ex parte principij.

Dices: Amor mutuus non eſt intrinſecè diuerſus ab amore non mutuo, ergo in Patre poſſet ſupponi idem amor intrinſecè, qui nunc eſt, & conſequenter productiuus eiuſdem Spiritus Sancti, quem producit nunc, etiamſi ſupponeretur eſſe amor non mutuus, ergo ex ratione amoris mutui non adeo efficaciter probatur Spiritum Sanctum per ſe eſſe à duabus perſonis; nec fore eundem Spirirum Sanctum, qui nunc eſt, ſi ab vnica perſona procederet. Probatur antecedens: Formalitas mutui eſt denominatio extrinſeca in amore: prouenit enim à forma extrinſeca, ſcilicet ab actu exiſtente in ſubiecto extrinſeco redamante, & actui, quo ego diligo Petrum, nihil intrinſecum aut additur, aut detrahitur per
hoc, quod Petrus aut redamet, aut non 93.
redamet. Sed contra falſum eſt amorem mutuum non eſſe intrinſecè diuerſum à non mutuo, falſum item eſt eſſe denominationem extrinſecam prouenientem ab actu redamationis, ſeu à perſona redamante, dicit quidem etiam talem extrinſecam denominationem, at vlterius, & principalius importat intrinſecam habitudinem ad obiectum diuerſam ab ea, quam importat amor non mutuus. Amor enim mutuus importat habitudinem ad obiectum non præciſè vt amabile, & terminatiuè ſe habens, qualem habitudinem importat amor non mutuus; ſed importat habitudinem ad obiectum vt amabile ſimul, & redamatiuum, vt terminatiuè & elicitiuè ſe habens, nec ſi ego diligam Petrum præciſè vt obiectum amabile, Petro redamante meus amor euadit intrinſecè, & formaliter mutuus, ſed neceſſe eſt, quod Petrum amem ſub formali ratione, tum amabilis, tum redamantis, ſeu redamatiui. Si igitur amor, qui nunc in patre eſt mutuus foret, non mutuus, non foret idem intrinſecè, nec poſſet ab eo procedere idem Spiritus Sanctus, qui nunc procedit vt ter-
minus amoris mutui. 94.

Amor mutuus differt intrinſecè à non mutuo.

Probatur tertiò Aſſertum argumento negatiuo: Si Spiritus Sanctus, vt talis, qualis de facto eſt, poteſt quantum eſt de ſe procedere ab vnicâ perſonâ putà à ſolo Patre, aut à ſolo filio, maximè, quia tum in ſolo patre, tum in ſolo filio reperitur tota virtus ſpiratiua, vbi autem reperitur in vno ſuppoſito tota virtus productiua alicuius termini, impertinenter ſe habet ad talis termini productionem ſuppoſitorum pluralitas, ſed hæc ratio nulla eſt, ergo. Minor probatur: ly *tota virtus ſpiratiua*, vel importat præciſè totalitatem virtutis, vel importat etiam totalitatem conditionis: Si primum verum eſt quod tum in ſolo Patre, tum in ſolo filio eſt tota virtus ſpiratiua, at hæc totalitas non ſufficit, vt dicatur nihil aliud per ſe, & formaliter ex parte principij requiri ad Spiritus Sancti productionem. Nam ad producendum actum voluntatis requiritur ex parte principij per ſe formaliter cognitio, licèt hæc ſe habeat ſolum vt conditio ad virtutem

Virtus ſpiratiua in ſolo patre aut in ſolo filio non eſt tota totalitate conditionis.

tem volitiuam. Si ſecundum, falſum eſt reperiri aut in ſolo Patre, aut in ſolo filio totam virtutem ſpiratiuam Spiritus Sancti, qui de facto eſt, quia poſito ſolo Patre, aut ſolo filio non datur dualitas ſuppoſitorum, quæ ſicut eſt conditio eſſentialiter requiſita ad amorem mutuum in diuinis, ita etiam eſſentialiter requiritur ad terminum amoris mutui, euiuſmodi eſt Spiritus Sanctus, qui nunc eſt.

95. Dices hoc modo de facto neque in Patre, neque in filio ſaluaretur tota virtus ſpiratiua prout ly *tota* appellat totalitatem etiam conditionis, nam dualitas ſuppoſitorum, quæ ponitur requiri ad virtutem totalem totalitate conditionis, neque in patre, neque in filio reperitur: Sed contra dualitas ſuppoſitorum, quæ requiritur tanquam conditio ad virtutem ſpiratiuam cum omnimoda totalitate acceptam, eſt dualitas ſuppoſitorum per ſimultatem, non per identitatem, & vt Pater, qui nunc eſt, habeat omnem conditionem requiſitam ad virtutem ſpiratiuam, debet habere ſimultatem, non identitatem ad filium, debet eſſe ſimul, non debet eſſe idem cum filio, & ſic de facto; tum in patre, tum in filio reperitur dualitas ſuppoſitorum eo modo, quo talis dualitas eſt conditio requiſita ad virtutem ſpiratiuam.

96. Spiritus ſanctus formaliſſimè acceptus non petit eſſe à duabus perſonis.

ASSERTVM II. Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus, vt præciſè eſt perſona procedens per voluntatem, non petit neceſſariò eſſe à duabus diſtinctis perſonis. Ita Scotus *in* 1. *diſt.* 12. *queſt.* 1. quem ſequuntur vltra Scotiſtas Recentiores magis communiter iiſdem ferè locis in ſuperiore aſſerto præcitatis contra Thomiſtas, alioſnonnullos.

Nec petit eſſe terminus amoris mutui.

Probatur primò: Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus, vt præciſè eſt perſona procedens per voluntatem, non petit neceſſariò, quod ſit terminus amoris mutui; ergo non petit neceſſariò eſſe à duabus diſtinctis perſonis. Conſequentia patet, quia ex ſola prærogatiua amoris mutui ſufficienter ſuadetur Spiritum Sanctum, vt de facto exiſtentem neceſſariò eſſe à duabus diſtinctis perſonis. Antecedens probatur, amor etiam non mutuus in diuinis eſt infinitus, & perfectiſſimus, alioqui Pater amando ſe ipſum non haberet amorem infinitum, & perfectiſſimum, ergo Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus poteſt eſſe terminus amoris etiam non mutui, & conſequenter non petit neceſſariò, quod ſit terminus amoris mutui.

97. Dices: Malè probari, quod Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus non ſit neceſſariò terminus amoris mutui, & malè ſupponi, quod ſolum ex prærogatiua amoris mutui Spiritus Sanctus neceſſariò poſtulet eſſe à duabus diſtinctis perſonis, adeóque nec antecedens, nec conſequens poſitæ probationis ſubſiſtere. Ratio primi eſt, quia Spiritus Sanctus, formaliſſimè acceptus debet eſſe perfectiſſimus etiam comparatiuè, adeò vt nequeat admittere alium Spiritum Sanctum perfectiorem, ergo neceſſariò eſt terminus amoris perfectiſſimi etiam comparatiuè, non admittentis ſcilicet alium amorem perfectiorem, cuiuſmodi eſt ſolus amor mutuus, amor enim non mutuus licet infinitus, & perfectiſſimus in ſe, nunquam poteſt eſſe perfectiſſimus comparatiuè, & comparatus ad amorem mutuum ſemper admittit amorem perfectiorem. Ratio ſecundi eſt, quia *ſuperiori* §. 4. rationibus non deriuatis ex prærogatiua amoris mutui probatum eſt Spiritum Sanctum procedere à patre, & filio: ergo vel malè ibi adductæ ſunt illæ rationes, vel malè hic ſupponitur non aliter, quàm ex prærogatiua amoris mutui probari poſſe quod Spiritus Sanctus poſtulet eſſe à duabus diſtinctis perſonis. Sed contra ad ratio- 98.

Spiritus ſanctus formaliſſime acceptus quomodo debeat eſſe perfectiſſimus.

nem primi dico, Spiritum Sanctum formaliſſimè acceptum debere eſſe perfectiſſimum etiam comparatiuè in propria ratione, id eſt in ratione Spiritus Sancti formaliſſimi, & ſub tali ratione non poſſe alium Spiritum Sanctum perfectiorem admittere: Cæterùm ſi comparetur ad Spiritum Sanctum adæquatè acceptum, & vt de facto exiſtentem, non debere eſſe comparatiuè perfectiſſimum: quamvis igitur admitteretur amorem ſolum mutuum eſſe comparatiuè perfectiſſimum, non inde ſequeretur Spiritum Sanctum formaliſſimè acceptum ſolum poſſe eſſe terminum amoris mutui. Deinde dici poteſt amorem mutuum eſſe perfectiorem non mutuo, quando ille dicit dualitatem actuum, non quando dicit actum vnicum ſimpliciſſimum cum ſola dualitate ſuppoſitorum vt in diuinis.

Amor mutuus quomodo ſit perfectior non mutuo.

Tandem amor non mutuus non eſt comparatiuè perfectiſſimus ſuppoſito quod in Deo ſit dabilis mutuus: At ſi ſupponatur in diuinis vnicam perſonam Spiritum Sanctum procedere, in tali vnica perſona amor non mutuus eſſet etiam comparatiuè perfectiſſimus, ergo in tali ſaltem ſuppoſitione Spiritus Sanctus etiam vt comparatiuè perfectiſſimus, poſſet eſſe terminus amoris non mutui: Ad rationem ſe- 99.
cundi dico, aliud eſſe quod Spiritus Sanctus procedat à duabus diſtinctis perſonis, aliud eſſe quod ita procedere ſit ipſi debitum formaliter, & per ſe ex proprio modo procedendi, ſicuti vt *libro ſuperiore, capite quarto*, explicabatur. Aliud eſt quod Spiritus Sanctus procedat ſimilis in natura, aliud eſt, quod ita procedere conueniat ipſi ex proprio modo procedendi. Illud primum, ſcilicet Spiritum Sanctum procedere à duabus diſtinctis perſonis, rectè probatur rationibus allatis in *ſuperiore paragrapho quarto*, aliiſque pluribus. Illud ſecundum, ſcilicet quod ita procedere ſit ipſi debitum, &c. non poteſt ſufficienter probari independenter à prærogatiua amoris mutui.

Probatur ſecundò: Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus, vt præcisè eſt perſona per voluntatem procedens nec ſupponit neceſſariò perſonam Verbi, nec perſonâ Verbi ſuppoſitâ petit neceſſariò ab ipſa procedere, ergo Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus, &c. non petit neceſſariò eſſe à duabus diſtinctis perſonis. Conſequentia patet: Probatur anrecedens quoad primam partem: Si Spiritus Sanctus ſupponit neceſſariò perſonam Verbi, maximè, quia operatio voluntatis, per quam procedit Spiritus Sanctus, ſupponit neceſſariò operationem intellectus, per quam procedit Verbum, ſed hæc ratio non eſt ſufficiens, quia licet operatio voluntatis ſupponat neceſſariò operationem intellectus, operatio tamen voluntatis fœcunda, & productiua impulſus, non ſupponit neceſſariò operationem intellectus fœcundam, ac productiua verbi, & ſiſtendo præcisè in exigentia operationis voluntatis, eiuſque termini, optimè percipi poſſet Deum intelligere ſe actu infœcundo, adeóque non produeendo Verbum, & amare ſe actu fœcundo, adeóque producendo Spiritum Sanctum. Probatur autecedens quoad ſecundam partem: Terminus voluntatis etiam ſuppoſito verbo non petit neceſſariò ab ipſo procedere, neque enim verbum ad amorem requiritur magis, quàm cognitio, & vbi ad amorem ſupponitur, ſupponitur ex indigentia cognitionis potiùs, quàm ex indigeotia amoris. Sicuti igitur terminus voluntatis ſupponendo cognitionem à cognitione non procedat; ita nec, quando ſupponet verbum procedet à verbo; ergo Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus; vt eſt præcisè terminus voluntatis, & perſona procedens per voluntatem etiam ſuppoſitâ perſonâ Verbi non petit neceſſariò ab ipſa procedere.

Amor ex genere ſuo ſupponit cognitionē, & non ſupponit verbum.

Et ſupponēdo verbum non ſupponit ipſum tanquam id, à quo procedat.

101. Nec obſtant verba D. Thomæ *prima parte, quæſtion. 36. articulo ſecundo, in C.* dicentis: *neceſſe eſt, quod Amor à verbo procedat.* Non obſtant, quia non loquitur Sanctus Doctor de amore ſecundùm ſe, & ex concepto ſuo formaliſſimo; ſed loquitur ſuppoſitâ proceſſione, ſeu origine inter amorem, & verbum, quâ hypotheſi facta ex eo, quod regulariter ea, quæ ſunt per intellectum priora ſunt iis, quæ ſunt per voluntatem; potiùs; quam è contra, rectè infertur amorem procedere à verbo, Spiritum Sanctum à filio potius, quam è contra. Nec item obſtat, quod ſuppoſitâ perſonâ verbi neceſſe ſit Patrem omnia ipſi communicare præter eſſe patrem, & conſequenter inter alia communicare virtutem ſpiratiuam; quæ non importat formaliter eſſe Patrem. Non obſtat, inquam; quia communicatio virtutis ſpiratiuæ eſt ex neceſſitate æqualitatis diuinarum Perſonarum, & identitatis ipſarum in omnibus prædicatis non oppoſitis, non ex ſpeciali exigentia Spiritus Sancti formaliſſimè accepti; & ſicuti ſuppoſitis Perſonis Verbi, & Spiritus Sancti neceſſe eſt ipſis communicari virtutem creatiuam, nec propterea creaturæ ex conceptu ſuo petunt produci, aut neceſſariò in quarto modo per ſe producuntur à tribus diuinis perſonis, ita &c.

Ex his habes aliud eſſe, quod Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus à duabus perſonis procedat, aliud eſſe, quod id ex ſe requirat, idque ipſi conueniat in quarto modo per ſe. Primum ſuppoſitis duabus perſonis Patris, & Verbi difficilè negari poteſt niſi plurimum derogetur argumentis probantibus Spiritum Sanctum de facto exiſtentem procedere à filio. Quia tamen Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus non petit eſſe amor mutuus, & poteſt quantum eſt de ſe procedere aut ab vnicâ perſonâ, aut à duabus abſque eo, quod ſecundum ſe talem dualitatem exigat magis, quam vnicitatem, ſi ſuppoſitis duabus perſonis ab vtraque procedit; id prouenit ex neceſſitate, & conditione perſonarum producentium, non ex neceſſitate, & conditione Spiritus Sancti producti quoties Spiritus Sanctus formaliſſimè ſumitur. 102.

Aliud eſt quod Spiritus Sanctus à duabus perſonis procedat, aliud eſt, quod id ex ſe requirat.

Habes inſuper dupliciter explicari poſſe, quod Spiritus Sanctus formaliſſimè acceptus non procedat per ſe à duabus perſonis; vel ponendo vnicam perſonam in diuinis præter Spiritum Sanctum, & aſſerendo ab huiuſmodi vnica perſona proceſſiturum adhuc Spiritum Sanctum; vel concedendo ipſum procedere à duabus, per accidens tamen, & materialiter ſe habente dualitate perſonarum ex parte Spiritus Sancti. Addi poteſt tertius modus, quo admiſſis perſonis patris, & filij, ſimpliciter ſupponatur ab vnica ex ipſis Spiritum Sanctum procedere, loquendo per hypotheſim impoſſibilem, & præſcindendo ab eo, quod Spiritus Sanctus ſecundùm ſe exigat à duabus perſonis procedere, vel poſſit ſaltem formaliſſimè acceptus procedere ab vnicâ. Ex hac hypotheſi oritur celebris illa, & acerrimè agitata controuerſia de diſtinctione Spiritus Sancti à filio, ſi ab ipſo Spiritus Sanctus non procederet; à qua controuerſia, quia nonnulli ſe facilè expediunt, ipſam tanquam inutilem ac fruſtraneam contemnentes, & omittentes operæ pretium eſt ipſius examini aliquid de eiuſdem examinandæ vtilitate, ac neceſſitate præmittere. Ideo ſit 103.

§. IX.

§. IX.

De diſtinctione Spiritus ſancti à filio, ſi à filio non procederet. Et primò vtrùm vtile, ac neceſſarium ſit huiuſmodi controuerſiam agitare?

104. Vtiliter agitatur cõtrouerſia de proceſſione Spiritus ſancti à filio, ſi à filio non procederet.

ASSERTVM: Valde vtile, ac neceſſarium eſt agitare controuerſiam de diſtinctione Spiritus ſancti à filio, ſi à filio non procederet. Ita Theologi communiſſimè; & licet plures controuerſiæ vtilitatem expreſſis verbis non aſtruant, dum tamen ipſam accuratè agitant, vtique vtiliter agitari ſupponunt; tradunt verò in terminis aſſertam controuerſiæ vtilitatem Scotus *in* 1. *diſtinct.* 11. *quæſtione* 2. §. *contra iſtam petitionem*, Vaſquez *prima parte*, *diſputat.* 147. *cap.* 1. *numero* 1. Lugus *lib.* 2. *diſputat.* 17. *cap.* 3. *numero* 2. Arriaga *diſputat.* 53. *ſect.* 4. *ſubſec.* 1. Ruiz *diſputation.* 68. *ſect.* 1. &c. contra Goffredum *quodlib.* 7. *quæſt.* 4. Gregorium *in* 1. *diſtinct.* 11. *quæſtione* 1. *articul.* 2. Gabrielem *quæſt.* 2. alioſque nonnullos, qui propter principium illud: *Ex impoſſibili ſequitur quodlibet*, arbitrantur ex ſuppoſitione illa impoſſibili: *Si Spiritus ſanctus à filio non procederet*, ſequi quodlibet ex contradictoriis, ſcilicet tum quod diſtingueretur, tum quod non diſtingueretur; adeóque ſub illa hypotheſi inutiliter quidquam quæri de diſtinctione Spiritus ſancti à filio.

105. Quid ſit illatio per locũ intrinſecum, & per locũ extrinſecũ.

Aduerte pro maiori aſſerti intelligentia, & faciliore probatione, ex ſuppoſitione, ſeu poſitione impoſſibili dupliciter poſſe aliquid ſequi. Primò per illationem formalem, & vt dici ſolet, per locum intrinſecum: Secundò per illationem materialem, & vt dici ſolet, per locum extrinſecum. Infertur aliquid primo modo, quando infertur præcisè ex illo primo impoſſibili, quod ſupponitur. Infertur: Secundo modo, quando infertur non præcisè ex illo primo, ſed ſimul ex aliquo alio ad illud primum conſequente v. g. ſuppono hominem non eſſe animal, & quæro, quodnam ex contradictoriis ſequeretur; diſtinguine adhuc ipſum ab equo, an non diſtingui? Illatione formali, & per locum intrinſecum ſolùm ſequitur, quod adhuc diſtingueretur, quia ablato præcisè animali adhuc remaneret rationalitas in homine, quæ eſt ratio diſtinctiua ipſius ab equo. Illatione verò materiali, & per locum extrinſecum ex aliquo alio impoſſibili conſequente ad primum impoſſibile ſequitur etiam quod non diſtingueretur, quia ſuppoſito, quod homo non eſſet animal, neque etiam eſſet rationalis, & ſuppoſito quod non eſſet rationalis vtique non diſtingueretur ab equo: At hoc quod eſt hominem non diſtingui non infertur præcisè ex eo, quod homo non eſſet animal, ſed ex eo, quod neque eſſet animal, neque rationalis, adeóque ſequitur ex duplici impoſſibili, ſeu ex impoſſibili inuoluente contradictoria in ipſiſmet terminis, ſeu ex Intellectu ſuo, vt loquitur Scotus *loco cit.* idem enim eſt ex terminis dicere homo, qui neque eſſet animal, neque rationalis, ac dicere homo, qui eſſet homo, & non eſſet homo. Illa igitur vulgata propoſitio: *Ex impoſſibili ſequitur quodlibet* (ſubintellige ex contradictoriis, quorum intuitu ſit impoſſibilis ſuppoſitio) procedit de impoſſibili inuoluente contradictoria ex terminis, vel de impoſſibili, ex quo fiat illatio materialis, & per locum extrinſecum, quæ illatio in re transfert ſuppoſitionem præcisè impoſſibilem ad ſuppoſitionem ex terminis contradictoriam, ſicque deſtruit ipſam ſuppoſitionem. Vnde Vaſquez *loco cit.* rectè ait valere illationem ex impoſſibili, quando illatio fit manente ipſâ ſuppoſitione impoſſibili. His animaduerſis aſſertum

Ex impoſſibili ſequitur quodlibet, quomodo verificetur.

Probatur primò, argumento negatiuo improbante aduerſariorum fundamentum. Vtile eſt arguere ab impoſſibili, quando impoſſibile non inuoluit contradictoria ex terminis, & arguitur illatione formali & per locum intrinſecum, ſed hypotheſis impoſſibilis, quod Spiritus ſanctus à Filio non procedat, non inuoluit contradictoria ex terminis, & à tali hypotheſi ad diſtinctionem, vel indiſtinctionem Spiritus ſancti à filio arguitur illatione formali, & per locum intrinſecum, ergo vtile eſt agitare controuerſiam de diſtinctione Spiritus ſancti, à filio ſub hypotheſi impoſſibili, quà à filio non procederet. Maior patet: Tunc ſolùm eſt inutile arguere ab impoſſibili, quando ex impoſſibili ſequitur quodlibet; ſed quando impoſſibile non inuoluit contradictoria ex terminis, & arguitur illatione formali, &c. ex impoſſibili non ſequitur quodlibet ex præanimaduerſis, ergo. Minor probatur, & quidem, quod illa hypotheſis non inuoluat contradictoria ex terminis, ſolâ indiget conſideratione terminorum: conſideranti enim illius hypotheſis terminos illicò conſtat ipſos ex ſe non exprimere affirmationem, & negationem eiuſdem. Quod arguatur illatione formali, & per locum intrinſecum conſtabit ex proceſſu controuerſiæ, in quo diſputabitur ſuppoſito præcisè illo impoſſibili, quod Spiritus ſanctus non procederet à filio, nec addetur vllum aliud impoſſibile, quamvis ad illud primum neceſſariò conſequens. Hinc fit prorsùs enervare huius controuerſiæ vtilitatem illos, qui hypotheſim, ſi Spiritus ſanctus à filio non procederet, non præcisè conſiderant, ſed cum addito nimirum, & remaneret idem filius, idemque Spiritus ſanctus, qui nunc eſt, quomodo quidquid inferatur, infertur per locum extrinſecum, non ex illa prima ſuppoſitione præcisè, imò hypotheſis ita conſiderata ſe ipſam deſtruit, & inuoluit contradictoria

106. Ab impoſſibili quandonam vtiliter arguatur.

tradictoria ex termiois. Dicere enim ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio, & remaneret idem, qui nunc eſt, idem ſonat ex terminis, ac dicere ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio, & remaneret procedens à filio.

507. Probator ſecondò: Argumento poſitiuo continente potiſſimam vtilitatem, & quandam congruentiæ neceſſitatem talis controuerſiæ agitandæ. Hæc controuerſia conducit plurimùm ad explicandam, & tuendam contra Græcos proceſſionem Spiritus ſancti à filio; ergo valde vtile eſt, & aliqualiter neceſſarium ipſam agitare. Aotecedens probatur, Sancti Patres ex diſtinctione Spiritus ſancti à filio ioferunt eiuſdem à filio proceſſionem, & in Coocilio Florentino præſertim, Patres Latini acriter Græcos arguebant, quod negando proceſſionem Spiritus ſancti à filio, tenerentur etiam negare eiuſdem à filio diſtinctionem, & diuinarum perſooarum Trinitatem, ergo quia ex negatione proceſſionis Spiritus ſancti à filio non ſequitur quodlibet, ſed vtiliter inquiritur ex negatione proceſſionis negatio diſtinctionis. Confirmatur: Non eſt inutile quærere, vtrùm proceſſio Spiritus ſancti à filio ſit tota ratio realis diſtinctionis ioter Spiritum ſanctum, & filium. Vtrùm Spiritus ſanctus poſſit à filio realiter diſtingui abſque eo, quod à filio realiter procedat, ergo etiam vtile eſt quærere vtrum Spiritus ſanctus diſtingueretur à filio, ſi à filio non procederet: hæc eoim propoſitio hypothetica æquiualet omninò quoad rem duabus illis categoricis, & idem eſt dicere, proceſſio Spiritus ſancti à filio eſt tota ratio realis diſtinctionis, ac dicere, ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio (per locum intrinſecum, & per hoc præciſè qood à filio non procederet) à filio realiter non diſtingueretur.

Propoſitiones ſub hypotheſi impoſſibili æquiualent propoſitionibus categoricis.

508. Sic probatâ, & explicatâ controuerſiæ vtilitate, vt ad ipſius diſcuſſionem liberius procedatur, præmitto in neutra contradictionis parte periculum aliqood immiocere, & ſententiam etiam affirmantem in data hypotheſi Spiritum ſanctum adhuc fore à filio realiter diſtinctum nullios cenſoræ labe notari, & licèt Logus *capite præcitato, numero* 20. non audeat talem affirmatiuam ſententiam vocare probabilem, Ruiz *diſputat. præcitat. ſect.* 5. *num.* 4. velit ipſam non ſolùm non eſſe probabilem, ſed neque in fide tutam. Nihilominùs talis ſententiæ probabilitati ſufficit Scotiſticæ Scholæ auctoritas, & tanquam friuolas rigidiores cenſuras ipſimet Scotiſtarum aduerſarij aut diſſimulant, aut impugnant. Diſſimolant Thomiſtæ communiter: impugnant Vaſquez *diſput. præcit. cap.* 3. Faſolus *prima parte, quæſtione* 36. *articul.* 2. *dub.* 3. &c. In huius igitur controuerſiæ diſcuſſione voam contradictionis partem amplectendo, alteram ſolùm intendimus reiicere vt mious probabilem, non damnare vt ſimpliciter improbabilem, aut periculoſam, aut alterius grauioris cenſuræ ream.

Sententia diſtinguens à filio Spiritū ſanctum etiā ab illo non procedentē eſt communis à cenſura.

§. X.

Vtrùm Spiritus ſanctus diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet?

509. ASSERTVM: Spiritus ſanctos non diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 36. *articul.* 2. *in* 1. *ad Annib. diſtinct.* 11. *quæſt.* 1. *articul.* 1. 4. *contra Gentes, cap.* 24. *de potentia, quæſt.* 10. *articul.* 5. D. Thomam ſequuntur non ſolùm omnes Thomiſtæ, verùm etiam Vaſquez *prima parte, diſputat.* 147. *cap.* 4. Valentia *diſputat.* 2. *quæſtion.* 10. *punct.* 3. Lugus *lib.* 2. *diſput.* 17. *cap.* 3. De Quiros *tractat.* 7. *diſput.* 39. *ſect.* 3. Arriaga *diſputat.* 53. *ſect.* 4. *ſubſec.* 2. Auerſa *quæſt.* 36. *ſect.* 3. Marchinus *de Trinitate, diſputat.* 43. &c. contra Henricum *quodlib.* 5. *quæſt.* 9. Scotum *in* 1. *diſtinct.* 11. *quæſtion.* 2. Scotiſtas communiter, alioſque nonnullos.

Spiritus ſanctus non diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet.

Probator primò: Spiritus ſanctus non referretur realiter ad filium, ſi à filio non procederet, ergo non diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet. Antecedens patet, qoia diuinæ perſonæ non referuntur realiter inter ſe, niſi per relatiooes originis, fundatas ſcilicet in origine, ſeu proceſſione vnius perſonæ ab alia iuxta ſupradicta *lib. præcedenti, cap.* 7. §. 3. Conſeqoentia probatur: Sola relatio realis vnius perſonæ diuinæ ad aliam eſt ſufficiens ad diſtinguendum realiter voam perſonam diuinam ab alia iuxta illa volgatiſſima Theologiæ principia: *In relatione perſonarum numerus cernitur: Sola relatio multiplicat perſonas: Omnia in diuinis ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio.* Ex quibus principiis primum deſumptum eſt ex Concilio Toletano XI. ſecundum ex Boëtio vt retulimus *ſuperius, cap.* 1. §. 6. tertium ex Anſelmo *lib. de proceſſione Spiritus ſancti, cap.* 3. dicente: *Et ideò non habet hîc vnitas illa vim conſequentiæ, quia pluralitas obuiat, quæ ex natiuitate naſcitur, & proceſſione*, & clarios *cap.* 2. *præcedenti. Nec vnitas amittat aliquando ſuam conſequentiam, vbi non obuiat aliqua relationis oppoſitio.* Quæ verba licet axioma illud expreſſis terminis non contineant, multum omninò illi faueor, nec placet quod ipſis non obſtantibus Vaſquez *cap. præcitat. num.* 20. dixerit prædictum commune axioma nullum in auctoritate Anſelmi fundamentum habere: quidquid tamen ſit de Anſelmi ſenſu, certè nequit illi axiomati plurimùm auctoritatis non deferri ſaltem ex eo, quod ſit apud Theologos communiter receptum.

Dices: Quæ afferuntur communia principia ſufficienter ſaluari in relationibus diſparatis, & quidem in primo & ſecundo principio nihil eſt, quod relationes oppo- 510.

ſitas

ſitas magis, quàm diſparatas indicet. In tertio videtur contra relationes diſparatas ſpecialiter vrgere ly *relationis oppoſitio*, nihilominùs facilè dici poteſt oppoſitionem relationis apud Anſelmum non ſignificare oppoſitionem correlatiuam, relationeſvè oppoſitas, ſed oppoſitionem, ſeu repugnantiam vnitatis ortam ex relationibus & hanc repugnantiam vnitatis oriri poſſe ex relationibus etiam diſparatis, quæ optimè darentur in filio, & Spiritu ſancto, quamvis Spiritus ſanctus à filio non procederet. Et hunc ſenſum eſſe iuxta mentem Anſelmi colligitur tum ex eo, quod indifferenter ipſe ſumit, & pro eodem vſurpat hæc duo *relationis oppoſitio, relationum pluralitas.* Relationum autem pluralitas quantùm eſt de ſe verificatur etiam de relationibus diſparatatis; tum quia idemmet Anſelmus *cap.* 11. *in fine*, aſſignat aliam rationem diſtinctionis inter filium, & Spiritum ſanctum abſque oppoſitione correlatiuâ fundatâ in proceſſione Spiritus ſancti à filio, ait enim. *Filius autem, vt interim aliam cauſam dicam, quoniam nondum conſtat, quod Spiritus ſanctus de illo ſit, & procedat, ideò non eſt Spiritus ſanctus, nec Spiritus ſanctus eſt filius, quia filius naſcendo habet eſſe de Patre, Spiritus ſanctus verò non naſcendo, ſed procedendo.* 111. Hæc inſtantia, quatenùs conatur oſtendere ſufficere ad diſtinctionem perſonarum in diuinis relationes diſparatas continet fontem ex quo Aduerſarij hauriunt non ſolùm reſponſiones, quibus noſtras probationes infringant, verùm etiam probationes, quibus nos impetant, adeóque ad hoc punctum inſtantia indiget ex profeſſo impugnari, idque à nobis præſtabitur *ſequenti* 2. *probatione.* Quatenùs eadem inſtantia innititur auctoritati Anſelmi qui certè primâ facie videtur plurimùm Scoto fauere non ſolùm verbis relatis, verùm etiam verbis paulò ante in eodem capite poſitis. *Quomodo filius exiſtit de Deo naſcendo, & Spiritus ſanctus procedendo, ipſâ diuerſitate natiuitatis, & proceſſionis referuntur ad inuicem, vt diuerſi, & aliùs ab inuicem.* Idem repetit *cap.* 3. *poſt medium*, vbi etiam addit: *Nam, & ſi per aliud non eſſent plures filius, & Spiritus ſanctus, per hoc ſolùm eſſent diuerſi.* Aduerte hîc obiter in citandis his Anſelmi capitibus eſſe aliquam varietatem, quia nonnulli initium libri tanquam primum caput numerant, ſicque caput, quod à nobis cum Scoto citatur primum, ab illis citatur ſecundum, & ſic deinceps. Quatenùs inquam innititur auctoritati Anſelmi aduerto mentem Anſelmi eſſe initio illius libri de proceſſione Spiritus ſancti præmittere ea, in quibus Græci cum Latinis conueniunt, conueniunt autem in eo, quod Spiritus ſanctus à Patre procedat, & in eo, quod proceſſiones paſſinæ Spiritus ſancti, & filij ſint inter ſe diſtinctæ realiter: Ex his rectè infert Anſelmus Spiritum ſanctum realiter diſtingui à Patre, & filio proceſſione, & natiuitate; à Patre quidem, quia ab ipſo paſſiuâ proceſſione producitur; à filio verò quia proceſſio, qua Spiritus ſanctus producitur, ſupponitur diſtincta realiter à natiuitate, qua producitur filius etiam iuxta Græcos negantes Spiritum ſanctum à filio eſſe. 112. Vtrùm deinde ſine oppoſitione correlatiuâ, & ſine eo, quod Spiritus ſanctus ſit à filio poſſit verè diſtingui realiter proceſſio à natiuitate, Anſelmus diſſimulat, & diſtinctionem, quam tum Latini, tum Græci admittunt, ſupponit; modum, ſeu rationem diſtinctionis ſaltem initio illius libri contra Græcos non definit, vnde vt rectè ait D. Thomas *quaſt.* 10. *de potentia, artic.* 5. *ad* 2. *verba prædicta* Anſelmi *inducta ſunt magis vt diſputatiua ſuppoſitio, quàm veritatis definitio.* Breuiter igitur dico Anſelmi mentem eſſe longè diuerſam à mente, & ſententia Scotica: Scotus enim duo ſimpliciter docet. Primò natiuitatem, & proceſſionem paſſiuam etiam præciſa oppoſitione correlatiuâ realiter diſtingui. Secundo per natiuitatem, & proceſſionem paſſiuam præcisè realiter diſtingui Spiritum ſanctum à filio. Anſelmus ſuppoſito illo primo docet hoc ſecundum, at illud primum non tradit, imò in præcitati libri progreſſu tradit oppoſitum docendo in diuinis omnia eſſe vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio, & refundendo tandem totam rationem diſtinctionis Spiritus ſancti à filio in proceſſionem illius ab iſto, vt patet attentè perlegenti ipſum Anſelmum, quem ſicuti in tam graui controuerſia non potui non accuratius perpendere; ita non potui non aliquantulò fuſiùs de legitimo ipſius ſenſu diſſerere, vt tanti Doctoris auctoritati plurimùm me deferre conſtaret.

Probatur ſecundò: Relationes diſparatæ in Spirito ſancto, & filio, non ſufficiunt, vt Spiritus ſanctus diſtinguatur realiter à filio, ſed darentur ſolùm relationes diſparatæ in Spiritu ſancto, & filio; ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio, ergo datetur tantùm id, quod non ſufficit, vt Spiritus ſanctus diſtinguatur realiter à filio, adeóque Spiritus ſanctus non diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet. Minor admittitur ab ipſis aduerſariis, qui licèt ex dictis in ſuperiori inſtantia relationes Spiritûs ſancti, & filij etiam in data hypotheſi vocent aliquo modo oppoſitas, non tamen vocant ipſas oppoſitas, prout relationes oppoſitæ contradiſtinguuntur à diſparatis. Maior probatur primò: Relationes in diuinis non diſtinguunt, niſi vt relationes formaliter, & modo relationum proprio, ſed relationes diſparatæ non poſſunt diſtinguere vt relationes formaliter, & modo relationum proprio, ergo relationes diſparatæ in filio, & Spiritu ſancto non ſufficiunt, &c. Maior habetur *ex dictis capite* 1. §. 4. *&* 6. Minor probatur: Relationes diſparatæ non ſe habent vt relationes formaliter, & vna relatio diſparata ad aliam diſparatam non ſe habet modo relationum proprio, modus enim relationum proprius eſt modus relatiuus, & habitudo

Traditur vera Anſelmi mens circa diſtinctionē Spiritus ſancti à filio, ſi à filio non procederet.

113.

Relationes diſparatæ nō ſe habent vt relationes formaliter

ad,

ad, ſed vna relatio diſparata reſpectu alterius diſparatæ non ſe habet modo relatiuo, nec explicat habitudinem *ad*, ergo. Et hinc patet obiter cur relationes diſparatæ ſufficiant ad diſtioguendas creaturas comparatas inter ſe, aut etiam diuinas perſonas comparatas cum creaturis, non verò diuinas perſonas comparatas ad inuicem: ratio ſcilicet eſt, quia diſtinctiuum diuioarum perſonarum ab inuicem ſuot ſolæ relationes, vt relationes formaliter: Diſtinctiuum verò creaturarum ab iouicem, aut diuinarum perſonarum à creaturis, ſicuti poſſunt eſſe rationes etiam abſolutæ; ita poſſuot eſſe relationes imitantes formas abſolutas, ſeu ſe habentes modo abſoluto, quales ſunt relationes diſparatæ. Maior eadem primi argumenti probatur ſecundò: Relationes diſparatæ in Patre & ſpiratore non ſufficiunt, vt Pater diſtinguatur realiter à ſpiratore, ergo etiam relationes diſparatæ in Spiritu ſancto, & filio non ſufficiunt, vt Spiritus ſanctus diſtinguatur realiter à filio. Antecedens patet, quia de facto Pater, & ſpirator non ſunt duæ perſonæ, nec paternitas, & actiua ſpiratio, quæ ſunt relationes diſparatæ, ponunt diſtinctionem aliquam realem in prima perſona, ſicuti nec ponunt diſtinctionem aliquam realem io ſecuuda perſona ſpiratio actiua, & filiatio, quæ pariter ſunt relationes diſparatæ. Conſequentia probatur: Nulla eſt maior ratio, cur relationes diſparatæ ſufficiant ad diſtinctionem realem ex parte termini producti potius, quàm ex parte principij producentis, ergo.

Cur poſſint diſtinguere perſonas diuinas à creaturis, non perſonas diuinas ab inuicem.

Sicuti non diſtinguunt perſonas producētes, ita nec debēt diſtinguere perſonas productas.

114\. Dices primò ad primam probationem maioris duplex eſſe genus diſtinctionis vnius ab alio, nimirùm vel ſecundùm directam oppoſitionem formæ ad formam, & hanc diſtinctionem in diuinis non haberi, niſi per relationes oppoſitas vel ſecundùm habere, & non habere formam, ſeu ſecuodùm affirmationem, & negationem formæ, & hanc diſtinctionem in diuinis haberi etiam per relationes diſparatas, & ſecundùm hoc genus diſtinctionis fore realiter diſtinguendum filium à Spiritu ſancto, etiam ſi ab ipſo Spiritus ſanctus non procederet. Et ne hæc doctrina videatur gratis, aut oon ad rem allata ſatis ſit dicere deſumptam eſſe ex D. Thoma *quodlib. 4. artic. 7.* vbi ita habet: *Hoc modo ſe habent proprietates perſonales in diuinis ad diſtinguendum perſonas, ſicut ſe habent in rebus naturalibus formæ ſubſtantiales ad diſtinguendas ſpecies rerum, &c. In rebus autem naturalibus diſtinguitur aliquid per formam ſuam ab alio dupliciter. Vno modo ſecundum directam oppoſitionem formæ ad formam, & hoc modo diſtinguitur vnaquaque res naturalis ab omnibus ſpeciebus ſui generis, &c. alio modo diſtinguitur res naturalis per ſuam formam ſecundùm habere & non habere, & hoc modo quod habet aliquam formam naturalem diſtinguitur ab omnibus non habentibus formam illam, &c. Sic ergo dicendum quod filius ſua filiatione diſtinguitur quidem à Patre ſecundùm oppoſitionem relatiuam filiationis ad paternitatem, ſed à Spiritu ſancto diſtinguitur filiatione per hoc, quod Spiritus ſanctus non habet filiationem, quam filius habet.* Sed contra dico diſtinctionem ſecundùm habere, & non habere, ſeu ſecundùm affirmationem, & negationem formæ ſolùm poſſe reperiri vbi reperitur aut oppoſitio correlatiua, aut limitatio & finitas: 115.
non habere enim aliquam perfectionem, ſeu aliquam formam prouenire nequit niſi aut ex oppoſitione cum tali forma, aut ex limitatione, ratione cuius res ſibi non identificet omnem perfectionem, ac omnem formam. Cum igitur à diuinis omnis limitatio, & omnis finitas exulet oequit ibi reperiri diſtinctio ſecundùm habere, & non habere; niſi oriatur ex oppoſitiooe correlatiua, & duplex illud genus diſtioctionis, quod in creatis ſimpliciter diuerſum eſt vnum ab altero; in diuinis diuerſum eſt ſolùm quoad modum explicandi: quoad rem verò reſoluitur in vnum, & idem genus diſtinctionis ex directa oppoſitione prouenientes. Auctoritas D. Thomæ vix poſſet rationabiliter non intelligi in fauorem ſententiæ Scoticæ, niſi aliundè de legitima Sancti Doctoris mente ſatis, ſuperque conſtaret. Dum igitur locis in aſſerto citatis Sanctus Doctor tradit, & probat ex profeſſo ſententiam Scoticæ aduerſam dico in teſtimonio mox relato ipſum loqui de filiatione non vtcumque, ſed vt tali, qualis de facto eſt, quæ quidem diſtinguit filium à Spiritu ſancto penes habere, & non habere, at hoc ipſum non habere filiationem conuenit Spiritui ſancto ex vi oppoſitionis correlatiuæ fundatæ in proceſſione à filio, ideò negatâ oppoſitione correlatiuâ, & proceſſione Spiritus ſancti à filio, filiatio euaderet diuerſa ab eâ, quæ nuoc eſt, nec amplius foret fundamentum diſtinctionis penes habere, & non habere, ſed haberetur ab eadem perſona filiatio, & ſpiratio paſſiua, ſicuti modo habetur ab eadem perſona paternitas, & ſpiratio actiua. Nec refert, quod D. Thomas loquatur de diſtinctione ſecuodùm habere, & non habere tanquam de diſtinctione in diuinis, non minùs, quàm in creatis diuersâ à diſtioctione ſecundùm directam oppoſitionem. Non refert inquam, quia vt ibidem ait ipſemet Angelicus. *Exempla à creaturis ad Deum aſſumpta non omninò ſimilia ſunt.* Satis eſt igitur, quod diſtinctio ſecundùm habere, & non habere reperiatur tum in diuinis, tum in creatis, nec contendendum eſt, quod vtrobique reperiatur eodem modo, vtrobique eodem modo differat à diſtinctione ſecundùm directam oppoſitionem.

Auctoritas D. Thomæ plurimùm fauens ſententiæ Scoticæ.

Diſtinctio realis in creatis oritur ex duplici capite, in diuinis ſolùm ex vnico.

Diſtinctio ſecundùm habere, & nō habere in diuinis oritur ex diſtinctione ſecundùm directā oppoſitionem.

116\. Dices ſecundò ad ſecundam probationem eiuſdem maioris primi argumenti, relationes diſparatas ex genere ſuo noo neceſſariò inducere realem diſtinctionem, ſufficere tamen ad huiuſmodi diſtinctionem inducendam, quando fundantur io proceſſionibus incompoſſibilibus in eodem ſuppoſito,

poſito, ſicque quia eſt impoſſibile idem ſuppoſitum produci duplici totali productione paſſiuâ, relationes filiationis, & paſſiuæ ſpirationis, quia fundatæ in duplici totali productione paſſiuâ, ſufficiunt ad inducendam diſtinctionem realem ſuppoſitorum productorum; quia è contra idem ſuppoſitum poteſt habere duas productiones actiuas, aut vnam actiuam, alteram paſſiuam, relationes paternitatis, & actiuæ ſpirationis fundatæ in duplici productione actiuâ, relationes actiuæ ſpirationis, & filiationis fundatæ in vna proceſſione actiuâ, alterâ paſſiuâ, quamvis ſint relationes diſparatæ non inducunt diſtinctionem realem ſuppoſitorum. Sed contra, ſicuti probabiliſſimum eſt poſſe in creatis eundem effectum à duplici cauſa totali per duplicem actionem totalem produci, ita eſt ex terminis, & ex vi conſequentiæ falſum in diuinis relationes diſparatas neceſſariò diſtinguere realiter ſuppoſita producta eo, quod nequeat idem ſuppoſitum duplici totali productione produci. Demus tamen hoc aduerſariis, probandum ipſis eſſet, non ſupponendum, quod in data hypotheſi Spiritus ſancti non procedentis à filio, paſſiua generatio, & paſſiua ſpiratio, ſeu proceſſio paſſiua per intellectum, & proceſſio paſſiua per voluntatem eſſent duæ proceſſiones totales, & ab inuicem diſtinctæ realiter; in tantùm enim de facto huiuſmodi paſſiuæ proceſſiones diſtinguuntur realiter, in quantum, *vt libro ſuperiore, capite* 1. §. 3. *aſſert.* 2. attigimus, important diſtinctas realiter relationes filiationis, & paſſiuæ ſpirationis, at in illa hypotheſi relationes filiationis, & paſſiuæ ſpirationis, non eſſent amplius diſtinctæ realiter, nec magis diſtinguerentur, quàm diſtinguantur modo paternitas, & actiua ſpiratio: Conſequens eſt igitur, quod in illa hypotheſi etiam paſſiuæ proceſſiones non eſſent diſtinctæ realiter, nec magis tunc diſtinguerentur proceſſio paſſiua per intellectum, & proceſſio paſſiua per voluntatem, quàm diſtinguantur modo proceſſio actiua per intellectum, & proceſſio actiua per voluntatem.

In hypotheſi Spiritus ſancti non procedentis à filio eſſet realiter vna proceſſio paſſiua totalis.

117. Dices tertiò, hac doctrinâ nos admittere illud ipſum, quod impugnare maximè intendimus, maximè enim intendimus impugnare, & improbare in diuinis diſtinctionem realem penes relationes diſparatas, & volumus talem diſtinctionem ſolùm haberi penes relationes formaliter oppoſitas: at iuxta doctrinam mox poſitam admittimus diſtinctionem realem inter filiationem, & paſſiuam ſpirationem, quæ ſunt relationes diſparatæ, ergo iuxta doctrinam mox poſitam admittimus illud, quod impugnare maximè intendimus, Sed

118. contra, relationes diſparatæ ſunt in duplici differentia, quædam ſunt purè tales omni ſcilicet carent oppoſitione, tum formali, tum radicali, quædam non ſunt purè tales, & licet careant oppoſitione formali, habent oppoſitionem radicalem, & filiatio & ſpiratio paſſiua, ſi Spiritus ſanctus à filio non procederet, eſſent relationes diſparatæ primo modo, de facto dum Spiritus ſanctus à filio procedit ſunt diſparatæ ſecundo modo. Inter relationes diſparatas primo modo nullam agnoſcimus diſtinctionem realem, benè tamen inter relationes diſparatas ſecundo modo, ſicque non admittimus id, quod impugnare intendimus, dum admittimus diſtinctionem realem de facto inter filiationem, & ſpirationem paſſiuam, quamvis ſint relationes diſparatæ, intendimus verò impugnare dictionem realem inter filiationem, & ſpirationem paſſiuam, ſi Spiritus ſanctus à filio non procederet, eo quod in tali hypotheſi filiatio, & ſpiratio paſſiua, eſſent relationes diſparatæ, neque enim eſt vtrobique ſermo de relationibus eodem modo diſparatis. Porrò quod filiatio, & ſpiratio paſſiua (eadem eſt ratio de paternitate, & paſſiuâ ſpiratione) de facto habeant radicalem oppoſitionem probatur ex eo, quod filiatio, & paternitas de facto ſunt radix exigitiua ſpirationis actiuæ in ſuppoſitis per ipſas conſtitutis, ſcilicet in Patre, & filio, ſed ſpiratio actiua habet formalem oppoſitionem cum ſpiratione paſſiua, ergo filiatio, & Paternitas de facto ſunt radix oppoſitionis formalis cum ſpiratione paſſiuâ, quod eſt habere cum ſpiratione paſſiua oppoſitionem radicalem. Maior probatur, tum quia de facto paternitas, & filiatio ſunt virtualiter priores ſpiratione actiuâ, in diuinis autem quidem aliqualiter prius altero eſt radix illius, tum quia ſicuti *ex ſuperiori* §. 8. de facto Spiritus ſanctus petit eſſe à Patre, & filio, vt diſtinctis ſuppoſitis; ita Pater, & filius vt diſtincta ſuppoſita, adeóque vt per proprias relationes paternitatis, & filiationis perſonaliter diſtinguuntur petunt habere actiuam ſpirationem: In hypotheſi verò; qua Spiritus ſanctus à filio non procederet, filiatio non eſſet radix actiuæ ſpirationis, nec peteret in proprio ſuppoſito actiuam ſpirationem, & conſequenter in tali hypotheſi filiatio, & paſſiuâ ſpiratio eſſent relationes omninò diſparatæ nullam habentes nequidem radicalem oppoſitionem.

Relationes diſparatæ aliquæ ſunt purè tales, aliquæ ſi- cunt radicalem oppoſitionem.

Filiatio, & ſpiratio paſſiua de facto radicaliter opponuntur ſecùs in hypotheſi &c.

119. Radicalis inter filiationem, & ſpirationem paſſiuam, oppoſitio, quam mox cum Io. à S. Thoma *prima parte, diſp.* 15. *num.* 37. retulimus, diſplicet Arriagæ *diſp.* 53. *ſect.* 4. *ſubſec.* 4. vbi poſtquam dixit ad ſuperiorem inſtantiam ſe nullam adiuiſſe ſolutionem, quæ ſatisfaciat, affert pro prima ſolutione oppoſitionem radicalem, hancque impugnat, vt ipſe ait euidenter. Nam etiam eſſentia diuina in Patre eſt radix virtualis paternitatis oppoſitæ filio & tamen non ideò eſſentia opponitur filio, ergo quia filiatio ſit radix virtualis ſpirationis actiuæ, non opponitur paſſiuæ. Verum non video huius impugnationis euidentiam, imò euidenti, ni fallor, diſpa-

Eſſentia etiã ſi ſit radix paternitatis nõ opponi-

tur radicali ter filiationi.

ritate impugnatio eluditur. Neque enim eodem modo eſſentia eſt radix paternitatis, quod de facto filiatio eſt radix actiuæ ſpirationis, ſed eſſentia ita eſt radix paternitatis in Patre, vt ſit ſimul radix filiationis in filio: illud autem quod eſt radix vtriuſque oppoſiti ex eo, quod ſit radix vnius, non contrahit radicalem oppoſitionem cum altero: filiatio è contra, vtpotè quæ de facto in Spiritu ſancto non eſt ita eſt radix actiuæ ſpirationis in filio, vt non ſit radix paſſiuæ ſpirationis in Spiritu ſancto, ideò ex eo, quod ſit radix vnius oppoſiti induere poteſt radicalem oppoſitionem cum altero, cuius non eſt radix. Vtrum deindè aliæ quas Arriaga ibidem affert aliarum ſolutionum impugnationes ſubſiſtant lectori relinquo examinandum, ſolùm indicó mihi non diſplicere ſolutionem dicentium paternitatem, & filiationem à ſpiratione paſſiua diſtingui, quia licet ratione ſui cum ſpiratione paſſiua non opponantur, conſtituunt tamen ſuppoſita ſpirationi paſſiuæ relatiuè oppoſita, & ſic opponuntur quodammodo ſpirationi paſſiuæ ratione ſuppoſitorum per ipſas vltimò conſtitutorum. Suſtinent hanc doctrinam Vaſquez *prima parte, diſput.* 148. *cap.* 8. Auerſa *quæſt.* 36. *ſect.* 3. *in fine*, Matchinus *diſput.* 63. *in fine*, Bellarminus *controu.* 2. *lib.* 2. *de Chriſto, cap.* 26. *in reſp. ad* 1. *obiectionem.*

120. Probatur tertiò, argumento ſæpius alibi tacto, quoties actum eſt de diſtinctione reali in diuinis: Non eſt ponenda in Deo realis diſtinctio, & realis pluralitas, niſi vbi vrget ſumma, & ineluctabilis neceſſitas, ſed ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio, non vrgeret ſumma, & ineluctabilis neceſſitas ponendi diſtinctionem realem inter Spiritum ſanctum, & filium, ergo non eſſet ponenda huiuſmodi realis diſtinctio, ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio. Maior probatur ex genere ſuo vnitas eſt maior perfectio, quàm pluralitas & identitas eſt maior perfectio, quàm diſtinctio; vt ſatis colligitur ex eo, quod quæ ſunt in inferioribus diſtincta, & diſperſa, ſolent eſſe in ſuperioribus vnita, collecta & ad vnitatem, ac identitatem magis accedentia; item ex eo, quod eſt ex genere ſuo perfectius tale, quod per identitatem, quàm quod aliter tale eſt, ergo in Deo, in quo non eſt ponenda aliqua perfectio ex genere ſuo minor, niſi vrgeat ſumma neceſſitas, quæ cogat fateri talem perfectionem in Deo reperiri, & in ipſo minorem non eſſe aliqua alia perfectione ſecum incompoſſibili, ponenda non eſt realis diſtinctio, & realis pluralitas, niſi vbi vrget, &c. Minor etiam primi argumenti probatur: Summa, & ineluctabilis neceſſitas ponendi aliquid in Deo haberi ſolùm poteſt hîc in via regulariter loquendo, aut ex fide, aut ex ratione naturaliter euidenti, ſed nec fides tradit, nec ratio naturaliter euidens conuincit diſtinctionem realem inter Spiritum ſanctum, & filium ſi Spiritus ſanctus à filio non procederet realiter. Non

Vnitas, & identitas eſt ex genere ſuo maior perfectio, quàm pluralitas, & diſtinctio.

tradit fides, quia de fide ſolùm eſt Spiritum ſanctum, qui de facto exiſtit, & per conſequens, qui à filio realiter procedit à filio realiter diſtingui. Non conuincit ratio naturaliter euidens, quia ſecluſâ limitatione ſola realis productio, ſolaque oppoſitio relatiua ad realem productionem conſequens, euidenter infert realem diſtinctionem propter euidentem repugnantiam productionis realis eiuſdem à ſe ipſo, ergo in hypotheſi, quod non detur realis productio, nec relatiua oppoſitio inter filium, & Spiritum ſanctum nihil ſupereſt, quod conuincat euidenter realem diſtinctionem filij, à Spiritu ſancto.

Secluſâ limitatione ſola realis productio infert euidēter realē diſtinctionem.

121. Dices euidens eſſe diſtingui realiter ea, quorum vnum eſſentialiter petit non eſſe aliud, at in data hypotheſi adhuc filius eſſentialiter peteret non eſſe Spiritus ſanctus, ergo adhuc in data hypotheſi ſupereſſet aliquid euidenter conuincens realem diſtinctionem filij, à Spiritu ſancto. Minor probatur: Tum quia adhuc proceſſio per intellectum peteret non eſſe proceſſio per voluntatem; tum quia adhuc conſtitutiuum filij peteret non eſſe conſtitutiuum Spiritus ſancti, adhuc ſcilicet filiatio peteret non eſſe ſpiratio paſſiua. Sed contra: Hæc inſtantia coincidit cum prima inſtantia ſupra poſita poſt ſecundam probationem, & ex eo, quod ibi dictum eſt dari non poſſe diſtinctionem realem penes affirmationem, & negationem in diuinis, niſi præſuppoſitâ oppoſitione correlatiuâ, & ratione productionis, conſequens eſt non eſſe dabile in diuinis vnum, quod eſſentialiter petat non eſſe aliud, quin detur inter vtrumque oppoſitio correlatiua, & ratio productionis: falſum eſt igitur abſolutè, quod in data hypotheſi adhuc filius eſſentialiter peteret non eſſe Spiritus ſanctus. Ad probationem in oppoſitum falſum eſt vtrumque, quod affertur: falſum eſt primum quia præciſa productione, & oppoſitio correlatiuâ, non magis proceſſio paſſiua per intellectum petit non eſſe proceſſio paſſiua per voluntatem, quàm proceſſio actiua, &c. vt dictum eſt in impugnatione ſuperioris ſecundæ inſtantiæ, & ſatis expreſsè tradit D. Thomas *de potentia, quæſtion.* 9. *articul.* 4. *ad* 15. falſum eſt ſecundum, quia in data hypotheſi conſtitutiuum filij eſſet diuerſum ab eo, quod nunc eſt, nec ampliùs haberet radicalem oppoſitionem cum conſtitutiuo Spiritus ſancti, vt dictum eſt in impugnatione ſuperioris tertiæ inſtantiæ; ideò conſtitutiuum filij non ampliùs peteret non eſſet conſtitutiuum Spiritus ſancti.

122. Ex dictis habetur vulgatiſſima illa Theologiæ principia: *Sola relatio multiplicat perſonas, in diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio*, reſolui tandem in principium mox poſitum in tertia probatione: Quod in diuinis non ſit ponenda realis diſtinctio, niſi cogente maximâ neceſſitate, cuiuſmodi eſt ſola realis productio vnius ab alio, & ſicuti hoc principium non ſolùm

Non ſolùm de facto, ſed ſimpliciter verum eſt ſolam relationem in diuinis multiplicare perſonas, &c.

ſolùm de facto, ſed ſimpliciter, & ex terminis verum eſt; ita etiam illa alia principia vera ſunt, non ſolùm quia de facto rem ita eſſe ſit in Conciliis definitum, verùm etiam, quia res non poteſt aliter eſſe, nec eſt excogitabilis in diuinis realis diſtinctio perſonarum ſine oppoſitione correlatiua, & reali proceſſione vnius perſonæ ab alia.

123\. Habes inſuper in illa hypotheſi, in qoa Spiritus ſanctus à filio non procederet, niſi res attentiùs conſideretur, facilè irrepere errorem, qoo concipiatur permanere filium, & Spiritum ſanctum eodem modo conſtitutos, quo nuoc; illumque retinere eandem prorsùs filiationem, iſtam eamdem paſſiuam ſpirationem, quod tamen falſum eſt ex vi illius hypotheſis ſimpliciter poſitæ, in qua licèt ex terminis ſolùm auferatur à filio ſpiratio actiua, in re tamen aufertur etiam filiatio, quæ nunc in ipſo eſt, & oppoſitio noo ſolùm formalis, quam cum Spiritu ſancto habet ratione actiuæ ſpiratioois, verùm etiam radicalis, qoam habet cum eodem ratione filiationis, qoæ actiuæ ſpirationis, cuius nunc radix eſt, tunc radix non eſſet. Non negauerim tamen poſſe hypotheſim formari com maiori reſtrictione, ſuppooendo ita præcisè auferri ſpirationem actiuam à filio, vt quoad reliqua prædicata in ipſo remanear eadem prorsùs filiatio, qoæ nuuc eſt & in hoc ſenſu ſuppoſirio eſt dioerſa ab ea, qoæ communiter fit, & difficultas ſtatum mutat. Ideò pro ipſius ſolutione ſit

---

§. XI.

Vtrùm Spiritus ſanctus diſtingueretur realiter à filio, ſi à filio non procederet, & filius eamdem omninò, quam nunc habet, filiationem, retineret ſolá actuali ſpiratione actiuá præcisá?

124\. Si filiatio maneat eadé ſolâ ſpiratione actiuâ præcisâ Spiritus ſanctus potius diſtingueretur realiter à filio, quàm non.

ASSERTVM: Propriè, & rigorosè loquendo hypotheſis in titulo poſita inooluit contradictoria ex termiois, adeóque ex ipſa ſequitur quodlibet ex contradictoriis. Data tamen vtcumqoe hypotheſi diecodum potiùs eſſet, qooð Spiritus ſanctus diſtingueretor, quàm noo diſtioguereretur realiter à filio. Hoc aſſertum couſequitor ad doctrinam poſitam *in duobus præcedentibus* §§.

Probatur, & explicatur prima pars: Spiritum ſanctum noo procedere à filio ex terminis explicat filium non eſſe principium ſpirans, & carere tum actuali ſpiratione, tum ſpiratiuâ virtute, eſt enim inter Theologos ex terminis notum in diuinis ad intra inſeparabilem prorsùs eſſe actum ſecundum à primo nec negari poſſe actum ſecundum, quin negetur & primus. Ex alia parte filiatio, quà.o nunc filius haber, ex ſuo conceptu formali, eſt radix exigitiua virtutis ſpiratioæ, & actualis ſpirationis; ſicque eſt exigitiuè, & radicaliter virtus ſpiratiua, ſeu actus primus ſpirandi. Supponere igitur, quod Spiritus ſanctus à filio non procedat, eſt ſupponere, quod non detur in filio vllus actus ſpirandi, ſiue ſecundos, ſiue primus, ſiue formalis, ſiue radicalis: Suppooere, quod filius eandem omoiuò, quam nunc habet filiationem, retineat, & quod ab ipſo præcisè auferatur ſola actualis ſpiratio actiua, eſt ſupponere, quod in filio remaneat actus primus radicalis ſpirandi, & radix exigitiua ſpirationis. Sicque hæc ſecunda ſuppoſitio eſt ex terminis contradictoria primæ, vna alteram deſtruit, ergo hypotheſis in titulo propoſita hanc vtramque ſuppoſitionem continens inuoloit propriè, & rigorosè loqoendo, contradictoria ex terminis, adeóque ex ipſa ſequitur, &c.

125\. Filiatio dêta præcisè ſpiratione actiua maueret aliqualiter oppoſita Spiritui ſancto.

Probatur, & explicatur ſeconda pars: Datâ vtcumque hypotheſi filiatio eadem manens, quæ nonc eſt ſolâ actuali ſpiratione actiuâ præcisâ adhuc haberet aliquam oppoſitionem correlatiuam, & aliquam habitodinem actiuæ originis eum Spirito ſancto, ergo datâ vtcumque hypotheſi adhuc dicendum eſſet, quod Spiritus ſanctus diſtingueretur realiter à filio, conſequentia patet, quia vbicumqoe dator oppoſitio correlatioa, & habirudo originis datur ſumma neceſſitas realis diſtinctionis. Antecedens probatur: Dum à filiatione, qoæ nunc eſt aufertur ſola ſpiratio actiua actualis, negatur ſolùm, quod filius actu ſpiret, non negatur, quod ſpiraoerit, aut ſpirare poſſit, negatur ſolùm ſpiratio de præſenti, non negatur ſpiratio præterita, aut poſſibilis: ergo datâ vtcumque hypotheſi filiatio adhuc haberet eum Spiritu ſancto oppoſitionem correlatiuam, tum præteritam, tum poſſibilem, & radicalem, haberet item habitudinem originis actiuæ tum præteritæ, tum poſſibilis & radicalis, qood vtique ſufficit ad diſtinctionem realem. Eſt enim repugnantia non ſolùm in eo, quod aliquid producat ſe ipſum actu, & de præſenti, verum etiam in eo quod produxerit, aut producere poſſit, & conſeqoenter habetor neceſſitas diſtinctionis realis non ſolùm ex productione actuali, verum etiam ex productiooe aut præterita, aut poſſibili.

126\. Dices: Sicut in diuinis realis productio infert realem, diſtinctionem, ita in creatis, vbi ratione limitationis idemtitas extremorum eum tertio ſtare nequit ſine idemtitate extremnrum inter ſe infert realem diſtinctionem ab aliquo, etiam idemtitas cum alio realiter diſtincto ab illo: at in creatis, vt huiuſmodi idemtitas inferat realem diſtinctionem debet eſſe idemtitas actualis de præſenti, nec ſuffirit talis idemtitas aut præterita, aot poſſibilis, ergo ſimiliter vt productio infe-

tat realem diſtinctionem in diuinis, debet eſſe pruductio actualis de præſenti; nec ſufficit aut præterita, aut poſſibilis. Minor probatur: Si ab homine exiſtente ſupponatur auferri ſola rationalitas animalitate remanente, talis animalitas non diſtingueretur à rugibilitate, nec per ipſam homo differret ſpecie à leone: & tamen talis animalitas fuiſſet identificata de præterito; & eſſet ſecundùm ſe identificabilis cum rationalitate, cum qua identitas actualis de præſenti facit hominem, & animalitatem

127. hominis differre ſpecie à leone. Sed contra: Animalitas, quæ ſupponatur aut fuiſſe identificata, aut eſſe identificabilis cum rationalitate, eſſet realiter loquendo animalitas hominis, adeóque differret ſpecie à leone, quia homo realiter loquendo ſecundùm ſe totum differt ſpecie à leone, identitas igitur cum aliquo realiter diſtincto vt inferat realem diſtinctionem in creatis ſufficit, quod ſit præterita, aut poſſibilis; nec eſt neceſſe, quod ſit actualis de præſenti. Et quod ſupponendo abſolutè hominem non eſſe rationalem, ſed eſſe animal tantùm, ſtatim concipiamus non differre hominem à leone, & cæteris animalibus, ſeu non remanere in homine aliquod, per quod à leone, & cæteris animalibus differat, eſt quia ex vi talis ſuppoſitionis abſolutè factæ non concipimus hominem remanere idem animal, quod erat antea, ſed animal quoddam vagum indifferens ad quamcumque differentiam, & identificabile cum rugibilitate æquè ac cum rationalitate, cuiuſmodi certè non eſt animal, quod in homine ſemel repertum idem perſeuerat etiam in hypotheſi, quod rationalitas deſinat.

Animalitas hominis, quæ eadem permaneret demptâ rationalitate, adhuc diſtingueretur realiter à rugibilitate.

128. Dices inſuper etiam ſolùm ſupponendo abſolutè, quod Spiritus ſanctus non procederet à filio, adhuc haberet filius oppoſitionem aliquam radicalem reſpectu Spiritus ſancti, ergo ſi oppoſitio radicalis ſufficit, vt Spiritus ſanctus diſtinguatur realiter à filio, dabitur talis realis diſtinctio non ſolùm in hypotheſi, qua Spiritus ſanctus non procederet realiter à filio, remaneat tamen in filio eadem filiatio dempto præcisè prædicato actualis ſpirationis actiuæ, verum etiam in hypotheſi, qua abſolutè Spiritus ſanctus non procedat à filio. Antecedens probatur: Supponendo abſolutè quod Spiritus ſanctus non procedat à filio adhuc filius reciperet à Patre voluntatem fœcundam, & ſecundùm ſe potentem producere ſuum terminum, ſuumque fœtum, qui eſt Spiritus ſanctus, ſed habere hoc modo voluntatem fœcundam eſt habere oppoſitionem radicalem cum Spiritu ſancto tanquam cum termino per voluntatem fœcundam producibili, ergo ſupponendo abſolutè, &c. adhuc filius haberet oppoſitionem aliquam radicalem reſpectu Spiritus ſancti. Maior probatur, adhuc filius reciperet à Patre voluntatem non effœtam, neque enim poteſt eſſe effœta voluntas in Patre pro eo primo ſigno, pro quo filium producit, alioqui ſupponeretur effœta diuina voluntas, antequam eſſet effœtus diuinus intellectus, & fœtua voluntatis fœtum intellectus, operatio voluntatis operationem intellectua præcederet, ergo filius adhuc reciperet à Patre voluntatem fœcundam: Conſequentia hæc patet, quia non datur medium in diuinis inter voluntatem fœcundam, & effœtam. Sed contra: Nego abſolutè antecedens, ad cuius probationem nego maiorem, & dico, quod in illa hypotheſi, non 129.
magis filius reciperet voluntatem fœcundam à Patre, quàm modò Spiritus ſanctus recipiat voluntatem fœcundam à Patre, & filio. Ad illud, quod affertur pro maioris propoſitionis probatione, dico recipere voluntatem fœcundam eſſe aliquod amplius, quàm recipere voluntatem non effœtam: nam recipere voluntatem non effœtam eſt præcisè recipere voluntatem, quæ fœtum non produxerit: recipere voluntatem fœcundam eſt recipere voluntatem, non ſolùm quæ fœtum non produxerit, verùm etiam, quæ habeat in ſuppoſito, in quo recipitur, omnem conditionem requiſitam ad fœtum producendum; hoc ſecundum non verificaretur in hypotheſi qua Spiritus ſanctus à filio abſolutè non procederet, quia in tali caſu conditio requiſita ad productionem Spiritus ſancti eſſet ſola Paternitas, cum qua ſicuti voluntas non reciperetur in filio ita non reciperetur in filio cum omni conditione requiſita ad fœtum producendum, non reciperetur vt fœcunda, ſicuti recipitur de facto, eo quod de facto paternitas non ſecundùm ſe, ſed vt ſimul exiſtens cum filiatione eſt conditio requiſita ad Spiritus ſancti productionem, optimè autem communicari poteſt filio voluntas vt dicens paternitatem ſimul exiſtentem, at non vt dicit ſpecialem identitatem cum paternitate, hoc enim modo communicaretur filio cum voluntate ipſamet paternitas. Pro maiori confirmatione, & explicatione huius doctrinæ recolenda ſunt *ſupradicta tum §.8. ante 2. aſſertum, tum libro præcedente, cap. 3. §. 8. dub. 1.* Interim, vt probationi illius maioris in forma ſatisfaciam, concedo antecedens, diſtinguo conſequens, ergo adhuc reciperet voluntatem fœcundam in eo ſuppoſito, in quo habet omnem conditionem neceſſariam ad productionem ſui fœtus ſcilicet in Patre, concedo conſequentiam, in eo ſuppoſito, in quo non habet huiuſmodi conditionem ſcilicet in ſe ipſo nego conſequentiam. Quod additur non dari medium in diuinis inter voluntatem fœcundam, & effœtam verificatur de facto, at non in quacomque ſuppoſitione; vel verificatur in hoc ſenſu, ideſt voluntas non effœta in diuinis neceſſariò eſt in aliquo ſuppoſito fœcunda, non in alio ſenſu, ideſt voluntas non effœta neceſſariò eſt fœcunda in eo omni ſuppoſito, in quo pro aliquo ſigno eſt non effœta.

Argumentum efficaciter probans diſtinctionem realem Spiritus ſancti à filio etiam abſolutè ſupponendo, quod ille ab iſto nō procedat.

Inter voluntatem fœcundam, & effœtā quomodo detur medium in diuinis.

Ex dictis habetur filiationem in diuinis poſſe quodammodo tripliciter ſumi, 130.

Filiatio in

vel

diuiſus ſumi poteſt tripliciter.

vel pro ea, quæ nunc eſt, vel pro ea, quæ eſſet ſi Spiritus Sanctus à filio non procederet, vel pro conceptu per intellectum noſtrum communi ad filiationem, quæ nunc eſt, & ad filiationem, quæ eſſet ſi Spiritus Sanctus, &c. filiatio, quæ nunc eſt, non ſolum ſumpta, vt ſecum afferens diſtinctionem illam, quam de facto habet, verum etiam ſumpta ſecundùm prædicata propria talis filiationis diſtinguit realiter filium à Spiritu Sancto, quia inter alia prædicata propria habet opponi radicaliter Spiritui Sancto; filiatio, quæ eſſet, ſi Spiritus Sanctus, &c. abſolutè loquendo non diſtinguit realiter filium à Spiritu Sancto, diſtingueret tamen ſi demptâ præciſè ſpiratione actiua actuali quoad reliqua prædicata remaneret eadem, quæ nunc eſt, filiatio, quæ importat conceptum communem ad eam, quæ nunc eſt, & ad eam, quæ eſſet, &c. indifferens eſt, & præſcindit ab eo, quod diſtinguat, vel non diſtinguat realiter filium à Spiritu Sancto.

---

§. XII.

Vtrùm Spiritus Sanctus diſtingueretur realiter à Patre, ſi à Patre non procederet?

131. Spiritus Sanctus ſi à ſolo filio procederet adhuc à patre diſtingueretur realiter.

ASSERTVM: Spiritus Sanctus diſtingueretur realiter à patre, etiamſi à Patre non procederet, ſed à ſolo filio. Ita non ſolum ſectatores *Henrici*, & *Scoti*, diſtinguentes Spiritum Sanctum à filio, ſi à filio non procederet, verum etiam communiter auctores, cum quibus ſuprà diſtinctionem Spiritus Sancti à filio in tali hypotheſi negauimus, vt Ioan. à S. Thoma *hic diſp.* 15. *num.* 36. Vaſquez *diſp.* 148. *cap.* 3. *num.* 39. Marchinus *diſp.* 43. *ad* 4. *&c.* contra Valentiam *diſp.* 2. *quæſt.* 10. *punct.* 3. *ad* 3. aliosque nonnullos.

Et patri opponeretur mediatè.

Probatur: Spiritus Sanctus etiamſi non procederet à Patre, adhuc haberet aliquam oppoſitionem relatiuam, & aliquam habitudinem originis reſpectu patris, ergo Spiritus Sanctus diſtingueretur realiter à patre, etiamſi à patre non procederet; Conſequentia patet, quia quælibet oppoſitio relatiua, & quælibet habitudo originis, ſiue proxima, ſiue remota; ſiue immediata, ſiue mediata; ſiue formalis, ſiue radicalis inducit ſummam neceſſitatem realis diſtinctionis propter repugnantiam, quod aliquod producat ſe ipſum etiam ſolum remotè, ſolùm mediatè, ſolùm radicaliter. Antecedens probatur: Spiritus Sanctus eo ipſo, quod procedit à filio, procedit mediatè, & remotè à Patre, ergo Spiritus Sanctus etiamſi procederet à ſolo filio, non à patre, haberet adhuc aliquam oppoſitionem relatiuam, & aliquam habitudinem originis reſpectu Patris. Antecedens probatur: Quod procedit à filio, non poteſt non procedere mediatè, & remotè ab eo, à quo procedit filius propter regulam generalem, qua quod eſt principium principij, eſt principium principiati, ſeu eius, quod eſt à tali principio, ſicuti quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, ſed filius procedit à patre, ergo Spiritus Sanctus eo ipſo, quod procedit à filio, procedit mediatè, & remotè à patre.

Dices, oppoſitionem, ſeu originem mediatam in diuinis non ſufficere ad realem diſtinctionem. 132.

Primò quia paternitas eſt ab eſſentia, filiatio eſt à Paternitate, adeóque eadem filiatio eſt remotè, & mediatè, ab eſſentia, & tamen ab eſſentia filiatio realiter non diſtinguitur. Secundò quia oppoſitio, & origo mediata non poteſt ſufficere niſi ad diſtinctionem mediatam, at diſtinctio ſolùm mediata eſt chimerica, quia vt ait Valentia *loco citato*, ſicuti nequit intelligi, quod aliquid habeat entitatem ſuam ſolùm mediatè, ita neque eſt intelligibile, quod aliquid ab alio mediatè ſolum diſtinguatur; diſtinctio enim eſt paſſio tranſcendens entis: Vnde eodem argumento, quo probatur aliquid non diſtingui ab alio immediatè, probatur etiam euidenter id nullo modo ab alio diſtingui. Tertiò quia in diuinis ad intra idem eſt eſſe, ac poſſe; & quod non eſt, non eſt poſſibile; at in diuinis ad intra non datur de facto realis diſtinctio, niſi ratione originis, & oppoſitionis immediatæ, ergo alius modus diſtinctionis realis in diuinis ad intra non eſt poſſibilis, & conſequenter oppoſitio, ſeu origo ſolum mediata ad realem diſtinctionem in diuinis non ſufficit. Sed contra: Nulla ex his probationibus concludit aſſumptum: Ad primum enim dico paternitatem eſſe ab eſſentia non per realem productionem, ſed per virtualem emanationem, ex qua non oritur oppoſitio, ideo ſicuti paternitas eſt ab eſſentia abſque eo, quod immediatè opponatur eſſentiæ, ita filiatio poteſt eſſe à Paternitate abſque eo, quod eidem eſſentiæ mediatè opponatur, at filius eſt à patre per realem productionem ex qua oritur immediata oppoſitio, dum igitur Spiritus Sanctus eſt à filio debet etiam ipſe opponi Patri mediante filio. 133. Paternitas cur non opponatur eſſentiæ, etiãſi ſit ab eſſentia.

Ad ſecundum dico rectè probari à *Valentia* non poſſe aliquid realiter diſtingui ſolâ diſtinctione mediatâ, at falſum eſt oppoſitionem, & originem mediatam ſufficere ſolum ad diſtinctionem mediatam, & aliud eſt Spiritum Sanctum procedentem à ſolo filio habere reſpectu patris ſolum originem, & oppoſitionem mediatam, aliud eſt habere reſpectu eiuſdem ſolum diſtinctionem mediatam: illud à nobis affirmatur, iſtud negatur. Neque propterea Spiritus Sanctus procedens à ſolo filio diſtingueretur à Patre eodem prorſus modo, quo nunc. Enimverò diuerſitas diſtinctionis ſumitur etiam à diuerſa ratione diſtinguendi, hæc autem in hypotheſi eſſet diuerſa, quia in hypotheſi eſſet ſola oppoſitio mediata, nunc eſt oppoſitio tum mediata, tum immediata. 134. Oppoſitio mediata ſufficit ad diſtinctionem immediatã.

Ad tertium dico de facto etiam oppoſitionem mediatam diſtinguere, & Spiritum Sanctum à patre de facto diſtingui realiter duplici ti- 135. De facto Spiritus Sãctus diſtin-

gnitur realiter à patre duplici titulo.

tulo, titulo ſcilicet oppoſitionis mediatæ, & titulo oppoſitionis immediatè, vnde in hypotheſi non induceretur nouus titulus realis diſtinctionis, ſed vno per hypotheſim dempto alter ſe ſolo remaneret cum eadem diſtinctione, quam de facto inducit, & ſicuti ſi Spiritus Sanctus non procederet à filio haberetur diſtinctio illius à patre titulo ſolius oppoſitionis immediatæ, ita ſi non procederet à patre haberetur diſtinctio Spiritus Sancti ab eodem patre titulo ſolius oppoſitionis mediatæ.

136. Spiritus Sanctus qui à patre non procederet, eſſet diuerſus à Spiritu Sancto, qui nunc eſt.

Dubitatur hic vtrum Spiritus Sanctus, qui à Patre non procederet, eſſet diuerſus à Spiritu Sancto, qui nunc eſt; ſicuti à Spiritu Sancto, qui nunc eſt, eſſet diuerſus Spiritus Sanctus, qui non procederet à filio? Reſpondetur affirmatiuè: Primò quia Spiritus Sanctus, qui non procederet à filio, eſſet diuerſus ab eo, qui nunc eſt, non præciſè, quia à filio non diſtingueretur; ergo Spiritus Sanctus non procedens à patre erit diuerſus ab eo, qui nunc eſt, etiamſi remaneat à patre diſtinctus. Secundò quia Spiritus Sanctus terminans amorem mutuum eſt diuerſus à Spiritu Sancto terminante amorē non mutuum, at Spiritus Sanctus non procedens à patre terminaret amorem non mutuum, Spiritus Sanctus, qui de facto eſt terminat amorem mutuum, ergo Spiritus Sanctus non procedens à patre eſſet diuerſus ab eo, qui nunc eſt. Tertiò quia pater à quo Spiritus Sanctus non procederet, eſſet diuerſus à patre, qui nunc eſt, ergo etiam Spiritus Sanctus qui à patre non procederet eſſet diuerſus à Spiritu Sancto, qui nunc. Antecedens probatur, talis pater conſtitueretur per paternitatem diuerſam ab ea, qua nunc conſtituitur; nunc enim Paternitas eſt radix exigitiua actiuæ ſpirationis in ſuppoſito, quod conſtituit, tunc autem nequaquam, vt patet ex iis, quæ proportionaliter dicta ſunt de filiatione *ſuperiori* §. 10. & hinc habes obiter inter patrem, & Spiritum Sanctum, vt de facto exiſtentes, triplicem oppoſitionem aſſignari poſſe. Primam formalem, & immediatam conuenientem patri ratione ſpirationis actiuæ. Secundam mediatam conuenientem patri ratione paternitatis, quatenus per iſtam eſt principium filij, à quo Spiritus Sanctus procedit. Tertiam radicalem conuenientem patri ratione eiuſdem paternitatis, quatenus hæc eſt exigitiua virtutis ſpiratiuæ, & actiuæ ſpirationis: Vnde ſi Spiritu Sancto procedente à ſolo filio ſupponatur pater remanere cum eadem paternitate, quam nunc habet, præciſè ſolâ ſpiratione actiua, remaneret in patre reſpectu Spiritus Sancti duplex oppoſitio, altera mediata, altera radicalis, & qualibet ex his oppoſitionibus eſſet ſufficiens ratio realis diſtinctionis.

Inter Patrē, & Spiritum Sanctum vt de facto exiſtentes triplex oppoſitio aſſignari poteſt.

§. XIII.

An, & quomodo Pater, & Filius diligant ſe Spiritu Sancto?

137. Patrem, & filium diligere ſe Spiritu Sancto debet admitti in ſēſu proprio, & rigoroſo.

ASSERTVM I. Admittenda eſt tanquam propriè, & rigoroſè vera. Hæc propoſitio pater, & filius diligunt ſe Spiritu Sancto. Ita D. Thomas *prima parte, quaſt. 37. art. 2. & in 1. diſt. 32. quaſtion. 1. art. 1. & 2.* Scotus *eadem diſtinct. §. ad aliam quaſtionem*, aliique Theologi magis communiter contra Gotfredum ex antiquis & Carnatienſem *in Commentario, art. 2. præcitati ex 1. parte*, volentes propoſitionem illam eſſe in rigore falſam, & non admittendam. Item contra *Simonem Tornacenſem* docentem talem propoſitionem eſſe veram ſolùm in ratione ſigni, quatenus æquipollet huic, Spiritus Sanctus eſt ſignum dilectionis, qua Pater & filius ſe mutuo diligunt. Tandem contra Durandum *in 1. diſt. 32. queſtion. 1.* Arriagam *prima parte, diſp. 53 ſect. 2. num. 13.* alioſque nonnullos volentes talem propoſitionem eſſe veram ſolum per appropriationem, intelligendo ſcilicet nomine Spiritus Sancti amorem eſſentialem, qui Spiritui Sancto appropriatur.

138. Probatur: Propoſitiones à Sanctis Patribus abſolutè traditæ admittendæ ſunt tanquam propriè, & rigoroſè veræ, quoties non vrget ſpecialis neceſſitas ipſas detorquendi ad ſenſum improprium; ſed aſſerta propoſitio à Sanctis Patribus traditur, nec vlla eſt neceſſitas ipſam detorquendi ad ſenſum improprium, ergo. Maior patet: Minor quoad ſecundam partē conſtabit ex ſequenti aſſerto, quoad primam probatur afferendo Sanctos Patres, apud quos propoſitio illa quoad ſenſum, & quoad verba, licet non ipſiſſima, maximè tamen æquipollentia reperitur D. Auguſtinus *lib. 6. de Trinitate, cap. 5.* appellat Spiritum Sanctum eum, *quo vterque* (Pater ſcilicet, & filius) *coniungitur quo genitus à gignente diligatur, generatoremque ſuum diligat*, idem ferè repetit aliis pluribus in locis relatis ab Eſtio *in prima diſt. 32. §. 1.* D. Hieronymus in Pſalm. 17. ait: *Spiritus Sanctus, nec Pater, nec filius, ſed dilectio, quam habet Pater in filio, & filius in Patre*, D. Bernardus *in libro de amore Dei* ait: *Amas te amabilis Domine, cum à Patre, & filio procedit Spiritus Sanctus amor Patris ad filium, & filij ad Patrem*, Richardus à S. Victore *in epiſtola ad D. Bernardum* ait: *Si Spiritus Sanctus eſt amor vtriuſque, cur Pater non dicatur rectè Spiritu Sancto, hoc eſt ſuo amore diligere? cur non & filius dicatur rectè Spiritu Sancto, hoc eſt ſua dilectione amare?* Ex quibus, & ſimilibus auctoritatibus ſatis, ſuperque conſtat, quam bene D. Thomas, D. Bonauentura, aliique Theologi eruerint propoſitionem illam *Pater, & filius diligunt ſe Spiritu Sancto*, & è contra quam ſit frigida, ac inſufficiens euaſio

Aduerſario

Aduerſariotum dicentium huiuſmodi propoſitionem fuiſſe in ſimili retractatam ab Auguſtino, cum ſcilicet *lib. 1. retractationum, cap. 26.* retractauit iſtam *Pater eſt ſapiens ſapientiâ genitâ*, nam, præter quod nec eſt eadem ratio de vna propoſitione, ac de altera, vt mox tradetur, nec tribuenda eſt alicui retractatio propoſitionis, quam nomioatim non expreſſerit; nunquid retractatio *Auguſtini* eſſet etiam ad *Hieronymum*, *Bernardum*, *Richardum de Sancto Victore*, & alios tranaferenda? Stet igitut aſſertam propoſitionem eſſe à Sanctis Patribus traditam, & conſequenter ſuſtinendam tanquam propriè, & rigoroſè veram, dum ad oppoſitum non cogit vlla neceſſitas, vt illicò oſtendam aſſignando modum, quo talis propoſitio poteſt propriè, & rigoroſè verificari. Pro quo

139. Diligere eſſentiale, & notionale quid.

Aduerte diligere in diuinis tum eſſeotialiter, tum notionaliter ſumi: ſumptum eſſentialiter ſignificat præciſè amare, & eſt commune non ſolum Patri, & Filio, verom etiam Spiritui Sancto: ſumptum notionaliter ſignificat amare vt affectum notione, ſeu relatione producentis adeóque ſignificat amare producendo terminum, & commune quidem eſt Patri, & filio, at oon Spiritui Sancto; duplicem importat habitodioem, alteram ad terminum amando productum, alteram ad obiectum amatum; ratione primæ habitudinis contradiſtinguitur à diligere eſſentialiter, io quo ſolum relucet habitudo ad obiectum amatum. Ratione ſecundæ habitudinis cootradiſtinguitur à ſpiratione, in quo ſolum relucet habitudo ad terminum amando productum: Diligere eſſentiali correſpondet ex parte intellectus diuini intelligere: Diligere notionali correſpondet dicere: ſpirare correſpondet generare: Diligere abſolutè vſurpatum æquè bene pro notionali, ac pro eſſeotiali ſupponit, quia non datur proprium vocabolum, quo ſignificetur diligere notionale. Intelligere abſolutè vſurpatum ſupponit ſolum pro intelligere eſſentiali, quia ad ſigoificandum intelligere notionale præſto eſt proprium vocabulum ſcilicet dicere.

Diligere notionale quomodo differat à ſpirare.

140. Denominatio haberi poteſt quadrupliciter.

Aduerte inſuper qoadrupliciter haberi poſſe aliquam denomioationem Primò à forma intrinſecùs inhærente ſic denominator album ab albedine. Secundò à forma extrinſecùs adiacente, ſic denominatur veſtitos à veſte. Tertiò ab actione, ſic denominatur intelligens ab intellectione. Quartò à termino per actionem producto, ſic denominatur arbor florens floribus, ſol illumioans lumine. Circa has duas poſteriores denominationes occurrit inueſtigandom quandonam agens denominetur à ſola actione, quandonam denominetur etiam à termino producto, ſeu ab effectu, D. Thomas *prima parte, quaſt. 37. art. 2. in C. & ad 2.* ait tunc agens denominari etiam à termino producto, quando ipſe effectus in intellectu actionis includitur, at licet argumentis, quæ contra hanc poſitionem obiicit Scotus *in 1. diſt. 32. quaſtion. 2. §. contra* ſoſſicienter ſatisfaciat Caietanus *in Commentario pracitati articuli*: Nihilominus ratio, & regula D. Thomæ remanet aliquantulum difficilis, & obſcura: ideo clariua, & faciliùs dici poteſt tunc agens denomiuari etiam à termino producto quando actio ſignificata per verbum, cum quo debet conſtrui terminus per modum denominantis, & io caſu ablatiuo, dicit habitudioem non ſolom ad terminum productum, verum etiam, ad aliquod aliud tanquam ad ſobiectum, vel obiectum, tone enim in ordine ad hoc aliud, quod præter terminum reſpicitur, verificatur deoominatio à termino, tanquam denominante deſumpta hic rectè dicitur ſol illominans lumine; quia per actionem illuminatiuam ſol non tantum dicit habitudinem ad lumeo, tanquam ad terminum productum, verùm etiam ad aëre tanquám ad ſubiectum illuminatum, & ſenſus eſt, quod ſol illuminet lumine aërem: Rectè item dicitur Arbor florens (quod idem ſooat in præſenti, ac inflotidaos, vt ita dicam) floribus, quia actio infloridatiua non ſolum dicit habitudinem ad flores tanquam ad terminum productum, verum etiam ad ſubiectum, quod floribus veſtitur, ornatur, & quodammodo infloridatur. Quod ſi placeat hoc idem exemplificare in actiooe dicente habitodinem oon ſolũ ad terminom, productum verum etiam ad aliquid aliod tanquam ad obiectum, præſtò eſt hæc propoſitio, Pater in diuinis dicit verbo, vbi qoia intellectio productiua Verbi ſignificata per ly *dicere* vltra habitudiné ad Verbũ, tanquam ad terminum productum importat habitudinem ad rem cognitam, tanquam ad obiectum, ſaluatur proprietas denominationis, & ſenſus eſt Pater dicit Verbo obiectum cognitum. His animaduerſis ſit

Quandonã denominatio haberi poſſit à termino producto.

141. Patrem, & filium diligere ſe Spiritu Sancto verificatur propriè de diligere notionaliter.

Assertvm II. Hæc propoſitio, Pater & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto, eſt propriè, & rigoroſè vera ſumendo ly *diligunt* notionaliter. Hoc aſſertum eoſdem habet propugnatores, quos aſſertum ſuperius.

Probator, & explicatur: Eſt propriè, & rigoroſè vera propoſitio, in qua terminus per modum denominantis, & in caſu obliquo, cooſtituitur cum verbo expreſſiuo actionis importantis habitudiuem non ſolum ad terminum productum, verum etiam, ad aliqoid aliud, tanquam ad obiectum, at in diuinis, ly *diligere* notionaliter ſumptom vltra habitudinem ad Spiritum Sanctum, tanquam ad terminom prodoctom, importat habitodinem ad obiectum, quod in aſſerta propoſitione ſunt ipſæ perſonæ Patris, & filij, ergo ſumendo ly *diligunt* notionaliter, eſt propriè, & rigoroſè vera aſſerta propoſitio, in qua terminus prodoctus, ſcilicet Spiritus Sanctus per modum denominantis, & in caſu ablatiuo conſtuitur cum diligere, quod notionaliter ſumptum eſt verbum expreſſiuum actionis importantis habitudinem noo ſolùm, &c. Confirmatur: Sunt propriè, & rigoroſè veræ iſtæ propoſitiones, ſol illuminat lumine, ignis calore calefacit, arbor floret floribus, ergo etiam

illa

Digitized by Google

illa pater, & filius diligunt ſe (ſubintelligendo notionaliter) Spiritu Sancto: Probatur hæc conſequentia, quia vtrobique ſumitur denominatio à termino producto, & vtrobique vltra habitudinem ad terminum productum importatur habitudo ad aliquid aliud, & licet hoc aliud in prioribus propoſitionibus ſe habeat vt ſubiectum in noſtra propoſitione ſe habeat vt obiectum; hoc tamen diſcrimen impertinens eſt in præſenti. Quę omnia ſatis patent ex præanimaduerſis.

Dices hæc propoſitio, pater intelligit ſe Verbo, non eſt propriè, & rigoroſè vera,
142. etiam ſumendo notionaliter ly *intelligit*, ergo ſimiliter illa, Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto non eſt propriè, & rigoroſè vera etiam ſumendo notionaliter ly *diligunt*. Confirmatur: Non minus eſt falſum dicere Pater, & filius ſpirant ſe Spiritu Sancto, quam pater generat ſe Verbo, ſed diligere notionaliter eſt ſpirare, ſicuti intelligere notionaliter eſt generare, ergo non minus dici nequit propriè, & rigoroſè, pater & filius diligunt ſe notionaliter Spiritu Sancto, quam dici nequeat pater intelligit ſe notionaliter Verbo. Ratio à priori totius inſtantiæ eſt, quia actus notionalis nequit reflecti ſupra ſuum principium, cum enim actus notionalis terminetur ad perſonam, vt à ſe productam, ſi ſupra ſuum principium reflecteretur terminaretur ad ſe ipſum, vt à ſe productum. Sed contra illa propoſitio, Pater intelligit ſe Verbo, abſolutè prolata falſa eſt, non
143. quia de intelligere notionaliter ſumpto non verificetur, ſed quia intelligere abſolutè prolatum ſupponit ſolum pro intelligere eſſentiali, in quo eſt diuerſa ratio de diligere, quod abſolutè prolatum pro diligere notionali æquè, ac pro diligere eſſentiali poteſt ſupponere, vt animaduerſum eſt: Cæterum ſi exprimatur intelligere notionale proprio nomine, vt in hac propoſitione, pater dicit ſe Verbo, non minus verificatur Patrem intelligere ſe notionaliter Verbo, quam Patrem, & filium diligere ſe notionaliter Spiritu Sancto. Nec obſtat allata inſtantiæ confirmatio, quamvis enim quoad rem diligere notionaliter ſit ſpirare (eadem eſt ratio de intelligere notionaliter comparato ad generare) per diligere ſcilicet notionaliter, & per ſpirare cùm importetur vnus idemque actus vnâ eâdemque relatione modificatus, quoad modũ tamen ſignificandi eſt diuerſitas, quia ſpirare exprimit ſolam habitudinem ad terminum productum; diligere notionaliter vltra habitudinem ad terminum productum exprimit habitudinem ad obiectum. Ad rationem, quæ à priori addebatur, dico actum notionalem exprimentem ſolam habitudinem ad terminum productum, cuiuſmodi eſt ſpirare; & generare, non poſſe reflecti ſupra ſuum principium; bene tamen poſſe reflecti actum notionalem, exprimentem habitudinem etiam ad obiectum, cuiuſmodi eſt notionaliter diligere, & notionaliter intelligere, ſeu dicere.

Non rectè dicitur pater intelligit ſe Verbo, bene tamen Pater dicit ſe Verbo.

Actus notionalis non reflectitur ſupra ſuum principium quomodo debeat intelligi.

Assertvm III. Pater, & filius diligunt ſe Spiritu Sancto: Non eſt propoſitio propriè, & rigoroſè vera ſumendo ly *diligunt* eſſentialiter. Traditur hoc aſſertum non ſolum ab Auctoribus tradentibus duo aſſerta ſuperiora, verum etiam à fortiori ab iis, qui duobus aſſertis ſuperioribus aduerſantur. 144.

Patrem, & filium diligere ſe Spiritu Sancto non verificatur propriè de diligere eſſentialiter.

Probatur primò ex Auguſtino *libro 15. de Trinitate, capit. 7.* dicente: *Quis audeat dicere Patrem, nec ſe ipſum, nec filium, nec Spiritum Sanctum intelligere niſi per filium vel diligere niſi per Spiritum Sanctum.* Quibus verbis exprimit Auguſtinus vltra intelligere conueniens Patri per filium, diligere conueniens Patri, & filio per Spiritum Sanctum, quod eſt ex dictis intelligere, & diligere notionale dari intelligere, & diligere nec per filium, nec per Spiritum Sanctum conueniens, hocque debet eſſe intelligere, & diligere eſſentiale, quod cuilibet diuinæ perſonæ per actum eſſentialem, ſeu per propriam eſſentiam conueniat, & ſecundùm hoc diligere, vt habet expreſsè D. Thomas *prima parte, queſtion. 37. artic. 2. in C. Pater, & filius non diligunt ſe Spiritu Sancto, ſed eſſentia ſua*, & conſequenter aſſerta propoſitio ſumendo ly *diligunt* eſſentialiter non eſt propriè, & rigoroſè vera. Propriè, inquam, & rigoroſè, nam in ſenſu improprio, & appropriato, quo propoſitio illa huic æquiualeat Pater, & filius diligunt ſe dilectione, quæ appropriatur Spiritui Sancto, ſumendo ly *diligunt* eſſentialiter, adhuc vera eſt.

Verificatur tamen appropriatè.

Probatur ſecundò: Non eſt aſſignabilis modus, quo propriè, & rigoroſè verificetur Patrem, & filium diligere ſe eſſentialiter Spiritu Sancto; ergo ſumendo ly *diligunt* eſſentialiter, aſſerta propoſitio non eſt 145.
propriè, & rigoroſè vera. Probatur antecedens: Pater, & filius non diligunt ſe eſſentialiter Spiritu Sancto in genere cauſæ formalis intrinſecæ, quia actus eſſentialis intelligendi, non perſona Spiritus Sancti eſt quaſi forma intrinſeca denominans Patrem, & filium eſſentialiter diligentes. Non item diligunt ſe eſſentialiter Spiritu Sancto in genere cauſæ formalis extrinſecæ, efficientis ſcilicet aut terminantis, quia in ordine ad dilectionem eſſentialem exiſtentem in patre, & filio, Perſona Spiritus Sancti, nec ſe habet vt efficiens, nec vt terminans, ſeu, nec vt principium producens, nec vt terminus productus, ergo non eſt aſſignabilis modus, &c. Confirmatur: Dilectio eſſentialis, vt præciſè eſſentialis non dicit habitudinem ad Spiritum Sanctum, niſi tanquam obiectum, quomodo dicit habitudinem etiam ad filium, etiam ad creaturas; at nequit propriè dici Pater, & filius diligunt ſe eſſentialiter filio, diligunt ſe eſſentialiter creaturis, ergo nec diligunt ſe eſſentialiter Spiritu Sancto.

Ex dictis habetur primò D. Auguſtinum *libro primo retractationum, capit. 26. lib. 6. de Trinitate, capit. primo, libro ſeptimo,* 146.
capite primo, libro 15. capit. 7. Merito retractaſſe

Pater non

tractaſſe

eſt ſapiens Sapientiâ genitâ. tractaſſe propoſitionem illam, quam docuerat *libro* 83. *quaſtionum*, *quaſt.* 23. *Pater eſt ſapiens ſapientiâ genitâ*, quod idem eſt, ac dicere pater eſt ſapiens Verbo. Enimverò eſſe ſapiens in diuinis importat intelligere eſſentiale, Pater autem non intelligit eſſentialiter Verbo, nec eſt eſſentialiter intelligens Sapientiâ genitâ: Seio Vaſquium *prima parte*, *diſputation.* 152. *cap.* 6. agnoſcere aliquod diſctimen inter hanc propoſitionem, Pater eſt intelligens, ſeu ſapiens ſapientiâ genitâ, ſeu Verbo; & hanc Pater intelligit, ſeu ſapit ſapientiâ genitâ, ſeu Verbo, ait enim in prima propoſitione ly *eſt intelligens ſeu ſapiens* importare effectum formalem, in ſecunda ly *intelligit*, ſeu ſapit importare actionem, quo diſcrimine poſito addit poſſe admitti ſecundam, licet non primam. Nihilominus nec ſatis appatet, cur ſolùm intelligit, ſeu ſapit, non verò eſt intelligens, ſeu ſapiens, importet actionem; nec quando ibi, non hic actio importaretur, aliquid referret in præſenti, quia actio importata per intelligere, & ſapere, eſt ſolum actio attactiua obiecti, non productiua termini, denominatio autem à termino producto ſolum conſurgit in actionibus dicentibus habitudinem tum ad obiectum, tum ad ipſum terminum productum. Portò etiam ex alio capite falſæ ſunt illæ propoſitiones, pater eſt intelligena, eſt ſapiens, ſapit Sapientiâ genitâ; quia ſcilicet ſapientia non poteſt formaliter dici genita, eſt enim prædicatum abſolutum, quod formaliter communicatur, non producitur, aut generatur; ſolum poteſt dici genita identicè, quatenus in Verbo identificatur cum aliquo genito, & hinc fit, quod non ſolum pater, ſed neque Verbum ipſum poſſit formaliter, & propriè dici ſapiens ſapientiâ genitâ; ſicuti non poteſt v. g. dici omnipotens omnipotentiâ genitâ, immenſum immenſitate genitâ, &c.

Nec item ſapit, aut intelligit ſapientiâ genitâ.

In rigore neque filius eſt ſapiens ſapientiâ genitâ.

146. Spiritus Sanctus ſe ipſo diligit patrē, & filium eſſentialiter tamen, non notionaliter.

Habetur ſecundò quod ſicuti Pater, & filius notionaliter, non eſſentialiter, diligunt ſe Spiritu Sancto, ita è contra Spiritus Sanctus eſſentialiter non notionaliter ſe ipſo diligit Patrem, & filium. Neque enim ipſe diligendo Patrem, & filium prodoeit terminum, aut habet ſe ipſum pro termino producto vt poſſit ſe ipſo, tanquam termino producto Patrem, & filium diligere quemadmodum requiritur ad dilectionem notionalem. Diligit igitur eſſentialiter patrem, & filium ſe ipſo, id eſt eſſentiâ ſuâ, ſeu nullo alio tribuente denominationem diligentis; & hoc modo etiam ſe ipſum, omneque diligibile ſe ipſo diligit. Pater item, & filius ſe ipſis eſſentialiter diligunt, tum ſe ipſos, tum Spiritum Sanctum, tum quodcumque bonum, ſicuti etiam quælibet diuina perſona ſe ipſâ eſſentialiter intelligit tum ſe ipſam, tum alias perſonas, tum quodcumque verum.

148. Melius verificatur, Pater

Habetur tertiò melius verificari, Pater dicit Verbo, quàm pater dicit Sapientiâ genitâ: Verbum enim propriè, & formaliter producitur; adeóque ab ipſo tanquam à termino producto poteſt propriè ſumi denominatio. Sapientia verò ſolùm identicè eſt genita, ſolùm identicè eſt terminus productus, ab ipſâ propterea tanquam à termino producto non adeò benè ſumitur denominatio. Nec refert quod Verbum aliquando dicatur ſapientia Patris, vt ex Auguſtino, & Hilario probat Eſtius *in* 1. *diſt.* 32. §. 2. Non refert, quia dicitur ſapientia Patris appropriatè, & identicè, non propriè, & formaliter.

dicit Verbo, quàm pater dicit ſapientiâ genitâ.

---

§. XIV.

An, & quænam alia præter ſe ipſos Pater, & Filius diligant Spiritu Sancto; vbi de obiectis, ex quorum dilectione Spiritus Sanctus procedit?

ASSERTVM: Loquendo de Spiritu Sancto, qui de facto eſt pater, & filius præter ſe ipſos diligunt Spiritu Sancto omnia neceſſaria tum formaliter, tum eminentialiter in Deo exiſtentia, nimirum eſſentiam, attributa, ipſam perſonam Spiritus Sancti, & creaturas poſſibiles: Hoc aſſertum, vt ex ipſius probatione mox conſtabit, conſequens eſt ad ea, quæ *cap. ſuperiori*, dicta ſunt de Verbo à §. 8. *ad* 12. & licet in opinione docente Deum aut non amare, aut amare liberè, non neceſſariò, creaturas poſſibiles, ſit aliqua diuerſitas inter perſonam Verbi; & perſonam Spiritus Sancti ad poſſibilia comparatas, nec ex eo, quod perſona Verbi procedat formaliter ex cognitione poſſibilium, & patet dicat Verbo creaturas poſſibiles, conſequens ſit, quod perſona Spiritus Sancti procedat formaliter ex dilectione poſſibilium, & pater, ac filius diligant Spiritu Sancto creaturas poſſibiles, tamen id optimè conſequens eſt in opinione, quam nos etiam *tract. ſuperiore*, *lib.* 4. *cap.* 3. §. 1. & 2. tradebamus docentes Deum non ſolùm cognoſcere neceſſariâ cognitione, verùm etiam diligere neceſſariâ dilectione creaturas poſſibiles. Quibus ſuppoſitis ex iis, quæ de Verbo loco præcitato poſita ſunt, diligenter in memoriam revocatis, Aſſertum facilè

149. Pater, & filius diligunt Spiritu Sancto omnia bona neceſſaria loquēdo de Spiritu Sancto, qui nunc eſt.

Probatur: Pater, & filius diligunt Spiritu Sancto ea omnia, quorum dilectione Spiritus Sanctus formaliter procedit; ſed Spiritus Sanctus vt talis, qualis de facto eſt formaliter procedit ex dilectione omnium neceſſariorum, tum formaliter, tum eminentialiter in Deo exiſtentium, ergo loquendo de Spiritu Sancto, qui de facto eſt, Pater, & filius præter ſe ipſos diligunt Spiritu Sancto omnia neceſſaria; &c. Probatur maior: Pater, & filius diligunt Spiritu Sancto ea omnia, quæ diligunt 150.

diligunt notionaliter, *ex ſuperiori* enim §. ly *diligunt Spiritu Sancto*, ſumitue pro diligere dilectione notioonali, at dilectio notionalis oihil eſt aliud, quàm dilectio productiua Spiritus Sancti, quàm dilectio, ex qua Spiritus Sanctua formaliter producitur, ſeu procedit: ergo pater, & filius diligunt Spiritu Sancto ea omnia, ex quorum dilectione Spiritus Sanctus formaliter procedit. Probatur etiam minor primi argumenti: Spiritus Sanctus, vt talis, qualis de facto eſt, formaliter procedit ex dilectione adæquatâ diuinæ amabilitati, ſeu adæquatè comprehenſiuâ Dei, vt amabilis, ergo formaliter procedit ex dilectione omnium neceſſariorum tum formaliter tum eminentialiter, &c. Antecedens æque ac conſequentia deducitur ex maximâ propoſitione inter Spiritum Sanctum comparatum ad dilectionem, & Verbum comparatum ad cognitionem, nam ex eo, quod Spiritus Sanctus in ratione procedentis per voluntatem non ſit minus perfectus, quam Verbum in ratione procedentis per intellectum, deducitur illum vt talem qualis de facto eſt, formaliter procedere ex dilectione adæquata diuinæ amabilitati, ſeu adæquatè comprehenſiua Dei, vt amabilis, ſicuti iſtud, vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter ex cognitione adæquatâ diuinæ cognoſcibilitati, ſeu adæquatè comprehenſiua Dei, vt cognoſcibilis, & ex eo deinde, quod cognitio adæquatè comprehenſiua Dei, vt cognoſcibilis, debeat eſſe cognitio omnium neceſſariorum tum formaliter, tum eminentialiter in Deo exiſtentium, deducitur, quod dilectio adæquatè comprehenſiua Dei, vt amabilis, debeat pariter eſſe dilectio omnium neceſſariorum, &c. adeóque, quod conſiderando vtramque perſonam vt talem, qualis de facto eſt, Spiritus Sanctus debeat procedere ex dilectione omnium neceſſariorum æquè, ac Verbum ex eorundem cognitione.

151\. Spiritus Sāctus, qui de facto eſt, procedit formaliter ex dilectione ſui ipſius, & poſſibilium, at non tāquam obiecti motiui.

Ex eâdem maximâ proportione inter Spiritum Sanctum, & Verbum; cognitionem, & dilectionem facilè explicantur difficultates quæ poſſunt occurrere in eo, quod Spiritus Sanctus procedat ex amore ſui ipſius, aut poſſibilium recolendo modum, quo explicabatur loco præcitato procedere Verbum ex cognitione tum ſui ipſius, tum poſſibilium. Facilè item explicatur quodnam obiectum ſe habeat vt motiuum reſpectu dilectionis, ex qua Spiritus Sanctus formaliter procedit; ſicuti enim *ex ſuperiori cap.* §. 3. Verbum diuinum, quamvis ex ſui ipſius, & poſſibilium cognitione procedat, non procedit ex cognitione ſui ipſius, & poſſibilium tanquam obiecti motiui ita Spiritus Sanctus procedit quidem formaliter ex dilectione ſui ipſius, & poſſibilium, at non tanquam obiecti motiui. Confirmatur tota hæc doctrina auctoritate, & verbis D. Thomæ *prima parte, quæſtion. 37. artic. 2. ad 3. Sicuti Pater dicit ſe, & omnem creaturam Verbo, quod genuit, in quantum Verbum genitum ſufficienter repræſentat Patrem, & omnem creaturam; ita diligit ſe, & omnem creaturam Spiritu Sancto, in quantum Spiritus Sanctus procedit, vt amor bonitatis primæ, ſecundùm quam Pater amat ſe, & omnem creaturam.* Neque dicas hanc auctoritatem, ſi quid probat, nimis probare, probare ſcilicet etiam, quod Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturarum futurarum, omnis quippè creaturæ nomine veniunt etiam creaturæ futuræ. Contra enim huic replicæ, quæ contra proceſſionem Verbi æquè, ac contra proceſſionem Spiritus Sancti militat, præſto eſt reſponſio *ex ſuperiori cap.* §. 11. *in ſolutione inſtantia poſita contra primam probationem*, & ex *eodem cap.* §. 12. præſtò ſunt rationes, quæ à Verbo ad Spiritum Sanctum, à cognitione ad dilectionem translatæ, ſuadeant Spiritum Sanctum ex dilectione futurorum formaliter non procedere, quamvis formaliter procedat ex dilectione poſſibilium.

Spiritus Sāctus non procedit formaliter ex dilectione futurorum.

152\. Pater, & filius diligunt Spiritu Sancto aut ſolū ſe, aut ſolam eſſentiam, loquēdo de Spiritu Sancto formaliſſimè.

Aſſertvm II. Loquendo de Spiritu Sancto formaliſſimè, & ſecundùm puram, ac præciſiſſimam rationem Spiritus Sancti, Pater, & Filius diligunt Spiritu Sancto ſolum diuinam eſſentiam, & ſe ipſos; imo in aliquo ſenſu ſaluaretur præciſiſſima ratio Spiritus Sancti, quamvis aut Pater, aut Filius ſolam eſſentiam Spiritu Sancto diligeret. Hoc aſſertum conſequens eſt ad ea, quæ dicta ſunt ſupra partim §. 8. *huius capitis*, partim §. 8. *capitis præcedentis*.

Probatur, & explicatur Spiritus Sanctus ſecundùm puram, & præciſiſſimam rationem Spiritus Sancti nihil aliud importat, quam quod ſit perſona procedens per voluntatem, tanquam amor productus, ergo Spiritus Sanctus ſecundùm puram, & præciſiſſimam rationem Spiritus Sancti, poteſt formaliter procedere aut ex dilectione ſolius eſſentiæ, & perſonarum patris, ac filij, aut etiam ex dilectione ſolius eſſentiæ præciſè; ſed ſi Spiritus Sanctus procedat formaliter ex dilectione ſolius eſſentiæ, ac perſonarum patris, & filij; Pater, & filius diligunt Spiritu Sancto ſolam diuinam eſſentiam, & ſe ipſos: ſi procedat ex dilectione ſolius eſſentiæ præciſè, aut pater, aut filius diligeret Spiritu Sancto ſolam eſſentiam ergo loquendo de Spiritu Sancto formaliſſimè &c. Pater, & filius diligunt Spiritu Sancto ſolam eſſentiam, &c. Minor ſubſumpta patet ex eo, quod diligitur Spiritu Sancto ſolùm illud obiectum, quod diligitur dilectione notionali ſeu dilectione, ex qua Spiritus Sanctus formaliter procedit; adeóque ſi Spiritus Sanctus procedat formaliter ex dilectione, aut ſolius eſſentiæ aut eſſentiæ, & duarum perſonarum, conſequens eſt, quod Spiritu Sancto aut ſola eſſentia, aut ſola eſſentia, & duæ perſonæ diligantur. Antecedens ſufficienter deducitur *ex duobus paragraphis octauis præcitatis*. Conſequentia probatur: Spiritus Sanctus vt eſt perſona procedens per voluntatem, vt amor productus, vel conſideratur

ſecundùm

ſecundùm præciſiſſimam rationem amoris mutui, qualem de facto habet, vel ſecundum præciſiſſimam rationem amoris non mutui, qualem habere poteſt, quantum eſt ex puro conceptu perſonæ per voluntatem procedentis, ſed Spiritus Sanctos ſecundùm præciſiſſimam rationem amoris mutui procedit formaliter ex dilectione ſolius eſſentiæ, & duarum perſonarom, ſecundùm præciſiſſimam rationem amoris non mutui procedit formaliter ex dilectione ſolius eſſentiæ, ergo Spiritus Sanctus ſecundùm præciſiſſimam rationem Spiritus Sancti poteſt formaliter procedere ex dilectione ſolius eſſentiæ, & duarum perſonarum Patris, & filij; aut etiam ex dilectione ſolius eſſentiæ.

Ex dictis in toto huiuſce capitis proceſſu habetur quid ſentiendum de Spiritu Sancto non ſolum conſiderato adæquatè vt tali, qualis de facto eſt, verum etiam de eodem conſiderato, aut ſecundum inadæquatam ac formaliſſimam rationem, aut ſecundùm hypotheſim aliquam impoſſibilem, & quidem quæ dicta ſunt de Spiritu Sancto adæquatè accepto vt tali, qualis de facto eſt, ferè omnia ſunt aut de fidê, aut fidei proxima. Quæ dicta ſunt de Spiritu Sancto accepto aut ſecundum rationem formaliſſimam aut ſecundum hypotheſim impoſſibilem minus certa ſunt, & quoad ipſa magis liberum eſt ſentire oppoſitum. Ea tamen, quæ aſſeruimus omnino probabiliora ſunt ex eo præſertim capite, quod magis ſint conſormia iis, quæ de facto, & magis conducentia ad explicandas veritates, quibus circa Perſonam Spiritus Sancti in fidei obſequium adhærcmus.

Digitized by Google

LBEER TERTIVS,

DE NOTIONIBVS, MISSIONIBVS, ALIISQVE nonnullis ad Diuinas Perſonas pertinentibus.

Io. 6. POST expletas pane diuinitus mulriplicato Turbas, imperauit Chriſtus Dominus colligi, quæ ſuperauerant fragmenra, ne perirenr: Tanti imperij eruditus exemplo, quamvis abundè iam expletis ſuperiorum veritatum conſideratione mentibus; nonnulla, quæ ſuperſuere fragmenta colligenda fore duxi, hoe terrio libio complectendo minuriora quædam, & ſaciliora, quæ de diuinis perſonis exponenda ſuperſunt: Cum præſertim ſieuti rerum pretioſiorum fruſtula etiam minutiſſima in pretio ſunt, & nobilium obiectorum modica quæcumque particula nobiliratis retinet prærogatiuam; ita quæ ad ſuperexcelſam, auguſtiſſimamque Triadem pertinent, quamvis velut particulæ exiguæ, & minutiora fragmenta ſe habeant, ſublimitatem, nobilitatemque retineant Theologicâ conſideratione digniſſimam, imo etiam admiratione: Mirum eſt in notionibus, quod perſonas norificent, quamvis vix ipſæ innoteſcant; quod quinarium numerum inducant, vbi quaternitas exulat: Mirum eſt in Miſſionibus, quod fiant ad terminum temporalem; quamvis ipſæ ſint æternæ; quod egreſſum ſignificent, vbi inter Perſonas ſemper ſibi intime circuminſidenres exercentur. Porrò hæc præſentis materiæ aut fragmenta, aut complementa ad quinque potiſſimùm capita reducuntur: Primum erit de notionibus, & actibus notionalibus. Secundum de Miſſione diuinarum perſonarum. Terrium de earundem circuminſeſſione. Quartum de modo cognoſcendi Myſterium Triniratis. Quintum de modo loquendi in Myſterio Trinitatis.

CAPVT PRIMVM.

De notionibus, & actibus Notionalibus.

1. SANCTVS Doctor nec ſub eodem titulo, nec eodem loco diſſerit de Notionibus, & actibus notionalibus, nihilominus propter plurimam affinitatem, qoam cum oorionibus habent actus notionales, vtpotè qui à notionom conſortio notionales denominantur, placuit de vtriſque ſimul hic agere, & occaſione notionom attingere ea etiam, quæ de actibus notionalibus attingenda temanent, & addenda iis, quæ ſub proceſſionom nomine ſupra dicebamus de ipſorom diſtinctione ab inuicem, & diuerſitate ab actibos eſſentialibus *lib.* 1. *capit.* 2. §. 3. & *cap.* 3. §. 4. & 5. ſub proceſſionom, inquam nomine; actus quippè notiooales, ſeu ipſæmet proceſſiones, ſeu origines: & notiones (loqoendo de notionibus poſitiuis) ſunt ipſæmet relationes originis, qoatenos tum proceſſiones, tom actus notionales; tom relationes originis, tum notiones in ordine ad diuerſa munera diuerſimodè nominantur, vt ex ſequentibus mox conſtabit. Ideò ſit

§. I.

Quid ſit notio in diuinis?

ASSERTVM I. Notio eſt ratio propria cognoſcendi diuinam perſonam, & ad ipſius perſonæ dignitatem pertinens. 2. Notio in diuinis quid.

Ita Theologi communiter cum D. Thoma *prima parte, quæſt. 32. artic. 3. partim in corp. partim in reſpenſione ad 4.* cum hac D. Thomæ definitione Synonimæ ſunt, tum illa D. Baſilij *Epiſt. 43.* dicentis: *Notionem eſſe cognoſcibile ſignum, quo vnam perſonam ab aliâ diſtinctam eſſe noſcimus*, tum illa D. Boëtij relata ab Albertu *in 1. tractat. 9. quæſt. 39. membr. 2. Notio eſt proprietas, qua innoteſcit diuina perſona in eſſe perſonali proprio.*

Notio cur ſit ratio, non res.

Probatur, & explicatur aſſerta definitio. Dicitur *ratio* potius, quam res, quia ex Sancto Doctore *quæſt. præcitata, artic. 2. ad 2. articul. 3. ad 2.* Perſonæ quidem, & eſſentia ſignificantur, vt res; at notiones ſignificantur, vt rationes, ideſt vt formæ abſtractæ. Stat ly *ratio* loco generis, ſeu quaſi generis, eſt enim vox communis tum aliis omnibus prædicatis diuinis abſtractis, tum notioni formali, & obiectiuæ; quamvis deindè per particulas illas, *& ad ipſius perſonæ dignitatem pertinens*, determinetur definitio ad notionem obiectiuam. Dicitur *propria* quæ particula ſumitur tum prout proprium contradiſtinguitur à Metaphorico, tum prout contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali; & quia in diuinis proprium, prout contradiſtinguitur à communi, & eſſentiali, non eſt neceſſe, quod vni ſolùm perſonæ conueniat, ſed ſufficit, quod non ſit commune tribus, ideò ly *propria* verificatur de quacumque ratione, quæ aut vni, aut duabus perſonis conueniat, dummodo non tribus. Dicitur *cognoſcendi diuinam perſonam*, per quod diſtinguitur formale ſignificatum notionis ab aliis prædicatis propriis, quæ ſub ſuis ſpecialibus conceptibus aliqua alia munera explicant, non verò munus notificandi diuinam perſonam. Sic v. g. eadem paternitas eſt proprietas perſonalis, eſt relatio, eſt notio: vt eſt proprietas perſonalis explicat munus conſtituendi perſonam in ſe: vt eſt relatio explicat munus referendi perſonam ad aliud, vt eſt notio explicat munus notificandi perſonam. Dicitur *& ad ipſius perſonæ dignitatem pertinens*; quia cum perſona ex ſuo proprio conceptu importet dignitatem, vt dictum eſt in limine libri ſuperioris, non poteſt benè & ſecundùm propria innoteſcere per aliquod quod ad dignitatem non pertineat. Inſeruiunt inſuper huiuſmodi particulæ ad diſtinguendam notionem obiectiuam à notione formali. Notiones enim formales, ideſt conceptus ipſi, quos nos formamus de prædicato proprio alicuius diuinæ perſonæ extrinſecè ſe habent ad perſonam notificatam, nec ad ipſius dignitatem pertinent, ſicuti pertinet ratio obiectiua, ideſt prædicatum illud, quod eſt obiectum conceptus formaliter notificantis perſonam. Cur autem in præſenti definiatur notio obiectiua potius, quàm notio formalis, ratio eſſe poteſt, quia notio obiectiua eſt magis propriè notio, & aſſerta definitio D. Thomæ cum definitionibus D. Baſilij, & D. Boëtij non cohæreret, ſi illa de notione formali procederet.

Non eſt neceſſe quod conueniat vni tantum perſonæ.

Cur ſpectet ad perſonæ dignitatem.

In præſenti eſt ſermo de notione obiectiua.

Ex his habetur primò D. Thomam *in 1. diſtinct. 26. quæſtione 2. articul. 3. in C.* rectè docere, quod tria requiruntur ad hoc vt aliquid dicatur notio perſonæ. *Primè quod ad originem pertineat, quia relationibus originis perſonæ conſtituuntur: Secundè quod pertineat ad dignitatem, quia perſona eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate ad dignitatem pertinente: Tertiò quod dicat aliquod ſpeciale, quia commune non eſt ſufficiens principium innoteſcendi.* Hæ tres conditiones in aſſerta definitione continentur, ideò ex definitione ſatis colligitur has tres conditiones rectè aſſignari. 3.

Tres conditiones ad notionem requiſitæ.

Habetur ſecundò, quod licèt non habeatur in Sacra Scriptura nomen notionis, debet tamen in diuinis admitti, tum ob auctoritatem Theologorum, & Patrum tali nomine paſſim vtentium, tum quia vt ait D. Thomas *quæſt. 32. præcitata, artic. 2. ad 1.* in Scriptura fit mentio de perſonis, in quibus intelliguntur notiones, ſicut abſtractum in concreto. Nec obſtat D. Dionyſius *cap. 1. de diuinis nom.* docens non eſſe audendum dicere aliquid de Deo præter ea, quæ nobis ex Sacris eloquiis ſunt expreſſa: Non obſtat inquam, quia, vt colligitur ex D. Thoma mox relato. Notiones in Sacris eloquiis ſunt expreſſæ quoad rem, etſi non quoad ipſum nomen: Multò minùs obſtat ſcrupulus *Præpoſitini* ſuſpicantis aliquid detrahi diuinæ ſimplicitati ponendo in Deo formas abſtractas, cuiuſmodi ſunt notiones. Enimverò hic *Præpoſitini* ſcrupulus immunis à cenſura non eſt, vt patet ex dictis *lib. ſuperiore, cap. 1. §. 3.* & quantùm ad præſentem materiam attinet à D. Thoma *art. 2. præcit. in C.* ſic rectè impugnatur. *Cum confiteamur Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, eſſe vnum Deum, & tres perſonas, quærentibus quo ſunt vnus Deus, & quo ſunt tres perſonæ, ſicut reſpondetur, quod ſunt eſſentia, vel Deitate vnum; ita oportuit eſſe aliqua nomina abſtracta, quibus reſponderi poſſit perſonas diſtingui, & huiuſmodi ſunt proprietates, vel notiones in abſtracto ſignificantes, vt paternitas, & filiatio: & ideò eſſentia ſignificatur in diuinis vt quid, perſona verò vt quis; proprietas autem vt quo.* Huic rationi aliam ſubdit idem Sanctus Doctor non minùs egregiam, pro qua conſulatur textus. 4.

Notio habetur in Scriptura quoad rem, etſi non quoad nomen.

Debent admitti in diuinis abſtracta.

---

§. II.

Quot, & quæ ſint notiones in diuinis?

ASSERTVM: Admittendæ ſunt in diuinis quinque notiones, quatuor poſitiuæ; nimirùm paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, ſpiratio paſſiua, quinta negatiua, 5.

Notiones in diuinis ſunt quinque.

gatiua, nimirùm innaſcibilitas. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 32. *articul.* 3. *in* 1. *diſtinct.* 26. *quæſt.* 2. *artic.* 3. Thomiſtæ communiſſimè in *eundem art.* 1. *partis*, Molina pariter *eodem art.* Vaſquez *diſp.* 137. *capite* 2. Lugus *lib.* 2. *diſputat.* 13. *cap.* 2. Auerſa *quæſtion.* 32. *ſect.* 4. Marchious *diſputat.* 30. *propoſit. vnicâ*, Herinex *tractat.* 2. *diſput.* 1. *quæſtion.* 7. & alij magis communiter contra varios Doctores, qui aut plures, aut pauciores, quàm quinque notiones aſſignarunt. Aſſignarunt pauciores primò nonnulli à principio, quibus vt refert Scotus *in* 1. *diſt.* 28. *quæſt.* 2. §. *ad* 3. dicitur fuerunt tantùm notæ tres proprietates notionales, ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio. Secundò Ocham, & Gabriel *in* 1. *diſtinct.* 28. quibus adhæret ex recentioribus De Quiros *prima parte, tractat.* 7. *diſputat.* 46. *ſect.* 3. à notionum numero excludentes innaſcibilitatem. Aſſignarunt plures primò Scotus *loco præcitat.* vbi quinque enumeratis ſextam addit, ſcilicet inſpirationem, ſeu inſpirabilitatem, in filio: Secundò Arriaga *diſputat.* 49. *ſect.* 5. *numero* 44. docens vltra ſex enumeratas admitti poſſe tres alias, ſcilicet rationem ingeneratiui in filio, rationem improductiui, & ingenerabilis in Spiritu ſancto. Tertiò Alenſis *prima parte, quæſtione* 68. *membror.* 4. aſtruens duodecim notiones. Quartò Burgius *in* 1. *diſtinct.* 28. vbi aliis omnibus liberalior triginta duas notiones inducit.

Quinam aſſignauerint pauciores.

Quinā plures, quàm quinque.

6. Probatur aſſertum primò quoad quatuor notiones poſitiuas. Notiones ſunt rationes propriæ cognoſcendi diuinas perſonas, non vtcumque, ſed vt tales, & diſtinctas ab inuicem, vt conſtat *ex* §. *ſuperiore*, at huiuſmodi rationes poſitiuæ ſunt quatuor, nec pauciores, nec plures, nimirum paternitas, filiatio, &c. Minor probatur: Omnes, & ſolæ relationes originis ſunt in diuinis rationes poſitiuæ propriæ, & diſtinctiuæ perſonarum, adeóque aptæ ad notificandas perſonas vt tales, & diſtinctas, at relationes originis ſunt quatuor nec pauciores, nec plures *ex ſuperiori lib. cap.* 7. §. 1. ergo rationes poſitiuæ cognoſcendi diuinas perſonas, &c. ſunt quatuor, nec pauciores, nec plures. Confirmatur ſpecialiter quòd non ſint pauciores, quàm quatuor huiuſmodi rationes poſitiuæ, quod ſcilicet non ſit excludenda ab ipſarum numero actiua ſpiratio. Actiua ſpiratio eſt ratio poſitiua realis, & ſingularis diſtinctiua Patris, & Filij à Spiritu ſancto, ergo eſt propria ratio poſitiua cognoſcendi perſonas Patris, & Filij vt diſtinctas à perſona Spiritus ſancti, ergo eſt poſitiua notio. Nec obſtat D. Baſilius *Epiſt.* 43. dicens: *Patrem, & filium non communicare inter ſe in propriis notionibus*, ſicuti tamen communicant in actiua ſpiratione: Non obſtat inquam, quia, vt patet ex contextu, loquitur Baſilius de ſolis notionibus, quæ ſimul ſunt proprietates perſonales, non de notionibus quibuſcumque. Confirmatur etiam ſpecialiter, quod non ſint plures, quàm quatuor eædem rationes poſitiuæ. Si enim ſint plures, quàm quatuor hæ rationes poſitiuæ maximè quia præter iſtas poſſunt aſſignari aliæ rationes poſitiuæ propriæ diuinarum perſonarum: Primò ſcilicet origines actiuæ ex parte perſonarum producentium, origines paſſiuæ ex parte perſonarum procedentium. Secundò actus primi originum, ideſt potentia generatiua in Patre, potentia ſpiratiua in Patre, & filio. Tertiò ratio verbi, & imaginis reſpectu filij; ratio Amoris, & doni reſpecto Spiritus ſancti. Quartò produci à Patre, quod videtur conuenire Spiritui ſancto, & filio eodem ferè modo, quo producere Spiritum ſanctum conuenit filio, & Patri. Quintò mittere reſpectu Patris, & Filij, mitti reſpectu filij, & Spiritus ſancti: Sed hæ, & ſimiles rationes non augent ſuprà aſſignatum notionum numerum, quia aut non diſtinguuntur niſi in modo concipiendi à notionibus ſuprà aſſignatis; aut ad ipſas reductiuè pertinent, aut deficiunt à ratione notionis, eo quod notificent perſonas etiam comparatas ad creaturas, non purè vt comparatas inter ſe, & diſtinctas ab inuicem: Sic origines reductiuè pertinent ad notiones tanquam quid conſecutum ad relationes à nobis aſſignatas pro notionibus: Cæterùm in rigore ex eodem capite, ex quo *lib. ſuperiori, capite* 1. §. 5. negatum eſt origines eſſe perſonarum diſtinctiuas, negandum hic eſt eaſdem eſſe notiones: Actus primi originum ſolo nomine, & modo concipiendi differunt à relationibus perſonarum conſtitutiuis *ex capite mox cit.* §. 7. conſequenter ſolo etiam nomine, & modo concipiendi differunt à notionibus, quas in relationibus originis collocauimus. Ratio Verbi, & imaginis; ratio Amoris, & doni (præter quod notificant perſonas etiam per ordinem ad creaturas) includuntur in filiatione, & paſſiuâ ſpiratione, tanquam conditiones, aut inadæquatæ rationes earumdem, vt colligitur ex D. Thoma *prima parte, quæſtione* 34. *artic.* 2. *ad* 3. ſunt igitur reductiuè ipſæmet notiones filiationis, & paſſiuæ ſpirationis. Produci à Patre non eſt in Spiritu ſancto, & filio ratio realis, & ſingularis diſtincta à ſpiratione paſſiua, & filiatione ſicuti eſt in filio & Patre ratio realis & ſingularis diſtincta à filiatione, & paternitate actiua ſpiratio, ſed illa eſt ratio communis filio & Spiritui ſancto ſolùm per rationem, ideò &c. Mittere, & mitti ſecundùm illud, quod dicunt ad intra ſunt ipſæmet origines actiuæ & paſſiuæ, ideò de illis quoad hoc idem iudicium ferendum, quod de originibus latum eſt: Secundum illud, quod dicunt ad extra nullatenùs attenditur ratio notionis, de cuius conceptu eſt notificare perſonas, vt ſunt ad intra diſtinctæ ab inuicem. Nec refert, quod D. Thomas *in* 1. *diſtinct.* 15. *quæſtion.* 1. *articul.* 2. tribuat miſſioni nomen notionis. Enimverò Sanctus Doctor *ibidem ad* 4. in terminis teſtatur

Marginal notes (right column): 7. — Cur non ſint notiones origines. — Nec ratio Verbi, & imaginis, & Amoris, & doni. — Nec paſſiuè procedere à Patre. — Nec mittere, & mitti.

teſtatur ſe loqui de notione improprię acceptâ prout ſignificat omne eſſe ab alio, vel à quo eſt alius.

8. Probatur aſſertum ſecundò quoad quintam notionem negatiuam. Soli innaſcibilitati, & nulli alij rationi negatiuæ conueniunt omnia requiſita ad diuinam notionem, ergo innaſcibilitas verè eſt notio, & vltra ipſam nulla alia datur notio negatiua, adeóque vltra quatuor notiones poſitiuas iam probatas aſſerenda eſt quinta notio negatiua, & vltra hanc nulla alia. Antecedens probatur diſcurrendo per negationes originis in diuinis; per negationes inquam originis, quia cum *ex ſuperiori §.* de conceptu notionis ſit ad origines pertinere, ſolæ negationes originis poſſunt inter notiones negatiuas recenſeri, ſicuti eâdem de cauſâ inter notiones poſitiuas recenſuimus ſolas relationes, ſolaſque rationes poſitiuas originis. Diſcurrendo igitur per negationes originis poſſunt in diuinis excogitari tres negationes originis paſſiuæ, nimirùm in Patre negatio eſſendi ab alio ſimpliciter; quod dicitur innaſcibilitas, & clariùs dici poteſt improducibilitas: In filio negatio eſſendi ab alio per voluntatem, quæ dicitur inſpirabilitas: in Spiritu ſancto negatio eſſendi ab alio per intellectum, quæ dicitur ingenerabilitas. Duæ negationes originis actiuæ, nimirum in Spiritu ſancto negatio eſſendi id, à quo alius, ſeu negatio producendi ſimpliciter, quæ dici poteſt improductiuitas: In filio, & Spiritu ſancto negatio producendi per intellectum, quæ dici poteſt ingeneratiuitas; negatio producendi per voluntatem, quæ dici poteſt inſpiratiuitas, non eſt hic ſpecialiter recēſenda; quia reperitur in ſolo Spiritu ſancto, in quo continetur ſub improductiuitate.

Quot negationes originis excogitari poſſint in diuinis.

9. Porrò ex quinque enumeratis negationibus ſola prima, quæ innaſcibilitas dicitur, & nulla alia, eſt propria ratio diuinæ perſonæ, & ad ipſius dignitatem pertinens, ergo ſoli innaſcibilitati, & nulli alij rationi negatiuæ conueniunt omnia requiſita ad diuinam notionem. Probatur hoc poſtremum antecedens, tum quia reliquæ quatuor negationes, quamvis non ſint communes omnibus diuinis perſonis, conueniunt tamen ex conceptu ſuo pluribus creaturis, vt patet conſideranti, non ſunt igitur in toto rigore rationes propriæ diuinarum perſonarum, tum quia nulla ex quatuor reliquis negationibus pertinet ad diuinæ perſonæ dignitatem: Nam negatio eſſendi ab alio aut per voluntatem, aut per intellectum, cum non neget omne eſſe ab alio, ſed tantùm eſſe ab alio tali modo, explicat tantùm quid perſona non ſit, nullatenùs quid ſit; deinde cum eſſe ab alio aut per voluntatem, aut per intellectum non ſit imperfectio, ſeu indignitas, negationes correſpondentes nequeunt importare ex conceptu ſuo dignitatem. Negatio producendi aut ſimpliciter, aut per intellectum ex noſtro modo concipiendi imperfectionem potiùs indicat, quàm dignitatem, excludit enim fœcunditatem, quæ eſt maxima perfectio, deinde explicat ſolùm quid non ſit, non quid ſit diuina perſona.

Cur ſola negatio eſſendi ſimpliciter ab alio ſit notio.

10. Dices etiam innaſcibilitatem, ſeu non eſſe ab alio ſimpliciter, explicare ſolùm quid Pater non ſit; nec vllam dignitatem exprimere, cum non eſſe ab alio ſimpliciter inueniatur etiam in iis, quæ nihil prorsùs ſunt, & quæ conſequenter nullam prorsùs habent dignitatem. Sed contra, non eſſe ab alio ſimpliciter ſumi poteſt, vel explicitè, & ex terminis præcisè, vel implicitè, & per circumloquium. Primo modo rectè procedit inſtantia, ſecùs ſecundo modo; ad notionem autem ſufficit, quod explicet qui perſona ſit, quod importet dignitatem implicitè, & per circumloquium, ideò &c.

Notioni ſufficit, quod importet dignitatē implicitè, & per circumloquium.

11. Dices inſuper ratio poſitiua, & dignitas, quam innaſcibilitas importat implicitè, & per circumloquium, vel eſt aliquid diuerſum à paternitate, vel non. Primum eſt contra id, quod dicebamos *lib. ſuperiore, cap. 2. §. 5.* Secundum non ſufficit ad ſaluandum, quod innaſcibilitas ſit quinta notio: Enimverò ſicuti notio debet importare dignitatem, ita diſtincta notio diſtinctam dignitatem; cum igitur innaſcibilitas importet eamdem dignitatem paternitatis, erit eadem notio cum paternitate, ergo à primo ad vltimum, vel innaſcibilitas non eſt notio, vel non eſt notio diſtincta à paternitate, quod tamen requiritur, vt augeat notionum numerum, & quinta notio dici poſſit.

12. Sed contra, licèt Vaſquez *diſp. 137. præcit. cap. 5.* contendat aſſignare innaſcibilitati rationem poſitiuam, & dignitatem diuerſam ab ea, quam importat notio paternitatis; nihilominùs conformiter ad ſupradicta loco in inſtantia relato fateor dignitatem, rationemque poſitiuam implicitè, & per circumloquium ab innaſcibilitate importatam, eſſe indiſtinctam à Paternitate, nec propterea etiam innaſcibilitas eſt notio à paternitate indiſtincta: aliud quippè eſt, quod notio importet dignitatem, aliud eſt, quod diſtincta notio importare debeat diſtinctam dignitatem, ſatis enim eſt, quod notio diſtincta importet dignitatem vel diſtinctam, & diuerſam, vel eamdem diuerſo modo, præſertim loquendo de notione negatiuâ, quæ cum intra lineam puræ negationis nequeat ſignificare dignitatem, neceſſe eſt, quod emendicet ab aliqua ratione poſitiuâ dignitatem quodammodo alienam, quam deinde aliqualiter faciat propriam, ſignificando ipſam ſpeciali, & proprio modo; ſic dignitatem, quam paternitas ſignificat poſitiuè, explicitè, & in ordine ad filium. Innaſcibilitas ſignificat negatiuè, implicitè, & in ordine ad carentiam alterius prioris principij, quod ſufficit, vt diſtinguatur à notione paternitatis notio innaſcibilitatis, cum præcipuè aliundè innaſcibilitas, vtpotè negatio concipiatur tanquam maximè diuerſa à paternitate, vtpotè ratione poſitiuâ, nec poſſit congruè reduci ad eamdem notionem, ſicuti reducuntur

Non eſt neceſſe, quod diſtincta notio importet dignitatem diſtinctam quoad rem.

ducuntur quædam aliæ rationes poſitiuæ, vt origo actiua per intellectum, mittere &c.

13\. Notiones, relationes, & proprietates perſonales quemnam ordinē ſeruent inter ſe.

Ex dictis habetur quemnam ordinem inter ſe in diuinis ſeruent notiones, relationes & proprietates perſonales. Notiones ſcilicet latiùs patent, quàm relationes, quia omnis relatio eſt notio, non è contra, vt patet in innaſcibilitate. Relationes latiùs patent, quàm proprietates perſonales, quia omnis proprietas perſonalis eſt relatio, non è contra, vt patet in ſpiratione actiuâ. In pluralitate igitur & latitudine primum locum tenent notiones, medium relationes, poſtremum proprietates perſonales; proprietates inquam perſonales, non proprietates perſonarum; hæ enim cum notionibus coincidunt ex D. Thoma *prima parte, quæſtione 32. articul. 3. in C.* dicente: *Communis ſpiratio, & innaſcibilitas dicuntur notiones perſonarum, non autem perſonales.*

§. III.

14\. Quomodo liceat de notionum numero cōtrariè opinari.

Vtrùm de quinario notionum numero liceat contrariè opinari?

ASSERTVM: Quoad res quinque notionibus ſignificatas non licèt contrariè opinari, & hæreſis cenſurâ inureretur aliquam ex huiuſmodi rebus neganti. Si quis tamen rebus, & realitatibus admiſſis, alicui ex ipſis negaret nomen, formalitatemvè notionis, aut alicui alteri realitati notionis nomen tribueret, improbabiliter opinaretur, at non eſſet vllâ graui cenſurâ notandus. Ita Theologi communiter, & licèt Bannez, Zumel, alijque nonnulli temerariam cenſeant augere, aut minuere quinarium notionum numerum, hanc cenſuram eſſe nimis rigidam ſatis oſtendit auctoritas grauiorum Doctorum de notionum numero diuerſimodè ſentientium, vt *in aſſerto ſuperioris* §. retulimus.

15\. Probatur, & explicatur: Contrariè opinari quoad res quinque notionibus ſignificatas aliquam ex huiuſmodi rebus negando eſt negare, vel aliquam proprietatem perſonalem; vel Patrem eſſe innaſcibilem, ſeu ingenitum; vel Patrem, & filium actiuè ſpirare, at aliquod ex his negare eſt negare veritatem fidei, vt dictum eſt propriis locis, ergo quoad res quinque notionibus ſignificatas non licet, &c. Ex alia parte quinarius notionum numerus non eſt de fide definitus, nec opinio de tali numero contrariè ſentiens eſt, aut ab Eccleſiâ damnata, aut omni Theologorum auctoritate deſtituta, adeóque nec eſt hæretica, nec temeraria; quia tamen eſt contra communiorem grauiorum Auctorum ſenſum, item contra validiores, & probabiliores rationes, non poteſt non cenſeri improbabilis, ergo ſi quis rebus, & realitatibus admiſſis alicui ex ipſis negaret nomen, formalitatemvè notionis, &c.

16\. Cur Deus nō poſſit dici quinus propter quinque notiones.

Dubitatur hîc cur Deus non dicatur quinus propter quinque notiones, ſicuti dicitur vnus propter vnam eſſentiam, trinus propter tres perſonas? Reſpondetur cum D. Thoma *prima parte, quæſt. 32. art. 3. ad 2.* rationem eſſe, quia tum eſſentia, tum perſonæ in diuinis ſignificantur vt res, & vt entia concreta; at notiones ſignificantur, vt rationes, & formæ abſtractæ; numerus autem ſimpliciter, & propriè acceptus conſideratur ex parte rei numeratæ, adeóque habetur à rebus, & concretis; non à rationibus & formis abſtractis. Non poteſt igitur Deus propter quinque notiones dici quinus, ſicuti dicitur vnus propter vnam eſſentiam, Trinus propter tres perſonas: eâdem de causâ non poteſt dici quaternus propter quatuor relationes, quia neque etiam quatuor relationes in diuinis ſunt quatuor res, vt ex profeſſo tradebatur *ſuperiore lib.* 1. *cap.* 7. §. 2. & licèt ibi negauerimus quatuor relationes eſſe quatuor res ex diuerſo fundamento ab eo, quo hîc negamus quinque notiones eſſe quinque res: Nihilominùs doctrina in præſenti poſita pro notionibus poteſt etiam ad relationes transferri: nam etiam iſtæ in rigore ſe habent vt formæ abſtractæ, & vt rationes, non vt res? Neque dicas hoc modo probaretur neque etiam tres relationes realiter ab inuicem diſtinctas poſſe dici tres res. Contra enim permitto ratione ſui præcisè, & vt à perſonis abſtractas tres relationes etiam ab inuicem realiter diſtinctas non poſſe dici tres res, ſed ſolùm tres res dici poſſe, vt ſunt concretæ, & in perſonis, quas conſtituunt, & quia tres realiter ab inuicem diſtinctæ relationes tres perſonas conſtituunt, non ſic quarta relatio quartam perſonam, in aliquo legitimo ſenſu admitti poteſt tres realiter diſtinctas relationes eſſe tres res, at non quartam relationem eſſe quartam rem, aut quatuor relationes eſſe quatuor res, quarta quippè relatio in diuinis non ſolùm ratione ſui præcisè res non eſt, ſed neque etiam rem conſtituit.

Nec quaternus propter quatuor relationes.

§. IV.

Quid ſint actus notionales, & an ponendi in diuinis?

17\. Actus notionales quid ſint.

ASSERTVM I. Actus notionales nihil aliud ſunt, quàm ipſi actus eſſentiales intelligendi & amandi, vt connotantes, & ſibi identificantes relationes originis proprias perſonarum producentium, & ab huiuſmodi relationibus, quæ ex ſupradictis notiones ſunt, notionales denominantur. Eſt aſſertum conſequens ad ſupradicta tum mox de notionibus, tum

ſuperiore

ſuperiore, lib. 1. *cap.* 3. §. 5. de proceſſionibus.

Sunt idem, ac proceſſiones actiuæ. Probatur: Actus notionales nihil aliud ſunt quàm ipſæmet actiuæ origines, ſeu actiuæ proceſſiones diuinarum perſonarum ad intra; ſed actiuæ proceſſiones diuinarum perſonarum ad intra nihil aliud ſunt, quàm ipſi actus eſſentiales intelligendi, & amandi, vt connotantes &c. ergo actus notionales nihil aliud ſunt, quàm ipſi actus eſſentiales, &c. Minor ſupponitur *ex* §. 5. *precitat.* Maior eſt acceptio actuum notionalium communiſſima inter Theologos, & tradita à Sancto Doctore 1.*part. quæſt.* 41. *art.*1. *in C. & ad* 1. dicente actus notionales deſignare ordinem originis, & proceſſionem perſonæ à perſona.

18. Ponédi ſunt in diuinis. ASSERTVM II. Actus notionales ponendi ſunt in diuinis.

Probatur aſſertum, imò patet ex dictis, cum enim actus notionales nihil aliud ſint, quàm proceſſiones actiuæ, ſeu actus eſſentiales intelligendi, & amandi, vt connotantes relationes originis æquè certum eſt dari in diuinis actus notionales, ac certum ſit, vt eſt ex dictis omninò certiſſimum, dari in diuinis proceſſiones actiuas, & actus eſſentiales cum relationibus originis.

19. Ex dictis redditur maximè manifeſtum id, quod in huiuſce capitis limine inſinuauimus, nimirum ex ſupradictis de proceſſionibus recolendum eſſe, qualis ſit diſtinctio actuum notionalium ab inuicem, qualis diuerſitas eorumdem ab actibus eſſentialibus. Imò etiam ex ſupra aſſertis circa diuinas proceſſiones recolenda ſunt alia plura ad actus notionales pertinentia.

20. Actuum notionalium principium quod, & quo. Recolendum eſt primò, principium quod actuum notionalium eſſe perſonas producentes, Patrem ſcilicet, & filium. Principium quo remotum, & radicale eſſe diuinam naturam: Principium quo proximum, & formale eſſe intellectum, & voluntatem, non vt ſunt potentiæ eſſentiales, ſed vt ſunt potentiæ notionales, quatenùs ſcilicet intellectus connotat relationem, & notionem paternitatis; voluntas relationem, & notionem ſpirationis.

21. Recolendum ſecundò relationes connotatas à potentiâ notionali, ſeu à principio quo proximo actuum notionalium non eſſe principia, aut comprincipia talium actuum, ſed puras conditiones ſe tenentes ex parte principij, & vt actus notionalis ſit vera, & realis productio, ſufficere in principio quo diſtinctionem virtualem à termino producto ſuppoſitâ diſtinctione reali relationis ſe tenentis ex parte eiuſdem principij quo habentur hæc duo recolenda *ſuperiore lib.* 1. *capite* 3. §. 1. 2. 6 *&* 7.

22. Actuum notionaliũ terminus formalis. Recolendum tertiò *ex eodem capite* 3. §. 8. *dub.* 2. eamdem prorsùs potentiam notionalem, quæ eſt principium productiuum termini, qui producitur, eſſe ſimul principium communicatiuum termini, qui communicatur & conſequenter eumdem prorsùs actum notionalem, qui eſt actiua productio, eſſe etiam actiuam communicationem. Vnde obiter patet quid reſpondendum ſit quærenti terminum formalem actuum notionalium. Reſpondendum ſcilicet actus notionales, vt ſunt communicatio, habere pro termino formali naturam, quæ communicatur; vt ſunt productio, habere pro termino formali relationem, quæ producitur. Neque in hoc poteſt eſſe controuerſia niſi de nomine, quatenùs nomine termini formalis intelligatur illud, non quod immediatè, & formaliter denominatur ab operatione, cuius eſt terminus, quemadmodum nos intelligimus, & intelligi debere in libris de Incarnatione probabimus: Sed illud, quod ſe habet vt forma in termino totali, qua ratione Vaſquez *prima parte, diſputat.* 162. *cap.* 5. aliique plures ſimpliciter aſſignant pro termino formali actuum notionalium, ſeu proceſſionum actiuarum ſolam diuinam eſſentiam, vtpotè quæ ſe habet vt forma termini totalis, ſcilicet perſonæ procedentis.

Recolendum quartò *ex eodem* §. 8. *dub.* 4. Potentiam notionalem non eſſe eodem modo principium actuum notionalium, quo eſt principium perſonarum procedentium, ſed reſpectu iſtarum eſſe principium realiter productiuum, reſpectu illorum eſſe principium ſolùm virtualiter emanatiuum. Vnde etiam non eſt abſolutè, & abſque addito dicendum dari in diuinis potentiam realem, aut reale principium reſpectu actuum notionalium, proceſſionumvè actiuarum, ſicut abſolutè, & ſine addito id dicitur reſpectu perſonarum procedentium. 23. Potentia notionalis non eſt ſimpliciter realis reſpectu ſuorum actuũ.

His ſuppoſitis quoad quiditatem, exiſtentiam, diſtinctionem, principium, & terminum actuum notionalium ſupereſt ſolùm diſcutiendum, quales ſint iidem actus ſpecialiter. Vtrùm ſint liberi, an neceſſarij; Vtrum ſint voluntarij voluntate antecedente, an concomitante: Vtrum ſint de aliquo, & quomodo.

---

§. V.

Vtrùm actus notionales ſint liberi, an neceſſarij?

ASSERTVM I. Actus notionales non ſunt liberi libertate contingentiæ, & indifferentiæ ad oppoſitum, ſeu libertate excludente neceſſitatem. Hoc aſſertum eſt de fide non minùs, quàm *ex ſuperiori tract. lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. de fide ſit Deum eſſe intrinſecè immutabilem; propterea nullus hic Theologus aduerſatur, & incautè decipiuntur minùs verſati in doctrina, & Schola Scotiſtica, dum arbitrantur Scotiſtas oppoſitum ſentire circa actum notionalem, quo procedit Spiritus ſanctus, eo quod paſſim doceant Spiritum ſanctum 24. Actus notionales non ſunt liberi libertate excludente neceſſitatem.

Digitized by Google

ſanctum à Patre, & filio liberè procedere, proceſſionem Spiritus ſancti eſſe liberam, incautè inquam decipiuntur, qoia loquuntur Scotiſtæ de libertate ſecom compatiente neceſſitatem, & ita ponont Spiritum ſanctum procedere liberè, vt ſimol ponant procedere neceſſariò, abſque contingentia, abſque indifferentia. Neque de hoc poterit aliqualiter ambigere quiſqois, vel leuiter percurrerit Scoti textum *in* 1. *diſtinction.* 10. *& in quodlibetis, quæſtion.* 16. Ex hoc ſecundo, in quo rem præſentem clariùs, & fuſiùs Doctor ſubtilis examinat, refero nonnolla textus verba. §. *de primo* ita habetur: *Dico, quod in actu voluntatis diuina eſt neceſſitas ſimpliciter & hoc tum in actu diligendi ſe, quàm in actu ſpirandi amorem procedentem, &c. igitur cum* (ſubintelligitur Spiritus ſanctus) *accipiat eſſe procedendo, actus ille, quo procedit, eſt ſimpliciter neceſſarius.* §. de ſecundo ita habetur: *Dico, quod cum neceſſitate ad volendum ſtat libertas in volumtate.* §. *In quo igitur eſt libertas volendi*, ita habetur: *Reſpondeo quia delectabiliter, & eligibiliter eligit actum, & permanet in actu.* Ex his verbis perſpicuum eſt Scotum, eiuſque Aſſeclas non aduerſari aſſertæ veritati, non negare neceſſitatem in actu notionali, quo Spiritus ſanctus procedit, non eſſe iuxta Scoti menrem neceſſitati repugnantem libertatem, quam in eodem actu aſtruit in quo vtrùm cum Scoto ſentiendom ſit ſequenti aſſerto ſtabilietur. Interim præcedens aſſertum, coi cum reliquis

In quo ſenſu à *Scoto*. & *Scotiſtis* ponatur libera proceſſio Spiritus ſancti.

25. Theologis Scotus, & Scotiſtæ adhærent, facilè

Probatur 1 Perſonæ Verbi, & Spiritus ſancti, non ſunt liberæ libertate contingentiæ, & indifferentiæ ad oppoſitum, ſcilicet ad non eſſe, ergo actus notionales non ſunt liberi libertate contingentiæ, &c. Antecedens eſt de fide, euincitur ex conſubſtantialitate, & æqualitate diuinarum perſonarum, nec poteſt in dubium reuocari, niſi aut à Macedonianis negantibus diuinitatem Spiritui ſancto, aut ab Arrianis negantibus eamdem etiam Verbo, aut ab aliis huiuſmodi ſectariis. Conſequentia probatur: Actus notionales ex ſupradictis nihil aliud ſunt, quàm productiones perſonarum Verbi, & Spiritus ſancti, ſed productio non poteſt eſſe libera eâ libertate, qua non poteſt eſſe liber terminus productos, ergo actus nntionales non ſunt liberi libertate contingentiæ, ſi hac libertate non ſunt liberæ perſonæ per tales actus productæ. Minor euincitur ex eſſentiali connexione inter productionem, & terminum productum, deducitur etiam à fortiori ex dictis *libro ſuperiore, capite* 3. §. 13. Confirmatur aſſertum ſpecialiter quoad actum notionalem, per quem procedit Verbum. Proceſſio Verbi nullatenùs eſt à volontate, ergo nullatenùs eſt libera libertate indifferentiæ ad oppoſita. Conſequentia patet, quia ſine voluntate non datur indifferentia ad oppoſita, imo potentia ad oppoſita nihil eſt aliud, quàm voluntas, antecedens probatur tum *ex ſequenti* §. in quo oſtendetur proceſſionem Verbi nullo actu voluntatis præueniri, tum quia proceſſio Verbi neqoe eſt à voluntate vt eliciente, alioqui eſſet actus voluntatis, & proceſſio per voluntatem, non per intellectum: Neque eſt à volontate vt imperante, quia imperium volumtatis requiritur ad determinandum indifferentiam, proceſſio autem Verbi haber principiom ex ſe determinatum ad vnum.

Actus notional'ı, quo procedit verbū, nullatenùs eſt à voluntate.

26. Actus notionales non ſunt liberi libertate oppoſitâ naturalitati.

Aſſertvm II. Actus notionales non ſunt liberi libertate oppoſitâ naturalitati; ſpecialiter verò hac libertate liber non eſt actus notionalis, per quem procedit Spiritus ſanctus, talis ſcilicet actus non eſt à voluntate, vt à principio libero, ſed vt à principio naturali. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtione* 41. *artic.* 2. *ad* 3. *de potentia, quæſtione* 10. *articul.* 2. *ad* 4. cum quo, & totâ Scholâ Thomiſtica ſentiunt Syluius *prima parte, quæſt.* 41. *articul.* 2. *concl.* 2. Molina *eodem artic. diſp.* 3. Vaſquez *diſputat.* 161. *cap.* 3. Lugus *lib.* 2. *diſputat.* 22. *cap.* 1. Aueria *quæſt.* 41. *ſect.* 4. Marchinus *diſputatione* 50. alijque Theologi communiter contra Scotiſtas, & Scotum *locis præcitatis*, quamvis diſſidium ſit in vocibus magis, quàm in re ipſa: Schola enim Scotiſtica negat quidem proceſſionem Spiritus ſancti eſſe naturalem, negat eſſe à voluntate tanquam à principio naturali; at hoc non negat, eo quod ſentiat non eſſe à voluntate vt determinatâ ad vnum, ſed eo quod exiſtimet voluntatem etiam operantem vt determinatam ad vnum non poſſe dici principium naturale. Summa igitur præſentis diſſidij conſiſtit in eo, quod per Scotiſtas voluntas etiam operans vt determinata ad vnum, operatur vt voluntas, & vt principium liberum; per nos, & Thomiſtas voluntas operans vt determinata ad vnum operatur vt natura, & vt principium naturale. Hinc deindo ſequitur, quod per Scotiſtas proceſſio Spiritus ſancti ſit libera, non naturalis; per nos ſit naturalis non libera; per Scotiſtas tamen non minùs, quàm nos talis proceſſio eſt à voluntate, vt determinatâ ad vnum, & hoc ex capite ſententia Scotiſtica nolli prorsùs cenſuræ eſt obnoxia. Sic explicatum aſſertum

Oppoſitâ Scoti ſententia oritur ex diſſidio in vocibus.

Nulli cenſuræ eſt obnoxia.

27. Probatur primò & quidem quoad actum notionalem, per quem procedit Spiritus ſanctus; de quo ſolo eſt controuerſia. Proceſſio Spiritos ſancti eſt à voluntate, vt eſt natura, & principium naturale, non vt eſt volontas, & principium liberum; ergo actus notionales ſunt natorales, non liberi libertate oppoſita naturalitati, ſpecialiter verò hac libertate, &c. Conſequentia patet: Antecedens probatot primò ex D. Thoma tum *locis præcitatis*, in quibus expreſsè docet Spiritum ſanctum naturaliter per voluntatem procedere, tum 1. 2. *quæſtione* 10. *articulo primo*, in quo ex profeſſo docet voluntatem ad aliqua

naturaliter

Google

Voluntas eſt tum princ. pium naturale, tum principium liberum.

naturaliter moueri, circa aliqua operari vt naturam; ſi ſemel autem admittitur aliquid eſſe à voluntate naturaliter, & vt naturâ, debet hoc maximè admitti de proceſſione Spiritus ſancti, in quam diuina voluntas maximâ neceſſitate, & maximâ determinatione ad vnum tendit: idem antecedens probatur ſecundò ratione. Principium naturale differt à principio libero in eo, quod illud operetur, vt determinatum ad vnum, iſtud vt indifferens ad oppoſita, determinatio enim ad vnum reperitur in quolibet principio naturaliter operante, & indifferentia ad oppoſita eſt eſſentia, ac definitio libertatis; ſed proceſſio Spiritus ſancti eſt à volũtate diuinâ vt ad vnũ determinatá, nõ vt indifferẽte ad oppoſita, ergo eſt ab ipſa vt natura, & principio naturali &c.

28. Dices primò ad primam probationẽ antecedentis ex auctoritate D. Thomæ, Sanctum Doctorem dicentem Spiritum ſanctũ naturaliter procedere, voluntatem ad aliqua naturaliter moueri, ſumere ly *naturaliter* extenſiuè, prout natura extendit ſe ad omne ens, & prout neceſſitas in ente quocumque poteſt dici neceſſitas naturalis; non verò ſumere ly *naturaliter* ſtrictè, prout naturaliter contradiſtinguitur à liberè; & natura, ſeu principium naturale contradiſtinguitur à voluntate, ſeu principio libero: imò in hoc ſenſu Doctor Angelicus expreſsè negat Spiritum ſanctum naturaliter procedere, nam *loco præcitato ex quæſtione* 10. *de potentia*, ait, *nec tamen Spiritus ſanctus procedit per modum naturæ, &c. Sic ergo differt naturaliter produci, & produci per modum naturæ, & loco præcitato ex prima parte*, ſubdit de Spiritu ſancto. *Vnde naturaliter procedit quamvis per modum voluntatis procedat.*

29. Sed contra, non ſumit Sanctus Doctor ly *naturaliter* in tanta extenſione, pro quo aduerte tripliciter dici poſſe perſonam diuinam procedere per modum naturæ.

Perſonam diuinã procedere per modum naturæ poteſt intelligi tripliciter.

Primò ex eo, quod procedat formaliter in naturæ ſimilitudinem, & hac ratione ſola perſona Verbi procedit per modum naturæ. Secundò ex eo quod procedat immediatè à naturâ ſumptâ pro eſſentiâ diuinâ, & hac ratione neque perſona Verbi, neque perſona Spiritus ſancti procedit per modum naturæ. Tertiò ex eò quod procedat à principio, & potentiâ naturali operante cum determinatione ad vnum, & hac ratione tum perſona Verbi, tum perſona Spiritus ſancti procedit per modum naturæ. Dum igitur Sanctus Doctor negat Spiritum ſanctum procedere per modum naturæ loquitur in primo ſenſu, cum quo ſtat eumdem Spiritum ſanctum procedere per modum naturæ in tertio ſenſu, quod ſignificatur per ly *procedere naturaliter*. Dum idem Sanctus Doctor ait Spiritum ſanctum procedere per modum voluntatis, ſumit voluntatem non pro principio libero, & contradiſtincto à principio naturali, ſed vel pro principio non operante ſecundùm ſimilitudinem naturæ, vel pro principio contradiſtincto, ab eſſentia. Ex his patet obiter, quomodo intelligenda ſint verba illa *in eodem artic. de pot. ad* 11. In diuinis proceſſio, quæ eſt per modum intellectus non diſtinguitur à proceſſione, quæ eſt per modum naturæ, diſtinguitur autem ab vtraque proceſſio, quæ eſt per modum voluntatis. Sumitur ſcilicet ly *per modum naturæ* pro principio operante ſecundùm naturæ ſimilitudinem, ly *per modum voluntatis* pro principio non operante ſecundùm naturæ ſimilitudinem.

Dices ſecundò ad ſecondam probationem eiuſdem antecedentis ex ratione; non quodcumque principium operans, vt determinatum ad vnum, eſſe principium naturale, ſed illud ſolùm, cuius determinatio prouenit ab extrinſeco, ideſt à cauſante ipſum, vel ab aliquo alio agente ſuperiore; voluntas autem etiam quando operatur neceſſariò, & cum determinatione ad vnum, non operatur cum determinatione habitâ à cauſante, aut aliunde, & ita ad vnum determinatur, vt ſit ſui ipſius determinatiua, nec recipit à cauſante ipſam, niſi actum primum ſe determinandi ad vnum, non ipſam determinationem. Eſt doctrina Scoti *quodlib. 16. circa finem.* 30.

Sed contra primò etiam lapis recipit à cauſante ipſam grauitatem, quæ ſe habet, vt actus primus, non motum ipſum; & tamen dum per grauitatem ab intrinſeco ſe mouet, dicitur moueri motu naturali, & tanquam principium naturale, propter neceſſitatem, & determinationem ad vnum, cur ergo voluntas, etiamſi non recipiat à cauſante actum ſecundum, non operatur vt principium naturale, quoties operatur cum neceſſitate, & determinatione ad vnum, reſpondet Scotus *loco citat.* quia hoc eſt hoc, illud eſt illud: Termini familiares in Scholâ Scotiſtica, at non ad rem in præſenti, quia adhibendi non tanquam purum difficultatis effugium, ſed ſolum quando deuentum eſt ad vltimos rerum conceptus. 31.

Principium naturale non eſt illud ſolùm quod operatur vt determinatum aliunde.

Contra ſecundò etiam appetitus ſenſitiuus brutorum eſt principium operans cum determinatione ad vnum proueniente ab intrinſeco, proueniente ſcilicet à cognitione, & forma appreheuſa, & tamen bruta ſunt principia naturalia, non libera; operationes brutorum ſunt naturales, non liberæ; ergo principium operans cum determinatione ad vnum per hoc, quod habeat talem determinationem ab intrinſeco, non deſinit eſſe principium naturale, non deſinit operari vt natura.

Probatur ſecundò: Spectat ad perfectionem voluntatis præſertim diuinæ quod ſit ſimul principium naturale, & liberum, natura, & voluntas: ergo verè voluntas, præſertim diuina, habet aliquos actus naturales, quos elicit vt natura, at ſi ſemel voluntas diuina habet aliquem huiuſmodi actum, debet maximè talis admitti actus notionalis, quo procedit Spiritus ſanctus, vtpotè, qui eſt actus maximè neceſſarius, & maximè ſimilis actibus naturalibus aliorum principiorum naturalium, ergo verè talis actus naturalis eſt, non liber liber- 32.

tate oppoſitâ naturalitati. Antecedens probatur: Spectat ad perfectionem voluntatis præſertim diuinæ quidquid ipſi non repugnat, at eſſe reſpectu diuerſorum principium naturale ſimul, & liberum, voluntati non repugnat: ergo.

33. Dices naturale, & liberum eſſe differentias eſſentiales diuidentes rationem communem principij, at eadem ratio communis non poteſt ſimul contrahi per duas differentias eſſentiales, ergo idem principium non poteſt eſſe naturale, & liberum conſtquenter repugnat, quod hæc duplex ratio principij eidem voluntati conueniat. Maior probatur ex Ariſtotele *ſecundo phyſ. text.* 48. vbi diuidit cauſam actiuam in naturam, & propoſitum: quod idem eſt, ac dicere in naturam, & voluntatem. Confirmatur: Natura non poteſt operari liberè; ergo neque voluntas poteſt operari naturaliter, ergo non poteſt ſpectare ad perfectionem voluntatis eſſe principium naturale ſimul, & liberum. Sed contra dico naturale, & liberum eſſe differentias eſſentiales diuidentes rationem communem operationis, non principij; & principium, ac potentiam vtpotè quid ſuperius, ac vniuerſalius benè poſſe in ſe coniungere differentias diuiſiuas actuum propter generalem regulam, qua ſunt vnita in ſuperioribus, quæ in inferioribus ſunt diſperſa. Ad auctoritatem Ariſtotelis dico, diuiſionem illam eſſe diuiſionem cauſæ actiuæ ſumptæ non actiuè, & ſecundùm ſe, ſed terminatiuè, & ſecundùm operationes, & ſenſus eſt operationes cauſæ actiuæ alias eſſe per modum naturæ, alias per modum propoſiti, ſeu voluntatis. Ad confirmationem dico naturam poſſe operari liberè, dummodò ſumatur natura pro principio, & potentiâ naturali, cum enim hoc modo etiam voluntas ſit natura, vtique poteſt operari liberè natura, cum poſſit operari liberè voluntas.

Naturale, & liberum ſunt differentiæ operationū, non principiorum.

34. Actus notionales ſunt liberi libertate oppoſitâ violentiæ.

Assertum III. Actus notionales ſunt liberi libertate oppoſitâ coactioni, & violentiæ; ſunt ſcilicet voluntarij, & ſpontanei, non coacti, & violenti. Eſt veritas fidei.

Probatur: De fide eſt Deum non poſſe violentiam pati, aut ab extrinſeco cogi; violentiam enim, & coactionem ſuſtinere imbecillitas eſt, & imperfectio maxima. Confirmatur: Actus notionales ſunt actus vitales, ſunt quippè actus intellectus; & voluntatis; ſed actus vitales excludunt ex genere ſuo violentiam, & coactionem, repugnat enim ipſis eſſe à principio extrinſeco, à quo ſolo haberi poteſt violentia, & coactio: ergo multò magis excludunt violentiam, & coactionem actos notionales, qui ſunt actus vitales diuini. De hac ſola libertate à coactione, & violentia intelligendi ſunt Sancti Patres, ſi quandoque docent aliquam proceſſionem diuinam eſſe liberam, vt D. Thomas *quæſtione* 10. *de potentia, articul.* 2. *ad* 5. vbi apertè habet, *liberè ergo Spiritus ſanctus procedit à Patre.* De hac ſolâ libertate ſentiendum eſt poſſe in eodem actu reperiri cum neceſſitate, & determinatione ad vnum, hac libertate liber eſt actus, quo noſtra voluntas neceſſariò appetit fœlicitatem, quo Deus neceſſariò amat ſe ipſum ex D. Thoma *mox citato.* Nec contrarius eſt Auguſtinus *in Enchiridio, capite* 105. vbi loquens de voluntate appetente fœlicitatem ait, *aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt.* Enimverò per ly *libera dicenda non eſt* excludit libertatem indifferentiæ oppoſitam determinationi ad vnum; non libertatem, vt ita dicam, libentiæ oppoſitam coactioni.

Ex his habes nomen liberi eſſe variæ, & æquiuocæ ſignificationis. Primò enim ſignificare poteſt libertatem indifferentiæ oppoſitam determinationi ad vnum, de qua in primo, & ſecundo aſſerto. Secundò ſignificare poteſt libertatem libentiæ oppoſitam coactioni, de qua in tertio aſſerto. Tertiò ſignificare poteſt libertatem gratiæ oppoſitam ſeruituti peccati, de qua Auguſtinus *in Enchiridio, capite* 105. *Multo liberius erit arbitrium, quod omninò non poterit ſeruire peccato,* & Epiſt. 89. circa initium. *Voluntas libera tanto erit liberior, quanto ſanior: tanto autem ſanior, quantò diuinæ miſericordiæ, gratiæque ſubiectior.* Non obſtante hac multiplici ſignificatione liberi nomen abſolutè prolatum vſurpari ſolet ad ſignificandam libertatem indifferentiæ, ideò actus notionales diuini quamvis in aliquo ſenſu ſint liberi, quia tamen non ſunt liberi libertate indifferentiæ ſimpliciter, & abſolutè loquendo melius dicuntur neceſſarij; & ne neceſſitatis nomen ſuſpicionem ingerat coactionis, aut determinationis ad vnum non elicitæ, ſed innatæ, & communis cauſis naturalibus non cognoſcitiuis, melius adhuc dicerentur nec neceſſarij, nec liberi; ſed ſpontanei, & voluntarij, ideſt ab intrinſeco cum cognitione, & delectatione eliciti. Nec in re Scotus & Scotiſtæ aliud intendunt, quamvis in modo loquendi diſcrepent contendentes appellandum eſſe liberum, quod nos dicimus ſpontaneum, appellandam eſſe libertatem voluntati eſſentialem illam, quam nos dicimus naturalitatem, ſeu neceſſitatem naturalem voluntariam.

35. Liberum tripliciter ſumitur.

Actus notionales ſimpliciter melius dicuntur neceſſarij, quàm liberi, melius adhuc ſpontanei, quàm aut neceſſarij, aut liberi.

---

§. VI.

Virùm actus notionales ſint voluntarij voluntate antecedente, an comitante, aut ſubſequente?

Assertum I. Actus notionalis, per quem procedit Verbum, nollo modo eſt voluntarius voluntate anteccedente, ideſt voluntas 36.

Actus notionalis,

quo procedit Verbum, nullatenus, eſt voluntarius voluntate antecedente.

voluntas generandi nullo modo eſt prior generatione, nec Pater vllo modo vult generare priùs, quàm generet. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtion. 41. articul. 2. de potentia, quæſtione ſecunda, articul. 3. ad ſecundum*, Henricus *in ſumma, artic. 58. quæſtion. ſecunda, quodlib. 5. quæſtione 4.* Ferrarienſis *4. contra gentes, capit. 11.* Capreolus *in primo, diſtinction. 6. quæſtion. 1.* Eſtius *eâdem diſtinction. §. 1.* Syluius *prima parte, quæſtion. 41. artic. 2. concl. 3.* Molina *eadem quæſtion. artic. 2. diſputatione ſecunda,* Vaſquez *diſputation. 160. cap. 3.* Logus *libro ſecundo, diſputation. 22. capite primo, num. 5.* Marchinus *diſputation. 49.* aliique magis communiter: Contra Scotum *in 1. diſtinction 6. §. in iſta quæſt.* Caietanum *prima parte, quæſtion. 41. articul. ſecundo*, Ioan. à S. Thoma *diſputation. 17. art. 2.* alioſque nonnullos tum ex Thomiſtis, tum ex Scotiſtis.

Probatur primò: Nulla diuina voluntas antecedit actum notionalem, per quem procedit verbum, ergo iſte actus notionalis nullo modo eſt voluntarius voluntate antecedente. Conſequentia patet, Antecedens probatur: Huiuſmodi voluntas deberet eſſe aut influens, aut imperans, aut deſiderans, at reſpectu actus notionalis per quem procedit Verbum, nec poteſt dari voluntas influens, nec imperans, nec deſiderans, ergo. Maior patet, quia non eſt excogitabilis alius modus voluntatis antecedentis. Minor probatur: Non poteſt dari voluntas influens, quia ſecus Verbum haberet voluntatem pro principio influxiuo, & per voluntatem procederet, non per ſolum intellectum. Non poteſt dari voluntas imperans, quia principium productiuum Verbi eſt neceſſarium omninò, & ab intrinſeco denominatum ad Verbi productionem præciſo quocumque voluntatis impetio, quod non niſi ad determinandam indifferentiam ponitur, vbicumque ponitur: Non poteſt dari voluntas deſiderans, quia deſiderium fertur in obiectum abſens, pro nullo autem ſigno poteſt aliquo diuino actu attingi ſecunda perſona, aut ipſius generatio tanquam abſens, aut futura, & ſicuti ex *lib. ſuperiori, cap. 3. §. 10.* nulla cognitio diuina attingit Verbum, vt abſens, & non exiſtens; ita ſentiendum eſt, quod idem Verbum vt abſens, & non exiſtens non attingat vlla diuina volitio. Huc etiam ſpectat quod *tract. ſuperiori, libro quarto, capite primo, §. 2.* dicebatur non dari in Deo quoad bona intrinſeca oppoſitum per modum deſiderij.

Voluntas antecedens debet eſſe aut influens, aut imperãs, ſiue deſiderans.

37. Probatur ſecundò: Pater in diuinis priùs generat, quàm velit generare, ergo non prius vult generare, quàm generet, & conſequenter voluntas generandi non eſt prior generatione; actus notionalis, quo procedit Verbum, non eſt voluntarius voluntate antecedente. Conſequentia patet, quia ſecus daretur mutua prioritas inter generare, & velle generare. Antecedens probatur: Pater in diuinis prius intelligit, quàm velit intelligere, ſed eo ipſo, quod intelligit, generat, ergo prius generat, quam velit generare. Minor patet, quia in diuinis generatio eſt ipſamet paterna intellectio: Maior probatur, neceſſe eſt, quod in diuinis aliquis actus intellectus præcedat omnem actum voluntatis, in diuinis enim æque, ac in creatis, verificatur illud axioma, voluntas non fertur in incognitum, nec vult niſi præcognitum, ergo neceſſe eſt, quod Pater intelligat prius, quam velit, & conſequenter priuſquam velit intelligere, velle enim intelligere eſt aliquod velle.

Pater in diuinis prius generat, quã velit generare.

Dices ex Scoto *diſtinctione præcitata §. Quod ſic intelligo*: licet intelligere Patris præcedat velle, velle tamen Patris præcedit dicere; ſed in dicere, non in intelligere præcisè conſiſtit generare, ergo velle patris præcedit generare. Maior probatur: Pater priùs, quàm generet filium, eſt in ſe formaliter Beatus, alioqui non poteſt intelligi Pater Beatus, ſine filio; at eſt in ſe formaliter Beatus perfectiſſimâ intellectione, & perfectiſſima volitione propriæ eſſentiæ, ergo pater priuſquam generet, perfectiſſimè intelligit, & perfectiſſimè vult propriam eſſentiam, adeóque in Patre velle præcedit generare; ſeu dicere; hoc autem velle eſt etiam voluntas generandi, quia dum pater vult propriam eſſentiam perfectiſſimè, vult etiam ipſam, vt communicandam filio; & velle communicare eſſentiam filio eſt velle generare: à primo igitur ad vltimum velle præcedit dicere, & Pater prius vult generare, quàm generet, etiamſi non prius velit intelligere, quàm intelligat. 38.

Sed contra in via *Scoti* diſtinguentis intelligere, & dicere tanquam duos actus intellectus rectè procedit inſtantia, at ponendo, vt probatum eſt *ſuperiore lib. 1. cap. 3. §. 5.* intelligere paternum eſſe actum nullatenus diſtinctum à dicere, & conſequenter nullatenus priorem ipſo dicere, ex proprij fundamenti ruinâ corruit inſtantia, cui propterea occurro negando abſolutè, quod velle patris præcedat dicere, ratio negationis eſt, quia primum intelligere Patris eſt ipſum dicere, cum igitur velle non præcedat primum intelligere Patris, neceſſe eſt, quod neque præcedat dicere. Ad probationem in in oppoſitum dico propoſitionem illam Pater prius, quam generet filium eſt formaliter Beatus poſſe procedere aut de prioritate negatiua, quatenus ſenſus ſit patrem non prærequirere generationem filij, vt ſit Beatus, imo Beatum fore, etiamſi ipſius intellectio nec eſſet generatio, nec dictio; aut de prioritate poſitiuâ quatenus ſenſus ſit Patrem pro ſigno aliquo rationis ratiocinatæ cum fundamento eſſe Beatum antequam generet in primo ſenſu vera eſt, falſa in ſecundo, in quo tamen deberet verificari vt probaret intentum inſtantiæ. Porrò quia talis propoſitio abſolutè prolata ſecundum ſenſum reddit, potiùs, quàm primum ſimpliciter, & abſolutè neganda eſt potiùs, quàm concedenda. 39.

Velle in patre non ſolũ non præcedit intelligere, ſed nec præcedit dicere.

Pater prius quam generet eſt formaliter Beatus, in quo ſenſu verificetur.

40. Probatur tertiò: Pater priuſquam gene-

ter, nec vult generare vt Pater, nec vult generare, vt Deus, ergo nullo modo Pater vult generare prius, quàm generet, & conſequenter actos norionalis, per quem procedit Verbum, nullo modo eſt voluntatius voluntate antecedente. Probatur antecedens quoad ptimam partem, nimirom quoad ly *vt Pater*. Si pater vellet generare vt pater, vellet generare voluntate notionali, ea enim, quæ conueniunt Patri, vt Pater eſt, ſunt patris propria adeóque conueniunt ipſi notionaliter, ſed hoc dici non poteſt, & neque etiam ab ipſis aduerſatiis dicitur, quia voluntas notionalis eſt voluntas influxiua, & Patrem velle generare voluntate notionali eſſet ipſum velle generare voluntate influxiuâ in generationem, quod certè neque ab ipſis aduerſariis dicitur, imo *Caietanus*, & qui ipſum ſeqountur ex Schola Thomiſtica vtontut oppoſito fundamento, probant ſcilicet voluntatem generandi eſſe priotem generatione, quia talis voluntas eſt eſſentialis, generatio eſt notionalis, eſſentialia autem ſunt priora notionalibus, communia proptiis ex D. Thoma *prima parte, quæſtion.* 33. *artic.* 3. *ad* 1. Probatur antecedens quoad ſecundam partem, nimirum quoad ly *Vt Deus*, illius eſt velle generare voluntate antecedente generationem, cuius eſt generare, ſed non eſt patris, vt Dei, actu generare, ſeu Pater vt Deus oon generat, ergo neqne etiam pater, vt Deus, vult generare. Maior probatur: Illius ſolius eſt velle generare voluntate antecedente, cuius eſt antecedere generationem, ſed in diuinis ſolum principium generationis; ſolum illud, quod generat, antecedit generationem, ergo.

41. Remanet hic obiter explicanda D. Thomæ auctoritas prædicta, qua ſuffultus *Caietanus* exiſtimat *Angelicum Doctorem* eſſe contra nos. Immeritò tamen, quia ex vna parte, ſicuti etiam tetigimus *lib. ſuperiore, cap.* 2. §. 2. Eſſentialia eſſe priora notionalibus, verificatur ſolum cum aliqnibus limitationibus, inter quas duæ facinnt ad rem in præſenti, Prima eſt, quod hoiuſmodi eſſentialia non terminentur ad notionalia, tanquam ad obiecta, ſicuti terminatur volnntas, de qua nunc agitur. Secunda eſt, qnod huiuſmodi eſſentialia non ſint actus intellectus, & voluntatis accepti in concreto, vt ſunt in Patre, aut in patre, & filio. Ex alia parte *Angelicus Doctor* alibi clarè prodit ſuam mentem pro nobis, nam *prima parte, quæſtion.* 41. *art.* 2. *in C.* docet dici poſſe, quod pater genuit filinm voluntate, dummodo ly *voluntate* deſignet concomitantiam tantùm; *& quæſtion* 2. *de potentia, art.* 3. *ad* 2. loquens de generatione filij ait *reſpectu eius non eſt voluntas præcedens, nec tempore, nec intellectu, ſed tantum voluntas concomitans.*

Caietanus immeritò nobis obiicit D. Thomam.

Eſſentialia eſſe priora notionalibus verificatur cum limitatione.

Aſſartvm II. Actus notionalis, per quem procedit Spiritus Sanctus, nullo modo eſt voluntarins voluntate antecedente eſſentiali: ideſt voluntas eſſentialis ſpirandi nullo modo eſt prior ſpiratione. Dixi voluntate antecedente eſſentiali, quia ſi ſit ſermo de voluntate notionali, actus notionalis, per quem Spiritus Sanctus procedit, eſt voluntarius per ſe ipſum formaliter, quia eſt ipſiſſima volitio notionalis, & terminus actus notionalis, ideſt ipſe Spiritus Sanctus procedit voluotatiè voluntate notionali antecedente, quia procedit voluntate notionali influente. Hoc aſſertum eoſdem habet patronos, eoſdemque aduerſatios, qnos aſſertum ſuperius.

Actus notionalis quo procedit Spiritus Sáctus non eſt voluntarius voluntate antecedenti eſſentiali.

Probatur primò: Nulla voluntas eſſentialis in patre, & filio antecedit actum notionalem, per quem procedit Spiritus Sanctus, ergo talis actus nullo modo eſt voluntarius voluntate antecedente eſſentiali. Conſequentia patet; antecedens probatur: Nulla voluntas eſſentialis antecedit primum velle patris, & filij, alioqui daretur velle ante primum velle, hocque eſſet primum, & non primum velle. Sed primum velle Patris, & filij, eſt actus notionalis, per qnem procedit Spititus Sanctus, ergo nulla voluntas eſſentialis in Patre, & filio antecedit actum notionalem, per qnem, &c. Minor probatur: Primum velle patris, & filij, eſt velle notionale, hoc quippè nihil eſt aliud, qnàm velle eſſentiale vt exiſtens in patre, & filio, ſeu vt affectum relatione ſpiratoris in Patre, & filio repertâ, ſed velle notionale eſt actus notionalis, per quem, &c. ergo primum velle patris, & filij, eſt actus notionalis, &c. 42.

Primũ velle patris, & filij eſt velle notionale.

Dices ex Scoto velle eſſentiale in Patre, & filio, eſſe actum voluntaris diſtinctum à velle notionali, quod eſt ſpirare. Sed contra eadem eſt proportionaliter ratio de velle comparato ad ſpirare, quæ de intelligere compsrato ad dicere: Sicuti ex ſupradictis in probatione ſuperioria aſſerti doctrina *Scoti* non ſubſiſtit circa intelligere comparatum ad dicere, ita nec circa velle comparatum ad ſpirare. Nec maioris eſt roboris, quod dici poteſt *ex Caietano* eſſentialia ſcilicet eſſe priora notionalibus, ideo primum velle debere eſſe eſſentiale, non norionale. Maioris, inquam, roboris non eſt, quia eſſentialia eſſe priora notionalibus ſumptum cum limitationibus ſupra allatis non magis probat debere eſſe eſſentiale primum velle patris, & filij, qoam probet debere eſſe eſſentiale primum intelligere patris. 43.

Probatur ſecundò: Actus notionalis, per quem procedit Spiritus Sanctus non poteſt eſſe voluntarius voluntate eſſentiali ſe habente ad ipſum per modum deſiderij, ergo non poteſt eſſe voluntarins voluntate eſſentiali antecedente. Conſequentia patet, quia ipſimet Aduerſatij talem voluntatem antecedentem explicant eſſe volnntatem per modum deſiderij, nec aliter eſſe poſſe colligitur ex prima probatione aſſerti ſuperioris. Antecedens probatur: Talis actus non poteſt eſſe voluntarins volontate attingente ipſum vt abſentem, & non exiſtentem, ſed ita deberet attingi à voluntate ſe habente ad ipſum per modum deſiderij: ergo. Ad inualidandam hanc probationem, 44.

&

& ſimul primam probationem ſuperioris aſſerti

45\. Dices Pater, & filius non ſolum habent actum notionalem ſpirandi, ſeu actualem ſpirationem, verùm etiam potentiam notionalem, ſeu potentiam ſpiratiuam (eodemque modo Pater non ſolum habet actum generandi, verùm etiam potentiam generatiuam) ergò pro eo primo ſigno, pro quo pater, & filius habent potentiam ſpiratiuam poſſunt per modum deſiderij velle actualem ſpirationem. Sed contra: Sicuti ex profeſſo explicatur *tract. ſuperiori initio tertij, & quarti libri*, datur quidem in diuinis ad intra actus primus, & ſecundus, at ſecundus eſt indiuiſibiliter ſimultaneus primo, nec pro aliquo ſigno primus eſt ſine ſecundo; quamvis igitur Pater, & filius habeant potentiam ſpiratiuam; tamen pro eo primo ſigno, pro quo habent potentiam ſpiratiuam, habent etiam actualem ſpirationem, ideo pro nullo prorſus ſigno poſſunt iſtam velle tanquam abſentem per modum deſiderij. Eadem de cauſa pater quamvis verè habeat potentiam generatiuam, tamen neque etiam vt habens talem potentiam velle poteſt per modum deſiderij actualem generationem, ſeu actum notionalem, quo procedit Verbum.

Pater, & filius neque vt habeant potentiam, ſpiratiuam poſſunt velle per modũ deſiderij actualem ſpirationẽ.

46\. ASSERTVM III. Actus notionales ſunt voluntarij voluntate eſſentiali comitante aut potius ſubſequente. Ita omnes Theologi communiſſimè, neque enim illi, qui contra duo ſuperiora aſſerta aſtruunt reſpectu actuum notionalium voluntatem antecedentem, comitantem, aut ſubſequentem negant, ſed huic illam præmittunt.

Actus notionales ſunt voluntarij voluntate comitante, aut potius ſubſequẽte.

Probatur primò: Actus notionales ſunt voluntarij voluntate eſſentiali complacentiæ, ergo ſunt voluntarij voluntate comitante, aut potiùs ſubſequente. Conſequentia patet, quia gaudium, & complacentia ſupponunt ſuum obiectum præſens, & exiſtens adeóque ſunt de obiecto quod comitantur, aut potius ſubſequuntur. Antecedens probatur primò ſpecialiter quoad actum notionalem, per quem procedit filius ex teſtimonio Æterni Patris Matth. 17. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Secundò in vniuerſum de vtroque actu notionali. Actus notionales ſunt perfectiones neceſſariæ, & Deo maximæ intrinſecæ, ſed datur in Deo eſſentialis complacentia de qualibet perfectione neceſſariâ, præſertim ipſi Deo maximè intrinſeca, ergo datur in Deo eſſentialis complacentia de actibus notionalibus, adeóque iſti ſunt voluntarij voluntate eſſentiali complacentiæ. Maior patet, minor probatur: Voluntas diuina ratione ſuæ omnimodæ illimitationis neceſſariò gaudet de obiecto omni, quod poteſt gaudium terminare, ſed omnis perfectio neceſſaria, præſertim ipſi Deo maximè intrinſeca; poteſt gaudium terminare, ergo.

Deus habet eſſentialem complacentiam cuiuſlibet boni ſibi intrinſeci.

47\. Probatur ſecundò eâdem voluntate; qua patri eſt voluntaria Deitas, eſt eidem voluntaria genaratio filij ſeu actus notionalis, per quem filius procedit (eadem eſt ratio de actu notionali, per quem procedit Spiritus Sanctus, comparato ad patrem, & filium) ſed patri eſt voluntaria Deitas ſolâ voluntate complacentiæ comitante, aut potius ſubſequente, ergo. Minor patet, quia pater prius eſſet volens, quam Deus, ſi propria Deitas eſſet ipſi voluntaria, ſeu ab ipſo volita voluntate antecedente. Maior probatur, quia vt refert Auguſtinus *libro 15. de Trinitate, cap. 20. & in dialogo ſexaginta quinque quæſtionum, quæſt. 7.* interrogantibus olim hæreticis; vtrum Deus volens, an nolens, voluntate, an neceſſitate filium genuerit, Catholici acutè, & laudabiliter reſpondebant retorquendo contra hæreticos interrogationem, & ab ipſis inquirendo vtrum Deus pater volens, an nolens voluntate, an neceſſitate ſit Deus? Signum eſt igitur, quod vtriuſque quæſtionis diſſoluendæ eſt eadem ratio, & quod eodem modo Deus pater eſt voluntate, & volens Deus quo voluntate, & volens generat: in cuius confirmationem afferri poteſt ex Auguſtino *queſtion. citata dialogi* illud Io. 5. *ſicuti Pater vitam habet in ſemetipſo, ſic dedit, & filio habere vitam in ſemetipſo.*

Pater æternus eodem modo, quo vult propriá Deitatem, vult generationem.

Ex dictis habetur quomodo verba illa Synodi Sardicenſis relata ab Hilario *libro de Synodis: Quod neque conſilio, neque voluntate Pater genuerit filium, anathematizat Sancta, & Catholica Eccleſia* conſona non ſint verbis Concilij Toletani XI. *in Confeſſione fidei, Filius Dei naturâ eſt filius, & non adoptione, quem Deus Pater neque voluntate, neque neceſſitate genuiſſe credendus eſt.* Contra ea ſcilicet non ſunt, quia Synodus Sardicenſis loquitur de conſilio, & voluntate comitante, ac ſubſequente, *Concilium Toletanum* loquitur de voluntate antecedente, vnde etiam addit, *Quia nec vlla in Deo neceſſitas cadit, neque voluntas ſapientiam præuenit.* Porrò ly *nec vlla in Deo neceſſitas cadit.* procedit de neceſſitate coactionis, & violentiæ iuxta doctrinam *ſuperioris §.* non de neceſſitate naturali voluntaria. Et licet Concilium Symienſe relatum ab Hilario *præcitato* excludat neceſſitatem etiam naturalem in patre reſpectu generationis filij, nihil refert, quia vt notat Vaſquez *prima parte, diſputation. 160. capite quarto*. Concilium Syrminenſe fuit Arrianum, & conſequenter damnatæ auctoritatis. 48:

Pater æternus ſub diuerſa ratione, neceſſitate, & voluntate generat.

Habetur inſuper optimam eſſe cautelam Eſtij *in 1. diſt. 6. §. 1.* aduertentis rectius dici Deum volentem, quàm voluntate gignere, quia ſicuti ablatiuus magis deſignat actionis principium, ita participium magis aptum eſt concomitantiæ ſignificandæ, vt cum dico pater ſtans loquitur. Adhùc verò rectiùs, & remotiùs ab omni hæreticorum cauillo dicitur, ſi nulla facta aut voluntatis, aut neceſſitatis mentione dicatur Patrem gignere filium naturaliter, ſeu naturæ fœcunditate; eademque eſt ratio de ſpirare comparato ad voluntatem eſſentialem; comparato, inquam, ad voluntatem eſſentialem 49.

Rectiùs dicitur Deus volens, quã voluntate gignere.

Digitized by Google

Facilius admitti poteſt Patrem, & filium voluntate ſpirare Spiritum Sanctum.

lem, nam de ſpirare comparato ad voluntatem notioonalem, quæ in ordine ad Spiritum Sanctum ſe habet vt anteeedens, & influens faciliùs dici poteſt Parer, & filius voluntate ſpirant Spiritum Sanctum etiam ablatino deſignante rationem principij. Non erit tamen adhuc hæc locutio in omni latitudine vſurpanda, ne ſumptâ voluntate pro principio liberè, & indifferenter operante, detur anſa errori Arrianorum, ac Macedonianorum aſſerentium liberam, & contingeorem productionem Spiritus Sancti, cui incommodo, vt occurratur tutius eſſet, & laudabilius dicere patrem, & filium naturaliter, ſeu à voluntate, vt naturâ ſpirare Spiritum Sanctum.

50. Spiritus Sanctus in aliquo ſenſu procedit magis voluntariè, quam filius.

Habetur tandem in aliquo legitimo ſenſu magis voluntariè procedere Spiritum Sanctum, quàm filium; filius enim procedit voluntariè ſolâ voluntate comitante, & ſubſequente eſſentiali, Spiritus Sanctus procedit voluntariè eâdem voluntate eſſentiali, qua filius; & inſuper procedit voluntariè volontate notionali antecedente, & influente. Et hæc voluntas babet pro obiecto non ſolum ipſum Spiritum Sanctum, verùm etiam quidquid à Deo neceſſariò amatur; nihil quippè aliud eſt talis voluntas antecedens, & influens, quàm amor, ex quo Spiritus Sanctus formaliter procedit, & bunc amorem ſe extendere ad quidquid oeceſſariò à Deo amatur traditum eſt in calce *lib. ſuperioris*.

---

§. VI.

Vtrùm actus notionales ſint de aliquo & quomodo?

51. Actus notionales eſſe de aliquo eſt de fide.

ASSERTVM I. Actus notionales ſunt de aliqoo. Eſt veritas fidei definita in pluribus Conciliis, quæ vt potè contra Arrium decertaotia, licèt expreſſiùs loqnantur de actu notionali, per quem procedit filius, propter omnimodam paritatem rationis nequeunt non extendi ad actum notionalem, per quem procedit Spiritus Sanctus.

Probatur primò ex Symbolis: nam in Sybolo Nicæno, & Conſtatinopolitano *fatemur filium eſſe Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero*. In Symbolo Athanaſij fatemur eundem *eſſe Deum ex ſubſtantia Patris*. Confirmatur ex Concilio Toletano XI. qnod in Confeſſione fidei ſic loquitur. Nec enim *de nihilo, &c. ſed de Patris vtero, ideſt de ſubſtantia eius, idem filius genitus, vel natus eſſe credendus eſt*. Mitto alia plura ſimilia aliorum Conciliorum verba, quibus addi poſſent omnes auctoritates alibi allatæ ad probandum ſecundam perſonam eſſe vere filium, & veram generationem eſſe de aliquo non de nihilo: Solum addo vnam vel alteram auctoritatem pro actu notionali, quo procedit Spiritus Sanctus. Prima ſit Io. 16. vbi Christus Dominus de Spiritu Sancto ait *de meo accipiet*, quo textu ad præſens intentum vtitur Ioan. Theologus in Concilio Florentino *ſeſſ.* 18. *&* 19. Secunda ſit ex Damaſo in profeſſione fidei miſsâ ad Paulinum, in qua habetur *Si quis non dixerit Spiritum Sanctum de Patre eſſe vere, ac propriè, ſicuti, & filium de diuina ſubſtantia, anathema ſit*.

52. Probatur ſecundo ratione: Perſonæ procedentes in diuinis ſunt de aliquo, ergo etiam actus notionales, conſequentia patet, quia actus notionales nihil aliud ſunt quàm ipſæ proceſſiones, perſonæ autem procedentes nequeunt eſse de aliquo, niſi etiam ſint de aliquo proceſſiones. Antecedens probatur: Si perſonæ procedentes non eſsent de aliquo, eſſent de nihilo, ſeu ex nihilo; at neqoit dici, quod ſint ex nihilo. Primò quia, ſi eſſent ex nihilo, eſſent quid creatum, & ipſarum productio eſſet creatio, quod Arrianum eſt. Secundò quia, ſi perſonæ procedentes eſſent ex nihilo affirmaretur ordo ipſarum ad nibil, at nequit talis ordo de diuinis perſonis affirmari. Enimverò, vt habet D. Thomas *in* 1. *diſt.* 5. *q.* 2. *art.* 2. *in C.* ordo ad nihil poteſt eſſe duplex, ſcilicet temporis, & naturæ: dicit ad nihil ordinem temporis illud, quod prius fuit non ens, & hic ordo nulli æterno conuenit: dicit ad nihil ordinem naturæ illud, quod habet eſſe dependenter ab alio, & ex ſe ſolum habet non eſſe. Hic ordo nulli ſimpliciter independenti conuenit, & perſonæ procedentes in diuinis ſunt æternæ, & ſimpliciter iodependentes, habent ſcilicet eſſe ſimpliciter neceſſarium, à ſe, & independens, ergo de diuinis perſonis procedentibus non poteſt affirmari vllus ordo ad nihil, nimirum nec ordo temporis, nec ordo naturæ.

Duplex eſſe poteſt ordo ad nihil.

53. Actus notionales eſſe de aliquo eſt perſonas procedentes eſſe de ſubſtantia producentium.

ASSERTVM II. Dum dicitur in diuinis actus notionales ſunt de aliquo, ly *de aliquo* importat ſubſtaotiam perſonæ, producentis, & ſenſus eſt perſonas procedentes eſse de ſubſtantia perſonæ, ſeu perſonarum producentium: filium eſſe de ſubſtantia patris; Spiritum Sanctum eſſe de ſubſtantia patris, & filij: Eſt veritas fidei non minus, qoàm veritas aſſerti præcedentis.

Probatur auctoritatibus ſuprà relatis, quæ non ſolùm negant filium eſse de nihilo, nec ſolum affirmant eſſe de aliqoo, verum etiam exprimunt hoc aliqoid eſse ſubſtaotiam patris, & ſpecialis vix fieri poteſt io verbis illis Concilij Toletani XI. *Sed de Patris vtero*, quæ videntur deſumpta ex Pſalmo 109. *Ex vtero ante luciferum genui te* vbi aduertit Marchinus *de Trinitate*, *diſp.* 51. pro *vtero* hebraïcè poni *Rechem* quæ eſt vox fœmininæ ſignificationis ad indicandum Patrem æternum in diuinis etiam matris, & fœminæ quodammodo munus præſtare, nec per patrem propriæ ſubſtantiæ in alieno vtero poſitam ad prolis generationem concurrere, vt concurrit Pater in creatis, ſed ex ſe quodammodo & ſemen habere, &

vterum

vterum : ex ſe totam ſubſtantiam filio communicare. Confirmatur ex conſubſtantialitate *huius tractatus initio* comprobatâ inter perſonas procedentes, & producentes in diuinis, quæ conſubſtantialitas omninò corrueret, ſi perſonæ procedentes eſſent de ſubſtantiâ alienâ, non de ſubſtantiâ perſonarum producentium. Deinde de quanam aliâ ſubſtantiâ perſonæ procedentes eſſe poſſunt, & vt loquar cum Auguſtino *libro tertio contra Maximinum*, *cap.* 14. *Verus Dei filius, ſi non de Patris ſubſtantia eſt, aliam quærere oportet : ſi aliam non inuenis, Patris agnoſce ſubſtantiam, & homouſion, ideſt conſubſtantialem conſitere.*

54\. *Multigena ſignificatio particulæ de.* Explicato quid importet ly *aliquo* dum dicitur actus notionales, & perſonas procedentes eſſe de aliquo, ſupereſt explicandum quam habitudinem importet in ly *de aliquo* particula *de* pro quo præmittenda eſt varia, & multigena talis particulæ ſignificatio. Primo ſignificare poteſt ordinem temporis, vt cum dicitur de nocte fit dies. Secundò ſignificare poteſt conuerſionem vnius in aliud, aut etiam tranſſubſtantiationem, vt cum dicitur de ligno fit ignis, de pane fit corpus Chriſti. Tertiò ſignificare poteſt originem, vt cum dicitur, de igne calor, de ſole lux procedit. Quartò ſignificare poteſt identitatem ſubſtantiæ, ſeu conſubſtantialitatem ; & hoc dupliciter, vel per modum materiæ, vt cum dicitur cultellus eſt de ferro, domus eſt de lapidibus ; vel per modum formæ, vt cum dicitur homo eſt de anima. Quintò ſignificare poteſt originem, & conſubſtantialitatem ſimul, vt cum dicitur filius eſt de patre, & hæc cenſetur propriiſſima, & maximè germana ſignificatio talis particulæ ab Auguſtino *libro de natura boni* contra Manichæos, *cap.* 26. vbi aſſignat diſcrimen inter particulam *ex*, & particulam *de*, quod illa ſignificet principium qualecumque, iſta ſolum principium conſubſtantiale, ait enim *Discrimen particulæ de à particula ex.* *Ex ipſo non hoc ſignificat, quod de ipſo ; quod enim de ipſo eſt, poteſt dici ex ipſo ; non autem omne, quod ex ipſo eſt rectè dicitur de ipſo. Ex ipſo enim* (ſubintellige Deo) *cælum, & terram ; quia ipſo facit ea non autem de ipſo, quia non de ſubſtantiâ ſuâ. Sicuti aliquis homo ſignificat filium, & facit domum : ex ipſo filius, ex ipſo domus, ſed filius de ipſo, domus de terra, & ligno.* Hanc D. Auguſtini doctrinam amplectuntur Magiſter *in primo diſtinction.* 5. D. Thomas *eadem diſtinction. quaſtion.* 2. *artic.* 1. *in C.* Scotus *eadem diſtinction.* 5. *ſecundo dico*, aliique Theologi communiter ; contradicit vero Driedo *libro tertio, de regulis, & dogmatibus Scriptura Sacra, verſiculo, verum hac doctrina*, propter verba Symboli Nicæni : *& conceptus eſt de Spiritu Sancto*, Item Matth. 1. *quod in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt.* Quibus in locis cum ſermo ſit de Chriſto vt homine, ſeu de carne Chriſti, particula *de* ſignificare non poteſt conſubſtantialitatem, ſed ſolum originem reſpectu Spiritus Sancti, Driedoni adhæret Marchinus *de Trinitate, diſputation.* 51. Nihilominus propter textus mox allatus non eſt deſerenda doctrina *Auguſtini* grauiorum Theologorum ſuffragio comprobata, nam præter quod dici poſſet ſermonem eſſe de Chriſto ſimpliciter accepto, & per ly *de* importari conſubſtantialitatem quoad naturam diuinam, originem quoad naturam humanam, nihil prohibet dicere in relatis textibus ly *de* vſurpari in ſignificatione non propriiſsima, & maximè rigoroſa, ſed aliqualiter latiori ; ſecundùm quam poteſt *de* cum *ex* confundi, licet in propriiſsimâ, & maximè rigoroſâ ſignificatione differant. Vnde etiam fit eſſe aliqualiter latiores, & minus rigoroſas alias ſignificationes, quas quintâ exceptâ mox aſsignauimus particulæ *de* & in rigore melius dicitur ex nocte fit dies, ex ligno fit ignis, ex pane fit Corpus Chriſti, &c. quam de nocte fit dies, de ligno fit ignis, &c. *De, & ex ſignificatione minus propriâ confundi poſſunt, & ſumi pro eodem.*

Assertvm III. Dum dicitur actus notionales in diuinis eſſe de aliquo, perſonas ſcilicet procedentes eſſe de ſubſtantia perſonarum producentium, particula *de* importat conſubſtantialitatem, & originem ; conſubſtantialitatem relata ad ſubſtantiam, originem relata ad perſonam producentem : Ita omnes Theologi communiſsimè cum Magiſtro, D. Thoma, & Scoto *locis præcitatis* contra nonnullos, qui teſte Richardo *in primo diſtinction.* 5. *quaſtion.* 3. *in fine*, nomine ſubſtantiæ ſubſtantiam primam, ideſt perſonam intelligentes *filius eſt de ſubſtantia Patris* ſic interpretantur, filius eſt genitus de patris perſona, adeóque particulæ *de* tribuunt ſignificationem ſolius originis. 55. *Particula de importat conſubſtantialitatem, & originem ; dum dicitur perſonas diuinas eſſe de aliquo.*

Probatur, talis modus explicandi particulam *de* maximè congruit tum ipſi particulæ *de*, tum ſubiectæ materiæ, in qua verſamur, ergo iure aſſeritur, &c. Antecedens probatur, quia ex vna parte importare originem, & conſubſtantialitatem eſt propriiſsima, ac maximè germana ſignificatio particulæ *de*, ex alia parte perſonæ diuinæ procedentes verè ducunt originem à producentibus, & verè habent cum ipſis eandem ſubſtantiam. Confirmatur, dum dicitur in diuinis vnam perſonam eſſe de alia ly *de*, nec poteſt importare ſolam originem, nec ſolam conſubſtantialitatem, ergo debet importare vtramque, vt aſſertum eſt. Antecedens probatur : Non poteſt importare ſolam originem, quia eſſet locutio valde impropria, & vna perſona diuina diceretur eſſe de alia ; & de ſubſtantia alius ſolùm eo modo, quo artificiatum poteſt dici eſſe de artifice, creatura de

Non rectè dicitur creatura eſt de ſubſtantia Dei.

Deo, aut de ſubſtantia Dei non poteſt importare ſolam conſubſtantialitatem, quia præpoſitio *de* eſt tranſitiua ſignificans diſtinctionem aliquam, & aliquem ordinem in ſola autem conſubſtantialitate, & identitate ſubſtantiæ non poteſt importari tranſitio, diſtinctio, ordo. Item quia ſi ly *de* importaret ſolam conſubſtãtialitatem, eodem modo, quo dicitur filius eſt de ſubſtantia Patris, dici poſſet pater eſt de ſubſtantia filij: à fortiori dici poſſet tres perſonæ ſunt de ſubſtantia diuina, vel de eſſentia diuina, quod tamen cum Auguſtino *libro ſeptimo, de Trinitat. cap.* 6. negat D. Thomas *prima parte, q.* 41. *art.* 4. *ad* 3.

Nec item, Pater eſt de ſubſtantia filij, aut tres perſonæ ſunt de ſubſtantia diuina.

Maneat igitur fixum particulam *de* acceptam rigoroſè, & vt diſtinctam à particula
56. *ex* importare quidem conſubſtantialitatem, non tamen ſolam, ſed ſimul cum origine. Porrò quia præmiſſum eſt talem conſubſtantialitatem poſſe, aut per modum materiæ, aut per modum formæ importari, ſupereſt hic definiendum per modumne materiæ, an per modum formæ in præſenti conſubſtantialitas importetur. Et quidem importari per modum materiæ, diuinam ſcilicet eſſentiam, in qua relucet diuinarum perſonarum conſubſtantialitas ſe habere in perſonis procedentibus tanquam materiam, ſeu principium materiale præciſis imperfectionibus tradiderunt Henticus *in ſum. artic.* 54. *quæſt.* 3. *& quodlib.* 5. *quæſt.* 9. Durandus *in primo, diſt.* 5. *quæſt.* 2. Chartuſianus *eadem diſt. quæſt.* 2. Valentia *prima parte, diſp.* 2. *quæſt.* 15. *punct.* 3. Attiaga *diſp.* 46. *ſect.* 5. *num.* 33. aliique nonnulli, inter quos fuiſſet primo loco recenſendus D. Thomas *in* 1. *diſt.* 5. *quæſt.* 2. *art.* 1. *in C.* niſi ſe ipſum retractaret *prima parte, quæſt.* 41. *art.* 3. *ad* 1. *&* 2. vbi primo loco negat eſſentiam ſe habere vt principium materiale. Secundo loco indicat dici poſſe principium formale. Hanc rationem principij formalis tribuunt diuinæ eſſentiæ Capteolus *in* 1. *diſt.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 1. Scotus *eadem diſt.* 5. *ideo tenendo.* Bonauentura *eadem diſt. art.* 1. *quæſt.* 2. Alenſis *prima parte, quæſt.* 42. *memb.* 4. Molina *quæſt.* 41. *art.* 3. *diſp.* 2. Vaſquez *diſp.* 162. *cap.* 1. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 22. *cap.* 2. *num.* 5. Marchinus *de Trinitate, diſp.* 52. *in fine* Herincx *tract.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. aliique magis communiter.

ASSERTVM IV. Dum dicitur actus notionales eſſe de aliquo, & perſonas
57. procedentes eſſe de ſubſtantia producentium per ly *de ſubſtantia* importatur diuina eſſentia per modum formæ potiùs, quàm per modum materiæ. Huius aſſerti tum propugnatores, tum oppugnatores mox retulimus. Dixi per modum formæ potiùs quàm, &c. qua loquendi phraſi exprimitur diuinam eſſentiam propriè nec materiam eſſe, nec formam, quod extra omnem controuerſiam eſt, & ſupponendum ex alibi dictis de diuina ſimplicitate, ſed tantum ſecundùm noſtrum intelligendi modum eſſe ſimilem formæ potius, quàm materiæ. In quo ſenſu aſſertum

Diuina eſſentia in diuinis perſonis ſe habet per modum formæ potius, quàm per modum materiæ.

Probatur: Ex vna parte minus eſt incongruum Deo habere aliquid per modum formæ, quam per modum materiæ, ex alia parte nulla eſt ſpecialis neceſſitas ponendi in perſonis procedentibus eſſentiam per modum materiæ, ergo per ly *de ſubſtantia* importatur diuina eſſentia per modum formæ, potiùs quàm per modum materiæ. Probatur antecedens quoad primam partem, ex terminis forma eſt minus imperfecta, quàm materia; forma enim eſt actus, materia eſt potentia; forma eſt perfectiua, materia eſt perfectibilis; & vniuerſaliter in quolibet compoſito materia eſt extremum magis imperfectum, forma extremum minus imperfectum, ſed minus eſt incongruum Deo habere aliquid per modum illius, quod ex terminis eſt minùs imperfectum, quodque conſequenter eſt facilius ab omni imperfectione deputabile, quam aliquid per modum eius, quod ex terminis eſt magis imperfectum, &c. ergo. Probatur idem antecedens quo ad ſecundam partem: Si quæ eſt ſpecialis 58.
neceſſitas ponendi in perſonis procedentibus eſſentiam per modum materiæ, maximè quia proprium eſt materiæ præſupponi tũ ad formam, tum ad totum, ſicuti diuina eſſentia præſupponitur tum ad relationes, tum ad perſonas diuinas. Item quia proprium eſt materiæ eſſe indifferens ad plures formas, & determinabile à diuerſis formis ad diuerſa tota; ſicuti diuina eſſentia eſt indifferens ad plures relationes, & per vnam relationem determinatur ad conſtituendam vnam perſonam per aliam relationem ad conſtituendam aliam perſonam, ſed hæc non ſufficienter ſuadent ſpecialem neceſſitatem ponendi, &c. ergo. Minor probatur: quod diuina eſſentia præſupponatur ad perſonas non probat ipſam ſe habere per modum materiæ, quia præſupponi ad totum aliquando conuenit etiam formæ, vt patet in anima rationali præſertim reſpectu hominum reſurgentium. Neque item id probat, quod diuina eſſentia præſupponatur ad relationes, quod ſit indifferens ad plures relationes, & ab eiſdem determinabilis. Enimverò hæc non ſunt propria materiæ comparatæ ad formam, ſed conueniunt etiam naturæ comparatæ ad ſuppoſita, & quia natura ad ſuppoſitum ſe habet potius vt forma, quàm vt materia; ſe habet enim vt ſuſtentabile ad ſuſtẽtans, quod eſt ſe habere vt formã ad materiã, conſequens eſt, quod diuina eſſentia licèt ſe habeat ad relationes, vt quid indifferens, & determinabile, ſe habeat ad ipſas vt forma; quia ſe habeat ad ipſas vt natura, vt determinabilis, & indifferens indifferentiâ, & determinabilitate naturæ, non indifferentia, & determinabilitate materiæ. Confirmatur hoc totum ex Apoſtolo Philipp. 2. vbi de filio Dei Incarnato dicitur

Forma ex terminis eſt minus im[per]fect[a] quã materia.

Non eſt proprium materiæ præſupponi ad totum.

Aut ſe habere in toto vt quid determinabile, & indifferens.

dicitur *Qui cum in forma Dei eſſet*, ideſt, vt ibi exponit Sanctus Thomas, in natura, quæ forma dicitur, eo quod aſſimiletur formis totalibus creatis. Confirmatur inſuper: Dum dicitur perſonam procedentem eſſe de ſubſtantia producentis particula *de* relata ad ſubſtantiam importat etiam rationem principij quo, ſed quod ſe habet vt principium quo ſe habet, vt forma, non vt materia, ergo dum dicitur perſonam procedentem, &c. particula *de* relata ad ſubſtantiam importat ipſam per modum formæ potiùs, quam per modum materiæ. Minor patet, quia in quolibet toto forma potiùs, quàm materia, habet rationem principij actiui: Maior probatur: Diuina eſſentia verè habet rationem principij *quo* reſpectu perſonarum procedentium *ex ſupradictis, lib. 1. cap. 3. §. 1. & 6.* & particula *de* eſt ſecundùm ſe apta ſignificare habitudinem originis, & quamcumque rationem principij actioi ſiue *quo*, ſiue *quod*, ergo vere particula *de* in diuinis relata ad ſubſtantiam importat etiam rationem principij *quo*. Solùm aduerto, quod ſicuti diuina eſſentia non ſecundùm ſe, ſed vt affecta ſpeciali ratione eſt principium quo, ita vt ly *de* exprimat in diuina eſſentia rationem principij quo debet applicari diuinæ eſſentiæ cum aliquo addito explicante relationem perſonæ producentis, dici ſcilicet debet v. g. filius eſt de ſubſtantia Patris, non filius eſt de ſubſtantia diuina præcisè.

Particula *de* relata ad ſubſtantiam diuinam explicat etiam rationem principij quo.

60. Ex dictis habetur particulam *de* in hac propoſitione filius in diuinis eſt de ſubſtantia patris triplicem habitudinem importare, vnam conſubſtantialitatis; duplicem originis. Habitudo conſubſtantialitatis importatur ad ſubſtantiàm patris præcisè, & ſecundùm ſe acceptam, vt exercentem in filio munus formæ totalis omni imperfectione præcisa. Habitudo originis importatur altera ad eandem ſubſtantiam vt affectam relatione paternitatis, & exercentem reſpectu filij rationem principij quo, altera ad perſonam patris tanquam ad principium quod eiuſdem filij.

CAPVT II.

De Miſſione diuinarum Perſonarum.

1. Proceſſio diuinarū perſonarū alia æterna, alia temporalis.

MAGISTER *in 1. diſt. 14.* præmittit diligenter eſſe adnotandum, quod gemina eſt proceſſio in diuinis æterna videlicet, & temporalis. Vtrique proceſſioni tribuitur miſſionis nomen, & quidem quod à quibuſdam tribuatur Miſſionis nomen proceſſioni æternæ filij teſtatur idem Magiſter *diſt. 15. §. quod duobus modis dicitur filius mitti.* Quod tribuatur proceſſioni æternæ Spiritus Sancti, habetur ex Grego. *homil. 26. in Euang.* vbi poſtquam de filio dixit *Eo ipſo à patre filius mitti dicitur, quo à patre generatur*, ſubdit de Spiritu Sancto *eius miſſio ipſa proceſſio eſt, qua de patre procedit, & filio.* Ruſſus quod tribuatur Miſſionis nomen proceſſioni temporali, ſeu quod pro eodem ſumantur proceſſio temporalis, & miſſio, conſtat ex Beda qui vt refert Magiſter *diſt. 14. præcitata in homil. Dominica prima poſt Aſcenſionem* de temporali proceſſione ita loquitur. *Cum gratia Spiritus Sancti detur hominibus profecto mittitur Spiritus à Patre, mittitur, & à filio: procedit à Patre, procedit & à filio, quia, & eius miſſio eſt ipſa proceſſio.* Porrò licèt apud Sanctos Patres rarò admodum reperiatur in terminis nomen proceſſionis temporalis, Miſſio tamen vtpotè quæ ex infra dicendis eſſentialiter importat aliquid temporale melius exprimitur nomine proceſſionis temporalis, quam nomine proceſſionis æternæ ſimpliciter, non quod proceſſionem æternam non includat, ſed quod proceſſioni æternæ aliquid temporale eſſentialiter ſuperaddat, vt mox magis explico. Ideo ſit

---

§. I.

Quid ſit miſſio in diuinis?

ASSERTVM: Miſſio in diuinis eſt proceſſio vnius perſonæ ab alia in ordine ad aliquem terminum, ſeu effectum temporalem. In hac definitione duo continentur. Primum eſt, quod miſſio dicat eſſentialiter duplicem habitudinem, alteram ad principium proceſſionis æternæ, alteram ad terminum temporalem. Secundum eſt, quod dicat principalius, & in recto habitudinem proceſſionis æternæ, quæ in caſu recto, & nominatiuo exprimitur, minus principaliter, & in obliquo habitudinem ad terminum temporalem, qui exprimitur in caſu obliquo, & non nominatiuo. Quoad primum conueniunt omnes Theologi communiſſimè: nec quoad hoc aſſeclas habet Magiſter *in 1. diſt. 15. §. quod duobus modis dicitur filius mitti.* Vbi dicendo filium mitti, cum ſe in animas pias ſic transfert, vt ab eis percipiatur ac cognoſcatur indicat miſſionem eſſe ſolum ſpecialem operationem perſonæ diuinæ in creatura impertinenter ſe habente proceſſione æterna. Quoad ſecundum pro noſtro aſſerto ſtant D. Thomas *prima parte, quæſt. 43. art. 2. ad 3.* Caietanus *eadem quæſt. art. 1. & 8.* Ferrarienſis *4. contra gentes, cap. 13.* Ioan. à S. Thoma *prima parte, quæſt. præcitata, diſp. 17. art. 1. num. 15.* Vaſquez *diſput. 170. c. 2.* aliique plures contra Scotum *in 1. diſt. 15 §. videtur aliter, & §. ſecundum hoc*, Arriagam *prima parte, diſputation. 55. ſect. 2.* De Quiros *diſp. 69. num. 1.* Marchinum *de Trinit. diſp. 57.* alioſque nonnullos, qui propterea miſſionem aliter definiunt verbis importantibus in

2. Miſſio in diuinis quid.

Miſſio in diuinis aliter ab aliis definitur.

obliquo proceſſionem æternam ſic, Miſſio eſt temporalis apparitio perſonæ procedentis; vel eſt ſanctificatio creaturæ per dona appropriata perſonis procedentibus.

3. Probatur aſſertum primò explicando definitionem. Dicitur *Proceſſio vnius perſonæ ab alia*; quæ particulæ locum tenent quaſi generis, communes enim ſunt proceſſioni æternæ, & temporali. Rectè autem poni proceſſionem vnius perſonæ ab alia pro prædicato eſſentiali, & quaſi genere proximo Miſſionis in diuinis, non ſolum habetur ex auctoritatibus partim iam præallatis, partim mox afferendis in ſequenti probatione, & infra, verum etiam ſuadetur ratione D. Thomæ *prima parte, quæſt. 43. art. 1. in C.* vbi habet in vniuerſum per miſſionem oſtendi proceſſionem quandam miſſi à mittente, vel ſecundùm imperium, quomodo mittitur ſeruus à Domino; vel ſecundùm conſilium quomodo mittitur Rex à conſiliario; vel ſecundùm originem, quomodo dicuntur mitti, ſeu emitti flores ab arbore: addi poteſt vel ſecundum impulſum, quomodo emittuntur in ſcopum ſagittæ à ſagittario, at ex his procedendi modis facilè patet conſideranti ſolum per originem poni poſſe proceſſionem vnius diuinæ perſonæ ab alia in diuinis, ergo pro genere proximo miſſionis in diuinis rectè ponitur proceſſio, quæ in diuinis abſolutè vſurpata ſupponit pro origine, ſeu pro ſola proceſſione originis. Dicitur *in ordine ad aliquem terminum, ſeu effectum temporalem*, quibus particulis diſtinguitur miſſio in diuinis à pura proceſſione æterna, & oſtenditur habitudo ad terminum, ad quem diuinæ perſonæ mittuntur de quo infra §. 4.

4. Miſſio in diuinis importat principalius proceſſioné æternam, quam effectum téporalem.

Probatur aſſertum ſecundò oſtendendo in definitione miſſionis rectè poni principalius, & in recto proceſſionem; minus principaliter, & in obliquo terminum temporalem. Quod oſtenditur primò ex D. Thoma *in præcit. ſolutione ad 3.* dicente: *Miſſio includit proceſſionem æternam, & aliquid addit, ſcilicet temporalem effectum*; id autem, quod includitur in miſſione tanquam alteri additum importatur minus principaliter, & in obliquo. Nec refert eundem Sanctum Doctorem *in 1. diſt. 15. quæſt. 1. art. 2. in C.* docere, quod ex conſequenti importatur relatio originis in Miſſione, & principaliter ordo ad effectum: eodemque *articulo* ad Anibaldum iudicare veriorem opinionem dicentem miſſionem principalius ſignificare quod eſſentiale eſt, ſcilicet nouum effectum in creatura. Non refert inquam, quia præter quod dici poteſt Angelicum *in præcitato loco ſummæ* ſe retractaſſe reſpondent Thomiſtæ Sanctum Doctorem in locis contra nos allatis loqui de miſſione non ſecundùm ſe, ſed ſecundùm denominationem, quam verè principalius recipit à termino temporali, à quo temporalis proceſſio denominatur idque colligunt ex eo, quod in illo loco, & primo ſententiarum ipſemet ait ſe loqui de miſſione conſideratâ in virtute vocabuli, excludit igitur miſſionem conſideratam ſecundùm ſe ſimpliciter, & abſolutè. Oſtenditur ſecundò ex eo, quod miſſio tum ex genere ſuo, tum præſertim in diuinis primò, & principaliter ſignificat exitum miſſi à mittente, at huiuſmodi exitus in diuinis non poteſt eſſe aliud, quàm proceſſio, ſolum enim ſecundùm proceſſionem datur in diuinis habitudo vnius ab alio, ergo miſſio in diuinis primariò, & principaliter ſignificat proceſſionem. Maior probatur ex D. Hieronymo *ſupra cap. 16. Ezechielis Quod coniunctum eſt, & in vno corpore copulatum, mitti non poteſt ex Io. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum*, vbi venire in mundum, quod explicatur principaliter per exire à Patre mitti eſt iuxta Hilarium *lib. 9.* in explicatione allatis Textus, & Auguſtinum *lib. 2. de Trinitate cap. 5.* ergo miſſio tum ex genere ſuo, tum præſertim in diuinis primariò, & principaliter ſignificat exitum. 5.

Prædicata etiam conuenientia Deo ex tempore nó importát principaliter, & in recto quid creatû.

Oſtenditur tertiò ex eo, quod alia prædicata diuina conuenientia Deo quodammodo in tempore, licet denominationem ſumant à termino, & effectu temporali, tamen principalius, & in recto important aliquid æternum, & Deo intrinſecum vt exemplificari poteſt in creatione, & conſeruatione, Dominio creaturarum, &c. ergo ſimiliter miſſio, licet ſit temporalis, & vt talis denominetur à termino, & effectu temporali, adhuc debet principalius, & in recto importare aliquid æternum, ac Deo intrinſecum, ſcilicet proceſſionem originis. Ex quo patet obiter cur, licet principium proceſſionis ſe habeat vt terminus à quo, effectus temporalis vt terminus ad quem miſſionis, adhuc tamen iſte minus principaliter, & in obliquo importetur. Enimverò quod terminus ad quem ſit terminus ſpecificatiuus, & importetur principalius non verificatur in ordine ad prædicata diuina, quæ quidquid ad extra reſpiciunt, reſpiciunt connotatiuè ſolùm, & ſecundariò; non ſpecificatiuè, & primariò. 6.

Importari in obliquo nó eſt importari materialiter.

Ex dictis habes aliud eſſe importari principaliter, & in recto; aliud importari eſſentialiter, & formaliter; nec ex eo quod dicamus habitudinem ad terminum temporalem minus principaliter, & in obliquo à miſſione importari ſequitur talem habitudinem eſſentialiter, & formaliter miſſioni non competere, ex quo fieret vitioſam eſſe aſſertam definitionem vt potè continentem prædicatum aliquod materialiter, & non eſſentialiter ſe habens ad definitum. Ita igitur negamus habitudinem ad terminum temporalem importari à miſſione in recto, vt ſimul affirmemus importari formaliter, & eſſentialiter: ſicuti etiam ab hoc concreto album v. g. importatur formaliter, & eſſentialiter albedo; quamvis in obliquo, non in recto importetur. 7.

§. II.

§. II.

Quotuplex ſit Miſſio in diuinis?

8. ASSERTVM: Miſſio vniuerſaliſſimè accepta diuiditur in propriam, & in impropriam. Miſſio propria ſubdiuiditur potiſſimùm in actiuam, & paſſiuam: Viſibilem, & inuiſibilem.

Miſſio alia propria, alia impropria.

Probatur, & explicatur: Vltra miſſionem propriam ſupra definitam ſolet aliquando miſſionis nomen à Theologis, & nonnullis Sanctis Patribus tribui aut proceſſioni æternæ ſecundùm ſe vt ſupra tetigimus, aut effectui temporali manifeſtatiuo perſonæ procedentis, qui effectus, ſicuti eſt à tota Trinitate; ita Miſſio ſic accepta à tota Trinitate fit, & in hoc ſenſu Auguſtinus 2. *de Trinitate, cap.* 5. admittit filium miſſum à Spiritu ſancto, à ſe ipſo: Admittenda eſt igitur Miſſio impropria vltra miſſionem propriam. Hæc autem, ſicuti ex ſupradictis importat tum proceſſionem æternam, tum terminum temporalem, ita rectè ſubdiuiditur in actiuam, & paſſiuam; quæ eſt diuiſio ipſi conueniens ratione proceſſionis æternæ: in viſibilem, & inuiſibilem, quæ eſt diuiſio ipſi conueniens ratione termini temporalis. Miſſio actiua importat proceſſionem, ſeu originem actiuam in ordine ad terminum temporalem. Miſſio paſſiua importat proceſſionem, ſeu originem paſſiuam in ordine ad eumdem terminum, & huic ſolet ſimpliciter tribui nomen miſſionis.

Alia actiua, alia paſſiua in ordine.

Miſſio viſibilis eſt proceſſio vnius perſonæ ab alia in ordine ad terminum temporalem interueniente ſigno ſenſibili manifeſtatiuo perſonæ quæ procedit, & mittitur: huiuſmodi ſignum ſenſibile, licet quandoque ſub alium ſenſum à viſu cadat, adeóque vniuerſaliter hæc miſſio dici poſſit ſenſibilis, quia tamen viſus eſt principalior, & frequentior ſenſus, ſub quem tale ſignum cadit, non incongruè talis miſſio denominatur viſibilis. Miſſio inuiſibilis eſt proceſſio vnius perſonæ ab alia in ordine ad ſanctificationem creaturæ rationalis per donum inuiſibilis gratiæ.

Alia viſibilis, alia inuiſibilis.

9. Iſtæ duæ miſſionis ſpecies potiſſimæ ſunt in præſenti, ideò vt magis conſtet quid vtraque ſit, placet in vniuerſum cum Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtion.* 43. *diſputatione* 17. *articulo* 2. *numero* 3. præmittere tria, in quibus ambæ iſtæ miſſiones ad inuicem conueniunt, tria item, in quibus ambæ ab inuicem differunt.

10. Conueniunt primò in eo, quod ambæ fiunt ad ſpecialem manifeſtationem perſonæ diuinæ, & proceſſionis eius. Differunt in eo, quod talis manifeſtatio in miſſione viſibili fit modo externo, materiali, & ſenſibili. In miſſione inuiſibili fit modo interno, ſpirituali, & inſenſibili.

Conuenientiæ, & diſcóuenientiæ inter miſſionem viſibilẽ & miſſionẽ inuiſibilem.

11. Conueniunt ſecundò in eo, quod per ambas habetur ſpecialis communicatio diuinarum perſonarum ad creaturam, ad quam fit miſsio. Differunt in eo, quod talis communicatio in miſsione viſibili eſt quaſi paſsiua, qua perſona miſſa transfert ſe ad creaturam, in qua viſibiliter apparet. In miſsione inuiſibili eſt quaſi actiua, quia diuinæ perſonæ transferunt, vt ita dicam, creaturam ad ſe ipſas, eleuando illam ad eſſe diuinum, & ad participationem diuinæ naturæ.

Conueniunt tertiò in eo, quod ambæ ordinantur ad ſanctificationem creaturæ rationalis: Differunt in eo, quod miſsio viſibilis ordinatur ad talem ſanctificationem tanquam ſignum ſanctitatis, quæ vel de facto ponatur, vel antecedenter poſita ſit. Miſsio inuiſibilis ad eamdem ordinatur, tanquam ad effectum, quem cauſat de præſenti, vnde illa dici poteſt repræſentatiua, & ſignificatiua; iſta miſsio cauſatiua, & inductiua ſanctitatis. 12.

His vniuerſaliter poſitis quoad vtramque miſsionem in communi, progrediendum eſt ad conſiderationem eorum, quæ ſpectare poſſunt ad quamlibet ſingillatim, & in particulari. Ideò ſit

§. III.

De Miſſione viſibili: Quotuplex ſit: & an eſſe poſſit ſine Miſſione inuiſibili?

ASSERTVM I. Miſſio viſibilis duplex eſt: altera eſt ad repræſentari ſimul, & ſubſiſtere in natura ſenſibili: altera ſolùm ad repræſentari: Illa facta eſt tantùm in ſecunda perſona, & tantùm ſemel: iſta facta eſt in tertia perſona, & pluries. Eſt aſſertum communiſſimum, quamuis ex parte ſit contra Tertullianum *lib. de carne Chriſti, cap.* 3. exiſtimantem Spiritum ſanctum hypoſtaticè aſſumpſiſſe columbam, in qua apparuit. Videtur etiam eſſe ex parte contra Cordubam *lib.* 1. *quæſtione* 41. vbi videtur docere nullam factam eſſe miſſionem viſibilem conuenientem propriè ſoli Spiritui ſancto, & non ſimul filio; ſi tamen, vt notat Auerſa *prima parte, quæſt.* 43. *ſect.* 4. Corduba ſic loquens non conſiderat in miſſione viſibili rationem ſigni ad ſignificatum, contra ipſum in re nihil aſſerimus. 13.

Miſſio viſibilis alia eſt ad ſubſiſtendum, alia ad repræſentãdum tantùm.

Probatur, & explicatur: Miſſio viſibilis ſecundæ perſonæ facta ad repræſentari ſimul, & ſubſiſtere in natura ſenſibili exprimitur ad Gal. 4. *Vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.* Io. 3. *Non miſit Deus filium ſuum in mundũ vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus.* Quod hæc miſsio ſecũdæ perſonæ factæ ex muliere, vt mundus ſaluetur, ſit facta ad repræſentari ſimul, & ſubſiſtere, fusè traditur in libris de Incarnatione. Quod ſit facta tantùm in ſecunda perſona probatur ex eo, 14.

Miſſio viſibilis ſecundæ perſonæ qualis?

quod Spiritus ſanctus non aſſumpſerit hypoſtaticè vllam ex iis formis, ſub quibus ſenſibiliter miſſus eſt, dicente Auguſtino *lib. 2. de Trinitate, cap. 7. Illa forma ſerui inhæſit ad vnitatem perſonæ, illæ verò corporales ſpecies ad demonſtrandum, quod opus fuit, ad tempus apparuerunt, & eſſe poſteà deſtiterunt.* Rationem aſſignat D. Thomas *prima parte, quæſt. 43. artic. 7. ad 4.* dicens: *Neque oportuit, quod creatura viſibilis ad hoc formata, eſſet aſſumpta à Spiritu ſancto in vnitatem perſonæ, cum non aſſumeretur ad aliquid agendum, ſed ad indicandum tantùm, & propter hoc etiam non oportuit, quod duraret.* Quod ſit facta tantùm ſemel, euincitur ex eo, quod ſecunda perſona diuina nec plures naturas, nec eamdem naturam pluries hypoſtaticè aſſumpſit: & li-

In Euchariſtia non fit ſpecialis miſſio perſonæ diuinæ. cet conſurgat aliqua ratio dubitandi ex Sacramento Euchariſtiæ, in quo præſentias ſuas ſecunda perſona Incarnata plurificat, nihilominùs huiuſmodi pluralitas præſentiarum, nec hypoſtaticas vniones, nec ſecundæ perſonæ miſſiones plurificat, quia ſub huiuſmodi pluribus, diuerſiſque præſentiis, perſona Verbi eſt in humanitate vno, eodemque modo, vnâ, eâdemque vnione; & per conſectarionem ſicuti humanitas, non diuinitas, acquirit nouum modum exiſtendi; ita ad Sacramentum Euchariſticum Chriſtus, ad ſummum vt homo, non vt perſona diuina eſt, mittitur. De quo latiùs Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtione 43. diſputatione 17. articul. 2. numero 17.*

15. Miſſio viſibilis tertiæ perſonæ qualis & quotuplex. Miſſio viſibilis tertiæ perſonæ facta ad repræſentari tantùm, non ad ſubſiſtere in re ſenſibili, exprimitur primò ſub ſpecie columbæ in Chriſti Baptiſmo Matth. 3. *Et vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam.* Secundò ſub ſpecie nubis lucidæ in Chriſti transfiguratione. Matth. 17. *Ecce nubes lucida obumbrauit eos*, de qua nube canit Eccleſia in officio Transfigurationis: *In ſplendenti nube Spiritus ſanctus viſus eſt.* Tertiò ſub ſpecie flatus à Chriſto emiſſi in Diſcipulos poſt Reſurrectionem Io. 20. *Inſufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum.* Quartò ſub ſpecie vehementis ſonitus, & linguarum diſpartitarum, tanquam ignis, in die Pentecoſtes Act. 2. *Et factus eſt repente de Cœlo ſonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, &c. & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.* Ex hac enumeratione miſſionum viſibilium Spiritus ſancti per ſe patet, quod miſſio viſibilis in tertia perſona facta ſit pluries: additâ deinde auctoritate D. Auguſtini, & ratione D. Thomæ ſuprà allatâ patet etiam, quod facta ſit ad repræſentari ſolùm, non ad ſubſiſtere.

16. Miſſio viſibilis ſecundæ, & tertiæ perſonæ in quibus ſe excedant. Ex his habetur miſſionem viſibilem ſecundæ perſonæ ſolo numero excedi à miſſione tertiæ perſonæ; excedi verò miſſionem viſibilem tertiæ perſonæ in pluribus aliis prærogatiuis. Exceditur numero miſſio viſibilis ſecundæ perſonæ, quia vnica eſt; cum ex alia parte miſsio viſibilis tertiæ perſonæ enumerata ſit quadruplex. Exceditur in aliis prærogatiuis miſsio viſibilis tertiæ perſonæ. Exceditur primò quoad tempus, quia miſsio viſibilis Verbi in carne aſſumpta præceſsit quamlibet miſsionem viſibilem Spiritus ſancti fuit facta in Chriſti baptiſmo, adeóque ſupponendo Chriſtum ſuppoſuit miſsionem viſibilem Verbi. Neque dici poteſt aliquam aliam Spiritus ſancti viſibilem miſsionem ante Chriſti aduentum factam fuiſſe Patribus aut Prophetis veteris legis. Dici inquam non poteſt, quia nuſquam in veteri teſtamento legitur talis aliqua miſsio, è contra oppoſitum habetur Io. 7. *Nondum Spiritus erat datus* (id eſt miſſus viſibiliter) *quia Ieſus nondum erat clarificatus*, & vt loquitur D. Thoma *prima parte, quæſt. 43. articul. 7. ad 6. Ad Patres veteris teſtamenti miſſio viſibilis Spiritus ſancti fieri non debuit, quia priùs debuit perfici miſſio viſibilis filij, quàm Spiritus ſancti, cum Spiritus ſanctus manifeſtet filium, ſicut Filius Patrem.* In lege veteri nulla facta eſt miſſio viſibilis diuinæ perſonæ.

Exceditur ſecundò quoad durationem, quia miſsio viſibilis Verbi in carne aſſumptâ eſt permanens, & æterna à parte poſt: Miſsiones viſibiles Spiritus ſancti fuerunt tranſeuntes, & exiguo durarunt tempore, cuius rei rationem ex Sancto Doctore iam retulimus. 17.

Exceditur tertiò quoad naturam ſenſibilem diuinæ perſonæ repræſentatiuam; quia miſsio Verbi facta eſt in natura rationali: Miſsiones Spiritus ſancti factæ ſunt in rebus, ſeu naturis ſenſibilibus irrationalibus. Vbi aduerte aliud eſſe loqui de creatura ad quam fit miſsio, hæc enim reſpectu cuiuſcumque miſsionis debet eſſe creatura rationalis; aliud de creatura, in qua, ſeu ſub qua fit miſsio, & hæc de facto reſpectu miſsionum viſibilium Spiritus ſancti, fuit irrationalis eo, quod huiuſmodi miſsiones factæ fuerint tantum, vt Spiritus ſanctus in talibus creaturis repræſentaretur, non vt in iiſdem operaretur. 18. Creatura ad quam fit, nō creatura, in qua fit miſſio, ſemper eſt rationalis.

Exceditur quartò quoad modum exiſtendi in eadem naturâ ſenſibili, quia Verbum ratione ſuæ miſsionis viſibilis eſt in natura ſenſibili per vnionem ſubſtantialem, tanquam ſuppoſitum in natura: Spiritus ſanctus ex vi ſuarum miſsionum eſt in rebus ſenſibilibus per ſimplicem coëxiſtentiam tāquam ſignificatum in ſigno, tanquam repræſentatum in repræſentante. Vbi aduerte differre inter ſe eſſe repræſentatiuè in aliquo, & ab aliquo, tanquam præſens, & ipſi coëxiſtens repræſentari. Primo modo in imagine pictâ, vel ſculptâ eſt exemplar, ſecundo modo eſt Rex in Throno, à quo ita repræſentatur Regis maieſtas, vt ſimul Rex in ipſo realiter præſens exiſtat. Eſſe in aliquo repræſentatiuè primo modo ad miſsionem viſibilem non ſufficit. 19. Aliud eſt eſſe in aliquo repræſentatiuè, aliud eſt eſſe in aliquo tāquam in repræſentante.

Exceditur quintò quoad veritatem rei ſenſi- 20.

ſenſibilis, in qua miſsio fit, quia naturam humanam, in qua facta eſt miſsio Verbi, eſſe naturam humanam verè, & propriè extra omnem controuerſiam eſt, & de fide; res autem ſenſibiles, in quibus factæ ſunt miſsiones Spiritus ſancti, licet certum ſit fuiſſe res verè ſenſibiles, non imaginarias; incertum eſt vtrùm verè fuerint illæ ipſæ res, quæ apparuerunt, an talium rerum ſimilitudines: Vtrùm Columba v. g. in Chriſti baptiſmo fuerit verum, & naturale animal, an aliqua materia in Columbæ ſimilitudinem efformata. Vtrum ignis in die Pentecoſtes fuerit verum elementum, an aliquid aliud ſenſibile præferens ignis elementaris ſimilitudinem. Pro quo videatur Syluius *prima parte, quæſtione 43. artic. 7. circa finem.*

Incertū eſt an res, in quibus facta eſt miſſio Spiritus ſancti, fuerint verè tales.

21. Assertvm II. Miſsio viſibilis eſſe non poteſt ſine inuiſibili. Non eſt tamen neceſſe, quod ſemper fiat miſsio inuiſibilis eodem tempore, quo fit miſsio viſibilis. Ita D. Thomas *prima parte, quæſtione 43. articul. 7. ad 6. in 1. diſtinct. 16. quæſtione 1. articul. 1. ad 3. & artic. 2. ad 5.* Syluius *eodem articul. 7. primæ partis*, Auerſa *eadem quæſtione 43. ſect. 4.* D. Bonauentura *eadem diſt. 16. art. 1. quæſt. 1.* aliique Theologi communiſsimè.

Miſſio viſibilis nō poteſt eſſe ſine inuiſibili.

Probatur prima pars: Miſsio viſibilis eſſe non poteſt ſine aliqua ſanctificatione creaturæ rationalis, ſed ſanctificatio creaturæ rationalis non fit ſine miſsione inuiſibili: ergo miſsio viſibilis eſſe non poteſt ſine inuiſibili. Minor patebit ex infra dicendis de miſsione viſibili. Maior probatur, quia ex infrà dicendis terminus, & effectus temporalis in ordine, ad quem fit omnia miſsio eſt ſanctificatio creaturæ rationalis, & in ordine ad talem ſanctificationem fit miſsio viſibilis, tanquam ſignum ipſius: eſſet autem ſignum falſum, & fictitium, ſi poneretur ſine re ſignificatâ, ſi eſſet ſine omni ſanctificatione rationalis creaturæ.

22. Probatur ſecunda pars: Sufficienter ſaluatur, quod miſsio viſibilis ſit ſignum miſsionis inuiſibilis per hoc, quod miſsio inuiſibilis ſit facta tempore antecedente, & ſanctificatio per miſsionem inuiſibilem inducta perſeueret, ergo non eſt neceſſe, quod ſemper fiat miſsio inuiſibilis eodem tempore, &c. Confirmatur ex miſsione viſibilis Spiritus ſancti ad Chriſtum in baptiſmo, cum qua miſsione nulla fuit facta tempore baptiſmi miſsio inuiſibilis; cum Chriſtus nullam nouam ſanctitatem tempore baptiſmi acquiſierit; fuit igitur talis miſsio viſibilis ſignum miſsionis inuiſibilis, & ſanctificationis factæ antecedenter tempore Conceptionis: Neque dicas poſſe etiam ſuſtineri, quod in Chriſti baptiſmo facta ſit miſsio inuiſibilis ad Ioannem Baptiſtam, licet non ad Chriſtum ipſum, ſicque ſemper cum miſſione viſibili fieri miſſionem inuiſibilem, vel ad eamdem, vel ad aliam perſonam. Contra enim, quidquid cum aliis nonnullis ſentiat Valentia *prima parte, diſput. 2. quæſt. 17. punct. 4.* Nec certum eſt in Chriſti baptiſmo Io. Baptiſtam fuiſſe auctum nouis donis gratiæ ſanctificantis: Nec per ſe ſpectat ad rationem miſsionis viſibilis ſignificare ſanctificationem alterius perſonæ; non debet igitur in ordine ad ſanctificationem alterius perſonæ explicari connexio miſsionis viſibilis cum inuiſibili.

Contra tamen eſt miſſione inuiſibili antecedenter facta.

Dubitatur hîc vtrùm haberi poſsit miſſio viſibilis in ordine ad ſanctificationem, miſsionémque inuiſibilem faciendam ſubſequenter, ſicuti ex mox dictis haberi poteſt in ordine ad ſanctificationem, miſsionémque inuiſibilem factam antecedenter. 23.

Reſpondetur negatiuè ratio eſt, quia, vt habet D. Thomas *in 1. diſtinct. 16. quæſtione 1. articul. 1. ad 3. Omnes, ad quos miſſio viſibilis facta eſt, gratiam habent*, & in modo ſignificandi gratiam differunt Sacramenta à miſsione, quod Sacramenta ſignificent gratiam vt cauſandam, miſsio ſignificet gratiam, vt exiſtentem: at in ordine ad ſignificationem futuram, & ſubſequenter faciendam, non habetur gratia de præſenti, nec ſignificari poteſt vt exiſtens, ſicuti tamen habetur gratia de præſenti, & ſignificatur vt exiſtens ſuppoſitâ ſanctificatione antecedenter factâ, & non deperditâ (ſi ſanctificatio antecedenter facta non perſeuerat, neque in ordine ad ipſam fieri poteſt miſsio viſibilis) ergo in ordine ad ſanctificationem ſubſequenter faciendam haberi non poteſt miſsio viſibilis, licet haberi poſsit in ordine ad ſanctificationem factam antecedenter. Neque obſtat, quod miſsio viſibilis Verbi videatur facta in ordine ad ſanctificationem non ſolùm tunc præſentem, & factam, tum in humanitate aſſumptâ, tum in Deiparâ, aliiſque nonnullis ſanctis hominibus tempore Incarnationis exiſtentibus. Verùm etiam in ordine ad ſanctificationem futuram, & faciendam decurſu temporis in toto humano genere. Non obſtat inquam, quia ſanctificatio futura, & facienda in toto humano genere, erat radicaliter, & moraliter, ideſt tanquam in radice, & cauſâ meritoriâ præſens in humanitate aſſumptâ, propterea miſsio Verbi etiam ſanctitatem faciendam ſignificabat, vt præſentem. Deinde ſatis eſt, quod ſit præſens ſanctitas primariò, & principaliter per miſsionem ſignificata, ſanctitas autem primariò, & principaliter ſignificata per miſsionem viſibilem Verbi fuit ſanctitas humanitatis aſſumptæ, quæ vtique fuit præſens, quando viſibilis miſsio Verbi facta eſt.

Non ſic ſubſequenter facienda.

24.

§. IV.

§. IV.

De miſſione inuiſibili: Per quænam dona fiat, & quamnam diuinarum perſonarum præſentiam inferat?

25. *Per dona naturalia nõ fit miſſio inuiſibilis.* ASSERTVM I. Per collationem donorum naturaliom non fit miſſio inuiſibilis diuinarum perſonarum. Ita D. Thomas *in 1. diſt. 15. quæſt. 5. art. 2. 1. part. q. 43. art. 3. & 6.* cæteríque Theologi adeò cõmuniter, vt ab ipſis aſſerta veritas ſupponatur potiùs, quàm probetur. Contra Durandum *in 1. diſtinct. 14. quæſtione 3.* docentem perſonam diuinam tripliciter mitti ad creaturam rationalem; imperfectè per dona naturæ, perfectè per dona gratiæ, perfectiſſimè per dona gloriæ.

Probatur per collationem donorum naturalium perſonæ diuinæ oon habent vllum ſpecialem modum exiſtendi in creatura diuerſum à modo eaiſtendi per immenſitatem, ergo per talem collationem non fit miſſio inuiſibilis; Conſequentia patebit *ex vltimo aſſerto huius §.* vbi probabitur non poſſe perſonas diuinas mitti, niſi acquirant ſpecialem modum exiſtendi, &c. Antecedens probatur: Dona naturalia ſpectant, vel ad primam rerum productionem, vel ad ipſarum conſeruationem; per prima non habent diuinæ perſonæ vllum ſpecialem modum exiſtendi, quia modus ſpecialis exiſtendi diuerſus à modo eaiſtendi per immenſitatem ſupponit modum eaiſtendi communem ex vi immenſitatis; hic quippè eſt eſſentialiter primus modus, quo Deus in creatura eaiſtit, at eaiſtentia, quam Deus habet in rebus per primam ipſarum productionem non ſupponit in iiſdem rebus aliam Dei eaiſtentiam, & eſt primus modua, quo Deua in ipſis exiſtit, ergo. Per ſecunda item non habent diuinæ perſonæ ſpecialem modum eaiſtendi, quia modus exiſtendi per conſeruationem non eſt diuerſus à modó eaiſtendi per primam productionem, ſicuti actio conſeruatiua non eſt dioerſa à primò productiua, ergo.

26. Dices inter dona naturalia creaturæ rationalis recenſeri naturalem cognitionem, & naturalem amorem, quibus in Deum, tanquam io vltimum finem naturalem rationalis creatura conoertitur, ſed ex vi naturalis cognitionis, & naturalis amoris, perſonæ diuinæ habent ſpecialem modum eaiſtendi in creatura rationali, eaiſtunt ſcilicet in ipſa, tanquam obiectum cognitum, & amatum, in cognoſcente, & amante; non præcisè tanquam principium producens, & conſeruans in effectu producto, & conſeruato: facit ad rem in præſenti auctoritas D. Thomæ *in 1. diſtinct. 15. quæſt. 4. artic. 1. in C.* dicentis: *Sicut in exitu rerum à principio dicitur bonitas diuina in creaturas procedere, in quantum repræſentatur à creatura per ſimilitudinem bonitatis diuinæ in ipſa recepta; ita in reductione rationalis creaturæ in Deum intelligitur proceſſio diuinæ perſonæ, quæ & miſſio dicitur.* At per cognitionem, & amorem naturalem Dei habetur reductio creaturæ rationalis in Deum; ergo per hanc habetur miſſio, licèt per eaitum à Deo, tanquam à principio, per dona ſcilicet productionis, & conſeruationis, aliaque huiuſmodi communia creatoris etiam irrationalibus miſſio non habeatur. Sed contra rectè docet Io à S. Thoma *prima parte, quæſtione 43. diſputat. 17. articul. 2. numero 2.* conuerſionem hominis ad Deum, vt finem naturalem cognitum, & amatum non ſufficere ad miſſionem diuinarum perſonarum ob duplicem rationem: Prima eſt, quia per cognitionem, amoremque naturalem, attingitur Deus præcisè, vt vnus, nec manifeſtatur aliquid proprium diuinarum perſonarum, & ſpectans ad Deum vt Trinum; perſonæ autem diuinæ non mittuutur niſi per effectus, per quos manifeſtantur ſecundùm aliquid ipſarum propriom. Secuoda eſt, quia per cognitionem amorémque natoralem, ſi quæ habetur ſpecialis præſentia Dei eſt præſentia obiectiua tantùm, & intentionalis, non entitatiua, & phyſica, qualis requiritor ad miſſionem. Auctoritas relata ex Sancto Doctore ooo procedit de quacumque reductione creaturæ rationalis in Deom, ſed tantùm de illa, per quam attingitur Deus vt Trinus, & efficitur ſimilitudo ad propria perſooarum, ſicuti explicat ipſemet Sanctus Doctor ibidem: talis autem non eſt conuerſio, ſeu reductio creaturæ rationalis ad Deum per cognitionem, & amorem nsturalem.

27. *Licet talium donorũ nomine veniũt etiam cognitio, & amor naturalis.*

28. *Per dona ſupernaturalia diuerſa à gratia gratũ faciente non fit miſſio inuiſibilis.* ASSERTVM II. Per collationem donorum ſupernaturalium aliorum à dono gratiæ gratum facientis, ſeu ſanctificantis non fit miſſio inuiſibilis diuinarum perſonarum. Ita D. Thomas *locis præcitatis in ſuperiori aſſerto*, D. Thomam ſequuntur Thomiſtæ communiter, alijque Theologi ferè omnes contra nonnullos, quos ex recentioribus ſequitur Arriaga *prima parte, diſp. 55. ſect. 4. num. 12.*

Probatur: Alia dona ſupernaturalia à dono gratiæ ſanctificantis ſunt fides, & ſpes noo formatæ, gratiæ gratis datæ, ſupernatorales illuſtrationes, auailia actualia ſupernaturalia, aliaque huiuſmodi; ſed per collationem horum donorum præcisè non fit miſſio innifibilia diuinarum perſonarum, ergo per collationem donorum ſupernaturalium aliorum, &c. minor probatur: Diuinæ perſonæ non acquirunt ſpecialem modum exiſtendi in creatura, cui fit collatio horum donorum præcisè, ergo per collationem horum donorum præcisè non fit miſſio, &c. Antecedena probatur: Creatura, cui fit collatio talium donorum præcisè quandiu

quandiu caret dono gratiæ ſanctificantis habet Deum auerſum, & inimicum; inimicitia autem inter Deum, & creaturam facit Deum à creatura abeſſe, nec ſinit eumdem creaturæ ſpecialiter ineſſe, *ex Prouerb.* enim 15. *Longè eſt ab impiis Dominus.* Sap. 1. *In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Deinde ex infrà dicendis ſpecialis modus exiſtendi in creatura ex vi miſſionis eſt per vnionem amicitiæ; vnio autem amicitiæ inter Deum, & creaturam non habetur per alia dona à gratia, ergo perſonæ diuinæ non acquirunt nouum modum exiſtendi in creatura, cui fit collatio horum donorum præcisè.

29\. Dices, qui haberet actum dilectionis, aut viſionis Dei ſine gratia habituali eſſet iuſtus, ſanctus, & amicus, ergo ad ipſum fieret miſſio inuiſibilis diuinarum perſonarũ, ergo per aliquod aliud donum à gratia habituali fieri poteſt miſſio inuiſibilis diuinarum perſonarum. Sed contra, vtrùm qui haberet actum dilectionis Dei, aut viſionis ſine gratia habituali eſſet iuſtus, ſanctus; & amicus ſimpliciter, an ſecundùm quid tantùm, non eſt controuerſia ſpectans ad præſens inſtitutum: quantùm ad rem noſtram attinet dico, quod ſi per tales actus eſſet ſanctus, & amicus ſolùm inchoatiuè, & ſecundùm quid, ſolùm etiam inchoatiuè, & ſecundùm quid fieret ad ipſum miſſio diuinarum perſonarum: admittitur verò ſine gratia ſanctificante miſſio ſecundùm quid etiam à D. Thoma *prima parte, quæſtione* 43. *artic.* 3. *ad* 4. *in* 1. *diſt.* 14. *quæſtione* 2. *artic.* 2. *ad* 1. ſi eſſet ſimpliciter ſanctus, & amicus Dei, fieret quidem ad ipſum miſſio ſimpliciter, & actus illi ſanctificando ſimpliciter æquiualerent gratiæ habituali, ſicque miſſio non fieret omninò ſine gratia habituali; quia fieret ad creaturam, cui ineſt gratia habitualis æquiualenter, quamvis non formaliter. Idem dici poteſt de dono maternitatis Deiparæ, ſi ſupponatur non habere comitem formam habitualis gratiæ.

Niſi talia dona gratiæ habituali gratum facienti æquiualeant.

30\. Assertvm III. Per quamlibet collationem gratiæ gratum facientis ſiue primæ, ſiue ſecondæ fit miſſio inuiſibilis diuinarum perſonarum. Quoad collationem ſecundæ gratiæ, ſeu augmenti contradicunt aliqui; nihilominùs etiam quoad hanc partem traditur in terminis aſſerta veritas à D. Thoma *prima parte, quæſt.* 43. *articul.* 6. *ad* 2. *&* 3.

Per quamlibet collationem gratiæ habitualis fit miſſio inuiſibilis.

Probatur primò ex Scriptura Io. 14. *Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* 1. Ioan. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quibus in locis oſtenditur habentem charitatem, & amicitiam Dei, habere Spiritum ſanctum ſibi ſpecialiter datum, Deum ſpecialiter ſibi inexiſtentem, & immanentem; at amicitia Dei per gratiam habetur, & charitas vel eſt à gratia indiſtincta, vel eſt indiuiſa comes gratiæ, ergo per gratiam habetur ſpecialis inexiſtentia diuinarum perſonarum, & per conſequens per gratiæ collationem fit inuiſibilis diuinarum perſonarum miſſio.

Probatur ſecundò ratione: Per quamlibet gratiæ collationem habetur ſpecialis modus exiſtendi diuinarum perſonarum in creatura rationali, habetur item ſpecialis manifeſtatio earumdem perſonarum ſecundùm prædicata ipſarum propria, ergo per quamlibet gratiæ (ſubintellige gratum facientis) collationem fit miſſio inuiſibilis. Probatur antecedens quoad primam partem. Per quamlibet gratiæ collationem acquiritur vnio amicitiæ cum Deo, ſed in tali vnione amicitiæ ex infrà dicendis conſiſtit ſpecialis modus exiſtendi requiſitus ad miſſionem, ergo. Probatur idem antecedens quoad ſecundam partem: Ad quamlibet gratiæ collationem conſequuntur dona tum illuminantia mentem, tum inflammantia affectum, ſed illa, quia ad intellectum ſpectant, appropriantur Verbo, & prædicata ipſius propria, proceſſionémque ipſius ab intellectu notionali manifeſtant; iſta, quia ſpectant ad voluntatem, appropriantur Spiritui ſancto, & manifeſtant prædicata ipſius propria, proceſſionémque ipſius à voluntate notionali; ergo per collationem gratiæ habetur ſpecialis manifeſtatio, &c. Maior conſtat ex eo, quod gratia habitualis eſt radix omnium donorum ſupernaturalium. Colligitur etiam ex D. Thoma *prima parte, quæſt.* 43. *articul.* 5. *ad* 3. dicente: *Communicant duæ miſſiones in radice gratiæ, ſed diſtinguuntur in effectibus gratiæ, qui ſunt illuminatio intellectus, & inflammatio affectus.* 31.

Quomodo per collationem gratiæ manifeſtetur Verbum, & Spiritus ſanctus ſecundùm propria.

Probatur tertiò, ſpecialiter, quod fiat inuiſibilis miſſio etiam per collationem ſecundæ gratiæ, ſeu per gratiæ augmentum. Fit inuiſibilis miſſio ad creaturam rationalem etiam iam ſanctificatam, & exiſtentem in gratia; ſed tali creaturæ conferri poteſt ſolùm ſecunda gratia, & augmentum, ergo fit inuiſibilis miſſio etiam per collationem ſecundæ gratiæ, ſeu per gratiæ augmentum. Probatur maior tum in Beata Virgine, cui in Conceptione facta eſt inuiſibilis Miſſio, teſtante Angelo Luc. 1. Spiritus ſancti ſuperuentionem, quæ vtique ſine miſſione non eſt, & tamen Beata Virgo erat iam ſanctificata, & in gratia, tum in Apoſtolis, qui iam erant ſancti, & in gratia quando ad ipſos in die Pentecoſtes facta eſt viſibilis miſſio Spiritus ſancti; & miſſio inuiſibilis eiuſdem, & Verbi. Ratio eſt, quia quilibet nouus gradus gratiæ ſanctificantis ponit nouum gradum amicitiæ Dei, & conſequenter nouum gradum nouúmque titulum ſpecialis vnionis, ſpecialiſque præſentiæ diuinarum perſonarum. Huic ſpeciali præſentiæ per accidens eſt inuenire aliam ſimilem præſentiam, ſicuti per accidens eſt gradus 32.

Quomodo etia per gratiæ augmentum fiat inuiſibilis miſſio.

gradus gratiæ alium ſimilem gratiæ gradum inuenire.

33\. Dices, hoc modo probaretur per qoodcunque minimum gratiæ augmentum fieri miſſionem inuiſibilem diuinarum perſonarum, hoc autem videtur tum parum congruum dignitati diuinarum perſonarum, quarum miſsio vileſceret, ſi leui titulo cuiuſcumqoe minimæ iuſtificarionis de nouo fieret, tum parum conforme menti S. Doctoris *prima parte, quæſt. 43. art. 6. ad 2.* dicentis: *Secundùm illud augmentum gratiæ precipuè miſſio inuiſibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum, vel nouum ſtatum gratiæ, vt puta, cum quis proficit in gratiam miraculorum, aut prophetiæ, vel in hoc, quod ex feruore charitatis exponit ſe martyrio, &c.* quibus verbis innuitur miſſionem viſibilem tantùm fieri in aogmento gratiæ extenſiuo, quo ſcilicet acquiritur gratia diuerſæ rationis à prima in ordine ad aliquod opus arduum, & heroïcum. Sed

34\. Fit per gratiæ augmentum, etiam minimum.

contra: Fateor per quodcumque minimum gratiæ augmentum attendi miſsionem inuiſibilem, & ſicuti non vileſcit dignitas gratiæ ex eo, quod per minuriora inctementa ſucceſsiuè infundatur, ita non vileſcit dignitas diuinarum perſonarum ex eo, quod in ordine ad huiuſmodi minutiora incrementa de nouo mittantur. Totus error eſt noſtræ phantaſiæ concipientis io miſsione deſatigationem, & incommodum eius qui mittitur, D. Thomas *loco citato*, præmittit, & approbat verba Auguſtini 4. *de Trinitate, cap.* 20. indifferenter, & abſolutè docentis fieri miſsionē per quemcumqe profectum animæ in Deum, dum igitut ſubdit aliqua inſigniora, ſecundùm quæ præcipuè miſsio attenditur ly *præcipuè* comparatiuè, non excluſiuè ſumitur, & non negat, imò inſinnat fieri miſsionem etiam ſecundùm intenſiua, ac minutiora gratiæ augmenta, ſed nun ita præcipuè.

35\. Vltra collationem donorum gratiæ infert ſpecialem præſentiam realem perſonæ miſſæ.

Assertvm IV. Miſsio inuiſibilis vltra collationem donorum gratiæ infert ſpecialem præſentiam realem perſonæ miſſæ in creatura rationali, cui fit miſsio, diuerſam à præſentia communi immenſitatis. Colligitur hoc aſſertum ex D. Thoma 1. *parte, quæſt.* 8. *art.* 3. *ad* 4. *& quæſt.* 43. *art.* 3. *in C.* 4. *contra Gentes, cap.* 18. *in* 1. ad Annibaldum *diſt.* 14. *quæſt. vnica, art.* 3. *in* 1. *diſt.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 2, D. Thomam ſequuntur Io. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 43. *diſput.* 17. *art.* 3. Gonzalez 1. *parte, quæſt.* 8. *diſput.* 18. & vltra Thomiſtas communiter Suarez *lib.* 12. *de Trinitate, c.* 5. Matchinus *diſp.* 59. *prop.* 2. Lugus *lib.* 2. *diſputat.* 24. *cap.* 2. *num.* 7. &c. Contra Vaſquez 1. *parte, quæſt.* 8. *diſp.* 30. *cap* 3. Alarcon *tract.* 5. *de Trinitate, diſp.* 9. *cap.* 9. alioſque noonullos docentes ex vi miſsionis inuiſibilis, & donorum gratiæ, non poni vllam ſpecialem præſentiam entitatiuam, & phyſicam diuinarum perſonarum, ſed ſolùm obiectiuam, & moralem: in quem dicendi modum propendent Auerſa *prima parte, quæſt.* 43. *ſect.* 5. *in fine*, Arriaga *diſput.* 55. *ſect.* 5. *numero* 16. & tali dicendi mudo exiſtimant hi Auctores ſaluari ſufficienter, quod perſonæ diuinæ donentur, & quod ipſorum opinio erroris labe non notetur à D. Thoma *prima parte, quæſt.* 43. *art.* 3. *in* 1. *argumento iunctâ eius ſolutione*; dum refert, tanqoam errorem ſeotentiam dicentium, *Spiritum ſanctum non dari, ſed eius dona*, vnde plus, quàm par eſt, fauent noſtro aſſerto Lugus, & Matchinus, dum *locis præcitatis*, ſimpliciter, & abſolutè tradunt ſententiam oppoſitam à D. Thoma errorem vocari. Error quidem eſt dicere perſonas diuinas ſimul cum donis gratiæ non dari: at non videtur, quod error ſit dicere non eſſe neceſſariam ſpecialem præſentiam entitatiuam, & phyſicam diuinarum perſonarum in creatura, vt dicantur donari creaturæ, & ad creaturam mitti, in quo maximè conſiſtit ſententia oppoſita noſtro aſſerto: quod

Sentētia oppoſita oon debet vocari error.

Probatur primò ex Scriptura Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Vbi diſtinguit Apoſtolus donum charitatis infuſæ, ſeu gratiæ à dono Spiritus ſancti: dari igitur, & mitti Spiritum ſanctum, eſt aliquid vltra collatiooem gratiæ, infuſionem charitatis; eſt ſcilicet ſpecialis præſentia ipſius, &c. 1. Cor. 3. *Neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, & cap.* 6. *Membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, quem habetis à Deo, qui in vobis eſt.* Quod de aliquo creato Dei dono ægrè poteſt intelligi; Deo enim, non alicui creato eius dono, templum erigitur; Spiritus ſancti perſona, non aliquod Spiritus ſancti creatum donum, in templo colitur. Membra igitur noſtra templum ſunt Spiritus ſancti per ſpecialem ipſius præſentiam: 1. Io. 4. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Io. 14. *Alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiſcum in æternum. &c. apud vos manebit, & in vobis erit &c. ſi quis diligit me &c. & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Quibus in locis adeò eximia expreſsio permanentiæ, & exiſtentiæ diuinarum perſonarum in creatura, non poteſt non indicare ſpecialem aliquam ipſarum præſentiam. Poſſunt hæ Scripturæ auctoritates corroborari auctoritatibus Patrum, quarum nonnullas refert Syluius 1. *parte quæſt.* 43. *art.* 3. vbi etiam rectè aduertit D. Chryſoſtomum *tom.* 3. *homil.* 3. *de Spiritu ſancto*, dum ait: *Donum mitti, Spiritum autem non mitti*; nec eſſe exiſtimandum, *quod natura, vel perſona Spiritus ſancti detur, cum dicitur dari Spiritus ſanctus*, agere contra hæreticos, qui volebant Spiritum ſanctum mitti, & donari tanquam minorem Patre, ſicuti mittitur ſeruus à Domino, ſicuti donantur dona creata à Deo, conſequenter ſolùm negare Spiritum ſanctum mitti vt ſeruum, donari, vt donum creatum, & accidens inhærens. Cæterùm in ſenſu legitimo excludente inferioritatem mitti, & doni, reſpectu mittentis, & donantis, non intendit negare, quin perſona Spiritus ſancti ſecundùm ſe mittatur, & donetur, cum præſertim *homil.* 9. *in Epiſtol. ad Rom.* expreſsè

36\.

habeat

Digitized by Google

habeat: *Quod maximum erat donum, hoc dedit, non cælum, non terram, &c. Quid autem hoc eſt, Spiritus ſanctus.*

37. Probatur ſecundò ratione: In miſſione inuiſibili per collationem donorum gratiæ contrahitur perfecta amicitia inter perſonam diuinam miſſam, & creaturam, cui fit miſſio, ſed talis perfecta amicitia infert præſentiam realem perſonæ diuinæ in creatura rationali diuerſam à præſentia communi immenſitatis, ergo miſſio inuiſibilis vltra collationem donorum gratiæ, infert &c. Maior ſupponitur ex libris de gratia, & ab ipſiſmet aduerſariis admittitur. Minor probatur: Amicitia perfecta ex genere ſuo poſtulat maiorem, quæ intereſſe poteſt inter ipſos amantes, vnionem, ſed inter perſonam diuinam, & creaturã rationalem intereſſe poteſt vnio ſecundùm entitatem, realemque præſentiam, ergo perfecta amicitia inter perſonam diuinam miſſam, & creaturã, cui fit miſſio, infert præſentiam realẽ perſonæ diuinæ in creatura. Maior probatur, tum ex illo cõmuni proloquio: *Anima magis eſt vbi amat, quàm vbi animat.* Et licet in creaturis hoc verificetur ſolùm ſecundùm præſentiam affectiuam, non ſecundùm præſentiam entitatiuam; id per accidens eſt, & ortum ex imperfectione creaturæ amantis, non volentis acquirere realem præſentiam in re amata, vnionemque entitatiuam cum ipſa; tum ex D. Dionyſio *cap 4 de diuin. nom.* dicente: *Amoris verbum vim habet faciendi vnum, & colligandi, præſtantique modo res inter ſe miſcendi*, item ex D. Auguſtino *lib. 8. de Trinitate, cap.* 10. *Quid eſt amor, niſi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens amantem ſcilicet, & quod amatur.* Vbi per ly *copulans* indicat quodammodo Auguſtinus amorem Dei ad creaturas, per ly *copulare appetens* amorem creaturarum inter ſe, per ly *copulans*, vnionem realem, per ly *copulare appetens*, vnionem affectiuam.

Amicitia ex genere ſuo intẽdit vnionem non ſolùm affectiuam, ſed maiorem, quàm poteſt inter amantes.

38. Dices Angelus poteſt habere realem, ac entitatiuam præſentiam tum in altero Angelo, tum in homine; & tamen ex eo, quod vnus Angelus amet perfectè aut alterum Angelum, aut hominem non ſequitur, quod conſtituat ſe alteri Angelo, aut homini realiter, & entitatiuè præſentem, ergo amor etiam perfectus non poſtulat entitatiuam vnionem, & realem præſentiam amantis in re amata, & per conſequens ex perfecta amicitia inter Deum, & creaturam rationalem, cui gratia confertur, & miſſio fit; non rectè probatur realis, & entitatiua præſentia diuinarum perſonarum in tali creatura. Sed contra: Ratio à priori, cur amor perfectus intendat vnionem, etiam entitatiuam, & realem præſentiam amantis in amato eſt, quia amor perfectus intendit maximam aſſimilationem amati, & per conſequens maximam communicationem bonorum amantis ad ipſum: & quia ad propriorum bonorum communicationem ſæpiſſimè neceſſaria eſt entitatiua amantis præſentia; hanc amor intendit, quando neceſſaria eſt, vt amans bonum aliquod amato communicet. Sic Angeli cuſtodes ex vi amoris, quo ergà animas ſibi demandatas afficiuntur, frequenter ad ipſas deſcendunt, ſeque ipſis entitatiuè præſentes conſtituunt, vt eiſdem communicent aliquod bonum, quod in abſentia communicare non poſſent, putà vt ad ipſos aliquid deferant, vt dæmones ab aliquo loco remoueant, vt eaſdem in Purgatorio cruciatas aut propriâ præſentiâ releuent, aut in Cœlum deferant, &c. Similiter vnus Angelus amicus alterius ex vi amicitiæ ſe ipſi entitatiuè præſentem conſtituit, quoties ad alicuius boni communicationem opus eſt, putà vt ipſum localiter moueat, vt confortet viribus, vt contra alium defendat, &c. Quia tamen entitatiua præſentia Angeli amantis quandoque aut parum vtilis eſt amato, imò minus vtilis, quàm eiuſdem abſentia, aut ſi vtilis eſt amato noxia eſt ipſi Angelo amanti, amicitia Angeli contenta eſt aliquando præſentiâ affectiuâ, nec ſemper conſtituit Angelum amantem entitatiuè præſentem rei amatæ. Diuerſimodè res ſe habet in Deo, quem habere ſpecialiter præſentem, intimè habitantem, & cognitione (vt loquitur Sanctus Doctor *in* 1. *diſtinction.* 14. *quæſtione* 2. *articul.* 2. *ad* 3. & explicat egregiè Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtione* 43. *diſputatione* 17. *articul.* 3. *numero* 12.) experimentali attactum, vt obiectum coniunctum, & principium intimè viuificans vitâ ſupernaturali, ſemper eſt ingens bonum creaturæ, ſemper item eſt ſine ipſius Dei incommodo vllo, & detrimento.

Ratio à priori, cur Amor intendat vnionem etiam entitatiuam amantis cum amato.

Cur in Deo, non in creatura amante inferat ſemper talem vnionem.

39. Hinc ad inſtantiam dico amicitiam perfectam inferre entitatiuam præſentiam amantis, ſi hanc habere poteſt, quoties talis entitatiua præſentia amato multùm prodeſt, abſque eo, quod amanti noceat; ideò non ſemper inferre talem entitatiuam præſentiam Angeli amantis, quia non ſemper prodeſt amato ſine nocumento amantis; ſemper verò inferre ſpecialem entitatiuam præſentiam Dei amantis, quia hæc ſemper plurimùm prodeſt creaturæ amatæ abſque vllo detrimento ipſius Dei. Sicque amicitia Dei ſemper inducit ſpecialem præſentiam entitatiuam. Amicitia hominis ſemper contenta eſt præſentiâ affectiuâ. Amicitia Angeli, quando opus eſt, præſentiam entitatiuam inducit, ſæpiſſimè tamen contenta eſt præſentiâ affectiuâ, & ſicuti Angelus inter Deum; & hominem mediat; ita amicitiâ Angeli mediat inter amicitiam Dei, & amicitiam hominis, modò vnam, modò alteram imitando.

Diſcrimen inter amicitiã Dei, Angeli, & hominis.

40. Doctrinâ mox traditâ de vnione entitatiuâ, & præſentiâ reali conſequente ad amicitiam non ſolùm probata remanet ſpecialis præſentia perſonæ miſſæ in creaturâ rationali, ad quam fit miſſio, verùm etiam explicatum remanet in quonam conſiſtat talis ſpecialis præſentia; conſiſtit ſcilicet in eo, quod diuina perſona ratione amicitiæ exigentis communicationem bonorum inter amantem, & amatum, communicat propriam entitatem creaturæ, quam amat

Præſentia amicabilis in quo conſiſtat?

præbendo ſe ipſi vt fruibilem; vt amatum, & cognitum exprimentali affectu, & experimentali notitiâ. Diſtinguitur hæc ſpecialis præſentia à præſentia immenſitatis, quia ſi per impoſſibile ſupponatur perſonam diuinam non eſſe immenſam per hoc præciſè, quod mitteretur inuiſibiliter ad creaturam, ſanctificaretque ipſam collatione habitualis gratiæ, fieret ipſi entitatiuè præſens, & ex vi amicitiæ in miſſione contractæ communicaret realem præſentiam propriæ entitatis.

41. Ex dictis habetur miſſionem inuiſibilem ex parte termini, ad quem fit, duo potiſſimum importare, nimirùm infuſionem habitualis gratiæ, & ſpecialem præſentiam entitatiuam diuinarum perſonarum: & licet Gregorius *in 1. diſt. 14. quæſt. 1. conc. 3.* quem ex recentioribus ſequitur Arriaga *prima parte, diſput. 55. ſect. 5. num. 14.* velit miſſionem inuiſibilem, quamvis fiat de facto ſecundùm dona gratiæ, de potentiâ tamen abſolutâ fieri poſſe ſine huiuſmodi donis per ſolam beneuolentiam extrinſecam Dei, ſicuti poteſt haberi per eamdem beneuolentiam extrinſecam de potentia abſoluta iuſtificatio abſque infuſione habitualis gratiæ. Alij Theologi communiter neque etiam de potentiâ abſolutâ admittunt fieri poſſe inuiſibilem miſſionem per beneuolentiam Dei purè extrinſecam, idque propter duplicem rationem. Prima eſt, quia beneuolentia purè extrinſeca, etiam in ſententiâ admittente ipſam de potentiâ abſolutâ ſufficere ad iuſtificationem, non ſufficit ad veram, & perfectam amicitiam, conſequenter non ſufficit, vt perſona diuina habeat in creatura ſpecialem præſentiam, ratione cuius dici poſſit ad creaturam mitti. Secunda eſt quia per beneuolentiam purè extrinſecam non habetur vllus effectus temporalis in creatura, & tamen temporalis effectus eſt de eſſentia, & definitione miſſionis.

Miſſio inuiſibilis nec etiam de potentia abſoluta poteſt fieri per beneuolentiam Dei pure extrinſecam.

42. Habetur inſuper terminum temporalem *ſuperiori* §. 1. poſitum in definitione miſſionis eſſe ſanctificationem creaturæ rationalis factam per infuſionem habitualis gratiæ, & ſpecialem præſentiam perſonæ miſſæ realiter in creatura inhabitantis: & iſti duo effectus ita ſe mutuò comitantur, vt nec poſſit gratia habitualis per modum formæ ſanctificantis (per modum inquam formæ ſanctificantis, vt excludam infuſionem gratiæ factibilem peccatori permanenti in peccato in ſententia admittente non repugnare de potentia abſoluta ſimultatem gratiæ habitualis, & lethalis culpæ) infundi, quin ponatur ſpecialis præſentia, & inhabitatio diuinarum perſonarum: Nec poſſit haberi hæc ſpecialis præſentia, ad quam fit miſſio; niſi conferatur gratia habitualis, aut in ſe ipſa formaliter, aut æquiualenter in aliquo alio dono habente vim ſanctificandi, cuiuſmodi eſt vnio hypoſtatica, & fortè etiam lumen gloriæ viſio Dei, &c.

Terminus miſſionis quinam ſit.

43. Habetur miſſionem inuiſibilem fieri poſſe ad ſolam creaturam rationalem; ſola quippè creatura rationalis eſt capax ſanctificationis, & amicitiæ; in ipſa ſola poteſt Deus habere præſentiam ſpecialem obiecti fruibilis, & experimentaliter tum cognoſcibilis, tum amabilis. Quia deinde *ex ſuperiori* §. 3. Miſſio viſibilis ſine inuiſibili eſſe non poteſt, conſequens eſt, quod etiam miſſio viſibilis, ad ſolam creaturam rationalem fiat: pro quo nota ex *eodem* §. 3. aliud eſſe loqui de creatura, ad quam; aliud de creatura, in qua, vel ſub qua, miſſio viſibilis fit de quo D. Thoma *in 1. diſtinction. 16. quæſtione 1. articulo 1. ad primum.*

Cur miſſio ſoli creaturæ rationali fiat.

§. V.

Quibuſnam perſonis diuinis, & à quibus conueniat mitti?

44. ASSERTUM I. Propriè loquendo, ſumendo ſcilicet tum miſſionem adæquatè, tum perſonam diuinâ, vt perſona diuina eſt; ſolis filio, & Spiritui ſancto, conuenit mitti: & quidem filio conuenit mitti à ſolo Patre; Spiritui ſancto à ſolis Patre, & filio. Ita Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte, quæſt. 43. art. 4. 5. & 8. in 1. diſt. 15. quæſt. 2. & 3.* Et licet nonnulli tum Theologi, tum Sancti Patres admittant perſonam diuinam mitti à totâ Trinitate aſſertæ veritati non aduerſantur, quia vel non loquuntur de perſona diuina, vt diuina, vel ſumunt miſſionem inadæquatè pro ſolo effectu temporali; quemadmodum conſtabit ex ſequenti aſſerto. Solùm aduerto eos, qui volunt effectum temporalem principalius in miſſione importari, connotatiuè verò, & minùs principaliter proceſſionem æternam ex eo, quod effectus temporalis à tota Trinitate fit, hic ſimpliciter, & & abſolutè docere, quod perſonæ, quæ mittuntur, à tota Trinitate mittuntur; at non propterea ſentiunt à tota Trinitate eſſe miſſionem adæquatè acceptam, ideò à nobis in præſenti quoad rem non diſſident, quamvis diſſideant quoad modum loquendi, & quoad rationem principaliùs, à miſſione importatam, de qua *ſuperiori* §. 1. agebatur.

Mitti conuenit ſolis filio, & Spiritui ſancto.

45. Probatur primò ex Scriptura *Sap. 9.* de diuinâ ſapientiâ dicitur. *Mitte illam de cœlis ſanctis tuis.* Verbum Incarnatum de ſe ipſo ait Io. 4. *Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius, qui miſit me*: Io. 6. *Sicut miſit me viuens Pater*: Io. 20. *Sicut miſit me Pater.* Quibus in locis habetur filium mitti, & à ſolo Patre mitti: Io. 14. *Paraclitus Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo*: Io. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre*: Ad Galat. 4. *Miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem Abba Pater.* Quibus in locis habetur Spiritum ſanctum mitti, & dum ex parte mittentium fit mentio tum Patris, tum

Digitized by Google

tum filij, non ipſius Spititus Sancti, indicatur ipſum à Patre, & filio, & ab ipſis ſulis mitti. Dum deinde neque his in locis, in quibus exprimitur mitti filium, & Spiritum Sanctum, neque alibi Scriptura indicat patrem mitti teſte Auguſtino *libro* 2. *de Trinitate*, *cap.* 5. vbi ait: *Pater ſolus nuſquam legitur miſſus*; habetur ex Scriptura ſufficiens argumentum dicendi non tantum, quod Filius, & Spititus Sanctus mittantur; verum etiam, quod mittantur ipſi ſoli, non Pater.

De patre nuſquã legitur quod ſit miſſus.

46. Probatur ſecundò ratione: Solis filio, & Spiritui Sancto conuenit procedere à ſolo Patre, Spiritui Sancto conuenit procedere à ſolis Patre, & filio, ergo propriè loquendo, ſumendo ſcilicet, &c. ſolis filio, & Spiritui Sancto, conuenit mitti: & quidem filio, &c. Antecedens conſtat abundè ex ſuperioribus libris: Conſequentia probatur, tum ex ſupra aſſertà, & explicatà definitione miſſionis diuinæ, ſecundùm quam miſſio importat, & quidem principalius, ac in recto proceſſionem paſſiuam perſonæ, quæ mittitur, tum ex ratione communiſſima cuiuſcumque miſsionis, in qua omni, vt habet D. Thomas *diſtinct.* 15. *præcitata quæſt.* 2. *art. vnico in C.* oportet, quod ponatur aliqua auctoritas alicuius ad ipſum miſſum, in diuinis autem non datur auctoritas, niſi ſecundum originem, & conſequenter ei ſoli in diuinis conuenit mitti, cui conuenit habere ab alio originem, ab alio procedere; ergo ſicuti ſolis filio, & Spiritui Sancto conuenit ab alio procedere, ita ipſis ſolis conuenit mitti, & quidem vt ſaluetur maior proportio proceſſionis cum miſſione, filio à ſolo Patre, Spiritui Sancto à ſolis patre, & filio, conuenit mitti, ſicuti filio à ſolo patre, Spiritui Sancto à ſolis patre, & filio, conuenit procedere.

In omni miſſione reperitur auctoritas.

47. Dices has vltimas particulas eſſe expreſsè contra D. Thom. *in opuſc. primo contra errores Græcorum*, *cap.* 14. vbi ait: *In perſona, quæ mittitur, requiritur, quod æternaliter ab aliâ perſonâ procedat, ſed non eſt neceſſe, quod procedat æternaliter ab illa perſona, à qua mittitur, ſed ſufficit, quod ab illa perſona ſit effectus, ſecundum quem mittitur.* Sed contra Sanctus Doctor loquitur de miſſione minus propriè, & inadæquatè acceptâ, vnde ſtatim poſt verba relata ſubdit, & hoc dico ſecundùm modum, quo Auguſtinus loquitur *de miſſione*, loqui autem Auguſtinum de miſſione minus propriè acceptâ in ſequenti aſſerto definietur. Interim aducto iuxta mentem Sancti Doctoris *loco mox citato*, & alibi eſſe de ratione miſſionis etiam impropriæ, quod perſona ab alia procedat, conſequenter de patre neque etiam impropriè dici poſſe, quod mittatur. Et Corduba *libro primo*, *quæſtionum Theologicarum quæſtion.* 41. *ad* 3. cum dubitatione admittens poſſe dici patrem mittere ſe, vel mitti à ſe, merito ab Auerſa *prima parte*, *quæſt.* 43. *ſect.* 2. reprehenditur, tanquam immeritò inuehens nouum modum loquendi.

Pater etiam impropriè non mittitur.

Assertvm II. Minus propriè loquendo; ſumendo ſcilicet aut miſſionem inadæquatè ſecundùm illud, quod minus principaliter importat, nimirum ſecundum effectum temporalem; aut perſonam diuinam vt factam hominem v. g. non vt perſona diuina eſt: Filio, & Spiritui Sancto conuenit mitti à qualibet diuinâ perſonâ, etiam à ſe ipſis. Colligunt hoc aſſertum ex D. Ambroſio *libro tertio*, *de Spiritu Sancto cap.* 1. *&* 2. ex D. Auguſtino 2. *de Trinitate*, *cap.* 5. Magiſter *in primo*, *diſtinction.* 15. D. Thomas *eâdem diſtinction. quæſt.* 3. *art.* 1. *&* 2. Eſtius *eâdem diſt.* §. 2. Molina *prima parte*, *quæſt.* 43. *art.* 8. Syluius *eodem articul. conc.* 2. aliique Theologi communiſsimè. 48.

Minus propriè filius, & Spiritus Sanctus mitti poſſunt à tota Trinitate.

Probatur, & explicatur: Effectus temporalis, ad quem ſit miſſio, vt potè effectus ad extra eſt indiuiſibiliter à tota Trinitate, adeóque à qualibet diuina perſona, ergo ſumendo miſſionem inadæquatè, & ſecundùm effectum temporalem, miſſio à qualibet diuinâ perſonâ ſit. Perſona, quæ mittitur à qualibet diuinâ perſonâ mittitur: Rurſus in Verbo Incarnato, quamvis deitas ſit accepta à ſolo Patre, humanitas tamen, vt potè quæ etiam ipſa eſt effectus ad extra, eſt indiuiſibiliter producta, & accepta à tota Trinitate. Quamvis igitur perſona Verbi, vt perſona diuina, & ſecundum Deitatem, mitti poſſit à ſolo Patre, tamen vt eſt homo, & ſecùndum humanitatem, à tota Trinitate, & à qualibet diuina perſona poteſt mitti: eademque eſt ratio de Spiritu Sancto, cum etiam ipſe poſsit naturam creatam aſſumere. Hac doctrinâ ſuppoſitâ facilè intelliguntur plures auctoritates. Iſa. 48. *& nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius*, Iſa. 61. *Spiritus Domini ſuper me eo, quod vnxerit Dominus me: ad annuntiandum manſuetis miſit me.* Quæ verba licet poſſent fortè intelligi de ipſomet Propheta Iſaia, congruentiùs intelliguntur de Verbo Incarnato, cum Chriſtus Dominus Luc. 4. teſtetur in ſe impletam Scripturã ex Iſa. 61. adductã. Cum item Concilium Toletanum XI. *in Confeſſione Fidei* id confirmet his verbis: *Miſſus tamen filius non ſolum à Patre, ſed etiam à Spiritu Sancto miſſus eſſe credendus eſt in eo, quod per Prophetam dicitur: Et nunc Dominus miſit me, & Spiritus eius, à ſemetipſo quoque miſſus accipitur pro eo, quod inſeparabilis non ſolum voluntas, ſed operatio totius Sanctiſſimæ Trinitatis agnoſcitur.* Eâdem doctrinâ ſuppoſitâ facilè conciliantur Sancti Patres quorum aliqui volunt Perſonam diuinam ſolum mitti à perſona, à qua procedit, aliqui, vt retulimus *in ſecundo aſſerto* volunt mitti à tota Trinitate: Illi ſcilicet loquuntur de miſsione propriâ in ſenſu primi aſſerti: Iſti de miſsione minus propriâ in ſenſu ſecundi aſſerti.

Explicatur duplex modus talis miſſionis minus propriæ.

Ex dictis habetur in Verbo Incarnato duplicem miſsionem diſtingui poſſe: Alteram, ſecundùm quam filius Dei nondum factus homo, & conſideratus vt perſona di- 49.

Digitized by Google

In Verbo Incarnato duplex miſſio diſtingui poteſt.

uinam, miſſus eſt ad aſſumendam humanitatem: alteram, ſecundum quam idem filius Dei iam factus homo, & conſideratus vt homo, miſſus eſt ad prædicandum Euangelium, & exequendum vniuerſum opus Redemptionis. Quoad vtramque miſſionem poteſt in aliquo ſenſo filius dici miſſus à tota Trinitate, maiori tamen iure dicitur miſſus à tota Trinitate quoad ſecundam quàm quoad primam miſſionem, quia quoad primam miſſionem miſſus eſt à tota Trinitate ſolùm ſecundum effectum temporalem, ad quem facta eſt miſſio: Quoad ſecundam miſſus eſt à tota Trinitate etiam ſecundùm naturam, ſecundùm quam miſſus eſt. Ideo dum abſolutè dicitur filium Dei miſſum eſſe à tota Trinitate, aut à ſe ipſo, aut à Spiritu Sancto congruentius intelligitur de miſſione ipſius, vt hominis, quàm de miſſione ipſius vt Dei conſiderata ſecundùm effectum temporalem, & inadæquatè.

Mittere impropriè latius patet, quàm mitti, non ſic propriè.

Habetur inſuper latè ſumpto miſſionis nomine, prout miſſionem etiam minus propriam complectitur; latius patere in diuinis mittere, quàm mitti. Nam mittere ſaltem impropriè conuenit cuilibet perſonæ, non ſic mitti, quod neque etiam impropriè conuenit Patri. Strictè verò ſumpto miſſionis nomine prout ſolam miſſionem propriam ſignificat; mittere, & mitti in diuinis æquè latè patent, quia ſicuti non cuilibet perſonæ diuinæ conuenit mitti, ita nec cuilibet conuenit mittere, ſed alicui conuenit mitti, & non mittere; alicui mittere, & non mitti: alicui mittere, & mitti: primum verificatur in Spiritu Sancto, ſecundum in patre, tertium in Spiritu Sancto.

---

§. VI.

Vtrùm mitti poſſit vna diuina perſona ſine alia?

50.

Vna perſona nequit inuiſibiliter mitti ſine alia.

ASSERTVM: Ex perſonis diuinis, quibus conuenit mitti, nequit vna perſona inuiſibiliter mitti ſine alia. Ita cum D. Thoma *in primo, diſt.* 15. *quæſt.* 4. *art* 2. *in C. prima parte, quæſt.* 43. *art.* 5. *ad* 3. Valentia *diſp.* 2. *quæſt.* 17. *punct.* 5. Vaſquez *diſputation.* 170. *num.* 10. Lugus *libro ſecundo, diſputation.* 24. *capit.* 3. *numer.* 6. aliique Theologi communiſſimè. Dixi ex perſonis, quibus conuenit mitti, & ſenſus eſt, nec perſonam filij ſine perſona Spiritus Sancti, nec Perſonam Spiritus Sancti ſine Perſona filij inuiſibiliter mitti poſſe. Cæterùm, cùm pater mitti non poſſit, perſpicuum eſt Filium, & Spiritum Sanctum, quoties mittuntur, mitti ſine patre, aut potiùs ſine miſſione Patris; ne dicendo abſolutè ſine Patre, videatur excludi à perſonis miſſis conſortium Patris, quod tamen excludendum non eſt, quia pater ſimul cum perſonis miſſis habet ſpecialem modum exiſtendi, & inhabitandi in creatura rationali ad quam fit miſſio, & in talem creaturam venit, licet ad ipſam non mittatur, vt patebit ex probatione aſſerti, & deducitur ex Io. 14. *ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Dixi inuiſibiliter, quia viſibiliter mitti vnam perſonam ſine alia habetur *ex ſuperiori* §. 3. Sic explicatum aſſertum

Pater venit in creaturā rationalem, ad quam fit miſſio.

Probatur: Illud, quod importatur per miſſionem inuiſibilem, nequit conuenire vni perſonæ, quin ſimul conueniat alteri ex perſonis, quæ mitti poſſunt, ergo ex perſonis, quæ mitti poſſunt, nequit vna perſona mitti ſine alia, ideſt quin mittatur alia. 51.
Conſequentia patet, antecedens probatur: Per miſſionem inuiſibilem ex ſupradictis præſertim §. 1. & 4. duo importantur nimirum proceſſio æterna, & terminus temporalis conſiſtens in ſpeciali præſentia, quam ratione amicitiæ conſequentis infuſionē gratiæ habitualis Perſona miſſa aquirit in creatura, ad quam fit miſſio, ſed tum proceſſio æterna, tum ſpecialis præſentia inducta vi amicitiæ, nequit conuenire vni perſonæ, quin ſimul conueniat alteri, vt quoad proceſſionem æternam facilè conſtat ex eo, quod vtriuſque perſonæ proceſſio eſt maximè neceſſaria, & cum neutra perſona poſſit non procedere, vtique etiam non poteſt procedere vna ſine alia: quoad ſpecialem præſentiam inductam vi amicitiæ probatur primò, quia amicitia ad quam conſequitur talis præſentia nequit eſſe vnius perſonæ, non aliarum, ergo etiam ipſa ſpecialis præſentia nequit eſſe vnius perſonæ, non aliarum. Antecedens probatur: Per amicitiam ad quam conſequitur talis præſentia reddimur participes non alicuius ſolùm boni perſonalis, & proprij vnius perſonæ, ſed bonorum communium omnibus perſonis; reddimur ſcilicet conſortes diuinæ naturæ, acquirimus ius ad gloriam, & viſionem omnium diuinarum perſonarum, ergo. Secundò quia ſpecialis præſentia propria vnius perſonæ, non aliarum, non poteſt eſſe niſi præſentia perſonalitatis propriæ illius perſonæ, at non poteſt explicari quomodo ſine vnione hypoſtatica diuina perſona habere poſſit in creatura ſpecialem præſentiam propriæ perſonalitatis abſque eo, quod talem ſpecialem præſentiam habeant aliæ perſonæ: Et tamen ex alia parte certum eſt ex vi miſſionis inuiſibilis non poni vnionem hypoſtaticam inter aliquam diuinam perſonam, & creaturam, ad quam fit miſſio, ergo à primo ad vltimum tum ſpecialis præſentia, tum æterna proceſſio, vno verbo illud omne, quod miſſio importat nequit conuenire vni perſonæ, quin ſimul conueniat alteri.

Gratia reddit nos amicos omnium diuinarum perſonarū, non alicuius tantùm.

Dices ex D. Thoma *in primo, diſtinct.* 15. 52.
queſtion. 4. *artic.* 1. *in C. ſicut Spiritus Sanctus inuiſibiliter procedit in mentem per donum amoris; ita filius per donum ſapientiæ,* & ex Auguſtino 4. *de Trinitate, capit.* 2. *Verbum Dei tunc vnicuique mittitur, cum à quoquam cognoſcitur, atque percipitur, quantum cognoſci, & percipi poteſt pro captu, &c.*

ergo

ergo. Miſſio filij fit per donum ſapientiæ, miſſio Spiritus Sancti per donum amoris, & ſpecialis præſentia filij conſequitur ex amicitiâ coniunctâ cum perfectione ſapientiæ: Specialis præſentia Spiritus Sancti ex amicitiâ coniunctâ cum perfectione amoris, ergo ſicuti poteſt quis eſſe feruens, & perfectus in amore, impetfectus, & hebes in ſapientia, vel è contra, ita poteſt ad aliquem fieri miſſio Spiritus Sancti, non filij
53. vel è contra. Sed contra: In quacumque miſſione ſimul cũ gratia tum donum ſapientiæ, tum donum amoris infunditur; propter regulam tamen generalem, qua perfectiones ſpectantes ad intellectum appropriantur filio, perfectiones verò ſpectantes ad voluntatem Spiritui Sancto: Ille dicitur mitti per donum ſapientiæ, iſte per donum amoris appropriatè tamen potiùs, quàm propriè: propriè enim vterque mittitur per donum gratiæ, quæ eſt radix tum Sapientiæ, tum amoris; & ſi alicui ſine gratia infunderetur donum ſapientiæ, nulla in ipſum miſſio fieret: Si verò ſine ſapientia infunderetur gratia, adhuc in ipſum filius mitteretur. Per appropriationem igitot ad ſummum mitti poteſt vna perſona ſine aliâ, ſecus propriè, & hoc confirmari poteſt ex ipſomet Sancto Doctore tum *eodem articul.* 5. *præcitato ad* 3. dicente: *Quandocumque habetur cognitio, ex qua non ſequitur amor gratuitus, non habetur ſimilitudo Verbi, ſed aliquid illius, &c. Vnde conſtat, quod ſimpliciter, & propriè loquendo filius nec datur, nec mittitur, niſi in dono gratiæ gratum facientis, ſed in aliis donis, quæ pertinent ad cognitionem, participatur aliquid de ſimilitudine verbi*, tum *art. ſequenti in C.* vbi ait: *Vna miſſio nunquam eſt ſine alia, quia amor, ſequitur notitiam, notitia perfecta, ſecundùm quam eſt miſſio filij ſemper inducit in amorem* item *ad* 3. vbi ait: *Dona in quibus mittitur filius, & Spiritus Sanctus, ſe conſequuntur ad inuicem neceſſariò.* Confirmari id etiam poteſt ex Auguſtino *lib. 9. de Trinitate, cap.* 10. dicente: *Verbum, quod nunc diſcernere, & inſinuare volumus, eſt cum amore notitia*, vnde in verbis per Aduerſarios adductis ly, *cum à quoquam cognoſcitur, atque percipitur*, debet intelligi de notitia affectuoſa inducente amorem.

Appropriatè non propriè filius mittitur per dona intellectus, Spiritus Sanctus per dona voluntatis.

Ex his auctoritatibus non ſolum
54. habetur improbatio ſuperioris inſtantiæ, verùm etiam poſitiua probatio noſtri aſſerti, quæ ſic poteſt formari. Dona in quibus maximè elucet miſſio filij, ſunt neceſſariò connexa cum iis, in quibus maximè elucet miſſio Spiritus Sancti, nec vt ad miſſionem ſpectant poſſunt illa ſine iſtis eſſe, ergo etiam miſſio filij eſt maximè connexa cum miſſione Spiritus Sancti, nec vna eſſe poteſt ſine alia. Probatur antecedens: Dona in quibus elucet miſſio filij ſunt ſapientia, & alia chariſmata ſpectantia ad intellectum non quomodocumque, ſed vt inducentia amorem, & chariſmata ſpectantia ad voluntatem. Dona in quibus elucet miſſio Spiritus Sancti ſunt amor, & alia chariſmata ſpectantia ad voluntatem, non quomodocumque, ſed vt conſequentia notitiam, & alia chariſmata ſpectantia ad intellectum: at hoc modo ſapientia, & chariſmata intellectus ſunt neceſſariò connexa cum amore, & chariſmatibus voluntatis, nec poſſunt illa ſine iſtis eſſe, aut iſta ſine illis, ergo. Accedit quod ſicuti ſuprà retulimus ex D. Thoma *prima parte, quæſt.* 43. *art.* 5. *ad* 3. vtraque ennmerata dona ſpectant ad miſſionem, prout communicant in eadem radice gratiæ, ſed prout communicant in eadem radice gratiæ, ſunt neceſſariò connexa, ergo.

Miſſio filij fit per ſapientiam inducentem amorẽ, miſſio Spiritus Sancti per amorẽ conſequentem ſapientiam.

Dubitatur hic, vtrum eadem ſit connexio inter miſſiones actiuas, quæ inter paſſiuas? 55.
Vtrum ſcilicet, ſicuti ex Perſonis, quibus conuenit mitti, mitti nequit vna ſine alia, ita ex perſonis quibus conuenit mittere, mittere nequeat vna ſine alia. Reſpondetur affirmatiuè, ratio eſt quia miſſio actiua importat actiuam productionem tum ad intra perſonæ, quæ mittitur; tum ad extra effectus temporalis, ad quem miſſio, at nec ad intra poteſt eſſe productio actiua ab vna perſona, quin ſit etiam productio actiua ab alia, cum vtraque perſona ad intra maximâ neceſſitate producat, nec ad extra effectus temporalis poteſt produci ab vna perſona, quin ſimul producatur ab aliis, cum omnis effectus ad extra ſit indiuiſibiliter à totâ Trinitate, ergo nequit eſſe vna miſſio actiua ſine alia, & ex perſonis quibus conuenit mittere, nequit vna mittere ſine alia, nequit ſcilicet filius mittere Spiritum Sanctum, quin eundem mittat Pater, nequit pater mittere filium, quin ſimul cum filio mittat Spiritum Sanctum, loquor de miſſione actiua inuiſibili, ſicuti ſupra mox loquebar de miſſione paſſiua inuiſibili.

Vna perſona nequit inuiſibiliter mittere ſine alia.

Dubitatur inſuper vtrum non obſtante connexione, & inſeparabilitate vtriuſque miſſionis vna miſſio ſit aliqualiter prior alterâ, ita vt aut filius mittatur prius Spiritu Sancto, aut Spiritus Sanctus prius filio. 56.
Reſpondetur vnam eſſe aliqualiter priorem alterâ, & aliquo modo dici poſſe, quod filius mittatur prius Spiritu Sancto. Ratio eſt, quia miſſio principaliter importat proceſſionem, at in diuinis vna proceſſio eſt aliqualiter prior alterâ, & aliquo modo dici poteſt, filius procedit prius Spiritu Sancto, ergo etiam vna miſſio eſt aliqualiter prior altera, &c. Accedit quòd etiam conſiderando miſſionem ex parte effectus temporalis potius miſſio filij eſt prior miſſione Spiritus Sancti, quàm è contra, nam cum notitia præcedat amorem, donum ſapientiæ, quod in tali effectu temporali appropriatur miſſioni filij, eſt prius dono amoris, quod in eodem effectu temporali appropriatur miſſioni Spiritus Sancti, adeóque per appropriationem (quâ ſolùm ratione effectus temporalis vnius miſſionis diſtinguitur ab effectu temporali alterius) etiam ex parte effectus miſſio filij eſt aliqualiter prior miſſione Spiritus Sancti: tradit hanc doctrinam D. Thomas *in primo, diſtinction.* 15. *quæſtion.* 4. *art.* 2. *ad* 2. Nec refert, quod ibidem

Miſſio filij eſt aliqualiter prior miſſione Spiritus Sancti.

Etiam ex parte effectus temporalis.

ibidem addat ex parte dantis, ſeu mittentia miſsionem Spiritus Sancti, diei poſſe priorem miſſione filij, quatenus primum motiuum inclinans ad dandum, ſeu mittendum eſt amor ſpectaus ad Spiritum Sanctum. Non refert, inquam, quia motiuum mittendi in miſſione parum eaprimitur, & à miſſiune præſertim paſſiuà valde debiliter importatur. Prioritas igitur ſe tenens ea parte motiui in miſſione Spiritus Sancti non æquiponderat prioritati ſe tenenti ea parte proceſſioois, & effectus temporalis in miſſione filij, nec impedit, quin iſta potius, quàm illa prior dicenda ſit.

Miſſio filij in aliquo ſenſu diſtinguitur, in aliquo nō diſtinguitur à miſſione Spiritus Sācti.

57. Ea dictis habetur in quo ſenſu miſſio filij diſtinguatur, & in quo ſenſu non diſtinguatur à miſſione Spiritus Sancti. Si enim diſtinctio ſumatur, provt ſignificat ſeparabilitatem, & eſſe diſtinctum ab alio ſumatur pro poſſe eſſe ſine alio, non diſtinguitur miſſio filij à miſſione Spiritus Sancti, quia vt probatum eſt miſſio filij (ſubintellige ſemper inuiſibilis) non poteſt eſſe ſine miſſione Spiritus Sancti, non eſt ab iſta ſeparabilis. Si verò diſtinctio ſumatur, provt ſignificat diuerſitatem, & eſſe diſtinctum ab alio ſumatur pro non eſſe aliud (vbi aduerte obiter differre plurimum inter ſe *non eſſe alind: eſſe ſine alio*) miſſio filij, & miſſio Spiritus Sancti ex parte illius, quod principaliter importaut, ſcilicet ea parte proceſſionis, diſtinguuntur ſimpliciter, quia proceſſio filij eſt ſimplieiter alia à proceſſione Spiritus Sancti: ea parte illius, quod minus principaliter important, ſcilicet ex parte effectus temporalis diſtinguuntur appropriatè, non propriè; quia licet propriè eadem dona vtrique miſſioni reſpondeant, dona tamen appropriatè reſpondentia, ſeu appropriata miſſioni filij, ſunt diſtincta, & realia à donis appropriatè reſpondentibus, ſeu appropriatis Miſſioni Spiritus Sancti. Porrò ſimpliciter, & abſolutè melius dicitur miſſio vnius Perſonæ diſtincta, quàm non diſtincta à miſſione alterius, quia ea vna parte diſtinctum frequentius vſurpatur ad ſignificandum, id quod non eſt aliud, quam ad ſignificandum id, quod eſt ſine alio, ſeu ad ſignificandum id, quod non eſt identificatum, quàm ad ſignificandum id, quod non eſt connexum. Ea alia parte proceſſio, ſecundùm quam vna miſſio non eſt alia, ſeu non identificatur alteri per nos eſt ratio potiſſima miſſionis, & à miſſione principalius importata, à qua propterea potiùs, quàm à ratione effectus temporalis attendenda eſt in miſſione diſtinctio, vel non diſtinctio.

Simpliciter tamen, & abſolutè melius dicitur diſtingui.

§. VII.

Quomodo differant reſpectu diuinarum perſonarum mitti, apparere, venire, donari?

Mitti in diuinis eſt prædicatum notionale.

58. ASSERTVM: Enumerata prædicata reſpectu diuinarum perſonarum differunt potiſſimum in eo, quod mitti eſt prædicatum notionale, reliqua ſunt prædicata eſſentialia; ſaltem ſimpliciter, & abſolutè vſurpata, quod dixerim propter donari, de quo infrà.

Probatur, & quidem quod mitti ſit prædicatum notionale conſtat ea ſupradictis tum §. 5. vbi traditum eſt mitti non eſſe prædicatum commune omnibus diuinis perſonis, & neque etiam impropriè Patri conuenire, tum §. 1. vbi eaplicatum eſt miſſionem principaliter, & in recto importare proceſſionem, quæ idem eſt, ac notio. Nec refert, quod miſſio importet etiam habitudinem ad terminum temporalem, quæ eſſentialis eſt. Non refert, inquam, quia denominatio debet deſumi potiùs ab eo, quod importatur magis principaliter, & in recto, quàm ab eo, quod importatur minus principaliter, & in obliquo. Neque nos aſſerendo miſſionem eſſe prædicatum notionale, intendimus, quod ſit purè tale, adeò vt nihil prorſus eſſentiale admittat, ſed ſolum intendimua notionale denominandum eſſe potiùs, quàm eſſentiale, quod ſufficit ad præſens inſtitutum, ad diſcrimen ſcilicet aſſertum inter mitti, & reliqua prædicata, vt moa conſtabit ex ipſorum eaplicatione, quam ſubiicio.

Apparere diuinam perſonam quid ſit.

59. Apparere reſpectu diuinarum perſonarum nihil aliud eſt, quàm per ſubiectam creaturam corporali ſpecie, ſiue ſimilitudine mortalibus ſenſibus ſignificationem ſui date Auguſtinus *in fine libri ſecundi de Trinitate*. Et quidem ſi huiuſmodi corporalis ſpecies, ſiue ſimilitudo ſit vera, & realis, eſt etiam vera, & realis apparitio: Si imaginaria, imaginaria eſt etiam apparitio (Hanc D. Thomas *in primo diſt.* 16. *quæſt.* 1. *art.* 3. *ad* 1. vult reuelationem diei debere potius, quàm apparitionem) vtraque cuilibet diuinæ perſonæ conuenit, quælibet ſcilicet diuina perſona poteſt tum verè, tum imaginariè apparere, & de perſona Patris, de qua ſola poſſet eſſe aliqualis ratio dubitandi, Auguſtinus *libro præcitato*, *cap.* 17. expreſsè ait, *quod nimis temerarium eſt dicere Deum Patrem nunquam Patribus, aut Prophetis per aliquas viſibiles formas apparuiſſe*, & contra eos, qui tribuerent perſonæ patris apparitionem imaginariam tantùm, non realem addit *ſequenti cap.* 18. *An qui formare ſimilitudinem corporis poteſt ad ſe ſignificandum per viſa ſomniantium, non poteſt formare ipſam corpoream creaturam ad ſe ſignificandum oculis vigilantium, &c. Vnde nemo ſani* capitis

Conuenit etiam perſonæ patris.

pitis affirmare debet nuſquam Perſonam Patris per aliquam ſpeciem corporalem vigilantium, oculis demonſtratam. Ex his ſatis conſtat apparere in diuinis eſſe prædicatum eſſentiale euilibet diuinæ perſonæ, & toti Trinitati commune, & magis adhuc conſtare id poteſt percurrendo diuinas ſppatitiones, quas factas didicimus ex Sacris litteris *Geneſis* 18. *&* 32. *Exod.* 3. *&* 20. Iſa. 6. Danielis 3. *&* 7. *Apocal.* 1. &c. Rectè igitur aſſertum eſt mitti differre ab apparere in eo, quod illud ſit prædicatum notionale, iſtud eſſentiale, quod quidem diſcrimen aſſignatur tanquam potiſſimum, non tanquam vnicum: aſſignari enim poteſt etiam ex parte eius, quod in miſſione eſt eſſentiale, ſcilicet ex parte effectus temporalis diſcrimen inter mitti, & apparere. Miſſio quippè diuinæ perſonæ ex conceptu ſuo importat ſanctificationem creaturæ rationalis, non ſic apparitio: Vnde D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 43. *artic.* 7. *ad* 6. ait: *Fuerunt autem facta viſibiles apparitiones diuinarum perſonarum Patribus veteris Teſtamenti: Quæ quidem miſſiones viſibiles dici non poſſunt, quia non fuerunt facta ad deſignandum inhabitationem diuinæ perſonæ per gratiam, ſed ad aliquid aliud manifeſtandum.*

Eſt prædicatum eſſentiale.

60. Differt à miſſione etiam ex parte effectus temporalis.

Item ex parte rei ſenſibilis in qua fit.

Aſſignari inſuper poteſt inter mitti, & apparere diſcrimen ex parte rei ſenſibilis, in qua tum viſibilis miſſio, tum apparitio fit, nam reſpectu miſſionis talis res eſt res corporea vera, & realis, alioqui miſſio non eſſet verè, & realiter viſibilis, ſeu ſenſibilis: reſpectu apparitionis talis res aliquando eſt ſolum apparens, & imaginaria, cum apparitio diuinarum perſonarum in realem, & imaginariam diuidatur. Ex hoc multiplici diſcrimine apparitionis, & miſſionis facilè infertur plura requiri ad miſſionem viſibilem, quam ad apparitionem. Nec video, in quo ſenſu Arriaga *prima parte, diſputation.* 55. *ſect.* 4. *num.* 11. dicat omnem apparitionem vocari miſſionem, cum potius è contra omnis quidem miſſio viſibilis dici poſſit apparitio, nullatenus verò omnis apparitio dici poſſit miſſio, vt euincunt apparitiones, factæ patribus veteris teſtamenti, quæ miſſiones dici non poſſunt, vt tum mox in præcitatis D. Thomæ verbis, tum *ſuperiori* §. 3. attigimus, & colligitur etiam ex eo, quod in definitione miſſionis ab aliquibus ponitur apparitio, tanquam genus.

Latiùs patet, quam viſibiliter mitti.

61. Venire diuinam perſonā quid ſit.

Venire reſpectu diuinarum perſonarum nihil aliud eſt, quam ipſas ſe conſtituere in re aliqua ſpeciali modo præſentes, ſpecialemque præſentiam acquirere diuerſam à præſentia immenſitatis: in quo ſicuti nulla relucet habitudo ad alium, à quo ſit perſona, quæ venire dicitur, ita nihil relucet ſpectans ad originem vnius perſonæ ab alia, nihil apparet notionale. Venire igitur eſſentiale eſt, & commune tum cuilibet diuinæ perſonæ, tum toti Trinitati: Vnde de omnibus diuinis perſonis intelligitur illud Io. 14. *Veniemus, & manſionem apud eum facie-*

mus Neque exiſtimandum eſt repugnare, quod eadem perſona veniat ſimul, & mittatur, & per conſequens de ſolo patre, qui non mittitur dici poſſe, quod veniat: de filio autem, & Spiritu Sancto, qui mittuntur dici non poſſe, quod veniant. Exiſtimandum, inquam, id non eſt, quia id, quod mittitur, non venire ad ſummum verificatur de eo, quod mittitur miſſione inferente omnimodam neceſſitatem, aut etiam violentiam, quomodo ſagitta impropriè dicitur venire in ſcopum, in quem mittitur. Cæterùm in miſſione, in qua perſona miſſa habet circa terminum, ad quem mittitur, omnimodam libertatem, ſicuti ad talem terminum perſona miſſa quodammodo ex ſe ipſa ſe mouet ſe in tali termino ex propria libertate conſtituendo; ita rectè, propriéque dicitur ad talem terminum venire, licet mittatur: Sed ſic eſt, quod filius, & Spiritus Sanctus, ita mittuntur à perſona, à qua procedunt, vt libere omninò ſe conſtituant in termino temporali, ad quem mittuntur, ergo nulla eſt ratio ſuſpicandi, quod filius & Spiritus Sanctus, mittantur ſolum non veniant. Minor probatur ex eo, quod libertas ad extra eſt prædicatum eſſentiale omnibus diuinis perſonis; & intolerabilis eſt opinio nonnullorum, quorum ſuppreſſo nomine meminit Lugus *prima parte, lib.* 2. *diſp.* 24. *cap.* 1. *num.* 12. volentium determinari Filium à Patre, & Spiritum Sanctum ab vtroque ex vi proceſſionis ad omnia libera decreta, nec indifferentes remanere ad vtrumlibet, nec aliter exiſtimantium veram rationem miſſionis in illis poſſe conſiſtere. Stat igitur omnes diuinas perſonas venire, eas etiam, quæ mittuntur, & per conſequens differre mitti à venire in eo, quod illud ſit prædicatum notionale, iſtud eſſentiale in diuinis, vt aſſertum eſt.

Conuenit etiam perſonis, quę mittuntur.

Eſt prædicatum eſſentiale.

62. Donari diuinam perſonam, quid ſit.

Donari reſpectu diuinarum perſonarum eſt ipſas liberaliter communicari creaturis per gratiam ad vſum, vel per gloriam ad fruitionem, & licet ſecundùm aliquam ſpecialem ſignificationem donari importet originem à donante, & in diuinis aut notionaliter, aut perſonaliter ſumi poſſit. Nihilominus ſimpliciter, & abſolutè donari ex conceptu ſuo ſolùm ſignificat liberalem communicationem diuinæ perſonæ à quocumque fiat talis communicatio, ſicque donari in diuinis eſſentiale eſt, & quælibet perſona etiam à ſe ipſa donari poteſt. Rectè igitur aſſertum eſt mitti differre à donari in eo, quod illud ſit prædicatum notionale, iſtud eſſentiale, pro quo recolantur quæ dicta ſunt *lib. ſuperiori, cap.* 4. §. 2. vbi quod circa donari mox attigi plenius elucidatur. Portò ex eo, quod donari reſpectu diuinarum perſonarum ſit prædicatum eſſentiale, facilè conſtat donari latiùs patere quàm mitti, & dici non poſſe quod mittatur omnis perſona, quæ donatur, bene tamen, quod donetur omnis perſona, quæ mittitur. Sic miſſio aliquando vocatur in Scripturis donatio, & eaſdem per-

Eſt prædicatum eſſentiale.

Latiùs patet, quàm mitti.

QQqq ſonas,

ſonas, quas Scriptura exprimit mitti, exprimit etiam donari: de filio v. g. de quo ad Galat. 4. habetur: *Miſit Deus filium ſuum*, Iſa. 9. habetur *Filius datus eſt nobis*, de Spiritu Sancto de quo *eodem cap. ad Galat.* habetur: *Miſit ſpiritum filij ſui.* Rom. 5. habetur: *Per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*. Eodem modo, quo ſe habet donari ad mitti, ſe habet donare ad mittere: dici ſcilicet non poteſt, quod mittat omnis perſona, quæ donat; bene tamen, quod donet omnis perſona, quæ mittit: & Pater v. g. dum filium mittit, etiam filium donat, Spiritus Sanctus dum ſe ipſum donat, ſe ipſum non mittit: Vnde etiam fit, quod Spiritus Sanctus quamvis rectè dicatur tum miſſus, tum datus; non tamen rectè dicatur miſſus ab ea omni perſona à qua dicitur datus, nam datus dici poteſt à tota Trinitate, miſſus ſolum à patre, & filio: Filius ſimiliter dici poteſt datus à totâ Trinitate miſſus (loquendo de miſſione propria)

Sicut ſe habet donari ad mitti, ita donare ad mittere.

63. ſolùm à patre.

Dubitatur hic: Vtrùm ſicuti Spiritus Sanctus ſe ipſum det, quamvis ſe ipſum non mittat, ita de creatura dici non poſſit, quod Spiritum Sanctum det, quamvis de eadem dici non poſſit, quod Spiritum Sanctum mittat. Ratio dubitandi eſt, quia auctoritas, & actiua productio, defectu cuius creatura non poteſt Spiritum Sanctum mittere, ita requiritur ad Spiritum Sanctum mittendum, vt non requiratur ad eundem donandum, alioqui neque ipſemet Spiritus Sanctus poſſet ſe donare. Reſpondetur cum Syluio *prima parte, quæſt. 43. art. 8 conc. 3.* & Eſtio *in 1. diſt. 14. §. 5.* donare poſſe ſumi quadrupliciter. Primo quatenus ſignificat transferre rem aliquam à Dominio proprio in dominium alterius: Secundò quatenus ſignificat communicare rem aliquam alteri liberaliter propriâ virtute. Tertiò quatenus ſignificat eandem communicare impetratoriè, aut meritoriè. Quartò quatenus ſignificat eandem communicare miniſterialiter, & inſtrumentaliter. Primo modo Spiritus Sanctus eſt omnimodè indonabilis. Secundo modo eſt ſolum donabilis à ſe ipſo, & aliis perſonis diuinis. Tertio modo poſſunt ipſum donare homines iuſti, & Sancti. Quarto modo poſſunt ipſum donare etiam peccatores Sacramentorum Miniſtri. Porrò hiſce modis licet dicatur ſpecialiter donari Spiritus Sanctus, quia ipſi appropriatur ratio doni, imo in aliquo ſenſu donum eſt nomen perſonale, & Spiritui Sancto proprium, nedum appropriatum; in re tamen quoties Spiritus Sanctus donatur, donatur tota Trinitas, quia eadem ratione, qua ex *ſuperiori* §. 6. nequit vna perſona ſine aliâ, inuiſibiliter mitti, nequit vna ſine aliâ donari.

In quo ſenſu homines poſſint Spiritum Sanctum donare.

CAPVT III.

De circuminſeſſione diuinarum Perſonarum.

QVOD à Latinis circuminſeſſio, vel circumincesſio dicitur, à Græcis nuncupatur *Perichoreſis*, & nihil aliud ſignificat, quàm mutuam exiſtentiam, ſeu inſidentiam vnius rei in alia. Huius circuminſesſionis, ſeu perichoreſis plura exempla proferri poſſunt in creatis. Sic dici poteſt circuminſesſio logica illa, qua ſecundùm Dialecticos ſpecies in genere, & genus in ſpecie eſt: Dici poteſt circuminſesſio phyſica illa, qua vel ſupernaturaliter plura corpora in eodem loco, vel naturaliter plura accidentia in eodem ſubiecto, putà plura lumina in eodem aëre penetrata ſibi inuicem inſunt: Dici poteſt circuminſesſio amicabilis illa, qua iuſtus in Deo, & Deus in iuſto eſt, 1. Ioan. 4. *Qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Dici poteſt circuminſesſio Sacramentalis illa, quam Hilarius *li. 8. de Trinitate*, conſtituit (conformiter ad id, quod habetur Io. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*) inter ſumentes Euchariſtiam, & Chriſtum, qui efficiuntur cum Chriſto vna caro, & ratione talis vnitatis ipſi manent in Chriſto, & in ipſis manet Chriſtus. Tandem dici poteſt circuminſesſio hypoſtatica illa, quam Damaſcenus *lib. 3. fidei, cap. 5. 6. 7. & lib. 4. cap.* 20. collocat inter duas Chriſti naturas diuinam, & humanam, quæ ſe inuicem abſque confuſione immeant, vt idem Damaſcenus loquitur. Verùm nec vlla ex his, nec vlla alia excogitabilis circuminſesſio aſſequitur perfectionem circuminſesſionis, ſeu perichoreſeos conuenientis diuinis perſonis inter ſe; hæc quippè ſola in numerica naturæ vnitate, identitate, & conſubſtantialitate fundatur; cum ex reliquis enumeratis, Prima fundetur tantùm in vnitate rationis, non reali; Secunda in vnitate loci; Tertia in vnitate ſubiecti; Quarta in vnitate charitatis; Quinta in vnitate ſpecifica carnis; Sexta in vnitate perſonæ abſque identitate, & conſubſtantialitate vtriuſque naturæ cum ipſa. Circuminſesſionem igitur omnium maximam, omnium perfectiſsimam exhibemus ſub propoſito titulo de circuminſesſione diuinarum Perſonarum. Huius explicationem explicationi miſsionis libenter ſubiicio, non ſolùm, vt ſeruetur regula ſimul tractãdi de oppoſitis, cuiuſmodi videntur eſſe in diuinis circuminſesſio, & miſsio; verùm etiam, vt coniungendo exitum à miſsione ſignificatum cum inexiſtentia ſignificata per circuminſesſionem magis appareat inſignis vtriuſque prærogatiua, ſecundùm quam nec exitus facit vnam perſonam ab alia diſtare; quia, vt ait D. Thomas *prima parte,*

1.

Circuminſeſſionis multa exẽpla.

Circuminſeſſio omniũ maxima eſt illa diuinarũ perſonarum inter ſe.

Quomodo cum miſſione circuminſeſſio cohæreat.

parte, quæſtione 42. articul. 5. ad 2. Eſt ſecundùm modum proceſſionis interioris, & ſecundùm ſolam diſtinctionem relationum, non ſecundùm eſſentialem aliquam diſtantiam. Nec inexiſtentia facit vnam perſonam cum alia commiſceri, ſeu confundi, quia non violat in perſonis relatiuam oppoſitionem, aut realem diſtinctionem, & ſicuti ait Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 11. Perſonæ aliæ in aliis ſunt, non vt inter ſe confundantur, ſed vt cohæreant.* Quæ omnia ex ſequentibus innoteſcent. Ideò ſit

---

§. I.

Quid ſit circuminſeſſio in diuinis, & an detur?

2. Circuminſeſſio in diuinis quid.

ASSERTVM I. Circuminſeſſio in diuinis eſt ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto mutua, & intima præſentialitas ratione eiuſdem naturæ numero. Colligitur hæc definitio ex Scoto *in 1. diſtinct. 19. quæſt. 2. §. quantum ergo*, & ex D. Hilario *lib. 7. de Trinitate, cap. 6.*

Probatur, & explicatur: Dicitur *mutua, & intima præſentialitas*, quibus particulis locum quaſi generis tenentibus conuenit circuminſeſſio in diuinis cum aliis circuminſeſſionibus, quarum exempla præmiſimus. Dicitur *ſubſiſtentis in ſubſiſtente*, quibus particulis non ſolùm diſtinguitur circuminſeſſio diuinarum perſonarum à pluribus circũinſeſſionibus, quæ inter res creatas ſubſiſtentes poſſunt aſſignari, verum etiam indicatur nec attributa in perſonis, nec perſonas in attributis eſſe per circuminſeſſionem. Dicitur *realiter diſtincto* vt exprimatur circuminſeſſionem in diuinis ſolùm exerceri in vna perſona reſpectu alterius, adeò vt quamvis eſſentia diuina, vt præciſa à perſonis ſit ſubſiſtens *ex lib. ſuperiori, cap. 1. §. 9.* tamen quia non eſt ſubſiſtens realiter diſtinctum à perſonis, nec ipſa ſit in perſonis nec perſonæ ſint in ipſa per circuminſeſſionem; eâdem de causâ Patri, aut alicui alij perſonæ reſpectu ſui ipſius circuminſeſſio non conuenit. Dicitur *ratione eiuſdem naturæ numero*, quibus particulis continetur tum excellentia circuminſeſſionis diuinarum perſonarum ſupra quamlibet aliam circuminſeſſionem, quemadmodum in huius capitis limine expoſitum eſt; tum ratio potiſſima mutuæ præſentialitatis cuiuſlibet diuinæ perſonæ in aliâ, quam quidem potiſſimam rationem eſſe vnitatem numericam, & identitatem eſſentiæ *in ſequenti* §. ex profeſſo ſtatuetur.

3. De fide eſt dari circuminſeſſionem diuinarum perſonarũ.

ASSERTVM II. Verè datur Circuminſeſſio diuinarum perſonarũ. Eſt veritas fidei, quam tradunt Theologi omnes cum Magiſtro *in 1. diſtinct. 19.* & D. Thoma *tum eadem diſtinct. tum prima parte, quæſt. 42. artic. 5.* Referri poſſunt contra hanc fidei veritatem tum in vniuerſum illi omnes, qui negant in diuinis perſonarum aut pluralitatem, aut conſubſtantialitatem, tum ſpecialiter ex Auguſtino *hæreſi* 58. hæretici quidam dicti *Metangiſmonitæ*, Latinè quaſi *Tranſuaſantes*, qui finxerunt filium eſſe in Patre velut vas minus in maiore.

Probatur: Verè datur mutua, & intima præſentialitas diuinarum perſonarum, quæ eſt ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto ratione eiuſdem naturæ numero, ergò verè datur circuminſeſſio diuinarum perſonarum. Conſequentia patet ex ſupra aſſertâ definitione circuminſeſſionis. Antecedens quoad ly *eiuſdem naturæ numero* probabitur *in §. ſequenti*; quoad ly *ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto* euincitur ex eo, quod quælibet diuina perſona eſt ſubſiſtens realiter diſtinctum ab aliâ; quoad ly *datur mutua, & intima præſentialitas* probatur ex Scriptura teſtimonio ipſiuſmet Chriſti Domini, qui *Io. 10.* ait ad Iudæos, *vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre. Io. 14.* ait ad Philippum, *non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt. Io. 17.* ait ad Patrem. *Sicut tu Pater in me, & ego in te*, & licet hiſce in locis ſolùm exprimatur mutua in ſe inuicem præſentialitas Patris, & filij; idem ſentiendum eſt de Spiritu ſancto, cum de ipſo militet eadem ratio, vnde etiam id de omnibus perſonis ſingillatim enunciant Sancti Patres, Fulgentius *lib. 1. de Fide ad Petrum, cap. 1. Per hanc vnitatem naturalem totus Pater in filio, & Spiritu ſancto eſt; totus filius in Patre, & Spiritu ſancto eſt; totus quoque Spiritus Sanctus in Patre, & filio.* Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 10. Tres perſonas inuicem in ſe eſſe dicimus, ne Deorum copiam, ac turbam inducamus.* Auguſtinus *lib. 9. de Trinitate in fine: Singula ſunt in ſingulis, & omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia.* Neque tot auctoritatum efficaciam vllo modo retundit, quod habetur Io. 1. *Verbum erat apud Deum.* Non retundit inquam, quia quod apud alterum eſt ratione diſtinctionis in perſona, non ratione diſtinctionis in natura, optimè poteſt eſſe in eo, apud quod eſt; cum igitur Verbum apud Deum ſit (Deus hic ſumitur pro Patre) ſolùm ratione diſtinctionis in perſona, optimè poteſt ſimul in Deo, ſeu in Patre eſſe ratione identitatis in naturâ vnâ numero.

Dubitatur hic obiter; vtrum ſicuti rectè dicitur Verbum erat apud Deum, ſeu filius apud Patrem, ita rectè dici poſſit, Deus erat apud Verbum, ſeu Pater apud filium, & conſequenter perſonæ diuinæ non ſolùm ſint in ſe inuicem, verùm etiam apud ſe inuicem? Reſpondetur negatiuè, non ſolùm quia talis modus loquendi inauditus eſt, nulloque Scripturæ, aut Patrum fundamento ſuffultus, verùm etiam, quia, vt vnum apud alterum ſit vltra diſtinctionem vnius ab altero, ex quo capite non minùs conueniret Patri eſſe apud filium, quàm [illegible] eſſe apud Patrem, requiritur ſubauct[illegible] vnius perſonæ reſpectu alterius, & quia in diuinis ſub auctoritate alterius nõ eſt, niſi perſona, quæ ab 4.

4. Filius in diuinis rectè dicitur eſſe apud Patrẽ.

Non ſic Pater apud filium, perſonæ apud ſe inuicem.

ab alia procedit, requiritur proceſsio vnius Perſonæ ab altera. Cum igitur filius à Patre procedat, & patrem habeat auctorem, non è contra, ſequitur, &c. Colligitur hoc totum ex D. Thoma *in comment. ſuper Ioannem*, vbi ait: *Verbum erat apud Deum, vt apud auctorem*, & ex Tertulliano *libro contra Praxeam, cap.* 15. dicente: *Sermo in principio apud Deum Patrem, non pater apud ſermonem: nam, & ſi Deus ſermo, ſed apud Deum; quia ex Deo Deus; quia cum patre, apud patrem.*

---

§. II.

Vtrùm diuina eſſentia ſit vnica, aut ſaltem potiſſima ratio circuminſeſſionis, diuinarum perſonarum?

5. Diuina eſſẽtia eſt potiſſima, non vnica ratio circuminſeſſionis.

Assertvm: Diuina eſſentia eſt potiſsima, non tamen vnica ratio circuminſeſsionis diuinarum perſonarum. Prima pars videtur eſſe contra Scotum *in primo, diſtinct. 19. quæſtion.* 2. §. *quantum ad ſecundum*, docentem rationem circuminſeſſionis eſſe eſſentiam, & relationem ſimul, nihilominus, quia Scotus nihil aliud intendit, quàm ad circuminſeſsionem requiri diſtinctionem perſonarum ex relatione conſurgentem, in re non eſt contrarius poſito aſſerto, quo volumus quidem diuinam eſſentiam eſſe rationem potiſsimam circuminſeſsionis, at non negamus ſimul requiri aut tanquam conditionem præſuppoſitam, aut tanquam rationem minus principalem perſonarum diſtinctionem, & relationem. Si quæ igitur eſt in præſenti cum Scoto diſſenſio tota reſoluitur in modum loquendi & vocale diſsidium. Secunda pars eſt contra Aureolum *in* 1. *diſt.* 19. *a.* 3. Durandum *eadem diſt. art.* 3. Henricum *in ſumma, art.* 53. *q.* 3. alioſque nonnullos volentes diuinam eſſentiam eſſe vnicam, nedum potiſsimam rationem circuminſeſsionis. Vtramque aſſerti partem tradunt D. Thomas *in* 1. *diſt.* 19. *quæſt.* 3. *art.* 2. *prima parte, quæſt.* 42. *art.* 5. & vltra Thomiſtas communiter Eſtius *eadem diſt.* 19. §. 2. Syluius *eodem art.* 5. Arriaga? Aueſs *eadem quæſt.* 42. *sect.* 3. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 23. *cap.* 2. Herincx *tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſtion.* 5. *num.* 39. *&c.*

6. Intelligendo nomine diuinæ eſſentiæ numericam vnitatẽ, & identitatẽ ipſius cum perſonis diſtinctis.

Probatur prima pars: Diuina eſſentia (ſubintellige quatenus eſt vna numero identificata cum tribus perſonis, quod eſt idem ac dicere diuinæ eſſentiæ numerica vnitas, & identitas cum perſonis diſtinctis) eſt potiſſima ratio, cur diuinæ perſonæ intimè ſint in ſe inuicem, ergo diuina eſſentia eſt potiſsima ratio circuminſeſsionis. Antecedens probatur primo *ex Io.* 10. vbi Chriſtus Dominus quaſi præmittens rationem mutuæ inexiſtentiæ ſui, & Patris paulò ante verba illa *Pater in me eſt, & ego in Patre*, dixit, *ego, & Pater vnum ſumus.* Secundò ex ſuprà relatis auctoritatibus Fulgentij, & Damaſceni: nam Fulgentius aſſignat pro ratione circuminſeſsionis vnitatem naturæ verbis illis, *Per hanc vnitatem naturalem*: Damaſcenus eandem vnam Deitatem pro ratione circuminſeſsionis inſinuat verbis illis: *Ne Deorum copiam, ac turbam inducamus.* Tertiò ratione, in eo omni in quo eſt diuina eſſentia eſt quælibet perſona identificata cum tali eſſentia: Neque enim perſona poteſt deſerere naturam, ſeu eſſentiam ſibi identificatam, ergo ex tribus diuinis perſonis quælibet eſt in qualibet, ſi diuina eſſentia eadem numero cum tribus diuinis perſonis identificatur, ergo diuina eſſentia, ſeu diuinæ eſſentiæ vnitas numerica, & identitas cum tribus perſonis eſt potiſsima ratio circuminſeſsionis, & mutuæ præſentialitatis ipſarum in ſe inuicem. 7.

Duo hic occurrunt obſeruanda: Primum eſt non inferri circuminſeſsionẽ, & exiſtentiam vnius perſonæ in alia præcisè ex eo, quod quælibet perſona identificetur cum eſſentia. Enimverò ex eo, quod duo præcisè identificentur cum tertio probatur quod vnum ſit idem cum alio potiùs, quàm, quod vnum ſit in alio: infertur igitur exiſtentia vnius perſonæ in alia ex eo, quod quælibet perſona identificetur cum eſſentia retinendo realem diſtinctionem ab alia perſona, eo quod eſſentia ita ſit vna numero, vt ſit ſimul communis tribus. Notat hoc Caietanus *prima parte, quæſt.* 42. *art.* 5. ſuper verba illa D. Thomæ *in eodem articulo ſecundùm eſſentiam Pater eſt in filio, quia Pater eſt ſua eſſentia, & communicat ſuam eſſentiam filio*, vbi per ly *Pater eſt ſua eſſentia*, importatur Perſonam identificari cum eſſentia; per ly, *& communicat ſuam eſſentiam filio*, importatur eandem eſſentiam eſſe in pluribus, eſſe vnam numero, & communem multis. Secundum eſt ex eo, quod intima duorum præſentialitas ſaluari poſsit abſque identitate eſſentiæ non rectè inferre Aureolum *in* 1. *diſt.* 19. *art.* 1. §. *ideo dixerunt*, quod circuminſeſsio in diuinis appellanda non ſit intima præſentialitas. Enimverò ex vna parte intima præſentialitas, quamvis abſque identitate eſſentiæ eſſe poſsit, talem tamen identitatem non excludit, ideo cum ab eſſentiæ identitate, & non identitate præſcindat, rectè ponitur in definitione circuminſeſsionis diuinæ, tanquam conceptus quaſi genericus, in quo circuminſeſsio diuina habens identitatem eſſentiæ conueniat cum circuminſeſsione creata non habente talem identitatem. Ex alia parte dicere cum Aureolo quod in diuinis circuminſeſsio ſit identitas, & quod per circuminſeſsionem vna perſona ſit in alia identitatiuè eſt explicare identitatẽ perſonarum in tertio potiùs, quàm exiſtentiam ipſarum in ſe inuicem: & inſuper ponere vnicam rationem circuminſeſsionis ſitam in identitate eſſentiæ, quod falſum eſſe mox oſtendo, probando ſecundam partem ſuperioris aſſerti.

8. Circuminſeſſio, in diuinis melius dicitur præſentialitas.

Probatur

Probatur ſecunda pars: Aſſignari poteſt aliqua ratio circuminſeſſionis, & exiſtentiæ perſonarum in ſe inuicem præter diuinam eſſentiam, ergo diuina eſſentia non eſt vnica ratio circuminſeſſionis diuinarum perſonarum. Antecedens probatur quia

Secūda ratio circuminſeſſionis eſſe poteſt origo immanens.

Aſſignari poteſt primò pro ratione circuminſeſſionis diuinarum perſonarum origo, quæ cum ſit productio immanens in diuinis, infert exiſtentiam termini producti in principio producente, nimirum filij in Patre; ſicut in creatis Verbum eſt in dicente, Spiritus ſancti in Patre, & filio; ſicuti in creatis Amor eſt in amante. Neque dicas hoc modo non probari inexiſtentiam mutuam, cum præſertim in creatis ratione actionis immanentis terminus productus ſit quidem in principio producente, at non principium producens in termino producto. Contra enim, quamvis actio, ſeu productio immanens ex genere ſuo non inferat mutuam inexiſtentiam principij producentis, & termini producti, quando tamen productio immanens talis eſt, vt terminus productus ſit ſubſiſtens & in ſuo principio tanquam in alio ſubſiſtente exiſtat, verè infert mutuam inexiſtentiam, quia vnum ſubſiſtens in alio ſubſiſtente non poteſt exiſtere, niſi etiam hoc aliud ſubſiſtens in illo vno ſubſiſtente exiſtat. Cum igitur productio immanens diuina verſetur inter principium ſubſiſtens, & terminum ſubſiſtentem, ex ipsâ rectè infertur exiſtentia non ſolùm termini in principio, verùm etiam principij in termino, & quod in actionibus immanentibus creatis terminus non habeat in ſe principium, à quo producitur, oritur ex eo, quod terminus eſt in principio per inhæſionem. Aliam rationem cur ex vi originis in diuinis non ſolùm terminus productus ſit in principio producente, verùm etiam principium producens ſit in termino producto, Pater ſcilicet in filio, Pater, & Filius in Spiritu ſancto, indicat Sanctus Doctor *prima parte, quæſtione 42. articul. 5. in C.* illis verbis: *Id etiam, quod verbo dicitur, in verbo continetur, & eadem ratio eſt de Spiritu ſancto.* Verùm ex his verbis, aut ſolùm infertur exiſtentia intentionalis Patris in Verbo, & exiſtentia affectiua Patris, & filij in Spiritu ſancto; aut non tam aſſignatur alia ratio mutuæ inexiſtentiæ ex vi originis, quàm noua radix, ſeu noua ratio mutuæ inexiſtentiæ ſimpliciter, & independenter ab origne; ſicque ex hoc capite

10.
Tertia ratio circuminſeſſionis eſſe poteſt dilectio, & cognitio perfectiſſima.

Aſſignari poteſt ſecundò pro ratione circuminſeſſionis diuinarum perſonarum Amor perfectiſſimus, quo ſe diuinæ perſonæ mutuò amant, (dico Amor, quo ſe diuinæ perſonæ mutuò amant, potiùs quàm amor mutuus propter doctrinam poſitam *in tract. ſuperiori cap. 2. §. 3. aſſert. 2.*) cognitio perfectiſſima, qua ſe diuinæ perſonæ mutuò cognoſcunt, cum enim *ex cap. præcedente §. 4. aſſert. 4.* Amicitia perfecta ex genere ſuo poſtulet præſentiam, etiam entitatiuam amantis in amato, ex eo, quod perſonæ diuinæ mutuò ſe perfectè ament, ſequitur, quod in ſe inuicem realiter, & entitatiuè exiſtant. Cum item cognitio connaturaliùs habeatur per præſentiam entitatiuam obiecti, quàm per præſentiam purè intentionalem; imò cognitio, quæ experimentalis ſit, præſentiam entitatiuam neceſſariò requirat, ex eo quod quælibet perſona diuina cognoſcat aliam perfectiſſimè, adeóque maximè connaturaliter, & etiam experimentaliter, quia cognitio experimentalis obiecti, præſertim dilecti, dulciſſima eſt, ac ſuauiſſima, & conſequenter ſpectans ad prærogatiuam perfectiſſimæ cognitionis: ex eo inquam, quod quælibet perſona diuina cognoſcat aliam perfectiſſimè, ſequitur, quod quælibet habeat aliam in ſe realiter exiſtentē, & entitatiuè præſentem.

11.
Quarta ratio circuminſeſſionis eſſe poteſt mutua relatio.

Aſſignari ſolet tertiò pro ratione circuminſeſſionis diuinarum perſonarum relatio propter verba D. Thomæ *prima parte, quæſtione 42. articul. 5. in C.* dicentis: *Secundùm etiam relationes manifeſtum eſt, quod vnum relatiuum eſt in altero ſecundùm intellectum.* Verùm quia de relationibus dici ſolet, quòd ſint ſimul cognitione, non entitate. Recentiores magis communiter arbitrantur ex vi relationum ſolùm deduci, quod vna diuina perſona in alia cognoſcatur, & in alia exiſtat quoad cognoſcibilitatem, non quod in alia ſit quoad entitatem, & hanc etiam eſſe mentem Angelici arguunt ex particula illa *ſecundùm intellectum.* His non obſtantibus Thomiſtæ magis communiter volunt ex vi relationum mutuarum perſonas diuinas eſſe in ſe inuicem etiam entitatiuè, & realiter; ex eo, quod quælibet perſona

Quomodo ex vi mutuæ relationis vna perſona ſit in alia realiter, & entitatiuè.

diuina ratione ſuæ omnimodæ infinitatis poſtulet habere in ſe ipſa realiter illud omne, ſine quo nequit intelligi, & conſequenter perſona Patris ex vi relationis paternitatis, ratione cuius nequit intelligi ſine filiatione, & ſine filio, poſtulet habere in ſe realiter filiationem, & filium, ſicque volunt relationes vt diuinas, & ſimpliciter infinitas debere eſſe in ſe inuicem etiam quoad entitatem, quamvis relationes creatæ ſint in ſe inuicem ſolùm quoad cognoſcibilitatem. Aſſertur hæc doctrina à Lao *prima parte, diſputat. 123. numero 1549.* & licet aliqualiter difficilis, non diſplicet, quia valdè fauet perfectioni diuinarum perſonarum, vt conducit ad faciliùs explicandum id, quod *in ſequenti §.* aſſeretur de exiſtentia vnius perſonæ in alia ſecundùm ſe totam. Neque dicas ex inexiſtentiā deriuatā à relationibus mutuis non poſſe explicari, quomodo Pater, & filius ſecundùm paternitatem, & filiationem, ſint in Spiritu ſancto, cum Pater, & filius ſecundùm paternitatem, & filiationem non ſint correlatiui Spiritus ſancti, & nec paternitas, nec filiatio ſit relatio oppoſita, & mutua reſpectu ſpirationis paſſiuæ. Contra enim Pater, & filius etiam ſecundùm paternitatem, & filiationem ſunt aliquo modo mediatè ſcilicet, & radicaliter correlatiui Spiritus ſancti, eodemque modo tum paternitas, tum filiatio eſt relatio oppoſita, & mutua reſpectu ſpi-

rationis paſſiuæ, vt patere poteſt recolenti quæ dicebantur *libro ſuperiore, cap.* 4. §. 11. & 12.

Ex dictis habetur in diuinis perſonis quatuor radices circuminſeſſionis, inter quas quod diuina eſſentia ſit omnium potiſſima facilè deducitur ex eo, quod ipſa eſt radix prima, diuina quippè eſſentia in diuinis eſt prior tum originibus, tum amore, & cognitione tum relationibus. Item quia ipſam eſſe circuminſeſſionis radicem ſine controuerſia à Theologis admittitur: circa reliquas verò aſſignatas radices eſt aliqua controuerſia.

13. In quonam ſenſu diuina eſſentia ſit radix adæquata circũminſeſſionis. Dubitatur hic vtrum diuina eſſentia non ſolum dicenda ſit potiſſima, verum etiam dici poſſit adæquata radix circuminſeſſionis. Reſpondetur, ſi nomine radicis adæquatè intelligatur, quæ ſe ſolâ ſufficit ad circuminſeſſionem inducendam, diuinam eſſentiam eſſe adæquatam circuminſeſſionis radicem: Si verò nomine radicis adæquatæ intelligatur illa, quæ ſe ſolâ poteſt circuminſeſſionem inducere, adeo vt alterius radicis conſortium excludat, nec admittat aliquid aliud, quod ſit ſufficiens ad circuminſeſſionem inducendam, diuina eſſentia non eſt circuminſeſſionis radix adæquata. Prima reſponſionis pars ex prima aſſerti parte; ſecunda ex ſecunda facilè deducitur. Ex vtraque deinde facilè conſtat, quod etiamſi diuinæ perſonæ non eſſent immenſæ adhuc vbicumque eſſet vna perſona, eſſent & aliæ, non vnico, ſed pluribus titulis, ſicuti ex ſupradictis habet circuminſeſſio, non vnicam radicem, ſed plures.

§. III.

Vtrùm per circuminſeſſionem vna diuina perſona ſit in alia ſecundùm ſe totam?

14. Per circuminſeſſionem vna diuina perſona eſt in alia ſecũdùm ſe totâ. ASSERTVM: Per circuminſeſſionem vna diuina perſona eſt in aliâ ſecundùm ſe totam: nimirum non ſolùm ſecundùm eſſentiam, verùm etiam ſecundùm relationem. Ita Theologi communiter contra Durandum *in* 1. *diſt.* 19. *quæſt.* 3. & Henricum *in ſumma art.* 53. *quæſt.* 3. qui, vt refert Vaſquez *prima parte, diſputat.* 169. *cap.* 1. *num.* 1. aduertit aliquid eſſe in alio dupliciter primò ſecundùm ſe totam, ſicut vinum eſt in amphora: Deinde ſecundùm partem, & ſic rurſus dupliciter: Vel ſecundùm partem non communem vtrique, ſicuti auis dicitur eſſe in laqueo ſecundùm pedes, qui ſunt para auis, non laquei, adeòque non communis aui, & laqueo; vel ſecundùm aliquid vtrique commune, ſicuti, ſi eſſet monſtrum habens duo capita, & duo corpora, quibus duo tantùm pedes inſeruirent, vnum horum animalium eſſet in alio ſecundùm partem vtrique communem, ſic ait Henricus vnam diuinam perſonam eſſe in alia ſecundùm aliquid ſui vtrique commune, ſcilicet ſecundùm eſſentiam, non ſecundùm ſe totam, ſecundùm commune, & proprium, ſecundùm eſſentiam, & relationem.

Probatur primò ex communi ſenſu Eccleſiæ canentis *in hymno laudum feriæ ſecundæ. In Patre totus filius, & totus in Verbo Pater.* Confirmatur ex verbis Sanctorum Fulgentij, & Auguſtini ſuprà relatis §. 1. Item ex definitione circuminſeſsionis *eodem* §. traditâ, nimis enim impropriè circuminſeſſio diceretur præſentialitas ſubſiſtentis in ſubſiſtente, ſi per circuminſeſſionem vna perſona non eſſet in alia ſecundùm ſubſiſtentiam, & relationem, ſed ſolùm ſecundùm eſſentiam. Deinde ſubſiſtens appellat totum non partem; ſubſiſtere enim primò conuenit toti, non parti; ergo ſi per circuminſeſſionem vna perſona vt ſubſiſtens eſt in alia vt ſubſiſtente, vna perſona eſt in alia ſecundùm ſe totam, non ſecundùm partem. 15. *Subſiſtens appellat totum, non partem.*

Probatur ſecundò: Circuminſeſſio conuenit perſonis diuinis ſecundùm ſe totas, ergo per circuminſeſſionem perſonæ diuinæ ſunt in ſe inuicem ſecundùm ſe totas. Antecedens probatur: Circũinſeſſio conuenit perſonis, & ſecundùm eſſentiam, & ſecundùm relationes. Primò quia ex ſupradictis non ſolùm eſſentia: verùm etiam relationes ſunt radix, & ratio mutuæ inexiſtentiæ perſonarum. Secundò quia etiamſi ſola eſſentia eſſet radix mutuæ inexiſtentiæ, non eſſet tamen radix ſumpta ſecundùm ſe, ſed connotans diſtinctionem, & relationes diſtinctiuas perſonarum: neque enim perſonæ in ſe inuicem circuminſident, niſi vt diſtinctæ, ergo circuminſeſſio conuenit perſonis diuinis ſecundùm ſe totas. Confirmatur: Patrem per circuminſeſſionem eſſe in filio eſt aliquid magis, quàm eſſentiam Patris eſſe in filio, ergo quia patrem per circuminſeſſionem eſſe in filio eſt patrem eſſe in filio ſecundùm ſe totum, non ſecundùm ſolam eſſentiam. Antecedens patet, quia ſecus eſſentia Patris eſſet in filio per circuminſeſſionem, ſi Patrem eſſe in filio per circuminſeſſionem nihil magis eſſet, quàm eſſentiam Patris eſſe in filio. Conſequentia probatur de aue, quæ in eſt laqueo ſecundùm pedes tantùm, non ſecundùm ſe totam, valet dicere, nihil magis eſt auem eſſe in laqueo ſecundùm pedes, quàm pedes auis eſſe in laqueo, ergo è contra ſi de patre, qui per circuminſeſſionem eſt in filio, non valet dicere nihil magis eſt patrem eſſe in filio, quàm eſſentiam patris eſſe in filio, ſignum eſt, quòd pater eſt in filio ſecundùm ſe totum, non ſecundùm ſolam eſſentiam, cuius rei validiorem probationem mox ſubijcio. 16.

17. Probatur tertiò: Per circuminſeſſionem vna perſona diuina non eſt in alia ſecundùm ſolam eſſentiam, ergo per circuminſeſſionem vna perſona diuina eſt in alia ſecundùm ſe totam. Antecedens probatur: Si per circuminſeſſionem vna perſona diuina eſſet in

in alia ſecundùm ſolam eſſentiam, per circuminſeſſionem vna perſona diuina eſſet in alia ſolùm eo modo, quo in alia perſona eſt eſſentia, at hoc eſt falſum, ergo. Maior probatur: Quod eſt in alio ſecundùm partem, eſt in alio ſolùm eo modo, quo eſt in alio illa pars, ſi ſcilicet in alio pars eſt tanquam in loco, etiam ipſum in alio eſt tanquam in loco; ſi in alio pars eſt, tanquam in ſubiecto, etiam ipſum in alio eſt tanquam in ſubiecto; ergo. Minor etiam probatur: Eſſentia eſt in perſonis, vt natura perſonam conſtituens, eſt in perſonis per immediatam identitatem cum ipſis, non per circuminſeſſionem, ergo vna perſona non eſt in alia eo modo, quo eſſentia eſt in perſonis. Et ecce etiam validiùs probatum, quod in ſuperiori confirmatione dicebatur, nimirùm Patrem per circuminſeſſionem eſſe in filio eſſe aliquid magis, quàm eſſentiam Patris eſſe in filio; ſi enim non eſſet aliquid magis, vtique Pater per circuminſeſſionem eſſet in filio eo modo, quo eſt in filio eiuſdem Patris eſſentia.

Quod eſt in alio ſecundũ partẽ, eſt in alio eo modo, quo eſt in alio talis pars.

18. Dices, ſi Pater eſſet in filio ſecundùm ſe totum, in filio eſſet paternitas, in Patre eſſet filiatio, ergo filius eſſet Pater, & Pater eſſet filius; aut ſaltem non eſſet maior ratio, cur vna perſona diceretur Pater potius, quàm filius; alia filius potiùs, quàm Pater, ſicque perſonæ confunderentur. Sed contra: Vt aliqua perſona ſit Pater, non ſatis eſt, quod habeat in ſe quomodocumque paternitatem, ſed debet habere ipſam vt proprietatem, conſtituentem, & facientem incommunicabiliter ſubſiſtere: filius autem, dum vt circuminſeſſionis habet paternitatem, non habet ipſam vt formam conſtituentem, quia ſupponitur conſtitutus, non habet ipſam vt facientem incommunicabiliter ſubſiſtere, tum quia ſupponitur iam incommunicabiliter ſubſiſtens, tum quia circuminſeſſio diuina importat exiſtentiam ſubſiſtentis in ſubſiſtente, non exiſtentiam ſubſiſtentiæ in natura, ſeu facientis ſubſiſtere in recipiente ſubſiſtere. Quamvis igitur per circuminſeſſionem paternitas ſit in filio, filiatio in Patre, adhuc tamen ſolùm prima perſona eſt Pater, ſolùm ſecunda eſt filius, quia ſolùm in prima perſona eſt paternitas, vt forma conſtituens, & faciens incommunicabiliter ſubſiſtere, eodemque modo ſolùm in ſecunda eſt filiatio.

Paternitas eſt in filio diuerſimodè, ac ſit in Patre.

19. Ex dictis habetur modos, quibus aliquid in aliquo eſt, aſſignatos ab Ariſtotele 4. *phyſ.* ponente octo huiuſmodi modos. Primus vt pars in toto, ſecundus vt totum in partibus, tertius vt ſpecies in genere, quartus vt genus in ſpecie, quintus vt forma in materia, ſeu ſubiecto, ſextus vt motum in mouente, ſeu effectus in efficiente, ſeptimus vt aliquid eſt in fine, octauus vt locatum eſt in loco. Habetur inquam tales modos non complecti illum, quo vna diuina perſona per circuminſeſſionem eſt in alia. Nec mirum id eſt, quia huiuſcemodi eſſendi in alio nullum veſtigium, nullum exemplum in creaturis apparet, & quemadmodum hac occaſione rectè ait D. Thomas *prima parte, quæſt. 42. artic. 5. ad 1. ea quæ in creaturis ſunt, non ſufficienter repræſentant ea, quæ Dei ſunt.* Non potuit igitur Philoſophus naturæ lumine diſcutiens per modos, quibus vna creatura in alia eſt, peruenire ad notitiam eius, qui in diuinis ſolum perſonis, non in creaturis exercetur. Accedit, quod vt bona ſit enumeratio illa octo modorum ſufficit, ſi omnes alios modos ſaltem reductiuè contineat, qua ratione ſub enumeratis modis continetur eſſe in aliquo, tanquam in tempore, quatenus reducitur ad eſſe in aliquo, tanquam in loco; nam vt ait D. Thomas *in comment. eiuſdem quarti libri phyſ. lect. 4. Sicut locus eſt menſura mobilis; ita tempus eſt menſura motus.* Reductiuè autem etiam modus, quo vna perſona diuina eſt in alia per circuminſeſſionem, ſub aliquo illorum octo continetur: nam ea D. Thoma *in 1. diſtinct. 19. quæſt. 5. art. 1. ad 1.* modus, quo vna diuina perſona eſt in alia; vel ſumitur quoad vnitatem eſſentiæ, & ſic reducitur ad modum, quo genus eſt in ſpecie, quia licèt in diuinis nec ſit genus, nec ſpecies, natura tamen communis ad ſuppoſitum aliqualiter ſe habet, vt genus ad ſpeciem: vel ſumitur quantum ad relationem, & ſic reducitur ad modum, quo motum eſt in mouente, ſeu effectus in efficiente; quatenus licet in diuinis Pater non ſit principium efficiens filij, eſt tamen principium originans, & præciſis imperfectionibus aliqualiter accedit ad principium efficiens.

Octo ſunt modi, quibus aliquid dicitur eſſe in alio.

Ad quemnã ex ipſis reducatur circuminſeſſio.

Habetur inſuper vnam diuinam perſonam non eſſe in alia vt contentum in continente, ex iis enim, quæ ſecundùm ſe tota ſibi inexiſtunt, neutrum ſe habet, vt continens, neutrum vt contentum; quemadmodum exemplificari poteſt in duobus palmis quantitatis inuicem penetratis; & malè ſupponunt nonnulli quidquid eſt in alio ſecundùm ſe totum, in alio contineri: vnde etiam malè, & ex ſubiecto non ſupponente inferunt perſonas diuinas non poſſe eſſe in ſe mutuò ſecundùm ſe totas, ne detur mutua continentia, & quælibet diuina perſona reſpectu alterius diuinæ perſonæ ſit continens ſimul, & contenta: continens quatenùs in ipſa eſt alia quælibet ſecundùm ſe totam, contenta quatenùs in alia qualibet eſt ipſa ſecundùm ſe totam. 20.

Circuminſeſſio non infert mutuã continẽtiam.

Habetur tandem quod benè D. Thomas 21. 4. *contra gentes, cap. 9.* docuerit eodem circuminſeſſionis verbo & Sabellij, & Arrij errorem confutari; cum enim ex hucuſque dictis abundè conſtet eodem circuminſeſſionis verbo, & naturæ identitatem, & vnitatem, & perſonarum diſtinctionem, ac multiplicitatem importari, conſtat conſequenter excludi tum Sabellium confundentem perſonas, & facientem Deum trinonymum, non trinum; tum Arrium multiplicantem in perſonis naturam, & negantem in Trinitate conſubſtantialitatem.

Eodem circuminſeſſionis verbo & Sabellius & Arrius confutantur.

Supereſt

Digitized by Google

22. Circuminſeſſio non importat ſpecialem relationem realem in diuinis.

Supereſt hic inquirendum, vtrum circuminſeſſio importet in diuinis ad intra ſpecialem aliquam relationem realem; at huic quæſtiunculæ reſponſionem ſuppeditant ſupradicta *lib.* 1. *cap.* 7. §. 3. vbi aſſertum, probatúmque eſt, non dari in diuinis ad intra vllam aliam relationem realem præter quatuor relationes originis, & quidem circuminſeſſio, vel conſideratur ſecundùm quod dicit vnitatem, ac identitatem eſſentiæ, vel ſecundùm quod dicit diſtinctionem realem perſonarum, & relationes perſonarum diſtinctiuas. Primo modo non importat vllam realem relationem, quia forma eadem numero ex ibi dictis non poteſt eſſe ratio fundandi vllam realem relationem in Deo ad intra: Secundo modo importat præcisè relationes originis, non vllam relationem ſpecialem ſuperadditam relationibus originis, quia ex ibidem dictis realis diſtinctio, & oppoſitio perſonarum, non eſt ſpecialis relatio ſupra relationes originis.

CAPVT IV.

De modo cognoſcendi Myſterium Trinitatis.

1. MODVS cognoſcendi, ſeu cognoſcibilitas myſterij Trinitatis ſolet magis communiter ſuperiùs pertractari; à nonnullis quidem in ipſo limine præſentis tractatus ob regulam generalem præmittendi in qualibet materia ea, quæ ſpectant ad an eſt: ab aliis verò poſt traditam explicationem eorum, quæ tribus diuinis perſonis communia ſunt, antequam ad perſonas in particulari deſcendant; ſequuntur iſti ductum D. Thomæ, *qui quæſt.* 32. inſcriptam de diuinarum perſonarum cognitione inter quæſtiones ſpectantes ad perſonas in communi, & quæſtiones ſpectantes ad perſonas in particulari, ſtatuit. Nobis placuit hucuſque rem differre, tum vt ſuperiorum difficultatum magnitudine prædoceremur ad facilè percipiendum, quàm imparea ſint naturæ vires tanto myſterio; tum vt experti, quomodo ſupernaturali fidei illuſtratione tale myſterium innoteſcat, libentius perquireremus, vtrum aliquo alio ſupernaturali modo poſſit à viatoribus eiuſdem notitia comparari: à viatoribus inquam, nam cognitio, quam de Trinitate habent comprehenſores in Patria ad præſens inſtitutum non pertinet; & eſt aliunde ſupponenda; ſicque nec modus cognitionis, quæ per fidem habetur de Trinitate in viatoribus, nec modus cognitionis, quæ de eadem per viſionem habetur in beatis, ſub poſito titulo continetur, ſed ſolùm tum quicumque modus cognitionis naturalis, tum modus aliquis cognitionis ſupernaturalis quodammodo mediæ inter fidem, & viſionem, quæ ſcilicet euidens ſit ad differentiam fidei, abſtractiua ad differentiam viſionis. Initio igitur facto à cognitione naturali examinabitur, quomodo poſſit naturalis ratio circa diuinam Trinitatem verſari, negatiuène ſolùm, an etiam poſitiuè, ſolùmne probabiliter, an etiam euidenter? ſolùmne ſuppoſito fidei, aut excitante, aut adiuuante, an etiam lumine proprio præcisè? Pro quorum faciliore diſcuſſione recolenda ſunt ſupradicta tum *tract. præcedente lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. tum hoc eodem tractatu *lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. Interim ſit

§. I.

Vtrùm myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci euidenter negatiuè?

2. Myſterium Trinitatis cognoſcitur naturæ lumine euidẽter negatiuè.

ASSERTVM: Myſterium Trinitatis poteſt naturæ lumine cognoſci euidenter negatiuè; ſunt ſcilicet naturæ lumine ſolubilia omnia argumenta, quæ poſſunt contra diuinam Trinitatem vrgeri. Ita Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte, quæſt.* 32. *artic.* 1. *in fine corporis*; & Holcot, qui *in* 1. *diſt.* 3. refertur docuiſſe Trinitatis myſterium eſſe contra rationem naturalem, conſequenter non poſſe naturali lumine ſuſtineri, excuſatur à Suarezio *lib.* 1. *de Trinitate, cap. vlt.* & certè aut excuſatione indiget, aut cenſurâ; cum *in Concilio Lateranenſi, ſeſſ.* 8. definitum ſit nullam fidei veritatem repugnare cum aliqua veritate naturali, quod eſt idem, ac dicere nullam fidei veritatem eſſe contra rationem naturalem.

Probatur primò ex generali ratione veritatum fidei iuxta ſupradicta de viſione beata, & de dualitate diuinarum proceſſionum locis præcitatis, *in fine ſuperioris* §. Item iuxta definitionem Concilij Lateranenſis mox indicatam. Confirmatur ſpecialiter ex eo, quod ſi, vti Holcot ſenſiſſe refertur, myſterium Trinitatis eſſet contra rationem naturalem, viſio trium perſonarum in Patria nec ad eſſentiam, nec ad complementum beatitudinis pertineret, quin potius beatitudinem impediret aut minueret, quia in tali viſione pateretur intellectus violentiam, & operaretur contra propriam naturalem inclinationem, quam ſi habet contrariam Trinitati in via, habebit etiam contrariam in patria, vbi retinet omnia naturalia, nec vllâ ſibi innatâ inclinatione ſpoliatur. Non eſt contra naturalẽ rationẽ, aut inclinationẽ intellectus.

3. Probatur ſecundò ſpeciali inductione attingendo potiſſima argumenta, quæ poſſunt contra myſterium Trinitatis vrgeri, ipſorumque ſolutiones naturæ lumine ſuppeditatas indicando. Et quidem ex huiuſmodi argumentis quædam ſpectant ad diuinarum proceſſionum ad intra, aut exiſtentiam,

ſtentiam, aut numerum, & hæc cum ſuis ſolutionibus repetenda ſunt *ex 1. lib. ſuperiore, cap. 2. §. 2.* quædam deſumuntur ex principiis illis artis ſyllogiſticæ *quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe; dici de omni, dici de nullo :* Quibus naturæ principiis videtur malè cohærere realis diſtinctio trium perſonarum ſibi idemtificantium eamdem naturam numero: Pro argumentis ex hoc capite deriuatis repetenda eſt doctrina poſita 1. *lib. ſuperiore, cap.6. §. 3.* Quædam deſumuntur ex lege contradictoriorum, quæ non poſſunt de eodem ſimul verificari, ſicuti tamen verificantur in myſterio Trinitatis, vbi de eſſentia, & relatione, quæ ſunt vnum, & idem verificatur communicari, & non communicari; produci, & non produci. Huic argumentorum capiti ſatisfacit diſtinctio virtualis, de qua ſupra *tractat. præcedente, lib.1. cap. 3. §. 5.* & hoc eodem *tractat. lib. 1. cap.6. §. 4.* Et ecce aſſignata præcipua capita tum argumentorum, tum ſolutionum, ad rem præſentem pertinentium, facile enim conſtat conſideranti non poſſe Trinitatem impeti vllo alicuius momenti argumento, quod ſub aliquo ex tribus enumeratis capitibus non contineatur.

Tria capita argumentorum militãtium contra Trinitatem.

4. Dices ſolutiones talium argumentorum, vel conſtant ſolo naturæ lumine, adeò vt ante omnem reuelationem Trinitatis poterit creatus intellectus propriâ naturali induſtriâ peruenire ad ipſarum notitiam, vel conſtant naturæ lumine ſolùm ſuppoſitâ reuelatione, quatenùs intellectus de veritate Trinitatis per reuelationem edoctus naturalem diſcurſum veritati reuelatæ accommodauerit, excogitando limitationes vniuerſalium principiorum, ex quibus illimitate vſurpatis Trinitas impugnaretur. Primum dici non poteſt, quia ante omnem reuelationem Trinitatis nullum poteſt eſſe rationabile motiuum limitandi principia, quæ in creatis ſunt vniuerſalia, alioqui ante omnem reuelationem Trinitatis daretur etiam rationabile motiuum aſſentiendi Trinitati: nam motiuum v. g. rationabiliter ſuadens, quæ ſunt eadem vni tertio ſunt idem inter ſe, limitari in ordine ad tertium, quod ſit vnum, & idem etiam virtualiter rationabiliter etiam ſuadet dabile eſſe aliquod tertium, quod ſit realiter ſolùm, non virtualiter vnum; cui poſſint idemtificari duo ſuppoſita abſque eo, quod idemtificentur realiter inter ſe, in quo conſiſtit excellentia potiſſima myſterij Trinitatis. Si ſecundum dicatur; ergo euidentia negatiua Trinitatis non habetur independenter à reuelatione ſolo lumine naturæ præcisè, & per conſequens ſiſtendo in lumine naturæ præcisè argumenta Trinitatem oppugnantia non habent ſufficientem ſolutionem, & Trinitatis exiſtentia apparet euidenter repugnans. Deinde ſuppoſitâ reuelatione habetur euidentia etiam poſitiua Trinitatis vt infrà §. 5. tradetur, ergo non magis haberetur euidentia negatiua, quàm poſitiua, ſi etiam illa haberetur ſolùm ſuppoſitâ reuelatione. Sed contra Metaphyſicè loquendo etiam ante omnem reuelationem ſolubilia ſunt argumenta Trinitatem oppugnantia; & licet limitationes illæ vniuerſalium principiorum vix poſſint occurrere creato intellectui omnem ſuam notitiam deducenti ex creaturis, in quibus talia principia ſine limitatione procedunt: Si quis tamen quocumque modo in tales limitationes nullâ ſuppoſitâ reuelatione incidat, poterit ipſas ſuſtinere, nec poterit conuinci de ipſarum repugnantiâ, quamvis deinde, ſi quæratur ab ipſo aliquod fundamentum poſitiuum earumdem limitationum, nequeat vllum aſſignare. 5.

5. Mataphyſicè loquendo etiam ante omnem reuelationẽ haberi poteſt euidẽtia negatiua Trinitatis.

Veruntamen demus abſolutè, quod ſolùm ſuppoſitâ reuelatione ſint naturæ lumine euidenter ſolubilia argumenta Trinitatem oppugnantia: ad primam impugnationem in oppoſitum dico reuelationem requiri ſolùm vt excitantem, non vt adiuuantem lumen naturæ in defenſione myſterij Trinitatis, ideò ſufficienter ſaluari euidentiam negatiuam ex ſolo lumine naturæ, & abſque reuelatione etiam excitante argumenta Trinitatem oppugnantia habent ſufficientem ſolutionem ſecundùm ſe, & metaphyſicè, non moraliter ſecundùm nos, Trinitatiſque exiſtentia apparet euidenter repugnans, id eſt apparenti euidentia repugnat, non in aliquo alio ſenſu. Ad ſecundam impugnationem dico euidentiam poſitiuam Trinitatis eſſe euidentiam formæ tantùm, non materiæ, & haberi ſuppoſita reuelatione & adiuuante, non vt præcisè excitante; ideò diuerſo modo prærequiri reuelationem ad euidentiam poſitiuam, ac prærequiratur ad euidentiam negatiuam, & hanc minùs, quàm illam à reuelatione dependere.

Moraliter prærequirit reuelationẽ vt excitantẽ tamen, non vt adiuuantem.

6. Ex dictis habetur euidentiam negatiuam Trinitatis præcipuè reperiri in vero Theologo, qui ex vna parte vi diuinæ reuelationis excitatur ad Trinitatem defendendam, & requirendas limitationes principiorum vniuerſalium, quæ contra Trinitatem obiiciuntur: ex alia parte vtpotè verſatus in forma Syllogiſtica difficultates in Trinitatis aſſenſu facilius ſuperat, & Infidelium fallacia Sophiſmata ad veram formæ Syllogiſticæ trutinam expedendo clariùs deludit quod norunt ipſimet infideles, qui propterea Theologiam deteſtantur, & calumniantur, vt dicebamus in prolegomenis, dum de Theologiæ vtilitate, & neceſſitate ageremus.

Maximè reperitur talis euidẽtia negatiua in vero Theologo.

§. II.

Vtrùm myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè?

7. De fide eſt ante omnem reuelationé non haberi naturæ lumine euidétiam poſitiuam myſterij Trinitatis.

ASSERTVM I. Aote omnem diuinam reuelationem non poteſt naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè myſterium Triniratis. Hoc aſſertum non ſolùm communiter ſuſtinetur, verùm etiam tanquam veritas fidei habetur à Valentia *prima parte, diſput.* 2. *quaſt.* 6. *punct.* 1. Faſolo *quaſt.* 32. *art.* 1. De Quiros *diſp.* 26. *ſect.* 1. Smiſing. *diſput.* 1. *quaſt.* 2. *num.* 16. & Vaſquez *diſput.* 133. *cap.* 1. *num.* 1. teſtatur nullum eſſe Catholicurum, qui affirmet oppoſitum. Alarcon tamen *diſputat.* 1. *cap.* 3. *numero* 7. propendet ad negandum aſſertæ veritati rertitudinem fidei, dum docet Sacra teſtimonia, quæ afferuntur contra cognitionem naturalem euidentet attingentem Trinitatem poſſe aptè intelligi de cognitione conducente ad ſalutem. Verùm hoc modo fiuſtra Scriptura negaret naturæ viribus ſpecialiter notitiam Trinitatis, cum nulla protsùs cuiuſcumque alterius minimi obiecti notitia conducens ad ſalutem haberi poſſit à ſolâ natutâ, & ſine ſupernatutali aoxilio. Aſſertum igitur tanquam fidei veritas

Probatur primò ex Sctiptuta Matth. 11. *Nemo nouit Patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Matth. 16. *Beatus es Simon Barjona, quia caro. & ſanguis* (per carnem, & ſanguiuem humanæ naturæ vites ſignificantur) *non reuelauit tibi.* Luc. 12. *Nemo ſcit quis ſit filius, niſi Pater.* Prouerb. 30. *Quod eſt nomen eius, & quod nomen fily eius, ſi noſti.* Confirmatur auctoritate Sanctorum Patrum profitentium eſſe naturaliter iuſcrutabile Myſterium Trinitatis, vt videre eſt apud Syluium *prima parte, quaſtion.* 32. *articul.* 2. Eaodem inſcrutabilitatem inſinuat tota Eccleſia, dum iu Feſto Sanctiſſimæ Ttinitatis vtitur verbis illis Apoſtoli Rom. 11. *O altitudo diuitiarum ſapientia, & ſcientia Dei!*

8. Probarur ſecundò ratione: Ante omnem diuinam reuelationein non poteſt naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè Myſterium Trimtatis, niſi per demonſtrationem à poſtetiuti ex creaturis; at per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis nequit cognoſci euidenter poſitiuè Myſterium Trinitatis, ergo ante omoem diuinam reuelationem uullo modo poteſt naturæ lumine, &c. Maior patet, quia ante omnem diuinam reuelationem exiſteutia Dei innoteſcit euidenter ſolùm per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis, ergo à fottinti ſolùm eodem modo poteſt innoteſcete exiſteotia Trinitatis. Minor probatur: In creaturis relucet connexio ſolùm cum Deo, vt vuo, non cum Deo, vt Trino, & in tatione effectus à Deo producti nihil habent, quod ſpecialiter iu Deo exigat Trinitatem perſonarum: nam in ratione effectus à Deo producti ſolùm exigunt ex parte Dei omnipotentiam, Ideas, Artem; & huiuſmodi prædicata conſequentia ad eſſentiam, nec exprimentia aliquid proprium, & diſtinctiuum Perſonarum; ſed per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis non poteſt cognuſci niſi id, cum quo relucet in creaturis connexio, & quod à creaturis in ratione effectus à Deo producti ſpecialiter in Deo exigitur: eſt enim commune cuicumque effectui non manifeſtare cauſam, niſi ſecundùm ea, ſecundùm quæ ſpecialiter cum cauſa connectitur, & quæ ſpecialiter ex parte cauſæ requitit. Sic ædificium manifeſtat quidem io ædificatore artem cum qua connectitur, & quam ex parte cauſæ requitit; at non manifeſtat vtrùm fuerir Muſicos necne: Vtrùm hac, vel illa veſte indotus; quia cum huiuſmodi rebus ſpecialiter non connectitur, nec illas ſpecialiter ex parte cauſæ requirit, ergo per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis non poteſt cognoſci euidenter poſitiuè Myſterium Trinitatis.

Ex effectibus manifeſtatur cauſa ſolùm ſecúdùm ea, ſecundum quæ eſt formaliter cauſa.

Dubitatur hic vtrùm ſaltem ex creaturis ordinis ſupernaturalis, ſeu ex effectibus ſupernaturalibus poſſit cognoſci euidenter poſitiuè Trinitas, adeòvt ante omnem Trinitatis reuelationem per hoc præcisè, quod aliquis effectus ſupernaturalis innoreſcat, ex iſto poſſit Triuitas demonſtrari. Reſpoodetor negatiuè loquendo de effectibus ſupernaturalibus ſub præciſa ratiune effectus, & ſecundùm counexionem; quam dicunt cum principio efficiente. Prubatur ex eo, quod effectus, etiam ſupernaturales ſub præciſa ratione effectus ſolùm exigunt ex parte ſui principij Omnipotentiam, Ideas, Artem, & huiuſmodi prædicata, in quibus nihil relucet proptium, & diſtinctiuum Perſonarum, vnde ex ipſis magis quidem, quàm ex effectibus naturalibus innoteſcit Deus vt vnus, & quoad eſſentialia: ar demonſtrari non poteſt Deus vt Trinus, & quoad perſonalia. Dixi loquendo ſub præciſâ ratione effectus, nam ſi ſumantur ſub ratione vitalis tendentiæ, aut ſubſtaotialis vnionis, & ſecundùm counexionem, quam dicunt non ſolùm cum principio efficiente, verùm etiam cum obiecto ſpecificante, aut cum extremo vnito, eſt diuerſa difficultas de qua infra §. 6.

9. Neque etiã ex effectibus ſupernaturalibus demonſtrari poteſt.

Probari etiam ſolet aſſertum ex communi conceptu ſupernaturali obiecti ſic: Nullum ens, ſeu uullum obiectum in ſubſtantia ſupernaturale poteſt viribus naturæ euidenter cognoſci, aut vt poſſibile, aut vt exiſtens, ſed Trinitas eſt ens in ſubſtantia ſupernaturale, & Myſteriom inter omnia ſupernatutalia, ſupremum, 10.

ergo

ergo Trinitas non poteſt naturæ viribus euidenter cognoſci. Maiorem nos ipſi approbauimus, & vſurpauimus *tractatu ſuperiore, lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. *aſſert.* 2. Minor non videtur poſſe negari, niſi negetur omnis ſupernaturalitas. Nihilominùs huic probationi ſatis non fido: Enimverò nomine entis ſupernaturalis, vel venit ſolùm ens ſupernaturale creatum, & ſic ſatis per ſe conſtat Trinitatem ens ſupernaturale non eſſe: vel venit ens ſupernaturale etiam increatum, & ſic, aut fit comparatio entis increati ad Deum, aut ad creaturam. Si fit comparatio ad Deum, nullum ens increatum eſt ſupernaturale, & omnis increata perfectio, ſpecialiter perſonarum Trinitas eſt Deo maximè connaturalis: Si fit comparatio entis increati ad creaturam, adeò vt ens ſupernaturale increatum dicatur illud omne prædicatum, quod eſt ſuper omnem creaturam; & quod in ſua ratione formali eſt proprium Dei; nullatenùs Deo, & creaturis commune; non ſolùm Trinitas, verùm etiam ratio entis à ſe, ratio entis ſimpliciter neceſſarij, ratio primæ cauſæ, ratio vltimi finis, aliaque huiuſmodi, ſunt prædicata ſupernaturalia, & tamen lumine naturæ euidenter cognoſcuntur, vt ſuppono *ex tract. ſuperiore, lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. ergo ex præciſâ ratione ſupernaturalitatis eo modo, quo Trinitas ſupernaturalis dici poteſt, inſufficienter probatur, quod nequeat Trinitas naturæ lumine euidenter cognoſci, & maior illa propoſitio à nobis alibi vſurpata ſimpliciter, & ex terminis ſolùm procedit de ente creato, nullum ſcilicet ens creatum, nullum obiectum creatum in ſubſtantia ſupernaturale, &c. nec maior vniuerſalitas requiritur in illa maiore ad probandum id, quod loco citato intendebamus.

Trinitas in quo ſenſu ſit ſupernaturalis.

Ex ratione ſupernaturalitatis præciſè malè probatur Trinitatis indemonſtrabilitas.

11. Pro maiori intelligentia huius doctrinæ aduerte, nos non docere abſolutè quodlibet obiectum ſupernaturale increatum poſſe quoad an eſt naturaliter demonſtrari, ſed docere, quod ſi aliquod huiuſmodi obiectum naturaliter quoad an eſt demonſtrari non poteſt, at non poteſt reuerâ demonſtrari Trinitas, id non habet ex præciſa ratione ſupernaturalitatis, ſed aliunde, nimirùm ex eo, quod nullam habeat ſpecialem connexionem cum effectibus, & rebus naturalibus. Cæterùm prædicata diuina etiam ſupernaturalia, quoties habent ſpecialem connexionem cum naturalibus effectibus, qualem connexionem habent v. g. ratio primæ cauſæ, entis ſummè neceſſarij, & huiuſmodi, poſſunt ex ipſis naturaliter demonſtrari, & quidem quoad rationem formalem ſupernaturalitatis: nam eo ipſo, quòd conſtat dari primam cauſam, dari ens ſummè neceſſarium, conſtat dari aliquod, quod eſt ſupra omnem creaturam ſeu ſupra omnem naturam creatam, in quo conſiſtit ex vi ipſa nominis ratio ſupernaturalitatis.

12. Dices, repugnare tum quod effectus naturales habeant ſpecialem connexionem cum prædicatis Dei propriis, & ſupernaturalibus; tum quod ſit naturalis cognitio attingens talia prædicata quoad rationem ſupernaturalitatis. Repugnantia primi probatur ex eo, quod connexio cum prædicatis Dei propriis ſolet aſſignari tanquam radix ſupernaturalitatis, ergo repugnat, quod effectus naturales talem connexionem habeant. Repugnantia ſecundi probatur ex eo, quod cognitio ſpecificatur ab obiecto, ergo cognitio naturalis non poteſt habere pro obiecto rationem ſupernaturalitatis. Deinde ens ſupernaturale debet eſſe ſupra vires tum phyſicas, tum etiam intentionales naturæ creatæ, non eſſent autem prædicata ſupernaturalia ſupra vires intentionales naturæ creatæ, ſi à cognitione naturali creata attingerentur. Sed contra ad probationem primæ repugnantiæ dico connexionem cum prædicatis Dei propriis eſſe radicem ſupernaturalitatis, quando eſt connexio proportionata conducens ad cognitionem Dei intuitiuam, vt eſt in ſe, non quando eſt connexio habitudinis ad cauſam eminentialem conducens ad cognitionem ipſius abſtractiuam, cuiuſmodi eſt connexio, qua ducimur in cognitionem aliquorum prædicatorum Dei ſupernaturalium. Ad probationem ſecundæ repugnantiæ dico cognitionem ſpecificari ab obiecto motiuo, non à terminatiuo, ideò cognitionem, quæ habet pro obiecto motiuo effectus naturales, eſſe naturalem, etiamſi attingat aliquid ſupernaturale ex parte obiecti terminatiui. Ad illud, quod additur dico ſermonem eſſe de ente ſupernaturali creato, quando ſimpliciter dicitur ipſum eſſe ſupra omnes vires intentionales naturæ creatæ. Cæterùm ens ſupernaturale increatum eſt ſolùm ſupra vires intentionales naturæ creatæ, quoad cognoſci intuitiuè quidditatiuè, & per ſpecies proprias; non quoad cognoſci abſtractiuè, quoad an eſt, & per ſpecies alienas. 13.

Connexio cũ prædicatis Dei propriis quandonam inferat ſupernaturalitatẽ.

Cognitio naturalis poteſt terminari ad obiectũ ſupernaturale.

Vrgebis ex hac doctrina ſequi magis eſſe cognoſcibile viribus naturæ ens ſupernaturale increatum, quàm ens ſupernaturale creatum. Sed contra in hoc nullum maius eſt abſurdum, quàm in eo, quod ſit magis cognoſcibilis viribus naturæ aliqua veritas in ente increato, quàm aliqua alia in ente creato: hoc autem debet admitti abſque vllo ſcrupulo abſurditatis, nec vllus ambigit, quin ſit lumine naturæ faciliùs cognoſcibilis exiſtentia Dei quàm compoſitio quantitatis v. g. abſurditatem aliquam redoleret, ſi abſolutè diceretur omne ens ſupernaturale increatum eſſe naturæ viribus cognoſcibile, aut magis cognoſcibile, quàm ens ſupernaturale creatum. Si quæras rationem, cur potius ſit naturæ viribus demonſtratiuè cognoſcibile aliquod ens ſupernaturale increatum, quàm aliquod ſupernaturale creatum, facilè aſſignatur ex eo, quod aliquod ſupernaturale increatum habet ſpecialem connexionem cum naturalibus 14.

Non eſt abſurdum aliquam veritatẽ increatam eſſe naturæ lumine magis cognoſcibilẽ, quàm aliquam veritatem creatam.

Ordo naturalis, & ſupernaturalis in Deo non ſunt duo ordines, ſicuti ſunt in creatis.

effectibus, non ſic aliquid eos ſupernaturale creatum: & ratio à priori, ac vltimata eſt; quia ordo ſupernaturalis, & ordo naturalis in Deo eſt vnus, & idem; quatenùs eadem Dei perfectio ad creaturam comparata eſt ſupernaturalis, ad ipſum Deum comparata eſt oaturalis, propterea iu Deo non poteſt cognoſci aliquod naturale, quio ſimul aliquid ſupernaturale cognoſcatur, & ex creatis effectibus dum cognoſcitur v. g. ratio primæ cauſæ vt naturalis Deo, cogooſcitur eadem ratio primæ caoſæ vt ſupernaturalis creatnris. In crearis verò ordo ſupernaturalis, & naturalis ſunt omninò diſtincti, & diſparati, nec ex aliquo naturali iuferri poteſt ſupernarorale, ideò non poteſt naturæ viribus aliquod ſuperoaturale creatum demonſtratiuè cognoſci.

15\. Suppoſitâ reuelatione poteſt haberi aliqua euidentia Trinitatis lumine naturæ.

Assartvm II. Suppoſita reuelatione Trinitatis, & lumine fidei adiuuante lumen naturæ poteſt haberi aliqua euidentia ſcientifica eiuſdem Trinitatis: non ſic, ſi ſuppoſitâ reuelarione lumen naturæ non adiuuetur à lumine fidei, & iſtud ſe habeat præcisè vt excirans, non vt adiuuans in ordine ad notitiam Trinitatis lumine naturæ comparandam. Prima pars ſolùm indiget eaplicatione, ſecunda pars traditur à Theologis communiſſimè contra Henricum *quodlib.8. quæſt.14. & quodlib.12. quæſt.2.* Gerſonem *alphabeto* 13. *littera H*, & à fortiori contra Raimundum Lullum, cui aliqui adſcribunr, quod ſenſerit demonſtrabilem eſſe Trinitatem etiam uullâ reuelatione, nullâque ſupernaturali illuſtratione ſuppoſitâ, in hoc ramen vindicatur à Vaſqoio *prima parte, diſput.*133.*cap.*1. *numero* 1. aliiſqoe nonnullis, inter quos Herinca *tract.*2. *diſput.*1. *quæſt.*2. *num.* 16. hac occaſione notat parùm fidendum eſſe teſtimonio Nicolai Eymerici, ea cuius directorio plures errores *Lullo* adſcribuntur.

16\. Adiuto à lumine fidei.

Probatur, & explicatur prima pars: Suppoſitâ reuelatione, & lumine fidei adiuuante lumen naturæ, myſterium Trinitatis poteſt eſſe conclufio Theologica, ſed concluſio Theologica babet aliquam euidentiam ſcientificam, habet ſcilicer euidentiam formæ, haber inſuper euidentiam ſuorum principiornm in ſcientia ſuperiori, cui Theologia aliqualiter ſubalrernator *ex prolegomenis cap.*1. § 4. ergo ſuppoſitâ reuelatione, &c. poteſt haberi aliqua euidentis ſcientifica Trinitatis. Maior probator: Suppoſitâ reuelatione, & lumine fidei adiuuante, myſterium Trinitatis poteſt eſſe concluſio deducta per formain Syllogiſticam, & naturalem diſcurſum, aut ex duabus præmiſſis de fide, vt ſi dicatur: Dantur in diuinis Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, tanquam perſonæ conſubſtantiales; Pater, Filios, & Spiritus ſanctus, tanquam perſonæ conſubſtantiales ſunt vera Trinitas perſonarum in vna eſſentia; ergo datur in diuinis vera Trinitas perſonarum in vna eſſeotia: aut ex vnâ præmiſſâ de fide, alterâ naturaliter euidente; vt ſi dicatur datur in diuinis tres perſonalitates in intellectuali natura, ſed quot ſunt perſonalitates in Intellectuali natura tot ſunt perſonæ; ergo danrur in diuinis tres perſonæ, ſeu perſonarum Trinitas.

17\. Non ſic ab eodẽ ſolùm excitato à lumine fidei.

Probator ſecunda pars: Suppoſitâ reuelatione Trinitatis, & pura eacitatione luminis fidei babeterur lumine naturæ aliqua euidentia Trinitatis, ſi ex reuelatione Trinitatis innoteſceret aliqua ſpecialis ipſius connexio cum creatis effectibus, ſed ex reuelatione Trinitatis, & eacitatione luminis fidei non innoteſcit aliqua huiuſmodi ſpecialis connexio, quia quæcumque connexio aſſignetur in crearura comparatâ ad Deum ſub ratione effectus ad cauſam, ſolùm eſt cum prædicato aliquo eſſentiali Dei, non cum aliquo prædicato perſonali diſtinctio vnius perſonæ ab alia, alioqui daretur aliquid in crearura, quod nnn eſſet indiuiſibiliter à tota Triuitate, ſed ſpecialiùs ab vna perſona, quàm ab aliis, ergo.

18\. Dices ſuppoſitâ reuelatione Trinitatis conſtat in diuinis principium quod eſſe tres perſonas, ſed effectus creati habent ſpecialem connexionem non ſolùm com principio qoo, verùm etiam cum principio quod; ergo ſuppoſitâ reuelatione Trinitatis conſtat, & innoteſcit, ſpecialis aliqua connexio creatorum effectuum cum tribus perſonis, non verò cum ſolâ eſſentiâ, aut cum ſola omnipotentia; aut aliis huiuſmodi prædicatis habentibus ſolam rationem principij quo. Sed contra ſuppoſitâ reuelatione Trioitatis conſtat quidem in diuinis dari tria ſuppoſita, ſeu tria ſe habentia vt quod, at noo conſtat ſingula exercere rationem principij reſpectu creaturarum; & aliud eſt aliquid eſſe id quod; aliud eſt, aliquid eſſe principium quod: etiam igitur ſuppoſitâ reuelatione Trinitatis ſufficienter aſſignatur principium quod in qualibet perſona abſque aliis, & effectus creati habent quidem ſpecialem connexionem cum principio quod; at non explicant, tale principium quod eſſe omnes tres perſonas, neque poteſt ex illa connexione hoc inferri; alioqui ex connexione, quam habent ad intra cum principio quod actus generandi, & ſpirandi inferretur talea actus habere pro principio quod tres perſonas. Ratio à priori eſt, quia non ſulum in tribus; verùm etiam io ſingulis perſonis eſt tota, integra, & ſufficiens virtus productiua creaturarom. Sicuti igitur, vt exemplificat In. à S. Thoma *prima parte, quæſt.*29. *diſputatione* 14. *articulo* 3. *numero* 7. ſi ego euidenter ſcirem aliquem effectum procedere ab homine vt vidente, ſeu audiente, non tamen ex hoc præcisè potero colligere, quod procedat ab ipſo vt vidente duobus oculis, vel audiente duabus auribus; quia etiam vnus oculus ad videndum, vna auris ad audiendum ſufficit: Ita etiamſi, ſciam creaturas procedere à Deo, vt principio quod, non ſcio, vtrùm Deus exerceat tale principium quod in vna, an in tribus perſonis.

Eſt euidens creaturas habere ex parte Dei principium quod, at non eſt euidens tale principium quod eſſe tres perſonas, quam vnam, aut duas perſonas.

Probatur

Digitized by Google

19. Probatur eadem ſecunda pars negatiuè ſoluendo argumenta, quibus aduerſarij iactant naturæ lumine Trinitatem demonſtrari ſuppoſitâ ipſius reuelatione. Et quidem illicò occurrit argumentum Raymundi Lulli quod ab ipſo vocatur demonſtratio per æquiparantiam, ideſt nec à priori, nec à poſteriori, ſed ab æqualibus: poteſt tale argumentum ſic proponi. Vbicumque datur concordia bonificantis, & bonificati in actu bonificandi, dantur tria diſtincta, ſcilicet bonificans, bonificatum, & actus bonificandi; ſed in Deo datur concordia bonificantis, & bonificati in actu bonificandi, ergo in Deo dantur tria realiter diſtincta: & cùm aliunde ſit naturaliter euidens hæc tria non poſſe eſſe tres Deos; ſuppoſitâ reuelatione Trinitatis remanet naturaliter euidens illa tria eſſe tres perſonas. Minor probatur eo, quod vbicumque datur bonitas, datur actus bonificandi, & vbi datur actus bonificandi, datur bonificatum, & bonificans, & concordia; neque enim id, quod aliud bonificat poteſt ab alio diſcordare, aut è contra. Hoc argumentum nihil continet, niſi confuſas verborum ambages; & impugnatur primo examinando terminos ſic: nomine actus bonificandi vel intelligitur actus formalis; & in hoc ſenſu actus bonificandi non eſt quid diſtinctum ab ipſa bonitate, & quælibet bonitas, ſicuti eſt per ſe ipſam bona, ita eſt per ſe actus ſe ipſam bonificans, nec eſt de conceptu bonitatis bonificare formaliter aliquid à ſe realiter diſtinctum: vel intelligitur actus quaſi effectiuus, quo bonitas bonificat producendo terminum, qui quaſi effectiuè communicet propriam bonitatem, & in hoc ſenſu non eſt euidens, vbicumque datur bonitas, dari actum bonificandi, præſertim ad intra. Impugnatur ſecundò idem argumentum, quia eâdem arguendi formâ ex qualibet diuina perfectione inferretur Trinitas, & inducerentur tot Trinitates, quot ſunt in Deo perfectiones. Sic v. g. dici poſſet: Vbi datur vita, datur actus viuificandi, & conſequenter viuificans, viuificatum, & concordia iſtorum inter ſe. Vbi datur ſubſtantia, datur actus ſubſtantificandi, & conſequenter ſubſtantificans ſubſtantificatum, &c. Impugnatur tertiò; quia concordia bonificantis, & bonificati in actu bonificandi potius infert diſtinctionem bonitatum, quàm perſonarum; deinde infert ad ſummum diſtinctionem bonificantis, & bonificati ab inuicem, non diſtinctionem vtriuſque ab actu bonificandi, actus enim bonificandi ſe haberet vt origo quæ actiuè ſumpta à principio, paſſiuè ſumpta à termino, non diſtinguitur, ſicque actus bonificandi actiuè ſumptus non diſtingueretur à bonificante, paſſiuè ſumptus non diſtingueretur à bonificato.

20. Argumentũ *Lulli* continet ſolum ambages verborum.

21. Reliqua argumenta, quæ pro Trinitate demonſtranda ex naturæ principiis erui poſſunt ſic breuiter percurro. Primum ſit: in Deo ſunt actus immanentes intellectus, & voluntatis; ergo tales actus producunt ſuos terminos, Verbum ſcilicet, & amorem; filium, & Spiritum Sanctum. Secundum perfectio agentis eſt producere ſibi ſimile, perfectio naturæ eſt fœcunditas, ergo hæc perfectio agenti increato, & naturæ diuinæ ad intra concedenda eſt. Tertium de ratione ſummæ felicitatis eſt habere ſimilium perſonarum conſortium; at in Deo eſt ſumma felicitas, ergo in Deo eſt ſimilium perſonarum conſortium. Quartum: In creatis ſunt multa veſtigia, multæque ſimilitudines Trinitatis; at ex veſtigio cognoſcitur id, cuius eſt veſtigium, ex veſtigio v. g. Leonis, Leo; ex ſimilitudine res, ergo ex creaturis Trinitas. Nullum ex his argumentis ad demonſtrationem peruenit: Non primum, quia nec eſt de eſſentia actuum intellectus, & voluntatis producere terminum, nec apparet cur in diuinis debeant producere terminum ſubſtantialem, & conſubſtantialem, qui ſit perſona eiuſdem eſſentiæ cum ſuo principio. Nec tandem ſufficienter conſtat cur non in qualibet diuina perſona per tales actus aliæ perſonæ producantur, ſicque per tale argumentum eadem ratione, qua probantur tres, probantur etiam plures, quàm tres perſonæ, quo vitio probandi indefinitum perſonarum numerum laborant etiam ſecundum, & tertium argumentum, vt patet conſideranti. Non peruenit inſuper ad demonſtrationem ſecundum argumentum, quia productio ſimilis, & fœcunditas eo modo, quo naturæ lumine innoteſcunt, ſunt cum dependentia termini producti, & reali diuiſione principij fœcundi ſeparantis à ſe aliquam ſui partem in exercitio fœcunditatis. Neutrum autem iſtorum poni poteſt in diuinis. Non peruenit tertium, quia dici poteſt conſortium ad fœlicitatem requiri in perſona finita, non in perſona infinita habente in ſe, & ex ſe omne bonum. Non peruenit quartum, quia veſtigia, & ſimilitudines Trinitatis adeò imperfectam, tenuem, & diſſimilitudine plenam, tanti Myſterij ſpeciem præ ſe ferunt, vt nequeant proprio pondere trahere intellectum ad firmum aſſenſum eiuſdem Trinitatis, etiam ſuppoſitâ reuelatione: ex hac quippè ita manifeſtatur in veſtigiis illis, & ſimilitudinibus aliqua repræſentatio Trinitatis, vt ſimul manifeſtetur talis repræſentationis imperfectio, & tenuitas: repræſentatio autem valde tenuis, & imperfecta, ſolum ad tenuem, & imperfectam; non ad certum, & euidentem notitiam rei repræſentatæ poteſt deſeruire.

Reliqua argumenta Trinitatis demonſtratiua improbantur.

§. III.

Vtrùm Myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci probabiliter?

22. ASSERTVM I. Ante omnem diuinam reuelationem non poteſt naturæ lumine cognoſci probabiliter Myſterium

Ante omnē diuinam re-

ibidem addat ex parte dantis, ſeu mittentis miſsionem Spiritus Sancti, dici poſſe priorem miſſione filij, quatenus primum motiuum inclinans ad dandum, ſeu mittendum eſt amor ſpectans ad Spiritum Sanctum. Non refert, inquam, quia motiuum mittendi in miſſione parum exprimitur, & à miſſione præſertim paſſiuâ valde debiliter importatur. Prioritas igitur ſe tenens ex parte motiui in miſſione Spiritus Sancti non æquiponderat prioritati ſe tenenti ex parte proceſſionis, & effectus temporalis in miſſione filij, nec impedit, quin iſta potius, quàm illa prior dicenda ſit.

57. Miſſio filij in aliquo ſenſu diſtinguitur, in aliquo nõ diſtinguitur à miſſione Spiritus Sãcti.

Ex dictis habetur in quo ſenſu miſſio filij diſtinguatur, & in quo ſenſu non diſtinguatur à miſſione Spiritus Sancti. Si enim diſtinctio ſumatur, prout ſignificat ſeparabilitatem, & eſſe diſtinctum ab alio ſumatur pro poſſe eſſe ſine alio, non diſtinguitur miſſio filij à miſſione Spiritus Sancti, quia vt probatum eſt miſſio filij (ſubintellige ſemper inuiſibilis) non poteſt eſſe ſine miſſione Spiritus Sancti, non eſt ab iſta ſeparabilis. Si verò diſtinctio ſumatur, prout ſignificat diuerſitatem, & eſſe diſtinctum ab alio ſumatur pro non eſſe aliud (vbi aduerte obiter differre plurimum inter ſe *non eſſe aliud: eſſe ſine alio*) miſſio filij, & miſſio Spiritus Sancti ex parte illius, quod principaliter important, ſcilicet ex parte proceſſionis, diſtinguuntur ſimpliciter, quia proceſſio filij eſt ſimpliciter alia à proceſſione Spiritus Sancti: ex parte illius, quod minus principaliter important, ſcilicet ex parte effectus temporalis diſtinguuntur appropriatè, non propriè; quia licet propriè eadem dona vtrique miſſioni reſpondeant, dona tamen appropriatè reſpondentia, ſeu appropriata miſſioni filij, ſunt diſtincta, & realia à donis appropriatè reſpondentibus, ſeu appropriatis Miſſioni Spiritus Sancti.

Simpliciter tamen, & abſolutè melius dicitur diſtingui.

Porrò ſimpliciter, & abſolutè melius dicitur miſſio vnius Perſonæ diſtincta, quàm non diſtincta à miſſione alterius, quia ex vna parte diſtinctum frequentius vſurpatur ad ſignificandum, id quod non eſt aliud, quam ad ſignificandum id, quod eſt ſine alio, ſeu ad ſignificandum id, quod non eſt identificatum, quàm ad ſignificandum id, quod non eſt connexum. Ex alia parte proceſſio, ſecundùm quam vna miſſio non eſt alia, ſeu non identificatur alteri per nos eſt ratio potiſſima miſſionis, & à miſſione principalius importata, à qua propterea potiùs, quàm à ratione effectus temporalis attendenda eſt in miſſione diſtinctio, vel non diſtinctio.

§. VII.

Quomodo differant reſpectu diuinarum perſonarum mitti, apparere, venire, donari?

58. Mitti in diuinis eſt prædicatum notionale.

ASSERTVM: Enumerata prædicata reſpectu diuinarum perſonarum differunt potiſſimum in eo, quod mitti eſt prædicatum notionale, reliqua ſunt prædicata eſſentialia; ſaltem ſimpliciter, & abſolutè vſurpata, quod dixerim propter donati, de quo infrà.

Probatur, & quidem quod mitti ſit prædicatum notionale conſtat ex ſupradictis tum §. 5. vbi traditum eſt mitti non eſſe prædicatum commune omnibus diuinis perſonis, & neque etiam impropriè Patri conuenire, tum §. 1. vbi explicatum eſt miſſionem principaliter, & in recto importare proceſſionem, quæ idem eſt, ac notio. Nec refert, quod miſſio importet etiam habitudinem ad terminum temporalem, quæ eſſentialis eſt. Non refert, inquam, quia denominatio debet deſumi potiùs ab eo, quod importatur magis principaliter, & in recto, quàm ab eo, quod importatur minus principaliter, & in obliquo. Neque nos aſſerendo miſſionem eſſe prædicatum notionale, intendimus, quod ſit purè tale, adeò vt nihil prorſus eſſentiale admittat, ſed ſolum intendimus notionale denominandum eſſe potiùs, quàm eſſentiale, quod ſufficit ad præſens inſtitutum, ad diſcrimen ſcilicet aſſertum inter mitti, & reliqua prædicata, vt mox conſtabit ex ipſorum explicatione, quam ſubiicio.

59. Apparere diuinam perſonam quid ſit.

Apparere reſpectu diuinarum perſonarum nihil aliud eſt, quàm per ſubiectam creaturam corporali ſpecie, ſiue ſimilitudine mortalibus ſenſibus ſignificationem ſui dare Auguſtinus *in fine libri ſecundi de Trinitate*. Et quidem ſi huiuſmodi corporalis ſpecies, ſiue ſimilitudo ſit vera, & realis, eſt etiam vera, & realis apparitio: Si imaginaria, imaginaria eſt etiam apparitio (Hanc D. Thomas *in primo diſt. 16. quæſt. 1. art. 3. ad 1.* vult reuelationem dici debere potius, quàm apparitionem) vtraque cuilibet diuinæ perſonæ conuenit, quælibet ſcilicet diuina perſona poteſt tum verè, tum imaginariè apparere, & de perſona Patris, de qua ſola poſſet eſſe aliqualis ratio dubitandi, Auguſtinus *libro præcitato, cap. 17.* expreſſè ait, *quod nimis temerarium eſt dicere Deum Patrem nunquam Patribus, aut Prophetis per aliquas viſibiles formas apparuiſſe*, & contra eos, qui tribuerent perſonæ patris apparitionem imaginariam tantùm, non realem

Conuenit etiam perſonæ patris.

addit *ſequenti cap. 18. An qui formare ſimilitudinem corporis poteſt ad ſe ſignificandum per viſa ſomniantium, non poteſt formare ipſam corpoream creaturam ad ſe ſignificandum oculis vigilantium, &c. Vnde nemo ſani ca-*

pitis

Digitized by Google

pitis affirmare debet nuſquam Perſonam Patris per aliquam ſpeciem corporalem vigilantium, oculis demonſtratam. Ex his ſatis conſtat apparere in diuinis eſſe prædicatum eſſentiale cuilibet diuinæ perſonæ, & toti Trinitati commune, & magis adhuc conſtare id poteſt percurrendo diuinas apparitiones, quas factas didicimus ex Sacris litteris *Geneſis* 18. *&* 32. *Exod.* 3. *&* 20. Iſa. 6. Danielis 3. *&* 7. *Apocal.* 1. &c. Rectè igitur aſſertum eſt mitti differre ab apparere in eo, quod illud ſit prædicatum notionale, iſtud eſſentiale, quod quidem diſcrimen aſſignatur tanquam potiſſimum, non tanquam vnicum:

Eſt prædicatum eſſentiale.

60\. Differt à miſſione etiam ex parte effectus temporalis.

aſſignari enim poteſt etiam ex parte eius, quod in miſſione eſt eſſentiale, ſcilicet ex parte effectus temporalis diſcrimen inter mitti, & apparere. Miſſio quippè diuinæ perſonæ ex conceptu ſuo importat ſanctificationem creaturæ rationalis, non ſic apparitio: Vnde D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 43. *artic.* 7. *ad* 6. ait: *Fuerunt autem factæ viſibiles apparitiones diuinarum perſonarum Patribus veteris Teſtamenti: Quæ quidem miſſiones viſibiles dici non poſſunt, quia non fuerunt factæ ad deſignandum inhabitationem diuinæ perſonæ per gratiam, ſed ad aliquid aliud manifeſtandum.*

Item ex parte rei ſenſibilis in qua fit.

Aſſignari inſuper poteſt inter mitti, & apparere diſcrimen ex parte rei ſenſibilis, in qua tum viſibilis miſſio, tum apparitio fit, nam reſpectu miſſionis talis res eſt res corporea vera, & realis, alioqui miſſio non eſſet verè, & realiter viſibilis, ſeu ſenſibilis: reſpectu apparitionis talis res aliquando eſt ſolum apparens, & imaginaria, cum apparitio diuinarum perſonarum in realem, & imaginariam diuidatur. Ex hoc multiplici diſcrimine apparitionis, & miſſionis facilè infertur plura requiri ad miſſionem viſibilem, quam ad apparitionem.

Latiùs patet, quam viſibiliter mitti.

Nec video, in quo ſenſu Arriaga *prima parte, diſputation.* 55. *ſect.* 4. *num.* 11. dicat omnem apparitionem vocari miſſionem, cum potius è contra omnia quidem miſſio viſibilis dici poſſit apparitio, nullatenus verò omnis apparitio dici poſſit miſſio, vt euincunt apparitiones, factæ patribus veteris teſtamenti, quæ miſſiones dici non poſſunt, vt tum mox in præcitatis D. Thomæ verbis, tum *ſuperiori* §. 3. attigimus, & colligitur etiam ex eo, quod in definitione miſſionis ab aliquibus ponitur apparitio, tanquam genus.

61\. Venire diuinam perſonā quid ſit.

Venire reſpectu diuinarum perſonarum nihil aliud eſt, quam ipſas ſe conſtituere in re aliqua ſpeciali modo præſentes, ſpecialemque præſentiam acquirere diuerſam à præſentia immenſitatis: in quo ſicuti nulla relucet habitudo ad alium, à quo ſit perſona, quæ venire dicitur, ita nihil relucet ſpectans ad originem vnius perſonæ ab alia, nihil apparet notionale. Venire igitur eſſentiale eſt, & commune tum cuilibet diuinæ perſonæ, tum toti Trinitati: Vnde de omnibus diuinis perſonis intelligitur illud Io. 14. *Veniemus, & manſionem apud eum facie-*

mm Neque exiſtimandum eſt repugnare, quod eadem perſona veniat ſimul, & mittatur, & per conſequens de ſolo patre, qui non mittitur dici poſſe, quod veniat: de filio autem, & Spiritu Sancto, qui mittuntur dici non poſſe, quod veniant. Exiſtimandum, inquam, id non eſt, quia id, quod mittitur, non venire ad ſummum verificatur de eo, quod mittitur miſſione inferente omnimodam neceſſitatem, aut etiam violentiam, quomodo ſagitta impropriè dicitur venire in ſcopum, in quem mittitur. Cæterùm in miſſione, in qua perſona miſſa habet circa terminum, ad quem mittitur, omnimodam libertatem, ſicuti ad talem terminum perſona miſſa quodammodo ex ſe ipſa ſe mouet ſe in tali termino ex propria libertate conſtituendo; ita rectè, propriéque dicitur ad talem terminum venire, licet mittatur: Sed ſic eſt, quod filius, & Spiritus Sanctus, ita mittuntur à perſona, à qua procedunt, vt liberè omninò ſe conſtituant in termino temporali, ad quem mittuntur, ergo nulla eſt ratio ſuſpicandi, quod filius & Spiritus Sanctus, mittantur ſolum non veniant. Minor probatur ex eo, quod libertas ad extra eſt prædicatum eſſentiale omnibus diuinis perſonis; & intolerabilis eſt opinio nonnullorum, quorum ſuppreſſo nomine meminit Lugus *prima parte, lib.* 2. *diſp.* 24. *cap.* 1. *num.* 12. volentium determinari Filium à Patre, & Spiritum Sanctum ab vtroque ex vi proceſſionis ad omnia libera decreta, nec indifferentes remanere ad vtrumlibet, nec aliter exiſtimantium veram rationem miſſionis in illis poſſe conſiſtere. Stat igitur omnes diuinas perſonas venire, eas etiam, quæ mittuntur, & per conſequens differre mitti à venire in eo, quod illud ſit prædicatum notionale, iſtud eſſentiale in diuinis, vt aſſertum eſt.

Conuenit etiam perſonis, quæ mittuntur.

Eſt prædicatum eſſentiale.

62\. Donari diuinam perſonam, quid ſit.

Donari reſpectu diuinarum perſonarum eſt ipſas liberaliter communicari creaturis per gratiam ad vſum, vel per gloriam ad fruitionem, & licet ſecundùm aliquam ſpecialem ſignificationem donari importet originem à donante, & in diuinis aut notionaliter, aut perſonaliter ſumi poſſit. Nihilominus ſimpliciter, & abſolutè donari ex conceptu ſuo ſolùm ſignificat liberalem communicationem diuinæ perſonæ à quocumque fiat talis communicatio, ſicque donari in diuinis eſſentiale eſt, & quælibet perſona etiam à ſe ipſa donari poteſt. Rectè igitur aſſertum eſt mitti differre à donari in eo, quod illud ſit prædicatum notionale, iſtud eſſentiale, pro quo recolantur quæ dicta ſunt *lib. ſuperiori, cap.* 4. §. 2. vbi quod circa donari mox attigi plenius elucidatur. Porrò ex eo, quod donari reſpectu diuinarum perſonarum ſit prædicatum eſſentiale, facilè conſtat donari latiùs patere quàm mitti, & dici non poſſe quod mittatur omnis perſona, quæ donatur, benè tamen, quod donetur omnis perſona, quæ mittitur. Sic miſſio aliquando vocatur in Scripturis donatio, & eaſdem per-

Eſt prædicatum eſſentiale.

Latiùs patet, quàm mitti.

ſonas , quas Scriptura exprimit mitti, exprimit etiam donari : de filio v. g. de quo ad Galat. 4. habetur : *Miſit Deus filium ſuum* , Iſa. 9. habetur *Filius datus eſt nobis*, de Spiritu Sancto de quo *eodem cap. ad Galat.* habetur: *Miſit ſpiritum filij ſui.* Rom. 5. habetur : *Per Spiritum Sanctum , qui datus eſt nobis*. Eodem modo , quo ſe habet donari ad mitti, ſe habet donare ad mittere : dici ſcilicet non poteſt , quod mittat omnis perſona , quæ donat ; bene tamen , quod donet omnis perſona, quæ mittit : & Pater v. g. dum filium mittit , etiam filium donat , Spiritus Sanctus dum ſe ipſum donat, ſe ipſum non mittit : Vnde etiam fit , quod Spiritus Sanctus quamvis rectè dicatur tum miſſus , tum datus ; non tamen rectè dicatur miſſus ab ea omni perſona à qua dicitur datus , nam datus dici poteſt à tota Trinitate , miſſus ſolum à patre , & filio : Filius ſimiliter dici poteſt datus à totâ Trinitate miſſus (loquendo de miſſione propria)

Sicut ſe habet donari ad mitti, ita donare ad mittere.

63. ſolùm à patre.

Dubitatur hic : Vtrùm ſicuti Spiritus Sanctus ſe ipſum dat , quamvis ſe ipſum non mittat , ita de creatura dici non poſſit , quod Spiritum Sanctum det , quamvis de eadem dici non poſſit , quod Spiritum Sanctum mittat. Ratio dubitandi eſt , quia auctoritas , & actiua productio , defectu cuius creatura non poteſt Spiritum Sanctum mittere , ita requiritur ad Spiritum Sanctum mittendum , vt non requiratur ad eundem donandum , alioqui neque ipſemet Spiritus Sanctus poſſet ſe donare. Reſpondetur cum Syluio *prima parte , quæſt.* 43. *art.* 8 *conc.* 3. & Eſtio *in* 1. *diſt.* 14. §. 5. donare poſſe ſumi quadrupliciter. Primo quatenus ſignificat transferre rem aliquam à Dominio proprio in dominium alterius : Secundò quatenus ſignificat communicare rem aliquam alteri liberaliter propriâ virtute. Tertiò quatenus ſignificat eandem communicare impetratoriè , aut meritoriè. Quartò quatenus ſignificat eandem communicare miniſterialiter , & inſtrumentaliter. Primo modo Spiritus Sanctus eſt omnimodè indonabilis. Secundo modo eſt ſolum donabilis à ſe ipſo, & aliis perſonis diuinis. Tertio modo poſſunt ipſum donare homines iuſti , & Sancti. Quarto modo poſſunt ipſum donare etiam peccatores Sacramentorum Miniſtri. Portò hiſce modis licet dicatur ſpecialiter donari Spiritus Sanctus , quia ipſi appropriatur ratio doni , imo in aliquo ſenſu donum eſt nomen perſonale , & Spiritui Sancto proprium , nedum appropriatum ; in re tamen quoties Spiritus Sanctus donatur , donatur tota Trinitas , quia eadem ratione , qua ex *ſuperiori* §.6. nequit vna perſona ſine aliâ, inuiſibiliter mitti , nequit vna ſine aliâ donari.

In quo ſenſu homines poſſint Spiritum Sanctum donare.

CAPVT III.

De circuminſeſſione diuinarum Perſonarum.

QVOD à Latinis circuminſeſſio, vel circumince ſsio dicitur , à Græcis noncupatur *Perichoreſis* , & nihil aliud ſignificat, quàm mutuam exiſtentiam , ſeu inſidentiam vnius rei in alia. Huius circuminſeſsionis, ſeu perichoreſis plura exempla proferri poſſunt in creatis. Sic dici poteſt circuminſeſsio logica illa , qua ſecundùm Dialecticos ſpecies in genere , & genus in ſpecie eſt : Dici poteſt circuminſeſsio phyſica illa, qua vel ſupernaturaliter plura corpora in eodem loco , vel naturaliter plura accidentia in eodem ſubiecto , putà plura lumina in eodem aëre penetrata ſibi inuicem inſunt : Dici poteſt circuminſeſsio amicabilis illa , qua iuſtus in Deo , & Deus in iuſto eſt , 1. Ioan. 4. *Qui manet in Charitate , in Deo manet , & Deus in eo*. Dici poteſt circuminſeſsio Sacramentalis illa, quam Hilarius *li.* 8. *de Trinitate* , conſtituit (conformiter ad id, quod habetur Io. 6. *Qui manducat meam carnem , & bibit meum ſanguinem , in me manet , & ego in illo*) inter ſumentes Euchariſtiam , & Chriſtum , qui efficiuntur cum Chriſto vna caro, & ratione talis vnitatis ipſi manent in Chriſto , & in ipſis manet Chriſtus. Tandem dici poteſt circuminſeſsio hypoſtatica illa , quam Damaſcenus *lib.* 3. *fidei , cap.* 5. 6. 7. *& lib.* 4. *cap.* 20. collocat inter duas Chriſti naturas diuinam , & humanam , quæ ſe inuicem abſque confuſione immeant , vt idem Damaſcenus loquitur. Verùm nec vlla ex his , nec vlla alia excogitabilis circuminſeſsio aſſequitur perfectionem circuminſeſsionis , ſeu perichoreſeos conuenientis diuinis perſonis inter ſe ; hæc quippè ſola in numerica naturæ vnitate , identitate , & conſubſtantialitate fundatur ; cum ex reliquis enumeratis , Prima fundetur tantùm in vnitate rationis , non reali ; Secunda in vnitate loci ; Tertia in vnitate ſubiecti ; Quarta in vnitate charitatis ; Quinta in vnitate ſpecifica carnis ; Sexta in vnitate perſonæ abſque identitate , & conſubſtantialitate vtriuſque naturæ cum ipſa. Circuminſeſsionem igitur omnium maximam , omnium perfectiſsimam exhibemus ſub propoſito titulo de circuminſeſsione diuinarum Perſonarum. Huius explicationem explicationi miſsionis libenter ſubiicio , non ſolùm, vt ſeruetur regula ſimul tractãdi de oppoſitis , cuiuſmodi videntur eſſe in diuinis circuminſeſsio, & miſsio ; verùm etiam , vt coniungendo exitum à miſsione ſignificatum cum inexiſtentia ſignificata per circuminſeſsionem magis appareat inſignis vtriuſque prærogatiua , ſecundùm quam nec exitus facit vnam perſonam ab alia diſtare ; quia , vt ait D. Thomas *prima parte*,

Circuminſeſſionis multa exempla.

Circuminſeſſio omnium maxima eſt illa diuinarum perſonarum inter ſe.

Quomodo cum miſſione circuminſeſſio cohæreat.

parte, quaſtione 42. articul. 5. ad 2. Eſt ſecundùm modum proceſſionis interioris, & ſecundùm ſolam diſtinctionem relationum, non ſecundùm eſſentialem aliquam diſtantiam. Nec inexiſtentia facit vnam perſonam cum alia commiſceri, ſeu confundi, quia non violat in perſonis relatiuam oppoſitionem, aut realem diſtinctionem, & ſicuti ait Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 11. Perſonæ aliæ in aliis ſunt, non vt inter ſe confundantur, ſed vt cohæreant.* Quæ omnia ex ſequentibus innoteſcent. Ideò ſit

§. I.

Quid ſit circuminſeſſio in diuinis, & an detur?

1. Circominſeſſio in diuinis quid. ASSERTVM I. Circuminſeſſio in diuinis eſt ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto mutua, & intima præſentialitas ratione eiuſdem naturæ numero. Colligitur hæc definitio ex Scoto *in 1. diſtinct. 19. quæſt. 2. §. quantum ergo*, & ex D. Hilario *lib. 7. de Trinitate, cap. 6.*

Probatur, & explicatur: Dicitur *mutua, & intima præſentialitas*, quibus particulis locum quaſi generis tenentibus conuenit circuminſeſſio in diuinis cum aliis circuminſeſſionibus, quarum exempla præmiſimus. Dicitur *ſubſiſtentis in ſubſiſtente*, quibus particulis non ſolùm diſtinguitur circuminſeſſio diuinarum perſonarum à pluribus circuminſeſſionibus, quæ inter res creatas ſubſiſtentes poſſunt aſſignari, verum etiam indicatur nec attributa in perſonis, nec perſonas in attributis eſſe per circuminſeſſionem. Dicitur *realiter diſtincto* vt exprimatur circuminſeſſionem in diuinis ſolùm exerceri in vna perſona reſpectu alterius, adeò vt quamvis eſſentia diuina, vt præciſa à perſonis ſit ſubſiſtens *ex lib. ſuperiori, cap. 1. §. 9.* tamen quia non eſt ſubſiſtens realiter diſtinctum à perſonis, nec ipſa ſit in perſonis nec perſonæ ſint in ipſa per circuminſeſſionem; eâdem de cauſâ Patri, aut alicui alij perſonæ reſpectu ſui ipſius circuminſeſſio non conuenit. Dicitur *ratione eiuſdem naturæ numero*, quibus particulis continetur tum excellentia circuminſeſſionis diuinarum perſonarum ſupra quamlibet aliam circuminſeſſionem, quemadmodum in huius capitis limine expoſitum eſt; tum ratio potiſſima mutuæ præſentialitatis cuiuſlibet diuinæ perſonæ in aliâ, quam quidem potiſſimam rationem eſſe vnitatem numericam, & identitatem eſſentiæ *in ſequenti §.* ex profeſſo ſtatuetur.

3. De fide eſt dari circuminſeſſionem diuinarum perſonarũ. ASSERTVM II. Verè datur Circuminſeſſio diuinarum perſonarũ. Eſt veritas fidei, quam tradunt Theologi omnes cum Magiſtro *in 1. diſtinct. 19.* & D. Thoma *tum eadem diſtinct. tum prima parte, quæſt. 42. artic. 5.* Referri poſſunt contra hanc fidei veritatem tum in vniuerſum illi omnes, qui negant in diuinis perſonarum aut pluralitatem, aut conſubſtantialitatem, tum ſpecialiter ex Auguſtino *hæreſi 58.* hæretici quidam dicti *Metangiſmonitæ*, Latinè quaſi *Transfuſantes*, qui finxerunt filium eſſe in Patre velut vas minus in maiore.

Probatur: Verè datur mutua, & intima præſentialitas diuinarum perſonarum, quæ eſt ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto ratione eiuſdem naturæ numero, ergò verè datur circuminſeſſio diuinarum perſonarum. Conſequentia patet ex ſupra aſſertâ definitione circuminſeſſionis. Anteecedens quoad ly *eiuſdem naturæ numero* probabitur *in §. ſequenti*; quoad ly *ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto* euincitur ex eo, quod quælibet diuina perſona eſt ſubſiſtens realiter diſtinctum ab aliâ; quoad ly *datur mutua, & intima præſentialitas* probatur ex Scriptura teſtimonio ipſiuſmet Chriſti Domini, qui *Io. 10.* ait ad Iudæos, *vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre. Io. 14.* ait ad Philippum, *non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt. Io. 17.* ait ad Patrem. *Sicut tu Pater in me, & ego in te*, & licet hiſce in locis ſolùm exprimatur mutua in ſe inuicem præſentialitas Patris, & filij; idem ſentiendum eſt de Spiritu ſancto, cum de ipſo militet eadem ratio, vnde etiam id de omnibus perſonis ſingillatim enoneiant Sancti Patres, Fulgentius *lib. 1. de Fide ad Petrum, cap. 1. Per hanc vnitatem naturalem totus Pater in filio, & Spiritu ſancto eſt; totus filius in Patre, & Spiritu ſancto eſt; totus quoque Spiritus Sanctus in Patre, & filio.* Damaſcenus *lib. 1. fidei, cap. 10. Tres perſonas inuicem in ſe eſſe dicimus, ne Deorum copiam, ac turbam inducamus.* Auguſtinus *lib. 9. de Trinitate in fine: Singula ſunt in ſingulis, & omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia.* Neque tot auctoritatum efficaciam vllo modo retundit, quod habetur Io. 1. *Verbum erat apud Deum.* Non retundit inquam, quia quod apud alterum eſt ratione diſtinctionis in perſona, non ratione diſtinctionis in natura, optimè poteſt eſſe in eo, apud quod eſt; cum igitur Verbum apud Deum ſit (Deus hic ſumitur pro Patre) ſolùm ratione diſtinctionis in perſona, optimè poteſt ſimul in Deo, ſeu in Patre eſſe ratione identitatis in naturâ vnâ numero.

Dubitatur hic obiter; vtrum ſicuti rectè dicitur Verbum erat apud Deum, ſeu filius apud Patrem, ita rectè dici poſſit, Deus erat apud Verbum, ſeu Pater apud filium, & conſequenter perſonæ diuinæ non ſolùm ſint in ſe inuicem, verùm etiam apud ſe inuicem? Reſpondetur negatiuè, non ſolùm quia talis modus loquendi inauditus eſt, nulloque Scripturæ, aut Patrum fundamento ſuffultus, verùm etiam, quia, vt vnum apud alterum ſit vltra diſtinctionem vnius ab altero, ex quo capite non minùs conuenitet Patri eſſe apud filium, quàn eſſe apud Patrem, requiritur ſubauct[illegible] vnius perſonæ reſpectu alterius, & quia in diuinis ſub auctoritate alterius nõ eſt, niſi perſona, quæ ab 4. Filius in diuinis rectè dicitur eſſe apud Patrẽ. Non ſic Pater apud filium, perſonæ apud ſe inuicem.

Digitized by Google

ab alia procedit, requiritur proceſsio vnius Perſonæ ab altera. Cum igitur filius à Patre procedat, & patrem habeat auctorem, non è contra, ſequitur, &c. Colligitur hoc totum ex D. Thoma *in comment. ſuper Ioannem*, vbi ait: *Verbum erat apud Deum, vt apud auctorem*, & ex Tertulliano *libro contra Praxeam, cap.* 15. dicente: *Sermo in principio apud Deum Patrem, non pater apud ſermonem: nam, & ſi Deus ſermo, ſed apud Deum; quia ex Deo Deus; quia cum patre, apud patrem.*

---

§. II.

Vtrùm diuina eſſentia ſit vnica, aut ſaltem potiſſima ratio circuminſeſſionis, diuinarum perſonarum?

5. *Diuina eſſētia eſt potiſſima, non vnica ratio circuminſeſſionis.*

ASSERTVM: Diuina eſſentia eſt potiſsima, non tamen vnica ratio circuminſeſsionis diuinarum perſonarum. Prima pars videtur eſſe contra Scotum *in primo, diſtinct.* 19. *quæſtion.* 2. §. *quantum ad ſecundum*, docentem rationem circuminſeſſionis eſſe eſſentiam, & relationem ſimul, nihilominus, quia Scotus nihil aliud intendit, quàm ad circuminſeſsionem requiri diſtinctionem perſonarum ex relatione conſurgentem, in re non eſt contrarius poſito aſſerto, quo volumus quidem diuinam eſſentiam eſſe rationem potiſsimam circuminſeſsionis, at non negamus ſimul requiri aut tanquam conditionem præſuppoſitam, aut tanquam rationem minus principalem perſonarum diſtinctionem, & relationem. Si quæ igitur eſt in præſenti cum Scoto diſſenſio tota reſoluitur in modum loquendi & vocale diſsidium. Secunda pars eſt contra Aureolum *in* 1. *diſt.* 19. *a.* 3. Durandum *eadem diſt. art.* 3. Henricum *in ſumma, art.* 53. *q.* 3. alioſque nonnullos volentes diuinam eſſentiam eſſe vnicam, nedum potiſsimam rationem circuminſeſsionis. Vtramque aſſerti partem tradunt D. Thomas *in* 1. *diſt.* 19. *quæſt.* 3. *art.* 2. *prima parte, quæſt.* 42. *art.* 5. & vltra Thomiſtas communiter Eſtius *eadem diſt.* 19. §. 2. Syluius *eodem art.* 5. Aureſa *eadem quæſt.* 42. *ſect.* 3. Lugus *lib.* 2. *diſp.* 23. *cap.* 2. Herincx *tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſtion.* 5. *num.* 39. *&c.*

6. *Intelligendo nomine diuinæ eſſentiæ numericam vnitatē, & identitatē ipſius cum perſonis diſtinctis.*

Probatur prima pars: Diuina eſſentia (ſubintellige quatenus eſt vna numero identificata cum tribus perſonis, quod eſt idem ac dicere diuinæ eſſentiæ numerica vnitas, & identitas cum perſonis diſtinctis) eſt potiſſima ratio, cur diuinæ perſonæ intimè ſint in ſe inuicem, ergo diuina eſſentia eſt potiſsima ratio circuminſeſsionis. Antecedens probatur primo *ex Io.* 10. vbi Chriſtus Dominus quaſi præmittens rationem mutuæ inexiſtentiæ ſui, & Patris paulò ante verba illa *Pater in me eſt, & ego in Patre*, dixit, *ego, & Pater vnum ſumus.* Secundò ex ſuprà relatis auctoritatibus Fulgentij, & Damaſceni: nam Fulgentius aſſignat pro ratione circuminſeſsionis vnitatem naturæ verbis illis, *Per hanc vnitatem naturalem:* Damaſcenus eandem vnam Deitatem pro ratione circuminſeſsionis inſinuat verbis illis: *Ne Deorum copiam, ac turbam inducamus.* Tertiò ratione, in eo omni in quo eſt diuina eſſentia eſt quælibet perſona identificata cum tali eſſentia; Neque enim perſona poteſt deſerere naturam, ſeu eſſentiam ſibi identificatam, ergo ex tribus diuinis perſonis quælibet eſt in qualibet, ſi diuina eſſentia eadem numero cum tribus diuinis perſonis identificatur, ergo diuina eſſentia, ſeu diuinæ eſſentiæ vnitas numerica, & identitas cum tribus perſonis eſt potiſsima ratio circominſeſsionis, & mutuæ præſentialitatis ipſarum in ſe inuicem. 7.

Duo hic occurrunt obſeruanda: Primum eſt non inferri circuminſeſsionē, & exiſtentiam vnius perſonæ in alia præciſè ex eo, quod quælibet perſona identificetur cum eſſentia. Enimverò ex eo, quod duo præciſè identificentur cum tertio probatur quod vnum ſit idem cum alio potiùs, quàm, quod vnum ſit in alio: infertur igitur exiſtentia vnius perſonæ in alia ex eo, quod quælibet perſona identificetur cum eſſentia retinendo realem diſtinctionem ab alia perſona, eo quod eſſentia ita ſit vna numero, vt ſit ſimul communis tribus. Notat hoc Caietanus *prima parte, quæſt.* 42. *art.* 5. ſuper verba illa D. Thomæ *in eodem articulo ſecundùm eſſentiam Pater eſt in filio, quia Pater eſt ſua eſſentia, & communicat ſuam eſſentiam filio*, vbi per ly *Pater eſt ſua eſſentia*, importatur Perſonam identificari cum eſſentia; per ly, *& communicat ſuam eſſentiam filio*, importatur eandem eſſentiam eſſe in pluribus, eſſe vnam numero, & communem multis. Secundum eſt ex eo, quod intima duorum præſentialitas ſaluari poſsit abſque identitate eſſentiæ non rectè inferre Aureolum *in* 1. *diſt.* 19. *art.* 1. §. *ideo dixerunt*, quod circuminſeſsio in diuinis appellanda non ſit intima præſentialitas. Enimverò ex vna parte intima præſentialitas, quamvis abſque identitate eſſentiæ eſſe poſsit, talem tamen identitatem non excludit, ideo cum ab eſſentiæ identitate, & non identitate præſcindat, rectè ponitur in definitione circuminſeſsionis diuinæ, tanquam conceptus quaſi genericus, in quo circuminſeſsio diuina habens identitatem eſſentiæ conueniat cum circuminſeſsione creata non habente talem identitatem. Ex alia parte dicere cum Aureolo quod in diuinis circuminſeſsio ſit identitas, & quod per circominſeſsionem vna perſona ſit in alia identitatiuè eſt explicare identitatē perſonarum in tertio potiùs, quàm exiſtentiam ipſarum in ſe inuicem: & inſuper ponere vnicam rationem circuminſeſsionis ſitam in identitate eſſentiæ, quod falſum eſſe mox oſtendo, probando ſecundam partem ſuperioris aſſerti.

8. *Circuminſeſſio, in diuinis melius dicitur præſentialitas.*

Probatur

Digitized by Google

Probatur ſecunda pars: Aſſignari poteſt aliqua ratio circuminſeſſionis, & exiſtentiæ perſonarum in ſe inuicem præter diuinam eſſentiam, ergo diuina eſſentia non eſt vnica ratio circuminſeſſionis diuinarum perſonarum. Antecedens probatur quia

Secūda ratio circuminſeſſionis eſſe poteſt origo immanens.

Aſſignari poteſt primò pro ratione circuminſeſſionis diuinarum perſonarum origo, quæ cum ſit productio immanens in diuinis, infert exiſtentiam termini producti in principio producente, nimirom filij in Patre; ſicut in creatis Verbum eſt in dicente, Spiritus ſancti in Patre, & filio; ſicuti in creatis Amor eſt in amante. Neque dicas hoc modo non probari inexiſtentiam mutuam, cum præſertim in creatis ratione actionis immanentis terminus productus ſit quidem in principio producente, at non principium producens in termino producto. Contra enim, quamvis actio, ſeu productio immanens ex genere ſuo non inferat mutuam inexiſtentiam principij producentis, & termini producti, quando tamen productio immanens talis eſt, vt terminus productus ſit ſubſiſtens & in ſuo principio tanquam in alio ſubſiſtente exiſtat, verè infert mutuam inexiſtentiam, quia vnum ſubſiſtens in alio ſubſiſtente non poteſt exiſtere, niſi etiam hoc aliud ſubſiſtens in illo vno ſubſiſtente exiſtat. Cum igitur productio immanens diuina verſetur inter principium ſubſiſtens, & terminum ſubſiſtentem, ex ipsâ rectè infertur exiſtentia non ſolùm termini in principio, verùm etiam principij in termino, & quod in actionibus immanentibus creatis terminus non habeat in ſe principium, à quo producitur, oritur ex eo, quod terminus eſt in principio per inhæſionem. Aliam rationem cur ex vi originis in diuinis non ſolùm terminus productus ſit in principio producente, verùm etiam principium producens ſit in termino producto, Pater ſcilicet in filio, Pater, & Filius in Spiritu ſancto, indicat Sanctus Doctor *prima parte, quæſtione 42. articul. 5. in C.* illis verbis: *Id etiam, quod verbo dicitur, in verbo continetur, & eadem ratio eſt de Spiritu ſancto.* Verùm ex his verbis, aut ſolùm infertur exiſtentia intentionalis Patris in Verbo, & exiſtentia affectiua Patris, & filij in Spiritu ſancto; aut non tam aſſignatur alia ratio mutuæ inexiſtentiæ ex vi originis, quàm noua radix, ſeu noua ratio mutuæ inexiſtentiæ ſimpliciter, & independenter ab origine; ſicque ex hoc capite

10\. *Tertia ratio circuminſeſſionis eſſe poteſt dilectio, & cognitio perfectiſſima.*

Aſſignari poteſt ſecundò pro ratione circuminſeſſionis diuinarum perſonarum Amor perfectiſſimus, quo ſe diuinæ perſonæ mutuò amant, (dico Amor, quo ſe diuinæ perſonæ mutuò amant, potiùs quàm amor mutuus propter doctrinam poſitam *in tract. ſuperiori cap. 2. §. 3. aſſert. 2.*) cognitio perfectiſſima, qua ſe diuinæ perſonæ mutuò cognoſcunt, cum enim *ex cap. præcedente §. 4. aſſert. 4.* Amicitia perfecta ex genere ſuo poſtulet præſentiam, etiam entitatiuam amantis in amato, ex eo, quod perſonæ diuinæ mutuò ſe perfectè ament, ſequitur, quod in ſe inuicem realiter, & entitatiuè exiſtant. Cum item cognitio connaturaliùs habeatur per præſentiam entitatiuam obiecti, quàm per præſentiam purè intentionalem; imò cognitio, quæ experimentalis ſit, præſentiam entitatiuam neceſſariò requirat, ex eo quod quælibet perſona diuina cognoſcat aliam perfectiſſimè, adeóque maximè connaturaliter, & etiam experimentaliter, quia cognitio experimentalis obiecti, præſertim dilecti, dulciſſima eſt, ac ſuauiſſima, & conſequenter ſpectans ad prærogatiuam perfectiſſimæ cognitionis: ex eo inquam, quod quælibet perſona diuina cognoſcat aliam perfectiſſimè, ſequitur, quod quælibet habeat aliam in ſe realiter exiſtentē, & entitatiuè præſentem.

11\. *Quarta ratio circuminſeſſionis eſſe poteſt mutua relatio.*

Aſſignari ſolet tertiò pro ratione circuminſeſſionis diuinarum perſonarum relatio propter verba D. Thomæ *prima parte, quæſtione 42. articul. 5. in C.* dicentis: *Secundùm etiam relationes manifeſtum eſt, quod vnum relatiuum eſt in altero ſecundùm intellectum.* Verùm quia de relationibus dici ſolet, quòd ſint ſimul cognitione, non entitate. Recentiores magis communiter arbitrantur ex vi relationum ſolùm deduci, quod vna diuina perſona in alia cognoſcatur, & in alia exiſtat quoad cognoſcibilitatem, non quod in alia ſit quoad entitatem, & hanc etiam eſſe mentem Angelici arguunt ex particula illa *ſecundùm intellectum.* His non obſtantibus Thomiſtæ magis communiter volunt ex vi relationum mutuarum perſonas diuinas eſſe in ſe inuicem etiam entitatiuè, & realiter; ex eo, quod quælibet perſona diuina ratione ſuæ omnimodæ infinitatis poſtulet habere in ſe ipſa realiter illud omne, ſine quo nequit intelligi, & conſequenter perſona Patris ex vi relationis paternitatis, ratione cuius nequit intelligi ſine filiatione, & ſine filio, poſtulet habere in ſe realiter filiationem, & filium, ſicque volunt relationes vt diuinas, & ſimpliciter infinitas debere eſſe in ſe inuicem etiam quoad entitatem, quamvis relationes creatæ ſint in ſe inuicem ſolùm quoad cognoſcibilitatem. Aſſertur hæc doctrina à Lao *prima parte, diſputat. 223. numero 1549.* & licet aliqualiter difficilis, non diſplicet, quia valdè fauet perfectioni diuinarum perſonarum, vt conducit ad faciliùs explicandum id, quod *in ſequenti §* aſſeretur de exiſtentia vnius perſonæ in alia ſecundùm ſe totam. Neque dicas ex inexiſtentiâ deriuatâ à relationibus mutuis non poſſe explicari, quomodo Pater, & filius ſecundùm paternitatem, & filiationem, ſint in Spiritu ſancto, cum Pater, & filius ſecundùm paternitatem, & filiationem non ſint correlatiui Spiritus ſancti, & nec paternitas, nec filiatio ſit relatio oppoſita, & mutua reſpectu ſpirationis paſſiuæ. Contra enim Pater, & filius etiam ſecundùm paternitatem, & filiationem ſunt aliquo modo mediatè ſcilicet, & radicaliter correlatiui Spiritus ſancti, eodemque modo tum paternitas, tum filiatio eſt relatio oppoſita, & mutua reſpectu ſpi-

Quomodo ex vi mutuæ relationis vna perſona ſit in alia realiter, & entitatiuè.

rationis paſſiuæ, vt patere poteſt recolenti quæ dicebantur *libro ſuperiore, cap. 4. §. 11. & 12.*

Ex dictis habetur in diuinis perſonis quatuor radices circuminſeſſionis, inter quas quod diuina eſſentia ſit omnium potiſſima facilè deducitur ex eo, quod ipſa eſt radix prima, diuina quippè eſſentia in diuinis eſt prior tum originibus, tum amore, & cognitione tum relationibus. Item quia ipſam eſſe circuminſeſſionis radicem ſine controuerſia à Theologis admittitur: circa reliquas verò aſſignatas radices eſt aliqua controuerſia.

13\. Dubitatur hic vtrum diuina eſſentia non ſolum dicenda ſit potiſſima, verum etiam dici poſſit adæquata radix circuminſeſſionis. Reſpondetur, ſi nomine radicis adæquatè intelligatur, quæ ſe ſolâ ſufficit ad circuminſeſſionem inducendam, diuinam eſſentiam eſſe adæquatam circuminſeſſionis radicem: Si verò nomine radicis adæquatæ intelligatur illa, quæ ſe ſolâ poteſt circuminſeſſionem inducere, adeo vt alterius radicis conſortium excludat, nec admittat aliquid aliud, quod ſit ſufficiens ad circuminſeſſionem inducendam, diuina eſſentia non eſt circuminſeſſionis radix adæquata. Prima reſponſionis pars ex prima aſſerti parte; ſecunda ex ſecunda facilè deducitur. Ex vtraque deinde facilè conſtat, quod etiamſi diuinæ perſonæ non eſſent immenſæ adhuc vbicumque eſſet vna perſona, eſſent & aliæ, non vnico, ſed pluribus titulis, ſicuti ex ſupradictis habet circuminſeſſio, non vnicam radicem, ſed plures.

In quonam ſenſu diuina eſſentia ſit radix adæquata circũinſeſſionis.

§. III.

Vtrùm per circuminſeſſionem vna diuina perſona ſit in alia ſecundùm ſe totam?

14\. ASSERTVM: Per circuminſeſſionem vna diuina perſona eſt in aliâ ſecundùm ſe totam: nimirum non ſolùm ſecundùm eſſentiam, verùm etiam ſecundùm relationem. Ita Theologi communiter contra Durandum *in 1. diſt. 19. quæſt. 3.* & Henricum *in ſumma art. 53. quæſt. 5.* qui, vt refert Vaſquez *prima parte, diſputat. 169. cap. 1. num. 1.* aduertit aliquid eſſe in alio dupliciter primò ſecundùm ſe totam, ſicut vinum eſt in amphora: Deinde ſecundùm partem, & ſic rurſus dupliciter: Vel ſecundùm partem non communem vtrique, ſicuti auis dicitur eſſe in laqueo ſecundùm pedes, qui ſunt pars auis, non laquei, adeòque non communis aui, & laqueo; vel ſecundùm aliquid vtrique commune, ſicuti, ſi eſſet monſtrum habens duo capita, & duo corpora, quibus duo tantùm pedes inſeruirent, vnum horum animalium eſſet in alio ſecundùm partem vtrique communem, ſic ait Henricus vnam diuinam perſonam eſſe in alia ſecundùm aliquid ſui vtrique communem, ſcilicet ſecundùm eſſentiam, non ſecundùm ſe totam, ſecundùm commune, & proprium, ſecundùm eſſentiam, & relationem.

Per circuminſeſſionem vna diuina perſona eſt in alia ſecũdùm ſe totã.

Probatur primò ex communi ſenſu Eccleſiæ canentis *in hymno laudum feriæ ſecundæ. In Patre totus filius, & totus in Verbo Pater.* Confirmatur ex verbis Sanctorum Fulgentij, & Auguſtini ſuprà relatis §. 1. Item ex definitione circuminſeſſionis *eodem §.* tradità, nimis enim impropriè circuminſeſſio diceretur præſentialitas ſubſiſtentis in ſubſiſtente, ſi per circuminſeſſionem vna perſona non eſſet in alia ſecundùm ſubſiſtentiam, & relationem, ſed ſolùm ſecundùm eſſentiam. Deinde ſubſiſtens appellat totum non partem; ſubſiſtere enim primò conuenit toti, non parti; ergo ſi per circuminſeſſionem vna perſona vt ſubſiſtens eſt in alia vt ſubſiſtente, vna perſona eſt in alia ſecundùm ſe totam, non ſecundùm partem. 15.

Subſiſtens appellat totum, non partem.

Probatur ſecundò: Circuminſeſſio conuenit perſonis diuinis ſecundùm ſe totas, ergo per circuminſeſſionem perſonæ diuinæ ſunt in ſe inuicem ſecundùm ſe totas. Antecedens probatur: Circũinſeſſio conuenit perſonis, & ſecundùm eſſentiam, & ſecundùm relationes. Primò quia ex ſupradictis non ſolùm eſſentia: verùm etiam relationes ſunt radix, & ratio mutuæ inexiſtentiæ perſonarum. Secundò quia etiamſi ſola eſſentia eſſet radix mutuæ inexiſtentiæ, non eſſet tamen radix ſumpta ſecundùm ſe, ſed connotans diſtinctionem, & relationes diſtinctiuas perſonarum: neque enim perſonæ in ſe inuicem circuminſident, niſi vt diſtinctæ, ergo circuminſeſſio conuenit perſonis diuinis ſecundùm ſe totas. Confirmatur: Patrem per circuminſeſſionem eſſe in filio eſt aliquid magis, quàm eſſentiam Patris eſſe in filio, ergo quia patrem per circuminſeſſionem eſſe in filio eſt patrem eſſe in filio ſecundùm ſe totum, non ſecundùm ſolam eſſentiam. Antecedens patet, quia ſecus eſſentia Patris eſſet in filio per circuminſeſſionem, ſi Patrem eſſe in filio per circuminſeſſionem nihil magis eſſet, quàm eſſentiam Patris eſſe in filio. Conſequentia probatur de aue, quæ in eſt laqueo ſecundùm pedes tantùm, non ſecundùm ſe totam, valet dicere, nihil magis eſt auem eſſe in laqueo ſecundùm pedes, quàm pedes auis eſſe in laqueo, ergo è contra ſi de patre, qui per circuminſeſſionem eſt in filio, non valet dicere nihil magis eſt patrem eſſe in filio, quàm eſſentiam patris eſſe in filio, ſignum eſt, quòd pater eſt in filio ſecundùm ſe totum, non ſecundùm ſolam eſſentiam, cuius rei validiorem probationem mox ſubiicio. 16.

Probatur tertiò: Per circuminſeſſionem vna perſona diuina non eſt in alia ſecundùm ſolam eſſentiam, ergo per circuminſeſſionem vna perſona diuina eſt in alia ſecundùm ſe totam. Antecedens probatur: Si per circuminſeſſionem vna perſona diuina eſſet in 17.

in alia ſecundùm ſolam eſſentiam, per circuminſeſſionem vna perſona diuina eſſet in alia ſolùm eo modo, quo in alia perſona eſt eſſentia, at hoc eſt falſum, ergo. Maior probatur: Quod eſt in alio ſecundùm partem, eſt in alio ſolùm eo modo, quo eſt in alio illa pars, ſi ſcilicet in alio pars eſt tanquam in loco, etiam ipſum in alio eſt tanquam in loco; ſi in alio pars eſt, tanquam in ſubiecto, etiam ipſum in alio eſt tanquam in ſubiecto; ergo. Minor etiam probatur: Eſſentia eſt in perſonis, vt natura perſonam conſtituens, eſt in perſonis per immediatam identitatem cum ipſis, non per circuminſeſſionem, ergo vna perſona non eſt in alia eo modo, quo eſſentia eſt in perſonis. Et ecce etiam validiùs probatum, quod in ſuperiori confirmatione dicebatur, nimirùm Patrem per circuminſeſſionem eſſe in filio eſſe aliquid magis, quàm eſſentiam Patris eſſe in filio; ſi enim non eſſet aliquid magis, vtique Pater per circuminſeſſionem eſſet in filio eo modo, quo eſt in filio eiuſdem Patris eſſentia.

Quod eſt in alio ſecundũ partẽ, eſt in alio eo modo, quo eſt in alio talis pars.

18. Dices, ſi Pater eſſet in filio ſecundùm ſe totum, in filio eſſet paternitas, in Patre eſſet filiatio, ergo filius eſſet Pater, & Pater eſſet filius; aut ſaltem non eſſet maior ratio, cur vna perſona diceretur Pater potius, quàm filius; alia filius potiùs, quàm Pater, ſicque perſonæ confunderentur. Sed contra: Vt aliqua perſona ſit Pater, non ſatis eſt, quod habeat in ſe quomodocumque paternitatem, ſed debet habere ipſam vt proprietatem, conſtituentem, & facientem incommunicabiliter ſubſiſtere: filius autem, dum vi circuminſeſſionis habet paternitatem, non habet ipſam vt formam conſtituentem, quia ſupponitur conſtitutus, non habet ipſam vt facientem incommunicabiliter ſubſiſtere, tum quia ſupponitur iam incommunicabiliter ſubſiſtens, tum quia circuminſeſſio diuina importat exiſtentiam ſubſiſtentis in ſubſiſtente, non exiſtentiam ſubſiſtentiæ in natura, ſeu facientis ſubſiſtere in recipiente ſubſiſtere. Quamvis igitur per circuminſeſſionem paternitas ſit in filio, filiatio in Patre, adhuc tamen ſolùm prima perſona eſt Pater, ſolùm ſecunda eſt filius, quia ſolùm in prima perſona eſt paternitas, vt forma conſtituens, & faciens incommunicabiliter ſubſiſtere, eodemque modo ſolùm in ſecunda eſt filiatio.

Paternitas eſt in filio diuerſimodè, ac ſit in Patre.

19. Ex dictis habetur modos, quibus aliquid in aliquo eſt, aſſignatos ab Ariſtotele 4. *phyſ.* ponente octo huiuſmodi modos. Primus vt pars in toto, ſecundus vt totum in partibus, tertius vt ſpecies in genere, quartus vt genus in ſpecie, quintus vt forma in materia, ſeu ſubiecto, ſextus vt motum in mouente, ſeu effectus in efficiente, ſeptimus vt aliquid eſt in fine, octauus vt locatum eſt in loco. Habetur inquam tales modos non complecti illum, quo vna diuina perſona per circuminſeſſionem eſt in alia. Nec mirum id eſt, quia huiuſcemodi eſſendi in alio nullum veſtigium, nullum exemplum in creaturis apparet, & quemadmodum hac occaſione rectè ait D. Thomas *prima parte, quæſt. 42. artic. 5. ad 1. ea quæ in creaturis ſunt, non ſufficienter repræſentant ea, quæ Dei ſunt.* Non potuit igitur Philoſophus naturæ lumine diſcurrens per modos, quibus vna creatura in alia eſt, peruenire ad notitiam eius, qui in diuinis ſolum perſonis, non in creaturis exercetur. Accedit, quod vt bona ſit enumeratio illa octo modorum ſufficit, ſi omnes alios modos ſaltem reductiuè contineat, qua ratione ſub enumeratis modis continetur eſſe in aliquo, tanquam in tempore, quatenus reducitur ad eſſe in aliquo, tanquam in loco; nam vt ait D. Thomas *in comment. eiuſdem quarti libri phyſ. lect. 4. Sicut locus eſt menſura mobilis; ita tempus eſt menſura motus.* Reductiuè autem etiam modus, quo vna perſona diuina eſt in alia per circuminſeſſionem, ſub aliquo illorum octo continetur: nam ex D. Thoma *in 1. diſtinct. 19. quæſt. 3. art. 2. ad 1.* modus, quo vna diuina perſona eſt in alia; vel ſumitur quoad vnitatem eſſentiæ, & ſic reducitur ad modum, quo genus eſt in ſpecie, quia licèt in diuinis nec ſit genus, nec ſpecies, natura tamen communis ad ſuppoſitum aliqualiter ſe habet, vt genus ad ſpeciem: vel ſumitur quantum ad relationem, & ſic reducitur ad modum, quo motum eſt in mouente, ſeu effectus in efficiente; quatenus licet in diuinis Pater non ſit principium efficiens filij, eſt tamen principium originans, & præciſis imperfectionibus aliqualiter accedit ad principium efficiens.

Octo ſunt modi, quibus aliquid dicitur eſſe in alio.

Ad quemnã ex ipſis reducatur circuminſeſſio.

Habetur inſuper vnam diuinam perſonam non eſſe in alia vt contentum in continente, ex iis enim, quæ ſecundùm ſe tota ſibi inexiſtunt, neutrum ſe habet, vt continens, neutrum vt contentum; quemadmodum exemplificari poteſt in duobus palmis quantitatis inuicem penetratis; & malè ſupponunt nonnulli quidquid eſt in alio ſecundùm ſe totum, in alio contineri: vnde etiam malè, & ex ſubiecto non ſupponente inferunt perſonas diuinas non poſſe eſſe in ſe mutuò ſecundùm ſe totas, ne detur mutua continentia, & quælibet diuina perſona reſpectu alterius diuinæ perſonæ ſit continens ſimul, & contenta: continens quatenùs in ipſa eſt alia quælibet ſecundùm ſe totam, contenta quatenùs in alia qualibet eſt ipſa ſecundùm ſe totam. 20.

Circũinſeſſio non infert mutuã continẽtiam.

Habetur tandem quod benè D. Thomas 4. *contra gentes, cap. 9.* docuerit eodem circuminſeſſionis verbo & Sabellij, & Arrij errorem confutari; cum enim ex hucuſque dictis abundè conſtet eodem circuminſeſſionis verbo, & naturæ identitatem; & vnitatem, & perſonarum diſtinctionem, ac multiplicitatem importari, conſtat conſequenter excludi tum Sabellium confundentem perſonas, & facientem Deum trinonymum, non trinum; tum Arrium multiplicantem in perſonis naturam, & negantem in Trinitate conſubſtantialitatem. 21.

Eodem circuminſeſſionis verbo & Sabellius & Arrius confutantur.

Supereſt

22. Ci cuminſeſſio non importat ſpecialem relationem realem in diuinis.

Supereſt hic inquitendum, vtrum circuminſeſſio importet in diuinis ad intra ſpecialem aliquam relationem realem; at huic quæſtiunculæ reſponſionem ſoppeditaut ſupradicta *lib.* 1. *cap.* 7. §. 3. vbi aſſertum, probatúmque eſt, non dari in diuinis ad intra vllam aliam relationem realem præter quatuor relationes originis, & quidem circuminſeſſio, vel conſideratur ſecundùm quod dicit vnitatem, ac idemtitatem eſſentiæ, vel ſecundùm quod dicit diſtinctionem realem perſonarum, & relationes perſonarum diſtinctiuas. Primo modo non importat vllam realem relationem, quia forma eadem numero ex ibi dictis non poteſt eſſe ratio fundandi vllam realem relationem in Deo ad intra: Secundo modo importat præcisè relationes originis, non vllam relationem ſpecialem ſuperadditam relationibus originis, quia ex ibidem dictis realis diſtinctio, & oppoſitio perſonarum, non eſt ſpecialis. relatio ſupra relationes originis.

CAPVT IV.

De modo cognoſcendi Myſterium Trinitatis.

1. MODVS cognoſcendi, ſeu cognoſcibilitas myſterij Trinitatis ſolet magis communiter ſuperiùs pertractari; à nonnullis quidem in ipſo limine præſentis tractatus ob regulam generalem præmittendi in qualibet materia ea, quæ ſpectant ad an eſt: ab aliis verò poſt traditam explicationem eorum, quæ tribus diuinis perſonis communia ſunt, antequam ad perſonas in particulari deſcendant; ſequuntur iſti ductum D. Thomæ, *qui quæſt.* 32. inſcriptam de diuinarum perſonarum cognitione inter quæſtiones ſpectantes ad perſonas in communi, & quæſtiones ſpectantes ad perſonas in particulari, ſtatuit. Nobis placuit hucuſque rem differre, tum vt ſuperioſum difficultatum magnitudine prædocemur ad facilè percipiendum, quàm impares ſint naturæ vires tanto myſterio; tum vt experti, quomodo ſupernaturali fidei illuſtratione tale myſterium innoteſcat, libentius perquireremus, vtrum aliquo alio ſupernaturali modo poſſit à viatoribus eiuſdem notitia comparari: à viatoribus inquam, nam cognitio, quam de Trinitate habent comprehenſores in Patria ad præſens inſtitutum non pertinet; & eſt aliunde ſupponenda; ſicque nec modus cognitionis, quæ per fidem habetur de Trinitate in viatoribus, nec modus cognitionis, quæ de eadem per viſionem habetur in beatis, ſub poſito titulo continetur, ſed ſolùm tum quicumque modus cognitionis naturalis, tum modus aliquis cognitionis ſupernaturalis quodammodo mediæ inter fidem, & viſionem, quæ ſcilicet euidens ſit ad differentiam fidei, abſtractiua ad differentiam viſionis. Initio igitur facto à cognitione naturali examinabitur, quomodo poſſit naturalis ratio circa diuinam Trinitatem verſari, negatiuène ſolùm, an etiam poſitiuè, ſolùmne probabiliter, an etiam euidenter? ſolùmne ſuppoſito fidei, aut excitante, aut adiuuante, an etiam lumine proprio præcisè? Pro quorum faciliore diſcuſſione recolenda ſunt ſupradicta tom *tract. præcedente lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. tum hoc eodem tractatu *lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. Interim ſit

---

§. I.

Vtrùm myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci euidenter negatiuè?

ASSERTVM: Myſterium Trinitatis poteſt naturæ lumine cognoſci euidenter negatiuè; ſunt ſcilicet naturæ lumine ſolubilia omnia argumenta, quæ poſſunt contra diuinam Trinitatem vrgeri. Ita Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte, quæſt.* 32. *artic.* 1. *in fine corporis*; & Holcot, qui *in* 1. *diſt.* 3. refertur docuiſſe Trinitatis myſterium eſſe contra rationem naturalem, conſequenter non poſſe naturali lumine ſuſtineri, excuſatur à Suarezio *lib.* 1. *de Trinitate, cap. vlt.* & certè aut excuſatione indiget, aut cenſurâ; cum *in Concilio Lateranenſi, ſeſſ.* 8. definitum ſit nullam fidei veritatem repugnare cum aliqua veritate naturali, quod eſt idem, ac dicere nullam fidei veritatem eſſe contra rationem naturalem. 2. Myſterium Trinitatis cognoſcitur naturæ lumine euidéter negatiuè.

Probatur primò ex generali ratione veritatum fidei iuxta ſupradicta de viſione beata, & de dualitate diuinarum proceſſionum locis præcitatis, *in fine ſuperioris* §. Item iuxta definitionem Concilij Lateranenſis mox indicatam. Confirmatur ſpecialiter ex eo, quod ſi, vti Holcot ſenſiſſe refertur, myſterium Trinitatis eſſet contra rationem naturalem, viſio trium perſonarum in Patria nec ad eſſentiam, nec ad complementum beatitudinis pertineret, quin potius beatitudinem impediret aut minueret, quia in tali viſione pateretur intellectus violentiam, & operaretur contra propriam naturalem inclinationem, quam ſi habet contrariam Trinitati in via, habebit etiam contrariam in patria, vbi retinet omnia naturalia, nec vllâ ſibi innatâ inclinatione ſpoliatur. Non eſt contra naturalē rationē, aut inclinationē intellectus.

3. Probatur ſecundò ſpeciali inductione attingendo potiſſima argumenta, quæ poſſunt contra myſterium Trinitatis vrgeri, ipſorumque ſolutiones naturæ lumine ſuppeditatas indicando. Et quidem ex huiuſmodi argumentis quædam ſpectant ad diuinarum proceſſionum ad intra, aut exiſtentiam,

ſtentiam, aut numerum, & hæc cum ſuis ſolutionibus repetenda ſunt *ex 1. lib. ſuperiore, cap. 2. §. 2.* quædam deſumuntur ex principiis illis artis ſyllogiſticæ *quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe; dici de omni, dici de nullo*: Quibus naturæ principiis videtur malè cohærere realis diſtinctio trium perſonarum ſibi identificantium eamdem naturam numero: Pro argumentis ex hoc capite deriuatis repetenda eſt doctrina poſita 1. *lib. ſuperiore, cap. 6. §. 3.* Quædam deſumuntur ex lege contradictoriorum, quæ non poſſunt de eodem ſimul verificari, ſicuti tamen verificantur in myſterio Trinitatis, vbi de eſſentia, & relatione, quæ ſunt vnum, & idem verificatur communicari, & non communicari; produci, & non produci. Huic argumentorum capiti ſatisfacit diſtinctio virtualis, de qua ſupra *tractat. præcedente, lib. 1. cap. 3. §. 5.* & hoc eodem *tractat. lib. 1. cap. 6. §. 4.* Et ecce aſſignata præcipua capita tum argumentorum, tum ſolutionum, ad rem præſentem pertinentium, facile enim conſtat conſideranti non poſſe Trinitatem impeti vllo alicuius momenti argumento, quod ſub aliquo ex tribus enumeratis capitibus non contineatur.

Tria capita argumentorum militãtium contra Trinitatem.

4. Dices ſolutiones talium argumentorum, vel conſtant ſolo naturæ lumine, adeò vt ante omnem reuelationem Trinitatis potetit creatus intellectus propriâ naturali induſtriâ peruenire ad ipſarum notitiam, vel conſtant naturæ lumine ſolùm ſuppoſitâ reuelatione, quatenùs intellectus de veritate Trinitatis per reuelationem edoctus naturalem diſcurſum veritati reuelatæ accommodauerit, excogitando limitationes vniuerſalium principiorum, ex quibus illimitate vſurpatis Trinitas impugnaretur. Primum dici non poteſt, quia ante omnem reuelationem Trinitatis nullum poteſt eſſe rationabile motiuum limitandi principia, quæ in creatis ſunt vniuerſalia, alioqui ante omnem reuelationem Trinitatis daretur etiam rationabile motiuum aſſentiendi Trinitati: nam motiuum v. g. rationabiliter ſuadens, quæ ſunt eadem vni tertio ſunt idem inter ſe, limitari in ordine ad tertium, quod ſit vnum, & idem etiam virtualiter rationabiliter etiam ſuadet dabile eſſe aliquod tertium, quod ſit realiter ſolùm, non virtualiter vnum; cui poſſint identificari duo ſuppoſita abſque eo, quod identificentur realiter inter ſe, in quo conſiſtit excellentia potiſſima myſterij Trinitatis. Si ſecundum dicatur; ergo euidentia negatiua Trinitatis non habetur independenter à reuelatione ſolo lumine naturæ præcisè; & per conſequens ſiſtendo in lumine naturæ præcisè argumenta Trinitatem oppugnantia non habent ſufficientem ſolutionem, & Trinitatis exiſtentia apparet euidenter repugnans. Deinde ſuppoſitâ reuelatione habetur euidentia etiam poſitiua Trinitatis vt infrà §. 5. tradetur, ergo non magis haberetur euidentia negatiua, quàm poſitiua, ſi etiam illa haberetur ſolùm ſuppoſitâ reuelatione. Sed contra: Metaphyſicè loquendo etiam ante omnem reuelationem ſolubilia ſunt argumenta Trinitatem oppugnantia; & licet limitationes illæ vniuerſalium principiorum vix poſſint occurrere creato intellectui omnem ſuam notitiam deducenti ex creaturis, in quibus talia principia ſine limitatione procedunt: Si quis tamen quocumque modo in tales limitationes nullâ ſuppoſitâ reuelatione incidat, poterit ipſas ſuſtinere, nec poterit conuinci de ipſarum repugnantiâ, quamvis deinde, ſi quæratur ab ipſo aliquod fundamentum poſitiuum earumdem limitationum, nequeat vllum aſſignare. Veruntamen demus abſolutè, quod ſolùm ſuppoſitâ reuelatione ſint naturæ lumine euidenter ſolubilia argumenta Trinitatem oppugnantia: ad primam impugnationem in oppoſitum dico reuelationem requiri ſolùm vt excitantem, non vt adiuuantem lumen naturæ in defenſione myſterij Trinitatis, ideò ſufficienter ſaluari euidentiam negatiuam ex ſolo lumine naturæ, & abſque reuelatione etiam excitante argumenta Trinitatem oppugnantia habent ſufficientem ſolutionem ſecundùm ſe, & metaphyſicè, non moraliter ſecundùm nos, Trinitatiſque exiſtentia apparet euidenter repugnans, id eſt apparenti euidentia repugnat, non in aliquo alio ſenſu. Ad ſecundam impugnationem dico euidentiam poſitiuam Trinitatis eſſe euidentiam formæ tantùm, non materiæ, & haberi ſuppoſita reuelatione & adiuuante, non vt præcisè excitante; ideò diuerſo modo prærequiri reuelationem ad euidentiam poſitiuam, ac prærequiratur ad euidentiam negatiuam, & hanc minùs, quàm illam à reuelatione dependere.

5. Metaphyſicè loquendo etiam ante omnem reuelationẽ haberi poteſt euidẽtia negatiua Trinitatis.

Moraliter prærequirit reuelationẽ vt excitantẽ tamen, non vt adiuuantem.

Ex dictis habetur euidentiam negatiuam Trinitatis præcipuè reperiri in vero Theologo, qui ex vna parte vi diuinæ reuelationis excitatur ad Trinitatem defendendam, & requirendas limitationes principiorum vniuerſalium, quæ contra Trinitatem obiiciuntur: ex alia parte vtpotè verſatus in forma Syllogiſtica difficultates in Trinitatis aſſenſu facilius ſuperat, & infidelium fallacia Sophiſmata ad veram formæ Syllogiſticæ trutinam expedendo clariùs deludit quod norunt ipſimet infideles, qui propterea Theologiam deteſtantur, & calumniantur, vt dicebamus in prolegomenis, dum de Theologiæ vtilitate, & neceſſitate ageremus.

6. Maximè reperitur talis euidẽtia negatiua in vero Theologo.

§. II.

Vtrùm myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè?

7.

De fide eſt ante omnem reuelationē non haberi naturæ lumine euidētiam poſitiuam myſterij Trinitatis.

ASSARTVM I. Ante omnem diuinam reuelationem non poteſt naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè myſterium Trinitatis. Hoc aſſertum non ſolùm communiter ſuſtinetur, verùm etiam tanquam veritas fidei habetur à Valentia *prima parte, diſput.* 2. *quæſt.* 6. *punct.* 1. Faſolo *quæſt.* 32. *art.* 1. De Quiros *diſp.* 26. *ſect.* 1. Smiſing. *diſput.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 16. & Vaſquez *diſput.* 133. *cap.* 1. *num.* 1. teſtatur nullum eſſe Catholicorum, qui affirmet oppoſitum. Alarcon tamen *diſputat.* 1. *cap.* 3. *numero* 7. propendet ad negandum aſſertæ veritati certitudinem fidei, dum docet Sacra teſtimonia, quæ afferuntur contra cognitinnem naturalem euidenter attingentem Trinitatem poſſe aptè intelligi de cognitione conducente ad ſalutem. Verùm hoc modo fruſtra Scriptura negaret naturæ viribus ſpecialiter notitiam Trinitatis, cum nulla prorsùs cuiuſcumque alterius minimi obiecti notitia conducens ad ſalutem haberi poſſit à ſolâ naturâ, & ſine ſupernaturali auxilio. Aſſertum igitur tanquam fidei veritas

Probatur primò ex Setiptura Matth. 11. *Nemo nouit Patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Matth. 16. *Beatus es Simon Barjona, quia caro. & ſanguis* (per carnem, & ſanguinem humanæ naturæ vires ſignificantur) *non reuelauit tibi.* Luc. 12. *Nemo ſcit quis ſit filius, niſi Pater.* Prouerb. 30. *Quod eſt nomen eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti.* Confirmatur auctoritate Sanctorum Patrum profitentium eſſe naturaliter inſcrutabile Myſterium Trinitatis, vt videre eſt apud Syluium *prima parte, quæſtion.* 32. *articul.* 2. Eandem inſcrutabilitatem inſinuat tota Eccleſia, dum in Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis vtitur verbis illis Apoſtoli Rom. 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei!*

8. Probatur ſecundò ratione: Ante omnem diuinam reurlationeiu non poteſt naturæ lumine cognoſci euidenter poſitiuè Myſterium Trinitatis, niſi per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis; at per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis nequit cognoſci euidenter poſitiuè Myſterium Trinitatis, ergo ante omnem diuinam reuelationem nullo modo poteſt naturæ lumine, &c. Maior patet, quia ante omnem diuinam reuelationem exiſtentia Dei innoteſcit euidenter ſolùm per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis, ergo à fortiori ſolùm eodem modo poteſt innoteſcere exiſtentia Trinitatis. Minor probatur: In creaturis relucet connexio ſolùm cum Deo, vt vno, non cum Deo, vt Trino, & in ratione effectus à Deo producti nihil habent, quod ſpecialiter in Deo exigat Trinitatem perſonarum: nam in ratione effectus à Deo producti ſolùm exiguut ex parte Dei omnipotentiam, Ideas, Artem; & huiuſmodi prædicata conſequentia ad eſſentiam, nec exprimentia aliquid proprium, & diſtinctiuum Perſonarum; ſed per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis non poteſt cognoſci niſi id, cum quo relucet in creaturis connexio, & quod à creaturis in ratione effectus à Deo producti ſpecialiter in Deo exigitur: eſt enim commune cuicumque effectui non manifeſtare cauſam, niſi ſecundùm ea, ſecundùm quæ ſpecialiter cum cauſa connectitur, & quæ ſpecialiter ex parte cauſæ requirit. Sic ædificium manifeſtat quidem in ædificatore artem cum qua connectitur, & quam ex parte cauſæ requirit; at non manifeſtat vtrùm fuerit Muſicus necne: Vtrùm hac, vel illa veſte indutus; quia cum huiuſmodi rebus ſpecialiter non connectitur, nec illas ſpecialiter ex parte cauſæ requirit, ergo per demonſtrationem à poſteriori ex creaturis non poteſt cognoſci euidenter poſitiuè Myſterium Trinitatis.

Ex effectibus manifeſtatur cauſa ſolùm ſecúdùm ea, ſecundum quæ eſt formaliter cauſa.

9.

Neque etiā ex effectibus ſupernaturalibus demonſtrari poteſt.

Dubitatur hic vtrùm ſaltem ex creatutis ordinis ſupernaturalis, ſeu ex effectibus ſupernaturalibus poſſit cognoſci euidenter poſitiuè Trinitas, adeòvt ante omnem Trinitatis reuelationem per hoc præcisè, quod aliquis effectus ſupernaturalis innoteſcat, ex iſto poſſit Trinitas demonſtrari. Reſpondetur negatiuè loquendo de effectibus ſupernaturalibus ſub præciſa ratione effectus, & ſecundùm connexionem; quam dicunt cum principio efficiente. Probatur ex eo, quod effectus, etiam ſupernaturales ſub præciſa ratione effectus ſolùm exigunt ex parte ſui principij Omnipotentiam, Ideas, Artem, & huiuſmodi prædicata, in quibus nihil relucet proprium, & diſtinctiuum Perſonarum, vnde ex ipſis magis quidem, quàm ex effectibus naturalibus innoteſcit Deus vt vnus, & quoad eſſentialia: at demonſtrari non poteſt Deus vt Trinus, & quoad perſonalia. Dixi loquendo ſub præciſâ ratione effectus, nam ſi ſumantur ſub ratione vitalis tendentiæ, aut ſubſtantialis vnionis, & ſecundùm connexionem, quam dicunt non ſolùm cum principio efficiente, verùm etiam cum obiecto ſpecificante, aut cum extremo vnito, eſt diuerſa difficultas de qua infra §. 6.

Probari etiam ſolet aſſertum ex communi conceptu ſupernaturali obiecti ſic: Nullum ens, ſeu nullum obiectum in ſubſtantia ſupernaturale poteſt viribus naturæ euidenter cognoſci, aut vt poſſibile, aut vt exiſtens, ſed Trinitas eſt ens in ſubſtantia ſupernaturale, & Myſterium inter omnia ſupernaturalia, ſupremum, 10.

ergo

ergo Trinitas non poteſt naturæ vitibus euidenter cognoſci. Maiorem nos ipſi approbauimus, & vſurpauimus *tractatu ſuperiore, lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. *aſſert.* 2. Minor non videtur poſſe negari, niſi negetur omnis ſupernaturalitas. Nihilominùs huic probationi ſatis non fido: Enimverò nomine entis ſupernaturalis, vel venit ſolùm ens ſupernaturale creatum, & ſic ſatis per ſe conſtat Trinitatem ens ſupernaturale non eſſe: vel venit ens ſupernaturale etiam increatum, & ſic, aut ſit comparatio entis increati ad Deum, aut ad creaturam. Si ſit comparatio ad Deum, nullum ens increatum eſt ſupernaturale, & omnis increata perfectio, ſpecialiter perſonarum Trinitas eſt Deo maximè connaturalis: Si ſit comparatio entis increati ad creaturam, adeò vt ens ſupernaturale increatum dicatur illud omne prædicatum, quod eſt ſuper omnem creaturam; & quod in ſua ratione formali eſt proprium Dei; nullatenùs Deo, & creaturis commune; non ſolùm Trinitas, verùm etiam ratio entis à ſe, ratio entis ſimpliciter neceſſarij, ratio primæ cauſæ, ratio vltimi finis, aliaque huiuſmodi, ſunt prædicata ſupernaturalia, & tamen lumine naturæ euidenter cognoſcuntur, vt ſuppono *ex tract. ſuperiore, lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. ergo ex præciſà ratione ſupernaturalitatis eo modo, quo Trinitas ſupernaturalis dici poteſt, inſufficienter probatur, quod nequeat Trinitas naturæ lumine euidenter cognoſci, & maior illa propoſitio à nobis alibi vſurpata ſimpliciter, & ex terminis ſolùm procedit de ente creato, nullum ſcilicet ens creatum, nullum obiectum creatum in ſubſtantia ſupernaturale, &c. nec maior vniuerſalitas requiritur in illa maiore ad probandum id, quod loco citato intendebamos.

Trinitas in quo ſenſu ſit ſupernaturalis.

Ex ratione ſupernaturalitatis præciſè malè probatur Trinitatis in demonſtrabilitas.

11. Pro maiori intelligentia huius doctrinæ aduerte, nos non docere abſolutè quodlibet obiectum ſupernaturale increatum poſſe quoad an eſt naturaliter demonſtrari, ſed docere, quod ſi aliquod huiuſmodi obiectum naturaliter quoad an eſt demonſtrari non poteſt, at non poteſt reuerà demonſtrari Trinitas, id non habet ex præciſa ratione ſupernaturalitatis, ſed aliunde, nimirùm ex eo, quod nullam habeat ſpecialem connexionem cum effectibus, & rebus naturalibus. Cæterùm prædicata diuina etiam ſupernaturalia, quoties habent ſpecialem connexionem cum naturalibus effectibus, qualem connexionem habent v. g. ratio primæ cauſæ, entis ſummè neceſſarij, & huiuſmodi, poſſunt ex ipſis naturaliter demonſtrari, & quidem quoad rationem formalem ſupernaturalitatis: nam eo ipſo, quòd conſtat dari primam cauſam, dari ens ſummè neceſſarium, conſtat dari aliquod, quod eſt ſupra omnem creaturam ſeu ſupra omnem naturam creatam, in quo conſiſtit ea vi ipſa nominis ratio ſupernaturalitatis.

12. Dices, repugnare tum quod effectus naturales habeant ſpecialem connexionem cum prædicatis Dei propriis, & ſupernaturalibus; tum quod ſit naturalis cognitio attingens talia prædicata quoad rationem ſupernaturalitatis. Repugnantia primi probatur ex eo, quod connexio cum prædicatis Dei propriis ſolet aſſignari tanquam radix ſupernaturalitatis, ergo repugnat, quod effectus naturales talem connexionem habeant. Repugnantia ſecundi probatur ex eo, quod cognitio ſpecificatur ab obiecto, ergo cognitio naturalis non poteſt habere pro obiecto rationem ſupernaturalitatis, Deinde ens ſupernaturale debet eſſe ſupra vires tum phyſicas, tum etiam intentionales naturæ creatæ, non eſſent autem prædicata ſupernaturalia ſupra vires intentionales naturæ creatæ, ſi à cognitione naturali creata attingerentur.

13. Sed contra ad probationem primæ repugnantiæ dico connexionem cum prædicatis Dei propriis eſſe radicem ſupernaturalitatis, quando eſt connexio proportionata conducens ad cognitionem Dei intuitiuam, vt eſt in ſe, non quando eſt connexio habitudinis ad cauſam eminentialem conducens ad cognitionem ipſius abſtractiuam, cuiuſmodi eſt connexio, qua ducimur in cognitionem aliquorum prædicatorum Dei ſupernaturalium. Ad probationem ſecundæ repugnantiæ dico cognitionem ſpecificari ab obiecto motiuo, non à terminatiuo, ideò cognitionem, quæ habet pro obiecto motiuo effectus naturales, eſſe naturalem, etiamſi attingat aliquid ſupernaturale ex parte obiecti terminatiui. Ad illud, quod additur dico ſermonem eſſe de ente ſupernaturali creato, quando ſimpliciter dicitur ipſum eſſe ſupra omnes vires intentionales naturæ creatæ. Cæterùm ens ſupernaturale increatum eſt ſolùm ſupra vires intentionales naturæ creatæ, quoad cognoſci intuitiuè quiditatiuè, & per ſpecies proprias; non quoad cognoſci abſtractiuè, quoad an eſt, & per ſpecies alienas.

Connexio cū prædicatis Dei propriis quandonam inferat ſupernaturalitatē.

Cognitio naturalis poteſt terminari ad obiectū ſupernaturale.

14. Vrgebis ex hac doctrina ſequi magis eſſe cognoſcibile viribus naturæ ens ſupernaturale increatum, quàm ens ſupernaturale creatum. Sed contra in hoc nullum maius eſt abſurdum, quàm in eo, quod ſit magis cognoſcibilis viribus naturæ aliqua veritas in ente increato, quàm aliqua alia in ente creato: hoc autem debet admitti abſque vllo ſcrupulo abſurditatis, nec vllus ambigit, quin ſit lumine naturæ faciliùs cognoſcibilis exiſtentia Dei quàm compoſitio quantitatis v. g. abſurditatem aliquam redoleret, ſi abſolutè diceretur omne ens ſupernaturale increatum eſſe naturæ viribus cognoſcibile, aut magis cognoſcibile, quàm ens ſupernaturale creatum. Si quæras rationem, cur potius ſit naturæ viribus demonſtratiuè cognoſcibile aliquod ens ſupernaturale increatum, quàm aliquod ſupernaturale creatum, facilè aſſignatur ex eo, quod aliquod ſupernaturale increatum habet ſpecialem connexionem cum naturalibus

Non eſt abſurdum aliquam veritatē increatam eſſe naturæ lumine magis cognoſcibilē, quàm aliquam veritatem creatam.

RRrr 2 effectibus

19. Probatur eadem ſecunda pars negatiuè ſoluendo argumenta, quibus aduerſarij iactant naturæ lumine Trinitatem demonſtrari ſuppoſitâ ipſius reuelatione. Et quidem illicò occurrit argumentum Raymundi Lulli quod ab ipſo vocatur demonſtratio per æquiparantiam, ideſt nec à priori, nec à poſteriori, ſed ab æqualibus: poteſt tale argumentum ſic proponi. Vbicumque datur concordia bonificantis, & bonificati in actu bonificandi, dantur tria diſtincta, ſcilicet bonificans, bonificatum, & actus bonificandi; ſed in Deo datur concordia bonificantis, & bonificati in actu bonificandi, ergo in Deo dantur tria realiter diſtincta: & cùm aliunde ſit naturaliter euidens hæc tria non poſſe eſſe tres Deos; ſuppoſitâ reuelatione Trinitatis remanet naturaliter euidens illa tria eſſe tres perſonas. Minor probatur eo, quod vbicumque datur bonitas, datur actus bonificandi, & vbi datur actus bonificandi, datur bonificatum, & bonificans, & concordia; neque enim id, quod aliud bonificat poteſt ab alio diſcordare, aut è contra.

20. Argumentū *Lulli* continet ſolum ambages verborum.

Hoc argumentum nihil continet, niſi confuſas verborum ambages; & impugnatur primo examinando terminos ſic: nomine actus bonificandi vel intelligitur actus formalis; & in hoc ſenſu actus bonificandi non eſt quid diſtinctum ab ipſa bonitate, & quælibet bonitas, ſicuti eſt per ſe ipſam bona, ita eſt per ſe actus ſe ipſam bonificans, nec eſt de conceptu bonitatis bonificare formaliter aliquid à ſe realiter diſtinctum: vel intelligitur actus quaſi effectiuus, quo bonitas bonificat producendo terminum, qui quaſi effectiuè communicet propriam bonitatem, & in hoc ſenſu non eſt euidens, vbicumque datur bonitas, dari actum bonificandi, præſertim ad intra. Impugnatur ſecundò idem argumentum, quia eâdem arguendi formâ ex qualibet diuina perfectione inferretur Trinitas, & inducerentur tot Trinitates, quot ſunt in Deo perfectiones. Sic v. g. dici poſſet: Vbi datur vita, datur actus viuificandi, & conſequenter viuificans, viuificatum, & concordia iſtorum inter ſe. Vbi datur ſubſtantia, datur actus ſubſtantificandi, & conſequenter ſubſtantificans ſubſtantificatum, &c. Impugnatur tertiò; quia concordia bonificantis, & bonificati in actu bonificandi potius infert diſtinctionem bonitatum, quàm perſonarum; deinde infert ad ſummum diſtinctionem bonificantis, & bonificati ab inuicem, non diſtinctionem vtriuſque ab actu bonificandi, actus enim bonificandi ſe haberet vt origo quæ actiuè ſumpta à principio, paſſiuè ſumpta à termino, non diſtinguitur, ſicque actus bonificandi actiuè ſumptus non diſtingueretur à bonificante, paſſiuè ſumptus non diſtingueretur à bonificato.

21. Reliqua argumenta, quæ pro Trinitate demonſtranda ex naturæ principiis erui poſſunt ſic breuiter percurro. Primum ſit: In Deo ſunt actus immanentes intellectus, & voluntatis; ergo tales actus producunt ſuos terminos, Verbum ſcilicet, & amorem; filium, & Spiritum Sanctum. Secundum perfectio agentis eſt producere ſibi ſimile, perfectio naturæ eſt fœcunditas, ergo hæc perfectio agenti increato, & naturæ diuinæ ad intra concedenda eſt. Tertium de ratione ſummæ felicitatis eſt habere ſimilium perſonarum conſortium; at in Deo eſt ſumma felicitas, ergo in Deo eſt ſimilium perſonarum conſortium. Quartum: In creatis ſunt multa veſtigia, multæque ſimilitudines Trinitatis; at ex veſtigio cognoſcitur id, cuius eſt veſtigium, ex veſtigio v. g. Leonis, Leo, ex ſimilitudine res, ergo ex creaturis Trinitas.

Reliqua argumenta Trinitatis demonſtratiua improbantur.

Nullum ex his argumentis ad demonſtrationem peruenit: Non primum, quia nec eſt de eſſentia actuum intellectus, & voluntatis producere terminum, nec apparet cur in diuinis debeant producere terminum ſubſtantialem, & conſubſtantialem, qui ſit perſona eiuſdem eſſentiæ cum ſuo principio. Nec tandem ſufficienter conſtat cur non in qualibet diuina perſona per tales actus aliæ perſonæ producantur, ſicque per tale argumentum eadem ratione, qua probantur tres, probantur etiam plures, quàm tres perſonæ, quo vitio probandi indefinitum perſonarum numerum laborant etiam ſecundum, & tertium argumentum, vt patet conſideranti. Non peruenit inſuper ad demonſtrationem ſecundum argumentum, quia productio ſimilis, & fœcunditas eo modo, quo naturæ lumine innoteſcunt, ſunt cum dependentia termini producti, & reali diuiſione principij fœcundi ſeparantis à ſe aliquam ſui partem in exercitio fœcunditatis. Neutrum autem iſtorum poni poteſt in diuinis. Non peruenit tertium, quia dici poteſt conſortium ad fœlicitatem requiri in perſona finita, non in perſona infinita habente in ſe, & ex ſe omne bonum. Non peruenit quartum, quia veſtigia, & ſimilitudines Trinitatis adeò imperfectam, tenuem, & diſſimilitudine plenam, tanti Myſterij ſpeciem præ ſe ferunt, vt nequeant proprio pondere trahere intellectum ad firmum aſſenſum eiuſdem Trinitatis, etiam ſuppoſitâ reuelatione: ex hac quippè ita manifeſtatur in veſtigiis illis, & ſimilitudinibus aliqua repræſentatio Trinitatis, vt ſimul manifeſtetur talis repræſentationis imperfectio, & tenuitas: repræſentatio autem valde tenuis, & imperfecta, ſolum ad tenuem, & imperfectam; non ad certum, & euidentem notitiam rei repræſentatæ poteſt deſeruire.

§. III.

Vtrùm Myſterium Trinitatis poſſit naturæ lumine cognoſci probabiliter?

ASSERTVM I. Ante omnem diuinam reuelationem non poteſt naturæ lumine cognoſci probabiliter Myſterium 22.

Ante omnē diuinam re-

uelationem non poteſt haberi naturæ lumine probabilitas Trinitatis.

nitatis. Ita D. Thomas *prima parte, quæſt.* 32. *art.* 1. *de potentia, quæſt.* 9. *art.* 5. *de veritate, quæſt.* 10. *art.* 13. aliique Theologi communiter, inter quos expreſſiùs aſſertam veritatem traduot Molina *prima parte, quæſt.* 32. *art.* 1. §. *ſit nihilominus*, Lugus *libro* 2. *diſputation.* 12. *cap.* 1. *numero* 5. De Quiros *tractat.* 7. *diſputation.* 26. *ſect.* 2. Marchinus *diſputation.* 24. *propoſ.* 1. Vaſquez *diſp.* 132. *cap.* 2.

Probaint primò ex anctoritatibus relatis *initio ſuperioris* §. Myſterium Trinitatis eſt ereato intellectui ſimpliciter ignotum, nec innoteſcit, niſi per Dei reuclationem: at ſi ante omnem diuinam teuelationem naturæ lumine probabiliter cognoſceretur, non poſſet dici ſimpliciter ignotum; neque enim dicimur ignorare ea, quæ probabiliter cognoſcimus, alioqui omnes ferè naturales veritates ignoraremus, ergo ante omnem diuinam reuelationem non poteſt naturæ lumine cognoſci probabiliter, &c. Neque dicas, ſi illæ anctoritates procederent non ſolùm contra cognitionem naturalẽ euidentem, verùm etiam contra cognitionem naturalem probabilem Trinitatis, eſſee de Fide non poſſe Trinitatem naturæ lumine cognoſci probabiliter, ſicuti eſt de fide non poſſe ipſam naturæ lumine cognoſci euidenter. Contra enim: Quod procedunt contra cognitionem euidentem eſt omnino certum, quia nulla prorſus tergiuerſatione dici poteſt ignorari, quod naturæ lumine euidenter cognoſcitur: at non eſt adeò certum, quod procedant contra cognitionem probabilem, cum qua ſtat aliqua ignorantia rei cognitæ, quia carentia cognitionis certæ etiam ſtante cognitione probabili aliqualis ignorantia dici poteſt.

23. Probatur ſecundò ante omnem diuinam teuelationem, aut nunquam menti occurreret Myſterium Trinitatis, aut ſi fortè menti occurreret, lumine naturali nullus ipſi aſſenſus præſtaretur, ſed potius præſtaretur diſſenſus, ergo ante omnem diuinam teuelationem non poteſt naturæ lumine cognoſci probabiliter Myſterium Trinitatis. Probatur, & explicatur antecedens; ante omnem diuinam teuelationem vix apparet quomodo poſſit excitari cognitio Trinitatis; nam veſtigia, & ſimilitudines ipſius, licet poſtquam ipſa innoteſcit, notitiam corroborent, & aſſenſum confirment, tamen, dum adhuc eſt prorſus ignota, nequeunt ipſius notitiam excitare: commune quippè hoc eſt cuicumque veſtigio, & ſimilitudini; nec cui inaudita prorſus eſt leonis exiſtentia, res vlla poteſt occurrere, quæ ab ipſo cenſeatur leonis veſtigium, aut ſimilitudo quæquè ipſum excitet ad leonis cognitionem. Demus tamen etiam nullâ præuiâ reuelatione menti occurrere Trinitatem, ipſiuſque cogitationem aliquam excitari, creatus intellectus ſi optimè ſapiat, ſummâque prudentiâ dirigatur conſiderans nullum eſſe argumentum euidens, aut pro affirmanda, aut pro neganda Trinitate iudicium ſuſpendet, & nec aſſenſum, nec diſſenſum præſtabit: quod ſi ad aſſenſum vel diſſenſum ſe determinet, potiùs præſtabit diſſenſum, tùm quia intra puros naturæ limites plura ſunt argumenta diſſenſum, quàm aſſenſum Trinitatis ſuadentia, cùm præſertim aliarum omnium rerum creatarum inductio Trinitatem improbet potiùs, quàm probet, nec minus remota ſit à ſenſibus, & naturali cognitione Vnitas cum Trinitate, quàm cum quaternitate, aut ſolâ dualitate Perſonarum; & purum naturæ lumen vix minorem in illa, quàm in iſtis repugnantiam manifeſtet, tum quia *ex tract. ſuperiori, libro* 2. *cap.* 3. §. 6. cæteris paribus præſumptio ſtat pro impoſſibilitate potiùs, quàm pro poſſibilitate rei, ergo quando etiam paria eſſent naturalia motiua pro poſſibilitate, ac impoſſibilitate, pro aſſenſu, ac diſſenſu, intellectus potius erumperet in diſſenſum, quàm in aſſenſum; potiùs iudicaret impoſſibilem, quam poſſibilem Trinitatem.

Intellectus ad Trinitatẽ excitatus, naturaliter, aut maneret ſuſpenſus, aut diſſentiret.

Aſſertvm II. Suppoſitâ reuelatione Trinitatis non deſunt naturales congruentiæ, quibus naturæ lumine eadem Trinitas probabiliter ſuadeatur. Ita omnes Theologi communiſſimè contra Ruiz 1. *parte, diſputation.* 43. *ſect.* 2. *num.* 14. de quo mihi non conſtat verum hoc in puncto, aut aliquem anteſignanum, aut aliquem aſſeclam habeat. 24.

Suppoſitâ reuelatione haberi poteſt naturæ lumine probabilitas Trinitatis.

Probatur primò: Suppoſitâ reuelatione Trinitatis intellectus manet magis expeditus ad naturalem ipſius aſſenſum, ergo illæ congruentiæ, quæ ante reuelationem, erant inſufficientes ad inducendum probabilem Trinitatis aſſenſum; ſuppoſitâ reuelatione euadent ſufficientes. Antecedens probatur: Suppoſita reuelatione intellectus non amplius ab aſſenſu retrahitur à rationibus, & motiuis naturalibus Trinitatem diſſuadentibus, ergo manet magis expeditus ad aſſenſum; expeditius enim fertur ad vnum extremum illud, quod à tali extremo aliunde non retrahitur, quàm illud, quod retrahitur. Hinc facilè corruit fundamentum, quod pro oppoſitâ ſententia afferri poteſt dicendo reuelationem, & lumen fidei eleuare quidem intellectum, vt plus operetur ſupernaturaliter, at non vt plus operetur naturaliter: Facilè, inquam, corruit, quia intellectum plus naturaliter operari ex duplici capite prouenire poteſt: vel ſcilicet ratione alicuius poſitiui; ſcilicet ratione additionis virium; vel ratione alicuius negatiui ſcilicet ratione remotionis impedimenti extrinſeci; lumen fidei, & reuelatio, non eleuant quidem intellectum, vt plus operetur naturaliter ex primo capite, poſſunt tamen facere, vt plus operetur naturaliter ex ſecundo capite.

Dices hinc ad ſummum probari, quod ſuppoſitâ reuelatione is, cui facta eſt reuelatio; poſſit præſtare aſſenſum naturalem probabilem Trinitati, at non probari, quod ſuppoſitâ reuelatione poſſit etiam infidelis probabiliter moueri ad Trinitatis aſſenſum naturalem, & tamen hoc 25.

etiam

Digitized by Google

etiam eſt concedendũ propter Antiquos Philoſophos Gentiles; qui ab Hebræis, quibus facta fuerat reuelatio, Trinitatem didicerunt, eique præſtiterunt naturalem aſſenſum probabilem: Ratio primi eſt, quia is ſolum, cui facta eſt reuelatio, cognoſcit eſſe fallacia, & inania motiua ab aſſenſu Trinitatis retrahentia, ſicque is ſolus manet ad naturalem aſſenſum magis expeditus.

26. Sed contra: In primis ſuppoſitâ reuelatione factâ vni nihil cogit admittere Trinitatem eſſe naturæ lumine probabiliter cognoſcibilem etiam ab aliis, & quod de Antiquis Gentilibus Philoſophis aſſeritur in controuerſia eſt: nam D. Thomas *prima parte, quæſt.* 32. *art.* 1. *ad* 1. abſolutè negat illos cognouiſſe Myſterium Trinitatis: quando tamen daremus ſuppoſitâ reuelatione etiam eos, quibus reuelatio facta non eſt, quivè reuelationi non credunt, poſſe probabiliter cognoſcere Trinitatem, dico ipſos etiam manere ex vi reuelationis magis expeditas, quamvis non ita perfectè, ſicut fideles credentes reuelationi, in fidelibus enim præſtat auctoritas diuina per ſe ipſam illud, quod in illis infidelibus præſtat ſuppoſitâ diuinâ reuelatione auctoritas humana motiua ſcilicet retrahentia ab aſſenſu Trinitatis, quæ fideles inania cenſent, & fallacia ex motiuo diuinæ auctoritatis, illi infideles inania cenſent, & fallacia ex motiuo auctoritatis humanæ fidelium id teſtificantium. Suppoſitâ igitur reuelatione etiam in infidelibus intellectus minus retrahitur ab aſſenſu Trinitatis. Alio etiam ex capite reuelatio vni facta poteſt alteri prodeſſe in ordine ad aſſentiendum naturaliter Trinitati, ſcilicet ex eo, quod ille huic clariùs, viuidius, firmiùſque proponat naturales congruentias Trinitatem ſuadentes.

Etiam aliis, quibus reuelatio facta non eſt.

27. Probatur ſecundò: Veſtigia, & imagines, ſeu ſimilitudines rei aliunde cognitæ etiamſi imperfecta ſint, & valde deficientia, poſſunt conducere ad nouam cognitionem, nonnmque aſſenſum eiuſdem rei, ſed vt recenſet Eſtius *in* 1. *diſt.* 3. §. 9. & 10. in rebus naturalibus dantur plura veſtigia, pluresque ſimilitudines Trinitatis, & hæc ſuppoſitâ reuelatione eſt aliunde cognita, ergo ſuppoſita reuelatione talia veſtigia, & tales ſimilitudines poſſunt conducere ad naturalem aſſenſum Trinitati præſtandum. Confirmatur repetendo *ex ſuperiori* §. argumenta afferri ſolita pro Trinitate naturaliter demonſtranda, quæ licet non inducant aſſenſum demonſtrationm, negari tamen nequit quin inducant aſſenſum probabilem ſuppoſitâ reuelatione Trinitatis retundente apparentiam cuiuſcumque argumenti contrarij, & addente intellectum expeditiorem pro tali aſſenſu.

28. Ex dictis habetur ſuppoſita reuelatione Trinitatis ex duplici motiuo præſtari ipſi poſſe naturalem aſſenſum, nimirum, vel ex motiuo extrinſeco humanæ auctoritatis eorum, qui de Trinitate per reuelationem edocti ipſius exiſtentiam firmiter teſtificantur: vel ex motiuo intrinſeco rationum naturalium deſumptarum ex infinitate Dei, & veſtigiis, & ſimilitudinibus Trinitatis relucentibus in creatis, aliiſque huiuſmodi capitibus: fideles, qui ex diuina reuelatione Trinitati ſupernaturaliter aſſentiuntur, ex vtroque motiuo induci poſſunt ad præſtandum eidem Trinitati naturalem aſſenſum: Infideles verò, is præſertim, qui nunquam fidem habuerunt veram, & diuinam de Trinitate, aſſentiuntur potiſſimum ex motiuo humanæ auctoritatis, quia ſine auctoritate aliorum hominum id teſtificantium vix poſſent, aut excitari ad cogitandum de Trinitate, aut non fortiùs moueri ab argumentis diſſuadentibus, quam ab argumentis ſuadentibus Trinitatem. Hinè fit Antiquos Philoſophos Gentiles, ſi Trinitatem cognouerunt, fuiſſe ad talem cognitionem inductos ex humana auctoritate, quatenus aut ex populi Hebræi traditione Trinitatem didicerunt, aut ipſam deduxerunt ex lectione Sacræ Scripturæ, in quâ Gentiles agnoſcabant, ſolam auctoritatem humanam Moyſis, & aliorum; qui ipſam conſcripſerunt. Dixi ſi Trinitatem cognouerunt, quia Thomiſtæ, & alij plures cum D. Thoma *loco præcitato*, id negant, & ad teſtimonia in oppoſitum relata à Vaſquio 1. *parte, diſp.* 132. *cap.* 1. reſpondent nil aliud euincere, quàm, quod docet D. Thomas *præcitatus*, cognouiſſe ſcilicet Philoſophos illos attributa quædam eſſentialia, quæ appropriantur perſonis, cæterùm aut nunquam diſtinxiſſe tres perſonas, aut ſimul cum perſonis diſtinxiſſe tres naturas, aut nõ admiſiſſe vnam Perſonam ab alia genitam, aut cum generatione vnius perſonæ ab alia non agnouiſſe conſubſtantialitatem vtriuſque. Vnde vt loquitur Io. à S. Thoma *prima parte, quæſtion.* 29. *diſputat.* 4. *art.* 3. *num.* 8. non tam cognouerunt, quàm errauerunt circa Myſterium diuinæ generationis, *errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.*

Duo ſunt media cognoſcendi probabiliter Trinitatem lumine naturæ ſuppoſita reuelatione.

29. Habetur inſuper hucvſque dicta procedere non ſolum de intellectu humano, verum etiam de intellectu Angelico; nam cum ex vna parte intellectus Angelicus non ſit inferioris conditionis, quàm humanus, quidquid poteſt poſitâ reuelatione circa Trinitatem intellectus humanus conſequens eſt, quod poſſit etiam Angelicus, ex alia parte cum intellectus Angelicus, quamvis perfectior humano non poſſit propriis viribus cognoſcere diuina, niſi ex creaturis; & ex his ſolùm Deus, vt vnus, non vt Trinus innoteſcat, conſequens eſt, quod ante omnem reuelationem intellectus etiam Angelicus impar ſit propriis viribus cognitioni etiam poſſibili Trinitatis, imo nonniſi metaphyſicè loquendo par ſit ſoluendis contrariis argumentis, vt dictum eſt de intellectu humano. Quia deinde quilibet intellectus creabilis eſt ex ſe impar Deo immediatè attingẽdo *ex tract. ſuper. lib.* 2. *c.* 1. §. 5. & *c.* 3. §. 6. & 7. nec niſi mediis rebus creatis aſſurgere poteſt naturaliter ad notitiam diuinorum

Quod dictũ eſt de intellectu humano in ordine ad Trinitatis cognitionem procedit etiam de Angelico, & quolibet alio intellectu creato.

fit,

ſit, quod hucvſque dicta de intellectu humano non ſolùm ad intellectum Angelicum, verùm etiam ad quemcumque intellectum creabilem ſint extendenda.

---

§. IV.

Vtrùm naturæ lumine poſſit etiam haberi probabilitas poſitiua, aut euidentia negatiua, de aliqua Trinitate creata?

30. Trinitas creata eſt contra lumẽ naturæ, & euidenter repugnans.

ASSERTVM: Trinitas creata eſt contra lumen naturæ, & naturalibus rationibus euidenter oſtenditur repugnans, conſequenter naturæ lumine non poteſt haberi aut probabilitas poſitiua, aut euidentia negatiua, &c. Eſt aſſertum communiſſimum, adeò vt oppoſitum teſte De Quiros *prima parte, tract. 7. diſp. 26. ſect. 4.* pluribus Theologis cenſeatur temerarium, contra Ochamum *in 1. diſtinct. 2. queſtion. 1.* exiſtimantem ſtando rationi non repugnare Trinitatem creatam, eo quod hi termini *Vnus, & Trinus* non ſint repugnantes. Eſt etiam contra aliquos Recentiores apud Martinon. *prima parte, diſp. 25. ſect. 8.* ponentes in creatis quid Trinitati ſimile, nimirum aliqua identificata cum tertio, & diſtincta realiter inter ſe; nam modus non diſtinguitur à re modificata, & tamen modi incompoſſibiles diſtinguuntur realiter inter ſe: Rotunditas v. g. & quadratura ſucceſſiuè modificantes eandem ceram ſunt idem omninò cum cera, & diſtinguuntur realiter inter ſe.

Probatur primò ex eo, quod nimis derogaretur conditioni Myſterij iuxta omnium Sanctorum Patrum ſenſum abditiſſimi, excellentiſſimi, & diuiniſſimi, ſi concederetur ipſum poſſe etiam extra Deum in creaturis reperiri: & in defendenda extra infideles diuinarum perſonarum Triade trepidarent timore, vbi non eſt timor, Catholici, ſi etiam in creatis poſſet Trinitas naturæ lumine defendi, & ratione naturali Trinitas etiam creata non repugnaret.

31. Eſſe diſtincta inter ſe, quę ſunt idẽ cum tertio, in creatis repugnat lumini naturę.

Probatur ſecundò ex eo, quod eſt contra lumen naturæ, & euidenter repugnans; quod poſſint eſſe realiter idem cum tertio non ſimpliciter infinito ea, quæ ſunt diſtincta realiter inter ſe, ſed Trinitas creata conſiſteret in eo, quod eſſent realiter idem cum tertio creato, ac non ſimpliciter infinito, aliqua diſtincta inter ſe, ergo Trinitas creata eſt contra lumen naturæ, &c. Minor patet, maior probatur. Tota ratio, cur non obſtante illo principio *Quæ ſunt realiter eadem vni tertio, &c.* poſſint in diuinis perſonæ realiter diſtinctæ eſſe idem vni eſſentiæ; eſt quia diuina eſſentia eſt vnum tertium ſimpliciter infinitum continens eminentiſſimo modo actualem diſtinctionem *ex ſupradictis lib. 1. capit. 6. §. 3.* ergo quia eſt contra lumen naturæ, & euidenter repugnans, poſſe eſſe realiter idem cum tertio non ſimpliciter infinito, &c. Confirmatur: Euidens eſt non eſſe ponendam ſine ſumma neceſſitate diſtinctionem aliquorum inter ſe cum identitate in tertio, at in creatis non poteſt eſſe ſumma neceſſitas identificandi in tertio diſtincta realiter inter ſe, ergo euidens eſt non eſſe ponendam creatam Trinitatem. Maior patet; quia ſecus principium illud, *Quæ ſunt eadem vni tertio, &c.* eſſet abſolutè negabile, & facilè quiſque poſſet excogitare leuem aliquam neceſſitatem identificandi cum aliquo tertio quæcumque diſtincta inter ſe. Minor probatur: Summa neceſſitas identificandi idem tertium cum rebus diſtinctis realiter eſt euidens immultiplicabilitas talis tertij, & certè ſi natura diuina non eſſet euidenter immultiplicabilis, potiùs diceretur ipſam multiplicari ad multiplicationem perſonarum diſtinctarum, quàm ipſam immultiplicatã ſibi identificare plures, & diſtinctas perſonas; at nulla res, nullaque natura creata eſt euidenter immultiplicabilis, nam ſolùm omnimoda infinitas eſt radix euidentis immultiplicabilitatis, ergo.

Probatur tertiò ex eo, quod rationes dubitandi pro aduerſariis in aſſerto relatæ leuiſſimi momenti, & facillimæ ſolutionis ſunt. Nam quod dicebatur ex Ochamo hi termini *Vnus, & Trinus* non ſunt repugnantes, verum eſt in ente ſimpliciter infinito; falſum in ente creato non ſimpliciter infinito & ſicuti ex eo, quod hi termini. Prima cauſa, ſummum bonum, ens à ſe, non ſint repugnantes ex ſuo conceptu vniuerſaliſſimo, ſecundùm quem comparari poſſunt ad aliquod poſitiuum extra totam creaturarum collectionem, male deduceretur neque etiam repugnare in creatis ſtando naturali rationi, & contra hanc non eſſe primam cauſam creatam, ſummum bonum creatum &c. Ita &c. Quod dicebatur ex nonnullis recentioribus de modificationibus incompoſſibilibus diſtinctis inter ſe, non ab eo, cuius ſunt modificationes, falſum prorsùs eſt, & modificationes illæ eâ ratione, qua diſtinguuntur ab inuicem, diſtinguuntur etiam ab eo, cuius ſunt modificationes. Nam vt ſiſtam in exemplo præallato, diſtinguitur rotunditas à quadratura, quia à quadratura ſeparatur, & illa deſtruitur iſtâ permanente, at hoc modo diſtinguitur etiam tum rotunditas, tum quadratura à cera: poteſt quippè tum rotunditas, tum quadratura deſtrui cerâ remanente. 32.

Vnus, & Trinus ſunt termini repugnantes in creatis, ſicuti prima cauſa, ſummum bonum &c.

Ex euidenti repugnantiâ Trinitatis creatæ habetur quam iure, rectéque dixerit D. Dionyſius *cap. 13. de diu. nom. Nulla autem monas, aut trias, neque numerus, neque vnitas, aut fœcunditas, neque quidquam aliud eorum, quæ aut ſunt, aut cognita ſunt, arcanum illud ſummæ, omniáque ſuperantis diuinitatis, quod rationem, omnémque mentem vincit, enunciant.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Virùm de Myſterio Trinitatis haberi poſſit ſupernaturaliter à Viatore aliqua euidentia, & primò vtrum haberi poſſit euidentia in atteſtante?

34. Viator ſupernaturaliter poteſt habere euidentiã in atteſtante de Trinitate.

ASSERTVM: Vere haberi poteſt ſupernaturaliter de Myſterio Trinitatis euidentia abſtractiua in atteſtante à viatore. Ita Theologi communiter in quæſtionibus de fide, & in præſenti Arriaga *prima parte, diſp.* 43. *ſect.* 6. Lugus *diſp.* 1 a. *cap.* 2. *num.* 10. Auerſa *quæſtion.* 3 1. *ſection.* 3. *&c.* Contra Vaſquez *prima parte, diſp.* 1 3 5. *cap.* 3. volentem ex atteſtatore nõ poſſe haberi euidentiam rei atteſtatæ. Item contra De Quiros *tract.* 7. *diſp.* 25. *ſect.* 5. *num.* 26. volentem non poſſe haberi euidentiam Diui atteſtantis in puro viatore, & abſque Dei viſione. Contra vtrumque dicendi modum aſſerta veritas

Probatur: Poteſt puros viator ſupernaturaliter cognoſcere euidenter reuelationem Trinitatis eſſe diuinam, ſed cognoſcens euidenter reuelationem Trinitatis eſſe diuinam poteſt euidenter deducere exiſtentiam Trinitatis, ergo poteſt purus viator habere de Myſterio Trinitatis euidentiam, quæ ex eo, quòd non ſit per ſpeciem propriam dici debeat abſtractiua; ex eo, quòd conſequatur ad euidentiam diuini teſtimonij, ſeu Dei atteſtantis dicatur in atteſtante. Maior probatur: Poteſt Deus reuelare Trinitatem vtendo talibus ſignis, ſiue internis, ſine externis; vt, etiamſi Deus ipſe non videatur, euidens tamen ſit Deum eſſe, qui reuelat, & loquitur; ſicuti ex modo loquendi, aliiſque conditionibus locutionem comitantibus poteſt euidenter cognoſci Pettum eſſe, qui loquitur, etiamſi Petrus non videatur, Deus enim multò magis, quàm Petrus poteſt ſignis ſibi omninò proptiis ſuam locutionem condecorare, ergo. Minor etiam probatur: Cognoſcendo euidenter reuelationem Trinitatis eſſe diuinam, poteſt Trinitatis exiſtentia ſic deduci: Illud omne, quod Deus reuelat exiſtere, vere exiſtit: ſed Trinitas eſt aliquid, quod Deus reuelat exiſtere; ergo Trinitas verè exiſtit. In quo Syllogiſmo cum minor euidens ſupponatur, & maior ſit lumine naturæ nota, vtique euidenter infertur exiſtentia Trinitatis.

35. Dices, ex De Quiros *loco præcitato* reuelationem, & locutionem diuinam, talem conſtitui per internam intentionem ipſius Dei volentis aſſumere aliqua determinata ſigna ad expreſſionem ſuæ mentis: Non poſſe autem euidenter cognoſci internam intentionem Dei, niſi Deus ipſe in ſe videatur, ideo non poſſe cognoſci euidenter reuelationem, locutionemque diuinam extra viſionem Dei, ſicque corruere maiorem propoſitionem puſitæ probationis. Sed contra: Interna intentio Dei intuitiuè ad ſummum cognoſci non poteſt, niſi Deus ipſe in ſe videatur, at euidenter euidentiâ abſtractiuâ poſſe extra Dei viſionem cognoſci rectè probatur ex eo, quod poſſit Deus aſſumere ad talem intentionem manifeſtandam ſigna aliqua, & opera, quæ euidenter conſtet non niſi à Deo fieri poſſe. Neque dicas, dum Deus talia ſigna præſtat, poteſt impius aliquis talibus ſignis abuti, aſſerendo mendaci verſutia in confirmationem eius, quod ipſe loquitur, talia ſigna à Deo fieri, ſicque locutionem ipſius eſſe locutionem diuinam, quamvis re verà diuina non ſit, ergo ex ſignis quibuſcumque Dei maximè propriis non poteſt euidenter innoteſcere locutionem aliquam eſſe diuinam. Contra enim primò: Metaphyſicè ſolum poteſt id contingere, ſicque ſaltem moraliter remanet euidens talibus ſignis veram Dei locutionem ſubeſſe. Solùm inquam metaphyſicè poteſt id contingere, quia vt ſuo loco tradetur in libris de fide ad ſummum Metaphyſicè poteſt falſa doctrina veris miraculis confirmari. Contra ſecundò: Non deſunt Deo ſigna aliqua interna, quæ aliquis euidenter ſciat ſibi ſolùm innoteſcere, & quibus per conſequens non poſſit ex alicuius impij peruerſitate ſubiici falſa locutio. 36.

Metaphyſicè ſolùm poteſt falſa doctrina confirmari veris miraculis.

Dices ex Vaſquio *loco præcitato*: In ſyllogiſmo illo, *Omne, quod Deus reuelat, &c.* non inferri concluſionem demonſtratiuè, tum quia maior propoſitio illius Syllogiſmi continet principium omninò extrinſecum concluſioni; tum quia aſſenſus concluſionis innititur teſtimonio; omnis autem aſſenſus teſtimonio innixus fides eſt, non euidens notitia rei teſtificatæ, ideò etiam poſitâ euidentiâ in atteſtante non poſſe à viatore euidenter cognoſci Trinitatem, ſicque corruere minorem propoſitionem poſitæ probationis. Sed contra: Nomine principij extrinſeci, vel intelligit *Vaſquez* principium realiter adæquatè diſtinctum ab eo, quod infertur, vel intelligit principium nullam habens cum eodem eſſentialem habitudinem, & neceſſariam connexionem. Primo modo maior illius Syllogiſmi continet quidem principium extrinſecum; at ſi principium tali modo extrinſecum non poteſt inſeruire demonſtrationi; nulla demonſtratio, aut cauſæ ex effectu, aut effectus ex cauſa eſſet legitima. Secundo modo maior illa non continet principium extrinſecum, nam reuelatio non eſt minus eſſentialiter connexa cum re reuelata, quàm effectus cum cauſa, aut cauſa cum effectu. Quod additur omnem aſſenſum teſtimonio innixum eſſe fidem, verum eſt de aſſenſu, qui innititur teſtimonio immediatè, & vt teſtimonio præcisè; de aſſenſu, qui innititur teſtimonio mediatè, & vt præmiſſæ diſcurſus. Nec maiori *Vaſquez* indiget impugnatione, 37.

Argumentũ aliquod eſſe poteſt per principium extrinſecum dupliciter.

Non omnis aſſenſus innixus teſtimonio eſt fides.

tione, cum ipſemet *loco præcitato in fine capitis* fateatur ex teſtimonio poſſe haberi euidentiam licèt minorem, quam ex principiis intrinſecis.

38. Dubitari hic poteſt: Vtrùm non ſolùm abſolutè ſit communicabilis, verum etiam de facto fuerit aliquando communicata alicui puro viatori euidentia Trinitatis in atteſtante. Dixi alicui puro viatori, vt excipiam Chriſtum Dominum, qui licet non habuerit euidentiam diuinæ atteſtationis inſeruientis actibus fidei à ſe ipſo eliciendis; cum ipſe neque etiam, vt viator vllum diuinæ fidei aſſenſum elicuerit, habuit tamen euidentiam atteſtationis inſeruientis actibus fidei aliorum hominum, quos actus fidei per ſcientiam ſupernaturalem infuſam ipſe comprehendebat, quemadmodum explicari ſolet in libris de Incarnatione: In præſenti igitur ſolum expediendum eſt dubium in ordine ad alios à Chriſto Domino ſcilicet in ordine ad quemcumque purum viatorem, ſpecialiter verò in ordine ad primum Angelum, primos parentes, Apoſtolos, Prophetas, alioſque huiuſmodi inſigniores Eccleſiæ Proceres, quibus communicatam fuiſſe euidentiam in atteſtante Myſteriorum fidei, & in particulari Myſterij Trinitatis, ſentiunt quàmplures apud Marchinum *de Trinitate, diſp.* 25. vnde probabilitate extrinſecâ, & deriuatâ ab auctoritate, valde probabilis eſt ad propoſitum dubium affirmatiua reſponſio: Loquendo verò ex natura rei, & ex principiis extrinſecis excepto primo Angelo, nulla videtur vrgere ſufficiens neceſſitas aſſerendi communicatam de facto euidentiam Trinitatis in atteſtante: Nec enim talis communicatio aut in Scriptura exprimitur, aut ad fidem prærequiritur, aut ex aliquo alio capite neceſſaria eſt in puro viatore excepto primo Angelo, qui cum ex vna parte ſciret euidenter ſe non habere Angelum ſuperiorem, ex alia parte ſciret etiam euidenter ſe non poſſe illuminari, ſeu illuſtrari niſi à ſuperiore, conſequenter etiam euidenter ſciebat ſe illuminari à Deo, quoties res aliqua ignota illi manifeſtabatur; eſſe reuelationem, & locutionem diuinam illam omnem, qua de aliquo ipſius naturalem intelligentiam excedente edocebatur. Soli igitur primo Angelo loquendo ex natura rei, & ex principiis intrinſecis videtur debere concedi communicata euidentia Trinitatis in atteſtante.

Euidentia Trinitatis in atteſtante de facto cõmunicata ſoli primo Angelo.

39. Dices: Omnes Prophetæ appellabantur videntes, ergo quia habebant rerum reuelatarum, & inter alias res reuelatas, Trinitatis euidentiam in atteſtante; quod ſi ſemel talis euidentia Prophetis conceditur nullo iure negari poteſt primis Parentibus, Apoſtolis, & huiuſmodi inſignioribus Eccleſiæ Proceribus. Sed contra: Prophetæ appellabantur videntes, aut per viſionem imaginariam, aut latiùs ſumpto ly *videntes* pro cognoſcentes, cognoſcebant enim ipſi quæ cæteri ignorabant. Deinde nos non negamus abſolutè in Prophetis omnem euidentiam in atteſtante, quod definire ſpectat ad libros de fide: ſed negamus determinatè euidentiam in atteſtante reſpectu Trinitatis, cuius ſpecialis excellentia expoſcebat ſpecialem obſcuritatem in reuelatione. Ex eo igitur, quod Prophetæ dicti fuerint videntes, colligitur ad ſummum, quod habuerint euidentiam in atteſtante reſpectu aliquorum, at non quod habuerint talem euidentiam reſpectu omnium rerum reuelatarum, & in particulari reſpectu Trinitatis.

Prophetæ cur dicti ſint videntes.

§. VI.

Vtrùm de Myſterio Trinitatis haberi poſſit ſupernaturaliter à viatore euidentia abſtractiua in aliquo effectu ſupernaturali?

ASSERTVM: Verè haberi poteſt ſupernaturaliter à viatore euidentia abſtractiua Trinitatis in aliquo effectu ſupernaturali, dummodo non conſideretur ſub ſolâ formali ratione effectus, & ſecundùm præciſam connexionem cum cauſa, quam limitationem addiderim ex eo, quod ſub ſola formali ratione effectus non magis pendeat à Deo Trino, nec magis ad Trinitatis notitiam conducunt res ſupernaturales, quàm naturales, vt tactum eſt *ſuperiori* §. 2. Ita Ioan. à S. Thoma *prima parte, quæſt.* 29. *diſputation.* 4. *artic.* 3. *num.* 10. & Thomiſtæ communiter *ad tertiam partem, quæſtion.* 11. ibidem Suarez *diſputation.* 27. *ſection.* 2. Arrubal *prima parte, diſputation.* 116. *capit.* 3. & 4. Aucrſa *quæſtion.* 32. *ſection.* 3. Marchinus *diſputation.* 26. Arriaga *diſputation.* 43. *ſection.* 6. &c. Contra Vaſquez *diſputation.* 135. *cap.* 3. & 4. De Quiros *tract.* 7. *diſp.* 21. *ſect.* 10. aliuſque nonnullos. 40.

Probatur: Poteſt haberi à puro viatore cognitio comprehenſiua actus fidei, aut actus viſionis terminati ad Trinitatem, ſed talis actus comprehenſiuè cognitus, inducit euidentiam abſtractiuam Trinitatis, ergo verè haberi poteſt ſupernaturaliter à viatore euidentia abſtractiua Trinitatis in aliquo effectu ſupernaturali. Maior probatur: Poteſt Deus ſupernaturaliter infundere puro viatori ſpeciem propriam comprehenſiuè repræſentatiuam aut actus fidei, aut actus viſionis, tum quia Chriſtus Dominus etiam vt viator habuit de facto ſcientiam ſupernaturalem infuſam talium actuum, tum quia actus fidei, & viſionis non ſunt ſummum bonum, nec beatitudo obiectiua, vnius ſolius intuitiua, & comprehenſiua cognitio extrahit à ſtatu viæ. Minor etiam probatur: Actus fidei, aut viſionis terminatus ad Trinitatem, dicit neceſſariam, & eſſentialem connexionem, cum exiſtentia Trinitatis, tum quia actus

Purus viator poteſt comprehendere actus ſupernaturales fidei, & viſionis.

quilibet

quilibet intellectus ex genere ſuo dicit ordinem tranſcendentalem ad obiectum, imo in noſtris principiis nihil eſt aliud, quàm complexum intellectus, & obiecti: tum quia viſio, & fides ex prærogatiua ſopernaturalitatis ſunt actus omninò infalſificabiles: habent igitor neceſſatiam, & eſſentialem connexionem, cum exiſtentia Trinitatis, quam tanquam exiſtentem attingunt, & repræſentant; ſed quod dicit neceſſatiam, & eſſentialem connexionem cum alio, dum compreheoditur inducit euidentiam abſtractiuam illius, comprehenſio quippè alicuius attingit euidenter omnes reſpectus eſſentiales, & neceſſarios ipſius, conſequenter etiam attingit, aut ſaltem poteſt attiogere, & inferre talium reſpectuum terminos, necnon attingendo connexionem inferre exiſtentiam extremi connexionem terminantis, ergo.

Ex talium actuum cōprehenſione habetur euidentia abſtractiua Trinitatis.

41. Huic probationi varias afferunt reſponſiones Aduerſarij, & dum in nulla reſponſione conueniunt, indicant cuiuſlibet reſponſionis inſufficientiam. Reſpondent primò in vniuerſum viſiooem, & fidem eſſe principia extrinſeca reſpectu Trinitatis, ideò quamvis dicant eſſentialem ordinem ad Trinitatis exiſtentiam non poſſe inducere euidentiam Trinitatis exiſteotis. Hæc reſponſio manet impugnata ex dictis contra Vaſquium *ſuperiore* §. Addi hic poteſt iuxta Complexiſtas viſionem, & fidem Trinitatis nullatenus dici poſſe principia extrinſeca, & adæquatè diſtincta ab ipſa Trinitate, ſed cum nihil aliud ſint, quam complexum ex intellectu, & Trioitate ſe habere ad Trinitatem, tanquam totum ad partem, adeóque à Trinitate ſolùm inadæquatè diſtingui.

Reſpondent ſecundò relationem, ſeu 42. conexiooem viſionis, & fidel cum obiecto eſſe relationem, ſeu connexionem imaginis cum exemplari, relationem verò, ſeo connexionem imaginis cum exemplari non poſſe ioducere euidentiam exemplaris, niſi ſciatur imagioem eſſe conformem exemplari; & hoc ſciri non poteſt, niſi cognoſcendo aliunde euidenter exemplar in ſe ipſo ipſumque conferendo, & comparando cum imagine. Vt igitur quis poſſet ex fide, & viſione Trinitatis duci in euidentem ipſius notitiam, deberet aliunde eandem Trinitatem io ſe ipſa euidenter cognoſcere, quod, &c. Hæc reſponſio impognatur, quia 43. malè ſupponit actum intellectus eſſe imaginem obiecti, cum à nobis ſæpiùs dictum ſit rationem imaginis intentionalis conuenire ſpeciei impreſſæ, & expreſſæ, ſcilicet principio, & termino intellectionis; non ipſi intellectioni: Connexio igitor viſionis, & fidei cum obiecto eſt vnionis vitalis intellectiui cum intelligibili, non imaginis cum exemplari: quando tamen admitteremus viſionem, & fidem Trinitatis ad iſtam ſe habere vt imagines ad exemplar adhuc reſponſio non ſubſiſteret. Enimverò quando alionde conſtat imaginem eſſe ex natura ſua intrinſecè veram, & conformem ſuo exemplari (ſicuti conſtat de actibus fidei, & viſionis, qui ex vi ſupernaturalitatis ſunt infalſificabiles adeóque ſi imagines ſunt, ſunt imagines veræ, & conformes ſuis obiectis tanquam exemplaribus) vt ex ioagine cognoſcatur euidenter exemplar, non eſt neceſſaria cognitio præuia exemplaris in ſe ipſo, ratione cuius poſſit fieri eiuſdem cum ioagine comparatio, & examinari vtrùm imago el ſit conformis necnè: Si mihi v. g. certè, & euidenter conſtet omnem imaginem ab Apelle depictam eſſe veram, & conformem ſuo exemplari; eo ipſo, qood video picturam Apellis repræſentantem hominem bifrontem v. g. certe, & euidenter infero exiſtentiam hominis bifrontis, etiamſi huius in ſe ipſo nullam vnquam notitiam habuerim.

Viſio, & fides ad ſua obiecta non ſe habent vt imagines ad exemplaria.

Ad cognoſcendum ex imagine [e]xemplar non eſt ſemper neceſſaria præcognitio exemplaris.

Reſpondeat deinde ſpecialiter quoad actum fidei ipſum eſſentialiter tendere in ſuum obiectum ineuidenter, & conſequenter eum, qui comprehendit actum fidei de Trinitate, non poſſe in tali acto attingere niſi notitiam ineuidentem Trinitatis. 44. Impugnatur hæc reſponſio, quia actus fidei poteſt conſiderari dupliciter, vel vt medium incognitum, & per ſe ipſam immediatè obiectum ootificans, vel vt medium cognitum, & notificans obiectum mediatè, & indirectè. Primo modo es fide haberi ſolùm poteſt nòtitia ineuidens; ſecus ſecundo modo: Aliter dici poteſt, fidem ſumptam formaliter non poſſe cauſare euidentiam ſui obiecti, bene tamen ſumptam effectiuè; non poſſe cauſare euidentiam, vt per ſe ipſam præcisè cognitio eſt, & vt facit credentem, bene tamen vt eſt eſt obiectum, ſeu principium alterius cognitionis.

Quomodò fides poſſit cauſare euidentiam ſui obiecti.

Reſpondent tandem ſpecialiter quoad actum viſionis: non poſſe hanc intuitiuè cognoſci, niſi cognoſcatur Deus, vt eſt in ſe; adeóque non poſſe intuitiuè cognoſci à puro viatore, qui manens in ſtatu viatoris non poteſt cognoſcere Deum, vt eſt in ſe. 45. Enimverò quamvis relatio ad terminum poſſit ex genere ſuo intuitiuè cognoſci, non cognito intuitiuè, & vt eſt in ſe termino; quando tamen relatio ad terminum ex cooceptu proprio ipſum attingit, vt eſt in ſe ſicuti attingit viſio Deum; nequit talis relatio intuitiuè cognoſci, niſi ipſius terminus intuitiuè, & vt eſt in ſe, cognoſcatur, quia in tali relatiooe nequit diſcerni attingentia termini vt eſt in ſe, quemadmodum requiritur ad cognitionem ipſius intuitiuam ab eo, qui terminum vt eſt in ſe ignorat. Impugnatur hæc reſponſio, quia ad ſummum quando non eſt alicui actui eſſentialis attingentia termini, vt eſt lo ſe debet aliunde terminus vt eſt in ſe intuitiuè innoteſcere ad diſcernendam in actu attingentiam eiuſdem termini, vt eſt in ſe At verò, quādo actus aliquis eſſentialiter, & infalſificabiliter tendit in terminum, vt eſt in ſe; ad diſcernendam in tali actu attingentiam termini, vt eſt in ſe, ſufficit quod innoteſcat talem actum eſſe infalſificabilem, & eſſentialiter conformem ſuo obiecto. Sic cognoſcendo aliquem actum eſſe

Viſio Dei poteſt videri non viſo Deo.

Dei viſionem, & eſſe infalſificabilem; ſtatim, diſcernitur in tali actu attingentia Dei, vt eſt in ſe, abſque eo, quod Deus aliunde, vt in ſe eſt, cognoſcatur. Pro quo facit a lrem doctrina mox præallata de cognitione euidenti exemplati ex imagine abſque præuia cognitione exemplatis in ſe, quando aliunde conſtat imaginem eſſe verè expreſſiuam ſui exemplaris.

46. Ex impugnatione reſpooſionum, quibus Aduerſarij conantur occurrere ſuperiori probationi, colligitur illius probationis efficacia, & infertur eodem modo argui poſſe in quolibet alio actu ſupernaturali habente Trinitatem pro obiecto, putà in actu ſupernaturalia memoriæ, quo quis recordetur aut præteritæ viſionis de Trinitate, vt contingere potuit in D. Paulo; aut præteritæ fidei de eadem, vt contingere poteſt in quolibet viatore. Dixi ſupernaturalis memoriæ, nam de actu memoriæ naturalis qualem habere poteſt hæreticus, qui ante lapſum in hæreſim, habuerit actum ſupernaturalem fidei explicitæ circa Trinitatem diuerſa eſt ratio; cum enim de actu naturali non conſtet, quod ſit eſſentialiter verus, ex eo, quod quis habeat actum naturalis memoriæ de fide præterita, non eſt certus ſimpliciter quod verè talem fidem habuerit. Eádem de cauſa comprehendendo actum naturalem habentem Trinitatem pro obiecto, & euidenter attingendo ordinem talis actus ad Trinitatem, non habet quis omnimodam certitudinem, & euidentiam exiſtentiæ Trinitatis.

Ex comprehenſione actus naturalis habentis pro obiecto Trinitatem haberi non poteſt euidentia Trinitatis.

47. Dubitatur hic vtrum in ſolis actibus ſupernaturalibus habentibus Trinitatem pro obiecto, an verò etiam in aliquo alio effectu ſupernaturali, haberi poſſit à viatore euidentia abſtractiua Trinitatis, ſpecialiter: Vtrùm haberi poſſit talis euidentia in vnione hypoſtatica, vt ſentiunt communiter Doctores relati pro ſuperiore aſſerto tribuentes vnioni hypoſtaticæ primum, & potiſſimum locum inter media inducentia euidentiam abſtractiuam Trinitatis. Nihilominus reſpondetur vnionem hypoſtaticam non poſſe ſpecialiter conducere ad euidentiam abſtractiuam Trinitatis, & vel ex omnibus donis in ſubſtantia ſupernaturalibus poſſe haberi talem euidentiam, vel neque etiam, poſſe haberi ex vnione hypoſtatica. Reſponſio duo continet. Primo indicat eſſe poſſibile, quod ex quolibet dono quoad ſubſtantiam ſupernaturali haberi poſſit euidentia abſtractiua Trinitatis, & ratio eſt, quia donum quodlibet quoad ſubſtantiam ſupernaturale, quamvis effectiuè ſit à Deo, vt vno, terminatiuè tamen dirigitur ad Deum vt Trinum, quatenus quodlibet ſupernaturale donum dirigitur ad viſionem Dei vt eſt in ſe, adeóque ad viſionem Dei vt Trini, qui igitur perfectè comprehendit aliquod ſupernaturale donum, neceſſe eſt quod cognoſcat eſſentialem habitudinem vltimò terminatam ad Deum, & ex tali habitudine aſſequi poteſt euidentiam Tri-

Probabile eſt ex quolibet dono ſupernaturali poſſe cognoſci Trinitatem euidenter.

48. nitatis exiſtentis. Hunc dicendi modum non ſolùm probabilem, verùm etiam valde plauſibilem cenſet Marchinus *diſp.* 26. Secundum, quod reſponſio continet, eſt vnionem hypoſtaticam non poſſe magis deſeruire ad euidentiam abſtractiuam Trinitatis, quàm aliud quodlibet ſupernaturale donum. Ratio eſt, quia vnio hypoſtatica licet habeat ſpecialem connexionem cum perſona Verbi, tamen habet ſpecialem connexionem cum ipſa ſolùm vt terminante, & ſanctificante; ex quo non innoteſcit Perſonam Verbi eſſe conſubſtantialem aliis perſonis, & habere conſortium aliarum duarum potius, quam plurium Perſonarum. Neque dicas ſaltem, ſi darentur tres hypoſtaticæ vniones ad tres diuinas perſonas, & alia inſuper vnio ad diuinam eſſentiam immediatè, qui comprehenderet has omnes vniones cognoſceret euidenter tres perſonas, & vnam eſſentiam, quod eſt ipſiſſimum Myſterium Trinitatis. Contra enim adhuc ex comprehenſione omnium huiuſmodi vnionum non innoteſceret identitas trium Perſonarum cum vna eſſentia: non item euidenter conſtaret non eſſe plures, quàm tres Perſonas, nec eſſe poſſibiles alias vniones hypoſtaticas cum aliis diuinis perſonis, ideò, &c.

Ex vnione hypoſtatica non habetur euidentia Trinitatis magis, quã ex alio quolibet dono ſupernaturali.

---

§. VII.

Vtrùm per euidentiam abſtractiuam in atteſtante, aut in aliquo effectu ſupernaturali haberi poßit à viatore cognitio quiditatiua Trinitatis?

ASSERTVM I. Vix poteſt ſub hoc titulo vitari quæſtio de nomine, terminis tamen rectè intellectis, nihil prohibet admittere, quod per euidentiam abſtractiuam, &c. haberi poſſit à viatore cognitio quiditatiua Trinitatis. 49.

In aliquo ſẽſu admitti poteſt in viatore cognitio quiditatiua Trinitatis.

Probatur, & explicatur: Cognitio quiditatiua ex vi nominis nihil eſt aliud, quàm cognitio attingens ſui quiditatem, & repræſentans ipſum quoad quid eſt, communis tamen vſus obtinuit, vt cognitio quiditatiua dicatur ſolùm illa, quæ attingit obiecti quiditatem per medium proprium, ideſt aut per propriam ſpeciem, aut per propriam cauſam, aut per proprium effectum talis rei; ſecùs ſi attingat per medium alienum; quomodo nos hic in via cognoſcimus ſubſtantias per ſpecies accidentium, ſpiritus per ſpecies corporum. Cognitio igitur quiditatiua ſumi poteſt vel ſecundùm ſignificationem, quam habet ex vi nominis; vel ſecundùm ſignificationem, quam habet ex vi vſus. Hoc ſecundo modo nec per diuinam atteſtationem euidenter innoteſcentem, nec per effectum ſupernaturalem cum Trinitate tanquam cum obiecto ſpecialiter connexum, haberi poteſt cognitio quiditatiua Trinitatis; quia nec diuina atteſtatio, nec effectus

Cognitionis quiditatiuæ duplex acceptio.

effectus aliquis ſupernaturalis habens pro obiecto Trinitatem eſt aut propria ſpecies, aut propria cauſa, aut proprius effectus eiuſdem Trinitatis. Primo modo tum per diuinam atteſtationem, tum per effectum ſupernaturalem habentem cum Trinitate tanquam cum obiecto ſpecialem connexionem, per viſionem ſcilicet, & fidem Trinitatis haberi poteſt à viatore eiuſdem Trinitatis cognitio quiditatiua, ſeu attingens euidenter Trinitatem quoad quid eſt. Enimverò cum reuelatio diuina terminari poſſit non ſolùm ad Trinitatis exiſtentiam, verùm etiam ad origines, relationes, & omnia prædicata, tum communia, tum propria diuinarum perſonarum, ex euidenti cognitione diuinæ reuelationis poteſt euidenter cognoſci terminatio ipſius ad omnia prædicata diuinarum perſonarum, & conſequenter ad diuinarum perſonarum quiditatem. Eodem modo fides, & à fortiori viſio poteſt attingere omnia diuinarum perſonarum prædicata, & conſequenter ex euidenti cognitione fidei, & viſionis poteſt euidenter cognoſci quodlibet prædicatum diuinarum perſonarum, & tota ipſarum
50. quiditas. Breuiter ſicuti ex eo, quod diuina atteſtatio, fides, & viſio terminentur ad exiſtentiam Trinitatis, haberi poteſt à viatore in diuina atteſtatione, fide, & viſione euidenter cognitis euidens notitia Trinitatis quoad an eſt. Ita ex eo, quod diuina atteſtatio, fides, & viſio terminari poſſint ad quiditatem Trinitatis, haberi poterit à viatore in iiſdem euidenter cognitis euidens notitia Trinitatis quoad quid eſt, ſeu notitia, quiditatiua in eo ſenſu, in quo pro nunc loquimur; ſiue deinde propriè, ſiue impropriè loquamur, quod ſpectat ad puram quæſtionem de nomine.

51. Maior difficultas eſt, vtrùm loquendo de cognitione in toto rigore quiditatiua, quæ ſcilicet non ſolùm attingat ſui obiecti quiditatem, verùm etiam hanc attingat modo quiditatiuo, & per medium proprium, communicari poſſit viatori talis cognitio reſpectu Trinitatis: & quidem quod talis cognitio nec per propriam cauſam, nec per proprium effectum haberi poſſit facilè conſtat ex eo, quod Trinitas nec propriam cauſam habet, cum ſit incauſata, & à ſe: nec item habet proprium effectum, quia omnis effectus ad extra, conſideratus formaliter in ratione effectus, eſt à Deo vt vno, non à Deo vt Trino. Reducitur igitur difficultas ad cognitionem quiditatiuam, quæ habeatur per propriam ſpeciem; & in hoc celebris eſt ſententia Scoti *in 2. diſt. 3. quæſt. 9. §. ad quæſtionem igitur, verſu hac diſtinctione præmiſſa.* Vbi cognitionem quiditatiuam abſtractiuam Dei per ſpeciem propriam ipſius admittit de facto in Angelis, imò videtur talem ſpeciem naturalem aſtruere, in re tamen talis ſpeciei ſupernaturalitatem malè explicat potiùs, quàm neget: De cognitione quiditatiua abſtractiua Trinitatis non adeò expreſsè *Scotus* loquitur; at nun videtur poſſe negari loquendo conſequenter, & ipſemet Doctor ſubtilis *eadem quæſt. 5. ad rationes pro prima opinione, verſu, & ſi obiicitur contra iſtud* ſatis, indicat ſe illam admittere. Pro difficultatis ſolutione, fit

---

§. VIII.

Vtrùm ſupernaturaliter haberi poſſit à viatore cognitio quiditatiua Trinitatis per ſpeciem propriam ipſius?

ASSERTVM: Repugnat in viatore cognitio quiditatiua Trinitatis per ſpeciem propriam ipſius: Hoc aſſertum, quamvis in terminis à D. Thoma non tradatur, cenſetur omninò eſſe de ipſius mente, præſertim iuxta Thomiſtas ſentientes Sanctum Doctorem negare poſſibilitatem ſpeciei repræſentantis intuitiuè Deum, proptereà Thomiſtæ communiter exiſtimant repugnare quamcumque ſpeciem quiditatiuam, ſiue intuitiuam, ſiue abſtractiuam Dei, ſiue vnius, ſiuè Trini, & quoad ſpeciem abſtractiuam ſolent ipſam impugnare *circa quæſt. 56. artic. 3. primæ partis.* Docent inſuper noſtrum aſſertum Durandus *in prologo, quæſt. 3.* Henricus *quodlib. 5. quæſtione 1. quodlib. 4. quæſt. 7. & 9.* Capreolus *in 1. diſtinct. 3. quæſtione 2. articul. 3. in reſponſione ad 2. contra 6. concluſionem* Suarez *de Trinitate, lib. 1. c. 11. numero 16. & in Metaph. diſputat. 30. ſect. 11. numero 22.* Lugus *prima parte, lib. 2. diſputatione 12. cap. 2.* De Quiros *tractat. 7. diſputat. 22. ſection. 3.* Auerſa *quæſtione 12. ſect. 3.* &c. contra Scotum *in 2. diſtinct. 3. quæſtione 9.* Maiorem *eadem diſtinct. quæſtione 5.* Alliacenſem *quæſtione 1. prologi, articul. 2.* Ochamum *eadem quæſtione, articul. 3.* Molinam *prima parte, quæſtione 1. articul. 2. diſputat. 4. & quæſt. 56. artic. 3.* Arriagam *tom. 1. diſputat. 43. ſect. 5. & tom. 2. diſput. 10. ſect. 1.* Marchinum *de Trinitate, diſputat. 26. in fine*, alioſque nonnullos. 52.

Repugnat in viatore cognitio quiditatiua Trinitatis per ſpeciem propriam.

Probatur primò cognitio quiditatiua Trinitatis neceſſariò eſt ſimul cognitio quiditatiua diuinæ eſſentiæ, ſed repugnat in viatore cognitio quiditatiua diuinæ eſſentiæ per ſpeciem propriam ipſius, ergo ſimiliter repugnat cognitio quiditatiua Trinitatis per ſpeciem propriam. Maior patet, quia diuina eſſentia eſt maximè de conceptu quiditatiuo Trinitatis, & cum Trinitas formaliter importet tres perſonas in vnitate eſſentiæ, vtique nequit intelligi quiditas Trinitatis, quin ſimul intelligatur quiditas eſſentiæ. Minor probatur: Repugnat in viatore cognitio intuitiua diuinæ eſſentiæ; hæc quippè cognitio eſt viſio beatifica per ſe ipſam formaliter extrahens à ſtatu viatoris, & in ſtatu comprehenſoris conſtituens. Sed cognitio quiditatiua diuinæ eſſentiæ per ſpeciem pro- 53.

Cognitio quiditatiua

Digitized by Google

diuinæ eſſentiæ per ſpeciē propriam non poteſt non eſſe intuitiua.

priam ipſius non poteſt non eſſe cognitio intuitiua eiuſdem, quia cognitio attingens rei exiſtentiam per ſpeciem propriam habet omnia requiſita ad cognitionem intuitiuam, cognitio autem quiditatiua diuinæ eſſentiæ non poteſt non attingere ipſius diuinæ eſſentiæ exiſtentiam, cum exiſtentia ſit ipſiſſima diuinæ eſſentiæ quidditas, & nullatenùs à diuina eſſentia diſtinguatur *ex tract. ſuperiori, lib.1. cap 6. §.7* ſi igitur ſit per ſpeciem propriam habet omnia requiſita ad cognitionem intuitiuam, nec poteſt intuitiua non eſſe.

54. Dices, ad cognitionem intuitiuam non ſufficere quod quomodocomque attingat rei exiſtentiam per ſpeciem propriam, niſi etiam talis ſpecies propria ſit formaliter repræſentatiua rei, vt exiſtentis. Ratio igitur cognitionis intuitiuæ, vel abſtractiuæ, eſt potiſſimum attendenda penes diuerſitatem ſpeciei propriæ, per quam fit; quia vt ait Molina *diſputat. 4. præcitat. ad* 5. longè diuerſo modo repræſentat ſuum obiectum ſpecies, quæ notitiam intuitiuam efficit, ac ſpecies, quæ notitiam abſtractiuam producit, illa repræſentat rem non ſolùm exiſtentem; verùm etiam vt exiſtentem, iſta autem repræſentat rem exiſtentem, non vt exiſtentem, quo ex capite dum in præſentia alicuius obiecti clauſis oculis ipſius recordor, talis cognitio rememoratiua intuitiua non eſt, quia licet repræſentet obiectum præſens, & exiſtens; non repræſentat tamen ipſum vt exiſtens, eodemque modo repræſentaret, etiamſi non exiſteret. In propoſito quamvis diuina eſſentia ſit ſemper eſſentialiter exiſtens, nec poſſit quiditatiuè cognoſci, quin exiſtens cognoſcatur, nihil prohibet diſtinguere duplicem ſpeciem, alteram repræſentatiuam ipſius exiſtentis, & cauſatiuam cognitionis abſtractiuæ, alteram repræſentatiuam ipſius vt exiſtentis, & cauſatiuam cognitionis intuitiuæ.

55. Sed contra, dum dicitur ad cognitionem intuitiuam requiri, quod attingat rem exiſtentem, vt exiſtentem, & per ſpeciem repræſentatiuam ipſius, vt exiſtentis, vel ſolùm ſignificatur, quod debeat attingi exiſtentia euidenter, immediatè, & per ſe quomodo, qui cognoſcendo hominem v. g. attingit euidenter, immediatè, & per ſe, rationalitatem, dicitur cognoſcere hominem vt rationalem; vel ſignificatur aliquid amplius. Si primum ergo cognitio quiditatiua diuinæ eſſentiæ per ſpeciem propriam ipſius, in diuinam eſſentiam non ſolùm exiſtentem, verùm etiam vt exiſtentem fertur, quia cum exiſtentia ſit ipſiſſima diuinæ eſſentiæ quiditas, ſicuti cognitio quiditatiua, de qua in præſenti fertur immediatè, euidenter, & per ſe in diuinæ eſſentiæ quiditatem, ita neceſſe eſt, quod eodem modo feratur in diuinæ eſſentiæ exiſtentiam. Si ſecundùm: Contra aſſignari nequit quid amplius ſignificetur. Si enim dicatur per attingentiam rei exiſtentis, vt exiſtentis, ſignificari reflexionem, qua quis aduertat ſe cognoſcere rei exiſtentiam, vel ſermo eſt de reflexione virtuali & implicita, & hoc modo quicumque cognoſcit rem exiſtentem reflectit ſupra cognitionem exiſtentiæ, quia vt tradebatur *tract. ſuperiore, lib.2. cap.5. §. 7.* eſt de conceptu cuiuſcumque cognitionis reflectere virtualiter, & implicitè ſupra ſe ipſam. Vel ſermo eſt de reflexione formali, & explicita, & hanc reflexionem ſupra exiſtentiam requirere in cognitione intuitiuâ eſt contra experientiam, qua conſtat in aliis cognitionibus intuitiuis talem reflexionem non haberi:

In quo ſenſu cognitio intuitiua debeat attingere obiectum vt exiſtens.

Ad cognitionem intuitiuam nō requiritur, quod formaliter, & explicitè reflectat ſupra exiſtentiam obiecti.

Ad illud quod additur de cognitione rememoratiua alicuius obiecti in ipſius præſentia, dico talem cognitionem intuitiuam non eſſe, non quia non attingat obiectum, vt exiſtens, quamvis attingat exiſtens; ſed quia neque attingit obiectum exiſtens, non attingit ſcilicet obiecti exiſtentiam. Vnde cognitio illa rememoratiua non variaretur, etiamſi obiectum, quod præſens, & exiſtens ſupponitur; abſens, imò non exiſtens ſupponeretur. Alio etiam ex capite cognitio illa rememoratiua intuitiua non eſt, ſcilicet ex eo, quia non eſt per ſpeciem propriam obiecti, quod in memoriam reuocatur, ſed per ſpeciem relictam ex actu præterito elicito circa tale obiectum. Sic v.g. D. Paulus poſt raptum recordabatur Dei viſi per ſpeciem viſionis elicitæ circa Deum, non per ſpeciem Dei.

56. Probatur ſecundò: Repugnat ſpecies propria Trinitatis, quæ ſecundùm ſe ſit apta cauſare cognitionem Trinitatis abſtractiuam tantùm, non intuitiuam; ergo repugnat ſpecies propria Trinitatis, quæ abſtractiua ſit, ſed in viatore, ſicuti non poteſt haberi cognitio Trinitatis, niſi abſtractiua; ita non poteſt haberi, niſi per ſpeciem abſtractiuam, ergo repugnat ſpecies propria, per quam cognoſci poſſit Trinitas à viatore, ſeu quod idem eſt: ergo repugnat in viatore cognitio Trinitatis per ſpeciem propriam. Antecedens probatur: Species, quæ ſecundùm ſe ſit apta cauſare cognitionem Trinitatis tantùm abſtractiuam, deberet ſecundùm ſe non eſſe apta repræſentare Trinitatis exiſtentiam, ſeu deberet eſſe apta repræſentare Trinitatem tantùm non exiſtentem, at talis ſpecies reſpectu veræ Trinitatis, quam in diuinis veneramur, eſſet ſpecies aliena, imò erronea, non propria, ergo. Maior probatur: Species, quæ vt in præſenti ſupponitur ſit ſpecies propria, & tamen cauſare ſolùm valeat cognitionem abſtractiuam non poteſt id habere niſi ex eo, quod repræſentare nequeat ſui obiecti exiſtentiam, ergo.

57. Dices *ex ſuperiori tract. lib. 2. cap. 4. §. 3. & 4.* poteſt cognoſci in diuinis etiam per ſpeciem propriam vnum prædicatum ſine alio, ergo poterunt cognoſci diuinæ perſonæ ſine prædicato actualis exiſtentiæ, præſertim loquendo conformiter ad ſupradicta *lib. præcedente, cap.1. §.7.* quod conſtitutiua perſonarum antecedant origines, per quas tribuitur perſonis exiſtentia, ergo quidquid ſit de ſpecie purè abſtractiua, certè non repugnat

pugnat cognitio, qua diuinæ perſonæ cognoſcantur non cognita ipſarum exiſtentia; quod eſt diuinas perſonas, & myſterium Trinitatis abſtractiuè cognoſci. Sed contra: In perſonis diuinis, ſicuti conſideratur duplex conſtitutiuum, eſſentia ſcilicet, & proprietas perſonalis; ita conſiderari debet duplex exiſtentia: altera abſoluta correſpondens eſſentiæ, altera relatiua correſpondens proprietati perſonali. Illa eſt, etiam virtualiter, ab eſſentia indiſtincta; iſta à proprietate perſonali virtualiter diſtingui non reſpuit. Quod alibi dicebatur poſſe in diuinis cognoſci vnum prædicatum ſine alio per ſpeciem propriam de potentiâ abſolutâ præſtantem concurſum obiectiuum, quem modo per ſe ipſam immediatè præſtat ipſa diuina eſſentia, procedit de prædicatis, quorum vnum ſaltem virtualiter ab alio diſtinguitur. Cognitio abſtractiua Trinitatis per ſpeciem propriam non aſſeritur à nobis quomodocumque repugnans, ſed aſſeritur repugnans in viatore.

58. Poſſunt cognoſci per ſpeciẽ propriam diuinæ perſonæ nõ cognitâ exiſtentiâ relatiuâ.

His ſuppoſitis ad inſtantiã diſtinguo antecedens; poteſt in diuinis etiam per ſpeciem propriam cognoſci vnum prædicatum ſine alio ex prædicatis virtualiter ab inuicem diſtinctis concedo, aliter nego antecedens; ergo poſſunt cognoſci diuinæ perſonæ ſine prædicato actualis exiſtentiæ relatiuæ, & perſonalis concedo, abſolutæ & eſſentialis nego conſequentiam, ergo non repugnat cognitio, qua diuinæ perſonæ &c. reſpectu comprehenſoris concedo, reſpectu viatoris nego, & dico ad cognoſcendam diuinam perſonam per ſpeciem propriam neceſſe eſſe, quod per ſpeciem propriam cognoſcatur, rum diuina eſſentia, tum perſonalis proprietas: iſta poteſt per ſpeciem propriam cognoſci non cognitâ exiſtentia, & abſtractiuè, illa vt patet ex ſuperiori prima probatione non poteſt per ſpeciem propriam cognoſci, niſi vt exiſtens, & intuitiuè; & quia cognitio intuitiua ſolius diuinæ eſsẽtiæ etiã ſine perſonis facit comprehenſorem, & beatum, conſequens eſt non niſi à comprehenſore, & beato, poſſe abſtractiuè cognoſci diuinas perſonas: Ad ſummum poterit viator cognoſcere per ſpeciem propriam perſonalitates in abſtracto non cognoſcendo eſſentiam; at hoc non eſt cognoſcere myſterium Trinitatis, quod ſicuti formaliſſimè includit tres perſonalitates, & vnam eſſentiam, ita non poteſt cognoſci, quin cognoſcatur eſſentia.

Poteſt viator per ſpeciem propriam cognoſcere diuinas perſonalitates quamvis nõ diuinas perſonas.

59. Ex dictis facilè infertur, cur eſſentiæ rerum creatarum poſſint per ſpecies proprias cognoſci non cognitâ exiſtentiâ, non ſic diuina eſſentia. Ratio ſcilicet eſt, quia rerum creatarum eſſentiæ non ſunt ipſiſſima exiſtentia; nec excludunt omnem prorsùs ab actuali exiſtentia diſtinctionem, ſicuti diuina eſſentia. Vnde etiam in illis duos ſtatus diſtinguimus, alterum poſſibilitatis, alterum actualis exiſtentiæ: in iſtâ vnicum ſtatum actualis exiſtentiæ adinuenimus, vt magis explicatur *tract. ſuperiori, lib. 1. cap. 6. §. 7.*

§. IX.

Vtrùm de facto detur in aliquo viatore euidentia Trinitatis per lumen quoddam Theologicum medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ?

ASSERTVM: Non datur de facto in aliquo Viatore euidentia Trinitatis per lumen Theologicum medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ. Hoc aſſertum eſt communiſſimum contra Scholam Henrici, cuius opinio adeò iam obſoleuerat, vt à paucioribus diſputari, nedum defendi ſoleret. Excitauit illam Henricus Burgius *tract. de Henrici Gandauenſis paradoxis*, eandemque præſertim hic Romæ ſæpiùs publicis theſibus expoſitam à Patribus Seruitis in Henrici Collegio perlegi, huius rei gratia propoſueram de medio Henrici lumine accuratiùs pertractare, niſi alter ex mea Congregatione Theologus propoſitum meum præoccupaſſet, & medium Henrici lumen ad accuratum examen reuocaſſet Marchinus *de Trinitate, diſput. 27.* ideò ne actum agam breuiter me expediam, & ferè nihil aliud afferam, quàm compendium eorum, quæ Marchinus *totâ diſput. cit.* latiùs proſequitur. Breuiter igitur 60. Non datur euidentia Trinitatis in lumine medio.

Præmitto Henricum *artic. 6. ſumma, quæſtione 1. & quodlib. 12. quæſt. 2.* vt melius ſaluaret in Theologia veræ ſcientiæ prærogatiuam adinueniſſe lumen quoddam ſupernaturale, quo illoſtratus intellectus ſupra fidei obſcuritatem eleuaretur, & euidenter perciperet tum articulos fidei, tum concluſiones ex eis deductas. Hoc lumen eo quod tribueret euidentiam Theologiæ, quæ conſiſtit in concluſionibus deductis ex principiis fidei, dictum eſt Theologicum; eo quod eleuaret intellectum ſupra fidem, at non vſque ad viſionem, dictum eſt medium inter fidem, & viſionem, ſeu inter lumen fidei, & lumen gloriæ. Aſſeruit ipſum de facto communicari in Eccleſia non quidem omnibus fidelibus, benè tamen inſignioribus viris, & præcipuis Theologis ſtudio rerum diuinarum, contemplatione myſteriorum fidei, frequentatione bonorum actuum, ſe diſponentibus ad obtinendum talis luminis priuilegium, quo inſigniti attingunt euidenter euidentiâ abſtractiuâ res fidei, ſpecialiter verò rem omnium maximam, ſcilicet Trinitatem. Vnde D. Thomas de Villanoua, vt habet Contelorius *tract. de Canonizat. Sanctorum in relatione de ipſo habita ad Paulum V. ſub titulo de fide*, in concione coram Philippo II. Hiſpaniarum Rege diſſerens de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis hæc verba magno cum feruore protulit: *Dicam & cum nimio cordis gaudio dicam, & ſi vobis forſitan temerarium* 61. Opinio Henrici Gandauenſis.

viſum

Digitized by Google

viſus fuero: fides tua Domine, ſanctis tuis, qui in huiuſmodi teſtimonium ſcrutinio verſantur, iam vix fides eſt, quoniam de fide iam tranſit in lucem. A quibus Villanouæ verbis non multum diſtaat illa D. Anſelmi *in prologuio, cap. 4.* ſic ſequentis: *Gratias tibi ago, quia quæ priùs credidi te donante, iam nunc intelligo te illuminante.* Sic explicatâ Henrici opinione aſſertum, quod contra ipſum poſuimus,

62\.

Non datur lumen ſupernaturale medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ.

Probatur primò: Non datur lumen Theologicum ſupernaturale medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ, ergo non datur de facto in aliquo viatore euidentia Trinitatis per lumen Theologicum, &c. Conſequentia patet, antecedens probatur: Tale lumen medium ſupernaturale ex nullo capite eſt neceſſarium, ergo de facto non datur propter generalem regulam non multiplicandi ſine neceſſitate entitates. Probatur antecedens: Non eſt neceſſarium, vt Theologia ſit propriè ſcientia, quia *ſuperiori, tract. in prolegomenis, cap. 1. §. 4.* explicata eſt reſpectu Theologiæ vera ratio ſcientiæ independenter à tali lumine, imò cum *ex ibidem dictis, cap. 2. §. 3.* Theologia ſit ſcientia naturalis, & acquiſita, non debet in ipſa ratio ſcientiæ explicari per ordinem ad lumen ſupernaturale, cuiuſmodi eſt lumen illud medium, quod propterea etiam malè dicitur Theologicum: Non eſt item neceſſarium vt habeatur fides, tum quia non reperitur in omnibus fidelibus iuxta ipſos Aduerſarios, tum quia iuxta eoſdem eſt lumen euidens, euidentia autem habendæ fidei contraria potius eſt, quàm neceſſaria. Non eſt denique neceſſarium ad ſaluanda aliqua dicta nonnullorum Sanctorum Patrum ſpecialiter Anſelmi, & Thomæ de Villanoua qui, vt præmiſſum eſt, teſtantur ſibi communicatum in ordine ad fidei myſteria aliquod inſigne lumen ſuperius fide: Non eſt inquam ex hoc capite neceſſarium, quia relati Patres ſolùm intendunt exprimere maximam in credendo conſtantiam, maximamque firmitatem æquiualentem euidentiæ, quatenùs æquè conſtanter, firmitérque aſſentiuntur rebus fidei, ac aſſentirentur, ſi haberent ipſarum notitiam euidentiſſimam, & ſi ſpecialem aliquam illuminationem ſibi factam, aut ſpecialem euidentiam ſibi communicatam indicant, loquuntur de euidentia credibilitatis ſibi clariùs communicatâ, non de euidentia rei creditæ; loquuntur de illuminatione intra genus luminis obſcuri conſiſtente in maiori intenſione luminis fidei, aut in infuſione doni intellectus, quod inter ſeptem Spiritus ſancti dona numeratur: & vel non importat lumen diſtinctum à lumine fidei, vel ſaltem non importat lumen euidens.

Quomodo intelligendi Sancti Patres, qui pro tali lumine medio referuntur.

63\.

Probatur ſecundò: Lumen ſupernaturale qualecumque ſit non poteſt cauſare cognitionem, niſi ſimul concurrat aliquid ex parte obiecti; eſt enim de eſſentia cuiuſlibet cognitionis gigni ex obiecto, & potētia & ſicuti intellectus, nec cum ſolo lumine gloriæ actum viſionis, nec cum ſolo lumine fidei actum fidei poteſt elicere; ita nec cum ſolo alio qualicumque lumine poterit elicere aliquem alium actum, ergo cum lumine illo medio ab Aduerſariis aſſerto debet in ordine ad cauſandam notitiam euidentem Trinitatis concurrere aliquid ex parte obiecti gerens vicem Trinitatis, & præſtans concurſum obiectiuum eſſentialiter requiſitum ad cauſandam notitiam Trinitatis. De hoc ſe tenente ex parte obiecti quæro, vtrum ſit ſpecies propria, an ſpecies aliena? Si dicatur eſſe ſpeciem propriam, ergo cognitio per talem ſpeciem producta erit cognitio intuitiua, & conſequenter repugnans viatori *ex ſuperiori* §. 8. Si dicatur eſſe ſpeciem alienam, ergo nihil aliud erit, quàm effectus aliquis ſupernaturalis, in quo tanquam in medio cognito habeatur euidentia abſtractiua Trinitatis, de qua agebatur *ſuperiori* §. 6. at ad hanc euidentiam abſtractiuam non requiritur lumen diuerſum ab eo, quod datur ad cognoſcendum euidenter effectum aliquem in ſubſtantia ſupernaturalem, quod lumen poteſt eſſe aut ipſum lumen gloriæ in via tranſeunter communicatum, aut ſupernaturalis eleuatio facta etiam per aſſiſtentiam Dei extrinſecam, nec eſt neceſſe, quod ſit lumen medium inter lumen gloriæ, & lumen fidei, ergo à primo ad vltimum non habetur de facto euidentia Trinitatis in aliquo viatore per lumen Theologicum medium inter lumina gloriæ, & fidei.

Tale lumen medium ſi daretur non poſſet inducere euidentiam Trinitatis, niſi cōcurrente aliquo ſe tenēte ex parte obiecti.

64\.

Dicet fortè aliquis hoc lumen Theologicum inſeruire, vt in diſcurſibus Theologicis, quos de Trinitate formamus habeamus ſupernaturalem euidentiam formæ Syllogiſticæ. Contra tamen, cum forma Syllogiſtica in diſcurſibus Theologicis ſit eadem, quæ in cæteris diſcurſibus, & fundetur in illo principio naturali *quæ ſunt eadem, &c.* non apparet vlla neceſſitas ſupernaturalis luminis pro habenda talis formæ euidentia, & ſicuti forma Theologica Syllogizandi ſpecialis forma non eſt, ita non debet requirere ſpeciale lumen Theologicum.

65\.

Dubitatur hic: Vtrùm non ſolùm de facto, & ſecundùm legem ordinariam non detur, verùm etiam ſimpliciter & ſecundùm legem extraordinariam repugnet dari lumen aliquod ſupernaturale medium inter lumina gloriæ, & fidei. Reſpondetur, ſi ſermo ſit de lumine medio, vi cuius poſſit haberi à viatore euidens notitia Trinitatis diuerſa ab euidentia in atteſtante, aut in aliquo alio medio extrinſeco iuxta ſupradicta §. 5. & 6. repugnare ſimpliciter tale lumen medium, quia non poteſt tale lumen aliter, quàm per ſpeciem propriam Trinitatis inducere euidentiam ipſius, ſed euidentia Trinitatis per ſpeciem propriam repugnat ſimpliciter in viatore *ex ſuperiori* §. ergo etiam repugnat ſimpliciter lumen, quod talem euidentiam in viatore inducat. Quod ſi ſermo ſit de lumine medio, quod neque ſit lumen gloriæ, neque lumen fidei, & ſit eleuatiuum intellectus creati ad cognoſcendum

In aliquo ſēſu repugnat ſimpliciter, in aliquo alio non.

Digitized by Google

dum euidenter aliquas alias fidei veritates in proprio genere, & per proprias ſpecies vel intuitiuè, vel abſtractiuè ipſarum repræſentatiuas: Non apparet vlla repugnantia talis luminis: Diſputare deinde, vtrum rectè dicatur medium inter lumina gloriæ, & fidei, eſt altercari de nomine, fortè meliùs diceretur lumen ſcientiæ ſupernaturalis infuſæ, quam lumen medium, ſeu Theologicum. De lumine ſcientiæ infuſæ diſſeri ſolet *in libris de Incarnatione*, dum agitur de ſcientia infuſa Chriſti Domini; vbi eſt locus proprius quærendi, vtrum lumen illud tum à lumine gloriæ, tum à ſpeciebus infuſis diſtinguatur, quamvis vtrumque hoc quæſitum Marchinus expediat *hic in tract. de Trinitate, diſp.* 26.

CAPVT V.

De modo loquendi in Myſterio Trinitatis.

1. Theologo non permittitur eadem, quæ Philoſopho libertas verborũ.

VIx currant de loquendi modo Philoſophi, & titulo vitandi quæſtiones de nomine liberis verbis loquuntur. Non eadem loquendi libertas permittitur Theologis, quibus vt ait Auguſtinus *libro* 10. *de Ciuitate, cap.* 23. *ad certam regulam loqui fas eſt: ne verborum licentia etiam de rebus, quæ his ſignificantur, impiam gignat opinionem.* Hoc maximè euenire poteſt in Myſterio Trinitatis de quo ait idem D. Auguſtinus *libro primo, de Trinitate, cap.* 3. *Nec periculoſius alicubi erratur*, & cui D. Thomas *prima parte, quæſtion.* 31. *artic.* 2. *in C.* ſpecialiter accommodat verba D. Hieronymi dicentis: *Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis.* Hiſce Sanctorum Patrum monitis obſequentes tractatum præſentem concludimus attingendo nonnulla ſpectantia ad modum loquendi, examinando ſcilicet in primis quam ſignificationem, & quem vſum habeant quædam ſpecialia vocabula; deinde ſtatuendo quaſdam generales regulas inſeruientes ad ferendum iudicium de aliis quibuſcumque vocabulis, locutionibus, & prædicationibus, in materia de Trinitate aut adhibendis, aut reiiciendis. Nec poſſum hic primo loco non proponere vocabulum Trinitatis, quo nihil eſt in huius Myſterij explicatione frequentius, nihil hæreticis huius Myſterij euerſoribus odibilius. Vnde Ariani præſertim contendunt ipſum abolere, vt nomine abolito rem etiam per nomen ſignificatam aboleant, quamvis ſuæ mentis prauitatem obtegentes ſimulent ſe ad Trinitatis vocabulum abolendum moueri ex eo, quod in Scripturis non reperiatur. Sit igitur

Trinitatis nomen eſt odibile Hæreticis.

§. I.

An, & quomodo congruè vſurpetur in diuinis vocabulum Trinitatis?

ASSERTVM I. Hoc vocabulum *Trinitas* congruè omninò in diuinis vſurpatur; eſt aſſertum communiſſimum, nec poteſt ſine maxima temeritate negari. 2.

Neque tamen negari in diuinis ſine temeritate.

Probatur: Non poteſt non eſſe maximè congrua illa vocabuli vſurpatio, quæ antiquiſſima, & communiſſima eſt: at talis eſt vſurpatio Trinitatis in diuinis; ergo. Minor probatur: Eſt antiquiſſima, quia vt oſtendit Lao *prima parte, diſp.* 117. ex Apoſtolica traditione deriuatur, & facilè credi poteſt Apoſtolos Trinitatis vocem ex ipſo Chriſti Domini ore ſuſcepiſſe; aut ſaltem illam ex ſpeciali Spiritus Sancti inſtinctu, & motione induxiſſe. Eſt communiſſima, quia Trinitas in diuinis à Conciliis, à SS. Patribus, à Scholaſticis, à tota Eccleſia nominatur. Nec contrarium eſt Concilium Toletanum XI. *in Confeſſione fidei*, vbi habet: *Nec rectè dici poteſt, vt in vno Deo ſit Trinitas.* Non obſtat, inquam, quia ſolum intendit negare aut Trinitatem eſſentiæ, aut Trinitatem Perſonarum realiter diſtinctarum ab eſſentia. Et quod non intenderit negare Trinitatem communiter admiſſam euidens eſt ex verbis, quæ ſubdit dicens: *Sed vnus Deus Trinitas.* Ex his habes non eſſe laborandum, vt ſatisfaciamus Arianis, aliiſque Hæreticis exigentibus, vt ipſis oſtendamus Trinitatis nomen in Scripturis. Enimverò Sacra traditio, ex qua Trinitatis nomen accepimos, eiuſdem eſt auctoritatis, ac Sacra Scriptura, & qui Sacram traditionem, verbumque non ſcriptum contemnunt, doloſè, & illuſoriè Sacram Scripturam, verbumque ſcriptum requirunt.

Habetur ex traditione Apoſtolica.

ASSERTVM II. Trinitas in diuinis melius vſurpatur ſecundùm ſignificationem, quam habet ex proprietate; quàm ſecundùm ſignificationem, quam habet ex etymologia, ſeu ſono vocabuli. Colligitur hoc aſſertum ex D. Thoma *prima parte, quæſt.* 31. *art.* 1. *ad* 1. Ex Magiſtro *in* 1. *diſt.* 24. Bellarmino *contr.* 2. *lib.* 2. *de Chriſto, cap.* 5. *num.* 10. Lugo 1. *part. lib.* 2. *q.* 31. *art.* 1. 3.

Melius in diuinis vſurpatur ſecundùm proprietatem, quàm ſecúdùm etymologiam.

Probatur, & explicatur: Trinitas ex etymologia, & ſono vocabuli idem eſt ac trina vnitas, ſeu trium vnitas, vt tradunt D. Iſidorus *libro* 8. *Etymologiarum, capite quarto*, D. Thomas *loco præcitato*, Albertus *prima parte ſummæ, quæſtion.* 45. *membr.* 1. *art.* 2. *ad primum*, Henricum *ſecunda parte ſummæ, art.* 73. *quæſt.* 11. *ad* 2. Ex vocabuli verò proprietate idem eſt, ac trias, quæ Græca vox idem ſignificat, ac Latinè ternio, ſeu ternarius numerus. Trinitas igitur ex etymologia ſignificat in recto, & principaliùs vnitatem, & eſt trium Perſonarum vna eſſentia: ex proprietate ſignificat principaliùs; & in recto numerum, & eſt

tres perſonæ vnius eſſentiæ, ſeu ternio perſonarum in vna eſſentia. Vtroque modo benè congruit in diuinis, vbi verè datur, & trium perſonarum vnitas, ſeu vna diuinitas; & ternio, ſeu ternarius numerus perſonarum in vna eſſentia. Quia tamen magis attendenda eſt in quolibet vocabulo proprietas ſignificationis, quàm etymologia, meliùs vſurpatur in diuinis ſecundùm proprietatem, quàm ſecundùm etymologiam: & confirmatur ſpecialiter ex eo, quod vſurpando in diuinis Trinitatis nomen ſecundùm etymologiam, & ſecundùm quod exprimit trium vnitatem, minùs congruè procederent nonnullæ locutiones Sanctorum Patrum, minùs congruè diceret Athanaſius *in Symbolo: Trinitatem in vnitate veneremur*, ſenſus enim eſſet vnitatem in vnitate veneremur: malè diceret Fulgentius *de fide ad Petrum, capite 1. Trinitas ad perſonas refertur: Vnitas ad naturam.* Nam etiam Trinitas referretur ad naturam, ſi importaret vnitatem in recto, & principalius. Malè tandem diceret Boëtius *in lib. de Trinitate: Relatio multiplicat Trinitatem.* Senſus enim eſſet, quod relatio multiplicaret vnitatem eſſentiæ, ſeu vnam diuinitatem; ſi hanc Trinitas in recto principaliùs exprimeret.

4. Trinitas eſt nomen quaſi collectiuū.

Ex dictis habetur rectè à Magiſtro *in 1. diſtinctione 22. littera C*, Trinitatis nomen dici quaſi collectiuum; verè enim cum pluralitatem perſonarum importet, & vnitatem eſſentiæ, quatenùs importat pluralitatem cum nominibus collectiuis conuenit, quibus commune eſt ſignificare plura: quatenùs importat vnitatem eſſentiæ à nominibus collectiuis differt, quibus proprium eſt ſignificare vnitatem ordinis, non eſſentiæ; vnitatem omnium minimam, non vnitatem omnium maximam, qualis eſt vnitas eſſentiæ, & identitas numerica naturæ. Nomen igitur Trinitatis ad nomina collectiua comparatum partim cum ipſis conuenit, partim ab ipſis differt; ſicque eſt partim collectiuum, partim non collectiuum; quod eſt idem, ac dicere quaſi collectiuum, ſeu collectiuum ſecundùm quid, & deputatum ab imperfectione minimæ vnitatis per reliqua nomina collectiua eſſentialiter importatæ. Ex quo capite D. Thomas *prima parte, quæſt. 31. artic. 1. ad 2.* occurrit deſumentibus ex imperfectione nominis collectiui argumentum excludendi à diuinis nomen Trinitatis.

5. Eſt nomen compoſitum & ſecundùm naturam nomen compoſitorum ſignificat.

Habetur inſuper Trinitatem quamvis ex proprietate vocabuli præciſè ſit nomen ſimplex ſignificans præciſè ternionem, ſeu ternarium numerum, attendendo tamen tum etymologiam, tum communiſſimum, & vetuſtiſſimum vſum, ſecundùm quem appropriatum eſt ternario diuinarum perſonarum, eſſe nomen compoſitum ſignificans ſimul cum ternario numero vnitatem. Eſt autem quemadmodum aduertit Richardus *in 1. diſt. 24. art. 3. quæſt. 1.* natura nominum compoſitorum, quod poſſit coniungi cum aliis, nominibus ſignificantibus explicitè id, quod ipſa implicitè ſignificant. Sic dicitur naſus ſimus, quamvis naſus implicitè contineatur in ſignificatione huius vocis *ſimus*. Hinc fit rectè, congruéque dici *Sancta Trinitas, vnus Deus: Trinitatem in vnitate veneremur*, quia hoc nihil eſt aliud, quam coniungere nomen compoſitum Trinitatis cum nomine ſignificante explicitè vnam diuinitatem à nomine Trinitatis implicitè ſignificatam.

---

§. II.

An, & cur congruè vſurpetur in diuinis vocabulum Trinus potiùs, quàm vocabulum triplex?

6. Trinus rectè dicitur de Deo.

ASSERTVM I. Congruè vſurpatur in diuinis vocabulum Trinus: congruè ſcilicet de Deo dicitur, quod Trinus ſit. Eſt aſſertum æque indubitatum, ac duo aſſerta ſuperiora, ad quæ conſequitur.

Probatur; quia hoc vocabulum, Trinus, eſt apud fideles in vſu æque communi, & ferè etiam æquè vetuſto, ac Trinitas; nec aliud eſt, quàm adiectiuum Trinitatis ſignificans per modum concreti id, quod ſignificat Trinitas per modum abſtracti: Vnde etiam ſicuti Trinitas ſecundùm proprietatem ſignificat principalius numerum, quamvis ſecundùm etymologiam ſignificet principalius vnitatem; ita Trinus quamvis ſecundum etymologiam ſignificet principaliùs Deum vnum, idemque ſit, ac ter vnus; ſecundùm proprietatem, tamen idem eſt, ac tres vnius, & principalius ſignificat tres Perſonas rectéque ait Eſtius *in 1. diſtinct. 19. §. 4.* Trinum numero ſingulari profanis Auctoribus vix vſitatum, conſuetudine Scholæ Chriſtianæ ſignificare aliquid habens tria ſuppoſita. Nec refert; quod Trinum aliquando dicatur etiam de illis, quæ non ſunt in eſſentia vnum, qua ratione dici ſolet v. g. trina monitio. Non refert, inquam, quia ex hoc ſolùm infertur trinum poſſe ſignificare aut ea, quæ ſont merè plura, aut ea quæ ſunt plura, & vnum; cum quo ſtat rectè poſſe in diuinis vſurpari in hoc ſecundo ſenſu maximè quando ſumitur, ſicut ſumitur à Theologis, vt adiectiuum Trinitatis, quamvis non negauerim de Trino dici non poſſe, quod de Trinitate dicit Albertus *prima parte ſumma, quæſt. 45. memb. 1. art. 15. ad 1.* illis verbis: *Trinitas eſt in diuinis, & non eſt, niſi in diuinis, & hoc eſt diuinis proprium.* Trinum igitur propriè, rectéque dicitur in diuinis poteſt tamen etiam dici in creatis. Trinitas verò ita propriè in diuinis dicitur, vt in creatis propriè dici non poſſit.

Non eſt tamen vocabulum adeò proprium diuinorum, ſicuti Trinitas.

7. Triplex non poteſt de Deo dici, quia importat inæqualitatem.

ASSERTVM II. Vſurpari non poteſt in diuinis vocabulum triplex, nec congruè de Deo dicitur, quod triplex ſit; idque præcipuè propter inæqualitatem tali vocabulo importatam. Ita Scolaſtici communiter, & SS.

Patres

Patres præſertim D. Auguſtinus & D. Thomas, quos in probatione poſt Concilium Toletanum mox refero. Ideò aſſertum

Probatur primò ex Concilio Toletano XI. *in profeſſione fidei*, dicente: *Hæc eſt Sancta Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, ſed Trinitas, & dici, & credi debet.* Non poſſum hic diſſimulare hanc auctoritatem, licet cõmuniter in præſenti vſurpatam parùm cõferre ad intentum, quia non magis triplex, quã trinum à diuinis excludit, & Trinitas nõ ſolùm non poteſt dici triplex, ſed nec poteſt dici trina, vnde rectè aduertit Sylnius *primâ parte, quæſt.* 31. *art.* 1. ſpurium eſſe & nequaquam recipiendam lectionem nonnullorum ponentium *ſed trina* pro ly *ſed Trinitas*. Maioris igitur roboris eſt in præſenti auctoritas D. Auguſtini *lib* 6. *de Trinitate, cap.* 7. *Nec quoniam Trinitas eſt, ideo triplex putandus eſt: alioquin minor erit Pater ſolus, aut filius ſolus, quàm ſimul Pater, & filius* (nonnullíſque interpoſitis) *cum itaque tantus eſt ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritus ſanctus, quantus eſt ſimul Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus nullo modo triplex dicendus eſt.* Item *lib.* 15. *cap.* 3. *non Deus triplex, ſed Trinitas; nec quaſi aliquid duplum eſſe Patrem, & filium ad ſimplum Spiritum ſanctum, &c.* Nec minùs claré loquitur D. Thomas *prima parte, quæſt.* 31. *art.* 1. *ad* 3. dicens; *Triplicitas ſignificat proportionem inæqualitatis, eſt enim ſpecies proportionis inæqualis ſicut patet per* Boëtium in Arithmetica *lib.* 1. *cap.* 24. *& ideò non eſt in Deo triplicitas, ſed Trinitas.* Hæ auctoritates non ſolùm excludunt à diuinis triplicitatem, & triplex, verùm etiam aſſignant eamdem rationem excluſionis, quam nos in aſſerto poſuimus, nimirum inæqualitatem à talibus vocabulis importatam, ſitam in eo, quod triplex ſumitur pro triplicato, ſeu pro habente proportionem triplam, quod eſt idem, ac dicere pro aliquo, quod ſit triplo maius eo, cum quo comparatur. Quare cum neque tres perſonæ ſimul; neque diuina eſſentia ſit aliquid triplo maius perſonis ſingulis, nec vllam aliam proportionem inæqualitatis reſpectu earumdem ſubeat, conſtat in diuinis triplex, duplex & ſimilia vſurpari non poſſe

Dices hanc rationem ex inæqualitate deſumptam nimis probare, probare ſcilicet, quod triplex, & duplex dici nequeant non ſolùm de Deo, aut de aliquo eſſentiali, verùm nec etiam de relationibus, proceſſionibus, ſubſiſtentiis, aut de aliquo alio perſonali, cum tamen D. Thomas *de potentia quæſt.* 10. *art.* 2. *in C.* dixerit diuinam naturam poſſe communicari duplici proceſſione, & plures Theologi, inter quos Vaſquez *prima parte, diſp.* 131. *cap.* 3. *num.* 16. Lao *diſp.* 177. *numero* 787. admittant vocabula illa duplex, triplex, multiplex ſine reprehenſione in diuinis dici poſſe de prædicatis perſonalibus formaliter, & explicitè importantibus diſtinctionem. Sed contra: Prædicata eſſentialia ſpectant ad perfectionem intenſiuam, prædicata perſonalia formaliter accepta, & vt ab eſſentialibus contradiſtincta *ex ſu-*

8. (beside: ſumptam nimis probare)

9. Poteſt admitti quod dicatur de (margin)

prædictis lib. 1. *cap.* 8. §. 2. important perfectionem purè extenſiuam: Non eſt autem in diuinis eadem abſurditas inæqualitatis extenſiuæ, quæ inæqualitatis intenſiuæ, ideò inæqualitas illis vocabulis triplex, duplex, ſignificata non eodem modo probat illa eſſe in diuinis excludenda à terminis perſonalibus, & relatiuis æquè, ac ab eſſentialibus, & abſolutis: fateor quidem Auguſtinum verbis ſuprà relatis negare triplex, & duplex etiam de perſonis, & certè eſt modus loquendi tutior, & congruentior: dum tamen ex vna parte ratio negandi ea vocabula de Deo, non eodem modo cogit ea negare de perſonis, & ex alia parte apud graues Theologos, & nonnullos Sanctos Patres video illa tribui perſonis, terminiſque perſonalibus, non audeo id damnare. Si quis interim aut *Auguſtini* auctoritate fretus, aut tutius loquendi gratiâ, malit ly *triplex*, & duplex neque etiam reſpectu terminorum perſonalium in diuinis admittere, dicere poterit Sanctos Patres, qui in contrarium afferri poſſunt, eſſe benignè interpretandos tanquam vſurpantes ly *triplex*, & *duplex* in ſignificatione latiſſimâ, & minùs propriâ, ſecundùm quam triplex idem eſt, ac trinus, aut tres; duplex idem ac duo; ſicuti tali benigna interpretatione intelliguntur qui triplex applicant termino eſſentiali, vt Nazianzenus *oratione* 39. *in Sancta lumina, Deum porrò cum dico vno, eodemque triplici lumine perſtringamini.* Prudentius *in hymno de Cereo Paſchali*, dicens de Deo: *Regnum continuat numine triplici*, Mirandulanus dicens de eodem: *Vnum in triplici numine numen habet.*

Probatur ſecundò, hæc duo vocabula trinum, triplex, differunt in eo, quod Trinum ſecundùm nominis etymologiam, & Theologorum vſum, ita importat diſtinctionem, & numerum, vt ſimul importet vnitatem iuxta ſupradicta. Triplex verò importat præcisè diſtinctionem, & numerum, nec vllo modo vnitatem conſignificat. Cum igitur Deus admittat diſtinctionem cum vnitate, non diſtinctionem ſine vnitate, rectè poteſt de ipſo dici quod ſit trinus, at non quod ſit triplex. Eſt ratio D. Bonauenturæ *in* 1. *diſt.* 19. Propter hanc rationem, & aliquam aliam, quæ in re præſenti afferri poteſt, aſſignaui in aſſerto tanquam præcipuam, non tanquam totalem rationem dicendi de Deo Trinum, potiùs quàm triplex, inæqualitatem importatam per ly *triplex*, non per ly *trinum*. 10.

(margin: Alia ratio negandi triplex, non trinum de Deo.)

§. III.

Quomodo vſurpanda in diuinis vocabula alius, aliud; alter, alterum?

ASSERTUM: In diuinis perſonis ſimpliciter, & ſine addito rectè vſurpatur affirmatiuè 11.

(margin: In diuinis)

perſonis rectè affirmatur alius, alteri, non aliud, alteri.

matiuè alius, non aliud: Rectè ſcilicet dicitur v.g. filius eſt alius à Patre, non verò eſt aliud à Patre. Idem proportionaliter ſentiendum de vocabulis alter, & alterum, niſi ſumantur hæc vocabula eo prorſùs modo, quo ſumi ſolent in creatis, vbi alteritas ſumi ſolet pro diſtinctione in accidentalibus, ſicque in diuinis vbi nihil eſt accidentale, nulla poſſet affirmari alteritas, nullatenùs poſſet alter affirmatiuè dici. Dixi ſimpliciter, & ſine addito; nam ſi alius vſurpetur cum addito alicuius prædicati eſſentialis, aliud verò cum addito prædicati perſonalis, è contra res ſe habet: affirmari ſcilicet debet in diuinis perſonis aliud, non alius, rectè ſcilicet dicitur v.g. filius eſt aliud ſuppoſitum à Patre, non verò eſt alius Deus à Patre, alius omnipotens à Patre, & hoc totum procedit de qualibet diuina perſona ad aliam comparata. Ita omnes communiſſimè cum D. Thoma *primo parte, quæſt.31. art.3. in C.& ad 4.* partim contra errorem *Sabelij*, qui ſicuti non admittit perſonarum diſtinctionem, ita non admittit, quod ly *alius* poſſit in diuinis perſonis affirmari; partim contra errorem Arrij, qui ſicuti vult diuinas perſonas habere diuerſitatem etiam naturæ, ita vult de ipſis poſſe affirmari etiam aliud. Contra hos erorres ex profeſſò egimus ſuperius *lib. 1. cap. 1. §.2. & 3.* ſolùm remanet hic explicandum cur aliud importet diuerſitatem naturæ, proptereáque nequeat in diuinis affirmari ſine notâ Arrianiſmi. Pro quo

12. Diſcrimen nominu ſubſtantiui, & adiectiui.

Aduerte nomen adiectiuum, & ſubſtantiuum, inter ſe differre in eo, quod iſtud habet ſignificationem quaſi per ſe ſtantem, ex ſe abſolutam, & determinatam; illud habet ſignificationem alteri adiacentem, & ſe accommodantem ei, cui applicatur, & adiacet. Rursùs maſculinum, & fœmininum nomen à neutro differunt in eo, quod maſculinum, & fœmininum nonquam ſubſtantiuatur, ſed ſemper vtrumque dicitur de ſubiecto per modum adiacentis ipſi ſubiecto, vnde etiam ſemper debet cum ſubiecto quoad genus concordare, nec de ſubiecto ſubſtantiuo fœminino prædicari poteſt adiectiuum maſculinum, aut è contra. At verò nomen neutrum poteſt ſubſtantiuari, imò ſubſtantiuatur, ſeu ſubſtantiuè ſumitur, quoties ſe ſolo profertur: vnde neutrum abſolutè prolatum, non poſtulat cum ſubiecto quoad genus concordare, & de ſubiecto cuiuſcumque generis, maſculini ſcilicet etiam, & fœminini, prædicari poteſt: & hac de cauſa D. Thomas tum *loco præcitat.* tum *in 1. diſtinctione 9. quæſtione 1. articulo 1. in C.* genus neutrum vocat genus informe, non importans ſcilicet ſexus diſtinctionem. His animaduerſis.

Diſcrimen generis neutrius à maſculino, & fœminino.

13. Probatur, & explicatur aſſertum: In illa propoſitione filius eſt alius à Patre importatur alietas, ſeu diſtinctio perſonæ: in illa filius eſt aliud à Patre importatur alietas, ſeu diſtinctio eſſentiæ, & naturæ, ſed in diuinis verè datur alietas & diſtinctio perſonæ, non ſic alietas, & diſtinctio naturæ; ergo in diuinis rectè affirmatur alius, non aliud; rectè dicitur filius eſt alius, non filius eſt aliud à Patre. Maior probatur: Ly *alius* adiectiuum eſt, ſuámque ſignificationem, ideſt alietatem accommodat ſubiecto, de quo dicitur, & importat alietatem perſonæ, dum dicitur de perſona, ſicut de perſona dicitur in propoſitione illa, filius eſt alius à Patre: Ly *aliud* ſubſtantiuum, ſeu ſubſtantiuatum eſt, & ſignificationem habet omninò abſolutam, ideſt importat alietatem ſimpliciter, & abſolutè dictam; & quia ſola alietas eſſentiæ eſt alietas ſimpliciter, importat alietatem eſſentiæ.

14. Durandi ſuperiori aſſerto minus fauentis impugnatio.

Ex his habes malè Durandum *in 1. diſtinction. 9. quæſtione 1.* docere ex arbitrio, & vſu loquendi præciſe *alius* maſculinè ad diſtinctionem perſonæ, *aliud* neutraliter ad diſtinctionem eſſentiæ referri, nec dici poſſe ſine addito, aut ſine neceſſitate benignæ interpretationis filius eſt alius à Patre, ſed ſicuti dicitur v.g. filius eſt aliud ſuppoſitum è Patre, ita dici debere filius eſt alia perſona, vel alius in perſona à Patre. Quoad hoc non ſolùm maner impugnatus Durandus ex ſuperiore doctrina oſtendente diuerſitatem inter *alius*, & *aliud* oriri ex proprietate ſermonis, non ex vſurpatione arbitraria; Verùm etiam ex auctoritate Conciliorum, & Patrum, de quibus minùs congruit dicere, quod ſine ratione, & ex arbitrio diuerſitatem illam inter *alius*, & *aliud* agnouerint: agnouerunt autem Concilium Lateranenſe *cap. damnamus, de ſumma Trinitate*, dicens: *Licet alius ſit Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus, non tamen aliud.* Toletanum XI. *in fidei profeſſione*, dicens: *Pater filium genuit, nec tamen aliud, quàm quod ipſe eſt genuit.* Auguſtinus *tractatu 36. in Ioannem*, dicens: *Quid vis ire in alteram partem* (ſubintellige Arrianorum) *vt dicas aliud eſt Pater, filius aliud; Alius eſt rectè dicis, aliud non rectè.* Mitto alias plures ſimiles auctoritates, & proprietatem loquendi circa diuerſitatem illorum terminorum *alius*, *aliud*, quam probare intendo huiuſmodi auctoritatibus; confirmo cum D. Thoma *prima parte, quæſtione 31. artic. 2. ad 4.* in rebus humanis, vbi ſi quæratur quis eſt iſte? Reſpondetur Sortes: & interrogationi factæ per maſculinum ſatisfit per nomen ſuppoſiti. Si quæratur quid eſt iſte? Reſpondetur, animal rationale, & interrogationi factæ per neutrum ſatisfit per nomen pertinens ad naturam, de quo fusè Richardus Victorinus *lib. 4. de Trinitate, cap. 7.*

15. In Chriſto Domino rectè affirmatur aliud, nõ alius.

Habes inſuper, quod ſicuti in myſterio Trinitatis, vbi ſunt diſtinctæ perſonæ, & eadem natura affirmatur alius, non aliud; datur alius, & alius; non datur aliud, & aliud. Ita in myſterio Incarnationis, vbi ſunt diſtinctæ naturæ, & eadem perſona, affirmatur aliud, non alius; datur aliud, & aliud, non alius, & alius,

alius. Quod io terminis expreſſit D. Anſelmus *de Incarnatione Verbi*, *cap.* 5. dicens: *Non eſt alius Deus, alius homo in Chriſto, quamvis aliud ſit Deus, aliud homo.* Item D. Damaſcenus *libro* 3. *fidei*, *cap.* 7. dicens: *de Chriſto, Ipſum prædicamus non alium, & alium, &c. Totus igitur eſt Deus perfectus, ſed non totum Deus, &c. nam totum eſt naturæ repræſentatiuum, totus autem hypoſtaſeos; quemadmodum aliud natura eſt, alius verò hypoſtaſeos.*

§. IV.

Quomodo Vſurpanda in diuinis Vocabula, Vnus, Vnum, Idem?

16. In diuinis Perſonis rectè affirmatur vnum, non vnus: Idem neutraliter, non idem maſculinè.

ASSERTVM: In diuinis Perſonis ſimpliciter, & ſine addito rectè vſurpatur affirmatiuè vnum, nõ vnus: Idem neutraliter, non idem maſculinè. Rectè ſcilicet dicitur Pater eſt vnum cum filio, aut pater & filius ſunt vnum, non verò Pater eſt vnus cum filio, ſeu pater, & filius ſunt vnus. Eſt aſſertum conſequens ad aſſertum præcedens, & eiuſdem omninò certitudinis cum ipſo.

Probatur, & explicatur: Vnus, & idem maſculinè important vnitatem, & identitatem perſonæ. Vnum, & idem neutraliter important vnitatem, & identitatem naturæ; ſed in diuinis datur vnitas, & identitas naturæ, non vnitas, & identitas perſonæ, ergo in diuinis rectè affirmatur vnum, non vnus: Idem neutraliter, non idem maſculinè. Maior patet ex doctrina ſuprà tradita de diuerſitate adiectiui à ſubſtantiuo, & de genere neutro, quod ſubſtantiuatur: Minor eſt fides Catholica Trinitatis contra Sabellium, & Arium: & ſicuti debet in diuinis ad vitandum Arianiſmum negari aliud; ita debet affirmari vnum, & idem neutraliter; ſicuti item ad vitandum Sabellianiſmum debet affirmari alius, ita debet negari vnus, & idem maſculinè. Neque deſunt in huius rei confirmationem auctoritates. Et quidem de vno neutraliter accepto præſto ſunt verba tùm ipſiuſmet Chriſti Ioan. 10. *Ego, & Pater vnum ſumus*, tum *Apoſtoli Ioannis* 1. *Epiſt. capit.* 5. *Hi tres vnum ſunt.* De vno maſculinè habemus verba tum D. Athanaſij *lib.* 1. *de vnita Deitate poſt medium*, vbi ad ly *Hi tres vnum ſunt* addit: *non tamen vnus eſt, quia non eſt eorum vna perſona*, tum D. Hilarij *lib.* 3. *de Trinitate*, *circa initium*, vbi de patre, & filio ait. *Vterque vnum, non duo vnus.* De vocabulo, *idem*, Marchinus *diſp.* 23. §. *ſecundam regulam*, refert auctoritatem cuiuſdam confeſſionis fidei exiſtentis in 6. Tomo Bibliothecæ Sanctorum Patrum, vbi dicitur *Pater, & filius ſunt idem ipſum, non idem ipſe.*

17. Dubitatur hic quid ſentiendum de hac propoſitione, aliâve ſimili; Pater eſt idem cum filio. Ratio dubitandi eſt, quia ly *idem* in tali propoſitione æquè poteſt ſumi maſculinè, quo modo propoſitio eſt falſa, ac neutraliter, quo modo propoſitio eſt vera. Reſpondetur eſſe propoſitionem ambiguam, ac ſuſpectum: & ratio dubitandi eſt ſufficiens probatio reſponſionis. Ad tollendam verò ambiguitatem, & erroris ſuſpicionem, neceſſe eſt addere aliquid determinans ly *idem* ad genus neutrum, dicendo v.g. Pater eſt idem, quod filius; eſt vnum, & idem; eſt idem ipſum cum filio. Porrò ſicuti rectè dicitur in diuinis Pater eſt idem, quod filius, non idem, qui filius; ita rectè dicitur Pater eſt id, quod filius; non is, qui filius: Et ſic de aliis.

Pater eſt idẽ cum filio eſt propoſitio ſuſpecta.

§. V.

Quomodo vſurpanda in diuinis Vocaula ſolius, Vnius, ſingularis?

ASSERTVM I. In diuinis vſurpari non poteſt ſolus, ſi cathegorematicè accipiatur, & nec de termino eſſentiali, nec de termino perſonali rectè dicitur; falſæ ſcilicet ſunt, & reiiciendæ iſtæ propoſitiones, Deus eſt ſolus, Pater eſt ſolus, aliæque ſimiles. Ita omnes Theologi communiſſimè cum D. Thoma *prima parte*, *quæſt.* 31. *art.* 3. *&* 4. Contra nonnullos tacito nomine relatos à Lao 1. *parte*, *diſputat.* 174. *num.* 817. contendentes perſuadere ly *ſolus* cathegorematicè à Scriptura, & Patribus de Deo dici. Pro aſſerti probatione, & explicatione. 18.

18. In diuinis nequit affirmari vocabulum *ſolus* acceptum cathegorematicè.

Aduerte ly *ſolus* cathegorematicè ſumi quando ſumitur per ſe, & ſignificatiuè, adeò vt ſignificationem ſuam, ſolitarietatem ſcilicet, ſeu ſolitudinem, applicet ſubiecto, de quo dicitur aut termino, cui adiungitur; ſumi verò ſyncathegorematicè, quando ſumitur conſignificatiuè, & modificatiuè, adeò vt modificet vnum extremum in ordine ad aliud, nec ſignificationem ſuam applicet aut ſubiecto, aut prædicato ſecundùm ſe, ſed aut ſubiecto in ordine ad prædicatum, aut prædicato in ordine ad ſubiectum. Aliter dici poteſt ly *ſolus* cathegorematicè ſumi, quando ſumitur vt nomen, & exercet munus nominis, ſumi ſyncathegorematicè quando gerit vicem aduerbij, & in propoſitione ſignificat illud, quod ſignificarent aduerbia ſolùm, tantùm, dumtaxat: Vnde quando in propoſitione aliqua ly *ſolus* poteſt in aduerbium reſolui, ſignum eſt, quod ſyncathegorematicè ſumitur. Sic explicatis terminis, aſſertum 19.

Probatur: In diuinis non poteſt vſurpari ſolitarius, nec de termino eſſentiali, nec de termino perſonali rectè dicitur, cum nec Deo, nec vlli perſonæ diuinæ 20.

20. Deus non admittit ſolitudinem.

Digitized by Google

adiungitur termino communi, excludit à conſortio prædicati ſolùm omnia non contenta ſub illo termino communi, non omnia ſimpliciter. Propterea ſub ly *ſolus Deus eſt omnipotens*, non poteſt deſcendi ad terminum particularem dicendo, ſolus Pater eſt omnipotens; quia ab excluſione non ſimpliciter deſcenderetur ad excluſionem ſimpliciter. Tandem dicere, ſolus Pater generat, eſt excludere alia omnia, quæ non ſunt Pater à conſortio generandi in diuinis, quod veriſſimum eſt; filius enim v. g. quamvis ſit Patris conſors, & idcircò Pater non poſſit dici ſolus cathegoramaticè, non eſt tamen Patris conſors in generando, ideò ſolus ſyncathegorematicè, & in ordine ad generandum rectè adiungitur Patri: ſic cum Auguſtino *lib. 6. de Trinitate, capite 7.* rectè ait D. Thomas *prima parte, quæſtione 31. articul. 4. in C. Solum Patrem dicimus, non quia ſeparatur à filio, vel Spiritu ſancto, ſed hoc dicentes ſignificamus, quod illi ſimul cum eo non ſunt Pater, nec ſimul eo generant.* Et ecce explicatas tres aſſerti partes, & tres propoſitiones in aſſerto expreſſas. Supereſt explicanda quarta pars, & quarta propoſitio: illa ſcilicet *ſolus Pater eſt Deus*, accipiendo ly *ſolus* ſyn-
24. cathegorematicè. Pro quo aduerte ex D. Thoma *prima parte, quæſtione 31. articul. 4. in C. & in 1. diſtinctione 21. quæſtione 1. articul. 2. in C.* duplicem eſſe ſenſum illius propoſitionis: alterum minùs proprium, minúſque vſitatum, quo ly *ſolus* excludat à forma ſubiecti, ſignificet ſcilicet ſubiectum non habere conſortium aliorum in ſua forma, quomodo dicere, *ſolus Pater eſt Deus*, eſt dicere ille, qui ſolus eſt Pater, qui non habet conſortium in eſſe Patris, eſt Deus: Alterum magis proprium, magiſque vſitatum, quo ly *ſolus* excludat à conſortio prædicati. In primo ſenſu vera eſt illa propoſitio: In ſecundo eſt vlterius diſtinguenda, nam ly *ſolus* vel excludit aliud neutraliter tantùm, & propoſitio eſt vera, quia non datur aliud à Patre, quod ſit Deus; vel excludit alium maſculinè, & propoſitio eſt falſa, quia filius eſt alius à Patre, item Spiritus ſanctus; & tum filius, tum Spiritus ſanctus eſt Deus. Benè igitur aſſertum eſt talem propoſitionem eſſe veram non ſimpliciter, ſed ſolùm in aliquo ſenſu. Imò quia ly *ſolus* ſequitur conditionem ſubiecti, adeóque excludit alium potius, quàm tantùm aliud; talis propoſitio abſolutè vſurpata reiicienda potius eſt, quàm admittenda, & vt loquitur Sanctus Doctor *loco mox ex prima parte præcitat.* piè exponenda eſt, ſicuti inueniatur in authentica Scriptura, ſicuti inuenitur Ioan. 17. vbi Chriſtus loquens ad Patrem
25. ait: *Vt cognoſcant te ſolum verum Deum.*

Multiplex ſenſus huius propoſitionis, ſolus Pater eſt Deus.

Alia nonnulla, quæ circa modum vſurpandi dictionem excluſiuam *ſolus* in diuinis dubitari poſſunt, aut ex hucvſque dictis facilem habent ſolutionem, aut ſtatim obuia ſunt apud D. Thomam *locis citatis*, eiuſque interpretes, ſpecialiter verò apud Lao *prima parte, diſputatione 179. & 180.*

Assertum III. Rectè vſurpantur in diuinis vocabula *Vnicus*, & *ſingularis*, & non ſolùm rectè dicuntur de qualibet diuina perſona, verùm etiam attentâ propriâ ſignificatione vocabuli, & remota ſuſpicione erroris Sabelliani rectè dicitur de Deo: non ſolùm ſcilicet Pater, verùm etiam Deus, rectè dicitur vnicus, & ſingularis. Ita communiter Theologi, ſingillatim verò Lao *prima parte, diſp. 179. dub. vnico, numero* 815. Vaſquez *diſput.* 132. *capite* 4. Molina *quæſtione* 31. *articulo* 2. 26.

Vnicus, & ſingularis rectè dicuntur in diuinis.

Probatur, & explicatur: *Vnicus*, & *ſingularis* ex propriâ ſignificatione vocabuli addunt vnitati quomodocumque acceptæ indiuiduationem, & ly *vnicus* intra per non ſolùm in ſe, verùm etiam extra ſe reſpuit pluralitatem indiuiduorùm ſibi ſimilium; at hoc vtrumque verificetur in diuinis, & non ſolùm de qualibet diuina perſona, verùm etiam de Deo, vt facilè patet conſideranti, & recolenti ſuprà dicta *tractat. præcedente, lib. 1. capite* 4 ergo rectè vſurpantur in diuinis vocabula *vnicus*, & *ſingularis*, & non ſolùm rectè dicuntur, &c. verùm etiam attentâ propriâ ſignificatione vocabuli, & remotâ &c. Quam limitationem appoſui propter abuſum hæreticorum, qui vigente hæreſi Sabelliana cœperunt confundere vnicum, & ſingularem cum ſolitario; & ex eo, quod Deus ſit vnicus, & ſingularis inferebant eſſe ſolitarium, & perſonarum conſortio deſtitutum. In odium huiuſmodi abuſus D. Hilarius *lib. 7. de Trinitate*, & cum Hilario D. Thomas *prima parte, quæſtione 31. articulo 2. in C.* D. Bonauentura *in 1. diſtinction. 21. articulo 1. quæſtione 1.* refugiunt Deum dicere vnicum, & ſingularem. Nec propterà nobis aduerſantur, quia nos loquimur præcisè attentâ propriâ ſignificatione vocabuli; ipſi verò loquuntur attento vocabuli abuſu, quem abuſum, cum iam legitimus Scholaſticorum vſus ipſum aboleuerit, nec vllum immineat periculum Sabellianiſmi, poſſumus omninò contemnere, & ſine ſcrupulo Deo tribuere vocabula vnici, & ſingularis, rectè enim monet Molina *loco præcit.* hodie nihil eſſe periculi in aliquibus l[illegible]tionibus, quas olim Sancti Patres propter ſui temporis errores deuitarunt, ſicuti è contra hodie propter noſtri temporis errores periculum eſſe poteſt in aliquibus locutionibus, quas olim Sancti Patres vſurpauerint.

Cum aliqua limitatione propter antiquum abuſum talium vocabulorũ.

Digitized by Google

§. VI.

Quomodo vſurpandum, ſeu pro quo ſupponat, vocabulum Deus?

27. Deus ſupponit tum pro eſſentia, tum pro ſingulis, tũ pro omnibus perſonis.

ASSERTVM: Hoc vocabulum *Deus* multipliciter poteſt vſurpari, & poteſt rectà ſupponare tum pro aſſentia, tum pto omnibus, tum pto duabus, tum pro voa perſona. Ità Theologi communiter cum D. Thoma *prima parte, queſt. 39. artic. 4. in C. & in* 1. ad Annibal. *diſt. 4. quaſtione vnica, artic.* 2.

Probatur, & explicatur: Rectè dicuotus de Deo ea, quæ dicuntur in diuinis tum rationa omnium, tum ratione doarum, tum ratiooe vnius perſonæ, ergo hoc vocabulum *Deus* poteſt multiplicites vſurpari, & poteſt rectè ſupponera tum pro eſſentia, tum pto omnibus, &c. Probatur aotecedens: Creare dicitut in diuinis ratione eſſentiæ & tamen rectè dicitur, Deus crear. Trinitas dicitut io diuinis ratione omnium perſonarum, & taman rectè dicitut, Deus eſt Trinus: Spirare dicitut rationa duarum perſonarum, & tamen rectè dicitur Deus ſpirat: generare dicitur rationa vnius perſonæ, & tamen rectè dicitut Deus generat, ergo rectè dieuntur de Deo, &c. Ratio à priori horum omnium eſt, qoia in diuinis ex vna parte habens, & id, quod habetus; concretum & abſtractum, Deus, & Deitas, tealiter non diſtinguuntur, ideò rectè dicuntdt de Deo ea, quæ in dioinia conueniuot rationa Deitatis, ſeu eſſentiæ: Ex alia parte Deus eſt nomeo ſubſtantiale concretum, & ſic ex vi nomiois ſignificat naturam in ſuppoſito, ſeu in perſona, & quia natura diuina eadem prorsùs, quæ eſt in vna, eſt io doabus, eſt in tribua perſonis, fit, quod de Deo dici poſſint ea, quæ dicuntur tum de vna, tum da duabus, tum de tribus perſonis.

28. Triplex dubium.

Tria hic occurrunt dubia: Primum cur rectè dicatur Deus eſt Trinos, oon deitas eſt Trina: Secundum cur rectè dicatur Deus generat, non deitas generat: Tartium cur potiùs verificetut, Deus generat, quàm Deus non generat. Ratio dubitandi pro duobus primis aſt indiſtinctio Dei, & deitatis: Ratio dubitandi pro tertio, eſt quia Deus æquè ſupponit pro filio, aut Spiritu ſancto, qui noo generat, ac pto Patre, qui generat.

29. Deus, & deitas diſtinguuntur in modo ſignificandi, quãvis nõ in re.

Ad primum dubium dico Daum, & Deitatem, quamvis ſecundùm rem ſint totaliter indiſtincta, idemqua ſignificent, diſtingui tamen, & diuerſificari ſecundùm modum ſignificandi, ly auim *Deus* ſecundùm modum ſignificandi inuoluit ſuppoſitum, ſicque, dum dicitur, Deus eſt Trinus, ly *Trinus* afficit rationem ſuppoſiti, & multiplicat ſuppoſita, ſenſumque teddit legitimum. At deitas ex modo ſignificandi nominis abſtracti importat eſſentiam, & formam ſecundùm ſe, ſieque dum dicitut deitas eſt trina ly *trina* afficit, & multiplicat eſſeotiam, ſenſùmqoa falſum reddit: propterea rectè docet D. Thomas *prima parte, quaſtione 39. articulo 5. ad 3.* ratione alterius modi ſignificandi oportaſe loqui diuerſimodè de Deo, & deitate. Nec obſtat, quod Eeclesia in Feſto Corporis Chriſti canat. *Te trina deitas, vnaque poſcimus*, idque deſumptum videtur ex Concilio Toletano XI. *in profeſſione fidei*, vbi habetur: *Hac eſt Sancta Trinitatis relata narratio, qua non triplex, ſed trina dici, & credi debet.* Non obſtat inquam, quia, vt reſpondet Chartuſianus *in 1. diſtinctione 24. quaſtione 5.* ly *deitas* ſumitur pro Deo io coneteto, quæ licentia in metro tolerari poteſt, at non debet extendi ad ſolutam orationem. Vnde vix eſt toletabile, quod legitut apud Chryſoſtomum *tom. 3. in homil. de Ioan. Baptiſt.* quæ homilia incerti Auctoria eſt, oon ipſius *Chryſoſtomi*, vbi habetur: *In Patre, & Filio, & Spiritu ſancto eſt triplex, & vna deitas*, quæ locutio indiget benigna tolerantia, oon ſolùm quatenùs ponit dioinitatem pto Deo iuxta mox dicta, verùm etiam quatenùs ponit triplex pro trina iuxta *ſupradicta* §. 2. Verba relata ex Concilio Toletano deſumpta ſunt ex ſputiâ, & infideli lectione Concilij, vt ſupra ioſinuauimus §. *mox citato*. Nec item obſtat, quod rectè dicatur daitas eſt Trinitas: Non obſtat inquam, qoia ly *Trinitas*, vtpotè ſobſtantiuum, affert ſecum ſua ſuppoſita, & ſic numetus ternarius afficit ſuppoſita ex parte prædicati importata, non verò afficit, nec moltiplicat ſubiectum propoſitionis, idemque ſignificat, deitas eſt Trinitas, ac deitas eſt tria ſuppoſita, ſeu eſſentia eſt tres perſonæ, quod verum eſſe admittit Sanctus Doctor *prima parte, quaſtione 39. artic. 6. in C.* è contra iy *trina*, vtpotè adiectiuum, oullum ſuppoſitum ſecum affert, nihilque habet, quod afficiat, quodque multiplicet, niſi ſubiectum propoſitionis. Cum igitur deitas nequeat multiplicari, nequit de ipſa tanquam da ſubiecto propoſitionis dici ly *trina.*

Deitas non poteſt dici trina, niſi ſumendo abſtractũ pro concreto.

Deitas cur poſſit dici Trinitas potius, quàm trina.

Ad ſecuodum dubium dico ex eodem diuerſo modo ſignificandi Inter deitatem, & Deum oriri, quod Deus poſſit pro parſooa ſuppouete, non deitas conſequenter qood dici poſſit Deus generat, non deitas generat. Ratio deinde cnr ly *generat* nequeat dici, niſi da perſona, aut da eo, quod pro parſona ſupponat, duplex eſt: Prima deſumitos ex diſtinctione reali inter generantem, & genitum importatâ pes ly *generat*: vnde dicendo eſſentia generat, ſignificatur diſtinctio tealis in deitate generanta ab eo, qood generatur: Secunda deſumitus ex conditione 30.

Duplex ratio, ob quam non poteſt dici, deitas generat.

illius

illius prædicati, *generat*, quod adiectiuum eſt, & æquiualens huic, eſt generans, proprium autem eſt prædicati adiectiui reddere ſenſum formalem, non identicum. Ex alia parte identitas inter Deum, & Deitatem ad ſummum poteſt eſſe ratio, quod generare, quia dicitur de Deo, dicatur etiam de Deitate in ſenſu identico. Portò prædicatum adiectiuum reddere ſenſum formalem tradit D. Thomas *prima parte, quaſtion. 39. artic. 5. ad 5.* & probat ex diuerſitate nominis ſubſtantiui ab adiectiuo; ſubſtantiuum enim fert ſecum ſuum ſuppoſitum, & huic applicat ſuam formam, ſeu ſuum ſignificatum formale: at nomen adiectiuum, quia non fert ſecum ſuppoſitum, nihil habet, cui applicet ſuam formam, ſuumque ſignificatum formale, niſi ſubiectum, de quo dicitur, & prædicatur: propterea ly *generat* dum adiectiuè dicitur de Deitate, dicitur de ipſa formaliter, & non poteſt ſenſum formalem non reddere. Conſequenter ad hanc doctrinam *eodem loco mox cit.* ſubdit Sanctus Doctor terminum notionalem, vel perſonalem adiuncto aliquo ſubſtantiuo ex parte prædicati rectè dici poſſe de eſſentia, & Deitate; nec reiiciendam eſſe hanc propoſitionem, Deitas eſt res generans, ſicuti reiicitur illa Deitas eſt generans. Imò ſi ly *generans* ſumatur neutraliter, & ſubſtantiuetur, rectè etiam admittitur eſſentia eſt generans, quamvis regulariter admitti non poſſit, quia regulariter, & ſecundum communiorem loquendi modum, ly *generans* adiectiuè ſumitur, & fœmininè; non ſubſtantiuè, & neutraliter.

Deitas poteſt dici res generans, aut generãs neutraliter.

31\. Deitas generat eſt propoſitio rationabiliter damnata.

Ex his habetur, quam rationabiliter Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. *cap. damnamus* contra Abbatem Ioachimum diſtinguentem eſſentiam à perſonis definierit eſſentiam diuinam non generare, nec generari: quam immeritò è contra, & irrationabiliter Holcot *in ſuis determinationibus, quaſt. 10. dub. 4.* dixerit nullam eſſe rationem huius veritatis à Concilio contra Ioachimum definitæ. Habetur autem hæc veritas non ſolum ex definitione Concilij Lateranenſis, verùm etiam *ex confeſſione fidei* Concilij Toletani I. vbi habetur: *Si quis dixerit Deitatem naſcibilem eſſe anathema ſit.*

32\. Deus non generat cur ſit propoſitio falſa.

Ad tertium dubium dico cum D. Thoma *prima parte, quaſtion. 39. artic. 4. ad 3.* in propoſitione affirmatiuâ per ly *generat*, Deum poſitum pro ſubiecto propoſitionis determinari ad ſupponendum pro patre, quia ponitur aliquid ea parte prædicati, quod ſoli perſonæ patris conuenit. In propoſitione verò negatiua per ly *non generat* nihil ponitur, ſed ſolum aliquid remouetur, ideò non habet Deus vnde determinetur ad ſupponendum pro vna diuina perſona potiùs, quàm pro alterâ, ſed retinet ſuam ſuppoſitionem adæquatam, & vniuerſalem pro qualibet diuina perſona: & quia de qualibet diuina perſona falſum eſt dicere, quod non generet, remanet ſimpliciter falſa illa propoſitio, Deus non generat. Ab hac D. Thomæ ratione parùm differt illa, quam nonnulli deſumunt ex natura particulæ negatiuæ diſtribuentis ſubiectum præſertim ſingulare, & ſubſtantiuum per omne id, pro quo poteſt ſupponere; cum enim talis particula ſit malignans, & totum neget, facit propoſitionem, cui apponitur verificari non poſſe, niſi prædicatum negetur de ſubiecto accepto ſecundùm totalem, & adæquatam ſuppoſitionem, quam habere poteſt. Sic ad hoc, vt verum ſit dicere, Petrus non currit, debet ſumi Petrus ſecundũ ſuppoſitionẽ adæquatam, & fieri diſtributio per omnia loca, & tempora, adeò vt nullo in loco, nulloque in tempore Petrus currat. Quod ſi in aliquo currat, in aliquo non currat, propoſitio affirmatiua eſt vera, negatiua eſt falſa. Non aliter, vt verum ſit dicere, Deus non generat, debet ſumi Deus ſecundùm ſuppoſitionem adæquatam, & fieri diſtributio per quamlibet perſonam, adeò vt nulla Perſona diuina generet, quod ſi, vt in re eſt, aliqua perſona generat, aliqua non generat, propoſitio affirmatiua eſt vera, negatiua eſt falſa. Nec poteſt Deus in propoſitione negatiua ſupponere pro determinata perſona non generante, ſicuti poteſt pro determinata Perſona generante ſupponere in propoſitione affirmatiua. Dixi ſubiectum præſertim ſingulare, & ſubſtantiuum, quia in termino vniuerſali non requiritur talis diſtributio, & verum eſt dicere, homo non currit, etiamſi non verificetur de omni homine. Ratio eſt, quia ly *homo* limitari poteſt ſyncathegoremate particulari, aliquis homo non currit. Idem ferè contingit in ſubiecto adiectiuè ſumpto, vt potè quod habet ſignificationem indeterminatam, & ſyncathegoremate particulari limitabilem. Sic ſi Deus adiectiuè ſumeretur], & diceretur v. g. habens Deitatem non generat, eſſet propoſitio admittenda, quia poteſt apponi ſyncathegorema *aliquis* habens Deitatem, hoc eſt aliqua diuina perſona non generat, quod veriſſimum eſt. At quia Deus eſt terminus ſingularis, eſt terminus ſubſtantiuus non poteſt affici ſyncathegoremate *aliquis*, nec rectè dicitur aliquis Deus. Ideò, &c.

Habẽs Deitatem non generat, eſt vera propoſitio.

---

§. VII.

Quænam vocabula in diuinis ſint vſurpanda ſingulariter, quænam poſſint pluraliter vſurpari?

33\. Prædicata purè abſoluta in diuinis pluraficantur adiectiuè, non ſubſtantiuè.

ASSERTVM I. Vocabula, ſeu prædicata eſſentialia, & purè abſoluta, ſumpta ſubſtantiuè ſunt in diuinis vſurpanda ſingulariter: Sumpta adiectiuè poſſunt vſurpari pluraliter. Ita Theologi communiter

cum

cum D. Thoma *prima parte*, *quæſtion.* 39. *art.* 3. Contra Gabrielem *in primo*, *diſtinction.* 1. *quæſtion.* 2. *articul.* 5. qui licet non audeat ſimpliciter plorificate prædicata eſſentialia ſubſtantiua, vult tamen ipſa solùm ex vſo Eccleſiæ, non ex propria ratiooe habere, quod non plurificentur.

Probatut, & explicator: Sobſtantiuum ex ſupradictis habet ſuam ſignificationem omninò abſolutam, & per ſe ſtantem: adiectiuum verò ſuam ſignificationem habet adiacentem, & ei, cui adiacet, ſe accommodantem. Subſtantiuom propterea non plurificatut, niſi plurificetur id, quod abſolutè, & pet ſe ſignificat, nimitum forma; adiectiuom verò ſe accommodans ei, cui adiacet, eique ſignificatum ſuum applicans rectè plurificatot etiam ad plurificationem eius, cui adiacet; quod maximè verom eſt in ſententia Thomiſtica docente accidentia multiplicari ex ſobiecto, & ex huius vnitate, vel multitudine etiam ipſa ſoam ſortiri vnitatem, vel multitodinem. Potrò in diuinis formæ eſſentiales, & abſolutæ, vt Deitas, Omnipotentia, Sapientia, & aliæ huiuſmodi non plurificantor, conſequens eſt igitor, qood neqoe plutificentur prædicata ſubſtantiua, quæ nequeunt plurificari ſine taliom formarum plurificatione. E cootra ſuppoſita, ſeu quaſi ſuppoſita, vtpotè quæ in ternario numero ſunt, plurificantur: Conſeqoens eſt igitur, quod etiam plurificeotor prædicata adiectiua adiacentia ſuppoſitis, & ſuam ſignificationem, ſimulque vnitatem, ac pluralitatem, ſuppoſitis accommodantia. Sic rectè dicimus in diuinis tres ſapientes adiectiuè, vnum ſapientem ſobſtantiuè; tres habentes Deitatem, vnum Deum, qoia vt habet D. Thomas *loco præcitato ad primum*. *Licet Deus ſignificet habentem Deitatem, eſt tamen alius modus ſignificandi, nam Deus dicitur ſubſtantiuè, ſed habens Deitatem dicitur adiectiuè:* ideò habens Deitatem poteſt dici pluraliter, Deus debet dici ſingolariter.

34. Neque contraria eſt Hebraïca veritas, quæ *Geneſis* 1. per ly *In principio creauit Deus* habet *Elohim*, quod poteſt interpretari *Dij:* Contraria, inquam non eſt, qaia apud Hebræos *Elohim* eſt prædicatum perſonale potiùs, quàm eſſentiale, & principalius ſignificat Perſonalitatem, quàm Deitatem. Ideo quamvis Hebræi vſurpent pluraliter *Elohim*, non debent Latini vſurpare pluraliter Deus: & quoties diuerſæ lingoæ diuerſum habent loquendi modum, vnoſquiſqoe debet ſuum loquendi modom ſuæ linguæ conformare.

35. Prædicata purè relatiua in diuinis plurificantur ſub nomine communi non ſub nomine proprio alicuius diuinæ Perſonæ.

Assertvm II. Vocabola, ſeu prædicata pure relatioa ſub aliquo communi nomine expreſſa vſurpanda ſunt pluraliter. Dixi ſub aliquo comnoni nomine expreſſa. Nam relatio v. g. expreſſa ſub nomine paternitatis: Notio expreſſa ſub nomine innaſcibilitatis, & ſimilia ſicuti exprimunt aliqood ſingulare, & proprium vnius diuinæ perſonæ, ita inuoluunt ſingularitatem, & ſingulariter ſolum, noo pluraliter vſurpanda ſunt. Quoad prædicata verò pure relatiua communi nomine expreſſa, cuiuſmodi ſont relatio, perſona, perſonalis proprietas, incommonicabilitas, notio, & huiuſmodi, quod ſint pluraliter vſurpanda ſatis, ſuperque notom eſt ex ſupradictis de diſtinctione, & namero relationum, perſonarum, 36.
notioonm, &c. in diuinis. Nec aſſerta veritas maiori indiget, aut explicatione, aut probatione.

Assartvm III. Prædicata partim abſoluta, partim relatiua, cuiuſmodi ſunt prædicata, aut tranſcendentia ſimpliciter, vt vnitas, veritas, vnum, verum, &c. aot tranſcendentia ſecundùm quid; vt exiſtentia, perfectio, vbiquitas, &c. quatenos abſoluta aliorum prædicatorum abſolutorum quatenos relatiua aliorum prædicatorom relatiuorum conditionem ſeqoootur quoad vnitatem, & pluralitatem. Hoc prædicatum exiſtens v. g. quatenos ſupponit pro exiſtente exiſtentiâ abſolutâ plurificatur adiectiuè, non ſubſtantiuè: quatenus ſupponit pro exiſtente exiſteotiâ relatiuâ plurificatur ſimpliciter. Hoc aſſertum colligitor ex D. Thoma *prima parte*, *quæſtion.* 39. *artic.* 3. *ad* 3. & doctrina, quam continet, à oobis tradita eſt, & comprobata *libro* 1. *cap.*8. §.4. *& ſeqq.* Imò §. 8. ferè ſub iiſdem terminis ex ibi antecedenter poſitis infertor illud, quod hic aſſeritur, cuius propterea explicatio, & probatio inde eſt huc transferenda.

---

§. VIII.

Aſſignantur quædam regulæ generales circa modum loquendi in Myſterio Trinitatis?

37. Prima regula generalis.

Assartvm I. Prima regula ſit in Myſterio Trinitatis, loquendo de perſonarum diſtinctione, vtendom eſt propoſitionibus, & vocibus, quæ non ſapiant diuerſitatem eſſentiæ.

Probatur ex eo, qood debemus vnitatem eſſentiæ in Trinitate venerari, & tres perſonas omoinò conſubſtantiales affirmare, nec poſſunt Arianiſmum oon ſapere propoſitiones, & voces ſapientes diuerſitatem eſſentiæ. Ex vi huius regolæ Deus Trinus dicendus eſt, noo triplex. Filius alius à Patre dicendus eſt, non aliud; dicendum eſt, quod Deus generet, non quod Deitas generet. Diuinæ perſonæ non ſunt abſolutè dicendæ diuiſæ ſeparatæ, diuiſæ, differentes, multò minus dicendæ ſunt diſpares, & alienæ inter ſe: Facilius

vero

verò, vt notat Vaſquez *prima parte, diſputation.* 131. *capit. ſecundo, numero* 9. dici poſſunt diſcretæ: & hæc nomina diſcretus, diſcretio, non videntur ſignificare aliquid magis, quàm diſtinctus, diſtinctio: non adeò facilè tribuendum eſt diuinis perſonis, quod ſint ſecretæ, nam ſecernere accedit ad ſeparare magis, quàm diſcernere. Quia deinde vnitum, & coniunctum ad diuiſum, & ſeparatum correlatiua ſunt, idem iudicium ferendum eſt de iſtis vocibus vnitum, coniunctum; quod de illis aliis, diuiſum, ſeparatum.

38. Secunda regula generalis. ASSERTVM II. Secunda regula ſit: In Myſterio Trinitatis, loquendo de vnitate eſſentiæ, vtendum eſt propoſitionibus, & vocibus, quæ non ſapiant confuſionem, & indiſtinctionem perſonarum.

Probatur ex eo, quod debemus Trinitatem Perſonarum in vnitate venerari, & tres perſonas realiter diſtinctas affirmare: Nec poſſunt Sabellianiſmum non ſapere propoſitiones, & voces ſapientes confuſionem, ſeu indiſtinctionem Perſonarum. Ex vi huius regulæ filius dicendus eſt vnum, non vnus cum Patre, dicendus eſt cum Patre idem neutraliter, non idem maſculinè. Omninò à diuinis remouenda eſt vox *ſolitarius*, ſolùm ſyncathegorematicè vſurpanda vox *ſolus*. Cautè, & non niſi, vbi omnia exulat Sabellianiſmi ſuſpicio; Deus dicendus abſolutè eſt vnicus, & ſingularis. Plurificanda ſunt, non ſingularizanda prædicata purè relatiua, & perſonalia ſub aliquo communi nomine expreſſa.

39. Tertia regula generalis. ASSERTVM III. Tertia regula ſit: In Myſterio Trinitatis circa nomina adiectiua duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, quod ſequuntur exigentiam nominis ſubſtantiui, cui adiunguntur; ſecundum eſt, quod faciunt ſenſum formalem, non identicum.

Probatur: Nomina adiectiua habent ſignificationem indeterminatam, nec aliquid ſecum ferunt, cui ſuum formale ſignificatum applicent; neceſſe eſt igitur, quod ſe accommodent ſubſtantiuo, cui adiacent, & quod ipſi applicent ſuum formale ſignificatum, conſequenter ſequuntur talis nominis ſubſtantiui exigentiam, & faciunt cum ipſo ſenſum formalem, non identicum. Ex vi primæ partis huius regulæ ad verum ſenſum reducuntur plures propoſitiones, quæ alioqui eſſent falſæ. Sic falſum eſt dicere abſolutè filius eſt aliud à patre, pater differt à filio; vtrumque reducitur ad verum ſenſum apponendo nomen ſubſtantiuum exigens alietatem, & differentiam dicendo v. g. filius eſt aliud ſuppoſitum à patre: Pater proprietate perſonali differt à filio. Ex vi ſecundæ partis eiuſdem regulæ prædicata notionalia adiectiuè vſurpata nequeunt dici de eſſentialibus, dici ſcilicet nequit eſſentia eſt generatiua, eſſentia eſt ſpiratina, ſapientia eſt relatiua, &c. quamvis huiuſmodi propoſitiones in ſenſu identico veræ ſint; & prædicata notionalia vſurpata ſubſtantiuè; qua ratione poſſunt ſenſum identicum reddere, rectè dicantur de eſſentialibus, rectè ſcilicet dicatur eſſentia eſt perſona, Deitas eſt Trinitas, &c.

ASSERTVM IV. Quarta regula ſit in Myſterio Trinitatis circa nomina ſubſtantiua obſeruandum eſt ipſa non multiplicari ſine multiplicatione formarum, & per conſequens non poſſe magis multiplicari nomina ſubſtantiua concreta, quàm multiplicentur nomina abſtracta. 40. Quarta regula generalis.

Probatur ex diuerſitate nominis adiectiui à ſubſtantiuo, quod iſtud importet formam in ſe ſpectatam, & per ſe ſtantem. Ex vi huius regulæ ſicuti non dantur in diuinis tres æternitates (loquendo de his prædicatis vt abſolutis, & eſſentialibus) tres immenſitates; ita nec tres æterni, tres immenſi ſubſtantiuè iuxta Athanaſium *in Symbolo* dicentem: *Non tres æterni, ſed vnus æternus, &c.* Dixi loquendo de his prædicatis, vt abſolutis, & eſſentialibus propter ſupra aſſerta *libro primo, cap.* 8. §. 8. à fortiori non dantur in diuinis tres omnipotentes, tres ſapientes, ſubſtantiuè, cum hæc, & ſimilia prædicata non poſſint ſumi niſi eſſentialiter, & abſolutè. Potiori adhuc iure nullatenus dantur tres Dij, cum hoc nomen, Deus, non ſolum ſit prædicatum purè abſolutum, verum etiam ſit purè ſubſtantiuum, nec poſſit adiectiuè ſumi, ſicuti poſſunt adiectiuè ſumi ly omnipotentes, ſapientes, æterni, &c. & adiectiuè ſumuntur tum à Concilio Lateranenſi *capit. firmiter* dicente: *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſunt conſubſtantiales, & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni*; tum ab Athanaſio *in eodem Symbolo*, in quo poſtquam abſolutè loquendo dixit: *Non tres æterni, ſed vnus æternus, &c.* loquendo adiectiuè ait: *Tota tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.*

ASSERTVM V. Quinta regula ſit: In Myſterio Trinitatis circa nomina eſſentialia obſeruandum eſt ipſa ſumpta in concreto ſupponere poſſe pro perſonis, quoties à prædicato ad talem ſuppoſitionem determinantur. 41. Quinta regula generalis.

Probatur hæc regula ex doctrina *ſuprà* poſita §. 6.

ASSERTVM VI. Sexta regula ſit: In Myſterio Trinitatis non eſt ſcrupuloſiùs laborandum pro reddendâ ratione cuiuſcumque vocabuli, & cuiuſcumque locutionis, ſed in pluribus attendendus eſt vſus ſapientum, qui ſæpe eſſe poteſt diuerſus iuxta temporum, nationum, aliarum 42.

aliarumque circumſtantiarum diuerſitatem.

Probatur ex eo, quod nomina vſiæ, & hypoſtaſis diuerſimode in diuinis vſurpantur iuxta præſentem vſum, ac vſurpata fuerint antiquitus, vt habetur *ex ſupradictis lib.* 2. *cap.* 1. §. 1. Nomen cauſæ inter diuinas perſonas ſecundùm vſum Latinorum reiicitur, admittitur verò ſecundùm vſum Græcorum ex ſupradictis *eodem libro cap.* 2. §. 2. Vocabula vnicus, & ſingularis Deo applicata erant malæ ſuſpicionis vigente Sabellianiſmo; hoc deſinente deſierunt eſſe ſuſpecta. Mitto alia plura huiuſmodi exempla, quæ aut ex dictis facilè eruuntur, aut apud Auctores paſſim occurrunt: & hoc vnum enixè rogo, vt ſicubi me malè locutum lector deprehendit, locutionem reprehendat, non fidem, quam obteſtor in Trinitatis Myſterio, aliâve quâlibet veritate diuinitus reuelatâ integerrimam. In huius obſequium quidquid à me dictum, quidquid dicendum eſt Romanæ Eccleſiæ iudicio ſubiicio, & correctionis beneficio anticipatas retractationis gratias reſpondeo.

Auguſtinus, *de Trinitate, lib.* 1. *cap.* 3.

INDEX

INDEX RERVM,

Prol. Significat Prolegomena : *T*, Tractatum : *L*, Librum : *C*, Caput : *P*, Paginam.

A

ABSOLVTA in diuinis non poſſunt non eſſe communia. t. 2. l. 2. c. 1. §. 4. pag. 555

Abſoluta in diuinis eſſe priora relatiuis, ſeu communia eſſe priora propriis, intelligendum eſt cum aliqua limitatione, t. 2. l. 3. c. 1. §. 6. 653. & c. 3. §. 2. 676.

Duo abſoluta nequeunt identificari in tertio, quin identificentur inter ſe; ſecùs duo relatiua: & cur. t. 2. l. 1. c. 6. §. 3. 520. & c. 7 §. 4. 533.

Abſtracta admittere in diuinis non obſtat diuinæ ſimplicitati. t. 2. l. 3. c. 1. §. 1. 645

Abſtractum aliquando ſumitur pro concreto, Deitas pro Deo. t. 2. lib. 3. c. 5. §. 6. 704

Accidens eſt perfectio eius, in quo eſt, non à quo eſt. t. 1. l. 2. c. 2 §. 2. 149

Non poteſt recipi in ſubiecto niſi ipſum vel fœdet, vel ornet. t. 1. lib. 1. cap. 6. §. 4. 83

In diuinis eſt nomen minùs vſitatum, at non excludendum, niſi ſermo ſit de accidente phyſico. t. 1. lib. 1. cap. 3. §. 1. 54. & c. 6. §. 3. 80

Accidens ſupernaturale eſt eleuabile, vt quo: eſt proprietas Dei vt principij, non vt ſubiecti: nec de facto habet, nec habere poteſt ſubiectum connaturale. t. 1. l. 2. c. 3. §. 7. 177

Accidens vitale eſt quandoque imperfectius accidente non vitali. t. 1. lib. 2. cap. 3. §. 4. 167

Actio nunquam habet pro fine intento ab agente multitudinem materialem. t. 1. l. 4. c. 5. §. 2. 354

Actio in diſtans non probatur euidenter repugnans. t. 1. l. 1. c. 8. §. 3. 97

Actus affirmans æternam ſui durationem quomodo poſſit deſtrui abſque ſui falſificatione. t. 1. l. 1. c. 7. §. 2. 93. & l. 2. c. 5. §. 10. 209

Actus naturalis poteſt tendere in obiectum ſupernaturale. t. 1. l. 2. c. 1. §. 6. 141. & t. 2. l. 3. c. 4. §. 2. 681.

Actus notionales. Vide *Notionales actus.*

Actus primus importat vel priuationem, vel virtutem productiuam actus ſecundi. t. 1. l. 3. c. 1. §. 1. 236.

Æternitas multipliciter ſumitur. t. 1. l. 1. c. 9. §. 1. 104. & t. 2. l. 1. c. 8. §. 8. 548

Malè ab aliquibus confunditur cum commutabilitate: multiplicem habet proportionem cum immenſitate: eſt virtualiter ſucceſſiua; cur definiatur per interminabilitatem vitæ. t. 1. l. 1. c. 9. §. 1. 104

Quo ſenſu ipſi tribuantur differentiæ temporis. c. eod. §. 2 106

Æternitas à parte antè nulli creaturæ conuenit de facto: nec vlli item conuenire poteſt connaturaliter. t. 1. l. 1. c. 9. §. 3. 108

Æternitas Dei conſtat tum per fidem, tum per euidentiam naturalem. t. 1. l. 1. c. 9. §. 3. 108

Eſt propriè tum duratio, tum menſura; & ſub diuerſa ratione eſt menſura actiua ſimul, & paſſiua. c. eod. §. 2. 107

In aliquo ſenſu æquè primò coexiſtit omnibus temporum differentiis; habet in eodem ſenſu præſentiam realem, ac phyſicam ab æterno in omnibus futuris. c. eod. §. 5. 114

Non coexiſtit durationibus merè poſſibilibus. cap. eod. §. 4. 111.

Æternitas creaturæ non coexiſtit futuris eodem modo, quo æternitas Dei. eod. §. 4. 109

Æternum ex vi nominis quid. t. 1. l. 1. c. 9. 103

Quomodo differat à ſempiterno. c. eod §. 1. 104

Æuum reſpectu tempus ſolùm impropriè eſt menſura ſuperexcedens. t. 1. l. 1. c. 9. §. 4. 110

Alius, Aliud: Alter, Alterum quomodo vſurpanda in diuinis. t. 2. l. 3. c. 5. §. 3. 699

Aliud, non Alius rectè affirmatur in Chriſto domino. ibid.

Amare eſt velle bonum quomodo verificetur. t. 1. l. 4. c. 2. §. 3. 331.

Amicitia alia æqualitas, alia ſuperexcellentiæ. t. 1. l. 4. c. 3. §. 5. 343

Fundatur ſemper in aliqua communicatione bonorum, aut reali, aut æquiualenti. ibid.

Ex genere ſuo intendit vnionem non ſolum affectiuam, ſed maiorem, quam poteſt, inter amantes. t. 2. l. 3. c. 2. §. 4. 667

Cur in Deo, non in creatura amante inferat ſemper vnionem entitatiuam. ibid.

Debet eſſe amor mutuus ex parte actus, maiorē requirit diſtinctionē, quàm generatio: Nō datur in Deo ad ſeipſum. t. 1. l. 4 c. 2. §. 3. 333

Amicitia Dei nulli creaturæ poteſt eſſe connaturalis. t. 1. l. 2. c. 3. §. 6. 177

Amicitia Dei, Angeli, hominis quomodo contenta ſit diuerſâ vnione amantium. t. 2. l. 3. c. 2. §. 4. 667.

Amor aut pares inuenit amantes, aut facit, quomodo intelligatur. t. 2. l. 3. c. 4. §. 8. 503

Eſt primus, & potiſſimus actus voluntatis. t. 1. l. 4. c. 2. 327.

Præſcindit à præſentia, & abſentia obiecti; exercetur tamen meliùs circa obiectum præſens. c. eod. §. 2. 329

Ex genere ſuo ſupponit cognitionem, at non ſupponit Verbum, & ſupponendo Verbum, non ſupponit ipſum pro principio. t. 2. l. 2. c. 4. §. 8. 628

Amor, Dilectio, Charitas in creatis differunt, non in diuinis. t. 2. l. 2. c. 4. §. 2. 608

Dicitur propriè de tertiâ Perſonâ diuinâ, prout ly propriè contradiſtinguitur à metaphorico; & in aliquo ſenſu etiam, prout contra- distingui

diſtinguitur à communi. ibid.
Amor comprehenſiuus ita ſe habet ad obiectum amabile ſicut cognitio comprehenſiua ad obiectum cognoſcibile. t.1.l.2.c 7.§.1.222
Amor concupiſcentiæ dupliciter ſumitur. t.1.l 4. c.2.§.3.332
Amor Dei erga ſeipſum eſt propriè, & ſtrictè talis, & diſtinguitur virtualiter à gaudio, quod habet pariter de ſeipſo. t.1.l.4.c.2.§.1.327
Eſt neceſſarius, & ad ſummum indirectè, ac ex creaturis poteſt Deus amare ſeipſum liberè, ibid.
Eſt comprehenſiuus; eſt eminentiſſimo modo efficax; non eſt ſupra ſe per actum virtualiter diſtinctum reflexus; habet pro obiecto ſpecificatiuo omnia diuina prædicata, cap. eod. §.4. 333.
Nec eſt amicitia, nec concupiſcentia, ſed amor eminentior. c.eod.§.3.331.332
Amor Dei erga creaturas exiſtentes eſt liber, & efficax: meliùs dicitur liber libertate exercitij, quàm ſpecificationis: eſt in aliquo ſenſu etiam neceſſarius, & inefficax. t.1.l.4.c.3.§.4.341
Erga creaturas rationales eſt amor amicitiæ, poteſt tamen erga aliquas eſſe amor concupiſcentiæ: erga creaturas irrationales eſt amor concupiſcentiæ, poſſet tamen etiam eſſe beneuolentiæ. c.eod.§ 5.342
Amor Dei erga creaturas poſſibiles negandus non eſt. t.1.l.4.c.3.§ 1.334
Non attingit ipſas, vt ſumptas ſecundùm rationem abſtractam poſſibilitatis. ibid.
Eſt neceſſarius, & inefficax. c.eod.§.2.337
Non fertur in peccata poſſibilia, bene tamen aliquo modo in potentiam peccandi. c.eod. §.3.340
Amor Dei non attingit impoſſibilia. t.1.l.4.c.3. §.3.339.
Amor mutuus differt intrinſecè ab amore non mutuo: quomodo ſit amore non mutuo perfectior. t.2.l.2.c.4.§.8.626
Angeli in quo ſenſu deſiderent Deum proſpicere. t.1.l.2.c.1.§.2.131.
Ipſos vbique eſſe exiſtimauit quidem Auctor non ignobilis. t.1.l.1.c.8.§.6.102
Angelus qui vbique eſſet non excluderet Angelum perfectiorem. ibid.
Angelus penetratus cum alio Angelo per propriam ſubſtantiam ab altero intelligitur. t.1. l.1.c.2.§.1.147.
Dum taliter intelligitur probabile eſt, quod non præſtet neceſſariò concurſum obiectiuum. c.eod.§.3.153
Anima rationalis cur non ſit Perſona. t.2.l.2.c.1. §.1.548.
Non præſtat neceſſariò concurſum obiectiuum ad ſui cognitionem. t.1.l.2.c.2.§.3.153
In ſtatu beatitudinis etiam vnita corpori habet perfectionem animæ ſeparatæ. t.1.l.2.c.1.§.7. 142.
Anthropomorphitæ vnde dicti. t.1.l.1.c.6.§.1.78
Apparere diuinam Perſonam quid ſit: latiùs patet, quàm viſibiliter mitti; & quomodo à mitti differat: eſt prædicatum eſſentiale in diuinis conueniens etiam Perſonæ Patris. t.2.l.3. c.2.§.7. 672.
Appetitus alius actiuus, alius paſſiuus. t.1. l.4. c.1.§.2.314.
Appetitus omnis ſupponit formam. t.1. l.1. c.2. §.3. 53.
Appetitus elicitus tendere poteſt in ſeipſum. t.1. l.4.c.1.§.2.313.
Appetitus elicitus efficax non eſt neceſſe, quod tendat in rem aſſequibilem propriis viribus. t.1.l.2.c.1.§.6.141.
Appetitus elicitus inefficax ferri poteſt in obiectum etiam apprehenſum vt impoſſibile. ibid.
Appetitus innatus quid. t.1.l.2.c.1.§.6.139
Eſt fundamentum appetitus eliciti. t.1.l.4.c.4. §.2. 348.
Non infert tamen elicitum in quocumque ſubiecto. t.1.l.2.c.8.§.3.235
Non datur ad rem naturaliter impoſſibilem, imò habet poſſibilitatem rei appetitæ pro parte ſibi intrinſeca. t.1.l.2.c.1.§.6.139
Arduum, quod eſt obiectum ſpei, ſumitur tripliciter: nullatenùs Deo conuenit. t.1.l.4.c.4. §.4. 349
Argumentum ab auctoritate negatiua aliquando eſt efficax. t.1.l.3.c.4.§.5.288
Aliquando non, & quandonam permittatur à tali auctoritate recedere abſque vllâ notâ etiam leuiſſimâ, t.2.l.1.c.8.§.8.551
Argumentum à maiori ad minus, vt vim habeat, debet procedere affirmatiuè. t.2.l.2.c.2.§.2.578
Argumentum à diſtributiuo ad collectiuum validum eſt per ſe loquendo. t.1.l.1.c.1.§.3.42
Argumentum à pari infidum eſt, ac debile & cur. Prol.c. 3.§.4.34.
Argumentum à proportione commutatâ valet ſolum in quantitate, aut continua, aut diſcreta. t.2.l.1.c.7:§.4.533
Argumentum calculatorium non ſemper ſubſiſtit. t.1.l.1.c.1.§.3.131. & c.5.§.8.206.
Argumentum ex hypotheſi impoſſibili quandonam ſit vtile. t.2.l.2.c.4.§.9.629
Argumentum aliquod eſſe per principium extrinſecum poteſt dupliciter intelligi. t.2. l.3. c.4. §.5.689.
Arrianiſmus in atheiſmum deſiuit. t.2.l.1.c.1.§.3 462.
Arrij, Arrianorum, ac Semi-Arrianorum error circa Myſterium Trinitatis. c.eod.§.1.459
Aſeitas in Deo alia ſimpliciter, alia ſecundùm quid. t.1.l.1.c.2.§.2.50.
Licet negatiuè explicetur, importat poſitiuam perfectionem. t.1.l.1.c.6.§.7.87
Aſeitas ſimpliciter eſt in Deo ratio prima ſecundùm nos, & ſecundùm ſe: eſt ex conceptu ſuo perfectior omnibus aliis diuinis prædicatis: eſt eſſentia metaphyſica Dei. t.1.l.1.c.2.§.2.55
Aſeitas tranſcendens omnia diuina prædicata quomodo cohæreat cum ab alietate requiſitâ ad diuinas proceſſiones. t.2.l.1.c.2.§.2.467
Aſſenſus appretiatiuè maximus debetur ſoli Deo. Prol.c.2.§.2.19.
Aſſenſus probabilis poteſt eſſe infallibilis. ibid.
Attributum ex vi nominis quid ſignificet. t.1.l.1. c.3.53.
Attributa diuina quid. t.1.lib.1.c.3.§.1.54
Aliqua conſequuntur eſſentiam; aliqua conſequuntur naturam: aliqua ſunt poſitiua; aliqua negatiua, non tamen purè: ſecundùm nos ſunt in multitudine finitâ, ſecundùm ſe in multitudine infinitâ. ibid.
Quoad actum ſecundum non ſunt omnia neceſſaria. t.1.l.5.c.1.§.4.382
Attributa diuina omnia ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices. t.1.l.1.c.5.§.2.71

Spectant

Spectant ad perfectionem intenſiuam Dei, non ad perfectionem intenſiuam eſſentiæ diuinæ formaliſſimæ. t.2.l.1.c.8.§.2.538

Non plurificantur ad pluralitatem relationum, c. eod.§.8.550.

Subſiſtunt eâdem prorsùs ſubſiſtentia eſſentiæ, t.2.l.2.c.1.§.10.571.

Attributa diuina & eſſentia: Item attributa diuina inter ſe aliqualiter ſe habent vt actus & potentia, aliqualiter componunt. t.1.l.1.c.6.§.5.84.

Identificantur inter ſe, & cum eſſentia adæquatè. t.1.l.1.c.3.§.5.60

Non ſe formaliter tranſcendunt, nec includunt. t.1.l.1.c.3.§.6.63.

Attributa diuina non poſſunt definiri definitione adæquatâ, vt ſunt à parte rei; benè tamen vt ſubſunt rationi ratiocinatæ. t.1.l.1.c.3.§6.63

Cognitione ſecundâ, ſi non cognitione primâ, poſſunt à nobis cognoſci independenter à creaturis. c.eod.§.5.61

Non præſtant per ſeipſa formaliter concurſum obiectiuum, & ſunt quid vnum in ratione obiecti motiui. t.1.l.2.c.4.§.1.182

Attributorum diuinorum nomina non ſunt ſynonyma. t.1.l.1.c.3.§.4.59

Ipſorum diſtinctio tum ab inuicem, tum ab eſſentia qualis. c.eod.à §.2.ad 5. p.55.ad 60

Ipſorum diſcrimen non eſt ſolum ex diuerſâ connotatione. c.eod.§.4.59

Ipſorum perfectio in aliquo ſenſu eſt in omnibus æqualis. c.eod.§.7.65

Auctoris nomen rectè vſurpatur in diuinis & conuenit primæ, ac ſecundæ Perſonæ. t.2.l.2.c.2.§.3.p.576.

Auctoritas in diuinis eſt ſolum ſecundùm originem. t.2.l.3.c.2.§.5.669

Auctoritas communis quanti ponderis ſit. t.1.l.2.c.3.§.6.175.

Auctoritas negatiua. Vide *Argumentum ab auctoritate, &c.*

Audacia ſequitur ex ſpe, & proſequitur obiectum, à quo timor fugit. t.1.l.4.c.4.§.5.349

Non datur in Deo. ibid.

Auxilium ſufficiens ſine efficaci dat actu agere. t.1.l.4.c.4.§.4.349.

Ex ipſo, non ex auxilio efficaci, inducitur obligatio. c.eod.§.5.ibid.

B

BEati vident Deum clarè, & diſtinctè vident omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, at non omni modo: vident attributa ſecundùm proprias ipſorum rationes formales, at non ſecundùm omnes reſpectus. t.1.l.2.c.4.§.1.182

Vident aliqua decreta libera, etiam ſecundùm illud, quod important actiuè; omnia verò ſecundùm illud, quod important entitatiuè. c.eod.§.2.183

Cognoſcunt in verbo aliquas creaturas ex vi viſionis formaliter, eas ſcilicet, quas cognoſcunt ab initio beatitudinis; aliquas ex vi viſionis cauſaliter, eas ſcilicet, quas non cognoſcunt ab initio beatitudinis. t.1.l.2.c.5.§.1.191

Cognoſcunt de facto omnes creaturas in confuſo, non omnes in particulari: Cognoſcunt verò in particulari ſe omnes inuicem: Myſteria fidei, ea etiam, quæ ſolum habitu, & implicitè cognouerunt in viâ: ſpecies rerum omnium conſtituentium hoc vniuerſum, talium ſpecierum inſigniora indiuidua: res aliquas merè poſſibiles: ſecreta cordium, & futura contingentia pertinentia ad proprium ſtatum. t.1.l.2.c.5.§.2.194

Cognoſcunt multipliciter preces ad ſe fuſas, at non cognoſcunt ab initio beatitudinis preces ad ſe fundendas tempore antichriſti, nec vident determinatè diem extremi iudicij. ib.

Beati de potentiâ abſolutâ videre poſſunt eſſentiam diuinam, non viſis attributis, item vnum attributum non viſo alio. t.1.l.2.c.4.§.3.185

Vnam Perſonam non viſis aliis. c.eod.§.5.187.

Eſſentiam non viſis Perſonis. c.eod.§.4.186

Eſſentiam nullâ attactâ creaturâ in particulari, aut etiam nullatenùs attactis creaturis, ne quidem in communi, & in confuſo. t.1.l.2.c.5.§.4.200. Poſſunt è contra videndo eſſentiam attingere diſtinctè, & in particulari omnes omninò creaturas, etiam eodem actu. c.eod.§.5.201.

Qui actus etiam finitus ſit. c.eod.§.8.206

Beati liberè cognoſcunt res creatas in proprio genere, non in Verbo. t.1.l.2.c.5.§.2.197

Poſt diem iudicij nullam creaturam cognoſcũt de nouo. ibid. Quod Beatus cognoſcat has potius, quàm illas creaturas, prouenit proximè ex diuinâ eſſentiâ, quæ vnit ſe intellectui, vt repræſentatiua harum potiùs, quàm illarum creaturarum: poteſt id etiam prouenire ex eo, quod diuina eſſentia in ratione cauſæ magis extenſiuè cognoſcatur. t.1.l.2.c.5.§.3.198.

Beatitudo quomodo requirat conſortium. t.1.l.1.c.4.§.2.69.

Beatitudinis inæqualitas. Vide. *Viſio Dei.*

Bonitas tranſcendit ens etiam nominale. t.1.l.4.c.3.§.1.335

Bonitas etiam radicalis, & ſpeculatiua eſt amabilis. ibid.

Bonitas Dei eſt naturaliter demonſtrabilis. t.1.l.1.c.5.§.1.70

Bonum & perfectum in aliquo ſenſu differunt, in aliquo non. t.1.l.1.c.5.69

Bonum in rebus: verum in mente eſt. t.2.l.1.c.4§.8.502

Bonus vſus liberi arbitrij, eiuſque præſcientia quomodo ſe habet ad hominum prædeſtinationem. t.1.l.5.c.4.§.4.413

Braſiliani dici Deum penitus ignorarunt. t.1.l.1.c.1.§.5.45

Brutum nullatenùs loqui poteſt cum alio: poteſt tamen verbo imaginario propriè loqui cum ſeipſo. t.2.l.2.c.3.§.5.587

C

CAuſa apud Latinos minùs latè patet, quàm principium; ſecùs apud Græcos: non poteſt ſecundùm Latinos admitti in diuinis ad intra. t.2.l.2.c.2§.3.575

Cauſa ex effectibus manifeſtatur ſolùm ſecundùm ea, ſecundùm quæ eſt formaliter cauſa. t.2.l.3.c.4.§.2.682. Si ſit vniuoca, per claram, & diſtinctam cognitionem ſuorum omnium effectuum in ſeipſa comprehenditur; ſecùs, ſi ſit æquiuoca, & eminens. t.1.l.2.c.5.§.6.203

Cauſa in actu primo per hoc, quod applicetur, fit in actu ſecundo. t.1.l.3.c.5§.1.297

Cauſa Idealis, & finalis poſſunt cauſare ſe ipſas. t. 1.l.3.c.5.§.2. 298

Cauſa inſtrumentalis. Vide inſtrumentum.

Cauſa moralis latè ſumpta quid ſignificet. t.1.l.5. c.4. 403. Cauſa moralis, finalis, & efficiens phyſica, quomodo ad inuicem ſe habeant. c. eod. §.2. 408

Cauſa partialis quandonam habeat cauſalitatem proximam reſpectu effectus, quando non. t. t. l.2.c.3.§.3.166

Cauſæ liberæ, quarum vna aliam non determinet, ſolum per accidens poſſunt conuenire ad producendũ eundẽ effectum. t.1.l.4.c.6.§.2.366

Cauſæ ſubordinatæ quænam dicantur ſubordinatæ per accidens, quænam ſubordinatæ per ſe. t.1.l.1.c.1.§.3. p.42. Illæ ad ſummum, non iſtæ admittere poſſunt proceſſum in infinitum. ibid.

Cauſalitas mutua in eodem genere efficientis eſt euidenter repugnans. t.1.l.1.c.t. §.3. 43

Certitudo propria quid ſit: certitudo quadruplex aſſignari poteſt; obiectiua, ſubiectiua, formalis, & effectiua: certitudo obiectiua ſumenda eſt ob obiecto formali, non à materiali. Prol.c.2. §.2.18

Charitas latiùs patet, quàm Amicitia. t.1.l.4.c.2. §. 3. 332. Quomodo ab Eccleſia tribuatur Patri æterno. t.2.l.2.c.4. §.1. 608

Chriſtus in via Deum vidit, & oppoſitum eſt hæreſi proximum. t.1.l.2.c.1.§.7.142. Vidit Deum prius, quàm vllus alius homo. ibid. Applicauit ſua merita pro electione etiam comparatiuâ ad gloriam, at non pro excluſione alicuius à gloria. t.1.l.5.c.3. §.6. 403

Chriſti corpus eſt conſtitutum ſuper omnes cœlos. t.1.l.1.c.8. §.5.101.

Circuminſeſſio dicitur à Græcis Perichereſis: multiplex aſſignari poteſt: omnium maxima eſt illa diuinarum perſonarum. t.2.l.3.c.3.674

Circuminſeſſio diuinarum perſonarum quid. t. 2. l. 3.c.3.§. 1. 675. Meliùs dicitur præſentialitas, quàm identitas: habet pro ratione primâ, & potiſſimâ vnitatem numericam diuinæ eſſentiæ, eiuſque identitatem cum perſonis: in aliquo ſenſu eandem habet pro radice adæquatâ: habet tamen etiam alias rationes, nimirum originem immanentem, cognitionem, & dilectionẽ perfectiſſimã, mutuam relationem. c.eo.§. 2.676

Circumince ſſio in diuinis quomodo cohæreat cum miſſione. t.2. l.3. c.3.674. Significatione ſuâ Sabellium ſimul, & Arium confutat. c.eod. §.3.679. Non infert mutuam continentiam, nec ſpecialem realem relationem ad intrà: facit quamlibet perſonam eſſe in qualibet aliâ ſecundùm ſe totam. ibid. Non obeſt viſioni vnius perſonæ non viſâ aliâ. t.1.l.2.c.4.§.5.189

Coëxiſtentia duorum, quorum vnum ſit prius, aliud poſterius, poteſt dupliciter fieri. t.1.l.1. c.9. §.5. 112

Coëxiſtentia æternitatis, & futurorum. Vide Æternitas.

Cognitio contingit ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente. t.1. l.2.c.1. §.5. 137. Cognoſcentem ipſum latere non poteſt. t.1.l.2.c.5.§.7. 205. Non eſt ex ſuo conceptu imago obiecti, nec imaginis eductiua. t.1. l.2. c.2.§.5. 156. & t.2. l.3. c.4. §.6. 691. Non petit ab obiecto diſtingui. t.1. l.3.c.2. §.1.246. Non dicit eſſentialem relationem ad obiectum terminatiuum. t.1. l.2.c.5. §.7. 205. Poteſt reflectere ſuprà ſe ipſam, & ad ſe terminari, imò impliciè omnis cognitio ad ſe ipſam terminatur. ibid.

Cognitio obiecti perfectionis quomodo ſit perfectior. t.1.l.2.c.1. §.3.132

Cognitio infiniti, aut infinitorum obiectorum, cur non debeat eſſe infinita. ibid. & c.5. §.8. 206. Cognitio omnium poſſibilium non eſt de obiecto indeterminato. eod.c.5. §.9. 208

Cognitio abſtractiua non eſt ſemper imperfecta. t.1.l.3. c.2. §.3. 251. Eſt ex genere ſuo minùs perfecta, quàm intuitiua. t.2. l.2. c.3. §.10. 595 Non requirit eundem modum eſſendi inter intelligens, & intelligibile; ſicut intuitiua. t.1. l.2. c.1. §. 5. 137. Cognitio eadem poteſt ſimul eſſe abſtractiua, & intuitiua. t.1.l.2.c.5.§.1.192

Cognitio comprehenſiua quid propriè ſit. t.1.l.2. c.7. §.1. 219. Non eſt eſſentialiter immediata. t.1.l.3.c.2. §.6. 257. Non conſiſtit in indiuiſibili. t.2.l.2.c.3. §.8.592. Vt ſit perfectiſſima debet in cauſa ſingillatim diſcernere omnes effectus, etiam ſolo numero diuerſos. t.1.l.3.c.2. §.5. 255. Vide comprehenſio.

Cognitio coniecturalis quid: quomodocumque perficiatur, nunquàm poteſt eſſe certa: repugnat Deo. t.1.l.3.c.3.§.3.273

Cognitio immediata poſitiuè accepta non pugnat cum cognitione mediata, ſed ſolum accepta negatiuè. t.1.l.3.c.2. §.8.260

Cognitio inadæquata non eſt ſemper imperfecta: nec item eſt ſemper otioſa cum conſortio cognitionis adæquatæ eiuſdẽ obiecti. c.eod.§.3.252

Cognitio intuitiua alia eſt adæquata, alia inadæquata. t.1.l. 2.c.4. §.3. 185. Poteſt eſſe præciſiua. ibid. Poteſt eſſe obſcura. c.eod. §.1. 182. Eſt eſſentialiter immediata. t.1. l.3. c.2. §.6. 257. In quo ſenſu debeat attingere obiectum exiſtens: non eſt neceſſe quod formaliter, & explicitè reflectat ſuprà obiecti exiſtentiam. t.2.l.3.c.4 §.8. 694. Non poteſt eſſe natura prior, quàm exiſtentia obiecti. t.1. l.3. c.5. §.1. 296. Non debet tamen neceſſariò ſupponere, ſed ſatis eſt quod ſimul habeat in eodem ſigno exiſtentiam obiecti. t.2.l.2.c.3. §.10. 595

Cognitio naturalis poteſt terminari ad obiectum ſupernaturale. t.2.l.3.c.3. §.3. 678

Cognitio perfectior debet neceſſariò attingere aut plura obiecta, aut meliùs idem obiectum. t.1.l.2.c.6 §.5.218. Cognitionis perfectio quomodo ſumatur ab obiecto. t.1. l.2.c.5.§.9.208. Cognitio diuerſa quomodo debeat eſſe de diuerſo obiecto. t.1.l.2.c.7.§.1.222. Cognitio clarior aliâ eſt intentior alia æquiualenter, & vna cognitio per additionem alterius non fit clarior. t.1.l.2.c.6.§.4.217

Cognitio quiditatiua poteſt ſumi dupliciter. t.2. l.3.c.4.§.7 692.

Cognitio vera talis eſt ex conformitate affirmationis, non ex conformitate repræſentationis. t.1.l.2.c.2.§.5.157

Cognoſcibilitas rei duplex, alia intenſiua, alia extenſiua: quid propriè vtraque ſit. t.1. l.2. c.7. §.1.221

Cognoſcitiuitas in nullâ re poteſt eſſe maior quàm cognoſcibilitas. t.1.l.2.c.3.§.6.176

Collectio plurium non poteſt eſſe conceptus primus alicuius rei. t.1.l.1.c.2.§.2.52. Collectioni neceſſariò conuenit, quod conuenit ſingulis indiuiduis ipſius. t.1.l.2.c.5.§.9.208

Compoſitio in conceptu ſuo vniuerſaliſſimo eſt perfectior ſimplicitate. t.1.l.1.c.6.§.8.84. Septem ſunt ipſius genera in ordine ad ſe, & totidem in ordine ad aliud. c.eod.77

Compoſitio ſubſtantialis eſſentialiter dicit, quod vnum ſaltem extremum perficiatur ſubſtantialiter. t. 1. l. 1. c. 6. §. 5. 83

Comprehenſio dopliciter ſumitur tum in corporalibus, tum in ſpiritualibus: eſt nomen à corporalibus ad ſpiritualia tranſlatū. t. 1. l. 2. c. 7. 219
Differt à supercomprehenſione ex parte cognoſcentis, non ex parte obiecti, t. 1. l. 3. c. 3. §. 3. 274
Comprehenſio ſolum extenſiua dicitur per abuſum vocabuli comprehenſio. t. 1. l. 2. c. 5. §. 6. 203

Comprehenſio Dei impropria non repugnat, imò datur de facto. t. 1. l. 2. c. 7. 219. & c. eod. §. 2. 223
Comprehenſio Dei propria omninò repugnat. Vide incomprehenſibilitas Dei.

Concilium æcumenicum quid. Prol. c. 3. §. 1. 26

Concilium Rhemenſe non fuit à Pontifice confirmatum, t. 1. l. 1. c. 3. § 2. 35. & l. 4. c. 1. §. 5. 318
Eius auctoritas non nutat quo ad omnia. t. 2. l. 1. c. 6. §. 1. 516

Concilium Senonenſe ſecundùm aliquos eſt infirmæ auctoritatis. t. 1. l. 4. c. 6. §. 4. 371

Concluſio quando, & quomodo ſequatur debiliorem partem, Prol. c. 2. §. 5. 20

Concluſio deducta ex vna præmiſſa de fide, altera probabili ſpectat ad ſacram doctrinam potius, quàm ad Theologiam. Prol. c. 1. § 8. 13

Concluſio euidens deduci non poteſt ex vna præmiſſa ineuidenti, nec concluſio certa ex vna præmiſſa probabili. ibid.

Concluſio Theologica. Vide: *Theologica concluſio.*

Concretum ſubſtantiale aliud purè eſſe, aliud perſonale. t. 2. l. 2. c. 1. §. 10. 569

Concreta ſubſtantiua in diuinis non poſſunt multiplicari magis, quàm abſtracta. t. 2. l. 3. c. 5. §. 8. 707

Conditio à cauſa quomodo diſcernatur. t. 2. l. 1. c. 3. §. 6. 483

Conditionalis nihil ponit in eſſe quomodo intelligatur. t. 1. l. 3. c. 4. §. 1. 283

Continentia tùm formalis, tùm eminentialis quid. t. 1. l. 1. c. 5. §. 2. 72

Continentia rerum entitatiua priùs conuenit Deo, quàm cōtinentia eminētialis. t. 1. l. 3. c. 5. §. 1. 294

Conſtitutio, & compoſitio habent diuerſam ſignificationem. t. 2. l. 2. c. 1. §. 3. 555

Conſtitutiu perſonarum diuinarum. Vide *perſona diuina.*

Conſtitutiuum vltimum eſt etiam diſtinctiuum. t. 2. l. 2. c. 1. §. 4. 556

Conſtitutiuum & diſtinctiuum duplex; aliud formale, & vltimum: aliud effectiuum, & initiatiuum, ſeu viale. c. eod. §. 6. 558

Contradictoria poſſunt identificari in tertio, quamvis non inter ſe. t. 1. l. 1. c. 3. §. 5. 61
Poſſunt verificari de vno tertio virtualiter multiplici. t. 2. l. 1. c 6. §. 3. 520
Conueniunt diuinæ entitati etiam vt dicenti ſolas perfectiones abſolutas. t. 1. l. 1. c. 3. §. 5. 61
De virtualiter ſolum diſtinctis verificantur ſolum virtualiter. t. 1. l. 4. c. 1. §. 5. 319

Contradictoriarum propoſitionum regula quænam ſit. t. 1. l. 3. c. 3. §. 2. 271

Corpus vſurpatur in triplici ſignificatione. t. 1. l. 1. c. 6. §. 1. 78

Corpus vivens non poteſt eſſe incapax laſſitudinis in operando. ibid. 79

Creatura eſt finita, quia eſt ab alio. t. 1. l. 1. c. 5. §. 4. 74. Non rectè dicitur eſſe de ſubſtantia Dei, t. 2. l. 3. c. 1. §. 7. 658. Sumi poteſt vel ſecundùm eſſe eminentiale, vel ſecundùm eſſe formale; item vel vt cognoſcibilis in proprio genere, vel vt cognoſcibilis in verbo. t. 1. l. 2. c. 5. 190

Creatura non poteſt eſſe aut nullatenùs actiua, aut nullatenus receptiua. t. 1. l. 1. c. 6. §. 7. 88.
Non poteſt eſſe immutabilis. l. eod. c. 7. §. 2. 92
Non poteſt eſſe immenſa. l. eod. c. 8. §. 6. 102
Quomodo poſſit, vel non poſſit eſſe æterna. l. eod. c. 9. §. 3. 108

D.

Damnatio æterna eſt effectus reprobationis. t. 1. l. 5. c. 7. §. 3. 443

De particula quamnam habeat ſignificationem, & quomodo diuerſam à particula, ex. t. 2. l. 3. c. 1. §. 7. 657

Decreta abſoluta ex parte actus probantur in Deo multipliciter. t. 1. l. 3. c. 4. §. 1. 282. Nec poſſunt Deo aut negari decreta aliquo modo conditionata, aut concedi conditionata ex parte actus. ibid. 283

Decretum Dei eſt prima, & infallibilis, imò vnica ratio cuiuſcumque futuritionis. t. 1. l. 3. c. 3. §. 5. 277. & c. 4. §. 3. 286. Sine ſubſequente imperio intellectus dat completam futuritionem. l. eod. c. 5. §. 1. 296. Ipſi decreto repugnat futuritio: ſi ipſum eſſet futurum eſſet incognoſcibile à Deo: à nobis poteſt concipi, vt futurum impropriè. t. 1. l. 3. c. 3. §. 5. 277

Decretum indifferens Mediiſtarum eſt decretum conditionatum. t. 1. l. 4. c. 6. §. 2. 367

Decretum prædeterminans quando ſit neceſſitans. t. 1. l. 4. c. 6. §. 6. 374

Decreta diuina, ſi eſſent variabilia, inferrent in Deo mutationem tum phyſicam, tum moralem. t. 1. l. 4. c. 2. §. 9. 325

Definitio non debet ſemper tradi per genus immediatius. t. 1. l. 1. c. 1. §. 2. 51

Deitas non poteſt dici trina, potius dici poteſt Trinitas. t. 2. l. 3. c. 5. §. 6. 704. Poteſt dici generans neutraliter, aut res generans; at non poteſt dici Deitas generat, & cur. ibid. 705

Denominatio aliqua haberi poteſt quadrupliciter. t. 2. l. 2. c. 4. §. 13. 639. Quaodonam haberi poſſit à termino producto. ibid.

Deſiderium quomodo admitti poſſit in Deo. t. 1. l. 4. c. 1. §. 2. 314. & c. 4. §. 2. 347

Deſiderium inexpletum non ſemper cauſat anxietatem. t. 1 l. 4. c. 1. §. 2. 315

Deſiderium videndi cauſam viſis effectibus quale ſit. t. 1. l. 2. c. 3. §. 3. 134

Deſperatio in Deo non datur. t. 1. l. 4. c. 4. § 4. 349

Deus ex Græco dictus eſt à videndo. t. 1. l. 3. 235
Eſt vocabulum ſupponens tum pro eſſentia, tum pro ſingulis, tum pro omnibus Perſonis. t. 2. l. 3. c. 5. §. 6. 704. Differt à Deitate ſolum in modo ſignificandi. ibid. cur non rectè dicatur triplex, ſicut rectè dicitur trinus. t. 2. l. 3. c. 5. §. 2. 698. Cur non poſſit dici aut quinus propter quinque notiones, aut quaternos propter quatuor relationes, ſicut dicitur trinus propter tres Perſonas. t. 2. l. 3. c. 1. §. 3. 648. Deus in aliquo ſenſu non eſt numero vnus. t. 1. l. 1. c. 4. §. 2. 66. In aliquo ſenſu eſt finitus ſibi. t. 1. l. 3. c. 2. §. 1. 247. Non fit de indignato placatus, nec è contrà per mutationem actuum voluntatis. t. 1. l. 4. c. 1. §. 9. 326

Deus poteſt à nobis cognitione abſtractiua immediatè cognoſci. t.1. l.2. c.1. §.3. 131. Non eſt reſpectu noſtri pro ſtatu viæ primum cognitum. t.1.l.1.c.1.§.1.37

Cur à nobis melius cognoſcatur per negationes, quàm per affirmationes. t.1.l.1.c.6.77

Modo valdè improprio dici poteſt obiectum operabile. Prol. c.1. §.5. 6

Eſt in omni genere per exceſſum; formaliter verò eſt extrà, & ſupra omne genus. t.1.l.1. c.5.§.2.71. & c.6.§ 6.84

Neque etiam ad intrà habet rationem aliquam vniuocè communem. t.1. l.1.c.6. §.6. 85

Non ſe habet vt ſpecies in ordine ad diuinas perſonas. ibid. neque etiam reductiuè eſt in prædicamentis. ibid.86

Deus & creaturæ eſt in rigore minus bonum, quàm Deus ſolus. t.1.l.1. c.5. §.6.76

Sine creaturis eſſet quid minùs perfectum conſecutiuè, non formaliter. t.2.l.2.c.3.§.11.598

Non poteſt vniri cum creatura per modum partis, bene tamen per modum formæ intelligibilis, & comprincipij efficientis. t.1. l.1.c.6.§.9.90

Quod neget bona debita creaturæ vtendo ſolâ potentiâ ordinatiâ inuoluit ſuppoſitionem impoſſibilem. t.1.l.1.c.10.§.4.121

Potuit ab æterno verè formare hanc propoſitionem, Clemens X, exiſtit. t.1.l.1.c.9.§.4.118

Deus eſt agens liberum in ſubſtantia, & modo. t.1.l.8.c.2.§.2.147

Concurrit immediatè, vel vt cauſa vniuerſalis, vel vt cauſa particularis. c.eod.§.1.146

Primo modo concurrit immediatè eſſentialiter, non ſecundo modo. c.eod.§.2.150

Quandonam connaturaliùs agat mediis cauſis ſecundis, quàm immediatè. t.1.l.2.c.2.§.4.155

Supplere poteſt omnem efficientiam non vitalem. t.1.l.2.c.3.§.5.170

Non mouet corpora per impulſum. t.1.l.2.c.2. §.4.154

Etiam vt auctor ſupernaturalis præſtat id, quod magis connaturale eſt. ibid.

Operans contrà ſuam voluntatem inefficacem nullatenùs operatur inuoluntariè. t. 1. l.4.c.5.§.5.363

Neque etiam moraliter neceſſitatur ad melius ex parte obiecti, nec de facto voluit quod ex parte obiecti melius eſt: neceſſitatur tamen ad melius tum ex parte modi volendi ſeu ex parte ſui, tum comparatiuè ad ordinem vniuerſi. t.1.l.4.c.5.§.2.353

Deus eſt in omnibus rebus tribus vniuerſalibus modis, & in rebus particularibus aliis quibuſdam modis particularibus. t.1. l.1. c.8. §.4.99

Per eſſentiam exiſteret in rebus etiam à ſe non productis. c.eod.§.3.99

Eſt in cœlo, vt in contento; non vt in continente. c.eod.§.5.101

Antè mundi creationem vbi eſſet: quomodo extra mundum ſit; non eſt idem ipſum eſſe extrà mundum, & ipſum eſſe in ſpatiis imaginariis. ibid.

Deus non habet potentiam ad exiſtendum. t.1.l.1. c.6 §.7.88

Non ſolùm eſt æternus, ſed eſt etiam ſua æternitas. t.1.l.1. c.9.§.5.108

Æquè primò durat heri, hodiè, & cras. c. eod. §.4.112

Non habet in rigore vllam præſcientiam. ibid.

Vt vltimus finis cuius gratia eſt finis vniuerſalis, at non vt vltimus finis obiectiuè poſſidendus. t.1.l.2.c.2.§.2.150

Quomodo poſſit habere aliquas denominationes in tempore quas non habuerit ab æterno. t.1.l.4.c.1.§.9.324

Quomodo poſſit negari quod, quidquid ſciuit ſcit. ibid.

Dei Æternitas, Amor, Attributa: Dei Bonitas, eſſentia, exiſtentia: Dei intellectus, voluntas, prouidentia &c. *Vide Æternitas, Amor, Attributa, Bonitas, eſſentia* &c.

Deorum pluralitas plures habuit aſſertores. t. 1. l.1.c.4.§.1.65

Talis pluralitas apud Gentiles ad 3300. Deos peruenit: talis pluralitatis deriſus: einſdem pluralitatis radix. c.eod.§. 2.69

Dicere quatenùs ſpectat ad intellectum quid ſit, & quomodo differat ab intelligere. t.2. l.1.c.3. §.5.480

Dicere, & dici propriè accepta ſunt perſonalia in diuinis. c.eod.§.6.483

Dictio ab intellectione, neque etiam ratione ratiocinatâ adæquatè diſtinguitur: dictio, intellectio notionalis, & proceſſio actiua verbi ſunt ſinonyma. t.2.l.1.c.3.§.4.479

Diligere notionale in diuinis quomodo differat à diligere eſſentiali: quid ſit vtrumque diligere: De quo diligere verificetur Patrem, & filium diligere ſe Spiritu ſancto. t.2.l.2.c.4. §.13.639

Diſcurſus formalis repugnat Deo, non diſcurſus virtualis. t. 1.l.3. c. 2. §. 3. p. 252. & c.5. §.4. 304

Differentia eſſentialis eſt ſemper adæquata. Prol. c.1. §.5. 9.

Diſtingui vnum ab alio nihil expreſſiùs importat, quàm vnum non eſſe aliud. t.1. l.1.c.3. §.2.56

Diſtinctio in diuinis ad intra debet poni minor, quæ poni poteſt. t.2.l.1.c.6.§.2. 517

Diſtinctio talis nequit eſſe ſine extremis taliter diſtinctis. t.1.l.1.c.3. §.3.58

Diſtinctio actualis conſiſtit in indiuiſibili, & negat omnem identitatem. ibid.

Diſtinctio ex natura rei an ſit alia à diſtinctione virtuali, & ipſâ maior. ibid.57

Diſtinctio rationis ratiocinantis dicitur etiam rationis ſignificantis, & concipientis: diſtinctio rationis ratiocinatæ dicitur etiam rationis ſignificatæ, & conceptæ. t.1.l.1.c.3.§.4.59

Diſtinctio realis non repugnat ſimpliciter, vix tamen eſſe poteſt cum inſeparabilitate extremorum. t.1.l.1.c.6.§.2.p.80. & 5.83

In creatis oritur ex duplici capite, in diuinis ſolum ex vnico. t.2.l.2.c.4.§.10.632

Diſtinctio realis ſimpliciter, quomodo differat à reali modali. t.1.l.1.c.3.§.2.57

Diſtinctio virtualis eſt pluribus nominibus opulenta: meliùs diceretur diſtinguibilitas, quàm diſtinctio: eſt in potentiâ ad diſtinctionem rationis, non ad diſtinctionem realem: in aliquo ſenſu eſt in Deo actu, & formaliter. t.1.l.1.c.3.§.5.60.62

Patitur latitudinem, nec in indiuiſibili conſiſtit. t.2.l.1.c.6.§.2.518

Diſtinctiuum adæquatum non ſemper eſt conſtitutiuum adæquatum. t.1. l.1. cap.2. §.2. 51

Doctrina

Index Rerum.

Doctrina ſignificat quamcumque cognitionem probatiuam in docente. Prol.c.2 §.5.25

Doctrina ſacra quid, & quomodo differat à Theologia. ibid.

Dominium aliud altum, aliud baſſum.t.1.l.1.c.10. §.2. 117.

Aliud iuris, aliud facti; aliud proprietatis, aliud iuriſdictionis. c.eod.§.5.122

Dominium duplex in ſolidum ſaltem comparatiuè ad Deum repugnat. eod. §.5. ibid.

Dominium proprietatis, & iuriſdictionis reſpectu Dei ſunt indiuiſibilia. Ibid.123

Dominium altum Dei, & Principis creati, quomodo differant. Ibid.122

Dominium Dei eſt ipſi eſſentiale, nec poteſt à Deo aut abdicari, aut acquiri de nouo. c. eod.§.2.116.

Poteſt tamen Deus carere exercitio dominij. Ibid.117.

Donari diuinam perſonam quid ſit: latiùs patet, quàm diuinam perſonam mitti; & donare latiùs, quàm mittere: quomodo poſſint homines Spiritum ſanctum donare. t.2.l.3.c.2.§.7. 673

Donum quid: Quomodo differat à donato: tripliciter poteſt eſſe tum donantis, tum donatarij: quomodo debeat transferri in poteſtatem eius, cui datur: dicitur de tertia perſona diuina propriè, tum vt contradiſtinguitur à metaphorico, tum vt contra diſtinguitur ab eſſentiali: eſt nomen eſſentiale, notionale, & perſonale: non rectè dicitur de diuina eſſentia ad intra. t.2.l.2.c.4 §.2.609

Duratio non inuoluit in ſuo conceptu formali ſucceſſionem, imò ſucceſſio minuit durationis perfectionem. t.1.l.1.c.9.§.2.105

Duratio intrinſeca eſt permanentia rei in eſſe. ibid.

E

Effectus qua ratione ſit perfectiori modo in cauſa, quàm in ſe. t.1.l.1.c.5.§.1.70

Effectus naturalis non poteſt eſſe proprius rei ſupernaturalis. t.1.l.2.c.1.§.3.133

Effectus nobilior ſuâ cauſâ non ſemper producitur ab ipſa inſtrumentaliter.t.1.l.2.c.3.§.4.169

Effectus ſupernaturalis in modo poteſt creſcere ex maiori perfectione principij naturalis, non ſic effectus ſupernaturalis in ſubſtantia. t.1.l.2. c.6 §.5.228

Electio alia abſoluta, alia comparatiua; illa eſt electio minùs propria. t.1.l.5.c.3.§.6.403

Electionis à dilectione diuerſitas. Ibid.402

Electio efficax ad gloriam cur comparetur ſorti. t.1.l.5.c.8.§.3.449

Potuit eſſe poſt præuiſa merita ipſius electi. t.1.l.5.c.3.§.1.388

De facto tamen fuit ante huiuſmodi merita, tum abſolutè, tum etiam conditionatè præuiſa. c.eod.§.3.& 4.392.397

Idque in omnibus ſaluandis, non in ſolis eximiè prædeſtinatis. c.eod.§.3.395

Electio vnius hominis ad gloriam non eſt de facto ex meritis alterius puri hominis, poſſet tamen in alia rerum ſerie ex meritis congruis alterius eſſe. t.1.l.5.c.3.§.5.399

Electio hominum, tum abſoluta, tum comparatiua, tum executiua, tum intentiua eſt ex Chriſti meritis. t.1.l.5.c.3.§.6.403

Eleuabilitas eſt de eſſentia creaturæ, & repugnat omninò creatura prorsùs ineleuabilis. t.1.l.2. c.3.§ 7.177

Eleuatio alia ſupponens virtutem aliquam determinatam, alia non. t.1.l.2.c.3.§.4.168

Alia propria ad aliquid ſuprà naturam, alia impropria ad aliquid præter naturam. c.eod. §.7.177

Ens à ſe ſi eſſet multiplicatum, eſſet multiplicatum in infinitum. t.1.l.1.c.4.§.2.67

Ens ſimplex vel totum ſcitur, vel totum neſcitur, quomodo verificetur. t.1.l.2.c.1.§.4. 135. & c.4.§.5.189.

Eſſe aliquando ſignificat eſſentiam, aliquando exiſtentiam, aliquando vtrumque.t.1.l.1.c.6. §.7.86.

Eſſe prius rei conuenit, quàm operari, & cur t.1.l.1.c.2.§.1.47

Eſſe à ſe. Vide. Aſeitas.

Eſſe intellectiuum non poteſt eſſe priùs, quàm eſſe intelligibile. t.1.l.1.c.2.§.2.49

Eſſentia, & ſubſtantia ſunt nomina, quæ apud veteres non erant in vſu. t.1.l.1.c.2.§.1.47

Eſſentia, & natura, an, & quomodo differant, præſertim in Deo. ibid.

Eſſentiæ creaturarum ſunt ab æterno aliquid nominale. t.1.l.3.c.6.§.7.87

Sunt ſecundùm ſe in ſtatu poſſibilitatis inæqualiter bonæ. t.1.l.4.c.3.§.1.335

Et talis bonitas, ſiue dicatur radicalis, ſiue formalis; ſiue ſpeculatiua, ſiue practica, eſt amabilis. Ibid.

Eſſentia Dei aliquando vſurpatur ad ſignificandum quodlibet prædicatum diuinum abſolutum. t.2.l.1.c.3.§.5.483

Sumi poteſt tum metaphyſicè, tum phyſicè. t.1.l.1.c.2.§.1. 46.

In quo ſenſu identificetur adæquatè cum attributis, non cum relationibus.t.2.l.1.c.6.§.3. 521.

An, & quomodo ſit de conceptu relationum. c. eod. §.5.526.

Non tranſcendit relationes. ibid.p.523

Eſſentia Dei metaphyſica in quo formaliter conſiſtat, tum vt eſſentia, tum vt natura eſt.t.1. l.1.c.2.§.2.& 3. 48.

Debet eſſe infinita ſolùm in linea eſſentiæ. c. eod.§.2. 47.

Quomodo ſit à ſe ſimpliciter etiam in filio, & Spiritu Sancto. ibid.52

In quonam ſenſu dici poſſit eſſe ab alio. t.2. l.2.c.2.§.4. 578.

Eſſentia Dei, ſeu natura ſecundùm ſe ſubſiſtit ſubſiſtentiâ abſolutâ: circumſcriptis proprietatibus Perſonalibus negatiuè, remanet Perſona, ſecùs ipſis circumſcriptis præciſiuè. t.2. l.2.c.1.§.9. 567.

Eſt in diuinis Perſonis per modum formæ potiùs, quàm per modum materiæ. t.2.l.3.c.3. §.7. 658.

Eſt principium quo tum eius, quod producitur, tum eius, quod communicatur & vtroque modo connotat relationem, tanquam conditionem. t.2.l.1.c.3.§.8.489

Eſſentia Dei cur ſit neceſſariò intelligibilis ab intellectu proprio, non ab intellectu creato t.1.l.2.c.2.§.1. 146.

Quomodo habeat diuerſam rationem ſpeciei vniuerſaliſſimæ reſpectu intellectus proprij,

ac

ne reſpectu intellectus creati. t.1.l.3.c.2.§.2. 248.

In ordine ad cognitionem creaturarum poteſt habere rationem medij quo, in quo, ex quo, cum quo. t.1.l.2.c.5.190

Eſſentialia in diuinis eſſe priora notionalibus intelligendum eſt cum aliqua limitatione. t.2.l.2. c.2.§.2. 574. & l.3.c.1.§.6.654.

Ex, particula quamnam habeat ſignificationem, & quomodo diuerſam à particula de. t.2.l.3. c.1.§.7. 657.

Exiſtentia, & actualitas aliqualiter differunt. t.2. l.1.c.8.§.7. 541.

Exiſtentia relatiua quotuplex in diuinis. Vide *Relationes.*

Exiſtentia Dei neque etiam ratione ratiocinatâ diſtinguitur ab eſſentia. t.1.l.1.c.6.§.7.87

Neque etiam metaphyſicè probari poteſt à priori, rectè tamen demonſtratur à poſteriori argumentis diui Thomæ. t.1.l.1.c.1. §.2. 39.

Nec talia argumenta infirmantur, vel per proceſſum in infinitum, vel per mutuam cauſalitatem. c.eod.§.3.43

Cognoſci à nobis poteſt exiſtentia Dei ſex potiſſimum modis. c.eod.§.4. 44

Et quod euidenter, aut ſaltem probabiliſſimè cognoſci poſſit ex creaturis, de fide eſt. c. eod. §.2. 40

Exiſtere Deum eſt per ſe notum ſecundùm ſe, ſecundùm nos verò in via eſt per ſe notum ſolùm ſub conceptu aliquo communi, & valdè confuſo; non ſub conceptu particulari, & proprio. t.1.l.1.c.1.§.1. 37

Sub ea ratione, ſub qua Deum exiſtere non eſt per ſe notum, poteſt inuiſibiliter ignorari ignorantiâ negatiuâ ab aliquo indiuiduo, ſe minùs à totâ communitate. c.eod. §.5. 45

F

Facienti quod eſt in ſe Deus non denegat gratiam, quomodo verificetur. t.1.l.5.c.4.§.1. 406

Coincidit cum illa alia propoſitione: Deus non deſerit, niſi deſeratur. ibid.

Facienti quod eſt in ſe ex viribus naturæ gratiam non denegari fauet Semipelagianis. ibid.405

Fœcunditas termini geniti non eſt de conceptu generationis. t.2.l.1.c.4.§.4.496

Fidei actus non eſt quicumque aſſenſus innixus teſtimonio. t.2.l.3.c.4.§.5.689

Quomodo poſſit cauſare euidentiam ſui obiecti. c.eod.§.6. 691

Vt eſt actus elicitus, non vt eſt medium cognitum facit obſcurè cognoſcentem. t.1.l.2. c.5.§.3. 151

Filiatio alia diuinarum Perſonarum inter ſe; alia creaturarum inter ſe; alia inter diuinas Perſonas, & creaturas. t.2.l.2.c.3.§.1. 582

Filiatio in diuinis tripliciter ſumi poteſt. t.2.l.2. c.4.§.11. 637

Filiatio, & ſpiratio paſſiua de facto radicaliter opponuntur, ſecùs in hypotheſi, qua Spiritus Sanctus à filio non procederet. t.2. l.2. c.4. §.10. 633.

Filiatio manens eadem, quæ nunc eſt, ſolâ ſpiratione actiuâ præciſâ, ſufficeret ad diſtinguendum filium à Spiritu ſancto. c.eod.§.12 635

Filius dicitur de ſecunda Perſona diuina propriè, prout ly *propriè*, contradiſtinguitur tum à tranſlatitio, tum ab eſſentiali, de creaturis verò in ordine ad Deum dicitur impropriè. t.2.l.2. c.3.§.1. 581

Filius in diuinis in quo ſenſu poſſit dici tertia Perſona Trinitatis. t.2.l.1.c.4.§.1.492

Qua ratione mediet inter Patrem, & Spiritum Sanctum. t.2.l.3.c.4.§.7. 623

Cur ad intra Patrem tantùm, non matrem habeat. t.2.l.1.c.4.§.1. p....

Filius in diuinis habet illud, quod eſt in Patre potentia generatiua; caret autem tali potentiâ defectu conditionis, non defectu virtutis influxiuæ. t.2.l.1.c.3.§.8. 488

Non poteſt rigoroſè dici ſapiens ſapientiâ genitâ. t.2.l.2.c. .§.13. 641

Filius diuinus cur non poſſit dici noſter, poſſit verò dici noſter Spiritus Sanctus. t.2. l.2.c.4. §.2. 611

Cur rectè dicatur eſſe apud Patrem, non ſic Pater apud ipſum. t.2.l.3.c.3.§.1.675

Filij in diuinis non poſſunt admitti plures, niſi admittantur infiniti. t.2.l.1.c.4.§.4. 496

Forma ex terminis eſt minùs imperfecta, quàm materia. t.2 l.3.c.1.§.7.658

Indiget ſubiecto vel in eſſe, vel in operari. t.1. l.1.c.6.§.9. 89

Forma ſubſtantialis ſupernaturalis eſt impoſſibilis: cur ipſa potiùs, quàm forma accidentalis ſupernaturalis. t.1.l.2.c.3.§.7. 179

Formam quamlibet conſequitur appetitus ipſi proportionatus. t.1.l.4.c.1.§.1. 312

Fuga quatenùs eſt affectio quædam voluntatis quomodo admitti poſſit in Deo. t.1.l.4.c.4.§.2. 347

Futuritio propriè quid. t.1.l.3.§.3.268

Alia eſt futuritio effectus in cauſa, alia eſt futuritio effectus in ſe. ibid.

Futurum, quà formaliter tale, eſt aliquid actu in cauſa, non in ſe. ibid.

Aliud eſt neceſſarium, aliud contingens ſecundùm quid, aliud contingens ſimpliciter: aliud abſolutum, aliud conditionatum conditione diſparatâ, aliud conditionatum conditione connexâ. ibid.

Futura exiſtere ab æterno, & coexiſtere ab æterno diuerſum eſt. t.1.l.1.c.9.§.5. 113

Secundum ſe non habent ab æterno phyſicam præſentiam in æternitate, imò neque intentionaliter ſecundùm ſe ab æterno exiſtunt. ibid.

Sunt ab æterno phyſicè præſentia Deo per præſentialitatem æternitatis, non per propriam. t.1.l.3.c.3.§.6. 279

Hæc præſentialitas æternitatis in futuris eſt ratio, cur cognitio futurorum in Deo ſit propriè intuitiua; & aliquo modo, cur ſit certa. ibid. 280

Talis futurorum cognitio minùs propriè dicitur præſcientia. ibid.

Futurum aliquod, quod per impoſſibile non ſupponeret decretum Dei, non cognoſceretur à Deo. c.eod.§.5.276

Futura abſoluta etiam contingentia ſimpliciter cognoſci à Deo eſt lumine fidei certum, & lumine naturæ euidens. t.1.l.3.c.3.§.1.269

Non

Non cognoſcuntur tamen talia futura à Deo in ſcipſis, vel in ſuis cautis, vel in diuinis Ideis, vel in aliquo alio prædicato neceſſario Dei, vel in decreto concurrendi cum creato arbitrio ad ipſius exigantiam. cap. eod. §.2.3.4. à 270. ad 275
Cognoſcuntur verò in decreto diuino prædefinientę futuritionem, vel quod meliùs dicitur, in diuina eſſentia determinatâ per tale decretum. c.eod.§.5.276
Futurum conditionatum poteſt inniti decreto, aut tanquam conditioni, aut tanquam medio extrinſeco. t.1.l.3.c.4.§ 2.285
Eſt extra ſtatum poſſibilitatis aliquo modo, & meliùs de ipſo dicitur erit, quam eſſet. t.1. l.3.c.4.§.1. 283
Quod ad vim illationis importat neceſſariam veritatem, & cognoſcitur à Deo per ſimplicem intelligentiam. t.1.l.3.c.3.§.6.279
Futura conditionata ſub conditione impoſſibili nec decernuntur à Deo, nec cognoſcuntur. t.1. l.3.c.4 §.1. 283
Futura conditionata nullam habentia connexionem cum hoc vniuerſo decernanturnè, & cognoſcantur à Deo problematicum eſt. ibidem.
Futura conditionata contingentia cognoſcuntur à Deo in propriis decretis ex parte actus abſolutis. t.1.l.3.c.4.§.2. 285
Nec poſſunt vllâ aliâ ratione à Deo cognoſci independenter à talibus decretis. c.eod. §.3. 286
Etiamſi admittantur phyſicæ prædeterminationes. c.eod.§.4.
Futurorum conditionatorum ſcientiam Deo negare eſt periculoſum in fide. t.1.l.3.c.4.281
Talis ſcientia meliùs dicitur abſtractiua, quàm intuitiua; rectè tamen dicitur intuitiua conditionatę. c.eod.§.6.291
Spectat ſub diuersâ ratione ad viſionem, & ad ſimplicem intelligentiam, aut ad tertiam quandam ſpeciem ſcientiæ. ibid.292
Futura contingentia ſecundùm quid poſſunt cognoſci certò in ſuis cauſis, contingentia ſimpliciter ſolum coniecturalitèr. t.1.l.3.c.3. §.3. 272
Futura neceſſaria in cauſis neceſſariis cognoſci poſſunt, non futura libera in liberis, cur. ibid. 273

G

GAudium eſſentialiter præſupponit amorem. t.1.l.4.c.2.§.2. 330
Generatio tripliciter ſumitur. t.2. lib.1. cap.4. 490
Generatio diuina perficitur virtute purè actiuâ: ipſi non conuenit definitio generationis in communi tradita à Philoſophis. c.eod.§.1.491
Generatio viuentium quid. c.eod.490
Genus analogum abuſiuè dicitur genus. t.1. l.1. c.6.§.6. 85
Generia ocurrius à maſculino, & fœminino diſcrimen in ſignificando. t.2.l.3.c.5.§.3.700
Gloria ſecundùm ſe præſcindit ab eo, quod detur vel vt præmium, vel vt hæreditas, vel vt beneficium. t.1.l.5.c.3.§.2.389
De facto tamen datur, vt præmium, & corona. c.eod.§.3.397

Ad merita ſe habet, vt finis ad media. ibid. 394
Glorificationis nomine quid intelligatur. t.1.l.5. c.5.§.2. 419
Gratia prima dupliciter ſumitur. t.1.l.5.c.4. §.3. 413
Gratia prima vnius hominis poteſt cadere ſub meritis alterius. c.eod.§.4.ibid.
Gratiam non eſſe ex operibus verificatur de operibus naturalibus, non de ſupernaturalibus: eandem non eſſe ex operibus ſubſequentibus verificatur de operibus ſubſequentibus ordine cauſalitatis, non de ſubſequentibus ordine temporis. t.1.l.5.c 4.§.2.408
Gratia interrupta per peccatum ſumitur tripliciter: eſt effectus prædeſtinationis, tum vt primò collata, tum vt reparata. t.1. l.5. c.5. §.3. 419
Gratia collata primis Parentibus in ſtatu Innocentiæ cur non ſit effectus prædeſtinationis. ib.
Gratia habitualis eſt bonum monaſticum, gratia vnionis eſt bonum politicum. t.1. l.5. c.3.§.5. 399
Illa reddit nos amicos omnium diuinarum Perſonarum, non alicuius tantùm. t.2. l.3. c.2. §.6. 670
Non poteſt eſſe connaturalis alicui creaturæ. t.1.l.2.c.3.§.6. 174
Cur non prærequirat diſpoſitionem ſupernaturalem. c.eod.§.2.162
Cur dicatur facere nos participes diuinæ naturæ potiùs, quàm diuinæ eſſentiæ. t.1.l.1. c.2.§.1. 47
Gratioſum poteſt eſſe aliquid, quod ſit purè naturale, & nullatenùs miraculoſum. t.1.l.5. c.1. §.4. 383
Græci ſchiſmatis circa proceſſionem Spiritus ſancti orig. t.2.l.2.c.4.§ 3.613

H

HAbitus quilibet datur, vt complementum potentiæ. t.1.l.3.c.1.§.6.245
Habitus quilibet effectiuè concurrit ad proprios actus, & taliter concurrit habitus fidei etiamſi ad fidei actus darentur ſpecies ſupernaturales. t.1.l.2.c.3.§.2. 164
Habitus infuſi, & acquiſiti diſcrimen. Prol.c.1. §.6. 10
Habitus infuſi ſunt diſpoſitiones ad recipiendos proprios actus. t.1.l.2.c.3.§.2.163
Non ſunt heterogenei. t.1.l.1.c.5.§.3.198
Habitus aliquis poteſt eſſe ſimul Theologia, & fides. Prol.c.2.§.2.21
Habitus aliquis ſupernaturalis poteſt eſſe acquiſitus. ibid. 22
Habitus ſupernaturales ſunt perfectiores ſuis actibus. t.1.l.1.c.3 §.4. 167
Suppleri poſſunt per auxilia actualia. c.eod. §.5.170
Hæreticus ſimilitudinariè ſolum, & apparenter poteſt theologizare. Prol.c.1.§.9.15
In ipſo habitu Theologiæ de ſcientifico euadit opinatiuus. ibid.
Homo cur dicatur ad Imaginem, non imago Trinitatis. t.2.l.1.c 3.§.4.584
Homines aliqui decedunt cum æqualibus meritis. t.1.l.2.c.6.§.1. 210.
Homines in viſione Dei erunt ſimiles Angelis. ibid. 210
Honor, & fama ſunt bona vtilia creaturis, non

Deo: ſunt diuerſimodè bona extrinſeca creaturis, & Deo. t.1.l.1.c.10.§.5.124

Hypoſtaſis quid ſignificet in diuinis. t.1.l.2.c.1.§.1.553

Eſt idem quod Perſona: non debet confundi cum vſia: non poteſt poni vnica in diuinis: olim fuit nomen ſuſpicionis non bonæ, ſecus nunc. ibid.

I

IDea eſt nomen, quod non habetur in ſacris Scripturis: ex Græco idem eſt, ac forma ſpectabilis: diuiditur in formalem, & obiectiuam: datur ſolùm in ordine ad opus externum & liberum. t.1.l.3.c.5.§.2.298

Idearum diuinarum proprietates. ibid.

Earundem duplex acceptio. l.eod.c.3.§.4. 301

Ideæ diuinæ non dantur in ordine ad diuinas proceſſiones, aut Perſonas: nec in ordine ad impoſſibilia, aut non entia, aut peccata: ſunt in diuerſo ſenſu ſcientia diuina, creaturæ cognitæ, eſſentia Dei cognita: quomodo ſint in Deo plures Ideæ potiùs, quàm plures ſcientiæ, aut plures artes. t.1.l.3.c.5.§.2.299

Iem, quomodo vſurpandum in diuinis. t.2.l.3.c.5.§.4. 201

Identitas eſt ex genere ſuo maior perfectio, quàm diſtinctio. t.2.l.2.c.4. §.10.634

Notabiliter variat rerum eſſentias, & perfectius eſt eſſe tale per identitatem, quàm per vnionem phyſicam. t.1.l.2.c.3.§.6.175

Idololatræ ignorant, quid Deus ſit, non quod ſit. t.1.l.1.c.1.§.5.45

Ignis inferni menſuratur tempore potiùs, quàm æternitate. t.1.l.1.c.9.§.3.109

Ignorantia inuincibilis exiſtentiæ Dei, an, & quæ dari poſſit. t.1.l.1.c.1.§.5.46

Ignorantia vincibilis non ſemper eſt culpabilis; benè tamen è contra. ibid.45

Illatio per locum intrinſecum, & per locum extrinſecum quid. t.2.l.2.c.4.§.9.629

Imago dicitur quaſi imitago. t.2.l.2.c.3.§.2.583.

Quid ſit. ibid.582. & t.2.l.1.c.4.§.5.497

Diuiditur in naturalem, intentionalem, & artificialem. ibid.§.2.493

Cui ſoleat ſpecialiter tribui rebus cognoſcitiuis. eod.§.2.

An conueniat ratio imaginis etiam rebus non viuentibus, & non cognoſcitiuis. t.2.l.1.c.4.§.5.497

Quomodo differat Imago à veſtigio. t.2.l.2.c.3.§.2.584

Imaginis nomen latiùs vſurpant Sancti Patres. ibid. 585

Et ipſo, ac nomine ſimilitudinis, indifferenter vtuntur. t.2.l.1.c.4.§.5.494

Imago poteſt ducere in cognitionem exemplaris etiam nullatenùs præcogniti. t.2.l.3.c.4.§.6.691

Imago naturalis eſt perfectiſſima, artificialis imperfectiſſima, intentionalis media. t.2.l.2.c.3.§.2.583

Imago naturalis, & intentionalis dicuntur propriè de ſecunda Perſona diuina, ſecùs imago artificialis. c.eod.§.3.584

Imago naturalis dicitur de ipsâ ſolùm in ordine ad Patrem, nullatenùs in ordine ad Spiritum ſanctum, & tolerabilius Spiritus ſanctus dicitur imago filij, quàm filius Spiritus ſancti. c.eod.§.4. 586

Imago item intentionalis dicitur de eâdem ſecunda Perſona ſolùm in ordine ad Patrem. c.eod.§.13.603

Immateriale eſt perfectius omni materiali: non eſt neceſſariò intellectiuum; nec, quando eſt perfectius materiali, eſt tale præcisè ratione gradus intellectiui. t.1.l.3.c.1.§.5.241

Immaterialitas quam D. Thomas ſtatuit pro ratione cognoſcitiuitatis, qoid ſit. ibid.242

Immaterialitas in modo recipiendi nec omnibus, nec ſolis rebus ſpiritualibus conuenit: eſt proprietas potiùs, quàm radix cognoſcitiuitatis, & hanc à poſteriori infert potiùs, quàm à priori. ibid.243

Immenſum ex vi nominis quid. t.1.l.1.c.8.94.

Immenſitas aliquando ſignificat infinitam præſentiam, aliquando aliquid ampliùs. t.2.l.1.c.8.§.8.548

Immenſitas Dei quid. t.1.l.1.c.8.§.1.94

Diſcrimen ipſius ab omni præſentia: eſt perfectio ſimpliciter, etiamſi talis non eſſet omnipræſentia. ibid.

Immenſitas Dei eſt tum de fide, tum euidenter demonſtrabilis. t.1.l.1.c.8.§.2.95

Non ſufficienter euincitur ex Dei operatione præciſè. c.eod.§.3. 97

Immenſitas ſe habet ad locum, ſicut æternitas ad tempus: per illam in ſpatiis imaginariis loci, per iſtam in ſpatiis imaginariis temporis Deus eſt. t.1.l.1.c.8.§.5.101.& c.9.§.1.104

Immutabilitas quoad eſſe repugnat creaturæ. t.1.l.1.c.7.§.2.92

Immutabilitas Dei fuit nota etiam infidelibus: excludit à Deo omnem mutationem intrinſecam: reddit Deum immutabilem, etiam intentionaliter, & moraliter. c.eod §.1.90

Imperfectio propriè non producitur. t.1.l.1.c.5.§.2.72

Imperium politicum eſt actus ſolius intellectus: monaſticum poteſt eſſe actus voluntatis. t.1.l.3.c.5.§.1.296

Impoſſibilia ſunt magis non ens, quàm priuationes, & negationes. t.1.l.4.c.3.§.3.339

Nullatenùs amantur à Deo, nec odio habentur. ibid.

Impoſſibilia ſunt in maiori numero, quàm poſſibilia, & cæteris paribus præſumptio ſtat pro impoſſibilitate. t.1.l.2.c.3.§.6.175

Improceſſibile poteſt ſumi dupliciter. t.2.l.2.c.2.§.4. 178

Increatum ſumitur tripliciter. t.2.l.1.c.8.§.7.548

Incomprehenſibilitas Dei eſt de fide. t.1.l.2.c.7.§.2. 223

Quomodo differat ab inuiſibilitate. ibid. 224

Vnde oriatur. c.eod.§.3.ibid.

Conuenit Deo etiam ſecundùm quodlibet attributum ſeorſim, & ſecundùm ſe. ibid.225. & c.5.§.6. 202

Cohæret optimè cum cognitione omnium poſſibilium in diuina eſſentia. ibid.

Ineffabilitas Dei conſequitur Inuiſibilitatem. t.1.l.2.c.7.§.2. 224

Infidelitas opponitur Theologiæ mediatè, & cauſaliter. Prol.c.1.§.9. 15

Infinitas Dei definitur dupliciter. t.1.l.1.c.5.§.3.74. Alia eſt in omni genere, alia in aliquo genere determinato. t.1.l.1.c.2.§.2.48. Alia eſt vniuerſalis, alia ſpecialis, alia ſpecialiſſima. t.2.l.1.c.8.§.6.541

alia eſt radicalis, alia formalis; illa, non iſta habet rationem attributi. t.1.l.1.c.5.§.3.76

Infinitas Dei an, & quomodo poſſit aliter probari, quàm ex continentiâ rerum omnium. t.1.l.1.c.5.§.3.74

Infinitas attributalis, & infinitas relatiua in Deo, ſunt duæ virtualiter diſtinctæ infinitates. t.2.l.2.c.8.§.8.550

Infinitum ſimpliciter in quo formaliter conſiſtat. t.1.l.1.c.5.§.4.75

Cur patiatur conſortium rerum inferiorum, non æqualium. t.1.l.1.c.4.§.2.67

Infinitum cur requirat infinitatem in virtute, à qua debet produci; non in virtute, à qua debet cognoſci. t.1.l.2.c.5.§.8.206

Ingenitum multiplicem habet ſignificationem; ſecundùm aliquam dicitur in diuinis eſſentialiter; ſecundùm aliquam notionaliter; ſecundùm aliquam perſonaliter; ſecundùm aliquam nullatenùs in diuinis dici poteſt. t.2.l.2.c.2.§.4.577

Ingenitum, quatenùs dicitur in diuinis perſonaliter, exprimit de formali puram negationem, etiam pro vt negatio contradiſtinguitur à priuatione: de fundamentali importat aliquid poſitiuum: & tale poſitiuum eſt ſola relatio Paternitatis tranſcendentaliter, non prædicamentaliter ſumpta. t.2.l.2.c.2.§.5.579

Ingenitum in diuinis eſt nomen fundamentaliter relatiuum: imò etiam formaliter eo modo, quo tribui poteſt negationi, aut priuationi denominatio relatiui. ibid.

Initiabile qua ratione dici poſſit in diuinis. t.2.l.2.c.2.§.3.576

Initium minùs latè patet, quam principium: nec rectè dicitur in diuinis ad intra. ibid.

Iniuria æquè latè patet, ac offenſa; magis latè, quàm iniuſtitia. t.1.l.1.c.10.§.5.124

Iniuſtitia affectiuè, non effectiuè dari poteſt in creatura reſpectu Dei: & eodem ſolum modo dari poteſt in creatura reſpectu Dei rigoroſa iuſtitia. ibid.

Innaſcibile. Vide. *Ingenitum.*

Innocentia quomodo ſit maius bonum, quàm Pœnitentia. t.1.l.5.c.5.§.8.429

Inſtrumentum quomodo differat à cauſa principali, & quænam ſint ipſius conditiones t.1.l.2.c.3.§.4.168

Inſtrumentum triplex. ibid. Inſtrumentum obedientiale non eſt quidquid obedientialiter concurrit. ibid. 169

Intellectio non poteſt eſſe primum intelligibile, nec habere ſe ipſam pro obiecto primario. t.1.l.1.c.2.§.2.50

Non rectè diuiditur in actiuam, & paſſiuam. t.2.l.1.c.3.§.5.481

Intellectio diuina continet rationem formalem omnium virtutum intellectualium. t.1.l.3.c.1.235

Intellectio, & volitio in diuinis ſunt ſimul proceſſiones, & principia proceſſionum: cur in creatis intellectio ſit ſolum productio, non principium verbi, ſecùs in diuinis. t.2.l.1.c.3.§.3.477

Intellectio, & volitio notionales in diuinis quid addant ſuprà intellectionem, & volitionem eſſentiales. c.eod.§.5.479

Intellectus eſſentialiter ſecum trahit voluntatem t.1.l.4.c.1.§.1.312. Et voluntatem liberam c.eod.§.4.316. Intellectus attingit verum, vt eſt in ipſo intellectu, voluntas attingit bonum, vt eſt in ſe, & cur. t.1.l.4.c.3.§.1.336.& t.2.l.1.c.4.§.8.502. Intellectus operatur ſecundùm rationem ſimilitudinis, voluntas ſecundùm rationem impulſus. ibid.

Intellectus operatur per modum proſecutionis, & fugæ; ſenſus ſolum per modum proſecutionis, ille, non iſte cognoſcit priuationes, & negationes. t.1.l.3.c.2.§.11.264

Intellectus ex conceptu ſuo eſt indifferens ad eſſe ſubſtantiale, vel accidentale: ad producendam ſimilitudinem vel intelligentis, vel alterius: vel intentionalem, vel phyſicam: habet in operando aliquam conuenientiam cum potentia generatiua. t.2.l.1.c.4.§.8.503. Ex conceptu ſuo fertur in omne cognoſcibile, nec eſt poſſibilis intellectus cognoſcitiuus ſolum alicuius determinati entis. t.1.l.2.c.8.§.3.230

Intellectus, & res intellecta quomodo faciant magis vnum, quàm materia, & forma. t.1.l.2.c.2.§.1.146

Intellectus creatus auditâ aliquâ veritate ex naturâ ſuâ diſcurrit. Prol.c.2.§.5.24. Pateretur violentiam ſi non poſſet habere euidentiam exiſtētiæ Dei. t.1.l.1.c.1.§.2.40. Debet habere aliquid, de quo non poſſit quærere cur eſt. c.eod.§.3.43

Intellectus creatus cognoſcit præterita potiùs, quàm futura, non ſic intellectus diuinus, & cur. t.1.l.3.c.3.§.1.269. Intellectus noſter cur ſit vniuerſalium, non ſingularium; & cur id non procedat de intellectu ſeparato, aut diuino. t.1.l.3.c.2.§.5.255

Intellectus creatus ab intrinſeco ſupernaturalis eſt impoſſibilis. t.1.l.2.c.3.§.7.180. Intellectus creati in ordine ad viſionem Dei non ſunt inæquales, nec ſecundùm ſe conducunt ad viſionis inæqualitatem. t.1.l.2.c.6.§.4.214. Neque etiam de potentiâ abſolutâ poſſunt conducere, etiamſi inæqualitas dicatur, conſiſtere ſolum in entitate, ſeu vitalitate viſionis. ibid. §.5.218. Intellectus quilibet de facto exiſtens habet eamdem eleuabilitatem, quam quilibet intellectus poſſibilis. ibid. 217

Intellectus creatus eleuatus poteſt videre aliquid Dei abſque eo, quod beetur. t.1.l.2.c.4.§.5.190. Eſt proportionatus ad producendam viſionem cum lumine, non ſe ſolo. t.1.l.2.c.3.§.2.164. Habet tamen in ordine ad viſionem actiuitatem diſtinctam ab actiuitate luminis. c.eod.§.2.166. Eſt principalis cauſa viſionis, nec minùs propriè eſt cauſa ipſius, quàm cognitionis naturalis. c.eod.§.4.168. Non concurrit ad ipſam per puram potentiam obedientialem. c.eod.§.5.172

Intellectus diuinus in quo ſenſu non ſit potentia. t.1.l.3.c.1.237. Non eſt pura potentia logica. ibid. Admittit actum primum virtualiter diſtinctum à ſecundo, & virtualiter priorem ſecundo. c.eod.§.1.236. Non admittit cognitiones virtualiter diſtinctas diuerſas ſolo numero. t.1.l.3.c.2.§.3.250. Niſi circa obiecta numero diuerſa. c.eod.§.5.255

Intelligens, & intelligibile in triplici genere ſunt. t.1.l.2.c.1.§.5.138

Intelligens, & intelligibile debere eſſe in eodem modo eſſendi verificatur de eodem modo eſſendi generies. ibid.

Intelligens non poteſt per ſua naturalia habere cognitionem perfectiorem comprehenſione ſui. ibid. & lib. eod. c.3.§.6.176

Non poteſt non Intelligere ſuam intellectionem. l.eod.c.5.§.7.205

Ira ſimpliciter, & abſolutè admittenda eſt in Deo potiùs, quàm neganda: datur in ipſo, vt eſt appetitus vltionis, non vt eſt appetitus recruciationis. t.1.l.4.c.4.§.6. 349

Iuſtitia quid ex vi nominis: quid in re ipsâ. t.1. l.1.c.10. 114

Requirit alteritatem moralem, non phyſicam. c.eod. §.5. 122

Diuiditur in generalem, & particularem; particularis ſubdiuiditur in communicatiuam, & diſtributiuam. eod.c.10. 115

Datur in Deo iuſtitia propria, vt contradiſtinguitur à metaphorico. c.eod.§.1. ibid.

At non datur in Deo iuſtitia propria commutatiua. c.eo.§.2. 126

Nec iuſtitia propria diſtributiua. c.eod. §.3. 128

Iuſtitia commutatiua quid. t.1.l.1.c.10. 115

Quomodo inuoluat rationem paſſi & repaſſi. c.eod.§.2. 126

Aliquando poteſt exerceri in eadem materia cum iuſtitia diſtributiua. c.eod.§.3. 129

Iuſtitia diſtributiua quid. eod.c.10. 115

Quomodo reſpiciat æqualitatem geometricam: oritur ex limitatione bonorum, adeoque ex imperfectione. c.eod.§.4. 128

Iuſtitia generalis dicitur etiam legalis: eſt generalis generalitate obiecti, & imperij. eod.c.10. 114

Eſt iuſtitia propria: In Deo & principe datur quaſi architectonicè. c.eod §.1. 115

Iuſtitia vindicatiua diſtinguitur à iuſtitia particulari rigoroſâ: reſpicit bonum commune, non particulare: datur in Deo: ſolùm per accidens habet comitem rigoroſam obligationem. c. eod. §.6. 125. 126

Iuſtitia Dei nominatur veritas, & cur: eſt iuſtitia generalis ſub ſe continens vindicatiuam, tanquam partem: nec hæ duæ iuſtitiæ ſunt duo attributa. c.eod.§.6. 127. 128

Iuſtitiæ obligatio. Vide. *Obligatio.*

L

Liber eſt nomen, quod in Scripturis ſacris variè vſurpatur. t.1.l.5.c.8.§.1.447

Liber mortis, licet non habeatur expreſsè in Scripturis, indicatur tamen, & admittendus eſt. ibid.

Liber vitæ, & liber mortis denominatur à termino: meliùs dicitur duplex liber, quàm vnicus: quid vterque ſit. c.eod.§.2.449

Liber vitæ, & liber mortis differunt à prædeſtinatione, & reprobatione. c.eod.§.2.ibid.

Pauciores ne ſint deſcripti in libro vitæ, quàm in libro mortis. c.eod.§.3.& 4. 449.& 451

De libro vitæ quomodo deleri quis poſſit, aut in ipſo de nouo ſcribi. c.eod. §.5. 454

Libertas aliqua eſt perfectio ſimpliciter. t.1.l.4. c.1.§.4. 316

At talis non eſt libertas circa quodcumque obiectum. l.eod.c.2.§.1.329

Nec item libertas ad puram omiſſionem. l.eod. c.5.§.1. 351

Libertatis creatæ, & increatæ diſcrimina: libertas, quæ in creaturis eſt potentia ad oppoſita, in Deo eſt actus ad oppoſita. t.1.l.4.c.1.§.9. 326

Libertas contradictionis diuerſimodè conuenit Deo, & creaturæ. l.eod.c.5.§.1. 353

Liberum ſumitur tripliciter: in aliquo ſenſu ſecundùm Scotum non pugnat cum neceſſitate, & determinatione ad vnum: liberum, & naturale ſunt differentiæ operationum, non principiorum. t.2.l.3.c.1.§.5. 652

Liberum ſcire Dei. Vide *Scientia Dei libera.*

Liberum velle dari in Deo propriè, & formaliter conſtat ſcientiâ, & fide. t.1.l.4.c.1.§.4. 316

Huiuſmodi liberum velle Dei ab aliquibus aſtruitur inexplicabile. c.eod.§.8. 322

Impugnantur varij modi ipſum explicandi. c. eod.§.5.6.7. 317. ad 320

Explicatur quid formaliter ſit. cap. eod. §.8. 321

Liberum velle, & liberum nolle Dei: velle hunc mundum, & velle alium mundum, non differunt entitatiuè, & in eſſendo. t.1.l.4.c.1.§.9. 323

Dei liberum velle, & neceſſarium velle quomodo admittere poſſint aliquam virtualem diſtinctionem. ibid.

Litera occidit, quomodo verificetur. Prol. c.3. §.3. 32

Loca Theologica quid. c.eod. 25

Septenario numero benè comprehenduntur. c.eod.§.5. 28

Locutio triplex aſſignari poteſt. t.2.l.2.c.3. §.5. 587

Lumen corporeum ſe tenet ex parte obiecti; lumen gloriæ Fidei, & naturæ ex parte potentiæ. t.1.l.2.c.3.§.2. 160

Lumen corporeum intenſius eſt ratio cognoſcendi plura obiecta; non ſic lumen intenſius gloriæ, vel Fidei, & cur. l. eod. c.5. §.3.198

Lumen Fidei eſt ſupra, non contrà lumen naturæ. Prol. cap.4.

Lumen gloriæ cur ita dictum: quid ſit: ſuccedit lumini fidei: illud, quod de facto concurrit ad viſionem beatam eſt qualitas habitualis. t.1.l.2. c.3.§.1. 159

De facto non eſt eterogeneum, non repugnat tamen tale eſſe. l.eod. c.5 §.3.& 5. 198. & 201

Eſt ſecundùm D. Thomam ſimilitudo Dei effectiuè, non repræſentatiuè: ſe tenet ex parte potentiæ in eſſendo, & in operando. l.eod. c.3.§.2. 160

Lumen gloriæ requiritur ad viſionem Dei ex naturâ rei, non ex decreto Dei extrinſeco. t.1.l.2. c.1.§.5. 136

Suppleri diuinitus poteſt per auxilium actuale, quod deberet eſſe antecedens, non ſolùm concomitans viſionem: ſuppleri item poteſt per aſſiſtentiam extrinſecam diuinæ omnipotentiæ, quæ in tali caſu tripliciter in viſionem influeret: ſuppleri inſuper probabiliter poteſt per aſſiſtentiam extrinſecam diuinæ eſſentiæ. t.1.l.2.c.3.§.5.170

Lumen gloriæ de facto nec præſtat munus ſpeciei impreſſæ, nec expreſſæ: ac poſſibili illud, non illud præſtare poteſt. t.1.l.2.c.3.§.2. 159

Præſtat munus diſpoſitionis materialis in ordine ad vnionem cum Deo, & viſionem ipſius: item principij eleuantis, & coëfficientis viſionem: non eſt receptiuum viſionis, non prærequirit diſpoſitionem ſuper-

naturalem. ibid.
Recipitur in intellectu, tanquam forma, tum informans, tum efficiens; nec recipitur præciſè eo modo, quo calor in aqua; aut lux in aëre. c.eod.§.3. 165
Lumen gloriæ in aliquo ſenſu eſt tota ratio agendi reſpectu viſionis, in aliquo non. ibid. 164
Dici poteſt tota ratio proximè agendi, non totum principium proximè agens: eſt cauſa principalis viſionis, & dici poteſt ipſius principium quod. c.eod.§.3.& 4. 167
Lumen gloriæ eſt ſupernaturale abſolutè, non reſpectiuè tantum: nec ipſum, nec aliud ipſi æquiualens poteſt eſſe connaturale alicui creaturæ. t.1.l.2.c.3.§.6. 174
Lumen gloriæ eſt cauſa inæqualitatis intenſiuæ, non inæqualitatis extenſiuæ viſionis Dei. t.1. l.2.c.6.§.4. 213
Et lumen gloriæ intenſius non eſt per ſe loquendo Beato ratio cognoſcendi, aut plures, aut diuerſas creaturas. l.eod.c.5.§.3. 198
Lumen gloriæ datur etiam vt præmium. t.1. l.1. c.6.§.4. 215
Lumen Theologicum medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ non datur de facto: poteſt tamen in aliquo ſenſu concedi poſſibile. t.1. l.3.c.4.§.9. 69
Quomodo tale lumen poſſet inducere euidentiam Trinitatis. ibid.

M

Machometi decidenda verſutia. t.1. l.1.c.1. §.7. 143
Magis: aliquando comparatiuè, aliquando aduerſatiuè ſumitur. t.1.l.2.c.6.§.4. 214
Materia ſpiritualis, & probabiliter etiam materia indifferens ad ſpirituale, & corporeum non repugnat. t.1.l.1.c.6.§.1. 79
Materia ſupernaturalis omninò repugnat. t.1.l.2. c.3.§.7. 179
Maternitas Virginis Deiparæ fuit decreta poſt decretum Incarnationis Verbi. t.1.l.5.c.4.§.5. 416
Eſt effectus prædeſtinationis ipſius Virginis, ibid.
Medium efficax ad aliquem finem quomodo poſſit eligi ſine præintentione talis finis. t.1.l.5. c.3.§.1. 388
Memoria intellectiua quid: nec in actu primo, nec in actu ſecundo datur in Deo, niſi in aliquo ſenſu minùs proprio. t.1.l.3.c.1.§.3.538. & c.3.§.6. 280
Menſura intrinſeca, & menſura extrinſeca quid: quotuplex aſſignari poteſt molis, multitudinis, durationis, perfectionis. t.1.l.1. c.9. §.2. 106
Menſura identificata non ſubordinat ſibi menſuratum. ibid. 107
Meritum ad præmium non ſe habet eodem modo, quo pretium ad mercedem. t.1.lib.5.cap.4.§.2. 409
Meritum ad præmium quando ſe habeat, vt medium ad finem, quando non. l. eod. c. 5. §.1. 418
Merita Chriſti Domini non ſunt de facto effectus prædeſtinationis hominum, poſſent tamen eſſe in aliâ rerum ſerie. l.eod.c.4.§.4.414
Merita creaturæ ſunt dona Creatoris. l. eod. c.3. §.1. 390
Merito ſolum conditionato non poteſt dari aliquid, vt præmium, & corona. c.eod.§.4.397
Metaphorica locutio in Scriptura ſacra plures habet vtilitates. Prol.c.3.§.3.59
Metaphorica ſignificatio eſt immediata æquè, ac ſimplex. ibid.
Miraculum non eſt, quod ſuperet exigentiam ſolum alicuius naturæ particularis. t.1.l.5.c.1. §.4. 383
Miraculis veris ſolum metaphyſicè loquendo confirmari poteſt falſa doctrina. t.2.l.3.c.4.§.5. 689
Miſſio in diuinis quid; importat principaliùs proceſſionem æternam, quàm effectum temporalem: alia propria, alia impropria: alia actiua, alia paſſiua: alia viſibilis, alia inuiſibilis. t.2.l.3.c.1.§.1.660
Miſſionis minùs propriæ duplex modus. c.eod. §.5. 669
Miſſio diuinarum Perſonarum cur fiat ſoli creaturæ rationali. t.2.l.3.c.2 §.4.668
Quinam ſit ipſius terminus. ibid.
Quomodo cohæreat cum diuinarum Perſonarum circuminceſſione. l.eod.c.3.674
Miſſio actiua impropria latiùs patet, quàm miſſio paſſiua, non ſic miſſio actiua propria. t.2. l.3.c.2.§.5. 670
Miſſio paſſiua, ſeu mitti in diuinis eſt prædicatum notionale. c.eod.§.7.672
Conuenit ſolis filio, & Spiritui ſancto: de Patre nunquam legitur in Scriptura, quod ſit miſſus, & neque etiam impropriè ei conuenit mitti: Filio & Spiritui Sancto conuenit in aliquo ſenſu mitti à totâ Trinitate. c.eod. §.5. 668.& ſeqq.
Miſſio filij eſt aliqualiter prior miſſione Spiritus Sancti, etiam ex parte effectus temporalis. t.2 l.3.c.1.§.6.671
In aliquo ſenſo non diſtinguitur à miſſione Spiritus ſancti, ſimpliciter tamen melius dicitur diſtingui: appropriatè, non propriè filius dicitur mitti per dona intellectus, Spiritus ſanctus per dona voluntatis. eod. §.6. 671
Miſſio inuiſibilis, & miſſio viſibilis quomodo conueniant, & diſconueniant inter ſe. t.2.l.3. c.1.§.2. 661
Miſſio inuiſibilis non fit vnius diuinæ Perſonæ ſine alia, nec aut ex Perſonis, quibus conuenit miſſio paſſiua, poteſt vna ſine alia inuiſibiliter mitti; aut ex Perſonis, quibus conuenit miſſio actiua, poteſt vna ſine alia inuiſibiter mittere. t.2.l.3.c.1.§.6. 670
Non fit miſſio inuiſibilis per collationem donorum naturalium, nec item per collationem donorum ſupernaturalium quorumcumque: & ne de potentiâ quidem abſolutâ fieri poteſt per beneuolentiam Dei purè extrinſecam. t.2.l.3.c.2.§.4. 664
Fit verò per quamlibet infuſionem habitualis gratiæ, etiam quoad minimum ipſius augmentum. ibid.665
Importat vltra collationem donorum gratiæ ſpecialem præſentiam Perſonæ miſſæ. ibid. 666
Miſſio viſibilis alia eſt ad ſubſiſtendum, alia ad repræſentandum. t.2.l.3.c.2.§.3.661
Non poteſt eſſe ſine inuiſibili: eſt tamen contenta miſſione inuiſibili antecedenter factâ,

non ſic ſubſequenter faciendâ. ibid.663
Miſſio viſibilis ſecundæ Perſunæ dioinæ qualis: in Myſterio Euchariſtiæ ſecunda Perſona non mittiiur: Miſſio viſibilis tertiæ Perſonæ diuinæ qualis, & qnotuplex: Miſſio viſibilis ſecundæ, & miſſio viſibilis tettiæ Perſonæ in quibus ſe excedant. Miſſio viſibilis diuinæ Perſonæ nunquam facta eſt in lege veteri. ibid. 661. & 662
Mittere, & mitti in dioinis cur non ſiot notiones. t.2.l.3.c.1.§.2. 646
Modi per ſe, aſſignati ab Ariſtotele, teplicantur. t.2.l.1.c.4.§.9. 502
Modus ſubſtantialis non poteſt eſſe alius, quàm modus vnionis. t.1.l.2.c.3.§.7.180
Modus ſubſtantialis ſupernaturalis excepto illo vnionis hypoſtaticæ eſt impoſſibilis. ibid.
Mors reprobi poteſt conſiderari tripliciter. t.1. l.5.c.7.§.3. 444
Mors reprobi in ſtatu peccati aliquando, non ſemper eſt effectos teprobationis. ibid.
Muli in alia ſunt fœcundi ex Theophraſto. t.2.l.1. c.4.§.4. 496
Multitudo poteſt eſſe ſine ſeparabilitate, dummodo ſit cum diſtinctione. t.1. l.1. cap.6. §.2. 80
Mutatio triplex, obiectiua, ſubiectiua, & conuerſiua. t.1.l.1.c.7. 90
Mutatio omnis eſt aliqua mors. c.eod.§.2.92
Mutua cauſalitas. Vide *Cauſalitas mutua*.
Mutua continentia repugnat. t.1.l.1.c.1.§.3.43. & c.3.§.6.64.

N

NAtura, & eſſentia, an & quomodo differant præſertim in Deo. t.1.l.1.c.2.§.1.46
Natura poſita in definitione generationis quid ſignificet. t.2.l.1.c.4.§.4.496
Natura ex genere ſuo conſtituitur per actum primum. t.1.l.1.c.2.§.2.49
Studet compendio, tùm in eſſendo, tùm in operando. t.1.l.1.c.3.§.2.56
Natura creata multiplicabilis ſolum in indiuidua finita videtur repugnans. t.1.l.1.c.4.§.2.66
Non eſt capax ſubſiſtentiæ ſibi identificatæ. l.eod.c.6.§.3.81.&.82
Natura diuina non poteſt terminari à ſoppoſito creato. c.eod.6.§.9.89
Natura perfectiſſima noo eſt capax ſubſiſtentiæ realiter diſtinctæ. c.eod.§.3.80
Naturale poteſt exigere aliqoid ſupernaturale exigentiâ præpoſterá, non exigentiâ præuiâ. Prol. c.2.§.3.22
Naturale, & liberum ſunt differentiæ operationum, non principiorum. t.2. l.3. cap.1. §.5. 652
Neceſſaria in diuinis ſunt priora liberis. t.2. l.2. c.3.§.12. 599
Negatio quomodo differat à priuatione. t.2. l.2. c.2.§.5. 579
Negatio alia pura, alia mixta. t.1. l.1. c.3. §.1. 54
Negatio identitatis alia conſeqoitur, alia deſtruit vnitatem. c.eod.§.5.61
Negationes originis in diuinis quotnam poſſint excogitari. t.2.l.3.c.1.§.2.647
Niſi, in Scriptura ſæpè ſumitur aduerſatiuè, non exceptiuè. t.1.l.5.c.8.§.5.454
Nomina attributorum, & eſſentiæ, in diuinis non ſunt ſynonyma. t.1.l.1.c.3.§.4.59
Nominis ſignificatio duo conſideranda continet. t.2.l.2.c.1.551
Nomina adiectiua ſequuntur exigentiam ſubſtantiui, cui adiunguntur. t.2.l.3.c.5.§.8.707
Nominis adiectiui à ſubſtantiuo diſcrimen in ſignificando. c.eod.§.3.700
Nomina ſubſtantiua concreta in diuinis non poſſunt magis multiplicari, quàm multiplicentur nomina abſtracta. c.eod.§.8.707
Notio in diuinis quid. t.2.l.3.c.1.§.1.644
Exprimitur in Scriptura quoad rem, licet non quoad nomen: ſpectat ad Perſonæ diuinæ dignitatem. ibid.645
Sufficit tamen, qood importet talem dignitatem implicitè, & per circumloqoinm: non eſt item neceſſe, quod diſtincta notio importet diſtinctam dignitatem. c.eod. §.2. 647
Notio in diuinis non eſt neceſſe, qood conueniat vni tantùm diuinæ Perſonæ: tres requirit conditiones: diuiditur in formalem, & obiectiuam. t.2.l.3.c.1.§.1.645
Quinarium numerum rectè ſuſcipit. c.eod.§.2. 646
Quomodo liceat de tali numero contrariè opinari. c.eod.§.3.648
Notiones, relationes, & proprietates perſonales, quemnam ordinem inter ſe ſeruent. c.eod.§.2. ibid.
Notionales actus quid ſint: coincidunt cum actiuis originibus: quodnam ipſorum principium quod, & quo: quinam ipſorum terminus formalis. t.2.l.3.c.1.§.4.ibid.
Sunt de aliquo, idque eſt Perſonas procedentes eſſe de ſubſtantia producentium: Quid in huiuſmodi locutione ſignificet particula, *De* c.eod.§.7.656
Notionales actus ſunt liberi libertate oppoſitâ violentiæ, at non libertate oppoſitâ neceſſitati, aut naturalitati: ſimpliciter loquendo meliùs dicuntur neceſſarij, quàm liberi, & meliùs adhuc ſpontanei, quàm aut neceſſarij, aut liberi. t.2. l.3. c.1. §.5. 649. & ſeqq.
Notionalis actus, qoo procedit Verbum, nullatenus eſt à voluntate: nullatenùs eſt voluntarius voluntate antecedente: notionalis actus, quo procedit Spiritus ſanctus, eſt voluntarius voluntate antecedente notionali, non eſſentiali: vterque verò actus eſt voluntarius voluntate comitante, aot potius ſubſequente. t.2.l.3. c.1.§.6. 652. & ſeqq.
Notionalis actus in diuinis non reflectitur ſupra ſuum principium, quomodo debeat intelligi. t.2.l.2.c.4.§.13. 640
Notionalis potentia non eſt ſimpliciter realis reſpectu ſuorum actuum. t.2.l.3.c.1.§.4.649
Numerus admittendus eſt in diuinis ad intra, idque eſt de fide. t.2.l.1.c.8.§.5.543
Talis numerus eſt numeros tranſcendentalis, non prædicamentalis. t.2.l.2.c.2.571
Nunquizatio, aut nullibizatio rei exiſtentis repugnat. t.2.l.1.c.8.§.8.549
Nunc fluens eſt nunc temporis; nunc ſtans eſt nunc æternitatis. t.1.l.1.c.9.§.1.104

Obiectum

O

Obiectum aliquod eſſe per ſe notum ſecundum nos eſt imperfectio ipſius. t.1. l.1. c.1. §.1. 39.

Obiectum intellectus latiùs patet, quàm obiectum voluntatis. t.1.l.4.c.3.§.3.339

Obiectum ex ſua ratione formali petit identificari cum cognitione potius quàm ab ipſa diſtingui. t.1.l.3.c.2.§.1.246

Obiectum cognitionis, & cognitum ſunt ſynonyma. ibid.

Obiectum formale, & ſpecificatiuum ſumitur dupliciter. t.1.l.3.c.2.§.9.263

Obiectum motiuum, & ſpecificatiuum, eſt, à quo deſumitur ſpecies, & propria ratio formalis actus. t.1.l.3.c.2.§.2.248

Ipſum, non verò obiectum terminatiuum debet eſſe prius cognitione t.1.l.2.c.5 §.7.204

Obiectum primarium, & obiectum ſecundarium debent dici per ordinem ad eumdem actum. t.1. l.2.c.5.§.1.192

Obiectum, quod attingitur immediatè, non attingitur ſecundariò. t.1.l.3.c.2.§.6.257

Obiectum infinitum, nec ſpeciei, per quam repræſentatur; nec actus, per quem cognoſcitur, infinitatem infert. t.1.l.2.c.5.§.8.206

Obligatio iuſtitiæ etiam liberè contracta inducit abdicationem dominij, & repugnat Deo: diuerſitas ipſius ab obligatione fidelitatis, & veracitatis: obligatio iuſtitiæ generalis, & legalis, non dicit imperfectionem. t.1.l.1.c.10.§.4.119

Obligatio realis dicit indirectè obligationem perſonalem. ibid.121

Obliuio impropriè Deo tribuitur. t.1.l.3.c.1.§.3. 239

Odium omne cauſatur ex amore. t.1.l.4. c.4. §.1. 346

Sæpè in ſcriptura ſignificat minorem amorem. t.2.l.5.c.6.§.5.438

Odium aliud poſitiuum, aliud negatiuum. eod. §.5.ibid.

Aliud abominationis, aliud inimicitiæ; inſigne inter vtrumque diſcrimen. t.1.l.4.c.4.345

Vtrumque odium propriè, & rigoroſè datur in Deo c.eod.§.1.346

Omiſſio pura admitti non poteſt in voluntate diuina etiam dato, quod admittatur in voluntate creata. t.1.l.4.c.5.§. t. 355

Omnipotentia, ſeù executiua potentia Dei, diſtinguitur à ſcientia, & voluntate: in actu exercito vtramque ſubſequitur, in actu ſignato vtramque præcedit. t.5.l.3.c.5.§.1.294

Operationes immanentes quomodo ſint ſteriles. t.2.l.1.c.3.§.5.481

Opus naturæ eſt opus intelligentiæ, quomodo intelligatur. t.1.l.3.c.5.§.1.293

Oppoſitio mediata ſufficit ad diſtinctionem immediatam. t.2.l.2.c.4.§.12.637

Oppoſitio in diuinis eſt inter omnia prædicata relatiua, non inter ſolas relationes formaliter. t.2. l.1.c.8.§.8.550

Ordo inter diuinas perſonas propriè eſt ſolus ordo originis. t.2.l.2.c.4.§.4.616

In quo ſenſu admitti etiam in diuinis poſſit ordo dignitatis. ibid.§.7. 622

Ordo intentionis eſt prior ordine executionis. t.1. l.5.c.1.§.2.379

Ordo executionis non datur in diuina voluntate. ibid.

Ordo naturalis, & ordo ſupernaturalis in Deo non ſunt duo ordines, ſicuti ſunt in creatis. t.2. l.3.c.4.§.2.684

Origo ſuppoſiti, & actualiter ponit principia conſtitutiua rei; at ipſa non eſt principium conſtitutiuum. t.2.l.2.c.1.§.5.558

Non ſignificatur, vt quid fixum, & permanens. ibid.557

Origines cur non ſint Notiones. t.2.l.3.c.1.§.2.646

P

Parabolarum in ſcripturis duo ſunt genera. Prol.c.3.§.3.30

Qualis ipſarum ſenſus litteralis. ibid.29

Paruuli decedentes cum ſolo baptiſmo ante vſum rationis vident omnes Deum viſione æquali, & minimâ. t.1.l.2.c.6.§.1.210

Paſſiones impropriè conueniunt voluntati, propriè conueniunt appetitui ſenſitiuo; & vndecim ſolent aſſignari. t.1.l.4.c.4.345

Pater dicitur de Deo in ordine ad creaturas tranſlatiuè, & impropriè: de prima perſona diuina in ordine ad ſecundam propriè, prout ly propriè contradiſtinguitur, tùm ab improprio, & tranſlatitio, tùm ab eſſentiali, & communi. t.2. l.2.c.2.§.1.572

Per prius dicitur ad intrà, quàm ad extrà. ibid.

Pater in diuinis omnia dedit filio præter eſſe Patrem; vndè ortum. t.2.l.2.c.4.§.4.614

Non rectè dicitur eſſe apud filium, quamuis filius rectè dicatur eſſe apud Patrem. t.2. l.3. c.3.§.1.675

Non rectè dicitur eſſe de ſubſtantia filij. l. eod. c.1.§.7. 658

Dicere quod ſit idem cum filio, eſt propoſitio ſuſpecta. l.eod.c.5.§.4.701

Pater in diuinis priùs generat, quàm velit generare: in quo ſenſu ſit beatus priùs, quàm generet: in quo ſenſu voluntate ſimul, & neceſſitate generet: meliùs dicitur, quod generet volens, quàm quod generet voluntate, & cur. t.2. l.3.c.1.§.6.653

Proferendo Verbum loquitur ipſi Verbo. t.2. l.2.c.3.§.14.606

Dicit ſe Verbo, at non intelligit ſe Verbo: nec item intelligit ſe ſapientiâ genitâ, aut eadem ſapientiâ eſt ſapiens: meliùs dicitur, Pater dicit Verbo, quàm dicit ſapientiâ genitâ. t.2. l.2.c.4.§.13. 640. & 641

Pater, & filius diligunt ſe Spiritu ſancto; verificatur in ſenſu proprio, & rigoroſo: & ly, diligunt, ſumendum eſt notionaliter: ſumendo verò ly, diligunt, eſſentialiter, non verificatur propoſitio, niſi appropriatè. eod.§.13.638

Pater, & Filius Spiritu ſancto, qui nunc eſt, non ſolum diligunt ſe, verùm etiam omnia bona neceſſaria. t.2.l.2.c.4.§.14.641

Pater, & filius nullatenùs poſſunt velle per modum deſiderij actualem ſpirationem: habent pro primo velle, velle notionale: voluntate ſpirant Spiritum ſanctum, eſt locutio legitima; at non vſurpanda in omni latitudine. t.2. l.3. c.1. §.6.655

Paternitas triplex aſſignari poteſt. t.2.l.2. c.3.§.1. 582

Paternitas in diuinis cur non opponatur eſſentiæ, etiamſi

etiamſi ſit ab eſſentia, t.2.l.2.cap.4.§12.637.

Peccandi potentia in aliquo ſenſu amatur à Deo. t.1.l.4.c 3.§.3 340

Peccatum poſſibile nullatenùs amatur à Deo, peccati poſſibilis complacentia eſt delectatio moroſa. ibid.

Peccatum aliquando eſt pœna peccati: in reprobo non eſt effectus reprobationis. t.1. l.5.c.6. §.1.431. In prædeſtinato neque etiam, vt excitat pœnitentiam, eſt effectus prædeſtinationis. l.eod.c.5.§.4 422

Peccatum originale, an, & in quibus ſit cauſa poſitiuæ excluſionis à gloria. l.eod.c.6.§.4 432

Peccata reproborum in hac vita remiſſa quoad culpam, non quoad totam pœnam, quomodo in alia vitâ puniantur. t.1. l.5.c.6. §.4.435. & c.7. §.1.441

Peccatum priuat Deo vt fine, non vt formâ. t.1. l.3.c.2.§.11. 267. Eſt malum Deo intentatum, non illatum: quomodo ſit malum Deo extrinſecum: quomodo fiat Deo inuito. t.1.l.1.c.10. §.5.125. & l.4.c.5.§.3.357. Habet reſpectu Dei rationem iniuriæ, non iniuſtitiæ, eod.§.5.

Peccatorum condonatio quomodo lomine naturæ cognoſcatur poſſibilis. t.1.l.2.c.1.§.3.134

Pœna non poteſt eſſe à Deo volita præcisè ad oſtenſionem iuſtitiæ. t.1.l.5.c.6.§.3.433. Nec antè præuiſam culpam c.eod.§.5.437. Reſpectu Dei magis pendet à demeritis, quàm præmium à meritis. ibid.436

Pœnæ temporales non ſunt in reprobo effectus reprobationis, niſi proximè coniungantur cum pœnâ æternâ, quæ eſt maximè reprobationis effectus. t.1 l.5.c.7.§.2.445

Pœnitentia, vt habet adiuncta excellentiora bona, eſt per ſe expetibilis, & poteſt eſſe à Deo volita antè permiſſionem peccati. l.eod. c.5.§.8. 429. & 430

Perfectio ſumitur, vel pro formâ perficiente, vel pro ſtatu perfectionis. t.1. l.1.c.5.69. Alia eſt perfectio ſimpliciter, alia eſt perfectio ſecundùm quid c.eod. §.2. 71. Alia eſt perfectio intenſiua, alia extenſiua; huius vtriuſque perfectionis diſcrimen. t.2.l.1.c.8 §.2.537

Perfectio extenſiua in quo ſenſu ſit extrinſeca. eod.§.2. ibid.

Perfectio ſimpliciter quomodo definiatur, & quomodo intelligenda ipſius definitio. t.2.l.1. c 8 §.3.539. Perfectiones ſimpliciter ſunt in Deo, & creaturis ſecundùm eumdem conceptum formalem: ſecundùm modum, quem habent in creaturis, ſunt in Deo formaliter eminenter. t.1. l.1. c.5.§.2.73

Perfectiones ſecundùm quid, neque etiam in eſſe intentionali, ſunt in Deo formaliter. eod.§.2.ib. Perfectiones, quæ ſunt in Deo eminenter, neque etiam virtualiter diſtinguuntur. t.1. l.1. c.3.§.5.62

Perfectio, & imperfectio admittunt medium in creatura, non in Deo. t.2.l.1.c.8.§.1.536 Perfectio Dei non poteſt præſcindere à finito, & infinito. cap. eod. §.6.541. Diuidenda eſt in relatiuam, & abſolutam c.eod. §. 1. 537. Perfectio Dei relatiua qualis. Vide *Relationes*.

Perfectum in aliquo ſenſu coincidit cum Bono, in aliquo non. t.1.l.1.c.5.69. Secundùm etymologiam nominis non conuenit Deo: dicitur priuatiuè, & negatiuè. c.eod.§.1.70

Permiſſio peccati in electis eſt vt plurimùm effectus prædeſtinationis. t.1.l.5.c.5.§ 7 426. Quomodo poſſit habere rationem beneficij: Quomodo poſſit eſſe ex Chriſti meritis: quomodo poſſit à Deo per ſe intendi abſque eo, quod intendatur per ſe peccatum: quomodo poſſit eſſe à Deo volita ante volitam pœnitentiam. Ibid. Quomodo item poſt volitam pœnitentiam. c. eod §.8.430

Permiſſio peccati originalis, aut peccati venialis, aut peccati non finalis, aut primi peccati finalis, effectus non ſunt poſitiuæ reprobationis, & ipſius effectus eſſe poteſt ſola permiſſio alicuius peccati finalis non primi. t.1.l.5.c.7.§.1. 440. & ſeqq.

Permiſſiones peccatorum quoſnam fines habeant, & ad quam Dei prouidentiam ſpectent. c. eod. §.2.442

Perſona quid ſit ſecundùm etymologiam nominis t.2.l. 2.cap.1.552. Quid ſit ſecundum rem c.eod. §.1.ibid. Perſonæ definitio tradita à Boëtio coincidit cum definitionibus aliorum auctorum, ibid. Perſona idem eſt quod hypoſtaſis, non idem quod Vſia. ibid. 553. Non poteſt multiplicari, quin multiplicetur poſitiua ratio ſubſiſtendi. t.2.l.2.c.1.§.8.563. Importat in recto ſuppoſitalitatē, in obliquo naturā rationalē. c.eod.§.10.569

Perſonarum acceptio cur non ſit apud Deum t.1. l.1.c.10. §.4.121

Perſonæ diuinæ habent veram & propriam rationem perſonæ; ſunt tres, nec plures, nec pauciores. t.2.l.2.c.1.§.2.553.& 554. Euidens eſt ipſas non eſſe omnes procedentes. t.2.l.1.c.2. §.1.465. Si plures eſſent improductæ, eſſent infinitæ l.2.c.1. §.4.463. Oſtenditur ipſarum conſubſtantialitas, & ſingularum vera diuinitas. c.eod.§.3.461

Perſonæ diuinæ conſtituuntur propriè, verè, & realiter, ex eſſentia, & proprietate. t.2.l.2.c.1.§.3. 554. Talis conſtitutio poteſt conſiderari tripliciter, ipſi non officit ſimplicitas. ibid.555

Perſonas diuinas ab inuicem diſtingui probatur ex nouo, & veteri teſtamento t.2.l.1.c.1.§.2.460
Ipſarum diſtinctio eſt maxima quo ad dignitatem, non quoad quantitatem diſtinctionis. t.2. l.2.c.1.§.4.557

Perſona diuina ſumi poteſt, vel pro concreto ex eſſentia, & perſonalitate, vel pro concreto perſonalitatis præcisè. t.1.l.2.c 4.§.5.189. Perſona abſoluta in diuinis eſt Sabellianiſmus. t.2.l.2.c.1. §.9.565. Perſona quælibet diuina eſt trinonyma l.eod.c.4.606. Perſonam diuinam procedere per modum naturæ poteſt intelligi tripliciter. t.2. l.3.c.1.§.5.651

Perſonæ diuinæ non conueniunt inter ſe vniuocè in ratione perſonæ. t.1.l.1.c.6.§.6.86. & t.2.l.2. c.1.§.10.569 Conueniunt tamen magis inter ſe, quàm cum perſonis creatis: conuenientia analogica, quam inter ſe habent, eſt proportionalitatis, non attributionis. eod.§.10.ibid.

Perſonæ diuinæ non habent inter ſe alium ordinem, quàm originis. t.2.l.2.c.2.571.& lib.eod. c.4 §.4.616. In quo ſenſu habeant ordinem dignitatis. eod.c.4. §.7.622. Non rectè dicuntur eſſe de ſubſtantia diuina. t.2.l.3.c.1.§.7.658. Poſſunt cognoſci per ſpeciem propriam non cognita exiſtentia relatiua. l.eod.c.4.§.8.695

Perſonæ diuinæ quomodo ſint inter ſe inuicem. Vide. *Circuminſeſſio*.

Perſonales proprietates in diuinis non ſunt entitates abſolutæ. t.2.l.2.c.1.§.4.555

Non

Digitized by Google

Non ſunt origines. c.eod §.5.557

Sunt relationes, adeò vt per iſtas formaliter, & vltimò diuinæ Perſonæ conſtituantur. c. eod. §.6. 559

Per iſtas inquam ſumptas, vt tranſcendentales, & virtualiter diſtinctas à prædicamentalibus. c.eod.§.7.562

Perſonales proprietates poſſunt cognoſci per ſpeciem propriam à viatore, quamvis non poſſint ſic cognoſci diuinæ perſonæ. t.2. l.3.c.4. §.8. 695

Perſpicilia cur faciant apparere calorem ſimilem ei, quo ipſa colorantur. t.1.l.2.c.2 §.5.156

Polytheiſmus. Vide *Deorum pluralitas.*

Pontifex quandonam loquatur ex cathedra. Prol. c.3. §.1. 26

Non poteſt alteri delegare facultatem loquendi ex Cathedra. ibid.

Poſſibilia quomodo habeant tantam neceſſitatem, quantam Verbum diuinum. t.2.l.2.c.3. §.1. 598

Quomodo quamvis ſint obiecta ſecundaria diuinæ cognitionis non ſe habeant ſecundariò ad productionem diuini Verbi. ibid.

Potentia quælibet in quo ſenſu neceſſariò feratur in ſuum obiectum adæquatum. t.1.l.4.c.2. §.1. 327

Potentia ad exiſtendum exiſtentiâ abſolutâ non datur in diuinis ad intra, benè tamen potentia ad exiſtendum exiſtentiâ relatiuâ. t.2. l.2. c.1. §.7. 562

Potentia, quæ à Sancto dicitur neutra, meliùs diceretur ſupernaturalis. t.1.l.2.c 1.§.6.140

Potentia connaturalius operatur per aliquid habituale, quàm per aliquid actuale. l.eod.c.2.§.1. 152

Potentia obedientialis ad operandum inſtrumentaliter eſt æqualis in omnibus, non ſic ad operandum principaliter. t.1.l.2.c.8.§.5.234

Potentiæ paſſiuæ quomodo debeat correſpondere actiua in eodem ordine. t.1.l.2.c 1.§.6.140

Potentia vitalis attingit obiectum exiſtens intra ſe. t.1.l.4.c.3.§.1.336

Non poteſt eſſe ſupernaturalis ab intrinſeco. t.1.l.2.c.3.§.7.181

Nequit vitaliter operari niſi ab intrinſeco. l. eod.c.8.§.4. 233

Eleuari poteſt extra connaturalem modum operandi ſecundùm quid, non ſimpliciter. l. eod.c.2.§.3.138

Habet ſphæram obedientialem ampliorem ſphærâ naturali, licet eleuari non poſſit ad rationes formales extraneas. l. eod. c.8. §.2. 228

Quid ſit potentiam non poſſe egredi rationem formalem ſui obiecti, & hoc eſſe intrinſecum ſpecificatiuum potentiæ. c.eod.§.2.227

Potentia vitalis materialis eſſentialiter tendit in obiectum ſub ratione entis materialis. t.1. l.2. c.8.§.3. 230

Non poteſt, aut procedere, aut recipere viſionem ſpiritualem. ibid.231

Non poteſt ſpiritualizari, licet potentia naturalis poſſit ſupernaturalizari. c.eod. §.4.232

Cur poſſit attingere ſpirituale non vitaliter ſecùs vitaliter. c.eod §.5.233

Potentia Dei eſt principium effectus, non actionis. t.1. l.3.c.1.§.1.237

Præceptum diuinum quam Dei voluntatem ſignificet. t.1.l.4 c.5. §.3.357

Prædeterminatio ad exiſtentiam ſupponit decretum prædeterminans ad futuritionem. t.1.l.3. c.4.§.4. 287

Prædeterminatio, & prædefinitio ſecundùm aliquos differunt. t.1.l.4.c.6.§.2. 366

Prædefinitiones dependentes à ſcientia media admittuntur à pluribus Mediiſtis. eod.c.6.363

Prædeſtinati, loquendo de hominibus, fuerunt electi de facto ad gloriam omnes ſimul exceptâ Deiparâ: in alia rerum ſerie potuerunt eligi aliqui priùs, aliqui poſteriùs: Angeli fuerunt quidem electi ſimul inter ſe, at non ſimul cum hominibus. t.1.l.5.c.3.§.5.399

Prædeſtinatos à ſaluandis de facto diſtinguere periculoſum eſt: de potentiâ tamen abſolutâ dabilis eſt ſaluandus, qui non ſit prædeſtinatus, c. eod. §.3. 395

Prædeſtinati, ſeu electi in aliquo ſenſu ſunt pauci, in aliquo ſenſu ſunt multi. t.1.l.5.c.8. §.3. 450

Ipſorum numerus comparatiuè ad numerum reproborum qualis. c. eod.§.3.& 4. 450. & 451

Talis numeri certa notitia conuenit ſoli Deo. eod. §.4. 452

Et ſecundùm nos neque formaliter, neque materialiter talis numerus certus eſt. c. eod. §.6. 456

In quo ſenſu augeri poſſit, & minui. c.eod.§.5. 453

Quomodo ſit ex parte etiam rei numeratæ inuariabilis, & quomodo cum tali inuariabilitate cohæreat libertas. c.eod.§.6.455

Prædeſtinatorum præfinitio eſt principalis, non ſic illa reproborum. ibid.456

Prædeſtinati ſubſtantia eſt effectus prædeſtinationis in Virgine Deipara, non ſic in aliis prædeſtinatis. t.1.l.5.c.5. §.5. 453

Prædeſtinatio aliquando ſumitur in malam partem: quid ſit ex vi nominis. t.1.l.5.c.2. 384

Quid ſit in re ipsâ. c. eod. §.2. 386. Conſiſtit in actu, tum intellectus, tum voluntatis. ibid. 387. Ipſius exiſtentia eſt certa ex fide, at non eſt euidens lumine naturæ, niſi adiuto, aut excitato à lumine fidei. c eod.§.1.385

Prædeſtinatio quaſnam cauſas phyſicas habeat. t.1.l.5.c.3. 387

Prædeſtinatio quoad omnes ſuos effectus non habet pro cauſa morali aliquid ſe tenens ex parte prædeſtinati.l.eod.c.4.§.1.2.& 3. 404.406. & 410

Poteſt tamen habere in alia rerum ſerie, eod. §.3.411. & 4.413

Quoad ſuum initium, nec in intentione, nec in executione habet cauſam in prædeſtinato, habere tamen poteſt de poſſibili. eod. §.3. 411

Quoad eoſdem omnes effectus neque habet cauſam moralem ex parte alterius puri hominis à Prædeſtinato, at habere poteſt in alia rerum ſerie. t.1.l.5.c.4.§.4.414

Eſt quoad omnes huiuſmodi effectus ex meritis Chriſti. c.eod.§.5.415

Prædeſtinatio magis cadit ſub meritis in executione, quàm in intentione. ibid.416

Prædeſtinatio quoad electionem ad gloriam. Vide *Electio.*

Prædeſtinationis effectus quid. t.1.l.5.c.5.§.1.417

Quas conditiones requirat: Quomodo ſub ſe contineat res naturales. c.eod.ibid.
Quaſnam res naturales ſub ſe contineat, & quaſnam non. c.eod §.6 425
Sub ſe continet actus ſupernaturales electorum (quamuis probabiliter non omnes) etiam, vt ſunt à libero arbitrio. c.eod.§.5.423
Prædeſtinationis effectus non ſunt omnes æquè immediati. c.eod.§.3.420
Prædicamenta in quo ſenſu poſſint Deo attribui. t.1.l.1.c.6 § 6.85
Prædicata diuina in triplici potiſſimum claſſe ſunt. t.2.l.1.c.8.§ 34
Alia triplex claſſis eorumdem diuinorum prædicatorum. c.eod.§.8.549
Quænam diuina prædicata plurificentur ad pluralitatem relationum. c.eod.à.§.4.ad 8
Præmiſſa naturalis in diſcurſu Theologico eleuatur à præmiſſa de fide. Prol.c.2.§.2.& 3.20.21
Non ſic præmiſſa opinatiua eleuari poteſt, & roborari à præmiſſa certa. cod.§.4.20
Præmiſſa ſupernaturalis non neceſſariò infert concluſionem ſupernaturalem. cod.§.3.21
Præmium quando eſt etiam finis meritorum, intenditur ante merita. t.1.l.5.c.3.§.2.
Præſciri nomen cur ſpecialiter tribuatur Reprobo. t.1.l.5.c.6.389
Prima gratia. Vide *Gratia*.
Prima perſona diuina quomodo dici poſſit Pater, Principium, Initium, Auctor. Vide. *Pater, Principium, Initium, Auctor.*
Primum in vnoquoque genere eſt menſura ſui, & cæterorum; quomodo intelligatur. t.1.l.1.c.9. §.2.106
Principia in ſpeculatiuis, & finis in practicis non ſemper eodem modo ſe habent. Prol.c.2.§.3.23
Principiatum in diuinis ad intra in quo ſenſu admitti poſſit. t.2.l.2.c.2.§.2.573
Principium naturale non eſt illud ſolum, quod operatur vt determinatum ad vnum. t.2.l.3.c.1. §.5.651
Principium operationis triplex quod, quo remotum, & quo proximum. t.2.l.1.c.3.§.1.475
Principium quod non poteſt eſſe ſine principio quo. c.eod.§.2.476
Non poteſt habere principium quo pro ratione vltimò conſtitutiua. c.eod.§.6.483
Principium in diuinis per prius dicitur ad intra, quàm ad extra. t.2.l.2.c.2.§.2.574
Dicitur analogicè, non vniuocè: in aliquo ſenſu conuenit primæ Perſonæ perſonaliter, in aliquo non: conuenit ipſi tùm ad intra, tùm ad extra propriè: principium totius Trinitatis, totiuſque deitatis quomodo dicatur de eâdem primâ Perſonâ. ibid.573
Principium in diuinis ſub quacumque conſideratione eſt realiter vnicum. t.2.l.2.c.4.§.5 619
Priuatio in facto eſſe non ſuſcipit magis, & minùs. t.1.l.3.c.1.§.5.243
Proceſſio diuinarum Perſonarum quid. t.2.l.1.c.2. 464
Alia eſt actiua, alia paſſiua; illa rectè dicitur actio, non ſic iſta rectè dicitur paſſio. ibid.
Alia eſt æterna, alia temporalia. t.2.l.3.c.2.659
Proceſſio abſolutè prolata ſupponit ſimul pro proceſſione actiuâ, & paſſiuâ. t.2.l.3.c.2.§.1. ibid.
Proceſſiones diuinas eſſe veras, & reales conſtat certitudine fidei & euidentiâ ſcientiæ ſuppoſitâ conſubſtantialitate, & diſtinctione diuinarum Perſonarum. t.2.l.1.c.1.§.4.462
Ipſas eſſe duas conſtat etiam euidenter factâ aliqua ſuppoſitione. l.eod.c.2 §.1.466
Non ſuppoſitâ Trinitate vix poteſt naturæ lumine haberi probabilis notitia eiuſdem dualitatis, ſolum haberi poteſt euidentia negatiua. c.eod.§ 2.469
Proceſſionis diuinæ tùm actiuæ ab inuicem, tùm paſſiuæ ab inuicem, tùm actiuæ à paſſiuis quomodo diſtinguantur. c.eod.§.3.470
Proceſſiones diuinæ non ſunt immediatè, & proximè à natura; benè tamen mediatè, & remotè, quod vtrumque probatur multipliciter. t.2. l.1.c.3.§.1.473
Sunt immediatè, & proximè ab intellectu, & voluntate. c.eod.§.2.475
Imò etiam ab intellectione, & volitione c.eod. §.3.477
Loquendo tùm de intellectu, & voluntate; tùm de intellectione & volitione notionalibus, non purè eſſentialibus. c.eod.§ 4.479
Requirunt ex parte principij quo relationem tanquàm puram conditionem. c.eod.§.6.483.
Contentæ ſunt principio quo virtualiter diſtincto à termino producto. c.eod.§.7.485
Proceſſio Verbi, & Proceſſio Spiritus ſancti differunt multipliciter. t.2.l.1.c.4.§.10.507
Illa eſt propriè, ſtrictéque generatio, non iſta. c.eod.§.1.490.
Non poteſt id oſtendi ratione euidenti, benè tamen ratione Theologicâ ſufficienti. c.eod. §.2. 492.493. Quænam ſit talis ſufficiens ratio. c.eod.à §.3.ad 8.494.ad 502
Proceſſus infinitus dari non poteſt in finibus. t.1. l.1.c.1.§.1.41
Nec in efficientibus per ſe ordinatis. c.eod. §.3. 42. Quod admittatur in cauſis per accidens ordinatis non infirmat demonſtrationes exiſtentiæ Dei. ibid.43
Productio terminatur ad actualitatem rei. t.2. l.1. c.8.§.7. 547
Ex ſuo conceptu formali non importat tranſitum de non eſſe ad eſſe. t.1.l.2.c.7.§.1.98
Talem tamen tranſitum dicit omnis productio ad extra. c.eod.§.2.92
Productio realis ex ſuo conceptu formali non requirit realem diſtinctionem principij producentis à termino producto. t.2.l.1.c.3.§.7.486
Productionis perfectio non eſt metienda ex maiori diſtinctione termini. t.2.l.2.cap.2. §.2.574
Promiſſio ex ſe ſolum inducit obligationem fidelitatis. t.1.l.1.c.10.§.4.120
Promiſſio Dei eſt pura declaratio voluntatis ipſius. ibid.
Prophetæ cur dicantur videntes. t.2.l.3.cap.4.§.5. 690
Propoſitio per ſe nota ſecundùm ſe poteſt eſſe non per ſe nota ſecundùm nos; & propoſitio per ſe nota alia eſt talis ſecundùm ſe, & nos; alia ſecundùm ſe tantùm, alia ſecundùm nos tantum: Propoſitio eadem poteſt eſſe, & non eſſe per ſe nota ſub diuerſis terminis, vel reſpectu diuerſi intelligentis: propoſitionē per ſe notæ ſecundùm nos quomodo poſſit quis diſſentiri: propoſitio etiam in materia contingenti poteſt eſſe per ſe nota. t.1.l.1.c.1. §.1.37

Propoſitio de præſenti, vt ſit vera, requirit coexiſtentiam proferentis propoſitionem, & obiecti affirmati. t.1.l.1.c.9.§.4.112
Propoſitionum contradictoriarum regula quænam ſit. t.1.l.3.c.5 § 8.271
Propoſitiones contrariæ poſſunt eſſe ambæ ſimul falſæ. ibid. 272
Propoſitiones conditionales ſumi poſſunt dupliciter. t.1.l.3.c.4.180
Propoſitiones conditionales de futuro contingenti in vi illationis ſunt omnes falſæ.cap.eod.§.3. 286
Propoſitiones hypotheticæ ſub conditione impoſſibili æquiualent propoſitionibus cathegoricis. t.2.l.2.c.4 §.9.630
Propoſitum voluntatis non inducit obligationem. t.1.l.1.cap.10 §.4.120
Proprietates perſonales. Vide, *Perſonales proprietates.*
Prouidentia ex vi nominis idem eſt, ac præuidentia, ſeu pro aliquo videntia, ſeu procul videntia. t.1.l.5.c.1.375. Prouidentia quid in ſe ipſa, & quæ ipſius munera. c.eod.§.2.379. Quotuplex. c.eod.§.3.380.
Prouidentia eſt pars Prudentiæ: conſiſtit formaliter in actu intellectus ſimul, & voluntatis. t.1. l.5.c.1.§.2.377. Ille ſe habet ad prouidentiam, tanquam materia, iſte tanquam forma: quomodo poſſit vnus, vel alter principaliùs ad prouidentiam ſe habere. ibid.379. Quidnam ſit talis actus tum intellectus, tum voluntatis. cap.eod. §.3. 380
Prouidentia in rigore meliùs, quàm præuidentia, de Deo dicitur. t.1.l.1.c.9.§.5.114
Prouidentia Dei etiam circa vilia eſt de fide, & ſimul naturaliter euidens. t.1.l.5.c.1.§.1.376
Prouidentia Dei circa peccata eſt prouidentia permiſſionis non approbationis. ibid.377
Prouidentia Dei non eſt eadem irrationalium quæ rationalium. t.1.l.3.c.2.§.5.254
Prouidentia Dei quomodo differat à fato, & à diuina arte. t.1.l.5.c.1.§.3.380
Quomodo ſit in Deo neceſſaria. c.eod.§.4.381
Dei prouidentia ſupernaturalis eſt minùs neceſſaria, quàm prouidentia naturalis, nec eſt cum iſta eſſentialiter connexa. ibid.383
Dei prouidentia ſupernaturalis quæ diuerſa ſigna rationis admittat. t.1.l.5.c.6.§.6.439
Prouidentia Dei ad prædeſtinationem ſe habet, tùm vt genus, tùm vt totum, impropriè ſolum, non propriè. t.1. l.5. cap.1. §.5. 384

Q

QVæ ſunt eadem vni tertio eſſe eadem inter ſe eſt baſis artis ſyllogiſticæ. t.1. l.1.c.6. §.3.518
Quomodo intelligendum ſit, vt ſaluetur in diuinis: ipſius vis prouenit ex eo, quod de vno tertio nequeant verificari contradictoria: quæ identificantur vni tertio admittenti virtualem diſtinctionem poſſunt ab inuicem realiter diſtingui, at non eſt neceſſe, quod realiter diſtinguantur. ibid.520
Duo relatiua potiùs, quàm duo abſoluta poſſunt identificari in tertio abſque eo quod identificentur inter ſe. ibid.519. & c.7.§.4. 533
Quæ ſunt in inferioribus diſperſa eſſe in ſuperioribus vnita quomodo intelligatur. t.1. l.3. c.5. §.1.p...
Qualitas non operatiua phyſicè eſt operatiua intentionaliter. t.1.l.2.c.2.§.3.158
Quantitas quomodo poſſit eſſe menſura ſubſtantiæ. t.1.l.1.c.9.§ 2.107
Quaternitas rerum in diuinis quomodo ſit damnata. t.1.l.1.c.3.§.2.55 & t.2.l.2.c.6.§.1.516
Qui eſt eſt: Non eſt propoſitio per ſe nota. t.1.l.1. c.1.§.1.37
Quicumque intelligit ea hoc ipſo quod intelligit procedit aliquid intra ipſum & quomodo explicetur. t.1.l.2.c.8.§.5.157

R

RAtio fundandi vnam relationem eſt ratio terminandi oppoſitam, quomodo intelligatur. t.2.l.1. c.5.§.4. 515
Relatio dicit tum in, tum ad, ſiuè deindè ſit in inhærentiæ, ſiue in inexiſtentiæ. t.2.l.1.c.5.508
Debet eſſentialiter eſſe ad alium, non ad aliud. c.eod. §. 1.510. Vt ſit relatio realis quid requirat. t.2.l.1.c.7.§.3.531
Relatio etiamſi ſit complexum ex fundamento, & termino, quomodo poſſit videri non viſo termino. t.1.l.2.c.4.§.5.188
Relatio conſurgit poſito fundamento, & termino, quomodo intelligatur. t.2.l.1.c.5.§.4. 515
Relatio non poteſt eſſe fundamentum alterius relationis quomodo verificetur. l.eod.c.7.§.3.531
Relatio prædicamentalis, & relatio tranſcendentalis habent tria diſcrimina. t.2.l.1.c.5.509
Diſcrimen potiſſimum, & ſolenne. l.2. c.1.§.6. 560
Relatio tranſcendentalis non requirit rationem fundandi. t.2.l.2.c.1.§.7.561
Malè dicitur relatio ſecundùm dici. t.2.l.1.c.5. §.3.513
Relationes non poſſe in diuinis prædicari quomodo intelligatur. t.2.l.1.c.5.§.1.509
Relatio realis fundata in menſurâ, & menſurato dari non poteſt in diuinis ad intra. t. 2. l.1. c.1.§.4. 474
Relationes Dei ad creaturas ponuntur reales à complexiſtis t.2 l.1.c.5.508.& l.2.c.2.§.2.575
Relatio in diuinis non eſt principium neque adæquatum, neque inadæquatum diuinarum proceſſionum, ſed ſe tenet ex parte principij quo tanquam mera conditio. t.2.l.1.c.3 § 6 483 484
Relationis productio in diuinis eſt per ſe ipſam communicatio entitatis abſolutæ. c.eod.§.8. 489
Relationes reales verè dantur in diuinis ad intra. t.2.l.1.c.5.§.1.509.
Sunt reales etiam ſecundùm *ad*: quod ſecundùm *ad* habeant, non verò explicent realitatem, multum habet quæſtionis de nomine. c.eod.§.2.510
Sunt tùm tranſcendentales, tùm prædicamentales c.eod.§.3.512
Sunt ad terminum, vt formaliter relatiuum. c.eod.§.4.514. Sunt mutuæ. l.eod.c.7.§.1.527
Nec poteſt dari in diuinis ad intra relatio realis non mutua. c.eod §.3.530
Relationes reales originis in diuinis ſunt quatuor, ſunt ſcilicet duæ penes quamlibet proceſſionem. t.2.l.1.c.7.§.1.526

Huiuſmodi quatuor relationes non ſunt quatuor res, quomodo id poſſit explicari; quomodo item relatio, & res relatiua non ſint ſynonyma. ibid. 527. & ſequentib.
Præter quatuor relationes originis non dantur in diuinis ad intra aliæ relationes reales. cap. eod § 3.529
Relationes diuinæ, quamuis realiter ab inuicem diſtinctæ, cur non componant. t.2.l.1.c.3.§.3.58.& c.6 §.5.83
Neque etiam mediatè, & in rectin. ibid.84
Quomodo diſtinguantur à diuina eſſentia. t.2.l.1.c.6.§.2.p.517.& 4.521.
Quomodo ſint de conceptu eſſentiæ. cap.eod. §.5.522
Relationes diuinæ quænam prædicata ſibi vindicent. tr.2.l.1.c.5.§.3.514
Debent includere omnem perfectionem generis relatiui. ibid.
Quod identicè ſumptæ dicant perfectionem, eſt omninò manifeſtum. t.2 l.1.c.8.534
Dicunt tamen etiam perfectionem ſumptæ formaliter vt contradiſtinctæ ab eſſentiâ: nec dicunt ſolum, verùm etiam explicant; nec item ſolùm dicunt arguitiuè, verùm etiam formaliter. c.eod.§ 1. 534. & ſequent.
Talis relatiua perfectio extenſiua eſt, non intenſiua: eſt diuerſæ rationis à perfectione attributorum. c.eod.§.2.537
Eſt perfectio ſimpliciter. c.eod.§.3.539
Non eſt vnica in tribus realiter diſtinctis relationibus, ſed ſicuti ſunt tres realiter diſtinctæ relationes, ita ſunt tres realiter diſtinctæ perfectiones. c.eod.§ 4.540
Relationes diuinæ realiter diſtinctæ, ſicuti dicunt realiter diſtinctas perfectiones, ſeu bonitates, Ita & vnitates, veritates, intelligibilitates, viſibilitates, incomprehenſibilitates: item tres res, tria entia, tres rationes actus puri. t.2. l.1.c.8. §.5.544
Tres infinitates. c.eod §.6.545
Tres exiſtentias, aut potius actualitates, tres quidditates, tres rationes increati. c.eod. §.7. 545.& ſequent.
Tres poſitiuas rationes ſubſiſtendi, non præcisè, tres incommunicabilitates. t.2.l.2.c.1.§ 8.563
Dicunt inſuper in aliquo legitimo ſenſu tres æternitates, & tres immenſitates; nullatenùs tres diuinitates. t.2.l.1.c.8.§.8.548
Relationes diuinæ ſumptæ, vt tranſcendentales, conſtituunt diuinas perſonas. t.2.l.2.c.1.§.7.560
Sumptæ ſecundùm ad eaſdem diſtinguunt. t.2. l.1.c 5.§ 2.510
Vt conſtitutiuæ diuinarum perſonarum poſſunt concedi indiſtinctæ ab originibus, meliùs tamen aſſignantur ab originibus diſtinctæ, & iiſdem virtualiter priores. t.2.l.2.c.1. §.7.561
Relationem ſolam in diuinis multiplicare perſonas, non ſolum de facto, verùm etiam ſimpliciter, & ex terminis verum eſt. t.2.l.2.c.4. §.10. 634
Relationes diuinæ formaliter acceptæ non exiſtunt per actualitatem eſſentiæ, & ſi per talem actualitatem exiſterent, perſonæ diuinæ eſſent entitates abſolutæ. t.2.l.1.c.8.§.7.547
Relationes diuinæ producuntur, vt exiſtentes, non vt conſtitutiuæ diuinarum Perſonarum: vt tranſcendentales producuntur primariò, vt prædicamentales ſecundariò, & hæc ſecundaria productio relationum prædicamentalium dici poteſt virtualis emanatio. t.2.l.2 c.1 §.7.562
Relationes diuinæ comparatæ ad eſſentiam non ſunt formaliter relationes. t.2.l.1.c.6 § 4.521
Non ſunt item formaliter relationes, relationes diſparatæ, comparatæ inter ſe. t.2.l.2.c.4.§.10 631
Relationes diſparatæ aliquæ ſunt purè tales, aliquæ dicunt radicalem oppoſitionem. t. 2.l.2. c.4.§.10.633. Relationes diſparatæ cur poſſint diſtinguere perſonas diuinas à creaturis, non perſonas diuinas ab inuicem. ib.632. Relationes diſparatas productas in diuinis non poſſe diſtinguere probabile eſt, at non eſt euidens; eſt verò euidens non poſſe diſtinguere relationes diſparatas improductas. t.2.l.1.c.1.§.4.463
Relatiua eſſe ſimul cognitione quomodo verificetur. t.1.l.2.c.4.§.5.188
Cur ſint ſimul cognitione, non dilectione. t.1. l.4.c.1.§.6.p...
Reprobatio ex vi nominis quid. t.1.l.5.c.6.430
Diuiditur in poſitiuam, & negatiuam. ibid.431
Reprobatio negatiua eſt pura negatio diuini actus: eſt prouidentia reductiuè, & impropriè. ibid.
Reprobatio poſitiua quid. t.1.l.5.c.6.§.1.ibid.
Habet de facto cauſam ex parte reprobi. c.eod. §.5.436
Et huiuſmodi cauſa eſt ſemper aliquod peccatum finale. c.eod.§.6.438
In alia rerum ſerie poſſet à Deo aliquo modo fieri antè præuiſa demerita. c.eod.§.2.432
Suppoſitâ tamen eleuatione creaturæ rationalis ad finem ſupernaturalem non poteſt Deus excludere à gloria ad oſtenſionem puram ſuæ iuſtitiæ antè præuiſa demerita. cap. eod. §.3.433
Reprobationis effectus quas conditiones requirant. t.1.l.5.cap.7.439
Omnes habent in reprobo cauſam. c. eod. §.4. 446. Quænam res, tùm naturales, tùm ſupernaturales poſſint inter tales effectus recenſeri. ib.
Reprobi variè nominantur in ſcripturis: cur ſpecialiter dicantur præſciti. t.1.l.5.c.6.430
Fuerunt excluſi omnes à gloria in eodem ſigno. cap.eod. §.6. 439
At non in eo ipſo ſigno, in quo prædeſtinati fuerunt ad gloriam electi. ibid.
Reprobi habēt impotentiam ſalutis in ſenſu compoſito peccati finalis. t.1 l.5.cap.8.§.4.452
Reprobis quomodo omnia cooperentur in bonum. l.eod.c.7.§.4.446
Reproborum numerus. Vide. *Prædeſtinati.*
Reproductio in diuinis ad intra malè ſonat. t. 2. l.2.c.2.§.12.600
Reſpectus rationis non poteſt fingi ſine fundamento, & ſumi poteſt tum fundamentaliter, tum formaliter. t.3.l.4.c.1.§.6. 320

S

Sabellij error circa Myſterium Trinitatis. t. 2. l.1.c.1.§.1.458.& l.2.c.1.§.9.565
Sacra Scriptura quid: Cur dicatur Biblia, cur Inſtrumentum, cur Teſtamentum. Prol.c.3 §.2.27
Sacra Scriptura vtitur metaphoris, hyperbole, ironia, antiphraſi. Prol.c.3.§.3.32
In teſtamento veteri abundat ſenſibus allegoricis, in

in teſtamento nouæ ſenſibus moralibus. ibid. 31
Sacræ ſcripturæ obſcuritas plures habet vtilitates. ibid. 32
Sacræ ſcripturæ ſingula verba ſunt de facto immediatè, & ſingillatim dictata à Spiritu ſancto. Prol. c. 3. §. 2. 27
Singula habent ſenſum litteralem, & aliqua habent plures abſque eo quod talis pluralitas pariat æquiuocationem, non ſic ſingula habent ſenſum ſpiritualem. cap. eod. §. 3. p. 29. 30
Sacræ ſcripturæ ſenſus. Vide. *Senſus Sacræ Scripturæ.*
Sapientia dicitur, quaſi ſapida ſcientia: alia eſt talis in aliquo genere, alia eſt talis ſimpliciter: alia eſt donum Spiritus ſancti, alia eſt virtus intellectus. Prol. c. 2. §. 1. 16
Sapientia, quæ eſt virtus intellectus, quinque requirit conditiones: eſt ſpecies ſcientiæ. ibid. p. 17
Scientia qualem euidentiam requirat. Prol. c. 1. § 4. 5
Principaliùs importat certitudinem, quàm euidentiam: formaliſſimè accepta ſufficienter conſtituitur per certitudinem & diſcurſum. ibid. 6
Scientia non diuiditur per ſpeculatiuum, & practicum, tanquàm per differentias eſſentiales. Prol. c. 1. §. 5. 6
Non omnis ſcientia de obiecto factibili eſt practica. t. 1. l. 3. c. 6. §. 3. 309
Scientia ſubalternata alia propriam, alia impropriam ſubalternationem habet: illa tres conditiones requirit: ſcientiæ ſubalternatæ obiectum cur debeat ſolùm accidentaliter differre ab obiecto ſcientiæ ſubalternantis. Prol. c. 1. §. 6. 9. & ſequen.
Scientia in quo ſenſu non debeat demonſtrare exiſtentiam ſui obiecti. t. 1. l. 1. c. 1. 36
Scientia, vt ſcientia cauſat directiuè tantum. t. 1. l. 3. c. 5. §. 1. 293
Scientia Dei idem eſt, ac omniſcientia. t. 1. l. 3. c. 2. 245
Melius exponitur comparatiuè ad futura, quàm comparatiuè ad præſentia, aut præterita. l. eod. c. 3. 267
Minùs propriè dicitur præſcientia. c. eod. §. 6. 280
Eſt ſcientia formaliter, & propriè, idque conſtat certitudine fidei, & naturali euidentiâ. t. 1. l. 3. c. 1. §. 4. 239
Non efficaciter probatur ex immaterialitate. c. eod. §. 5. 240
Scientia Dei non habet formalem rationem habitus. t. 1. l. 3. c. 1. §. 6. 258
Non poteſt eſſe formaliter reflexa l. eod. c. 2. §. 1. 247. & 6. 245
Eſt aliquo modo præciſiua. c. eod. §. 4. 253
Ex eo, quod vilia cognoſcat, non vileſcit. c. eod. §. 5. 254
Continet rerum omnium Ideas. t. 1. l. 3. c. 5. §. 2. 301
Hocque verificatur de ſcientia ſimplicis intelligentiæ. ibid.
Scientia Dei in Deo ipſo attingendo non habet pro obiecto motiuo ſolam diuinam eſſentiam, nec eandem ſolam habet pro obiecto primario, ſed omnia diuina prædicata. t. 1. l. 3. c. 2. §. 2. 248
Attingit Deum comprehenſiuè. cap. eod. §. 1. 247
Attingit ipſum in ſeipſo, & per ſe ipſum. c. eod. §. 2. 250
In creaturis, & ex creaturis. c. eod. §. 3. ibid.
Vnum diuinum prædicatum in alio, & ex alio. c. eod. §. 4. 253
Scientia Dei attingit omnia poſſibilia diſtinctè, & in particulari. t. 1. l. 3. c. 2. §. 5. 253
Attingit ipſa in ipſo Deo multipliciter. c. eod. §. 6. & 7. 259. & l. 2. c. 5. §. 1. 191
Attingit eadem in ſe ipſis. t. 1. l. 3. c. 2. §. 8. 259
Aliqua item in aliis, aliqua ex aliis. c. eod. §. 10. 263
Attingit quoque impoſſibilia, & non intra, & quomodo. c. eod. §. 11. 264
Attingit mala in bonitate creatâ. ibid. 267
Dicitur in ordine ad mala ſcientia reprobationis, & ſcientiâ approbationis Deus mala neſcit. c. eod. §. 5. 254
Vtrùm cognoſcat Deus, vel etiam faciat, entia rationis, quæſtio eſt de nomine c. eod. §. 11. 267
Scientia Dei circa futura qualis. Vide. *Futura.*
Scientia Dei quaſnam habeat proprietates. t. 1. l. 3. c. 5. per totum. p. 292. & ſeqq.
Scientia Dei eſt cauſatiua rerum directiuè tantum, non executiuè. c. eod. §. 1. 293
Talis ſcientia rerum cauſatiua eſt ſimplex intelligentia, non viſio, & dici poteſt ſcientia approbationis. ibid. 295
Scientia Dei diuiditur adæquatè in ſimplicem intelligentiam, & viſionem. t. 1. l. 3. cap. 6. §. 1. 305.
Scientia approbationis eſt ſub diuiſâ ratione membrum, tùm ſimplicis intelligentiæ, tùm viſionis: ſimplex intelligentia, & viſio cur ita denominentur, quodnam obiectum habeant. ibid.
Simplex intelligentia in Deo tripliciter ſumitur, quomodo ſit ſcientia neceſſaria, & rerum non exiſtentium. t. 1. l. 3. c. 5. §. 1. 297
Scientia Dei diuiditur etiam adæquatè in neceſſariam & liberam: quodnam obiectum vtraque hæc ſcientia habent, & quomodo nec illa cum ſimplici intelligentia, nec iſta cum viſione coincidat. t. 1. l. 3. c. 6. §. 2. 306
Scientia libera meliùs dicitur de obiecto libero, quàm libera, quomodo ſit inuariabilis, & attingat variabilia inuariabiliter. l. eod. c. 5. §. 3. 302. & 303
Quomodo differat à ſcientiâ neceſſariâ: non eſt ſecundùm ſe ipſam fœcunda fœcunditate diuerſâ à fœcunditate ſcientiæ neceſſariæ. t. 2. l. 2. c. 3. §. 12. 601
Scientia Dei diuiditur inſuper in ſpeculatiuam, & practicam: intuitiuam, & abſtractiuam: approbationis, & ſimplicis notitiæ: naturalem, & ſupernaturalem. t. 1. l. 3. c. 6. §. 3. & 4. p. 307. & ſeqq.
Scientia media laudem habet etiam ex nomine: non ſignificat præciſè ſcientiam conditionatorum. t. 1. l. 3. c. 4. 281
Non poteſt conciliari cum prædeterminationibus. c. eod. §. 4. 287
Impugnatur quatuor potiſſimùm modis c. eod. §. 5. 288
Secundæ perſonæ diuinæ potiſſima nomina ſunt filius, Imago, Verbum. t. 2. l. 2. c. 3. 581

Vide *Filius*. Vide *Imago*. Vide *Verbum*.
Senſus ſacræ ſcripturæ quid, & quotuplex. Prol. c.3.§.3.28
Senſus accommodatitius non eſt verus ſenſus ſacræ Scripturæ: eſt cautè vſurpandus. ibid.29
Non habet propriam rationem loci theologici. c.eod. §.4.33
Senſus litteralis ſacræ Scripturæ quis, & quotuplex. Prol.c.3.§.3.29
Magis inſeruit Theologiæ, quàm ſenſus ſpiritualis, iſte tamen etiam inſeruit, c.eod.§.4.32
Senſus ſpiritualis ſacræ ſcripturæ, quis & quotuplex. Prol.c.3.§.3.31
Aliquis, non quilibet ſpiritualis ſenſus, ſacris ſcriptoribus innotuit. ibid.
Senſus ſpiritualis, & litteralis quoad maiorem, minoremuè præſtantiam ſe habent, vt excedens, & exceſſum. ibid.32
Senſus compoſiti, & ſenſus diuiſi legitima explicatio. t.1.l.4.c.6.§.3.368
Separabilitas eſſentialiter omninò infert realem diſtinctionem. t.1.l.4.c.1.§.5.319
Non è contrà realis diſtinctio eſſentialiter infert ſeparabilitatem. t.1.l.1.c.6.§.2. & §.80. & 83
Sermo in aliquo legitimo ſenſu dici poteſt de ſecunda perſona diuina, at non tam conuenienter, quàm Verbum: meliùs dicitur de ſecùnda perſonâ diuinâ incarnatâ, quàm de eadem ſecundùm ſe. t.2.l.2.c.3. §.7.590.591
Si non es prædeſtinatus fac, vt prædeſtineris: quomodo habeatur ex D. Auguſtino. t.1.l.5.c.8.§.5.453
Similitudo æqualitatis eſt eſſentialiter mutua, non ſic ſimilitudo eminentiæ.t.1.l.3.c.2.§.6.257
Similitudo in diuinis ad intra eſt ſimilitudo realis, at non eſt relatio realis. t.2.l.1.c.7.§.3.589
Similitudo naturæ requiſita ad generationem quomodo ſaluetur in diuinis cum numericâ naturæ identitate. t.2.l.1.c.4.§.1.491
Talis ſimilitudo non eſt ſimilitudo naturæ, vt contradiſtinctæ ab eſſentiâ. c.eod.§.6.500
Qualiſnam ſit. c.eod.§.7.501
Debet conuenire termino genito formaliter, & ex vi generationis, nec per hoc aliquid additur communi definitioni generationis viuentium. c.eod.§.9.505
Simplex apprehenſio in aliquo ſenſu admitti poteſt in Deo. t.1.l.3.c.5.§.4.304
Simplicitas ex conceptu ſuo vniuerſaliſſimo eſt minùs perfecta, quàm compoſitio. t.1.l.1.c.6.§.5.84. Simplicitas excludens compoſitionem rationis ratiocinatæ eſt imperfecta c.eod.§.9.89
Simplicitas Dei quam compoſitionem excludat. t.1.l.1.c.6.per totum.77
Singularis: quomodo vſurpari poſſet in diuinis. t.2.l.3.c.3.§.5.703
Solitudo in Deo non datur. ibid.701
Solus: quomodo vſurpari poſſit in diuinis: quomodo immobilitet terminum, cui adiungitur. ib.
Somnus moderatus confert ad ſuſcipiendas reuelationes. t.1.l.2.c.1.§.7.143
Spatium triplex, creatum, increatum, imaginarium. t.1.l.1.c.8.§.5.100
Spatium imaginarium non eſt fictum per imaginationem: non eſt pura negatio. ibid.101
Quomodo Deus ſit in ſpatiis imaginariis loci. ibid. 102
Exiſtentia Dei in ſpatiis imaginariis non eſt confundenda cum exiſtentia Dei extra mundum. ibid.
Spes in quo ſenſu dicatur certa. t.1.l.1.c.2.§.2..
Spes non datur in Deo. t.1.l.4.c.4.§.4.349
Species intelligibilis alia dici poteſt obiectiua, alia ſubiectiua. t.1.l.2.c.2.§.5.158
Ex genere ſuo nullam dicit imperfectionem. c.eod.§.1.146
Non importat eſſentialiter eſſe incognitum. c.1.l.3.c.2.§.6.258
Eſt virtualis, non formalis repræſentatio obiecti. t.1.l.2.c.2.§.2.149
Ponitur propter obiecti, aut abſentiam, aut improportionem. c.eod.§.4.154
Aut libertatem. c.eod.§.5.156
Se tenet ex parte potentiæ in eſſendo, non in operando. t.1.l.2.c.3.§.5.160
Vt forma intelligibilis prærequirit in ſubiecto aliquid, quod non prærequirit vt forma phyſica. ibid.162
Species expreſſa multipliciter ſumitur.t.1.l.2.c.2.§.5.155. Non poteſt eſſe medium cognitum, & in quo: reſpectu viſionis Dei eadem eſt ratio de ipſa, ac de ſpecie impreſſa. ibid.156. Imò faciliùs ipſa, quàm impreſſa admitti poteſt. c.eod. §.2.151
Species impreſſa de facto ſolet eſſe cauſa principalis cognitionis; poteſt tamen etiam eſſe cauſa inſtrumentalis. ibid.
Species impreſſa Dei eſt poſſibilis. ibid.
At non datur de facto. c.eod. §.4.154
Species infiniti, vel infinitorum obiectorum non eſt neceſſe, quod ſit infinita. t.1.l.2.c.5.§.8. 207
Vndè talis ſpecies limitetur.t.1.l.2.c.2. §.2.151
Species intuitiua poteſt eſſe non comprehenſiua obiecti, & non repræſentatiua ipſius, vt eſt adæquatè. ibid.150
Species materialis non poteſt repræſentare obiectum ſpirituale. c.1.l.2.c.8.§.3.252
Specifica diuerſitas inferatne ſemper inæqualitatem controuerſum eſt. t.2.l.1.c.8. §.4.542
Spiratio actiua non diſtinguitur realiter à paternitate, & filiatione: eſt paternitati, & filiationi communis: ſe habet ad vtramque, vt prædicatum abſolutum. t.2.l.1.c.7.§.4.532
Ipſa, & paternitas ipſa, & filiatio non ſunt duæ res. c.eod. §.2.528
Non ſunt item duæ perfectiones. l.eod.c.8. §.4. 542
Spiratio actiua ita eſt relatio, vt participet etiam conditionem attributi: eſt ſubſiſtens ſubſiſtentiâ abſolutâ eſſentiæ: non poteſt conſtituere quid vnum cum eſſentia. t.2.l.2.c.4.§.6.620
Spiratio paſſiua, & filiatio de facto radicaliter opponuntur; ſecùs in hypotheſi, qua Spiritus ſanctus non procederet à filio. t.2.l.2.c.4.§.9.630
Spiratiua virtus ratione ſui non eſt priùs origine in Patre, quàm in filio. t.2.l.2. cap.4. §.7.624
In ſolo Patre, aut in ſolo filio, non eſt tota totalitate conditionis. cap. eod. §.8. 627
Spirator in diuinis eſt vnus, ſpirantes duo. t.2.l.2.c.4. §.5.618
Spirator, & auctor ſpiritus ſancti, in quo differant. ibid.
Spirator in diuinis pro quo ſupponat. t.2.l.2.c.4. §.6.621
Eſt potiùs indiuiduum naturæ, quam perſonæ: connotat

Digitized by Google

connotat indiſtinctè, & indeterminatè duas Perſonas. ibid.621.622
Spiritus ex primæua nomiois impoſitione quid ſignificet. t.2.l.2.c.4.§.3.612
Spiritui repugnat compoſitio integralis. t. 1. l.1. c.6. §.2. 79
Spiritus Sanctus eſt nomen complexum: in aliquo ſenſu dicitur de tertia Perſona diuina propriè, in aliquo appropriatè,t.2.l.2.c.4.§.3.611
Cur dicatur digitus paternæ dexteræ, eod. c.4.
quomodo poſſit ab hominibus donari, t.2. l.3.c.2.§.7.p....
Spiritus ſanctus in aliquo ſenſu procedit magis voluntariè, quàm filius. t.2. l.3. cap. 2. §.6. 672
In quonam ſenſu à Scoto, & Scotiſtis ipſius proceſſio ponatur libera. c.eod.§.5.650
Quomodo Spiritus ſanctus, & Verbum in diuinis diuerſimodè procedant in ſimilitudinem naturæ. t.1.l.1.c.4.§.9.502
Spiritum ſanctum procedere à Patre, & Filio,eſt dogma fidei, & ipſius proceſſio à filio ſpecialiter probatur ex Patribus, etiam Græcis. t.2.l.2.c.4.§.4.615
Procedit autem à Patre, & Filio tanquam ab vnico principio,item tanquam ab vnico ſpiratore. c.eod.§.5.617.618
Procedit ab vtroque æquè immediatè, & æquè principaliter: eſt à Patre etiam mediatè, & dici poteſt procedere à Patre per filium, non à filio per Patrem. c.eod.§.7. 622. & ſeqq.
Opponitur Patri tripliciter: à Patre diſtinguitur duplici titulo; & à Patre realiter diſtingueretur etiamſi ab ipſo non procederet, ſed à ſolo filio. t.2.l.2.c.4.§.12. 638
Spiritus ſanctus vt talis, qualis de facto eſt, eſt terminus amoris mutui, & petit eſſe à duabus Perſonis: magis per ſe requirit ex parte principij dualitatem, quàm creaturæ Trinitatem Perſonarum. t.2.l.2.c.4.§.8.625
Spiritus ſanctus, qui de facto eſt, ſeipſo diligit Patrem, & Filium eſſentialiter tamen, non notionaliter. t.2.l.2.c.4.§.13.641
Procedit formaliter ex dilectione omnium,quæ ſunt in Deo formaliter: item ex dilectione poſſibilium; at non ex dilectione futurorum. c.eod.§.14.642
Spiritus ſanctus non diſtingueretur realiter à filio,ſi à filio non procederet. c. eod.§.10.630
Spiritus ſanctus qui à filio procederet, non à Patre; aut à Patre non à filio, eſſet diuerſus ab eo, qui nunc eſt; nec poteſt in tali caſu ſupponi idem Spiritus ſanctus, qui nunc eſt, niſi reddendo quæſtionem inutilem. c. eod. §. 9. & 12. 629. & 637
Spiritus ſanctus formaliſſimè acceptus, diuerſuſque ab eo, qui nunc eſt, non petit eſſe à duabus Perſonis; nec petit eſſe terminus amoris mutui. t.2.l.2.c.4.§.8.627
Poſſet procedere ex dilectione, aut ſolius eſſentiæ; & primæ, ac ſecundæ Perſonæ, non poſſibilium. c.eod.§.14.642
Subſiſtens appellat totum, non partem, t.2. l.3. c.3.§.3. 678
Subſiſtentia quidnam importet in ſuo proprio conceptu: quomodo differat à ſuppoſito, & Perſonâ. t.2.l.2.c.1.§.9. 566
Secundùm D.Thomam oritur à prædicatis indiuidualibus, non à ſpecificis: ſumi poteſt vel radicaliter, & originatiuè; vel formaliter, & terminatiuè. t.1.l.1.c.6.§.3.82
Qua ratione iuxta eundem D.Thomam videatur non diſtingui à natura in rebus immaterialibus. ibid. 81
Subſiſtentia vniuerſaliſſimè accepta diuiditur in abſolutam, & relatiuam. t.2.l.2.c.1.§.8.564
Subſiſtentiæ abſolutæ in diuinis non poteſt immediatè aduenire incommunicabilitas. ibid. 563
Subſiſtentia abſoluta conſtituens Perſonam, aut Semiperſonam, admitti non poteſt in diuinis: benè tamen admittenda eſt ſubſiſtentia abſoluta, qua conſtituatur ſubſiſtens diuina eſſentia. t.2.l.2.c.1.§.9. 565.& 566
Subſiſtentia abſoluta, & ſubſiſtentiæ relatiuæ in diuinis ſe habent, vt excedens, & exceſſum: & ſimpliciter potiùs exceditur ſubſiſtentia abſoluta. c.eod.§.10. 570
Subſiſtentia communicabilis nec eſt idem, quod Perſona, nec eſt contra, aut præter mentem Conciliorum, & Patrum. c.eod.§.9.568
Subſiſtentia eſſentialiter fluit à natura, cuius eſt per ſe ſubſiſtentia. t.1.l.2.c.3.§.7.180
Subſiſtentia creata ſupernaturalis eſt impoſſibilis, ibid. 179
Subſiſtentia Verbi cur non requirat diſpoſitionem ſupernaturalem in humanitate. c.eod.§.2. 262
Subſtantia creata ſupernaturalis nullatenùs dari poteſt: ſi dari poſſet, daretur de facto. t.1.l.2. c.3.§.6.173
Si daretur de facto, ei foret, & non foret connaturalis viſio Dei. ibid.176
Poſſet condignè mereri vnionem hypoſtaticam. c.eod.§.7.178
Subſtantia creata ſupernaturalis aſſerenda eſt impoſſibilis, etſi talis non demonſtraretur.c.eod.§. §.6. 174
Extendenda eſt talis impoſſibilitas ad ſubſtantiam etiam incompletam. c.eod.§.7.177
Subſtantiua non multiplicantur, niſi multiplicetur forma. t.2 l.2.c.4 §.5 617
Summa Theologica D. Thomæ fœliciſſimâ circuitione à Deo in Deum deſinit. P.iol.c.1.§.2.3
Superius in aliquo genere non neceſſariò continet quamlibet perfectionem cuiuſlibet inferioris. t.1.l.2.c.1.§.3. 133
Supernaturale, & naturale in Deo non conſtituunt duos ordines, ſicut in nobis. t.2.l.3.c.4. §.2. 684
Supernaturale, & naturale ſunt ſubordinata: ſpirituale, & materiale ſunt diſparata. t.1. l.2.c.8. §.4.232
Supernaturalitas, quæ de facto datur, eſt ſuprema, nec admittit ſupernaturalitatem ſuperiorem. t.1.l.2.c.3.§.6.174
Supernaturalitas alicuius rei non ſufficienter infert non poſſe ipſius exiſtentiam naturæ lumine demonſtrari. t.2.l.3.c.4.§.2.682
Supernaturalitas quandonam inferatur ex connexione cum prædicatis Dei propriis. ibid.683
Supernaturalitas formæ non ſufficienter infert aliquid præuium ſupernaturale ex parte ſubiecti, licet ſupernaturalitas effectus inferat aliquid præuium ſupernaturale ex parte principij, & eur. t.1.l.2.c.3.§.2.168
Suppoſitio confuſa quid ſit ſecundùm Logicos.t.2. l.2.c.4.§.6. 622

T

Tanquam non ſemper vſurpatur diminotiuè. t.2.l.2. c.4.§.5.617

Termini per ſe noti ſecundùm nos quinam ſint. t.1.l.1.c.1.§.1.37

Ternarij numeri perfectio, & dignitas. t.2.l.2. 551

Tertiæ perſonæ diuinæ tria ſunt potiſſima nomina Spiritus ſanctus, Amor, donum. Vide *Spiritus ſanctus*. Vide *Amor*. Vide *Donum*. Reſpectu tertiæ Perſonæ diuinæ maior eſt penuria vocabulorum, quàm reſpectu aliarum. t.2.l.2. c.4. 606

Theologia quid ſit ſecundùm Græcam nominis etymologiam. Prol.c.1. 1

Quomodo differat à ſacra Scriptura. c.eod. §.1. 2.

Et à Sacrâ doctrinâ. c.eod.§.8. 14. & c.2.§.5. 25

Vniuerſaliſſimè diuiditur in naturalem, ſupernaturalem, & mixtam; & quodlibet ex his membris ſubdiuiditur, &c. Prol. c.1.§.1. p.2

Theologia qualem methodum habeat ſecundùm Magiſtrum ſententiarum; qualem item ſecundùm S.Doctorem. c.eod.§.2. 2.3

Theologiæ methodus ſcholaſtica eſt vtiliſſima. c. eod. §.4. 4

Theologia fuit ſemper eadem quoad ſubſtantiam, & cum mundo originem ſortita eſt ſuam. Prol. c.2.§.4. 23

In lege naturæ, & ſcriptâ, fuit valdè imperfecta. c.eod.§.5. 24

Theologia ſcholaſtica, ſeu methodica quid. Prol. c.1.§.3. 4

Eſt ſimpliciter Sapientia ſumpta prò virtute. c.2.§.2. 15

Rectè dicitur Theoſophia: eſt Architectonicè Prudentia. ibid.17

Eſt verè, proprieque ſcientia; & perfectior qualibet ſcientiâ naturali. Prol.c.1.§.4.5

Quomodo item ſit qualibet ſcientiâ naturali certior. c.2.§.2. 21

Non eſt certior fide, & ſcientiâ beatâ. ibid. 20

Eſt ſpeculatiua, & practica formaliter: eſt magis ſpeculatiua, quàm practica. c.1. §.5. p.6

Non eſt habitus indiuiſibilis, nec qualitas ſimplex. ibid.8

Qualis ſit ipſius neceſſitas. c.2.§.5.24

Theologia noſtra de facto non eſt ſimpliciter ſupernaturalis, poteſt tamen eſſe talis de potentiâ abſolutâ. Prol.c.2.§.3.21

Non ſubalternatur propriè aut Theologiæ beatæ, aut alieni ſcientiæ naturali. c.1.§.6.9

Non niſi materialiter accepta perſeuerat in Patria cum Theologia beata. ibid.10

Formaliter verò, nec in beatis, nec in damnatis permanet, benè tamen in animabus Purgatorij. c.eod.§.9. 15

Theologia etiam ſymbolica eſt argumentatiua, non tamen per ſe loquendo in ordine ad probanda ſua principia: eſt item adhæſiua, & defenſiua. Prol. c.3.§.4.34

Theologica concluſio neceſſariò requirit alteram ſaltem præmiſſam, quæ ſit de fide aut proximè, aut remotè. Prol.c.1.§.7. 12

Non poteſt deduci ex vnâ præmiſſa probabili, nec ex vna præmiſsâ falsâ putata verâ. c.eod. §.8. 14

Nec ex principio fidei non credito fide diuinâ. c.eod. §.9. ibid.

Theologica eſt concluſio reſpectu cuius reuelentur non ſolum vtraque præmiſſis, ſed etiam bonitas conſequentiæ. c.eod.§.7.12

Theologus non debet vti eâdem libertate verborum, qua vtitur Philoſophus. t.2. l.3.c.5.697

Theologus euadens infidelis ſimilitudinariè ſolùm, & apparenter, remanet Theologus: in ipſo habitus Theologiæ de ſcientifico euadit operatiuus. Prol.c.1.§.9.15

Theologus Scholaſticus & moralis quomodo inter ſe differant. c.eod.§.5. 7

Timor in Deo non datur: addit ſupra fugam, & triſtitiam rationem ardui in obiecto. t.1.l.4.c.4. §.5. 349

Traditio Apoſtolica, ſeu ſacra quid. Prol.c.3.§.1. 26

Transcendentia, nec ab inuicem diſtinguuntur, nec inuicem componunt. t.1.l.1.c.3.§.6.64

Triſtitia non datur in Deo: eſt de malo proprio, vel amicorum apprehenſo, vt proprio. t.1.l.4. c.4. §.3. 348

Trinitas creata eſt naturæ lumine euidenter repugnans. t.2.l.3.c.4.§.4.688

Trinitas eſt vocabulum odibile hæreticis. t.2. l.3. c.5. 597

Non reperitur in Scriptura: habetur ex traditione Apoſtolicâ, nequit negari in diuinis ſine temeritate: eſt nomen quaſi collectiuum: eſt nomen compoſitum, & ſecundùm naturam nominum compoſitorum ſignificat: meliùs in diuinis vſurpatur ſecundùm proprietatem, quàm ſecundùm etymologiam. t.2.l.3. c.5.§.1.697. & 698

Trinitatis Myſterium in quo ſenſu ſit ſupernaturale. l.eod.c.4.§ 2.683

Nec eſt contra rationem naturalem, nec contra inclinationem creati intellectus. c.eod. §.1. 680

Nullatenùs innotuit antiquis Philoſophis gentilibus. c.eod.§ 3. 687

Trinitatis cognitio probabilis antè omnem diuinam reuelationem non poteſt haberi naturæ lumine: & intellectus creatus ad Trinitatem naturaliter excitatus, aut ſuſpenderet, aut negaret aſſenſum: ſuppoſitâ verò reuelatione poteſt haberi naturæ lumine Trinitatis probabilitas, etiam ab iis, quibus reuelatio facta non eſt. t.2.l.3.c.4.§.3. 686. & ſeq.

Trinitatis cognitio quiditatiua admitti aliqualiter poteſt in viatore. c.eod.§.7.692

At non per ſpeciem propriam ipſius Trinitatis. c. eod. §.8. 693

Tres Perſonalitates diuinæ, quamvis non tres Perſonæ diuinæ poſſunt à viatore per ſpeciem propriam cognoſci. ibid.695

Trinitatis euidentia negatiua, metaphyſicè loquendo, haberi poteſt naturæ lumine antè omnem reuelationem: moraliter tamen prærequirit reuelationem, vt excitantem, quamvis non vt adiuuantem lumen naturæ. t.2 l.3.c.4. §.1. 681

Talis negatiua euidentia maximè reperitur in vero Theologo. ibid.

Trinitatis

Trinitatis euidentia paſſiua nequit haberi naturæ lumine, idque eſt de fide. t.2.l.3.c.4.§.5.685
Talis euidentia neque etiam ex effectibus ſupernaturalibus conſideratis ſub præciſa ratione effectus, & ſecundùm connexionem, quam dicunt cum principio efficiente, erui poteſt. ibid. 683
Suppoſitâ reuelatione poteſt haberi euidentia ſcientifica Trinitatis per lumen naturæ adiutum, at non præciſè per lumen naturæ excitatum à lumine fidei. ibid.684
Poteſt item haberi à viatore euidentia abſtractiua Trinitatis in aliquo effectu ſupernaturali conſiderato, non ſecundùm præciſam rationem effectus. c.eod.§.6. 690
Probabiliter haberi poteſt talis euidentia ex quolibet dono quoad ſubſtantiam ſupernaturali, nec ex vnione hypoſtaticâ habetur magis, quàm ex quolibet alio ſupernaturali dono: habetur ex comprehenſione actuum ſupernaturalium habentium Trinitatem pro obiecto, non ſic ex comprehenſione actuum naturalium idem obiectum habentium. eod. §.6. 695
Trinitatis euidentia in atteſtante de facto fuit communicata ſoli primo Angelo: poteſt tamen ſupernaturaliter communicari cuilibet viatori. t.2.l.3.c.4.§.5.690
Trinitatis euidentia per lumen Theologicum medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ, de facto non datur: poteſt tamen in aliquo ſenſu concedi dabilis. c.eod.§.9.696
Trinus rectè dicitur de Deo: non eſt vocabulum adeò proprium diuinorum, ſicut Trinitas. t.2. l.3.c.5.§.2. 698
Triplex non poteſt de Deo dici, & cur: admitti poteſt quod dicatur de prædicatis diuinis Perſonalibus. ibid.

V

VBiquitas poteſt conuenire creaturæ per accidens, non per ſe. t.1.l.1.c.8.§.6.103
Vbiquiſtarum error. ibid.
Vbiquizatio quadruplex. ibid.
Venire diuinam Perſonam quid ſit. t.2.l.3.c.5. §.7. 673
Eſt prædicatum eſſentiale conueniens omnibus diuinis Perſonis. ibid.
Pater æternus venit in creaturam rationalem, ad quam filius, & Spiritus ſanctus mittuntur. c.eod.§.6.670
Verbi nomen latiùs vſurpatur ab Antiquis præſertim Græcis: aliquando ſignificat nutum, & imperium: in ſignificatione impropriâ multipliciter ſumitur. t.2.l.2.c.3.§.6.589
In ſignificatione etiam propriâ multiplex eſt. c.eod.§.5. 586
Verbum mentale eſt perfectius omni alio verbo, Quid ſit, & quas conditiones requirat. eod.§.5. 587
Debet produci ſimile obiecto Intellecto, non intellectioni. t.2.l.1.c.4.§.6. 500
Eſt ſolum imago obiecti, ex quo procedit, tanquam ex obiecto motiuo. t.2.l.2.c.3.§.13. 605
A Diuo Thoma vſurpatur ad ſignificandum medium in quo, à Diuis Auguſtino, & Anſelmo, ad ſignificandam ipſam cognitionem. t.1.l.2.c.5.§.5.157
Verbum mentale ſolum reperitur in diuinis ad intra. t.2.l.2.c.3.§.5.588
Dicitur propriè de ſecunda Perſona diuina, impropriè dici poteſt etiam de aliis Perſonis. c.eod.§.6. ibid.
Verbum mentale poteſt dici alicuius tripliciter. t.2.l.2.c.3.§.14. 606
Verbum diuinum ſumi poteſt tum adæquatè, tum formaliſſimè; ſub vtraque acceptione eſt comprehenſiuum, diuerſimodè tamen. t.2.l.2.c.3. §.8. 592
In aliquo ſenſu procedit ex cognitione ſolius diuinæ eſſentiæ, in aliquo ſenſu ex cognitione cuiuſcumque cognoſcibilis. ibid.
Verbum diuinum vt tale, quale de facto eſt, procedit formaliter ex cognitione attributorum, & Perſonarum. t.2.l.2.c.3.§.9. 592. & 593
Et quidem ex cognitione Perſonarum, etiam Spiritus ſancti, & ſui ipſius intuitiuâ. c.eod. §.10. 595
Procedit inſuper ex cognitione poſſibilium. c. eod.§.11. 596
Item futurorum conditionatorum neceſſariorum. c.eod.§.12. 599
Non ſic ex cognitione futurorum ſiue abſolutorum. eod.§.11. 598
Siue conditionatorum contingentium. eod. §.12. 601
Verbum diuinum liberum, & contingens ægrè admitti poteſt. t.2.l.2.c.3. §.15. 599
Verbum diuinum eſt propriè imago intentionalis ſolius Patris. §.13. 603
Idque tum ratione eſſentiæ, tum ratione proprietatis perſonalis. c.eod §.14.604
Habet realem reſpectum repræſentantis in ordine ad Patrem, & etiam in ordine ad poſſibilia; non ſic in ordine ad ſe, & Spiritum ſanctum. ibid.
Sub aliquâ ratione importat principaliùs abſolutum, ſub aliquâ aliâ principalius relatiuum. ibid.605
Verbum diuinum eſt verbum creaturæ, ſui ipſius, & Spiritus ſancti, at non à creatura, à ſeipſo, & à Spiritu ſancto. t.2. l.2.c.3. §.13.603
Eſt intentionaliter expreſſiuum ſui ipſius, Spiritus ſancti, & poſſibilium. c. eod.§.14.604
Quomodo ſit expreſſiuum futurorum. c.eod. §.15. 601
Verbum diuinum, & Spiritus ſanctus quomodo diuersâ ratione procedant in ſimilitudinem naturæ. t.2.l.1.c.4.§.9. 506
Verbum Incarnatum duplici miſſione miſſum eſt. t.2.l.3.c.2. §.5.670
Verbo incarnato ſanctius eſt Verbum ipſum diuinum ſecundùm ſe. t.1.l.1.c.5.§.3.74
Verum in mente, bonum in rebus, cur. t.2.l.1. c.4.§.8. 502
Vindicta facta auctoritate publicâ ſpectat aliquo modo ad iuſtitiam commutatiuam: facta auctoritate priuatâ ad eandem ſpectare poteſt obiectiuè. t.1.l.1.c.10.§.6.156
Virgo Deipara habuit per certa temporis interualla viſionem Dei in via. t.1.l.5.c.1 §.7.144
Virtus intellectualis debet inclinare ad verum; at non eſt neceſſe, quod inclinet ad ipſum attingendum euidenter. Prol.c.1.§.4. 5
Virtus intrinſeca, & virtus conueniens ab intrinſeco diuerſæ ſunt. t.1.l.2.c.3.§.5. 178

Virtualis

Virtualis diſtinctio. Vide *Diſtinctio virtualis.*
Viſio aliquando ſumitur pro omni cognitione clarâ, & diſtinctâ, etiam non intuitiua. t.1. l.2.c.5.§.5. 200
Viſio beata, ſeu viſio intellectualis Dei quid. t.1. l.2.c.1.129
Ipſius poſſibilitas eſt de fide. c.eod.§.1.ibid.
Item exiſtentia. c.eod.§.2.130
Lumine naturæ puro conſtat ſolùm euidenter negatiuè; lumine naturæ adiuuato, vel excitato à lumine fidei conſtat etiam euidenter poſitiuè. c.eod.§.3.131.132
Viſio Dei nec conuenit, nec conuenire poteſt naturæ viribus creato intellectui. c. eod. §.4. 135
Id non oritur ex dependentiâ intellectus à ſenſibus, nec ex libertate præſentiæ obiectiuæ Dei, ſed ex inferioritate modi eſſendi creati intellectus. c.eod.§.5.136
Non terminat appetitum innatum creaturæ, benè tamen appetitum naturalem elicitum inefficacem, & in aliquo ſenſu etiam efficacem. c.eod.§.6.140
Viſio Dei non eſt infinita ex eo, quod attingat infinitum, vel infinita. t.1.l.2.c.4.§.3.185
Eſt perfectior qualibet comprehenſione creaturæ. l.eod. c.3.§ 6.176
Poteſt videri non viſo Deo. t.2. l.3. c.4. § 6. 691
Non poteſt eadem viſio attingere modo plura, modo pauciora obiecta. t.1.l.2.c.5.§.1.193
Quænam obiecta attingat. Vide *Beati.*
Viſio Dei in quolibet beato, non eſt certum, quod eadem numero ſit futura æterna. t.1.l.1. c.7.§.2.93
Ei ſpecialiter conuenit æternitas participata. l.eod.c.9.§.3.108. & l.2.c.5.§.1. 193
Cur dicatur vita æterna. §.eod.1. ibid.
Viſio attingens propriam durationem æternam quomodo ſit deſtruibilis. t.1.l.2.c.5.§.10.209
Viſio Dei communicabilis eſt homini in hac vita, at non communicatur de potentiâ ordinariâ: & vtrùm in hac potentiâ ordinariâ fuerit aliquando diſpenſatum probabilius eſt, quod non, vel ad ſummum problematicum exceptâ Deiparâ ſi in hac vita communicetur, communius communicatur cum abſtractione à ſenſibus. t.1.l.2.c.1.§.7.143
Non differtur in animabus ſanctis vſque ad diem iudicij, & quando oppoſita ſententia cœperit eſſe hæretica. c.eod.§.2.130
Viſio Dei habet duplicem ſupernaturalitatem, vitalem alteram, alteram obiectiualem. t.1.l.2. c.3.§.2. 164
Ipſius vitalitas ſub omni reduplicatione eſt ſupernaturalis. l.eod.c.6.§.5.218
Viſio beata poteſt à Deo obiectiuè cauſari mediatè per ſpeciem creatam. t.1.l.2.c.2.§ 2.147
Item immediatè per propriam eſſentiam. c.eod. §.1. 145
Et quocumque modo cauſetur, poteſt cauſari tum per eſſentiam ipſam formaliter, vt diſtinctam ab omnipotentia; tum per omnipotentiam, vt diſtinctam ab eſſentia. c.eod. §.3. 152
De facto cauſat Deus viſionem immediatè per propriam eſſentiam, vt contradiſtinctam formaliter ab omnipotentia. c.eod.§.4.155
Viſiones beatæ de facto aliquæ ſunt æquales, aliquæ inæquales, t.1.l.2.c.6.§.1. 209
Illæ ſunt tales inæqualitate non ſpecifica, ſaltem theologicè; ſed numericâ tum intenſiua, tum extenſiuâ, de potentiâ tamen abſoluta poſſunt eſſe inæquales inæqualitate etiam ſpecificâ. c.eod.§.2.211
Viſionum intenſiua inæqualitas habet pro cauſâ radicali, & morali inæqualitatem meritorum; pro cauſâ proximâ, & phyſicâ inæqualitatem intenſiuam luminis gloriæ. t.1.l.2. c.6.§.3.& 4. 213. & 214
Earundem inæqualitas extenſiua habet pro cauſa radicali, & morali vel inæqualitatem meritorum, vel diuerſitatem ſtatus: pro cauſâ phyſicâ, & proximâ diuinam eſſentiam, vt diuerſimodè repræſentatiuam. ibid.
De potentiâ abſolutâ poteſt diuina eſſentia eſſe cauſa inæqualitatis intenſiuæ; & lumen eſſe cauſa inæqualitatis extenſiuæ. eod.§.4.p.....
Viſio Dei etiamſi conſiſtat in complexo intellectus, & obiecti, propriè non creſcit ex maiori perfectione intellectus. c.eod.§.5.216
Viſio corporea Dei, quod non detur de facto, eſt veritas fidei: & quando etiam Deus eſſet corporeus, non poſſet de lege ordinariâ viſione corporeâ videri. t.1.l.2.c.8. §.1.226
Viſio corporea Dei repugnat etiam de potentiâ abſolutâ repugnat item viſio corporea ſoni, odoris, &c. c.eod.§.2.227
Vita mortalis quid dicat ſubſtantialiter, quid accidentaliter. t.1.l.2.c.1.§.7.142
Vitale principium debet eſſe ſubſtantia. t.1. l. 1. c.3.§.6.p.....
Vnicus quomodo vſurpari poſſit in diuinis. t.2. l.3.c.5. §.5. 703
Vnitas alia tranſcendentalis, alia ſingularis. t.1. l.1.c.4. 65.
Vnitas Dei eſt maior vnitate numeri, in duplici ſenſu eſt omnium maxima. t.1.l.1.c.4.§.1.66
Eſt naturaliter demonſtrabilis: fuit nota pluribus infidelibus. c.eod.§.2.67.& 68
Vnitas eſt ex genere ſuo maior perfectio, quàm pluralitas. t.2.l.2.c.4.10. 634
Vnus: vnum quomodo vſurpanda in diuinis. t.2. l.3.c.5.§.4. 701
Vocatio, & prima gratia D. Pauli, fuit ex meritis D. Stephani, & vocatio Traiani fuit ex meritis D. Gregorij. t.1.l.5.c.4.§.4.412.413
Vocatio inefficax importat auxilium ſufficiens Dei, & reſiſtentiam creaturæ. eod.§.4.413
Vocatio qualibet ſupernaturalis interna, etiam inefficax, in electis eſt, vt plurimum, effectus prædeſtinationis. eod.§.4.415
In quonam ſenſu ſoleat vocatio dici effectus prædeſtinationis primus. t.1.l.5.c.4.§.5.416
Volitio eſſentialis & notionalis in diuinis. Vide *Intellectio.*
Voluntas propriè importat appetitum elicitum, impropriè etiam innatum. t.1.l.4.c.1.312
Eſt tum principium naturale, tum principium liberum. t.2.l.3.c.1.§.5. 655
Voluntatis, & intellectus in operando diuerſitas: cur voluntas dicatur attingere bonum, vt eſt in ſe; intellectus attingere verum, vt eſt in ipſo intellectu. t.1.l.4.c.3. §.1. 336. & t.2.l.1. c.4. §.8. 502
Voluntas operatur ſecundùm rationem impulſus, intellectus ſecundùm rationem ſimilitudinis. eod. §.8. ibid.

Voluntas

Voluntas antecedens debet eſſe aut influens, aut imperans, aut deſiderans. t.2.l.3.c.1.§.6.655
Voluntas effœta, & voluntas fœcunda, in diuinis admittunt medium. t.2.l.2.c.4.§.11.636
Voluntas efficax vnius aliquando eſt cum voluntate inefficaci oppoſiti. t.1.l.4.c.6.§.1.364
Requiritur tamen in tali caſu motiui diuerſitas. t.1.l.5.c.6.§.3. 431
Voluntas inefficax datur in Deo propriè, & formaliter. t.1.l.4.c.5.§.5.361
Voluntati inefficaci quandonam reſiſtatur, quando non. t.1.l.4.c.6.§.1.364
Voluntas creata eſt principalis cauſa dilectionis ſupernaturalis. t.1.l.2.c.3.§.4.168
Voluntates diuerſæ, liberæ, & non ſubordinatæ, nequeunt, eſſe infallibiliter concordes. t.1.l.1.c.4. §.2. 68
Voluntatem propriè dictam dari in Deo conſtat, tum ſupernaturali certitudine, tum naturali euidentiâ. t.1.l.4.c.1.§.1.311
Datur inſuper in Deo voluntas impropriè dicta per modum appetitus innati, etiam per modum deſiderij. c.eod.2. 313.& 314
Voluntas Dei admittit actum primum, & quomodo. c.eod.§.3.315
Talis actus primus nec benè collocatur in intellectione, nec benè ponitur in ordine ad ſolam volitionem liberam. ibid.
Admittit actum propriè, & formaliter liberum. Vide *Liberum velle Dei.*
Voluntas Dei habet magis rationem naturæ, quàm libertatis. t.1.l.4.c.2.§.1. 329
Non admittit in ſe ordinem executionis: eſt executiua executione imperatâ, non executione elicitâ. t.1.l.5.c.3.§.2. 391
Eſſe poteſt ex parte actus gratioſa, ex parte obiecti remuneratiua. ibid.
Voluntas Dei plures ſortitur diuiſiones. t.1.l.4. c.5. 351
Tales diuiſiones ſunt ſubdiuiſiones voluntatis beneplaciti. c.eod.§.3.356
Diuiſio ipſius in volitionem, & nolitionem, eſt adæquata; nec admittit diuina voluntas puram omiſſionem. c.eod.§.1. 351
Diuiſio in voluntatem ſigni, & beneplaciti, eſt analoga. c.eod.§.3.356
Diuiſio in voluntatem antecedentem & conſequentem eſt vniuoca. c.eod.§.4.358
Voluntas diuina antecedens eſt minus perfecta, quàm conſequens. t.1.l.4.c.5.§.4.360
Vtrioſque voluntatis duplex potiſſima expoſitio. ibid.358
Voluntas diuina efficax eſt prædeterminatiua voluntatis creatæ. l.eod.c.6.§.2.366
Quomodo abſque læſione libertatis. c.eod.§.3.4.& 5.367.& ſeqq.
Quomodo etiam in ordine ad actus malos. c.eod.§.6. 372
Quomodo ſemper ſimpliciter impleatur quoad ſubſtantiam, & modum. c.eod.§ 1.365
Quomodo in aliquo ſenſu poſſit ipſi reſiſti. c.eod.§.4. 371
Voluntas diuina inefficax non poteſt eſſe voluntas ſigni. t.1.l.4.c.5.§.4.358
Diſtinguitur à ſimplici complacentiâ: ſemper coniungitur cum aliqua efficacitate: eſt potiùs voluntas abſoluta, quàm conditionata: debet explicari per volo, non per vellem: quomodo poſſet libera abſque obiecti mutatione. c.eod.§ 5.361
Voluntas diuina ſigni quintuplex aſſignatur: ſemper ſignificat voluntatem verè, & realiter in Deo exiſtentem. t.1.l.4.c.5.§.3.356 & 357
Voluntas diuina electiua ad gloriam alia eſt electiua radicaliter, alia eſt electiua formaliter. t.1.l.5.c.3.§.6. 403
Voluntas diuina de omnium hominum ſalute eſt affectus potiùs deſiderij, quàm complacentiæ: eſt voluntas, tum antecedens, tum conſequens ſub diuerſâ ratione. t.1.l.4.c.5.§ 4.359
Verſatur ſolum circa homines futuros. t.1.l.5.c.5.§.6. 425
Vſis quid ſignificet: non eſt idem, quod Hypoſtaſis, aut Perſona. t.2.l.2.c.1.§.1.p.553

F I N I S.

5·2